Universidad de Deusto
Biblioteca

T. VVALDENSIS

OPERA

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bibl. Patrum Soc. Jesu

in Residentia Monast.

Series

Universidad de Deusto
Biblioteca

THOMAE VVALDENSIS

ANGLICI CARMELITAE,
THEOLOGI PRAESTANTISSIMI,
DOCTRINALIS ANTIQVITATVM FIDEI
ECCLESIÆ CATHOLICÆ,

Tomus Tertius.

IN QVO DE SACRAMENTALIBVS,
aduersus Vuitcleuistas, & Hußitas, eorumq; recentiores assecias,
doctrina exactißimè elucet, & continetur.

CVI NON MODO' MAIORES SVMMAE
capitum accesserunt, verùm etiam in eo restituendo
ac recognoscendo ea cura ac diligentia
adhibita est, vt iure optimo
alius censeri possit.

CVM GEMINO INDICE: ALTERO
quidem Capitum, altero verò rerum memorabilium.

Comprado en [illegible] Bibliotheca JHS
06909
Bibliotheca Facult. Philosophiae Prov. Cast. Orient. S.I.
Comprado a Volkenb. en sep. 1966.

VENETIIS, Apud Iordanum Zilettum,
M D L X X I.

Universidad de Deusto
Biblioteça

Epistola Nuncupatoria.

SAPIENTISSIMO, AC CIRCVNSPECTISSIMO

D. Stephano Poncherio, Senonum Archiepiscopo prudentissimo, & Galliarum, Germaniarumq; primati merito suo laudatissimo. F. Ioannes Rocchus inter Theologiæ professores minimus, & Carmeli Meldunensis Prior immeritus, obseruantiam, & Salutem.

SIQVANDO *aliàs, hac maxime tempestate, sponsa illa Christi domini nostri formosissima, sine macula, & sine ruga, sacrosancta videlicet Ecclesia, opus habet fide, prudentia, & authoritate, quæ in te vel summa sita sunt, primatum sapientissime: quibus aduersum Vuitcleuistarum, & qui ex illis orti sunt, Lutheranorum, hæresim pernicioßissimam defensa, sarta, tectaq; maneat. Siquidem iuxta propheticos threnos, & iustissimam lamentationem: Manum suam misit impotentissimus, & planè vesanus hostis iste vterq; ad omnia desiderabilia eius. Nihil enim illi dereliquit intactum, nihil inconcussum, nihil intaminatum. Non sacramenta, non sacramentalia, non templa, non ædes sanctas, non vota, non preces, non cantus, non ornamenta, non horum omnium ministros, clerum & monachos: non deniq; quicquid in ea pulchrum, aut decorum: Orationes enim execratur, benedictiones, & dedicationes ridet, crucem & imagines eijcit, vigilias suggillat, religionem eleuat, charitatem mutuam in meritorum communicatione subsannat. Hæc autem omnia religiosissimus pater, & Theologus doctissimus, ac Carmelitarum candidissimus F. ac magister Thomas Vualden. Carmelitani sodalitij quondam in maiore Britania antistes prouincialis, incredibili solertia, & admirabili prudentia, summorum, & sanctissimorum catholicæ fidei doctorum, ac procerum authoritate, ab inuidissimis hæreticorum morsiculis defendit, ac integra matri suæ, quæ & nostra, restituit: idq; adeo in hoc uno opere, quod è mandato, & sub præsidio amplissimæ dignitatis tuæ, Archiepiscope Christianissime, in lucem modo emittendum curauimus. Præ-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter quod extant & alia tria: duo in Husſitas, quæ vbicunq; lateant, aliquando, Deo auſpice, è ſitu, & puluere eruemus, cœliq; aſpectu donabimus: & tertium de Sacramentis, quod properanti ſtudio confrater noſter, & contheologus Ioannes Ottho imprimendum curauit. At quia de alijs alias, nunc de præſenti loquamur, quod ſacroſanctæ Theologiæ Pariſien. facultas recognitum & diligenter examinatum ſciuit, approbauit, & in lucem exire permiſit. Quocirca indefeſſis præconijs tuam, pater optime, ſapientiam commendare, & totis animis admirari non uerebor, qui zelo laudabili, ad fidei conſeruationem animatus, in publica nuper ſynodo Lutheranam hæreſim damnaſti: cognoſcensq; hoc opus ad illius confutationem appoſitiſſimum, imperaſti nobis deditityjs tuis ipſum emittere maturemus. Cui imperio lubentiſsimè paruimus: idq; quamplurimis de cauſis. Primùm, quòd Chriſtianæ pietati, & catholicæ fidei, ac perſuaſioni, pro qua non minus, ac pro aris, & focis conſtantiſsimo cuiq; Chriſtiano certandum eſt, per hoc opus optimè conſultum iri videbam. Deinde quòd Carmeli noſtri gloriæ non parum acceſſurum conſpicabar, ſi præter morem noſtrum, tantæ, tamq; ſalutiferæ doctrinæ authorem bonis (vt aiunt) auibus euolare videamus. Præter morem dico. Nam patrum noſtrorum primarium videtur inſtitutum bene agere, bene dicere, beneq; ſcribere: ſuá tamen perpetuum premere, & nequaquam oſtentare, vt pater ille cœleſtis, qui in abſcondito videt, reponat quam parauerit mercedem. Ne tamen omnium vtilitati tantum theſaurum inuidiſſe culper, in publicum emiſi. Tum, vt celſitudini tuæ, pater magnificentiſsime, morigerum me ſignificem, tetranq; ingratitudinis notam deuitem: Tu enim mihi quodcunque hoc regni tu ſceptra Deumq; concilias. Tua, inquam, magnifica liberalitas ad Theologiæ lauream me peruexit, atq; ſinu adhuc paterno fouet. Ac demum vt animo meo obtemperem. Exiſtimabam enim quamplurimum & meriti apud Deum, & nominis apud mortales modicitati meæ acceßurum, ſi mea accuratione tam ſacras lucubrationes ſtudioſiſsimus quiſque legeret. Hæc votorum ſumma eſt. Vale pater ampliſsimè, & dedititicium hunc tuum, opusq; hoc tuæ dexteritati præſcriptum, protege. E Carmelo noſtro Meldunenſi ad Natalem dominicum, M. D XXIII.

FPISTOLA,

EPISTOLA, SEV BREVE APOSTOLICVM MARTINI V. PONT. MAX. APPROBANS, ET COMMENDANS OPVS.

F. Th. Vuald. de ſacramentis, hortansq; ad illud de ſacramentalibus.

¶ *DILECTO FILIO THOME VVALDEN. ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, prouinciali Angliæ, ſacræ Theologiæ magiſtro.*

DILECTE fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Placuit primò nobis opus, quod ediderας contra Huſſitas hæreticos, teque fuimus hortati, vt id quod reſtabat in materia de Sacramentis, ſimili perficeres ſtudio & diligentia: quod te feciſſe gaudemus, & tuum ſtudium vtile & ſalutare Eccleſiæ commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filij Ioannis, ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, magiſtri in ſacra pagina, latoris præſentium, volumen ſecundum de Sacramentis: quod per ſolennes viros videri & examinari fecimus, ſicut primum: quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo deſideramus, vt volumen tertium de Sacramentalibus, cùm illud perfeceris, nobis mittas. Cæterùm vt damnatas concluſiones Vuitcleff ſecuriùs valeas confutare, mittimus tibi bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum poſſumus, erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius cauſa laboras, benedictionem noſtram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ prouinciæ.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos annulo piſcatoris. 8. die Auguſti, pontificatus noſtri Anno decimo.

EXAMINATIO ISTA INCOEPIT XV. Calend. Iulij, & durauit vſque ad decimum Calendas Auguſti: quo die præſentabatur Papæ, præſentibus Cardinalibus prælatis in conſiſtorio per commiſſarios Dominum N. presbyterum Cardinalem ſancti Petri ad vincula: & Dominum Bernardum Epiſcopum Cauellacenſem, Doctorem in Theologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA F. THOMAE VVALDENSIS, DIRECTA SVMMO Pontifici Martino Papæ Quinto, post approbationem operis de Sacramentis.

MARTINO Diuina Prouidentia Papæ Quinto, uniuersi Gregis Carmelitarum seruorum apostolicæ sedis minimus, frater Thomas Waldensis, quicquid est, expressis labijs, & sacris semper uestigijs inhærere. Dudum ab Apostolorum throno uerbum ammonitionis accepi: quod iuxta principium Ezechielis aduertens, uidi: Et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me: qui erat scriptus intus & foris, talem Apostolicæ dignationis continentiam repræsentans: Recepimus uolumen secundum de Sacramentis, quod per solennes uiros uideri & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo desideramus, ut uolumen tertium de Sacramentalibus cum id perfeceris, nobis mittas. Verbum hoc ab alto missum est, uerbum penitus glorioſum. In cuius auditu mens decidit, impotens ferre uerbum gloriæ, impar uiribus meritorum. Quia quis gloriatur, quòd à maiestate sit oppressus? Quis audiuit extulisse se unquam primum Apostolum, quòd in transfiguratione uerbi, gloriam uerbi, quam ferre non potuit, accepit & cecidit? Infirma mea, ego reputo, summus Pater elegit, ut confundat fortia: si sic, non in fortibus uerbis meis, uel sensibus, quæ reuera non habeo, sed libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Et erit, si multiplex infirmitas, gloria multiplex. Quam si enumerem, quanta putas inops gloria, quòd uolumen eius secundum recepit Apostolus? Quanta item additur, quòd examinari fecerit ipsum per uiros solennes? Sed tertia superat omnem spem, quòd pariter erat ab omnibus commendatum. Quid iam testæ restat fragili ferre quartam? Ex quo desideramus, ut uolumen tertium de Sacramentalibus, cùm id perfeceris, nobis mittas. Clarævallensis Abbas Bernardus ad Henricum Senonensem rescribens ait. Placuit præstantiæ uestræ nouum aliquid à nobis dictatum requirere. Grauamur pondere dignitatis, sed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor, & petitionis terret exactio. Quid enim nos sumus ut scribamus episcopis? Vnde dare, inde & negare compellor, quod postulor. Scribere tantæ altitudini supra me est: & eidem non obedire, contra me est. Vtrobique periculum, sed in ea parte maius imminere uidetur, si non obediero. Hàc itaque exiens, quæ minus offensiua apparet, facio quod iubetis. Si sic grauatur Bernardus scribere ad episcopum: quid facturus est exiguus & pusillus Thomas scripturus ad Papam? Sed & multò grauius experitur periculum, si non obediat Thomas Apostolo, quàm Bernardus si non episcopo. Et Paulum audio dicentem: Vhæ mihi si non euangelizauero. Et ego inter hæc pericula saliens obedire cupiens, dicens: Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus superest. Supereſt inquam tractare de ieiunijs, de indulgentijs, & iuribus, & immunitatibus ecclesiasticis: de fide quoque & hæresibus, & reliquis multis: quæ omnia in hoc uolumine, ne modum excederet, tractare non potui. Etenim nec de hac scriptura quærentibus respondere sufficio. Sunt enim qui existimant hæreses singulas ad principia capitulorum non debere præfigi, hac occasione prætensa, ne uel discant innocentes, & imperiti, quod excogitare non potuerant: uel ne ad tantum gradum hæresis honoretur. Sed ad primum. Grauius multò esset, si non essent præmoniti unde fugerent innocentes. An non erat tunc innocens protoplastus, cùm ostenderet ei Deus lignum, cuius fructus esum inhibuit. De ligno, inquiens, scientiæ boni & mali ne comedas? Et addidit. Quocunque die comederis, morieris. Nec ego (quantum ad secundum) honorem hæresi timeo, dum in propositione tractatus præpono, quando seditiosa thuribula audio iussu domini producta in laminas, & altari affixa, dicente domino: Cernant ea pro signo, & monimento filij Israel. Num. 16. In quem locum Homil. 9. Origenes. Ista batilla ærea, id est, hæreticorum uoces adhibeamus ad altare Dei, ubi diuinus ignis est, ubi uera fidei prædicatio: melius ipsa ueritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim (ut uerbi gratia dicam) ponam dicta Marcionis, aut Basilidis, aut alterius cuiuslibet hæretici: & hæc sermonibus ueritatis ac scripturarum diuinarum testimoniis uelut diuini altaris igne confutem, nonne euidenter eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina ecclesiastica simplex esset, & nullis extrinsecus hæreticorum dogmatum assertionibus cingeretur, non poterat tam clara, & tam examinata uideri fides nostra.

Septimi nomen luminis fuit ergo.

Sed

Sed idcirco doctrinam catholicam contradicentium obsidet oppugnatio, ut fides nostra non otio torpescat. Propter hoc denique (ut Apostolus dicit) oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos: hoc est dicere: Oportet hæreticorum batillis altare circundari, ut certa, & manifesta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cùm enim fides ecclesiastica uelut aurum cœperit refulgere, & prædicatio eius ut argentum igne probatum intuentibus resplenduerit, tunc maiore cum turpitudine, & dedecore hæreticorum uoces obscuriore utilitate sordebunt. Hæc ille. Sic ergo hæreses antecedere facio, ut ecclesiasticorum uerborum sequatur exercitus. Et inde securiùs pugno, non quasi aerem uerberans: Sicque cum Apostolo curro, non quasi in incertum. Non habebunt Wicleuistæ unde mendaciter dicant: non scripsit Wicleff, quod iste redarguit. Tantum si sententiæ illius non obuiet, ex cuius ore uicariè exit gladius bis acutus: & cuius ego in terram cadens dexteram sentiam, quam benedicens imponet, qui scribere quæ uiderim imperauit, Conseruet hunc apostolatum Christus Iesus in diem suum.

Amen.

EX-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXTRACTVM E REGISTRO conclusionum sacræ facultatis Theologiæ in vniuersitate Parisiensi.

DECREVERVNT Decanus, & facultas Theologiæ scholæ Parisiensis, librum hunc à præclarissimo Doctore Thoma Vualdense studiose compositum, vtilem admodum esse, dignumque, vt edatur: quandoquidem ad eneruandas Lutheranas calumnias, atque hæreses Reipublicæ Christianę pernicioſissimas plurimum conducit: quod Notarij eiusdem Facultatis signo manifestum est satis, his subscribendo, anno Christiano millesimo quingentesimo vicesimotertio, Idibus Decemb.

De mandato domini Decani ex ordinatione sacræ facultatis.

I. Tauuel.

ELENCVS CA-

ELENCVS CAPITVM HVIVS LIBRI, ATQVE ADEO, INDEX RERVM OMNIVM quæ in toto hoc de Sacramentalibus opere, differuntur.

De orando Deum in communi. Tit.1. fol.13.
De hæresibus antiquorũ, & Wit cleuistarum contra orationes sacras, & Deo acceptas. C.1.f.13
Quòd uita hominis ab omni orandi officio suspensa, mentis uel oris, est uita imperfecta non catholicè christiana. Cap.2.fo.14.
Quòd bona uita habet bonas orationes, sicut & bona opera: quia orationibus opera procurantur. Cap.3 fo.16.
Deus prius orando inuocatur, quàm uitæ iustitia in bonis operibus habeatur. Cap.4.f.18
Qualiter comparantur oratio & operatio. Ca.5.f.20
Quòd bona uita cedit orationi, tanquàm minus maiori. Cap.6.fo.22
Ne tollantur orationes sanctæ ad confidendum meritis propriis, ut secundum ea Deus præmiet necessariò sic merentes. Cap.7.f.23
Non audiendus est Witcleff, qui docet hominem in propria iustitia uitæ suæ sperare. Cap.8.f.25
Quòd operibus nostris non meremur, sed gratia Dei nobiscum inde Deus ea non attendit cum præmiat, sed gratiam quàm donauit. Cap.9.f.27
Plus confidendum precibus, quàm alijs meritis in conspectu iudicis, & quæ sunt Christianorum preces uocales. Cap.10.f.29
Ad argumentum Witcleff de necessitatione Dei per preces hominum. Cap.11.fo.30
Ad argumẽtum Witcleff contra orationes ne alia bona opera omittantur. Cap.12.f.32
Ad argumentum Witcleff, q. quia Deus est omniscius propter suam misericordiam dabit uiuenti iustè, sine oratione: & quòd liceat orare alijs uerbis, quàm expressè ordinatis in oratione dominica. Cap.13.f.33
Ad argumentum Witcleff contra orationes, propter prolixitatem earum. Ca.14.f.35
Ad argumentum Witcleff de prolixitate orationis propter multiloquium. Cap.15.f.36
De orationibus altis, & canticis regulariter in ecclesia usitatis. Tit.2.f.37
De orationibus altis, & cantibus in ecclesia, q. fiunt catholicè. Cap.16.f.37
Cantus ecclesiastici sunt instituti à Christo ordinante Apostolos cõcinere, & primo de hæresibus contra cantus. Cap.17.f.38
De institutione cantuum, Psalmorum, & Hymnorum per primis ecclesias ab apostolis, & q. ab eis trahebatur in alias usq; ad præsens. Ca.18.f.40
Quòd cantus ecclesiastici sint artificio regulati debitè. Cap.19.f.42
De orando Deum canonicis horis per ecclesiam institutis. Tit.3.f.43
Quòd Apostolica auctoritate statuenda fuit orandi forma in clero cum alternatione Psalmorum, Antiphonarum, Lectionum, & Hymnorum. Cap.20. fol.43.
Ecclesia Christi primæuis fuit ad certam orandi formam astricta, & demum Ecclesiastico creuit in officio. Cap.21. f.45
Quòd clerici & sacerdotes ad certum usum officij teneantur ex præcepto Cap.22.f.47
Quòd clerici, & sacerdotes non liberè omittant officium ecclesiæ ad orandum horis statutis. Cap.23. fo.49.
Horæ orandi ecclesiasticæ qualiter cœperunt distingui. Cap.24.f.51
De dicendo Matutinas ad mediæ noctis uigilias. Cap. 25.f.52.
Quòd Religiosi surgunt ad orandum media nocte Christi consilio, & exemplo. Cap.26.f.54
Religiosi, & clerici obseruare debent horas publicas die ac nocte, secundum morem ecclesiæ, in qua degunt. Cap.27.f.56.
De Sacramentalibus, & ritibus principalibus missæ. Tit.4.f.58
De institutione missæ. Cap.28.f.58
De sacris uasis, & uestibus, quibus sacerdos intret ad missam. Cap.29.f.61
De sacro altari, corporali, & calice, & thuribulis, & phialis non uiolandis, nec in usus publicos assumendis. Cap.30.f.62
De introitu missæ cum cãtu Psalmi, thurificatione, Kyrieeleison, Gloria in excelsis Deo, Dominus uobiscũ cum collectis per Christum. Ca.31.f.64
De lectione epistola, alleluia, & q. Euangelium stãdo audiatur, de offertorio, Simbolo, de præparatione calicis, & de miscendo aquam cum uino. Cap.32. fol.99
De oratione commendante oblationẽ, de osculo et prædicatione ad plebem, de nomnib. non recitãdis nunc palam & cathecumenis emittendis. Cap.33. fol.68
De lotione manuum sacerdotis, & q. stet orans uersus orientem. Cap.34.f.69
De hortando populũ ad orandũ, de collecta secreti, sursum corda, Gratias agamus, de præfatione missæ & solemni silentio in missa fidelium. Cap.35 fo.71

Universidad de Deusto
Biblioteca

De unico canone per ecclesiã distincto per quatuor portiones iuxta apostolicũ institutum. Cap.36.f.72.
De prima parte canonis in secundò silentio. Te igitur clementissime pater, Memento domine. Communicantes, et memoriam uenerantes: & ne hæreticorum nomina in missa recitentur. Cap.37.f.74
De parte canonis: Hanc igitur; Qui pridie, Similimodo & calicem, & eleuatione eucharistiæ in conspectu plebis. Cap.38.f.77
De prece. Vnde & memores: Supra quæ propitio, & Supplices te, &c. Cap.39.f.78
De Memẽto pro defunctis. Nobis quoq; peccatoribus Per quem hæc omnia. ut terminetur canon cum oratione dominica. Cap.40.f.80
De oratione dominica cum sua præfatione post secundum silentium, & oratione sequente pro pace: & Pax domini cum pacis osculo, Et Agnus Dei in fine tertij silentij. Cap.41.f.82
De communione corporis & sanguinis Christi in natura sua: ut ieiuni communicent, & sacerdos prius se communicet ex utroq; quàm alios, sicut Christus se communicat ex utroq; quàm alios, sicut Christus se cit. Cap.42.f.84
Quòd sacerdos postquam seipsum, communicet alios, quibus detur liquor communis, à quo ipse abstineat sit sit iterum celebraturus. Ca.43.f.85.
De quarta parte missæ. s. gratiarum actione cum oratione sacerdotis Amẽ, & Deo gratias. C.44.f.86.
De Sacramentalibus precibus, & ritibus baptistę Tit.5.f.88
Quòd ritus eucharistiæ baptismi & aliorum à Christi consuetudine & Apostolorum donantur ecclesiæ sine scripto, propter hæreticos & execratos. Cap.45.f.88
De obseruantijs baptismi, in quo Christus plus aqua simplici requisiuit, & de patrinis qui offerant baptizandum. Cap.46.f.89
Quod ritus baptismales seruentur ut possint, & hoc regulariter. Primo de traditione nominis cum crucis signatione in fronte. Cap.47.f.91
De exorcismo salis, & impositiõe salis, & exufflatione salis cum crucis signatione: de mysterio apertionis oris cum effata: de iunctione symboli & orationis dominicæ. s. Pater noster. Credo. Cap.48.f.93
Quod constituatur baptizandus ad fontem sanctum, & abrenunciet Sathanæ. Cap.49.f.95
Quòd baptizandus ungatur in pectore in scapulis. & de professione credendi. Cap.50.f.96
De consecratione sacri fontis, & trina immersione hæbentis caput primò ad orientem, cuius uertex post baptismum chrismate inungatur. Cap.51.f.97.
De ueste candida, quã accipit baptizatus, et lampade ardente in manu, & q traditur patrinis, uel parentibus in custodia ad septennium, & cum commendatione symboli. Cap.52.f.99
Contra nouellos hæreticos q paruuli de necessitate salutis baptizantur aqua sensibili. Ca.53.f.100
Ad argumenta hæreticorum prohibentium paruulos baptizari in fide parentum pro eis uouentium. Cap.54.f.102.
De sacramentalibus precibus, & ritibus sacramenti confirmationis. Tit.6.f.104.
De cõfirmatione baptizati post sacrum fontem si ei adsit episcopus, & q communicet corpus Christi, & audiat euangelium in complementum misleriorum. Cap.55.f.104
De consecratione sancti chrismatis. Ca.56.f.105.
Quod hi ritus sacramentales non parui pendantur ut nouni, sed honorentur ut Apostolici, quamuis ad punctum in eorum literis non sint expressi. Cap.57 fo.107.
De sacramentalibus precibus & ritibus sacramenti ordinis. Tit.7.f.108
De sacramentalibus ordinis, ubi primo proben tur ordinãdi, & excludãtur fœminæ propter sexum Cap.58.f.108.
Ad argumentum Witcleff probantis fœminas sacerdotes fieri, quia de lege Dei à sacerdotio proprio in ecclesia sunt exortes. Cap.59.f.110
Quod sacerdos simplex non ordinat sacerdotem, nec secundum Dei legem & ecclesiæ sanctiones hoc põt, si ipse episcopus non fuerit. Cap.60.f.111
Ad primum argumentum Armachani, quod simplex sacerdos potest ordinare presbiterum uice episcopi. Cap.61.f.113.
Ad secundum argumentum Armachani & Witcleff de æqualitate potestatis ordinis. Cap.62.f.114
Ad tertium argumentum Armachani & Vvitcleff pro defectu episcopi ad ordinandum. & increpatur uterque q de protestatione suæ fidem excludit ecclesiæ. Cap.63.f.116
Quod minister altaris est ordinandus ordinatione per ecclesiam instituta, sacris indutus, tonsus, innocationi subiectus episcopi, & impositioni manuum eius, & crucis signationi. Cap. 64. fol.117.
De obseruantijs in ordinatione sacerdotis, de cõsecratione tripharia, de manuum osculo, & acceptione potestatis ad remittendum peccata, & de præfatione episcopi. Cap.65.f.119.
De sacra obseruantia præsentandi episcopo sacerdotẽ cum ad altare ingreditur, in quo signatur castimonia clericorum, quam hodierni Vvitcleuistæ contaminant. Cap.66.f.120
Quod in tota ecclesia sanctorum deest Vuiteleff auctoritas uel exemplum de coniugio sacerdotum & ordinatione bigamorum. Cap.67.f.122
De Sacramentalibus ritibus, & precibus Sacramenti pœnitentiæ. Tit.8.fo.125.
De sacramentalibus precibus & ritibus pœnitẽtiæ. s. manus impositione cum prece absoluentis. Cap.68. fo.125.

De ritu absolutionis, quo dicitur absoluo te, & quòd prius sacerdos absoluat, ut absoluatur in cælis indubiè. Cap.69.fo.126
De ritu confessionis faciendæ sacerdoti solitariè, et priuatim, q sit legi Christi propinquior, & quòd manifestè cunctis edicta. Cap.70.fo.128
Quòd confessio auricularis sit tanquã ex Apostolica regula plus, & prius laudata, quàm publica: & de ritu interrogationis faciendæ in ea per presbyterum. Cap.71.fo.129
Quòd ptãs sacerdotalis ad remittẽdũ peccata est donũ Spiritus sancti, tã in sancto uiro, quã in presbytero peccatore: dum sit in ecclesiæ unitate. Ca.72.f.131
De clericis & religiosis. Tit.9.fo.134
Quòd clerici in ecclesia sunt excellenter, & per antonomasiam ecclesiastici, & per ordinationem, partes ecclesiæ. Cap.73.fo.134
Quòd clericus aut alius fidelis, est pars aut membrũ ecclesiæ ex suscepto officio, nec ex uitæ uel actuum merito. Cap.74.f.135
De sacris ritib. & obseruãtijs in solẽni institutiõe religiosorũ, & euangelicè perfectorum. Ca.75.f.136
Quomodo sacræ obseruantiæ claustralium modernorũ conformentur antiquis. Cap.76.fo.139
De oblatione, & ritu sacræ inductionis iuuenũ antequã bibant calicẽ principis huius mundi. Cap.77.f.140
Ad calumniam Witcleff contra sanctam obedientiam qua subditus religiosus subiicit se prælato facere quidquid iubet. Cap.78.fo.141
De sancta obedientia, ad cuius iugum uocandi &c. paruuli, & de ætate profitentis. Cap.79.fo.144
Quòd die solenni professio indissolubilis uitè fiat, in qua supra alios meretur professus aureolã, & primã innocentiã post baptismum: & q lege apostolica orationibus solennibus cõsecratur. Cap.80.f.145.
Quomodo comparantur pastores secundi ordinis ad religiosos sub prædicto Tit.9.f.148
Quòd presbyteri, & pastores secundi ordinis, sunt opitulatores, & cooperatores summorum præsulum ui institutionis suæ in ecclesia. Cap.81.fo.148
Dialogus religiosi, & clerici curati, quomodo comparantur adinuicem: hic isti, ut honore præstans, & ecclesiastico officio: ille uterum isti uitæ merito, & studio contemplandi. Cap.82.fo.151
Ad blasphemias: & contumelias contra sacras religiones sub prædicto. Tit.9.f.161.
Quòd religiosi ordines perfectorum non sunt factitij à puro homine, sed à Christo homine, instituti. Cap. 83.f.161.
Quòd a conuersatione beatæ uirginis, & apostolorum in cœnaculo deinceps est introducta schola religionis perfectorum in claustro. Cap.84.f.162.
Quòd diuina auctoritate moniti sancti patres curauerunt uniuscuiusq; religionis relinquere successores Cap.85.f.164.
Ad blasphemiam Witcleff de religione perfecta solitudinis qui sine uerecundia apostasiam consulit, & commendat. Cap.86.f.165
Quòd non licet religioso propositum dimittere quod accepit, quia nisi religiosus saluus esse non potest. Cap.87.f.166.
Ad contumelias Witcleff de religiosis perfectis. Cap. 88. f.169.
Ad contumelias Witcleff de nouitate religionum. Cap. 89.fo.170.
Ad argutias Wicleff contra religionẽ perfectã, primò quia sit contra honorem parentũ; secundò quia non est perfectior religione uulgi. Tertiò quia est ea imperfectior auctoritate, leuitate, seu facilitate, et necessitate. Cap.90.f.171
De leuitate. i. facilitate, & auctoritate religionis Christi uulgaris supra perfectam. Cap.91.f.172
Ad argutias Witcleff de libertate, quam Christus dedit in uestibus religiosorum, claustralis, atq; sensibilibus signis. Cap.92.fo.174
De suffragijs ecclesiarum, clericorum, & religiosorum participandis, & concedendis. Tit.10. f.175.
Clerus, & religio unũ opus perfectum faciunt ad bonum ecclesiæ, quorum confessio participationis meritorum fundatur in Christo. Cap.93.f.175.
Apostoli concesserunt fieri participes suffragiorum suorum homines. Cap.94.f.177
Episcopi & religiosi dotati cõcedunt cõfiationes humanæ charitatis, & requirunt ab alijs. Cap.95.f.179
Ad obiectum Witcleff contra concessiones participij præcum, & piorum operum, quia nescimus utrum sint damnandi. Cap.96.fo.180
Ad tres obiectiones Witcleff contra concessionẽ participij spiritualium operum pro præscitis, pro conditione implicita Dei uoluntatis, & quia concedunt post obitum. Cap.97.f.182
Ad regulas hæreticas Witcleff. q Deus prius cõcedit participationes meritorum tẽporaliter quàm homines, & homo nulli potest concedere, nisi seipsum dignificet apud Deum. Cap.98.fo.184
Ad calumniam Witcleff, q religiosi conferũt spiritualia sua suffragia sub spe quæstus. Cap.99.f.286
Qualiter participant Christiani meritis mutuis. Cap. 100.f.188.
Quòd sanctos pauperes debent fideles præcipuè carnalium suorum habere participes. Ca.101.f.190
Quòd fide sunt certi de suo participio cum sanctis qui communicant cum eis carnalibus. Cap.102.f.192
Ad obiectum Witcleff, q religiosi deberent inflare pro participio suffragiorum à populo, sicut laici inflant apud eos pro suffragiorum ipsorum participio. Cap.103.f.195
Fructuosius & efficacius exaudiuntur, uiri officio & perfectione sublimes in ecclesia, quam etiam uolde uste uiuentes in seculo. & ideo in arduis potius expetendi. Cap.104.f.196

Universidad de Deusto
Biblioteca

De orationibus generalibus & spālibus. Tit. 11. fol. 198.
De orando oratione speciali, & quòd oratio specialis prodest amplius ei, pro quo oratur, quam oratio tantummodo generalis. Cap. 105. ibid.
Quòd oretur specialiter pro defuncto, quanuis orans ignoret statum eius, & quod amici eius insistent apud sanctos orare pro eo. Cap. 106. f. 200
Quòd apud Deum, & sanctos, satisfaciant amici eius ut oretur pro mortuo & specialiter adiuuetur. Cap. 107. fol. 201.
De orando sanctos, Titu. 12.
De orando sanctos contra impietatem Witcleff. Cap. 108. fol. 204.
Quod Christus secundùm quod homo, est ut refugium nostrum orandus à singulis, sine quo nulla uenit salus à Deo. Cap. 109. fol. 206.
Quod cæteri sancti sint orādi, quamuis Christus sit potissimus mediator, & optimus. Cap. 110. f. 207.
Quod sancti Angeli, & beati sunt precibus inuocandi, sicut in litanijs solet ecclesia. Cap. 111. f. 209
Quod sancti iam beati, sunt orandi, non obstante obiectione duplici hæreticorum quia sciam obierunt, & quod continuè intercedunt. Cap. 112. f. 210.
Ad obiectum hæreticorum nouellorum ne orentur sancti, quia in Apocalypsi Ioānis omnis oratio & adoratio fiebat sedenti in throno, non sanctis alijs, non etiam homini Iesu Christo. Ca. 113. f. 212
Quod sancti orationibus inuocati sūt magni amici dei, domestici, & intercessores ad impetrandum potentes. Cap. 114. f. 213
Ad dictum Witeleff hæreticum, q. nō ualet oratio alicuius sancti, nisi is, pro quo orat, sit tunc iustus per obseruantiam mandatorum, & tūc ualebit ipso sancto nolente. Cap. 115. f. 215.
Vt diligenter oremus sanctos, ne sine eorum intercessione saluari non possimus, & q. solus ille orat frustra qui meretur contemnit. Cap. 116. f. 216
Qualiter adorentur sancti, & eorum reliquiæ. Titu. 13. fol. 218.
Contra libellum Witcleff, & Guillelmi Sartoris q. solus Deus secundum diuinitatem est orādus, quia solus est fideliter adorandus. Cap. 117. ibid.
Quod Angeli, & sancti beati, & nondum beati, possunt in se licitè adorari, sed cultu duliæ circa deum. Cap. 118. fol. 219.
Quod creaturæ in Deo adorantur cultu diuino, sicut humanitas Christi, imago eius, Crux, & reliquiæ. Cap. 119. f. 221.
Qualiter sanctæ reliquiæ pro seipsis uenerandæ non sint, sed pro sanctitate contracta, & tunc per se uel in suis principijs contemplatæ. Ca. 120. fo. 222.
Quod adoratio aut honor excellens defertur sanctæ rei, nō propter qualemcunque modū diuinæ præsentiæ in illa, sed propter effectum aliquem gratiæ singularis. Cap. 121. fo. 224.
De canonizando sanctos. Titu. 14. fol. 225.
De canonizatione sanctorum rectè fienda per testes, per iudicem competentem, & per miracula. Cap. 122. ibid.
Quòd in forma Christi canonizantur sancti eius per testes uitæ. Cap. 123. f. 227
Quòd item canonizantur sancti probatis miraculis, quæ ultra modum displicēt Vitcleuistis, sicut olim Saracenis, Arrianis, & Paganis. Cap. 124. f. 229.
Qualiter miracula apud sanctorum memorias probant, & iudicant eos sanctos, & Dei amicos. Cap. 125. fol. 230.
Qualiter uera probentur Dei miracula, & cultū Dei commendent: & quod quum meritis bonæ uitæ succedunt, tunc probent eos sanctos, per quos fiunt. Cap. 126. fol. 232.
Qualiter necesse est sanctos canonizari nobis adhuc continuè per ecclesiam: & de eis, qui canonizantur à scripturis, & à Deo. Ca. 127. f. 233.
De exhumatione, & solenni translatione sanctorum, & eorum ossium, ad loca solemnia. Ca. 128. f. 235
De solenni dedicatione corporum sanctorum, & ossiū, & repositione eorum in capsis, ædiculis, aut scrinijs preciosis. Cap. 129. f. 236
Quòd hos honores exhibentes sanctis, nō colimus eos ut Deos, sed ut Dei amicos, & nostros, apud Deum patronos. Cap. 130. f. 237.
Ornare uel cōdere sepulchra preciosa sanctis Dei mortuis, est à lege Dei pietas approbata, sed semper impijs & hæreticis detestata. Cap. 131. f. 239.
Quod Christus uoluit semetipsum, matrem suam beatissimam, & Sanctum Ioannem Baptistam in sepulchris congruis poni, & in eis à deuotis populis adorari. Ca. 132. f. 240
De peregrinando ad sanctorū tumulos. Tit. 15. fol. 241.
De deuota peregrinatione fidelium ad templum domini olim approbata, sicut modo ad loca sacra natiuitatis, crucis, & ad cunabula saluatoris. Ca. 133. ib.
Quòd religiosa sit peregrinatio deuotorum fideliū ad sanctorum tumulos perornatos. Cap. 134. fo. 242.
Quòd sanctorum memoriæ, & cætera loca sacra sint, & catholicorum peregrinationibus, rerum oblationibus, personaliter uisitanda. Cap. 135. fo. 244.
Propter nouem causas catholicè uisitantur quædam loca sancta præ alijs locis, nec hoc ipsis præiudicat Cap. 136. fol. 246.
Quòd sancti Dei magnum ferunt præsidium ciuitatibus, & territorijs, in quibus habēt memorias: & q. eos honorantibus ualidi sunt patroni. Ca. 137. 247
De festiuitatibus sanctorum, & Christi, celebrandis. Titu. 16. fol. 248
Quòd sanctorum Christi martyrum, Angelorū, & hominum festi dies pijssimè celebrētur. Ca. 138. ibid.
Quòd dicēdi sūt dies festi sanctorū, & sūt à nobis tūc orandi, non aūt pro eis orandum. Cap. 139. fo. 250

De

De celebrando festiuè diem dominicum sine mundanis operibus, nisi propter necessitates imminentes leuissimis, nō a diuinis laudib. abstractiuis. C. 140. f. 252
Ad antiquam hæreticorum argutiam De obseruatione dierum, & temporum: & q. celebrantur festa instituta a Christo, & Apostolis, & eorum uicarijs, ut Pascha Pentecoste, cœna domini cum confectione chrismatis Cap. 141. f. 254
Qualiter obseruādi sint festi dies domini, & sanctorū cū plenis cœtibus populorum in Ecclesia, in historijs lectionibus, Psalmis, Hymnis, & Canticis, eo q. cœlestes sancti pro nobis orant, & festis nostris congaudent. Cap. 142. fo. 255
De fabricis ecclesiarum Titu. 17. fo. 257
Quòd hæretici spernunt ecclesias fabricādas Deo & sanctis, & conueniunt ad speluncas, & syluas. & catholici præcipuè in ecclesia Deum orant. Cap. 143. ibi.
Quòd Deus utiq; Christus tanquam sibi sacratas habet basilicas, propter quas ab innocentiæ statu nō uece essit. Cap. 144. fo. 258
Contra blasphemiam Witeleff dicentis principium esse diabolicum in fabricis splendidis Ecclesiarum, cum sit opus latriæ Deo summe gratum. Ca. 145. fo. 260
Quòd Christus cuncta penè agens in domibus basilicarum, domos gratis habet, & ad earum structuras attendit. Cap. 146. fo. 262
Quòd aliquantò præsentior est dominus Deus oranti in ecclesia per gratiam, quàm oranti alibi extra ipsam. Cap. 147. fo. 263
De apparatu Ecclesiæ. Titu. 18. fo. 265
Quòd in splendentibus ecclesijs non confidamus cum hæreticis: ornemus tamen eas splendidè ad honorem Dei, picturis, libris, uasis, & amictibus prætiosis. Cap. 148. ibid.
De religiosorum domibus. Tit. 19. f. 266.
De fabricandis domibus religiosis, & Ecclesiasticis altis secundum moderamen: & de Apostolis: q. non omnino carebant eis Christus & Apostoli. Cap. 149. ibid.
De ornatu sacrarum imaginum in ecclesijs, & de earū uiolatoribus. Cap. 150. fo. 268
Quòd satis differenter Christiani colunt imagines à cultoribus idolorum. Cap. 151. f. 270.
Quòd cultus sacrarum imaginum non est contra præceptum: Non facies tibi sculptile. Ca. 152. f. 272
Quòd imagines apud Chrisiianos sunt signa utilia superstitione carentia, & literæ laicorum. Cap. 153 fo. 274.
Quòd imago artificialis aptior est cultui humano, quàm imago nudi hominis uel naturæ intellectualis. Cap. 154. fo. 275.
Quòd imago trinitatis in ecclesijs poni solita aduersatur hæreticis, & quare Iudei non sic colebāt imagines quas fecerunt. Cap. 155. fo. 277
Quòd hæretici colunt dæmones & qualiter Christiani colunt sanctorum imagines. Cap. 156. f. 279
Ad argumenta Wicleuistarum contra imagines, cōfundantur omnes, qui adorant sculptilia, & q. fideles uocant dominum, & sanctos eius imagines. cap. 157. f. 281.
De adoratione sanctæ crucis. Tit. 20. f. 283
De cruce Christi lignea, quòd sit à fidelibus adoranda. Cap. 158. ibid.
De festiuitate ecclesiastica sanctæ crucis q. eius officiū non sit plenum idololatriæ. Cap. 159. f. 284
Quòd non sola crux prima Christi sit colenda, sed et signacula eius: & illæ cruces sunt exaltandæ in ecclesijs coram prælatis, & in regum catholicorum diadematibus. Cap. 160. f. 285
De peregrinando ad imagines. Tit. 21. f. 287
Quòd licitè adeunt fideles imagines & loca sancta quædam præ alijs propter maiorem dei uirtutem in eis, uel gratiam potiorem. cap. 161. ibid.
De dedicatione ecclesiarum. Ti. 22. f. 289
Quòd a primæuis fidei erant ecclesiæ dedicandæ, & ipsarum dedicatione obseruatia annua celebrandæ. Cap. 162. ibid.
De ritibus dedicationis ecclesiæ, de crucis signaturis, & cereis, de ingressu præc, et alphabeti inscriptione Pontificis, & cantu cleri, & quid hæc designent Cap. 163. f. 290.
De reliquijs sanctorum, in dedicatione inferendis. Tit. 23. f. 292
De inferendo, & collocando reliquias in dedicatione ecclesiæ, uel altaris: quæ item ad dedicationem requirantur adesse. Cap. 164. ibi.
Quare patrum reliquiæ ueteris legis nō inferebantur templo, & altaribus: & de ueneratione earum: modo quanta cura geratur. Cap. 165. f. 293.
De benedictione cerei Paschalis. Tit. 24. f. 294
De benedictione cerei Paschalis, & luminum & item candelabri. Cap. 166. ibi.
De benedictione panis, & aquæ, & primitiuorum fructuum, ciborumq; mensæ. Cap. 167. f. 295
De exorcismis salis & aquæ, quomodo sint de fide scripturæ, & de utilitate huius aquæ taliter benedictæ Cap. 168. f. 296.
De sanctificatione armorum. Cap. 169. f. 298
Epilogus totius libri. Cap. 170. f. 299
Oratio, & peroratio Auctoris.

Explicit Titulorum Capitulorumquè totius de Sacramentalibus operis, Tabula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM, QVAE IN HOC REVERENDI PATRIS FRATRIS THOMAE WALDEN.

Theologi præstantissimi uolumine de Sacramentalibus aduersus antiquorum, & Vvitcleuistarum hæreses, continentur, iuxta ordinem literarum accuratè digestus.

A

Beundum q̃ non sit ante finẽ missæ. fo.86.col.4.nu.6
Abgaro regi misit effigiem sui Christus. fo.268.col.3.nu.6
Ablingere, ut ablingit uitulus, quid sit. fol.36.col.3.nu.9.
Abrenuntiationis actum, q̃ ubiq; solemniter exhibeat occidentalis ecclesia. Et unde ad eam peruenerit. fol.95.col.1.nu.2
Abrenuntiare diabolo, & omnibus operibus eius, ac pompis, quòd Christus nos præcipiat, ostenditur. fol.95.col.2.nu.4.
Absoluunt sine remissione peccatorum hæretici. fol.133.col.1.nu.7.
Absolutio quòd priùs fiat in terra, quàm in cælo, contra Witcleff. fol.126.col.4.nu.4.
Acholij victoria eius oratione & deuotione impetrata, narratur. fol.213.col.3.nu.6
Actio nostra in die dominico qualis debeat esse. folio 252.col.1.nu.6.
Actus apostolorum, quòd pro magna consuetudine ecclesiæ legi incæperit à dominico Paschæ, secundùm Augustinum. fo.47.col.2.nu.14
Actus idem in distinctis suppositis atq; causis, quàm disparis sit meriti, ostenditur. fol.148.column.1.numer.18.
Actus sunt suppositorum. fo.34.col.4.nu.4.
Admonitio pulchra de præscitis & prædestinatis. fol.180.col.4.nu.4.
Adoratio latria quid. fo.218.col.4.
Adorandi duplex ratio. fol.221.col.3.nu.1.
Adorandæ, uel colẽdæ quæ creaturæ. fo.224.c.2.n.1
Adorandi sanctos mos antiquissimus. fol.237.colum.3.num.1.
Adorare quid. fo.219.col.4
Adorare sanctos, quannis hominum meritis, & humilitati adscribatur, quomodo discretè tamen agendum sit. fo.219.col.4.nu.3.
Adoratio propriè dicta. fol.217.col.4.nu.7
Adoratio priscorum. fol.217.col.4.nu.8
Aduentitium quid sit. fo.161.col.3.
Aduocati officium. fol.106.col.2.
Aedificare sepulchra pretiosa, quòd non sit peccatũ. Et quos ornantes monumenta, & sepulchra ædificantes redarguit Christus. fol.239.col.1.nu.3
Aerij & Montani hæretici confutantur. fol.147.colum.4.nu.1.
Aeriani hæretici. fo.201.col.2.nu.1.
Aetas intrandi claustrum, & profitendi religionem. fol.144.col.4.nu.4.
Agnus Dei, & Agni figura. fol.82.col.2.nu.11.
Agon, & certamen Christiani. Et quomodo unctio fiat ad agonem. fol.96.col.3.nu.3
Agricolæ, & Vitalis translatio, & dedicatio. fo.236 col.2.num.3.
Alarici pium facinus recensetur. folio.247.colum.1.num.3.
Alba, secundum sacerdotis uestimentum. Et quid significet. fol.61.col.1.nu.6
Alia est ratio uitæ alia chatedræ. fo.11.col.2
Aliquid est altero melius dupliciter. folio 21. column.1.
Alphabeti Latini, & Græci super pauimentum ecclesiæ dedicandæ descriptio. fo.290.col.4.nu.6
Altare sanctum, & ad ipsum pertinentia ornamenta, ut corporale, calix. &c. unde a Christianis omnia fuerint uendicata. fo.62.col.4.nu.1.
Altare spiritaliter sumptum, quid denotet. fol.62. col.4.nu.2.
Ambitio & uana gloria ex opere bono. fo.121.col.1.nu.4.
Ambrosius quomodo sacris reliquijs de monumento translatis, sacras ædes concesserit, apostolorum more, & constitutione. fo.236.col.2.nu.1
Ambrosius quid de se dicat, cùm martyres uisitaret. fol.154.col.4.nu.7
Ambrosium quid mouerit, ut imbueret uirginem magis præcessorum exemplis, quam regulis suis, & præceptis. fol.6.col.4.nu.5.
Amen, sæpe in missa prolatum, quid significet, & quo modo interpretatur. fo.64.col.1.nu.13
Amictus, primum sacerdotis indumentum, & quid re præsentet. fol.61.col.1.nu.5
Amor Dei, quòd omne onus efficiat esse leue. fol.148 col.4.nu.2.
Andreas, & socius eius discipuli Ioannis. Et quomodo Christus eos ad eius discipulatum uocauerit. fol.165.col.3.nu.9.
Angeli, q̃ missæ semper assistant. fo.79.col.4.num.6.

Angeli, quòd in aliquibus ab ecclesia doceantur. folio 10.col.2.nu.17.
Angelos quomodo colebant, fidelis populi Dei more, priores Christiani. fo.219.col.4.nu.1.
Anglicanæ ecclesiæ unde psallendi regula emerserit. fo.42.col.3.nu.5.
Animum quòd plus attendat dominus quam opus. fol.14.col.3.nu.14.
Anna oratrix, de qua in lib regum, quare debuit orare secretè. Et sacerdotes templi quare sonanter orent. fol.37.col.1.nu.3
Anna prophetissa quæ prolixè orabat, quomodo euangelica laude sublimatur, & præcenouæ natiuitatis dominicæ ob id efficitur. fo.37.col.1.nu.7.
Antropophormitæ hæretici. fo.281.col.2.nu.6
Antiphonarum & hymnorum in ecclesiis institutio. fo.40.col.3.nu.8.
Antiphonæ unde cœperint oriri. folio. 43. col.4. numer.5.
Antistes quid sit, & unde dictus. fol. 114. col. 4. numero 6.
Antistes, quomodo post trifariam manuum sacerdotis consecrationem, osculatur ordinatos. Et quid hoc significet. fo. 119.col.3,nu.6
Antonius magnus eremita, & propheta, quòd ad eremum Aegypti apostolicam regulam sibi, & suis tulerit non suam. fo.162.col.4.nu.9
Apertionis mysterium per Effeta recensetur. fo. 93. col.2.nu.10.
Apophoreta triumphalia. fo.236.col.2.nu.2
Apostoli, seu ecclesiæ primitiuæ principes, quòd non euaserint auaritiæ, quæstus, & commodi notam. fo.8.col.3.nu.6
Apostoli, quòd sicut sunt uicarij Christi, & legati, ita minores presbyteri in curis ecclesiarum suarum legatione funguntur episcopi. fol.147. col.4. numer.5
Apostoli quomodo distinctas sibi parochias, & plebes habebant, quibus cooperatores fiebant secundi gradus discipuli. fo.147.col.4.nu.11
Apostolorum subministratores a domino fuisse institutos, ut eis obsequerentur, & ab eorum arbitrio omne ipsorum ministerium dependeret, ostenditur. fo. 147.col.4.nu.15.
Apostolorum esse regulam, quam omnes ordines sequi cupiunt, non a tali patrono facilitiam, sed ab Apostolico exemplari secundùm uiuentium capacitates electam, ostenditur. fo.162.co.4.nu.8
Apostoli, Martyres, & ipse dominus noster Christus, & angeli eius quomodo nobis festa sua concelebrẽt & quasi bestiæ immolatitiæ fiant pro nobis. fo.255 col.2.nu.9.
Apostoli statim post ascensionem Christi, quomodo ad superius, & altum cœnaculum conueniunt. fo.266 col.4.nu.2
Apostolus quare non dixerit, Misericordiam consequutus sum quia fidelis eram, sed, ut fidelis essem. fo.18.col.3.nu.7.
Apostoli Christi, quomodo de Christo studiosè, requirunt, ut doceat eos orare. fo.13.col.1.nu.2.
Apostolus quare assiduè legi præponat fidem. fo.18. col.3.nu.8.
Apostolus quare suspendat coniugibus officium cõcubendi. fo.22.col.4.nu.2
Apostolum præcepisse tonsuram, & nudam debere clericum seruare coronam, ex decreto Aniceti Papæ ostenditur. fo.117.col.4.nu.3
Apostolorum si qui ante euangelium uxores habuerunt, quomodo postea assumpti in Apostolatum, officium reliquerint coniugale. fol. 122. col. 4. numer. 1.
Apostoli, quòd circumducebant mulieres pias, non ducebant fo.122.col.4.nu.3
Apostolici uerbi (unius uxoris uirum) duos peruersos fuisse olim interpretes, demonstratur. fo.122.col. 4.numer.10.
Apostoli quòd fuerint principes. fol.134. column. 1.num.4.
Apostoli quare dicti ecclesia primitiuorum. fol.134 col.1.nu.6
Aquæ, & uini commixtio in calice notatur, & quæ sit huius admixtionis ratio. fo.66.col.3.nu.9
Aquarij hæretici unde dicti. fol. 66. columna. 3. numer. 10.
Aqua cur calici admisceatur. fol. 66. columna 3. numer. 12.
Aqua simplex quòd non solùm requiratur ad baptismi perfectionem contra Witcleff. fol. 89. colum. 4.nu.5.
Aqua munda quomodo exhibeatur in baptismate. fo. 96.col.3.nu.5
Aqua benedicta, à Marcello pontifice quantum ualuerit, ostenditur. fo.296.col.4.nu.4
Aqua sale conspersa, & sacerdotis benedictione sufulta, quantam uim habeat, ostenditur. fol. 296. col.4.nu.5
Arbitrium esse super gratiam dicunt pellagiani. fol. 13.col.1.nu.9.
Architectus sapiens quis dicatur, secundum Ambrosium. fo.2.col.1.nu.11
Argenti modij pauperibus missi. fol.190 colum.2. nu.2.alias 6.
Argumenti subtilis conuersio aduersus Witcleff. fol. 89.col.4.nu.2
Argumentum efficax contra Witcleff. fo.131. col. 4.nu.9.
Arguta & repagulum Witcleff generale contra sanctos ritus, & sacramentales, uel religiosas obseruantias. fo.9.col.2.nu.1.
Ariani, quomodo uno & eodem spiritu, quo Witcleuistæ, contra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt. fo.54.col.3.nu.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arma quomodo sanctificari olim solita contra Witcleff. fo.298.col.3.nu.1.
Armachani ad primum argumentum solutio, dicentis simplicem sacerdotem posse ordinare episcopum. fol.113.col.3.nu.2.
Armachani & Witcleff ad secundum argumentum de æqualitate potestatis, solutio. fol.114.colu.4. nume.1.
Arra pacis Ecclesiæ. fol.125.col.4.
Arrogantiæ tertia species quæ sit. fol.24.col.2.
Arrogantia Witcleff & Lutheri eius assectæ. fol. 4.col.2.
Arrogantium omnium moris esse, ut secundùm seipsos præposterent alios. fol.161.col.2.nu.2.
Athletarum unctio describitur. fol.96.colum.3.numero 2.
Augustini dictum super illum locum Orantes nolite multùm loqui sicut ethnici. fol.18.colum.3.numero 4.
Augustinus, & Isidorus, quid de cantibus ecclesiæ dicant. fol.40.col.3.nu.14.
Augustinus quomodo repererit secundùm antiquatam consuetudinem ecclesiæ pro singulis diebus dominicæ resurrectionis euangelia secundum singulos euangelistas suis signata diebus fol.47.col.1. num.11.
Augustinus quomodo obseruat lectionum, & cantuũ rationes de Quadragesima, de Pentecoste, & alijs anni festis. Item & de sanctis. &c. fol.47.col.2. num.13.
Augustinus quomodo regulam generalem præscripserit circa usus obseruantiales Ecclesiæ. fol.47.col. 2.num.17.
Augustinus, quomodo in multis, quæ ad ecclesiæ ritus & mores pertinent, semper amplexabatur Ambrosii sententiam. fol.56.col.3.nu.12.
Augustinus quid dicat de Monica eius matre. Et quomodo faciat contra Lutherum. fol.80.colum.2. num.5.
Augustinus officiosa, & sollicita perquisitio de baptismo & ritibus eius. fol.107.col.1.nu.4.
Augustinus, & Hieronymus quomodo pleno ore condemnauerint nuptias clericorum. fol.120.col.4. nu.10.
Augustinus lætatur pro festinitate diei Apostolorũ petri et Pauli, tristitaur tamen aliquantulum pro pauca populi congregatione. fol.255.colum.2.nume.3.
Augustini improbatio cõtra eos, qui dicunt præscitum non posse saluari. fol.182.col.4.nu.2.
Augustini laus. fol.250.col.2.nu.2.
Augustini institutio circa cultum Crucis. fol. 285. col.4.nu.4.
Augustinus, quomodo propter terram sanctam a Hierosolyma allatam dedicarit ecclesiam, in qua & Paralyticus fuit curatus. fol.299.col.2.nu.5.
Aureola professionum religionem. fol.145. col.3. num.2.
Auriculariter quòd sit confitendum, non publicè, usu, & auctoritate apostolica, cõtra Witcleff. fol.129. col.3.nu.1.
Auctor inuehitur in Witcleff hæreticum, quòd prætextu defensoris fidei, non uocatus, in medium prodierit, & se turbis ingesserit pacificis. fol.5. col.2. num.4.
Auctoris responsio ad argumentum Witeleff inferentis ad suæ falsæ doctrinæ fundamentum illud Matthæi, Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine &c. fol.22.col.4.nu.11.
Auctoris dictum contra necessitatem fatalẽ Witcleff fo.30.col.3. nu.5
Auctor inuehitur contra Witcleff proteruum, cõparantem catholicos oratores sacerdotibus Baal: si contingat propter plebem orare clamosè. fol.37 col.1.nu.5.
Auctoris parentes recensentur. fol.80.colum.2. nume.6.
Auctor inuehitur in Witcleuistas. Et quomodo sint plebs Caath, quibus non licet nuda sacra prospicere. fol.88.col.3.nu.7.
Auctoris responsio ad argumenta hæreticorum, prohibentium paruulos baptizari fide parentum pro eis uouentium. fol. 102.col.3.nu.1.
Auctoris oratio, & peroratio. fol. ult.

B

Balthasar regis ultio, ob abusum uasorum tẽpli, recensetur. fol.62.co.4. nu.7
Baptisma sanctum, q omnia prorsus delicta deleat fo.126.col.4.nu.7
Baptismales ritus describuntur. fol.89.colum.4.nume.6.
Baptismalis ritus de abrenuntiando Satanæ, & pompis eius, quomodo per apostolum Paulum fluxerit per orbem. fol.95.col.2.nu.8.
Baptismatis figura. fo.107.col.1.nu.3.
Baptismum quòd non possit adipisci quis sine renuntiatione Satanæ, contra quosdam. fol. 95. col. 2. nume. 6.
Baptismus aquæ nostris nascentibus, quòd tam sit necessarius, quàm erat necessaria circuncisio Ioanni, Abrahæ, Isaac, & cæteris patribus. fol.102. col. 3.nu.5.
Baptismus flaminis, & cordis conuersio, quod sit idem fol.125.col.1.nu.2.
Baptismus exterior, & impositio manus sacerdotis, quantum ualeant. fol.125.col.1.nu.6.
Baptismus, quomodo possit etiam ab hæreticis ministrari: & quòd non esset reiterabilis. fol. 125. col. 1.nu.9.
Baptistæ Domini capitis inuentio narratur. fol 248 col.3.nu.6.
Baptistæ quidam in utero sanctificari paruulos fideliũ mentientes. fol.100.col.4.nu.7.
Baptistæ nouelli ab auctore reprehenduntur. fo.102 col.3.nu.8.
Baptizandus quomodo constituatur ad fontem sanctũ. fol.95.col.1.nu.1.
Baptizandus antequam immergatur, quare Orientem uersus respiciat. fol.97.col.4.nu.5
Baptizandus quomodo ter debeat immergi, & non semel tantum, ut quidam erronei ueteres dixerunt. fol.97.col.4.nu.6.
Bardesani Armenij impietas notatur. Et Effrem pietas circa cãtilenas in laudem triumphatorum martyrum compositas. fol.255.col.2.nu.5
Barnabas, quòd non contempserit Pauli religionem, quauis societatem eius facta dissensione deseruerit. fol.165.col.3.nu.10.
Basilicas construere, quòd sit latriæ cultus. fol.260 col.2.nu.2.
Basilicæ, quòd soli Deo dedicentur, non sanctis. fol. 260.col.2.nu.3.
Basilicam, quam Iulianus Cæsar ædificauit, quomodo diuina prouidentia non susceperit. Et quare. Et multa de ædificandis ecclesiis. fol.260.co.2.nume.4.
Basilicas quomodo inter Christianos condendas, & ornandas spiritus Dei per prophetas suos instituerit. fol.165.col.2.nu.2
Basilij, & Gregorij Nazianzeni studia describuntur. fol.175.col.4.nu.1.
Beati, cum sint conditione, & statu liberrimi, quomodo à diuinis laudibus celebrandis, certis item uerbis, & horis uacare non possint. fol.49.co.3.nu.6.
Beda quid dicat super illud Iacobi, Fides sine operibus otiosa est. fol.14.col.3.n.6
Bellum, quod interdum sit licitum. fol.298.colum.3. num.3.
Benedictio omnis, quod sit à Christo. fo.79.colum.1 nu.8.
Benedictionis traditio specialis, quod in synagoga permansit, & in ecclesia celebratur in nuptijs. fo.294 col.3.num.2.
Bigamus, seu potius Digamus, quod repellatur à dignitate, & sacerdotio, & ab eleemosyna ecclesiæ. fol. 108.col.3.nu.8.
Brutorum risus, & colloquia. fo.258.col.3.nu. 8.
Boemorum impietas tangitur. fol.168.col.4
Byssina uestis prima sacerdotis legalis. Et quid significet secundùm Dionysium. fol.61.columm.1.nume.3.

C

Calicis usus unde desumptus. Et illius præparatio, & honesta custodia ad quem pertineat. Et de illius forma inuariabili, & nomine. Et quid denotet. fol.62.col.4.nu.1.
Candelabri benedictio. & de illius mystico intellectu. fol.294.col.3.nu.5
Canendi per loca diuersitas, unde cœperit. fol.47.co 1.nu.1.
Canonizati per Paulum recensentur. fol.233.col. 4. num.3.
Canonizationes sanctorum, quomodo esi necessarium ut continentius celebrentius. folio.233.colu.4. num.6.
Cantus ecclesiastici, quod instituti sint à Christo ordinante apostolos concinere, contro Witcleff. fo.38. col.4.nu.1
Cantus uocales quomodo tàm sententia, quàm auctoritate Christi succreuerunt in ecclesiis in triplici specie sua, scilicet, psalmis, hymnis, & Canticis. fol.40. col.3.nu.11.
Cantus ecclesiæ, & Psalterium cum melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatum ad quid proficiunt. fol.40. col.3.n.12.
Cantum regularem in hymnis, & psalmis, quomodo in Occidentalem ecclesiam Ambrosius secundum Orientis exemplum intulerit. fol.42. colum.3. num.4.
Cantus tres nocturni, & quartus laudum, quare in festis solennuter celebrentur. fol.51.colum.1. numero 4.
Cantus quales concesserit Lactantius Christianis in ecclesia. fol.56.col.3.nu. 6.
Cantus sancti, & cantores ecclesiæ ab Ambrosio probantur. fol.56.col.3.nu.7
Cantuum, hymnorum, & psalmorum à primitiua ecclesia ad nos traductio. fol.40.co.3.nu.1.
Caput, q maiorem gratiam refundat, contra Witcleff. fol.195.col.1.nu.2.
Cardinales quomodo ordinant summum pontificẽ. fo. 123.col.2.
Carmelitæ, quomodo castitatem perpetuam uouerunt. Et quare Carmelitæ appellati. fol.270.col.2.nume.8.
Carmelitæ dormire debent in tunica cãdida cum scapulari. fol.139.col.4.
Carmelitæ, cur fratres Mariæ dicti. fol.162.col.4. num.2.
Carmelitarum ordinis uetustas. fol. 170.colu. 2. num.4.
Carmelitarum ordinis in celebrando mos. fo.68.col. 4.nu.3.
Carmelitarum regula. fol.136.col.4. nu.12. & fol. 142.col.1. & 144. col.2.
Cassiodorus, quomodo ex fide Romanorum, quam prædicauit Paulus, didicit trahere populos ad sanctorum corpora uisitanda. fol. 254. colum.4. numero 6.
Casula (quam Græci Planetam uocant) septimum sacerdotale indumentum, unde dicatur. Et quid per hanc intelligatur. fo.61.col.1.nu. 14.
Cataphrygarum error circa ordinationem mulierum. fol.108.col.3.nu.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cathechizationis antiquitas. fol.91.col.2.nu.11.
Cathecumenorum emissio. fol.68.col.4.nu.12.
Cathecumenus,& catechizare quid sit. fol.91.col. 2.nu.10.
Cathecumenus sit baptizandus. fol.91.col.2.nu.6.
Cathari hæretici antiq. Et quo ab his rapuit Witcleff, q; sancti non sint orandi. fol.204.col.1.nu. 1.
Catholicus quis dicatur. fol.91.co.2.nu. 5.
Catholici quomodo imagines colant sacras,non tamen sine rebus. fo.274.col.2. nu.2.
Causæ uniuersales,quòd prius à Deo institutæ fuerint quam priuatæ,seu particulares. fol.116. colum. 2.nu.1.
Causæ quædam(unde ad memorias,& loca sanctorum currant religiosi fideles præparochialibus, & minutis ecclesijs,quibus incumbunt)recensentur.fol. 246.col.1.nu.1.
Caymi qui,& unde dicti. fol.233.colum.4.nu.2.
Cæcus illuminatus. fol.236.col.1.
Cæsarei non dicentur ob dotem catholici. f.8.col.1.
Cælestinus uixit anno d.426. fo.64.col.3.
Celebrans,quare statuitur ad medium altaris habens faciem ad orientem. fol.69. col. 4.nu.5.
Celeuma sanctii,quomodo docuerit apostolus.Et quid sit Celeuma. fol.40. col.3.nu.5.
Cerei ardentis à baptizato acceptio. fol.99.col.2. nu.3.
Cerei duodecim quomodo ponantur ante crucis signa in dedicatione ecclesiæ.Et ad quid.Et de circuitione pulsatione,percussione,& apertione ecclesiæ.&c. Et quid hæc omnia denotent. fol.290.col.4.nu.4.
Cerei,& luminis benedictio q; debeat fieri in sacra uigilia,& quare fol.294.col. 3.nu.1.
Cereus paschalis quid denotet.Et de insixione frustulorum incensi in eo. fol.294.col.3.n.4.
Charitas fraternitatis,q; unionem singulorum in meritis faciat,ostenditur.fol.196.colum.3.nume.6.
Charitatis excellentia describitur.fol.135.colum.4. num.3.
Charitatis bona. fol.166.col.4.num.12.
Charta meritorum Christi nobis concessa.fol.176.co. 1.num.5.
Chebboleth quid sit. fol.72.colum.4.num.2.
Chorus quid.Etunde dicatur. fol. 42.col.3.num.2.
Chrismatis consecratio quare fiat in die cœnæ domini. fol.254.col.1. nu.4.
Chrismatis unctio, quomodo fiat post trinam immersionem in uertice:Et quæ sit ratio. fol.97.colum. 4. num.8.
Chrismatis consecratio,& quomodo fiat.fol. 105.co. 4.nu.1.
Chrismatis in consecratione quæ obseruentur.fol.105 col.4.nu.3.
Chrismatis usus descriptio. fo.105.col.4.nu.4.
Christiana religio,q; ideo non sit contemnenda, quia erat religio Pharisæorum, sicut nec sacerdotium Christianorum,quia erat & Iudæorum.fol.165.colu.3.nu.3.
Christiani honestati semper esse,& fuisse congruum,ut in uestitu,& signis extrinsecis diuersæ professionis & status fiat agnitio,ostenditur. fol.174.col.1. num.2.
Christiani qualiter participent meritis mutuis,multorum exemplis demonstratur. fo.188.col.2.nu.1.
Christiani,q; omnibus pauperibus sint debitores,maximè uero sanctis. f.190.col.2.nu.7.
Christiani,q; nec præsumendo de meritis, sanctorum contemnere debeant suffragia,nec tanti faciant eorum preces,ut merita sua negligant.f.216. colum. 3.nu.3.
Christiani,quomodo uenerentur,& adorent imagines, sed non seruiant eis cultu diuino. fol.279.colu. 3. num.7.
Christiani,quomodo non postulant aliquid ab imaginibus,sed à Christo,& sanctis apud imagines.f.287 col.4.nu.1.
Christiani duplex gradus proiectus.Primus pœnitere delictorum,Secundus,sanctos obsecrare suppliciter fol.207.col.3.num.6.
Christianis,quæ fuerint priscis temporibus obiecta,et qualibus iniurijs premebatur Christianitas.f.88. col.3.nu.6.
Christiano,si quæratur,quid credendum sit,quod ad religionem pertinet,quid erit ei satis secundum Augustinum. fo.5.col.4.nu.7.
Christianus cur quis nuncupetur.Et quod Christus dicatur unctus. f.89.col.4.nu.4
Christus,q; Cæsaris nomini attulerit reuerentiam, iubens nominatim Cæsari dare,quæ Cæsaris erant. fol.7.col.2.nu.2.
Christi fidem q; non minus neget,qui uerba sacra sensu meretricis adulterat,quàm ille,qui respuit,& nullatenus admittit. f.3.co.2.n.4
Christus quare non pseudo prædicatores, sed fideles præpositos in doctores figit in ecclesia.fol.4. col.1. nume.6.
Christus totus in corpore suo,q; uideatur scala Iacob. f.4.col.1.nu.14.
Christus,q; notatus fuerit ambitus à Pharisæis,et scribis. f.8.col.3.nu.2.
Christus quare nudatus pristinis uestibus,fuerit indutus Chlamyde coccinea. f.8.col.3.nu.3
Christus quare toleraverit Iudam. fol.9.col. 2. numero 4.
Christus,q; malum toleret,ne bonum destruatur, aut deseratur. f.9.col.3.nu.5
Christus quid in Pharisæis redarguerit. Et quomodo oporteat maiora facere,& minora non omittere. fol.9.col.3.nu.6.
Christus, quòd per ecclesiam suam uenerit ad gentes, & per ecclesiam loquatur gentibus.fol.10. colum. 2.num.2.

Christi

Christi dictum in Cruce, scilicet, Pater ignosce illis. &c.quòd non ad crucifixiores tantum,sed ad Paulum postea sæuientem pertinuerit. f.10.colu.2. num.3.
Christo,& Petro similes prælatos exigunt Witcleuistæ,ut eis obediant. f.10.col.2.nu.12.
Christus saluator noster,eiusq; mater,.Apostoli,et discipuli pluries orasse legũtur. f.22.col.4.nu.8.
Christus,quæ dederit trinam illam de oratione cautelam,petite,quærite,pulsate. f.32.col.2.nu.3
Christus omnium præscius,quòd clamorem importunum oratoris expetat,contra Witcleff. fol.37.col. 1.nu.11.
Christus an docuerit quandoq; discipulos concinere,et simul consonanter orare. f.38.col.4.nu.7
Christus cur uoluit quòd non omnia scriberent.f.117 col.3.
Christus usquequo nõ regnet in corpore suo,q; est Ecclesia. f.45.co.2.nu.10
Christus nõ aspernatus usum Iudæorum,quomodo regulariter gratias dixerit,cùm prandevet.f.45.col. 2.nu.14.
Christus quomodo antequam ad alia opera descẽderet semper oraturus intrabat in templum,in exemplum nostri. f.49.col.3.nu.2.
Christus Deus,sol uerus,& dies uerus,q; omni hora,di noctuquè à Christianis frequenter sit adorandus, & precibus orandus. f.51.col.1.n.7
Christus,q; uerbo,& facto à prima electione apostolorum,usque ad uiciniam passionis docuerit fideles nocturnas frequentare uigilias continuè.f.52.col. 3.nu.9.
Christus quomodo trãs torrentem pergens,ad orationẽ mediæ noctis pergit. f.54.col.2.nu.6.
Christus,Apostoli,patres omnes testamenti ueteris, & nouelli,quomodo horam mediæ noctis supra modum orationibus commendẽt,& psalmis.f.54.col.2 num.2.
Christus,& sanctus apostolus,quòd sacras uigilias antiquas usque in nos trãsmiserint.fol. 54. colum. 3. nume.11.
Christus homo,quomodo mediat inter Deum, & nos. fol.207.col.3.nu.3.
Christus,quòd multa reliquerit suis apostolis pro suis captu temporis in melius reformãda. & f. 58.col. 4.nu.5.
Christi apostoli,quos diuinos duces appellat Dionysius qũo nobis leges dederint de sacris ritibus & obseruantijs,& sacramẽtalibus ordinibus.&c. siue scriptis,siue non scriptis. f.58.col.4.nu.7.
Christus oraturus quare auulsus fuerit à cœtu apostolorum. f.58.col.4.n.10
Christus cur non omnia docuit apostolos. f.59.co.3.
Christus idem quòd unctus. f.89.col.2.
Christus,quomodo,& quando ter obtulit corpus suũ. f.68.col.1.nu.16.
Christi in cõsecratione,quare sit tacitum de aqua.f.66 col.3.nu.11.
Christus,utrum stando consecrauerit. fol.70.col.1. nu.9.
Christus licèt consecrans derit,quomodo tamen stãdum sit alijs. f.70.col.1.nu.10.
Christus q; in eucharistia tangatur,uideatur, & comedatur. f.84.col.3.nu.5.
Christus,q; sumpserit corpus,& sanguinem suum in cœna. f.85.col.3.nu.1.
Christus Pontifex,quomodo instituerit apostolos sacerdotes perfectos. f.85.col.3.nu.5
Christi unctio.Et quo Chrismate fuerit unctus.fo.89. col.4.nu.3.
Christus quomodo ante Spiritum sanctum descendit in aquas.Et quaratione. f.97.col.4.nu.3
Christum in quibus imitari non possumus.fol.97. col 4.nu.4.
Christi dominatus,quando fuerit primò exaltatus.fo. 102.col.3.nu.6.
Christus quare dixerit apostolis,Prædicate omni creaturæ. f.102.col.3.nu.7
Christus Chrisma,& unguentum. f.105.co.4.nu.7
Christus oleum effusum est.Et quomodo à Christo dicantur Christiani. f.105.col.2.nu.8.
Christi olim dicti reges,& iusti. f.105.col.4.nu.9.
Christus caput & summus Pontifex,q; apostolos suos ordinauerit presbyteros,& ipsi præfecerunt episcopos. f.111.co.4.n.6.
Christus quare dimiserit mulierem de adulterio ream, & non absoluerit. f.126.col.4.nu.12.
Christus quomodo fuerit suis parentibus obediens, dũ adhuc ad ætatem legitimam doctoris non peruenit. f.142.col.1.nu.13.
Christus,q; omnem religionem tenuerit,& instituerit. f.161.col.2.nu.4.
Christus dominus specialiter unctus,qũo à seipso tanquam à capite perfectionis traduxit regulam sancti tatis in posteros. f.164.col.3.nu.2.
Christi patientia,& potentia ostenditur.f.169.col.2. nu.2.
Christi exaltatio. f.103.col.2.
Christus qualiter religionem perfectam in apice suæ religionis instituerit. f.172.col.4.nu.4.
Christus,q; meritorum suorum suos participes fecerit, contra Witcleff ostenditur. f.175.col.4.n.3.
Christi clementia exprimitur. f.176.co.1.nu.4.
Christus quomodo orauit pro non euenturis,quæ tamẽ euenire poterant. f.190.col.2.n.5.
Christus quod sit aduocatus hominum,& mediator.f. 205.col.4.nu.1.
Christi ante aduentum,quomodo eramus intra Dei præsentiam per naturã,sed extra præsentiam eius quo ad gratiam. f.205.col.4.nu.2.
Christus quòd sit orandus humanitus, & interpellandus contra Witcleff, & Guillelmum Sartorem

fol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fol.206.col.1.nu.3.
Christus homo q̃ mediat inter Deum & nos.fol.207.col.3.nu.3.
Christus homo q̃ adoretur etiam in membris suis mysticis,ostenditur,contra hæreticos.fo.212.col.1.nu.1.
Christus,q̃ sit mediator noster inter Deum, & hominẽ, & sic adeundus,& orandus. fo.212.col.1.nu.2
Christus,q̃o sit adorandus. fol.217.col.4.num.1.
Christi humanitas adoranda. fol.221.col.3.nu.4.
Christi humanitas,q̃ non tantum adoranda est,sed & præsepe,& lignum crucis,& cunctæ memoriæ Saluatoris. fol.222.col.4.nu.3.
Christi humanitas,nubes.Et omnes angeli,& sancti dicuntur etiam nubes. fo.207.col.3.nu.4.
Christi canonizatio per Petrum. fo.225.col.4.nu.3.
Christus quomodo se,& apostolos apud patrem canonizauerit. fo.233.col.4.nu.1.
Christus,q̃ à fœminis in sepulchro sæpe fuerit peregrè uisitatus contra Wicleff. fol.241.co.1.nu.1.
Christus q̃ uoluerit in sepulchro adorari,contra Wicleff ostenditur. fo.241.col.1.nu.6.
Christi memoria,quòd recentior habeatur, quam eius beneficia recolimus in beatis ostenditur. fol.248.col.3.nu.2.
Christus quomodo festa nostra celebrat,Angeli quoq; & spiritus cælestes quòd dies festos agãt pro nobis intercedant.&c. fo.255.col.2.nu.7.
Christus quod non uitauerit domum propter recessum à statu innocentiæ. fol.258.col.3.nu.9
Christus quare fuerit passus sub dio,in excelso ligno,et non sub tecto. fo.262.col.3.nu.3.
Christus,quomodo ad noui religionem sacramenti altam domum requisuerit,& amplam. fol.266.col.4.nu.1.
Christus quomodo uult crucem suam exaltari in cœlo. f.282.col.2.nu.4.
Chrysostomi dictum aduersus eos,qui dicunt,Non possum,& quasi uidentur accusare conditorem.f.122 col.4.nu.7.
Chrysostomus q̃o humili prece rogauit non iam sanctum uirum, sed peccatorem notorium pœnitere de lapsu. f.204.co.1.nu.6
Cingulum tertium,quo sacerdos induitur.Et quid significet. f.61.col.1.n.7
Circumcisus,quod sicut non nascitur de circũciso,sic nec baptizatus nascitur de baptizato.fol.102.colu.3.num.3.
Cistertiensis domus gloria. f.179.col.2.n.2.
Clamor internus est quasi anima clamoris uocalis.fol.38.col.3.
Clamor cordis est intentio magna cogitationis. ibidem.
Claustrales boni,quod dæmonibus,& hæreticis terribiles fiunt,ut spiritualium castrorum acies ordinata. f.172.col.4.nu.6
Clerici,& prælati catholici,q̃ non debeant turbari,neque relinquere ecclesiam,et si ab Wicleuistis hæreticis uocentur Cæsarei. f.7.col.2.nu.1.
Clerici secularis bona quæ sint,describuntur.f.161.co.1.nu.2.
Clerici Gregorij,& Basilij monachi unum opus.f.175.col.4.nu.2.
Clero quæ sint obseruanda. f.8.col.3.n.4.
Clericus quãtum distet à præsule & de diuersitate officiorum in maiori & minori ordine sacerdotum ex Gregorio. f.151.co.1.n.20.
Cleri secularis bona narrantur. f.151.col.3.
Cœnaculum cœnæ domini ubi fuerit. fol.162.col.4.nume.3.
Cœnaculum quid sit.Et quomodo in eo Apostoli morabantur,elegerunt Mathiam,acceperunt Spiritumsãctum. f.266.col.4.n.3.
Cœnæ domini festum Apostoli tempore celebratum.f.254.col.1.nu.2.
Cœnæ domini mysteria recensentur. fol.254.colum.1.num.3.
Cœnobitarum uita.Et unde dicantur Cœnobitæ,& Cœnobia.Et quis hanc uitam fecerit primus.f.161.co.2.nu.6.
Cogitatio,q̃ de radice mentis surget in ramum operationis. f.14.col.3.nu.17.
Collobium diui Iacobi memoratur. Et à quo illorum usus sumpserit initium presbyteris,& Diaconis. Et quomodo postea Collobia in Dalmaticas commutata sint. f.61.col.1.nu.13.
Collecta,quæ est communis oratio missæ,quare sic nuncupetur. f.64.co.1.nu.9.
Columbæ quare super aquas resideant.fol.206.col.1.num.4.
Columna,ad quam alligatus dominus.Et quid de ea dicat Beda. f.61.col.1.n.10.
Comedere quod non liceat in ecclesia.fol.84.colum.3.num.10.
Communicantes,& memoriam uenerantes.f.74.colu.3.num.12.
Communicantes quòd sint ieiuni. f.84.col.3.nu.9
Communionis ritus describitur.fol.84.columm.3.nume.1.
Communionis figura ostenditur.Et de lectione Euangelij. f.104.col.3.nu.5
Communionis symbolicæ primus gradus recensetur.f.188.col.2.nu.9.
Comparatio clericorum secularis,& religiosi.fo.151.col.1.nu.1.
Competentes qui dicantur. f.93.co.3.nu.12.
Concilium Toletanum de Hymnis, & alijs cantibus ab hominibus factis,aduersus eos, qui dicebant reprobari debere tanquam non existentes ex scripturis sanctorum Canonum,uel apostolica traditione. fo.43.col.4.nu.3.
Concilium Carthaginense circa scripturas,quæ debent legi in ecclesia sub nomine diuinarum scripturarũ. Et quid de passionibus martyrum.f.43.col.4.nu.9

Concilij Toletani,cui præsidebat Isidorus, decretum, ut unus ordo orandi,atque psallendi.&c.per omnẽ Hispaniam,atque Gallatiam conseruaretur. f.47.col.2.nu.16.
Concilium Nicænum(in quo proiectus est Arius mundi stipula,& inhibitæ sunt non tantùm clericorum nuptiæ,sed & introduci fœminas suspectas in domos eorum)adducitur. f.122.col.4.nu.8
Concilium Carthaginense,de euertendis altaribus,& basilicis,in quibus nullum corpus, uel reliquiæ alicuius martyris probarentur conditæ. f.292.col.1.nu.3.
Concinendi disciplinam exquisitè tradidit Augustinus f.42.col.3.nu.3.
Concordia ecclesiæ hæreses pellit. f.4.co.1.nu.10.
Confessionem criminis benedictam a domino,& a diabolo interdictam,insequitur Wicleff.f.128.col.3.nu.1.
Confessio auricularis,q̃ sit sacerdoti facienda, contra Wicleff. f.128.co.3.n.3.
Confessio specialis, quòd sit soli facienda presbytero, Et quare.Et de eius necessitate latissimè.f.129 col.4.nu.5.
Confessionis uocalis necessitas probatur.f.131.col.4.num.1.
Confitendum est auriculariter non publice.f.129.c.4
Confitendi consuetudo auriculariter,cur fuerit introducta. f.130.col.1.
Confessionem cur Deus instituit. f.132.col.1.
Confidendum quòd non sit constituenda in ecclesia in splẽdore ecclesiarum, sed in uera fide, & sancta conuersatione. f.265.co.1.n.1
Confidendum,quòd non sit in meritis proprijs.&c.fo.3.col.4.nu.1.
Confidendum q̃ sit in gratia,non in meritis.f.24.co.1.nu.4.
Confirmandi modus recensetur. f.104.co.3.nu.4
Confirmationis sacramentum uenerabile, q̃o peracto solemni baptismo debeat subsequi, si episcopus adsit. f.104.col.3.nu.1
Confitendi soli presbytero necessitas innuitur.f.128.col.3.nu.6.
Conuiuatorum miseræ seruitutes describuntur.f.120.col.4.nu.5.
Coniuges per adulteria separatos,quomodo post pœnitentiam reconciliari suadeat Augustinus.fol.126.col.4.nu.8.
Consecrata à domino, quando possint in opera pietatis conuerti. f.62.co.4.nu.8.
Consilia,quòd sint in lege euangelica. f.2.co.1.nu.5
Consiliæ seu uoluntaria,& non legitima obseruãta per Dauid. f.136.col.4.nu.6.
Consonantia literarum fratrum ad epistolas Pauli.f.177.col.3.nu.4.
Constantiense Concilium,& testes contra Wicleff de missæ institutione. f.86col.4 nu.9
Constantini impietas circa sanctorum miraculis coruscantium reliquias. f.239.co.1.nu.1.
Constantinus Imperator,quæ sanctorum corpora leuauerit. f.236.col.2.nu.5
Constantinus Imperator disponens res clericorum uni cuique ciuitati,prospexit,ut clerus sufficientia emolumenta perciperet. f.7.col.3.n.8.
Constantinus Papa q̃o Philippum Cæsarem hæreticũ superauerit picturis. f.274.col.2.nu.5
Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis,q̃ nequaquam sit spernenda. f.102.colu.3.nu.9
Contemplatiuæ uitæ laus, quæ Theoria nuncupatur. f.21.col.1.nu.11.
Continentiæ uotum,quomodo ab omni sacrè ordinato profitetur. f.120.col.4.nu.2.
Continentiæ honestas, quantum ponderis continebat apud Romanos Flamines,aut uirgines uestales,ostẽditur.Et quid de Hierophantis Athenienſium. fol.122.col.4.nu.9.
Continuatio quomodo augeat meritum orationis.f.30.col.3.nu.7.
Conuocare populum,quòd tantum sacerdotum est,contra Wicleff. f.68.col.4.nu.6
Corda leuare cum manibus qui dicantur. Et quis cor tantùm leuat,& non manus.Et quis manus, & non cor. f.16.co.3.nu.12
Cornelij centurionis oratio & ieiunium.f.32.co.2.n.2
Cornelius centurio ob prolixam orationem apostolorũ principis aduentum consequitur f.37.co.1.nu.8
Cornelij Papæ,& martyris uirtus describitur.f.227.col.3.nu.2.
Cornelius Tacitus mendaciorum loquacissimus,q̃o improperauerit Iudæis,Deum ipsorum caput Asinum factum. f.270.col.2.nu.2
Corona Simonis Magi describitur. fol.145.col.4.nume.6.
Coronæ quantitas ex Concilio Toletano.f.145.col.4 num.7.
Corpora defunctorum,maximè iustorum, atque fidelium,quòd non sint contemnenda,nec abijcienda.fo.235.col.1.nu.2.
Corpus Christi secundum naturam sumitur. fol.23.col.2.
Corpus Christi tempore Hieronymi quomodo sumebatur. f.22.col.4.nu.5
Corpus Christi post consecrationem,non panis est.fol.77.col.1.nu.6.
Corpus Christi,quòd sub speciebus uideatur.f.77.col.2.nu.11.
Corpus,& sanguis Christi,q̃ sint uerè in Eucharistia. f.66.col.3.nu.13.
Corpus Christi,quomodo per species alienas uideatur. f.84.col.3.nu.6.
Credens Deo, quod aliter eius fidem recipere non queat,nisi credat in sanctos eius. fol.4 colum.1.nume.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Credere, quid sit secundum Augustin. f.14.col. 3. nu.12.
Crucis faciendæ in missa ratio. Et utrum sigillatim pannis,& unum accipiant singulas cruces,an simul una cruce duo signentur. f.74.col.3.nu.2.
Crucis signum,q̃ sit memoriæ mandandum f.79.col.1. nu.9.
Crucis signum in fronte baptizati f.91.co.2.nu.12
Crucis frequens signatio quare fiat in fronte baptizandi. f.93.col.2. nu.8
Crucis inuentio ab Helena facta describitur. f.282. col.2.nu.6.
*Crucis officium,q̃ non sit idololatriæ plenum.*fo.282. col.3.nu.1
*Crucis præconia recensentur,& beneficia.*f.284. col. 3.nu.1.2.
Crucis inuentionis festum quomodo debeamus percolere. f.284.col.3.nu.4
Crucis signum q̃ sit uenerandum,& colendum,contra Wileleff,& Claudium Taurinensem quondam episcopum. f.285.col.4.nu.1
Crucis signo quomodo omnia,quæ secundum nos perficiuntur. f.285.col.4.nu.2
Crucis signum quid operetur. f.286.col.1.nu.5
Crucis signum quomodo debeat leuari in processionib. ecclesiasticis & c.in uexillis ac diadematibus orthodoxorum regum. f.286.col.1.nu.8
Crux,q̃ portitorem præcedat, & sequatur incensum, quid significet. f.105.col.4.n. 5
Crux,Christi,quomodo sit apparitura in nubibus. Et de illius adoratione. f.224.col.2.nu.3
Crux domini q̃ fuerit gemina. f.283.col.2.nu.1
Crux,de qua gloriatur apostolus,q̃ fuerit lignea. Et quomodo huius reuerentia displicet Witclenistis hæreticis. f.283.col.3. nu.2.
Crux Constantino uisa. & quomodo coram sè portari fecerit,& militaribus uexillis impresserit. f.286. col.1.nu.7.
Crux quomodo nos muniat. f.290.co.4.nu.3
Culpa quò maior,q̃ eò maiora sint quærenda suffragia contra Witcleff. f.196.col.3.nu.1
Cura q̃ sit exhibenda specialiter defunctis sine acceptione boni,uel mali. f.200.col.1.n. 3
Curatis obitici solita narrantur. f.151.col.1.nu.5.
Cyprianus quid dicat contra hæreticos,& schismaticos. f.10.co.2.nu.6

D

Dalmatica,sextum sacerdotis indumẽtum.Et quomodo sit facta.& quod fuerit indumentum Leuitarum. f.61.col.1.nu.11
Damascenus qũo resoluat omne ambignum de adorandis sculptilibus.& qui dicantur benè adorare sculptilia,& qui malè. f.281.col.2.nu.2.
Damonis,& Pythiæ Pythagoræorum præclarum facinus recensetur. f.188.col.2.nu.2
Dandum q̃ sit omnibus sine morum discussione, non tamen ob mal as artes. f.190.col.2.nu.5
Daniel,quomodo non inchoauerit soluere regis problema,nisi deuotæ precis spatio impetrato. Et quare Ananiam,Azariam,& Misael iunxerit ad preces. f.49.col.3.nu.4.
Danielis,& trium puerorum simul & Machabæorum gloriosa prædicatio:quòd illi de mensa regis contaminari noluerint:isti uero quia escas, quibus Christiani nunc licitè utuntur attingere,noluerint.& c. f.107.col.1.nu.6.
Dedicatio ædium sacrarum. f.289.col.2.nu.2.
Dedicationis ecclesiæ celebritas,unde sumat exordiũ. f.290.col.4 nu.1.
Dedicationum ecclesiarum solennitates,q̃ per singulos annos sint solenniter celebrandæ ex Felicis Papæ decreto. f.289.col.3.nu.5
Defuncti q̃ sint suffragiorum capaces contra Witcl. f.80.col.2.nu.3.
Defunctorum in missa memoria,quòd fuerit ab apostolis instituta. f.80.col.2.nu.4
Defuncti q̃ membra sint ecclesiæ. f.80.col.2.n.10
Demon laborem orationis ẽsi nobis plus infestior solito. f. 2.col.4
Deo quantò plus cupimus adhærere, q̃ tantò plùs famulos eius,qui ipsi ardentius obsequũtur, interpellare debemus. f 196.col.3.nu.3
Deo gratias in fine missæ. f.86 col.4.nu.8
Deo soli q̃ fiat sacrificium,licèt sub memoria martyrum. f.74.col.3.nu.17.
*Deprecationis uocalis,aut sonoræ differentia.*f.22.co. 4.nu.11.
Deprecatio diuina,q̃ non sufficiat.Et quare sit surgendum nocte,& media nocte,secundum Ambrosium. f.54.col.2.nu.5.
Descriptio accedentis ad baptismum,& Anadochi seu patrini.&c. f.91.col.2.nu.8
Desperandum de nullo dum uiuit. f.192. colum. 2. num.2.
*Deus gratiam suam non merita nostra coronat.*f.28. col.2.
Deus cum sit pronior ad ueniam, quàm ad uindictam, tolerat minora bona. f.9.colum.2.nu.3.& 131. col.3.
Deus,quod utramq; naturam ad honorem suum mundari desideret. f.9.col.3.nu.8.
Deus,q̃ quandoque dat initium fidei non orãtibus, per seuerantiam autem in bona uita,non nisi orantibus f.18.col.3.nu.3.
Deus Christianorum quod neque catholicis precibus offendatur. f.16.col.4.nu.210
Deus omniscions dat nobis iustitiam uitæ propter rationabilem precem.& c.non precem rationabilem propter uitam primo. f.18.col.3.nu.6
Deus,qui auctor est realis,quod requirit cogitationẽ orantem,uel uocem,sicut & uitam suæ iustitiæ cõplacentem. f.22.col.4.nu.9.

Deus uerbum,quòd requirat orantis uerba. f.29. col. 2.nu.9.
Deus ut bonum faciamus,quid ad gloriam eius requiras à nobis. f.29.col.2.nu.10
Deus q̃ possit impediri,aut sanctorum precibus retineri,ne usque ad quantum culpa iustitia postulat,ipse sæuiat. f.30.col.3.nu.1
Deus igni comparatur. Et quando Deus dicatur esse præsens,& quando absens. Et in quibus dicatur inhabitare,& in quibus non. f.207.col.3.nu.5.
Deus uerbum,quomodo per humanitatem suam homines rogat homo factus,& per Apostolos, & sanctos. f.206.col.1.nu.6.
Deus,q̃ uelit peti, ut nos capaces donorum eius faciamus. f.33.col.3.nu.4
Deus,q̃ diligat in oratione ualidè instantes & importunè auidos petitores. f.36.col.1.nu.3
Deus ambulans dictus. f.77.col.2.n.12
*Deus, quòd sit pronior semper ad miserendum miseris,quàm ab puniendum proteruos.*f.129.colum.4 nu.8.
Deus, quòd secundùm mensuram operum meritoriorum præmiabit hominem sic merentem, ut dicunt Witclenistæ,quod sit Pelagiana hæresis. f.24.col. 1.nu.5.
Deus,quòd non prius concedat participationes meritorum temporaliter,quàm homines, multis auctoritatibus,& exemplis,ostenditur, contra Witcleff. f.184.col.4.nu.1.
*Deus quòd sit inexpertus malorum.*f.184.col.4.nu.2
Deus etiam quod peccatores,& pro peccatoribus audiat. f.215.col.2.nu.3
Deus quomodo egit miracula in præsentia corporis diui Vincentij,ad iudicandum eum sanctum. f.230. col.2.nu.4
Deus,qui non arctat uirtutem suam ad locum,quomodo tamen limitet ad locum,ubi operetur sic, q̃ non alibi operetur. f.246.col.1.nu.2
Deus, quomodo regulariter iubet pro lege communi, ut quos inuocamus in nomine domini præsent auxilium. f.247.col.1.nu.1
Deus solus cultu latriæ colitur. f.237.col.3.nu.2.
Deus,an sit magis præsens in ecclesiis, quam in cæteris locis non sacris. f.263.col.3.nu.1.
*Deus,quod ubi manifestat gratiam suam uberius, illic est eius propitiatio cariùs expetenda.*f.263.col.3. nu.2.
*Deus pater ut homo uisus,contra Wilcleff.*f.277.col. 3.nu.1.
Deus quomodo in una ecclesia, aut cruce, uel imagine manifestat uirtutem suam,quam non facit in alia. f.287.col.4.nu.2.
*Diabolus quomodo cum meretrice hæresi Witcleff sibi coniuge desponsata,cupit quasi per Euam efficere,quod per seipsum non præualet.*fol.54.colum.3. nu.9.
Diaconissæ unde dictæ. f.108.col.3.nu.6.
Dies sanctorum quare nolint persequutores fidei duci ad memoriam. f.250.col.2.nu.1.
Dies martyrum quomodo celebrat Cyprianus, non ut Witcleuista. f.250.col.2.nu.3.
Diebus martirum,& aliorum sanctorum, quomodo ipsi sint à nobis tunc orandi, non autem pro eis orandum. f.250.col.2.nu.4
Dies beatorum martirum,& confessorum Christi, quibus de seculo transierunt,quare natales uocitẽtur. f.250.col.2.nu.5
Dies festi domini,& sanctorum,q̃ sint fideliter obseruandi,quid moneat. f.255.col.2.nu.1
Differentiã assignat Hieronimus inter antiquos Christianos,& idololatras f.270.col.2.nu.3
Differri potest officium, non auferri. folio 51.colum.4.
*Digami,quare arceantur ab ordine sacro.*f.122.co.4. nu.11.
Dionisij confessoris reliquiæ Mediolani translatæ. f.235.col.2.nu.6.
Diotrepes, uel potius Diotrephes hæresiarcha tempore diui Ioannis euangelistæ. f.111.col.4.nu.2.
Diploma literarum de participatione meritorum. fo. 177.col.3.nu.1.
*Discumbendum q̃ non sit priùs,quàm oratio ad Deum præmittatur,disciplina Christianorum antiqua ostẽditur.Et de gratiarum actione post conuiuiũ.*f.295 col.4.nu.5.
Doctores sancti,q̃ possint falli de homini iniquitate,nõ de fidei ueritate. f.6.col.4.nu.2
Doctrina humana, quàm parum ad diuinam faciat. f. 5.col.4.nu.8.
Doctrinæ humanæ professor q̃ omni studio debeat eius mentem aptare diuinis. f.5.col.4.nu.9
Dominicum diẽ quare sanxerint apostoli. Et quare sic appellatus. Et quomodo tali die stantes oramus, & ab operibus terrenis abstinemus.& c f.252.co. 1.nu.3.
Dominicus dies, quando cœperit habere festiuitatem suam. f.252.col.1.n.1
Dominus,quod statim in initio fidei sit inuocandus. f.18.col.2.nu.10.
*Dominus plus animum attẽdit, quàm opus.*f.16.col.1
Dominus uobiscum.salutatio ad plebem secundũ morẽ apostolorũ &,Pax uobis, secundum morem Christi,unde fuerit desumpta. f.64.col.1.nu.1
Dominus uobiscum,in fine missæ. f.86. col.4.nu.5
*Dominus desponsaturus ecclesiam,quomodo primo omnium iubet eam abrenuntiare diabolo, & omnibus operibus eius,& omnibus pompis eius.*f.95.col.1. nu.3.
Dominus,quòd super Petrum ædificauerit ecclesiam. f.147.col.4.nu.8.
Dominus Christus est.& Deus.Et de eius adoratione. f.224.col.2.nu.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus Iesus quomodo præcipuè in Synagoga docebat, & operabatur uirtutes in sabbato, & quare. f.263.col.3.nn.5.
Dona spiritussancti recensentur, quæ ad inuocationem sacerdotis in confirmatione infunduntur. f.104. col.3.nu.2.
Dona spiritussancti, quòd sine charitate possint dari. f.131.col.4.nu.8
Dona sua obtestantiũ uanitas describitur. f.68. col.4. nu.11.
Donatio constantini, q̃ non excæcauerit ecclesiam, ut dicebat Witcleff. f.6.col.4.nu.1
natistæ, quos semper sequitur Witcleff, dicentes sa
Docramenta non esse sancta nisi per sanctos dentur, quomodo cogũt sumentes, spem suam in homine ponere. f.25.col.2.nu.12

E

Ecclesia omnis, quare unctione chrismatis cõsecretur f.105.col.4.nu.10.
Ecclesia diebus Augustini qualiter non cesserit ritib. baptismalibus quin interrogarent, & responderent & facerent cætera sacerdotes, & susceptι. &c. f.107.col.1.nu.1.
Ecclesia, in ea cur aliqua seruantur, quæ scripta non sunt. f.60. col.1.
Ecclesia, quæ fundatur in Christo, quomodo claues ab eo regni cælorum accepit in Petro. f.131.col.4. nu.4.
Ecclesia quid. Et quid de illa dicat Origenes. f.131.co. 4.nu.10.
Ecclesia Petri apostolica, q̃ sit per hmõi orbem una, & non numerata cum alijs. et una cum singulis. f.147 col.4.nu.9.
Ecclesia prædestinata quæ dicatur. & multa de ecclesiasticis recensentur. f.134.col.1.nu.2
Ecclesia docetur per pulchram allegoriam directè contra latrantes hæreticos, dicentes non esse orandam Christi humanitatem, neque sanctos. f.206. col.1. nu.5.
Ecclesia Christi cur à primæuis memorias martyrum celebrauerit. f.248. col.3.nu.3.
Ecclesia triumphans describitur. f.262.col.3.nu.1.
Ecclesia pro domo in nouis scripturis semper intelligenda. f.263.col.3.nu.3
Ecclesia quomodo plerunq; mari comparatur secundũ Ambrosium, & benè. f.38.col.4.nu.10.
Ecclesia quòd in primæuis erat informis, & quomodo paulatim creuerit species operis eius ad perfectũ. f.45.col.2.nu.9
Ecclesia adhuc penè iudaizans, non dedignata prout tunc usum capere Iudæorum quomodo lectionem legis, & prophetarum pro quodam usu officij domini sabbatis nondum dominicis celebrauerit. f.45 col.2.nu.12.
Ecclesia, quod certas horas habeat disputandi, prædicandi, operandi, feriandi, & inter eas orandi primas, ad singula officia commodè deputatas. f.49. col.3, nu.1.
Ecclesia, quo certas horas laudum Christi præfixit iuxta modulum scripturarum. f.49.col.3.nu.6
Ecclesia primæua quo prius consecrauit fontem quàm baptizandum immitteret. f.97.col.4.n.2.
Ecclesiæ concordia, quòd hæreses pellat. f.4. col.1.nume.10.
Ecclesiam quod contemnant insani. f.10. colu.2.nume.13.
Ecclesiæ est credendum. f.4.col.4.
Ecclesiæ gloria. f.10.col.2.nu.15
Ecclesiæ quare sint diuersæ. f.10.col.2.n.16
Ecclesiæ Mediolanẽsis usus in die cœnæ secundum Ambrosium. & de cereis accendendis in Pascha. & de uersu, Hæc dies. &c. f.47.col.2.nu.15
Ecclesiæ præceptis etiam extra Canonem, q̃ parendum sit. f.91.col.2.nu.2.
Ecclesiæ per scripturas commendatio, & auctoritas fo.91.col.2.nu.3.
Ecclesiæ interpretationi resistere, quòd sit nefas. fol. 116.col.2.nu.4.
Ecclesiæ gradus quatuor describuntur. f.134.col.1. num.1.
Ecclesiæ quis honor habitus. f.258.col.2.nu.4
Ecclesiæ in dedicatione, quomodo fit multiplex crucium signatio. Et quare. f.290.col.4.n.2
Ecclesiarum materialium fabrica, q̃ sit res eximiæ pietatis, cultus Dei summus. &c. f.260.col.2.nu.5
Ecclesiastici, qui secundum excellentiam dicti. f. 134 col.1.nu.3.
Effigies quomodo adoranda. f.288.col.1.nu.6
Elias primus hominum uirgo perpetuus, & Maria inter fœminas. f.170.col.2.nu. 9.
Eliæ pallium. f.174.col.1.nu.5
Elias cum Maria comparatur. f.170.col.2.nu.6
Elias quomodo in cœnaculo habitauerit, quod est alta domus. f.266.col.4.nu.5.
Eliſei prophetæ reliquiæ quomodo Rauennam translatæ, & aliæ, aliò. f.293.col.2.nu.2
Emendationis uirorum carnalium probatio. f.192. col.2.nu.9.
Encænia quid. Et unde dicatur. f.289.col.2.nu.3.
Engaddi locus, ubi balsamus crescit. Et quomodo interpretetur. f.105.col.4 nu.12
Enos interpretatur uir, uel homo. Et quomodo inceæpit inuocare nomen domini. f.18.col.4.nu.14
Enos, qui uir interpretatur, uel homo, quomodo fuit primus, qui Deum inuocaret, & eius imaginem coleret. f.268.col.3.nu.7.
Ephod quid sit. f.117.col.4.nu.8
Epiphanius cur imaginem discidit. f.281.col.2.nu. 5.
Episcoporum necessitas ab Augustino inuitur. f.117 col.4.nu.6.
Episcoporum uitia ex Cypriano tanguntur. f.10. col. 2.nu.9.

Episco-

Episcoporum officia, quæ presbyteris exercere non licet describuntur. f.111.col.4.n.10
Episcopos solos uerbi Dei prædicando auctoritate potestatiua pollere. f.117.col.4.n.3
Episcopus quare tangit aures, & naves baptizandi, & non os f.58.col.4.nu.9
Episcopus, quomodo in consecratione sui accipit supra caput scripturas, sacerdos uerò minor, non ita, sed solas manus ordinandis. f.117.col.4.nu.10
Episcopus, presbyter, & diaconus, q̃ non sint meritorum nomina, sed officiorum. f.151.col.1.nu.3
Epistola multorum episcoporum ad Bonifacium Papã octauum pro Carmelitis, per quam eorum antiquitas probatur. f.170.col.2.nu.15
Epistolæ quorundam antiquorum concedentium communicationes charitatis, & requirentium ab alijs. f.199.col.2.nu.1.
Eremicolæ martires. f.168.col.4
Errantes, q̃ quærunt sibi socios, quos regnantes refugiunt. f.204.col.1.nu.4
Errata Witcleff, describuntur. f.13.col.1.nu.8
Erratum Witcleuistarum, curantium opus exterius, & orationem munditiæ interioris ducentium pro nihilo. f.69.col.4.nu.4
Error triplex circa illud dictum Petri in Act. (Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum,) describitur f.129.col.4.nu.4
Errores capitales Vuitcleff, quos inducit quasi necessarios ad summam scripturæ ueritatem. fo.5.col.4 nu.4.
Errores Vuitcleff describuntur. fo.10.col.2. nu.14.
Error Vuitcleff. f.84.col.3.nu.3.
Error quorundam circa fidelium filios iam à mundis parentibus genitos. f.100.col.4.nu.4
Error quorundam antiquus, q̃ non esset orandum nisi in ecclesia, diluitur. f.257.col.1.nu.2.
Errores duo extremi contendentium in materia de locis orationum probandis, explicantur. f.257. col. 1.nu.3.
Esau quomodo adoratus à Iacob. fo.221.columm. 3. num.3.
Et simili modo. &c. f.77.col.2.nu.9
Euangelia quòd spernantur, si facta ecclesiæ spernantur. f.10.col.2.nu.7
Euangelium spirituale, aut suffragia uendere quid sit ostenditur. f.186.col.4.nu.7
Euangelium quomodo stando debeat audiri à plebe ex decreto Athanasii. f.66.col.2.nu.5
Eucharistia quæ contineat. f.77.col.1.nu.4.
Eucharistia est Teleta summa. f.217.col.4.nu.5
Eunuchorum genera tria. f.121.col.4
Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum quomodo uenerit peregrè adorare in Ierusalem. fo.241.col.1 nu.3.
Euphrosius Pamphiliæ episcopus quomodo quando accedebat ad sacrificandum Christi misteria, collobio sancti Iacobi induebatur. fol. 61. columm. 1.nu.12.
Excelsa, quæ dicantur. f.246.col.1 nu.4
Excusabiles qui sint à peccato infidelitatis fo.10. col. 2.nu.1.
Execrati qui dicantur. f.88.col.3.nu.4
Exequiæ defunctorum, quòd antiqua consuetudine ecclesiæ sint ab apostolis acceptæ. f.296.co.4 nu.4
Exuuiæ ab hac uita sine arra pacis matris ecclesiæ, q̃ periculum damnationis immineat. Et quæ sint arræ pacis ecclesiæ. f.125.col.1.nu.4
Exorcismi ueteris legis recensentur, contra Vuitcleff. f.296.col.4.nu.1.
Exorcismu exsufflatio in baptismo ab Aug. notatur. f.91.col.2.nu.15.
Exorcismus quomodo requiritur in baptismo. f.93.colum.2.nu.1.
Exorcismus quid sit. f.93.col.2.nu.2. & 296. col. 4. nu.2.
Exorcismus q̃ fuerit a Christo commissus, & ab apostolis tractus. f.93 col.2.n.3
Exorcismus, quid sit, ostenditur. fol.39. colum. 2. num.2.
Ex propriet as proprij ablatio. f.8.col.3
Exsufflatio quæ sit a sacerdote in baptismo, unde traxerit ortum. f.93.col.2.nu.9

F

Falli de hominũ iniquitate non de fidei ueritate possunt doctores sancti. f.6.co.4.n.2
Famuli Dei, quòd sint adeundi, & interpellandi à sponsa Christi populo christiano, contra Vuitcleff. f.196 col.1.nu.4.
Faciens, plus quam præceptum sit q̃ uincat eos, qui tantum imperata fecerunt. f.2.col.1.nu 6
Fausti Manichæi calumnia contra patrum sacrificia. f.165.col.3.nu.2.
Fausti Manichæi error circa crucem Et quomodo feliciores quodammodo erant Manichæi in fide crucifixi, quam Vuitcleuistæ. f.285.col.4.nu.3
Felicitas imperatorum in quo. f.18.col.2
Feminalia, quæ in antiqua lege ad operiendam carnem turpitudinis pontificis, & filiorum eius fieri mandabantur, quid designabant. f.122.col.4.nu.5
Feriæ cleri, & unde dictæ. f.252.col.1.nu.4
Festa sanctorum quomodo celebrari solita lætis canticis, & melodicis artibus. fol. 255. colu. 2. nu.4.
Festus dies, quo Christus solus, non cum discipulis asscendit. f.69. col.4.nu.1
Festiuitates multæ in ecclesia ad quid constituta. fo. 248.col.3.nume.4.
Fideles quomodo sanctorum patrum, & scripturarum traditione cõmoti, per Litanias sacras sanctos exorant. Et unde dicantur Litaniæ. Et in quo differat Litania ab Exomologesi. f.209.col.3.nu.1.
Fidei principium est uerum Dei donum. f.16.col.4
Fides precibus præuenitur. f.16.col.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fideles parentes, quomodo uitium suum transfundant in ptolem, à quo olim purgati fuerunt per baptis mum. fo.102.col.3.nu.4.
Fides quòd non sit opinatio, sed res certa. f.194.col. 2.nu.1.
Fides uera quæ dicatur. fo.233.col.4.nu.4.
Fides, quòd ipsa est, quæ orando impetrat, quod lex im perat. f.18.col.4.nu.16
Fieri, simitur in scripturis pro componi. f.44.col.2
Figura memoriæ panis cœlestis. f.79.col.1
Fila chordæ citharæ, quare dicantur fides. f.247. col. 1.nu.4.
Fimbria in uesle Christi. f.165.col.3.nu.6.
Finis omnium, quòd pendeat de statu, & consummatio ne ecclesiæ. f.233.col.4.nu.7
Fœmina q̃ in ueteri testamento nusquam sacerdotio do nata est nec ministrare permissa. f.110.col.1.n.1
Fœminæ diuidantur à uiris in ecclesia. f.47.col.4
Fœminæ quod nusquam reperiantur fuisse sacerdotes. f.108.col.3.nu.5.
Fons baptismi in medio ecclesiæ ostenditur à Deo, & Christo. f.91.col.2.nu.14
Fontis consecratio quomodo exigitur fieri antequàm baptizatum abluat sacerdos. Et quare. f.97. col.4. num.1.
Forma q̃ sit sumenda ab operibus Christi, non iden titas usurpanda. f.69.col.4.nu.2
Fractio specierum panis. f.82.col.2.nu.8
Fratres omnes Christiani. f.177.col.3.nu.6
Fraternæ orationes q̃ expiationem obtineant scelerũ, & impetrent charitatem. f.192.co.2.nu.7
Frontem non habere, quid sit. f.91.col.2.nu.13
Fructibus primitiuis benedicere, q̃ dignitati sacerdo tis incumbat. Et quare. f.295.col.4.nu.2
Fructuosi sancti dictũ circa orationem, quam quis pete bat à se fieri pro eo. f.198.col.3.nu.2.
Futurorum necessitas secundum Witcleff. f.13. col. 1.nu.4.

G

Gamaliel, Pauli magister, & legis doctor, ex Pha risæorum concilio. f.165.col.3.nu.8
Gastrimargia quid secundùm Chrysostomum. f.150. col.1.nu.1.
Gelasius Papa, q̃ non instituerit præfationem primam f.71.col.3.nu.12.
Gentilium error circa mortuorum hominum cultum. fo.237.col.3.nu.6.
Gerualii & Prothasii translatio. Et quomodo cæcus tunc fuerit illuminatus. f.235.col.2.nu.5
Gloria ecclesiæ. f.11.col.4
Gloria in excelsis hymnum cælitus factum, quis sta tuerit dicendum in ecclesia. f.64.col.1.nu.7
Gloria, Glorificare, quid. f.219.col.4.nu.5
Gradus ad communionem, quot sint secundum Orige nem f.104.col.4.nu.5
Gradus tres benedictionis panis in corpus Christi, & quæ harum sit maxima. f.295.col.4.nu.4
Gratia diuina, q̃ magis operetur in sacerdotibus, quã humana, ostenditur. f.131.col.4.nu.11
Gratia omnibus facta. f.182.col.4.nu.5
Gratiam suam, q̃ coronet, seu præmiet in nobis Deus, non merita nostra. f.27.col.4.nu.2
Gratiarum actiones quæ dicantur. f.72.col.4.nu.8
Gratias cur egerit Christus. f.77.col.2.nu.8
Gregorij uerba cuidam domicillæ sic dementatæ, ut nul li antiquo, sed sibi soli crederet. f.4.col.1.nu.12
Gregorius quid dicat super illud Ezechielis ubi mensa rum labia metiebantur palmo. &c. fol.9.colum. 3. num.10.
Gregorius prædicatores sanctos appellat. f.232.col. 2.nu.5.
Guillelmi Albi facinus recensetur. f.186.col.4.nu.5.
Guillelmi Sartoris propositiones hæreticæ circa oratio nem, & earum confutatio. f.204.col.1.nu.5
Guillelmus hæreticus, q̃ falsum dixerit de Christo, q̃ ipse cuilibet trium statuum ecclesiæ inter quos sunt clerici nubendi legem constituerit, conuincitur. fo. 122.col.4.nu.6.

H

Habitatio Christi domuncula non propria, sed à Martha & Lazaro assignata. f.139.colum.1. nume.3
Habitus religiosorum quorundam. f.155.col.3
Habitus monachalis defensio, contra Vuitcleff. f. 174 col.1.nu.1.
Habitus sanctificatio, & ad quid ualeat. f.174.col.1. nu.3.
Hæc dona, hæc munera, Canonis uerba. f.77.col.1. nu.3.
Hanc igitur oblationem. &c. f.77.co.1.nu.1
Hæresis contra cantica describuntur, & earum auctо res. fo.38.col.4.n.3
Hæresis Lollardorum de non baptizandis paruulis. f.100.col.4.nu.1.
Hæresis Witcleuistarũ, de non colendis ecclesiis, & basilicis, unde traxerit ortum. f.262.col.3.nu.4
Hæresis de uiolãdis imaginibus, unde cœperit formam uiolentiæ. f.268.co.2.nu.1
Hæresis uetus philosophorum de non orando Deum propter eius præscientiam, quia. f. *omnia præscit. Quam uidetur sustinere Witcleff, & docere.* f.33 col.2.nu.1.
Hæresum causæ. f.116.col.2.nu.2.
Hæreticam attentionem contra sacros cantus, unde acceperit Vvitcleff. f.38.col.4.n.2
Hæretica gens infida, ioculatoribus & mimis assimila tur. f.3.col.2.nu.6
Hæretici procaces, q̃ facilius in tutorum, & defenso rũ uoces erumpant, quàm catholici. f.5.col.2.nu.5
Hæretici uiri prima notitia quæ sit. f.10.col.2.nu.5.
Hæretici & aduersarij cantuum laudum Christi narrã tur. f.38.col.4.nu.5

Hæretici

Hæretici, quomodo lupis comparantur. fol.54. col.3. num.8.
Hæretici moderni quomodo excedant Dathanitas. fo. 110.col.1.nu.4.
Hæretici, schismatici, aut alij pessimi Christiani, in qui bus sint à catholicis redarguendi, & prohibendi, & in quibus non. f.131.col.4.nu.6.
Hæretici q̃o possunt sacramẽtaliter absoluere, sine ta men remissione peccatorum. f.131.co.4.nu.7.
Hæretici omnes q̃o publicum fugiunt, & susurrant in cauernarum angulis. f.257.co.1.nu.5
Hæreticis antiquus mos, super nomine Cæsaris exaspe rare catholicos. fo.7.col.2.nu.3.
Hæreticorum nomina, quòd non sint in missa recitanda. f.74.col.3.nu.11.
Hæreticorum mos cunctos diffamare præpositos, & ec clesiæ ministros. f.131.col.4.nu.3.
Hæreticorum miracula pro nihilo habenda. fol.233. col.4.nu.5.
Halleluia, q̃o tempore Paschali cantatur per totam ec clesiam ab antiquo. Et quis introduxerit in Romanã ecclesiam. f.66.col.2.nu.4.
Haymo, quid de psalmis, hymnis, & canticis dicat. fol. 45.col.2.nu.15.
Helena inuenta cruce, quid adorauerit. Et quid de illa dicat Ambrosius, & alij. f.224.col.2.n.5
Helena, quòd fuerit stabularia, & Anglicana. f.282. col.2.nu.7.
Helenæ præpropera uisitatio loci salutaris laudatur. fo.241.col.1.nu.8.
Helias quòd penè totam uitam in orando consumpse rit. f.22.col.4.nu.7.
Hierarchia quid. f.111.co.4.n.9.
Hieronymus uixit anno. D. 410. f.64.col.3.
Hieronymus quomodo ad institutum Damasi Papæ usũ correxerit ecclesiæ, aptans lectiones, & cantus lo cis sacris. f.47.col.1.nu.9
Hieronymus ad Eustochium quid de oratione dicat. fo. 16.col.3.nu.16.
Hieronymus quomodo sacræ uirgini Eustochio in iunxerit regulam noctu surgendi ad orandum. f.52.co. 3.num.6.
Hieronymus quid dicat de cantu, exponendo locum il lum Apostoli. loquentes uobismetipsis in psalmis. &c. f.56.col.3.nu.5
Hieronymus, quòd fuerit monachus ostenditur. f.162. col.4.nu.10.
Hieronymus quomodo adorauerit præsepe, & incuna bula Saluatoris. Et quid de beata Paula dicat. fol. 222.col.4.nu.2.
Hilarius quid dicat super illud dictum dauidis. Media noctis. f.54.co.2.nu.4.
Histriata sepultura, quæ dicatur, & ad quid fiebat. fo. 272.col.2.nu.2.
Homines Dei, q̃ uera pietate aeream potestatem omni pietate contrariã, exorcizando ejciunt, nõ placãdo, contra Porphyrium. f.296.col.4.nu.3
Homini quàm sit detestabile in sua uirtute confidere, ostenditur. f.25.col.2.nu.7.
Homo cur non adoretur ut imago Dei. fo.275. col.4. num.1.
Homo quomodo in statu innocentiæ operatus fuisset. 258.col.2.nu.7.
Homo, q̃ possit alicui concedere participationes meri torum, etiam si seipsum non dignificet apud Deum, aduersus Witcleff. f.184.col.4.n.3
Homo sacrificium iam factum, semper Deo pertinet, & quomodo si alteri donetur, iniuriam Deo facit. f.166.col.4.nu.2.
Homo, q̃o sit hortandus ad instandum ad modum ange lorum, & fortiter ad orandum aliquantulum cogen dus. f.32.col.2.nu.6.
Honorare, quid sit. f.220.col.4.
Honorandi q̃ sint sancti, ut amici Christi, & filij, & hæ redes Dei. f.213.col.2.nu.1.
Honoranda q̃ non sint omnia à Deo sacra, Deus tamen in omnibus honorandus. f.219.co.4.nu.6
Horæ ad orãdum per scripturas expressæ, q̃ nocte, die q̃ sint seruandæ. f.56.co.3.nu.8.
Horæ omnes canonicæ à Hieron. enumerantur. fo.56. col.3.nu.9.
Horæ matutinalis, & uespertini officij, qualiter suc creuerint. f.51.col.1.nu.1
Horarum canonicarum distinctio secundùm Cypria num, & Isidorum. f.49.co.3.n.7
Hostiæ exaltandæ, & leuãdæ rõ. f.77.col.2.nume.10.
Humanitas Christi adoranda. f.222.co.2.
Hymni, & antiphonæ non reiciendi, cò q̃ de nouo huma nitus essent facti. f.49.col.4.n.2
Hymnorum ecclesiasticorum auctores. f.40. colu.3. nume.10.
Hymnos canendi antelucanos in Dei laudem antiquus mos ab Eusebio narratur. Et quid sit Sermion. f.40 col.3.nu.9.
Hymnus, quid sit propriè. f.38.co.4.nu.6.
Hymnus post communionem. Et de quarta parte missæ f.86.col.4.nu.1.
Hymnus, q̃ specialiter Deo dicatur. f.217.col.4.nu.6

I

Iacob, & Rachelis sepulchrum ubi fuerit, recense tur. f.293.col.2.n.4
Iacob Patriarchæ translatio ab Aegypto fo.235. col.1.nu.1.
Iacobus, quomodo primus in ecclesia in Ierusalem in choauit officium, non sabbatis tantùm, sed omni fe ria fixum, legens, & designans officium de carmi nibus prophetarum. f.45.col.2.nu.13.
Iconoclastæ, qui imagini fragi dicuntur hæretici, in se ptima generali synodo in Nicæna facta damnan tur. f.268.col.3.n.4
Idololatriæ ortus describitur. f.274.col.2.nu.1
Idolorum cultores, in quo delinquunt. Et quomodo fi deles

Universidad de Deusto
Biblioteca

deles non sic colant imagines. f.270.col.2.nu.4.
Idolum quid. Et quid simulacrum. Et quomodo simulacra, & Idola sint ab omni adorante cauenda. f.270 col.2.nu.1. & fo.281.co.2.nu.1.
Iesus quomodo fuerit peregrinus. f.241.col.1.nu.2.
Ignorantia docta. f.200 col.1.nu.1.
Imaginem suam mittit dominus Abgaro regi. f.268. col.3.nu.6.
Imaginem sculptam q; non denegauerit Saluator infideli Cæsari. f.272.co.2.n.5
Imagines uenerandæ cum suis prototypis. f.224.col.2. num.2.
Imagines, q; ab antiquo fuerint in ecclesia admissæ, ostẽditur. f.268.col.3.nu.5
Imagines, quòd sint media delectandi in Deo. f.274 co. 2.num.3.
Imagines similiores, quòd sint pulchriores aspectui uenerantis, sed periculosiores. f.275.col.4.nu.3.
Imagines quare honoremus, & qua ratione, & quãdo dulia, & quando latria. f.279.col.3.nu.6.
Imaginis æreæ miraculum. f.288.co.1.n.4
Imaginum sanctarum uenerationem Papa Gregorius. 88. Synodo Romæ congregata, confirmat, & earum uiolatores anathematizat. Et idem facit Stephanus Papa 92. Et alij. f.268.col.3.nu.3.
Imaginum structura ad quid quandoque ualeat. f.272 col.2.num.3.
Imaginum cultus, q; non semper prouocet ad idololatriam, ostenditur. f.272.col.2.n.4
Imaginum usus quomodo Iudæis ueteribus fuerit sublatus. Et quare. f.281.col.2.nu.7.
Imago, & pictura, q; sit idiotis quasi scriptura. f.274. col.2.nu.4.
Imago ornata, quàm nuda, q; ad religionem inducendã aptior sit, ostenditur. f.275.col.4.nu.2
Imago Solis, & currus, ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus, & fictus. f.274.col.2.nu.2.
Imperator est intra ecclesiam non supra. f.7.co.4.
Imperator filius ecclesiæ dicitur. Et dicitur intra ecclesiam, non supra ecclesiam esse. fol.7. col.2.nu.4
Imperatorum in quo felicitas. f.16.col.4.n.19.
Imaures sponte traditæ. f.265.co.1.nu.5.
In censum quòd offertur in alteri unde ortum habet. f.64.col.3.
Incẽsum ecclesiæ ad altaris ingressum, unde habuerit ortum, & quid denotet. f.64.co.1.n.4.
Incensum quomodo habeat oblationis typum. & c. f.80 col.2.nu.2.
Infantes, quòd non sint arcendi à professione, & claustro. f.144.col.4.n.3
Infantium ac multorum gemitus sunt orationes. fol. 29.col.3.
Inimicus, & defensor fidei quis dicatur. f.5.co.2 n.3.
Iniuria personalis q; remittitur ab homine, ut Deus remittat. f.126.col.4.nu.5.
Inobedientia, primum, & maximum uitium ad ruinam. fol.142.col.1.nu.10.
Institutores rituum missæ, quod non sint recentes, ostenditur. f.64 col.1.nu.2.
Institutores missæ falso crediti. f.86.col.4.nu.10.
Institutum Gangrensis concilij in fauorem sanctæ peregrinationis ad sanctorum corpora, & reliquias martyrum. f.243.col.1.n.8
Instrumenta sancta qualiter sint tractanda. f.62.col. 4.num.4.
Integritas regularis. f.157.col.3.
Interrogatio de fide quomodo fieri debeat ante baptismum. f.96.co.3 n.4.
Interrogatio de peccatis laudatur. fol.129.colu.4. nume.7.
Intra quorum nos &c. Et per quem. & c. Canonis particulæ. f.80.col.2.n.12
Introitus missæ. Et quomodo in eo totus populus una cum clero gaudet in domino. & c. fol. 66. colum.2. nume.1.
Inuocare nomen domini, & adorare dominum, q; est unum atque idem secundum Origenem. Et q; sicut offerimus Deo patri primo omnium orationes, ita & domino nostro Iesu Christo. f.18.col.3.n.13
Inuocatio quid sit. f.18.co.3.nu.12
Ite missa est in fine missæ. f.86.col.4.nu.7.
Ioannes euangelista ab apostolis eorum intercessor institutus. f.207.col.3.nu.7
Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus. f.170.col.1. num.5.
Ioannes Constantinopolitanus episcopus quare auxerit primus in nocturnis hymnis orationes. f.50.col. 3.nu.13.
Ioannes, qui & Marcus dictus, à ministerio suo à Paulo obiectus. Et quare. f.147.co.4.n.13
Ioannis, & Petri apostolorum comparatio. f.151. col.1.nu.16.
Ioannis euangelistæ obitus in ecclesia. Et quid suis discipulis super omnia cõmẽdauerit. f.263.co.3.n.4
Ioannis baptismus in Iordane in Ennon iuxta Salim ui cum, q; non fuerit sine grandi misterio, ostẽditur. Et de sationc Salis. f.93.col.2.num.6.
Ioculatores. f.3.col.4.
Ioseph somnia, quomodo in Christo cõsummata. f.221 .col.3.nu.2.
Ioseph ossa, qũo post mortem prophetauerunt ad probãdum eum sanctum Dei. f.230.col.2.nu.2.
Ironia. f.3.col.4.
Iudæi, Gentes, Massiliani, & Witcleff, qũo peccauerũt in fide de fide. f.14.col.3.nu.8.
Iudæi quomodo etiam auriculariter confitebantur. fo. 129.col.3.nu.2.
Iudæi, quare non sic celebrant imagines, quas fecerũt. f.277.col.2 nu.6.
Iudæi quomodo adorabant opera manuum hominum contra Witcleff. f.276.col.3.nu.1.
Iudæi perfidi, & hæretici, quòd non iocundentur in festis ecclesiæ, sed potius confundantur. f.289.co.2. num.4.
Iudæorum nouiter conuersorum superba hæresis. f.25 col.2 nu.2.
Iudæorum error, & pœna. f.86.col.4.nu.3.
Iudas, q; dispensator gratiæ fuerit, ostenditur. f. 134. col.4.nu.7.
Iudas eucharistiam sumens, quomodo per eam saluari potuisset, si uoluisset. f.85.co.4.n.6.
Iudicandum q; non sit ante tempus, quis prædestinatus aut quis præscitus. f.180.col.4.n.3
Iulianus Imperator à Christi clericis tyrannidem suam exordiens, quòd eos domibus, & priuilegijs suis spolianerit. f.7.col.3.nu.7
Iulianus, Iudæi, & Witcleuistæ, q; sint terni raptores, in eisdem ternæ blasphemiæ massa concordes. fol.7. col.3.nu.10.
Iulianus Witcleuistarum Cæsar, & Christianorum apostata, quomodo sanctos contempserit. f.248. col. 3.nu.5.
Iulianus quomodo cruce se munierit, & dæmones repẽte disparuerunt. f.286.col.1.n.6
Iulianus apostata, qũo ad decus paganicum ampliandum transtulerit Christianorum ritus canendi, & psallendi in ecclesia, & horas Canonicas in templa funesta. f.51.col.3.n.5.
Iustificari quòd non possit quis uiuentium in conspectu Dei. Et quid super hoc dicat hilarius. fo.27.col. 4.num.5.
Iustitia uitæ Witcleff. & opera meritoria, in quibus confidere hominem confulit, explodunter. fol. 27. col.4.nu.6.
Iustitia omnis humana, quòd iniustitia esse conuincitur si districtè iudicetur. f.29.col.2.nu.2.
Iustus homo, sanctus aut quare nõ debeat meritum suũ allegare dum orat, secundum optimam Ambrosii rationem. f.27.co.4.n.4.

K

Kyrie eleison, quare dicant Latini Græcè, & Græci Latinè. f.64.col.1.nu.5.

L

Lachrymis quòd non irascatur Deus. f.29.col.2. nume.6.
Lætitia Christi plena in consummatione beatorũ, fo.80. col.2.nu.11.
Laicus, quòd indigeat sacerdote pro remissione peccatorum habendi, ostendit Origenes. f.125.colum.1. num.11.
Laico quando in missa sedere liceat. f.71.co.2
Lampetij hæretici error antiquus circa religiosos, quẽ renouat Witcleff. f.166.co.4.n.9
Lapides sanctuarij, qui dicantur ex Paschasio. Et qũo non sapit esse Christi consilium, conuentus, & claustra effugere. f.165.col.3.nu.11
Latria quid sit. Et quomodo tantum Deo debeatur. fo. 217.col.4.nu.3.
Latriæ species describuntur. f.217.col.4.nu.4.
Laudata, quòd non semper sint præstantiora. fol.151. col.1.nu.5.
Laudare quid. f.220.co.4
Laudes psalmorum quomodo sint temporis creatori exoluendæ, ubi dies terminum, nox sumit initium, exemplo auium, secundum Ambrosium. fol.51.co. 1.num.6.
Laudes Christi, uerbera sunt perfidorum. fol. 39. colum.1.
Lectio in missa. Et quomodo sit duplex, uel legis, uel apostolica. Et si ambæ concurrant, quæ earum antecedat. f.66.co.2.n.2
Lectiones, Hymni, uel cantus. & c. quòd non debeant in commune duci iuxta uniuscuiusque sensum. Et quid super hoc dicat super Concilium Maleuitanum f.43.col.4.nu.8.
Lectiones euangeliorum, & epistolarum in missa, qũo ante Hieronymum annua obseruatione iungebantur f.47.col.1.nu.10.
Lectionis gloria, q; non sit prætermittenda. Et quid de ea dicat Rabanus. f.43.col.4.nu.6.
Lege non iubente quod multa sunt facienda, sed liberæ charitate, & quomodo ea sunt in nostris officijs gratiosa. f.136.col.4.nu.10.
Legisperiti reprobatio & Mariæ Magdalenæ orationi cõtinuè uacantis ad ueniam receptio, a Beda describitur. f.25.col.2.nu.10.
Leo Imperator imagines destruit, & earum uenerationem interdicit. Et de multiplicibus earum uiolatoribus. f.268.col.3.n.2
Leporius sacerdos sanctus, quomodo monasterium religiosorum construxerit, basilicam, & Xenodochium. f.266.col4.nu.6.
Lex, & ordinantia Iesu Christi, q; consilium, & mandatum complectatur. Et de probatione supererogationis. f.2.col.1.n.8.
Libera nos à malo. ultima dominicæ orationis uerba. f.82.col.2.nu.6.
Liber à Deo, quòd sit seruus omnis turpitudinis. f.45. col.1.nu.4.
Libertas duplex. f.45.col.3.
Libertates falsæ Witcleff describuntur. Et qũo uincat Mahometum perfidum, qui praua libertate prouocauit sectam Saracenorum. f.45.col.1.nu.5.
Libertatis nomine q; multi homines tempore Pauli errauerunt, & qũo alia est libertas à Deo, & alia à peccato, secundùm eundem. f.45.col.1.nu.3.
Licet de altario uiuere. f.187.col.2.
Linguam habere domitam, q; ad bonam uitam pertinet. Et quid de hac dixerit Augustinus. fol.16. colu.3. nume.13.
Liquor quomodo sit sumendus post Eucharistiam. fol. 85.col.3.nu.2.
Liræ doctoris dictum. f. non unctas manus sacerdotum in lege. carpitur. f.119.co.2.n.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Literæ fraternitatum sigillatæ, quòd non sint nouæ. Et quomodo hoc ab antiquo peruenerit ad ecclesiam ostenditur. f.188.col.2.n.10
Loca tria Iudæis sancta. f.246.col.1.n.3
Locus libri regum explicatur. f.141.col.4.nu.3
Lollardorum diuersorum, dicentium se nihil præter scripturas sacras recipere. &c. q̃ sit omnino fugiẽdum. f.3.col.1.nu.1.
Loqui multum quid sit. f.36.col.2.
Lotio manuum sacerdotis ad extremitates suas priusquàm sacra Christi contrectet, quid significet. f.69. col.4.nu.3.
Lucas, q̃ fuerit pictor. Et quomodo Saluatoris, & matris eius imagines depinxerit. f.281.co.2.nu.4.
Lucij Ariam crudelitas narratur, etiam aduersus Eremicolas martyres. f.166.co.4 nu.11

M

Macedones, & Achaiei, quot modis erant debitores sanctorum, de quibus Paulus ad Roman.15. f.195.col.1.nu.5
Machabæorum quomodo celebramus diem, & honoramus basilicas. f.293.col.2.nu.3.
Magister Petrus notatur. f.66.col.3.n.14
Magistrorum iussa discutere, & ad nostrum arbitrium eligere potiora, q̃ non sit nostrum, contra Witeleff. f.47.col.1.nu.3.
Maiora oportet facere & minora non omittere. fol.9. col.4.
Maius quomodo custodire iubemur sollicitè, ut id q̃ minus est omnimode confideamus. f.9.co.3.nu.9.
Mannum sacerdotis consecrario. Et quomodo tria concurrant ad illarum consecrationem. Et quæ sint. fo. 119.col.2.nu.1.
Manichæorum perfidorum error, dicentium legem ueterem aliam a lege Dei. f.161.col.2.nu.3.
Manichæus Witcleff magister, q̃ eadẽ insania captus sit, qua illi. s. eum solum accepisse sensum scripturarum. f.4.co.1.nu.2.
Manichæus, quare à Felice, & suis sectatoribus fuit creditum, q̃ esset paraclitus. Et quid de hoc dicat Augustinus. f.5.col.4.nu.2.
Manipulus quartum sacerdotis uestimentum, & quid repræsentet. f.61.co.1.n.8.
Marcus primus Alexandriæ pontifex f.47.co.1.n.7
Maria, q̃ non uereatur à pastoribus addiscere, contra Witcleff. f.64.col.1.nu.8
Maria sepulchrum domini, & cæteraloca sancta uisitauit, & Ascensionis uestigia. f.242.col.1.nu.7.
Maritorum miseriæ narrantur. f.120.col.4.nu.7
Martyres, quòd sint ciuitatum turres. fol.247.col. 1.num.6.
Martyres, qui & confessores & quare soli recitentur in canone. f.80.col.2.nu.8
Martyrologium, & quis illius auctor extiterit. & qui etiam interpres. f.74.co.3.nu.15.
Martyrum historiæ, quòd sint solenniter legendæ, & sermones solemnes ad populum. f.255.col.2.nu.6.
Martyrũ memorias quare Christiani frequentent, quatuor causæ significantur. f.244.col.4.n.3
Martyrum Christi memoriam quotidianam quomodo in celebratione missæ habebant antiqui patres quidam sic, quidam sic. &c. f.80 col.2.n.9
Martyrum series quare inceperit pleno Canone ad certum numerum deputari. f.74.col.3.nu.14.
Massiliani, & Witcleuistæ, quàm malè seipsis conueniant. f.14.col.3.nu.5
Massilianorum hæresis per extremum opposita hæresi Witcleuistarum. Et quomodo Euchitæ ab Augustino dicuntur, ab orando sic appellati. f.14.col.3. num.3.
Masse celis, atque Theodosii seruorum Dei victoria orationibus sine bello adepta narratur. f.213.co.3.n.5
Mathematici, & Manichæi ab Augustino improbantur in ijs, quæ ad confessionem attinent. f.128. col. 3.nu.2.
Mathematicam non docuit paraclitus. f.6.col.1.
Maximini Arianorum presbyteri uerba cùm esset in conflictu cum Augustino, describuntur. Et q̃ eadem Witcleuista cum suo auctore pronuntiat. fo.3.col. 1.nu.2.
Mediatoris officium. f.206.co 2.
Melius in se, melius nobis, q̃ semper sit attendendum. f.32.col.2.nu.4.
Membra ecclesiæ, quæ, & quomodo sint. f.136.col.4. nu.1.
Membra alterius quòd simus. f.135.col.4.nu.4
Membri scandalizantis proiectio. f.135.co.4.nu.5
Membrorum mutuæ officia, & protectio. fol.135.col. 4.num.2.
Memento etiam domine. & c. pro defunctis fo.80.col. 2.num.1.
Memoriæ panis cælestis figura. f.78.col.4.nu.2
Memoria sanctorum non parum utilis ut quis exaudiatur. f.76.col.4
Mereri quòd non possit quis regnum cælorum simpliciter, sed ex gratia Dei, aut uoluntate largitoris f. 24.col.1.nu.6.
Merita nostra, quòd non attendat Deus, sed bonitatem suam. f.27.co.4.n.3
Merita nostra quòd licitè communicemus. fo.176.col. 1.num.6.
Meritorum Christi charta nobis concessa. fo.176.col. 1.num.5.
Meritum congrui & condigni. f.24.col.4.
Meritum operis surgit & affectu mentis. f.16.co.1.
Meritum unum quomodo sit nostrum participatione charitatis. f.188.col.2.n.4.
Miles Christianus quomodo muniri debeat sanctis precibus & cogitationibus æque sanctis cum arma sumit. f.298.col.3.nu.2
Michææ, & Habacuc translatio. fo. 235. colum. 4. num.3.

Mini-

Minister altaris, quomodo in ipsius ordinatione subijcitur inuocationi episcopi, & manuum eius impositioni per crucis signationem. f.117.col.4.nu.5.
Ministri apostolorum qui fuerint, recensentur. f. 147. col.4.nu.12.
Ministri moderni in clero, & ecclesiarum præpositi, q̃ sine omni nota iniuriæ ecclesiastici appellẽtur, & antonomaticè ecclesiæ. f.134.co.1.n.5
Miracula quibus nisa sint magna. fol. 244. colum. 4. nume.1.
Miracula prisca recensentur. f.244.col.4.nu.2.
Miracula, quæ uera dicantur, & credantur esse facta, ipso Deo in illis operante. f.232.col.1.nu.1.
Miracula in Christi morte. f.230.col.2.nu.3
Miracula sanctorum ad quid ualuerunt. fo.230.col.2. num.4.
Miracula quomodo torqueant, & crucient hæreticos, & perfidos. f.229.co.1.nu.3
Miracula priscorum sanctorum narrantur. fo.229.colum.1.nu.4.
Miracula naturalia recensentur. f.288.col.1.nu.3
Miraculis ad fidem astruendam opus est. fol.229. col. 1.nu.2.
Miraculorum detestatores qui. f.229.col.1.n.1
Miraculorum effectus. f.229.col.1.n.5
Miraculorum scrutatores, quid debeant aspicere. fol. 232.col.2.nu.4.
Miraculum, an sit uerum, uel fictum quomodo deprehẽdatur. f.232.col.1.nu.2.
Misericordia Dei quòd tanta sit erga sanctos, ut quasi eorum precibus uelit retineri, ne faciat. fo.30. col. 3.num.2.
Missa, unde dicta. f.68.col.4.nu.13.
Missa quando sit secundum Augustinum. fol. 71. col. 3.num.14.
Missa quod sit audienda tota. f.71.co.3.nu.15.
Missa quòd sit in prophano nec audienda, nec celebranda, ex Fœlicis Papæ decreto. f.263.col.3.nu.6.
Missæ institutio. f.88.co.2.
Missæ præstantia. Et quomodo omnium solennitatum Christi in terris hæc sit maxima. f.58.co.3.nu.1.
Missæ ante finem quòd non sit abeundem. fo.86.col.4. num.6.
Missæ institutores falsò crediti. f.88.col.2
Missæ figuratio in mysterio cœnæ domini. fol. 58. col. 4.nu.8.
Mitræ, Tiaræ, & tonsura clericorum. fol.217.colu.4. nu.2.
Modi à peccatis mundandi. f.126.co.2
Monachi æquiparantur martyribus à Hieronymo in eo, quòd die, noctuquè psallunt domino. fol.52.co. 3.num.5.
Monachus qualis debeat esse. f.136.col.4.n.5.
Monasticorum præconia à Chrysostomo recensentur. f.139.col.1.nu.1.
Mortuis quomodo prosint uirorum suffragia. f. 201, col.2.nu.3.
Mos præmittendi salutationem angelicam pro adiutorio in exordio prædicandi, unde emanauerit. fo.16. col.3.nu 5.
Moyses, quòd uiderit plagam à Deo paratã, non Deum fo.30.col.3.nu.3.
Muliebris sexus totus, quod officio reginiminis animarum cedat, necesse sit, contra Witcleff. fol.110.co. 1.num.11.
Mulier semel docendo, quomodo subuertit omnia. fol. 110.col.1.nu.10.
Mulieres, q̃ lex diuina exortes effecerit ministerij sacerdotalis, contra Witcleff. f.110.co.1.nu.8
Mundandi à peccatis modi narrantur. fol.125.col.1. num.8.
Mundus multiplex. f.198.col.1.nu.5
Munus, quid sit. f.134.col.1.nu.7.
Mysteria sacramentalia quemadmodum sint tradita. f. 88.col.3.nu.2.
Multiloquium in oratione cùm sit uitandum, q̃ tamen eloquium sit necessarium secundùm doctrinam Christi, & ualde utile. f.18.co 3.n.5

N

Naturæ rerum, quòd non propter seipsas, sed pro diuinis gratijs sunt colendæ. f. 224.col. 2.num.6.
Necessitas fatalis ab auctore arguitur. f.30.co.2.n.5
Nembrot heresiarcha. f.13.co.2
Nepotianus à diuo Hieronymo laudatur, pro ornatu, quem curauit ecclesiæ. f.265.co.1.n.4
Nicodemum quomodo uocauerit Christus à secta Pharisaica. f.265.co.3.nu.7
Niniuitarum oratio describitur, & quomodo exauditi fuerint de cœlis. f.29.col.2.nu.5.
Nobis quoque. Et partem aliquam. etc. quare dicantur in missa à sacerdote. f.80.col.2.nu.7.
Nominis impositio. f.82.col.2.
Nomina patriarcharum & apostolorum cur recitentur in missa uel canone. f.76.co.2.
Nomina sanctorum, à quibus sint Canoni inserta. f.74 col.3.nu.16.
Nomina, pro quibus celebratur, q̃ non recitentur. fol. 68.col.4.nu.10.
Nominis in baptismate impositio. f.91.col.2.nu.7. & fo.96.col.3.nu.7.
Non omnia a Domino & ab apostolis tradita, sunt scripta. f.8.col.3.nu.5.
Non meremur nisi ex gratia dei. f.25.co.1.
Non omnia tacita omittenda uel credenda. fo. 67. colum.4.
Noua hæreticorum instantia. f.19.co.2.
Noui testamenti laus. f.91.col.4.
Notabile contra prolixum esse Witcleff. fo.30.col.3. num.5.
Nouorum inuentores describit Cassiodorus. fo.4.co.1 num.11.

Nubecu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nubecula Eliæ uisa, quid significet f.170.col.2.nu.7
Nuditas diuersa ostenditur. f.284.col.3.nu.3
Nuptiæ professentium uirginum. f.145.col.4.
Nuptiæ, q fuerint à Deo institutæ, ostenditur. f.164 col.3.nu.6.
Nuptiarum diuersitas describitur. f.164.col.3.nu.5

O

Obediendum quòd sit præpositis, etiam dyscolis. f.10.col.2.nu.10.
Obediendum in quibus est, & non est, patri. f.142.col.1.nu.11.
Obedientia difficilis est. f.144.col.4
Obedientia Philippensium triplicata commendatur. f.141.col.4.nu.5.
Obedientia uoluntatis Dei magis inter regni cælorum inuenietque sui nominis inuocatio f.21.col.4.
Obedientia uera quæ sit. f.141.col.4.nu.7
Obedientia, quòd sit uirtus difficillima. f.144. col.4 num.1.
Obedientia simplex q sit super omnia pretia pretium dignissimum. f.141.col.4.nu.8
Obedientiæ commoda, seu bona. f.141.col.4.nu.6.
Obedientiæ limites describuntur. f.141.col.4.nu.8
Oblationes trium patrum, Abel, Abrahæ, & Melchisedec, quomodo erant figuræ sacræ Christi Eucharistiæ. f.79.col.1.nu.4.
Oblationes tres, quas obtulit dominus, describuntur. f.85.col.3.nu.3.
Obligare se ad certum modum canendi officium repugnare Christianæ libertati dicet Witcleff. f.45.co.1.nu.1.
Obsecratio à sacerdote cum silentio post præfationem. & unde fuerit desumpta. f.71.col.2.nu.13
Obsecratio quid sit. & quomodo Psalmus obsecrationem, cătus Antiphonarum postulationem, collectæ orationem, & Hymni gratiarum actionem resonent in diuinis f.43.col.4.nu.4
Obseruanda sero. f.8.col.4.
Occultandi misterij ratio describitur f.88.col.3.n.3.
Occultandorum mysteriorum prouidentia narratur. f.88.col.3.nu.5.
Occidentales, q non solum in primæuis ecclesiæ ut nũc tondebantur, sed & Græci, & Asiani monachi. fol.145.col.3.nu.4.
Offertorium, & offerenda in ecclesia. & de cătu psalmorum tempore, quo fiebat. f.66.col.3.nu.7
Officiandi usus in primæuis ecclesiis, quomodo exreligiosis S. Marci emerserit. f.47 col.1.nu.5
Officium missæ dominicæ in albis unde desumptum fuerit. f.47.col.2.nu.12
Oleum unctionis, quod Chrisma dicitur quomodo contineat in se plures materies aromaticas. Et quid figuret. f.105.col.4.nu.6
Omne nimis uitiosum. f.35.col.1
Oneris additio, q leuitatem præbeat quandoq; ferenti ostenditur contra Witcleff. f.172.col.4.n.1
Opera uitæ cuncta, q sint oratione continua munieda, exemplo Ieremiæ, dicentis, Leuemus corda cum manibus. f.16.col.3.nu.11
Opera uacua quæ sint. f.232.col.3
Operaturi quomodo eramus in paradiso. f.258.col.2.nu.6.
Opinionem bonam uel malam, quòd nihil ita faciat crescere, sicut uulgus. f.151.col.1.nu.7
Oramus stantes die dominico. f.252.co.4
Orandi q sint sancti diligenter, & quare. Et an orans possit pro oratione aliquid recipere. f.216.col.3.nu.1.
Orandi quòd sint Martyres, Patriarchæ, prophetæ, angeli, Maria, sanctiq; omnes, contra Witcleff. f.209 col.3.nu.2.
Orandi usum, q Christus instituerit, & ad eius obseruantiam suos obligauerit discipulos, & post eos cũctos fideles. f.45.col.2.nu.6
Orandi prolixè & continuè, rationes quædam. f.35.col.1.nu.4.
Orandi disciplina pro plebe ex Cypriano deducitur, ubi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus sonus. & quomodo alia est regula clericorum, ubi laus dei sonora requiritur. f.37.col.1.nu.4
Orandi usum simpliciter à Christo acceptum, quomodo paulatim augebant apostoli, adijcientes ei & Symbolum. & c. f.45.col.2.nu.11
Orando, qnòd non simus narratores, sed rogatores, & desideratores. f.33.col.3.nu.2
Orandum cur sit media nocte. f.55.co.1.
Orandum quòd sit pro patronis in spe fideliter, & amãter, etiam si nesciamus si sint in cælo, an in purgatorio. f.200.col.1.nu.2.
Orandum quare sit uoce, & uerbis. f.29.col.2.nu.11.
Orandum quid cẽseat ecclesia pro horis canonicis sub pœna contemptus. f.56.col.3.nu.10.
Orandum quòd sit pro Papa, ut Christus pro petro oret. f.74.col.3.nu.5
Orandum quòd sit pro regibus, & ijs, qui in sublimitate sunt constituti. f.74.col.3.nu.8
Orandum quòd sit pro omnibus Orthodoxis. f.74. col.3.nu.9.
Orandum quod sit sine hæsitatione. f.192.col.2.nu.6.
Orandum quòd sit mutuo. f.195.col.1.nu.1
Orantes ritè, & congruenter, quomodo nihil aliud oramus, quàm quod in dominica oratione positum est. f.33.col.3.nu.6.
Orare sicut oporteat, quod nesciamus, sed spiritus postulat pro nobis, & postulare nos facit. f.13.col.1 nu.1.
Orare semper quid sit. Et qui hæretici malè senserint de orando. f.14.col.3.nu.4
Orare sine intermissione, quid sit. fo.14.col.3.nume.11.
Orare semper, & sine intermissione, de qua oratione de beat intelligi. f.16.col.3.nu.3

Orare

Orare ueraciter quid sit secundum Gregorium. f.29.col.2.nu.4.
Orare, q quandoque nos fortiter cogat dominus, mittens nos in alta pericula, ut coegit discipulos orare f.32.col.2.nu.7.
Orare quòd licèt alijs uerbis, quàm expressè ordinatis in oratione dominica, contra Witcleff f.33.col.3.nu.5.
Orare continuè, quòd sit remedium contra peccata cõtinua. f.35.col.1.nu.5
Orare diutiùs, q non sit orare in multiloquio. & quomodo Christus in orando pernoctauerit, & prolixius orauerit. f.36.col.1.nu.2.
Orare in arduis qui idonei. f.196 col.3.nu.2
Orare quomodo debeat sanctus omni consilio pro uiro peccatore, ut uoluntate bona conuertatur in Deum. f.216.col.3.nu.5
Orare, & adorare, quomodo differant. f.217. colum.4.nu.2.
Oratio inter cultus diuinos prima erat. f.20.col.2
Oratio inter sacra generalissima. f.12.col.4
Oratio uersiculi, Deus in adiutorium meum intende. &c. q incessabili uigilantia fundenda sit, secundum Cassiodorum. f.16.col.3.nu.17
Orationis instantia, quòd sit necessaria. f.16.c.4.n.18
Oratio q sit triplex secundum Witcleff, mentalis uocalis, & uitalis. f.14.col.3.nu.3
Oratio mentalis, quòd transcendat orationem uocalem & uitalem. f.14.col 3.nu.9
Oratio mentalis quæ sit secundùm Augustinum. f.14. col.3.nu.10.
Orationis mentalis uis. f.14.col.3.nu.15
Oratio uitalis, quòd sine mentali non sit meritoria. f.14.col.3.nu.16.
Orationes infantium ac mutarum sunt gemitus. f.29. col.3.
Orationes, q non sint adeò præferendæ, ut uita sancta & iusta contemnatur. f.16.col.3.nu.1
Oratio, quare omnino præponitur operi. f.18.col.4. num.15.
Oratio cur necessaria. f.19.col.1
Oratio debita tam uocis, quàm animi, quòd orationem actus semper amplectatur. & illi præferatur. f.20. col.4.nu.2.
Orationis conditiones. f.21.col.2
Oratio, cui non causa conclamat & lingua, actus, & sermo, uita & cogitatio, q non sit perfecta. f.20. col.4.n.3.
Oratio uocalis ambit omnes alias orationes. f.21.c.3.
Oratio scutum magnum est. f.35.col.3
Orationem duæ sunt species. f.37.co.2
Oratio uocalis, q sit omnibus præferenda, & quare. f.21.col.1.nu.5.
Orationem comparat Bernardus operi, & præfert eã. f.21.col.1.n.6.
Oratio uitalis, q non sit oratione mentis perfectior, probatur. f.21.col.1.nu.
Oratio, quod sit opere melior. f.21.col.1.nu.8
Orationibus mediis quomodo nos oporteat ad Trinitatem reduci, ut ei appropinquemus magis, & ei adsimus secundum Dionysium. f.21.col.1.nu.10
Orationis excellentia, quod turbet frequentiam coniugalem. f.22.col.4.nu.1
Orationes, q impediantur officio coniugali iuxta apostolum Petrum. f.22.col.4.nu.3
Oratio, quod sit melior opere coniugali. f.22.col.4.nume.4.
Orationes sanctorũ, ut Moysi, Danielis, & Tobiæ, Deo offeruntur. f.22.col.4.nu.6.
Oratio sola, q possit hominem saluare, & iudicem flectere. f.29.col.2.nu.3
Oratio crebra commendatur ab Ambrosio. f.30.col.3.nu.11.
Orationes quod non sint eo prætextu omittendæ, ne alia bona opera dimittantur. & qui debeant propensius orationi indulgere. f.32.col.2.nu.1.
Oratio Publica, q sit succincta, & quare. & quid de orationibus fratrum in Aegypto dicant Augustinus, & Cassianus. f.32.col.2.nu.5
Oratio nostra uocalis, ne sit uacua meriti quomodo restat desiderare quod proderit. f.33.col.3.nu.3
Orationum prolixitatem damnat Witcleff. f.35.col.1 nu.1.
Orationis prolixitas non omnis uitãda. f.35.col.1.n.2
Orationis extensio, & sanctæ precis prolixitas laudatur contra Witcleff. f.35.col.1.nu.4
Oratio quàm sit preciosa. & quæ sit eius dignitas, & uirtus secundum Chrysostomũ. f.35.col.1.nu.7.
Orationem arguit Witcleff propter multiloquium. f.36.col.1.nu.1.
Orationem continuam, & diuturnam esse homini utilẽ ad assequendum quod optat, docet Chrysostomus. f.36.col.1.nu.4.
Orationes altas & cătus ecclesiæ, officia diurna, horasque canonicas, & studia modulationum in choro increpat Witcleff. f.37.col.1.nu.1
Orationis clamosæ uitia describuntur. f.27.col.1.nu.2
Oratio commẽdans oblationem apud ecclesiam, quæ sit. f.68.col.3.nu.1.
Oratio, Orate pro me. &c. f.71.col.2.nu.1
Oratio Christi & secreta. f.71.col.3.nu.4
Oratio secreta, & quomodo terminat eam alta uoce sacerdos, & quare. f.71.col.3.nu.7
Orationes Canonis septem. f.72.col.4.nu.4
Orationes quæ sint. f.72.col.4.nu.6
Orationis Christi, & ecclesiæ conformitas. f.72.col.4.nu.9.
Oratio sacerdotis ad Deum patrem per Christum in silentio, describitur. f.74.col.3.nu.1
Oratio dominica, q non fuerit instituta dici per Gregorium, sed per apostolos. f.82.col.2.nu.2
Oratio dominica, quod sit quotidie dicenda. f.82.

 colum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

colum.2.nume.4.
Orationes communionis præuiæ. f.84.col.3.nu.8.
Oratio pro alijs,quòd sit Deo accepta.& qualis oratio ante Deum sit dulcior. f.177.col.3.n.7
Orationes sanctorum, ꝙ omnino sint utiles in hac uita contra Witcleff ostenditur. f.180.col.4.n.2
Orationis beneficium,ꝙ sit à sanctis uiris maximè appetendum. f.195.col.1.nu.3
Oratio specialis,quòd plùs prosit ei,pro quo fit,quàm generalis,cæteris paribus, multis exemplis palàm fit. f.198.col.1.n.2
Orationis specialis præeminentia utilitatis super generalem. f.198.col.1.nu.6
Orationis efficacia,& effectus. f.198.col.1. nu.8.
Orationes pro defunctis, ꝙ auctoritate Christi fiant. f.201.col.2.nu.2.
Orationis dominicæ forma,& tenor. f.201.colum.2. num.5.
Orationibus sanctorum miracula facta recensentur. f.213.col.3.nu.4.
Oratio priscorum. f.219.col.3.
Orationes pauperum,quomodo ambiebat Ambrosius, & quare. f.213.col.3.nu.7
Oratio alicuius sancti,ꝙ ualeat,etiã si is,pro quo orat non sit iustus,contra Witcleff. f.215.co.2.nu.1
Oratio sanctorum,ꝙ prosit his,quorum uita est imualida ad uitam capiendam æternam. f. 215.col.2. nu.4.
Oratio,& ieiunium Cornelij centurionis notatur.f.32 col.2.nu.2.
Orationes fraternæ,ꝙ expiationem obtineant scelerũ, & impetrent charitatem. f.192.col.2.nu.7
Oratio Pontificis ad fores ecclesiæ dedicandæ.f.290. col.4.nu.5
Oratoris improbi perseuerantia collaudatur à Domino f.35.col.1.nu.3.
Oratorum ꝙ non sit eadem paritas ostenditur. f. 195. col.1.nu.4.
Ordinare presbyterum,ꝙ solis episcopis pertineat,contra Witcleff. f.111.col.4.nu.1
Ordinare,aut Chrismare,uel dedicare basilicas,ꝙ non sit potestas ordinis,sed dignitatis sacerdotij cõsummatæ. f.114.col.4.nu.4
Ordinati,quomodo,& quibus uerbis à Pontifice prolatis accipiant potestatem ad remittendum peccata f.119.col.3.nu.7.
Ordinatus à non episcopo,qũo non habeatur pro ordinato,& ut ritè ordinetur, ꝙ ad suũ currere debeat episcopum. f.113.col.3.nu.4
Ordines quomodo fuerint multi in primitiua ecclesia contra Witcleff. f.66.col.3.n.8
Ordo docendi principatus, & summa potestas describitur. f.10.col.2.n.18
Ordo episcopalis,ꝙ omnes inferiores ordines, & eorũ potestates in se contineat. f.147.col.4.nu.6
Ordo perfectorum religiosorum ꝙ non possit dici ꝙ fuerit à puro homine factitatus. f.161.col.2.nu.5
Oremus quomodo dicatur in missa.& ad quid. f.64. col.1.nu.11.
Organum diuinæ uocis quando fiat homo. f.40.col.3. nu.6.
Orientis prærogatiuæ describuntur. f.69.col.4. nume.6.
Origenes notatur ab Epiphanio. f.13.col.1.nu.6.
Origenes ostendit præstantiam orationis,& operis.f. 30.col.3.nu.8.
Origenes,quid pro custodia diei festi, quod Witcleuistæ contemnunt,notanter dicat. f.255.col.2.n.2
Origenis locus de sacerdotibus. f.110.col.1.nu.3.
Ornatũ ecclesiæ cur sexto describat lib.& in quo consistat. f.1.col.1
Origenis dictum de castitate eorum,qui indesinens sacrificium debent offerre. f.122.col.4.nu.4
Origenis expositio super illud apostoli,& erit tempus cum inuocabitis me,ego autem non exaudiam uos. f.18.col.3.nu.11.
Ornatum Asinæ & pulli per Apostolos Christi.f.1. col.2.
Osculandi mutuò ritus unde fluxerit.f.82.co.2.n.10

P

Pacis osculum sacerdotis,& ministrorum se inuicẽ refertur. f.68.col.4.nu.2
Pagani multi,quare nolint fieri Christiani secundum Augustinum. f.25.col.2.nu.3
Pagani,qui precum sanctorum suffragia ambierunt,recensetur. f.179.col.2.nu.4
Pallium,& Palij,concessio primatibus.& de illius origine,& de quorundam præsulum præeminentia. f.61.col.1.nu.15.
Panis,unum,carnes,aut fructus,ꝙ non habuerint primò suam benedictionem præter auctoritatem domini ab episcopis introductam f.295.col.4.n.1
Panis ꝙ non maneat post consecrationẽ,nec panis dicatur,sed corpus appelletur. f.82.col.2.nu.5
Panis indiuisibilis diuiditur. f.84.col.3.nu.2
Panem nostrum quando oramus quotidiè dari nobis, quid intendendum est secundum Chrysostomum. f.295.col.4.nu.3.
Papa dictio,quomodo interpretatur.f.74. co.3.nu.6
Papa,quare debeat esse primus in deprecatione præcũctis fidelibus. f.74.col.3.nu.7
Paraclitus ꝙ non doceat mathematicam.f.5.c.4.n.3
Parentes quòd sint honorandi.& quando contemnendi. f.171.col.4.nu.1
Parentum pro liberis sponsionis origo. f.96. col. 3 nu.6.
Participare meritis sanctorum,quid sit.f.188. col.2. nu.7.
Participatio meritorum post obitum quòd sit possibilis f.182.col.4.nu.6.
Paruuli fidelium,ꝙ sint etiam baptizandi aqua sensibili. f.100.col.4.nu.6

Paschalis festiuitatis præclara officia tangit Ambrosius. f.294.col.3.nu.3
Paschæ,& Pentecostes festa quomodo ab apostolis instituta dum uiuerent, & sicut instituerant dedicata. f.254.col.1.nu.1
Pastores,& Magi, ꝙ peregrè primi uenerint adorare Saluatorem. f.241.col.1.n.4.
Pater noster in missa. f.82.col.2.n.1
Pater,quòd quatuor modis per scripturas diuinas uocetur. f.142 col.1.nu.14
Pater qui sit dicendus.& quare episcopus sõlus rectè uocetur,Pater.& multa de superioribus, & inferioribus ibi. f.148.col.1.nu.16.
Patres antiqui,et sacerdotes ecclesiæ,quomodo ex officio antiquo audierunt confessiones pœnitentium, absoluebant in remissionẽ peccatorum,& cũ peccatoribus dispensabant. f.126.col.4.nu.11
Patres sancti,qũo sint laudabiles,ꝙ sanctitatis suæ cõsuetudinem,& regulam suis successoribus dereliquerunt. f.164.col.3.nu.1
Patres ueteres,& nouelli,supremi,& infimi,sancti et peccatores,ꝙ anhelauerint suffr. gia, ostenditur. f.179.col.2.nu.3.
Patriarcharum,& apostolorum nomina, cur in Canone recitentur. f.74.col.3 nu.13
Patrimi quot esse debeant. f.89.col.4.n.8
Patrinis cur tradatur baptizatus f.99.col.1.nu.4
Patrinus,qui & Anadochus secundum Dionysium. & quod sit eius officium. f.89.col.4.nu.7
Paula laudatur à Hieronymo sancto de ipsius peregrinatione assidua ad sanctorum memorias.f.242.co. 4.nu.3.
Pauli samosatæi hæresis ab eusebio narratur. f.43. col.4.nu.1.
Pauli assiduitas orandi per singulos dies,& noctes,notatur. f.54.col.2.nu.3.
Pauli regula,qũo commendat,ut cantemus,& psallamus totis præcordijs. f.56.col.3.nu.3
Pauli uestimenta.& quid de illis dicat Hieronymus. f.174.col.1.nu.4.
Paulo sine ecclesia quòd non sit credendum.f.4.col.1. nu.5.
Paulus quid uelit,cum suadet continentiam uirginalẽ & uidualem. f.2.col.1.nu.4
Paulus quando superædificauerit aurum probatissimæ charitatis. f.2.col.1.nu.10.
Paulus post Ascensionem domini de cælo uocatus,ecclesiæ credidit. f.4.col.1.nu.3
Paulus cùm esset subtilis philosophus,quare noluerit Corinthios inducere ad intelligentiam scripturarũ per dialecticam. f.5.col.4.nu.5.
Paulus & Silas, ꝙ media nocte in carcere hymnum Deo canebant.& de duobus beneficijs Dei,quæ cantibus apostolorum euenerunt. f.38.col.4.nu.9
Paulus, quòd ordinauerit cantum. f.40.colum.3 nu.2.
Paulus,ꝙ uocaliter cantare docuerit. f.40.col.3.n.4
Paulus qua ratione diem distribuebat. f.54.co.4
Paulus quos habuerit ministros,cooperatores, & adiutorem. f.147.co.l.4.nu.14.
Paulus,cur ad Hebræos se apostolum non scripsit.fo. 148.col.1.nu.17.
Paulus,ꝙ non recesserit a secta Pharisæorum, sed superstitione eorum abiecta,in eorum ritu, religione & nomine se esse gaudebat. f.165.col.3.n.4
Paulus,quomodo Epicureis,& Stoicis philosophis nũtiator nouorum dæmoniorum dictus, & quare. f.170.col.2.nu.1.
Paulus ꝙ notam auaritiæ non euaserit.& quomodo de hac se purgauerit. f.186.col.4.nu.2
Paulus quomodo placuit omnibus.f.186.co.4.nu.3.
Paulus quomodo concedit Corinthios esse participes meritorum suorum moriendo & uiuendo. f.188. col.2.nu.3.
Paulus pro quibus pauperibus postulare non erubuerit. f.190.col.2.nu.3
Paulus purus homo,quomodo securauit fideles socios factos,& participes meritorum apostolicorum contra Witcleff. f.192.col.2.nu.9
Paulus quomodo hospitium sibi præparari mandauerit.& ꝙ fuerit celebre,et amplum,contra Witcleff f.266.col.4.nu.4.
Paulus quid fecerit,cum circumiens Diana Athenien sium,reperisset inter ea aram,in qua erat scriptum, Ignoto Deo. f.281.col.2.nu.3
Paulus apostolus qũo constituerit uocales cantus ex erectos maximè psalmorum,hymnorum, & spiritualiũ canticorum per famatissimas ecclesias Corinthiorum,Colossensiũ,& Ephesiorũ. f.40.co.3.n.7
Paulus qũo modernum ritum in mysterijs sacræ missæ iam factum uniuersalem per orbem,prout à Christo & ab apostolis ipse accepit,tradebat ecclesiis f.58 col.4.nu.11.
Pauperes sancti.& religiosi præ cæteris nutriendi. f.190.col.2.nu.2.
Pauperes,& mopes spiritu, ꝙ ad Deum pertineant. & qui sunt pauperes spiritu secundum Augustinum. f.23.col.4.nu.3
Pauperibus quibus præcipuè subueniendum. f.151. col.1.nu.14.
Paupertatem quantum præceperit Christus perfectis suprà perfectionem mandatorum. f.171.co.4.n.4.
Paupertas pernicioſa est,meritorũ penuria.f.217 c.2
Paupertas quæ,& quando reddat hominem perfectũ f.151.col.1.nu.9.
Pauperum duo genera,f.pauperum sanctorum,& ullarium egenorum. f.190.col.2.nu.1
Pacis osculum. f.68.col.4
Pax in diebus nostris.& Pax domini.&c.f.82.col.2 nu.7.
Pax uobis à sacerdote,seù episcopo prolatum. f.86. col.4.nu.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pax ecclesiæ, quòd peccata dimittat. f.125.col.1.n.5.
Peccatorum retentio, q̃ fiat uirtute clauium, sicut earundem uirtute fit remissio. f.126.col.4.n.9.
Peccatorum q̃ sint disquirendæ circunstantiæ. f.129. col.4.nu.6.
Peccatum ad mortem irremissibile. & quando tale dicatur secundum Augustinum. f.192.col.2.n.4
Peccatum quibus modis soluatur. f.128.col.3.n.5
Pelagij errore maculatus Witcleff notatur. f.25. col. 2.nu.11.
Pelagiani, q̃ dectruunt orationes ecclesiast. hæreticè prædicãtes gratiã dari pro merit. f.13.col.1.nu.7.
Pelagij hæresis circa baptismum parulorum. f.100. col.4. nu.2.
Pennæ alterius ad alterum sub firmamento directæ, quas Ezechiel commemorat, quid signent. f.188. col.2.nu.11.
Pepuziani hæretici assignantes mulieribus dominari, & sacra ministrare. f.108.col.3.nu.4
Peregrinari quid sit. f.241.col.1.nu.1
Perfectionis gradus, & perfectũ esse. f.151.c.4.n.18
Perpetuum quid. & quomodo debeat intelligi. f.177. col.3.nu.3.
Perseuerantia bona usq; in finem, q̃ non nisi orãtibus datur. f.16.col.3.nu.7
Perseuerantia in sancta uita, q̃ diebus ac noctibus debeamus petere, & rogare. f.16.col.3.nu.6
Per dominum &c. finis orationis. & per Christũ, quomodo præmittantur in fine collectæ. & quare. f.64 col.1.nu.12.
Per omnia secula seculorum. cur altè dicatur. f.71. col.3.nu.6.
Petendum quid sit primò in oratione. f.18.col.4.n.17
Petiliani hæretici diabolica superbia. & quid de eo dicat Augustinus. f.196.col.3.nu.7
Petrus canonizat Christum. f.227.col.3.
Petri primatus ostenditur. f.147.col.4.nu.3
Petrus solus coniugem habuisse certò scitur. f.122. col.4.nu.2.
Petrus, & Paulus traduntur confessi. f.129.co.4.n.3
Petrus, q̃ tàm primatum, quàm Capitaneitatem in signo sensibilis uerbi acceperit. f.134.col.1.nu.8
Petrus cur attonsus, & cur alij. f.145.col.4. nu.5
Petrus, & Paulus quomodo prædicauerint Christum uirum, de Deo nihil exprimentes. & quare. f.212. col.1.nu.3.
Petrus quomodo probauerit potestatem simul miraculi primus post Christum in Simone Mago, ad laudem euangelij. f.230.col.2.nu.6
Petri & Pauli corporum leuatio, contra insanos, qui negantur Romæ fuisse Petrũ, aut prosedisse. f.236. co.2.nu.4.
Petrus, & Paulus q̃o in suis memoriis ultra supremos Gentilium Deos auxiliabãtur Romanæ reipub. & suis rebus. f.247.col.1.nu.2
Pharisaicum supercilium de confidendo in propria iustitia operum, q̃ sit dimittendum, & ad orationis hominis Publicani officium attendendum. f.25.col. 2.nu.13.
Pharisæi uerba orantis ad disciplinam Witcleff doctrinis, conferuntur. f.25.col.2.nu.4.
Pharisæus quare à domino damnatur, & Publicanus exaudiatur. f.23.col.4.nu.2
Pharisæorum fimbriæ spinosæ. f.165.col.3.nu.5
Philippus euangelista. & quare sic appellatus. f.258. col.2.nu.5.
Philosophi non sunt citandi catholico sed sancti. f.6. co.4.nu.6.
Picturis sanctis aut reliquijs quòd communicet Deus uirtutem, non autem numen. & quid sit Numen. f. 288.col.1.nu.5.
Pœnæ per sacerdotem taxatio contra Witcleff. f.126 col.4.nu.10.
Pœnitentia triplex. f.128.col.3.nu.4
Pœnitentiæ sacramentum. & quid de eo dicat hæreticus Witcleff, arguendo. f.125. col. 1. nu. 1.
Pœnitentiæ sacramentum quod sit reiterabile. f.125. col.1.nu.7.
Pompæ diaboli quæ sint. f.95.col.2.nu.7
Polycarpus martir, quomodo tendens ad martirium, in oratione sua de singulis memoriã fecerit. f.198. col.1.nu.3.
Populus quid orare debeat, quando sacerdos conuertit se ad populum, dicendo Orate pro. &c. f.71.col 2.nu.2.
Postulationes quæ sint. f.72.col.4.nu.7.
Potestas ligandi et soluendi, q̃ non Petro tantũ, sed in Petro ecclesiæ data erat. f.10.col.2.nu.4
Potestas ordinis, q̃ sit æqualis, quomodo debeat intelligi. f.114.col.3.nu.3.
Præceptis salutaribus moniti audemus dicere. uerba posita ante orationem dominicam. f.82.col.2.n.1
Præceptorum diuinorum inuersio. f.272.col.2.nu.3
Præceptum antiquorum. q̃ semper sit congruentius nõ solum de fide, sed in quolibet tractatu sanctæ uitæ. f.6.col.4.nu.4.
Præcursoris iubilus in occursu Saluatoris. & quid sit Iubilus. f.29.col.2.nu.8
Prædicandi, sine orandi ratio. f.74.col.4
Prædicatio nouis sacerdotibus ab antistite facta. fo. 119.col.3.nu.9
Prædicatio quomodo inter celebrandum post pacis osculum fiat secundum Dionisium. f.68.col.4.nu.4
Prædicatio tabularum quid sit. f.82.col.2.nu.9
Prædicare, q̃ non omnibus sit cõcessũ. f.68. col.4.n.8
Prædicata à Christo, & apostolis, quod non sint omnia scripta. f.116.col.2.nu.3.
Prædicatores q̃ debeant à præpositis ecclesiarum examinari. f.68.col.4.nu.9
Præfatio in missæ officio ad quid fiat à sacerdote in ingressu precis solennis. f.71.col.3.nu.10.
Præfatio in ordinatione presbyteri adducitur, ad prohandum presbyterõs, & pastores secundi ordinis esse opitulatores, & cooperatores summorum præsulum. f.147.col.4.nu.2
Prælati licet iniusti, quòd sint ecclesiæ membra. f.135 col.4.nu.6.
Prælatorum merita. f.151.col.1.nu.4
Præsciti, quòd possint emendari, & salui fieri. f.192. col.2.nu.3.
Præscitum non posse saluari, quomodo probent hæretici. f.182.col.4.nu.1
Præscitus q̃ sit nullus dum uiuit. f.180.col.4.nu.6
Præsulibus quæ deceant. f.198.col.1.n.7
Pragensium Witcleuistarũ error circa officium missæ. f.58.col.3.n.3
Precandi, seu orandi ordo. f.74.col.3.n.3
Precationes, seu obsecrationes, quæ dicantur. f.72. col.4.nu.5.
Preci quòd sit insistendum, cum recta agimus, secundum Gregorium. f.29.col.2.nu.1
Precum solennium uerba superædificata, quòd à uerbis euangelij non sint diuersa, nec à fundamẽto Apostolorum aliena, sed consona. f.2.col.1.nu.16.
Presbyteri, q̃ non nisi ab Episcopis fuerint creati, etiã in primitiua ecclesia. f.111.col.4.nu.7
Presbyteris manus q̃ ungatur sicut episcopis. & quare. & unctio capitis quare ad Episcopum specialiter pertineat. f.119.col.2.nu.4
Professio religionis, q̃ sit secundum baptismã, delens omnia peccata, & lumen conferens. & unde meruerit hanc prærogatiuam, ut secundum baptismum nuncupetur. f.145.col.4.nu.8
Professio quomodo apostolica lege orationibus solennibus consecratur. f.145.col.4.nu.9
Professor simplicis mandati, & Professor consilij quãtum distent. f.136.col.4.nu.3
Prophetare uirtutes facere, & dæmonia eijcere, quomodo possint etiam mali. f.230.col.2.nu.7
Propositum q̃ non liceat nobis mutare, licèt dignitatẽ propositi perdiderimus. f.166.col.4.nu.8
Prouerbium in rectos à fœminis. f.110.col.1.nu.9
Prudens homo quis dicatur. & q̃ prudentia sit futurorum prouidentia. f.182.col.4.nu.3
Psallendi disciplina monachorum, quam commendat Ambrosius, q̃ non dissonet cultui Christiano. f.56. col.3.nu.2.
Psalmi usus, unde inolescere cæperit. f.47.col.1.n.8
Psalmista, quare dixerit, media nocte surgebam. &c. f.54.col.3.nu.12.
Psalmodia q̃ cum magna delectatione sit agenda. & quomodo refert à Dei laudibus uitiosos cantus excludere. f.56.col.3.nu.4
Psalmodiã ecclesiæ unde inceperit Hieronymus. f.64. col.1.nu.2.
Psalmorum decãtatio in missa nõ est recenter adiecta. f.64.col.2.
Psalmus, & himnus, an sint idem. f.40.col.3.nu.3
Publiæ fœminæ factum contra Iuliani Cæsaris apostatæ impietatem. f.38.col.4.nu.4
Puerorum laus ore deprompta, q̃ fuerit oratio perfecta. f.29.col.2.nu.7
Pugna Christiana est in duobus actibus & precibus. f.31.col.4.

Q

Quarta pars missæ. f.86.col.4.n.1
Quæstiones Witcleuistarum circa suscipiẽtem ordinem, & circa ordinantem, recensentur. f.108. col.3.nu.1.
Quæstus gratia an religiosi conferant literas communicationis meritorum. f.186.col.1. nu. 1. & per totum.cap.
Qui pridie. f.77.col.1.nu.5
Qui uos spernit, me spernit, quibus dictum sit à domino. & quid super hoc dicat Cyprianus. f.10.col. 2. nu.4.5. & 6.
Quomodo frustra roges pro indigno. f.216.col.3.n.4

R

Rabanus, quid dicat super dictum Christi, mundæ prius quod intus est. &c. f.9.col.3.nu.7
Rationale pontificis. f.117.col.4.nu.9
Regeneratus q̃ non regeneret filios carnis sed generet &c. f.102.col.3.nu.2
Regum & pontificum capita quomodo oleo sacro profundant. f.119.col. 2.nu.3
Regula quædam notanda, pro cauenda & abiciendæ doctrina Witcleff hæretica. f.25.col.2.nu.9
Regulæ duæ Christianorum perfectorum & inferiorũ contra Witcleff. f.162.col.4.nu.5
Regularis integritas quid sit. f.151.col.1.n.15
Religionis professio, q̃ sit latria exhibita Deo, probatur. f.166.col.4.nu.1
Religionis præconia. f.166.col.4.nu.13
Religio sancti Marci. f.47.col.4.
Religio omnis Christiana, q̃ ortum habeat à cruce, contra cuius cultores uociferatur cum Iudæis Witcleff. f.169.col.2.nu.1
Religio etiam si noua sit, & ita calumniosè ab Witcleff dicatur, q̃ non sit iniuria, ostenditur. f.170. col.2.nu.2.
Religio q̃ sit in Christo fundata, & antiqua Dei hæreditas, contra Witcleff. f.170.col.2.nu.3
Religionis obseruantia, q̃ non sit contra honorẽ parentum aduersus Witcleff. f.171.col.4.nu.1
Religio perfectorum quæ sit. f.171.col.4.nu.3
Religionem perfectam a Christo domino Deo & homine per apostolos & euangelistas institutam, & auctam esse probatur. f.162.col.4.nu.7
Religio quare schola uirtutũ dicatur. f.162.co.4.n.4
Religio q̃ contra dæmones bellum assumpsit acerrimũ, & ille aduersus illam. f.151.col.1.nu.11
Religio duplex. f.136.col.4.nu.4
Religio uoluntariorum, quod anteponatur, & excedat in numero religionem simplicium mandatorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f.136.col.4.nu.7.
Religionis à teneris ingressus laudatur.fo.140.col.2.nu.1.
Religionis dissuasores arguuntur. f.140.col.2.nu.2
Religionis perfectorum schola in claustro unde fuerit traducta. f.162.col.4.nu.1
Religio specialis Israel,non tam armis,& manu, quã sanctis orationibus hostes prosternere.f.30.col.3.nn.10.
Religiosi,& clerici,quid alteri alteris deferant.f.151 col.1.nu.22.
Religiosus uir,& fortis, quomodo prophetæ monitu debeat regulariter surgere, & media nocte præcipuè uigilare. f.52.col.3.nu.4
Religioso uiro,q̃ in conuentu sit simpliciter amplectenda precum obseruantia media nocte, cæterisque publicis.& quòd idem dicendum sit dè omni clerico. f.56.col.3.nu.1.
Religiosorum clandestinæ orationes ex Hieronymo notantur. Et quo antiquior usus hoc habebat in usu, q̃ habet modo. f.139.col.1.nu.2
Religiosorum uita,& conuersatio, quomodo multum optabatur à iam episcopo Chrysostomo.f.151.col.1.nu.10.
Religiosorum quorundam habitus describitur,& sermo.&c.& de alijs eorum obseruantijs.f.151.col.1.nu.13.
Religiosorum uana excusatio. f.151.col.1.nu.17
Religiosorum laus. f.151.col.3.nu.21
Religiosorum esse prædicare,demonstratur.f.195.co.1.nu.6.
Religioso q̃ non liceat religionis propositum. quod semel accepit dimittere. f.166.col.4.n.4
Religiosus uir quomodo ante professionem sit de familia Christi,non autem de ministris.& quid si promisit,& recedat. f.166.col.4.nu.3
Religiosi,& fideles Christiani,quibus sint odor mortis in mortem,& fœtentes merdæ, & apostemata, & uenenum. f.169.col.2.nu.4
Reliquiæ sanctorum. f.292.col,2
Reliquiæ patrum legis ueteris,quare templo non inferebantur,& altaribus. f.293.col.2.nu.1
Reliquiæ sanctorum,quòd debeant esse coopertæ,& à tactu uulgi fidelium remotæ. f.293.col.2.nu.6.
Reliquiæ sanctorum usuales quæ locis sanctitatem reddunt,recensentur. f.293.col.2.n.7
Reliquiæ cur honorandæ. f.223.col.1.nu.5
Reliquiæ quo sint inferendæ,& collocandæ in dedicatione ecclesiæ,uel altaris. f.292.col.1.nu.1.
Reliquiæ sanctorum quomodo debeat uenerari contra Witclemistas. f.292.col.1.nu.2
Reliquiæ cur honorandæ. f.224.col.1.
Reliquiarum aut rerum sanctarum triplici consideratione distinctio. f.222.col.4.nu.1
Respicere post aratrum, qui dicantur.f.166.col.4.nu.6.
Responsio ad Armachanum,dicentem secundum sacerdotem in lege constituere summum Pontificem &c. f.111.col.4.nu.8.
Responsio ad Witcleuistas,qui cauſantur,q̃ populus ignoranter adorans imagines,incidit in idololatriã f.281.col.2.nu.8
Resistendum quòd sit Witcleff,& alijs hæreticis fortiter à religiosis,& Christianis sacerdotibus.f.169.col.2.nu.5.
Responsoria q̃ sint grauitatibus lectionum adhibenda & qui primò statuerint ea. f.43.col.4.nu.7.
Responsorium,quod Graduale uocant,quomodo sequatur post lectionem. f.66.col.2.nu.3
Retentio peccatorum uirtute clauium. f.127.col.4
Reuereri,Honorare,Laudare,Glorificare, Adorare, quomodo differant. f.219.col.4.nu.4.
Ritus sacros et sacramentales obseruantias quomodo iubemur reuerenter,ut traduntur,tenere.&c.f.91 col.2.nu.1.
Ritus sacramentales,quod sint antiqui, licèt non omnes scripti. f.107.col.1.nu.2
Romam peregrè proficisci,laudat. f.244.col.2.nu.5
Romanorum fides,quàm præcipuè monstrabant circa uisitationem sepulchrorum martyrum. &c. laudatur. f.242.col.4.nu.4.

S

Sabbati celebratio sub præcepto figurata est.f.252 col.1.nu.5.
Sabbati una. f.252.col.3.
Sacerdotes nostri temporis quid notare debẽt. f.123.col.4.
Sacerdotes omnes quodammodo Christiani,q̃ membra sint unius sacerdotis. f.110.col.1.n.2
Sacerdos cur in missa tantum extremitate manuum lauet. f.70.col.2
Sacerdos seu celebrans cur statuitur ad medium altaris habens faciem ad orientem. f.70.col.4
Sacerdos Willelmus uxoratus. f.120.col.4.nu.4
Sacerdos summus,q̃ sacerdotes minores instituat; sacerdos autem minor parem sibi non ordinet.f. 113 col.3.nu.3.
Sacerdos ordinandus,q̃ ab ordinatore suo uestibus debeat indui. f.117.col.4.nu.1
Sacerdos simplex sacerdotem non creat.f.111.col.4.nu.5.
Sacerdos in quibus sit domini uicarius,ostenditur. fo.126.col.4.nu.3.
Sacerdos quare orat salem ponens in ore baptizandi, & saliuam in aure. f.93.col.2.nu.7
Sacerdos quare nominetur ante matrem à diuo Paulo f.108.col.3.nu.2.
Sacerdotibus quod non sit liberum canere, uel dicere quod uelint in choro,aut omittere quod nolint. f.47.col.1.nu.4.
Sacerdotis ordinandi ad altare adductio, & eiusdem episcopo præsentatio.& quid hoc significet.f.120 col.4.

col.4.nu.1.
Sacerdotis inferioris,& episcopi distinctio in ecclesia temporibus sancti Petri,& Euangelistæ Marci satis notanda. f.47.col.1.nu.6.
Sacerdotis officium circa solennia sacræ missæ,unde sumit initium. f.61.col.1.nu.1.
Sacerdotis ad introitum pro celebratione missæ quare resonat omnis chorus in uoce exultationis.&c. f. 64.col.1.nu.1.
Sacerdotis orantis in missa cautio. f.74.col.3.nu.10.
Sacerdotium quàm grande,& sanctum.f.151.col.1.nu.19.
Sacerdotum contemptores, q̃ peiores sint, quàm Dathan & Abiron. f.110.col.1.nu.5
Sacerdotum,Pontificum.f.& minorum arguere paritatem,quia olim omnes uno nomine sacerdotes,aut in commune presbyteri uocabantur,quam parum faciat,ostenditur. f.114.col.4.nu.5
Sacerdotum in consecratione manuum impositio super hostiam in patena,& calice,quid designet. f.119. col.3.nu.5.
Sacramentũ dominici corporis,q̃ non sit communis cibus,sed sanctum sanctorum &c. f.78.col.4.n.3
Sagarelli hæretici error, quòd ecclesia consecrata non plus ualeat ad orandum,quàm stabulum porcorum &c.& quomodo cum eo conuenit Witcleff.f.257. col.1.nu.1.
Salis exorcismus.& quare dabatur cùm baptizabantur plures adulti in primitiua ecclesia. f.93. col. 2.nu. 4.
Salis exorcizati mysteria,atque bona describuntur.f. 93.col.2.nu.5.
Saliua quare tangantur nares & aures baptizandi.& de eius efficacia. f.93.col.2.nu.11
Saluator,q̃ specialiter orauerit pro Petro,& posteà etiam pro apostolis. f.198.col.1.nu.4
Salutatio perfectiua quid. f.119.col.3.n.10
Samuel quòd fuerit sacerdos, probatur.f.147.col.4. nu.10.
Sanguis,q̃ etiam sub specie panis sumatur.f.85.col.3 nu.4.
Sancti defuncti,quòd sint honorandi, non adorandi.f. 236.col.4.nu.4.
Sancti quòd ubique sint honorandi. Et quo secundum ueritatem non possint deesse sepulchro,contra Witcleff. f.239.col.1.nu.2
Sancti uarij,q̃uaria conferant. f.255.col.2.n.8
Sancti qualiter aliqua ratione possint orari ut orent quamuis ab orando non cessent,contra Guillelmum album hæreticum. f.210.col.4.nu.2
Sancti uiri,quòd possint suis precibus Deo resistere,et quòd Deus possit ab hoc,quod statuit,sanctorũ precibus retineri,contra Witcleff.f.213.col.3.nu.2.
Sancti,quòd non sit qualitercunque salutandi,sed honorandi,& magnificè uenerandi, imò congruentius adorandi. f.219.col.4.n.2
Sanctitas triplex describitur. f.110.col.1.nu.6
Sanctorum oratio quàm efficax quámque potens sit coram Deo. f.213.col.3.nu.3
Sanctorum intercessio demonstratur contra Vuitcleff qui sanctorum orationes pro nobis contemnit.f. 30 col.3.nu.4.
Sanctorum memoria,quod non sit parum utilis ut quis exaudiatur. f.74.col.3.nu.18
Sanctorum cum sanctis comparatio ex Chrysostomo. f.151.col.1.nu.12.
Sanctorum preces quantum possint apud Deum.f.213 col.4.nu.8.
Sanctorum honorandorum ordo describitur. f.219. col.3.nu.7.
Sanctorum primus,& præcipuus honor quis sit.f.225 col.4.nu.1.
Sanctorum inter homines sepultorum utilitas. f.247. col.1.nu.5.
Sanctos interpellandi quanta ratio.f.209.col.3.nu.3
Sanctos quomodo nõ colimus ut Deos,neq; pro diis eos habemus,sed ut dei amicos. f.237.col.3.nu.3
Sanctũ sanctorũ Christus,& altare,Christi corpus hostia,Christus ipse sacerdos æternus.f.79.col.1.n.7
Saul,quod noluerit obedire Samuelis imperio, culpatur.& multa de obedientia,quæ superioribus,& prælatis etiam dyscolis debetur. f.141.col.4.n.4
Saul in regni primordio quod cœperit psallere cum prophetis,quid denotet. f.49.col.3.n.3
Saulus oratione triduana iam facta,Ananiæ commendatur de cælo. f.37.col.1.nu.9.
Scala Iacob. f.5.col.1.
Scarabei more quomodo clamauit Christus. f.224 col.2.nu.4.
Scientia bonæ fidei. f.216.col.3.nu.2
Scomma in uicarium perpetuum relatum.f.177.col.3 nu.2.
Scripta quomodo non omnia,quæ nobis tradita ab apostolis. f.69.col.4.nu.7
Scripta quod non sint omnia,quæ ad sacramenta pertinent contra Vuitcleff,& eius sequaces.f.88.col.3. nu.1.
Scriptoris catholici opus quale debeat esse.f.126.col. 4 nu.6.
Scripturæ commendant ecclesiam. f.91.col.4
Sebboleth quomodo interpretetur. f.72.col.4.n.1
Sectæ quatuor,in quas inuehitur Vuitcleff,& fœtentes dicit,quæ sint. f.169.col.2.nu.3.
Seminandum est uerbum Dei passim. f.182.col.3
Sensus quomodo in Eucharistia falluntur.f. 84.co.3. nn.4.
Septem communicant fratres,& communicare studẽt laicis. f.177.col.4
Septenarij perfectio. f.147.col.4.nu.7
Sepulchra mortuorum qũo dicuntur uel memoriæ, uel monumenta,& quare.& quomodo has sanctorum memorias deprauat Vuitcleff. f.242.col.4.n.2

Sepul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sepulchra Historiata. f.273.col.3
Sepulchri dominici ornatus describitur. Et quomodo illuc multi fideles deuoti ad adorandum confluebãt f.240.col.1.nu.1.
Sepulchri Christi forma. f.262.col.3.n.2
Sepulchrum Mariæ in medio uallis Iosaphat. f.240. col.1.nu.2.
Sepulchrum Ioannis Baptistæ, & quomodo ossa eius fuerunt cremata, & de crebro illuc fidelium cõcursu. f.240.col.1.nu.3.
Serapis Aegyptiorum Deus, qui priùs & Apis appellatus. f.237.col.3.nu.5.
Seruitus uoluntaria, q̃ sit abiectior, quàm coacta. f.120.col.4.nu.6.
Sibylla pagana quid in laudem sanctæ Crucis exclamauerit. f.282.col.2.n.5.
Signum crucis quomodo apparebit in cœlo, quum dominus ad iudicandum uenerit. & cur Christus cum cruce ueniet. f.283.col.2.nu.3.
Silentij commendatio. f.139.col.1.nu.4.
Silentium primum in missa. Et quid denotet. f.71.col. 3.nu.3.
Silentium secundum in missa. & quid notatur per ipsũ. Item & de tertio silentio. f.71.col.3.nu.5
Silẽtium Pythagoricum notatur ex Ambrosio f.139 col.1.nu.5.
Simulatio est duplex iniquitas. f.3.col.3.
Solis imago, & currus ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus et fictus. f.270.col.2.n.1
Solitudo claustralis. f.144.col.4.nu.2
Somniculosorum & lethargicorum Hæreticorum error circa sacras noctis uigilias. f.52.col.3.nu.2
Spiritualis perfectionis omnium religionum in ecclesia urbis terrarum uarietas, unde descenderit. fol. 164.col.3.nu.3.
Spiritu agi optandum. f.12.col.3.
Spiritussanctus, q̃ uariè afficiat hominem, demonstratur. f.277.col.3.nu.3.
Spiritussanctus quòd per partes non detur. f.119.col. 3.nu.8.
Stantes oramus die dominico. f.212.col.4
Standum q̃ sit interdum laico tempore celebrationis. f.70.col.1.nu.11.
Stare quid sit. & qui dicantur stare. f.299.col.1.nu.2
Statuarij, & Idololatræ hæretici ab Ezechiele demonstrantur. f.279.col.3.nu.4.
Stephani oratio, q̃ fuerit a Deo exaudita pro Saulo. f.215.col.2.nu.2.
Stephani Caninozatio. f.227. col.4.nu.1. & fo.235. co.1.nu.4.
Stola, quæ & orarium dicitur, quintum indumentum. & quid denotet. f.61.col.1.n.9
Stolæ immortalitatis denotata per uestem cãdidam baptizato traditam. f.99.col.2.nu.2
Suffragia fratrum religiosorum. f.177.col.3.nu.5
Suffragia deuotorum quòd prosint patronis defunctis iam damnatis ad damnationem mitiorem. folio 201.col.2.num.4.
Summi Pontificis in lege ueteri consecrationis ritus describitur. & in quo distabat ab alijs sacerdotib. ostẽditur. f.114.col.4.nu.2
Superædificare super fundamẽtũ Christi licet. f.2.co.4
Superædificia quæ sint. f.2.col.1.nu.12
Superædificia quòd liceat alijs construere post prædicationem apostolorum, duntaxat in doctrina, & fide. f.2.col.1.nu.13
Supererogationis probatio. f.2.col.3.
Superhumerale iungendum esse rationali, quid denotet. f.16.col.3.n.2
Sursum corda, ad q̃id dicat sacerdos in missa ante præfationem. f.71.col.3 nu.8
Symbola secundum Dionysium, quòd sint panis, & uinum, quæ altari superponuntur. f.77.col.1.n.2
Symboli acceptio. & quid sit. f.99.col.2.nu.5
Symboli, & orationis dominicæ secundum usum Christi, & apostolorum antiquã a fidelibus obseruatio. f.45.col.2.nu.7.
Symboli, & orationis dominicæ iniunctio, atque traditio. f.93.col.3.n.13
Symboli articulos quare cõmiscuerit sigillatim cum immersionib. Ambrosiana ecclesia. f.97.col.4.nu.7
Symbolum quare prius fuerit datum, & non oratio. f.18.col.3.nu.9.
Symbolum ut sequatur post orationem dominicam, quomodo obseruat ecclesia: licèt in uia generationis ad fidem primò habeant fideles discere Symbolum, & pòst orare secundùm Augustinum. f.45.colu.2.nu.8.
Symbolum qũo in missa sequatur post euangelium. & q̃ ecclesia nunc utitur Symbolo Nicæno, antea uero utebatur apostolico. & quid de eo dicat Isidorus f.66.col.2.nu.6.
Symphonia quid sit. f.42.col.3.nu.1
Synagoga. f.258.col.4
Syriæ, atque Aegypti reges contendentes de regno, qũo auxilium, & amicitiam Ionathæ expetebant. & quid hoc signat. f.188.col.2.nu.8

T

Taboritæ Pragensium, quid pro completa missa pronuntient. f.2.col.1.nu.3
Tactus nudus quod non faciat rem adorabilem. f.223 col.1.nu.4.
Talio charitatis. f.188.col.2.nu.5
Taxatur Witcleff q̃ prohibet superedificare nomini Christi, & eius fundamento legitimo aurum & argentum. &c. f.2.col.1.n.9
Teclam à Christo Deo sacratam esse, & professam fuisse uirginitate perẽni sub manu Pauli, q̃ omnes scripturæ resonent. & quid de uirginitate dicat Faustus. f.172.col.4.nu.3
Te igitur clementissimè. &c. ut est in Canone missæ, exponitur. f.72.col.4.nu.3

Te

Te petimus. & supplices te rogamus. & c. f.79.col.1. nu.4.
Templa, idola, lucis & c. si potestate data euertuntur, quomodo non possint in usus priuatos, & proprios conuerti. f.62.col.4.nu.9
Templi ædificatorem quomodo Christus dilexerit. f. 258.col.2.nu.3.
Templum commune patri, & filio. f.258.col.2.n.2
Tempora quæ obseruanda. f.254.col.1.n.5
Testamenti noui laus. & quomodo tenenda est nobis Christiana religio, & ecclesiæ eius communicatio, quæ catholica est. &c. f.91.col.2.nu.4
Theodosii uictoria. f.214.col.3.
Theodosius princeps Augustæ memoriæ ab Ambrosio sanctus enuntiatur. f.228.col.1.nu.3
Timotheus, & primæui, quomodo tenebant formam baptizandi cum renuntiatione Satanæ, ex apostolica traditione. f.95.col.2.nu.5
Tonsura quid sit in clericis. f.117.col.4.nu.4.
Tõsura clericalis. & quid designet. f.145.col.3.nu.3.
Trinitatis in tribus hominibus figura ostenditur. f. 277.col.3.nu.2.
Trinitatis imaginem, quomodo gratia rei demonstrandæ uidere habent simplices. f.277.col.3.n.5
Trinitati q̃ non adsint omnia, sed ipsa omnibus adsit. f.21.col.1.nu.9.
Trinitatis adoratio per Kyrieelyson denotatur. f.64. col.1.nu.6.
Trinitas quòd probetur, cùm ter Sanctus canitur. f. 71.col.3.nu.11
Triticum, & Lolium, de quibus in euangelio, quid denotent. f.9.col.2.nu.2
Tubæ duæ argenteæ ductiles describuntur. & ad quid f.68.col.4.nu.7.

V

Vacua opera quæ dicantur. f.232.col.2.nu.3.
Valdenses hæretici. f.204.col.1.nu.3
Valdensium errorem, q̃ festa sanctorum non sint celebranda, quomodo sequitur Witcleff, & confutatur f.248.col.3.nu.1.
Vasa sacra qualiter conseruanda. & quomodo nunquàm exire iubentur de templo, sed semper esse in sanctis. f.62.col.4.nu.5
Verbum Dei, quòd sit passim seminandum. f.180.col.4 nu.5.
Verba humanitus adinuenta, & manus impositio quæ sunt arra pacis ecclesiæ, &c. f.125.col.1.n.10.
Vere dignum & iustum est, quomodo à sacerdote canitur in missa. f.71.col.3.nu.9
Vestes domini, & sacerdotis celebrantis describuntur f.61.col.1.nu.2.
Vestigia pedum Christi, qũo ab apostolis adorata. & quid de eis dicat Sulpitius f.241.col.1.nu.9
Vestimenta ecclesiastica qũo debeant esse sacrata, & honesta, & in templo. f.62.col.4.nu.6. & f.63
Vestis candida baptizati, qua induitur post sanctum lauacrum, & chrismatis inunctionem, quid denotet f.99.col.2.nu.1.
Viduarum electio. & quare eligebantur ut diaconissæ. f.108.col.3.nu.7.
Vigilandum q̃ sit media nocte, qũo solerter moneat, insistet, & hortetur Ambrosius. f.54.col.3.nu.10
Vigilantius hæreticus, qui & Dormitantius a Hieronymo appellatur quem sequitur Wicleff quomodo fuerit primus, qui contra uigilias sacras disputauerit. f.52.col.3.nu.1
Vigilantius hæreticus de semine cõuenarum natus. & unde Conuenæ dictæ. f.204.col.1.nu.2
Vigilantius & eius sequaces, qui dicebant sanctos post obitum non posse orare pro uiuis, confutantur. f. 210.col.4.nu.1.
Vigilia una quo tres horas habeat. & sic nox habet quatuor uigilias, quas à tempore Christi obseruauit ecclesia. f.51.col.1.nu.3.
Vigiliæ quatuor describuntur, quas stationes Isidorus appellat. f.51.col.1.nu.2
Vigiliæ tres nocturnæ mediæ noctis ab initio Synagogæ iussione domini per trinas semper horas à se distantes, quas in exemplum traduxit mater ecclesia, describuntur ab Augustino. f.54.col.3.nu.15
Vigiliam corporalem qualiter nobis exemplarit Christus, frequẽter in oratione pernoctans, totamq; noctem ducens insomnem. f.52.col.3.nu.8
Vigilias noctium continuas quomodo fecerit Paulus orando. &c. f.54.col.2.nu.2
Vincentij cuiusdam error circa baptismum. f.100.col. 4.nu.3.
Virginitas quare maiori præmio coronetur. f.2.col.1 nu.7.
Virginum professionis nuptiæ. f.145.col.3.n.1
Virginum bona recensentur. f.151.col.1.nu.8
Virtus rara nostra. & multa peccata. f.28.co.3
Virtutes omnes quomodo ad spi. s. pertinent. f.104. co.3.nu.3.
Virtutes non omnes uni dantur & cur. f.160.co.4
Virtutum cælestium picturæ. f.274.col.1.
Vita in præceptis, q̃ sit bona, sed inutilis ad cumulum præmij. f.136.col.4.nu.2
Vita omnis bona, q̃ est sanctis precibus præeunda. f. 16.col.3.nu.4.
Vita sancta, & oratio, q̃ sic sint commixta, ut se semper amplectantur mutuò. f.16.col.3.nu.8
Vita hominis actuosa, quòd antecedenter, & consequẽter sit precibus inuoluenda. f.16.col.3.nu.14
Vita æterna q̃ detur pro meritis, si cum meritis numeremus & gratiam, sine qua nec ipsa sunt merita, quia nec Dei dona, f.27.col.4.nu.1
Vitalis oratio quòd non sit sine oratione mortali. f.14. col.3.nu.13.
Vitia episcoporum. f.10.col.4
Viuere quod liceat de altario, ostenditur. f.186.col.4 nu.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viuere quòd rectè nouit, qui rectè nouit orare. f.16. col.3.nu.9.
Viuere qui fecit, docuit & orare. f.21.col.4.num.10
Vnctio in baptismo. & quomodo à primæuis sit seruata ecclesiæ. f.96.col.3.nu.1.
Vnctio Christi. f.90.col.2
Vnctio atletarum. f.96.co.4
Vnguntur Christiani. f.106.col.2.
Vnde & memores &c. f.78.col.4.n.1
Vnguenti ex quatuor speciebus aromatum confectio. & quomodo nil plus balsamo nostro designet. f. 105.col.4.nu.11.
Vnitas episcopalis ecclesiæ probatur à Cypriano. f.147.col.4.nu.4.
Voluntas plena confitendi q̃ sit necessaria uerè pœnitenti. f.125.col.1.n. 3.
Voluntas Dei in lege. f.182.col.4.nu.4
Voluntatis professio quando ex incremento fidei est. f.2.col.1.nu.15.
Vota parentum, q̃ prosint liberis. & quanta uis sit in uotis parentum. f.140.col.2.nu.3
Vota etiam inconsultè facta, quomodo non sine magna formidine temerantur. f. 166. colum.4.num.6 aliàs 5.
Votum parentelæ, an sit consequuturum effectum, ostenditur. f 140.col.2.nu.4
Votum q̃ libertatem auferat. f.120.col.4.nu.8
Votum simulatum quomodo obliget. f.120.col.4.n.9
Vouere Deo quòd liceat, contra Witcleff f.136. col. 4.nu.1.
Vox cãtus in ecclesia qualis esse debeat. & quibus magis prodesse posset uox submissa, quàm alta. f.40. col.3.nu.13.
Vox sonora, uel alta, in laude Dei plena, quod sit Deo placita. f.42.col.3.nu.6
Vtilitas cantus. f.41.col.4.
Vtilitates nostræ omnes, q̃ sint in medio conferendæ ut adiuuemus alte. utrum. &c. f.188.col.2.n.6
VVitcleff, quo utendo fallaci, & amphibologico argumento, dissipet orationes sacras uigilias noctis, missas, & aliorum sacramentorum solennes preces. &c. f.2.col.1.nu.14
VVitcleff, q̃ more bestiæ in apocalipsi descriptæ, gerat cornua testamentorum uelut agnus, sed loquitur uelut draco. & quid de hoc dicat Augustinus. f.3. col.1.nu.3.
VVitcleff corrumpit scripturas, & Dei leges præsumptionibus suis pessimè uitiat. f.3.col.2.nu.5
VVitcleff fugiendus qui ijsdem delirametis fallit suos sectatores fatuos. quib. & Manichæus fefellit suos f.5.col.4.nu.1.
VVitcleff directè contra apostolum docet. f. 6. colum. 3 nu.6.
VVitcleff insanum, & perfidum, non esse sequendum de dotatione ecclesiæ, de sacramento altaris, de religione perfectorum supra Augustinum sciolum. f.6. col.4.nu.3.
VVitcleff ad intelligentiam scripturarum iubet amplecti philosophos & prætermittere sanctos. & quòd philosophi non sunt citandi catholico, sed sancti. f.6.col.4.nu.6.
VVitcleff hæreticus, q̃ non solum præsentes uocet Cæsareos, sed & sanctos antistites, & patres Augustinum, Ambrosium, Hilarium. &c. ut sit conformis Iuliano & Pelagio hæreticis. f.7.col.2.nu.6.
VVitcleff probauit, quòd fecit aduersus clericos Iulianus. f.7.col.3.nu.9
VVitcleff arrogantia notatur, quòd solus acceperit sensum scripturarum. f.4.col.2.nu.1
VVitcleff superbissimus auctoritatem uendicat exponendi sensum Christi. f.4.col.1.nu.4
VVicleff atrocis hæretici superbia inæstimanda, qui ab uniuerso orbe uendicat sibijsi credentiam, & denegat eam sanctis. f. 4.col.1.nu.7.
VVicleff plenè contradicit dictis Pauli ad Philemonẽ f.4.col.1.nu.8
VVitcleff superbus se singulis anteponit, & sibijpsi credit, & sanctos glorioſos cunctos diiudicat. f.4. col.1.nu 13.
VVitcleff in quo defendit ecclesiam, auctor ostendit ironicè. f.5.col.2.nu.2
VVitcleff uox, dicentis se nolle præpositis obedire. f. 10 col.3.nu.11.
VVitcleff hostis ecclesiæ, ut fidem Christi apertiùs obruat, quomodo absconsè contra orationis formam sua tela deuibrat. f.13.col.1.nu.3.
VVitcleff, quòd catholicum simulet uel.u uerbi, sed fructu uerbi fauet erroribus, & tegit hæreticos. f. 13.col.1.nu.10
VVitcleff, quòd intendat præferre, uel æquare nudã uitam sine oratione, oranti mente & ore. f.14.col. 3.nu.2.
VVitleff, quòd in maiorem lacum deceptionis inciderit, quàm primæui fideles, qui dictum Paulimæ lè acceperant de iustificatione plena per fidem. fo. 14.col.3.nu.7.
VVitleff carpitur, quòd sanctas preces à finibus sanctæ uitæ, & operibus sanctis remoueat. f.16.col. 3.nu.15.
VVitcleff carpitur ab auctore, quòd subobscurè loquatur, atq; captiosè. f.18.col.3.nu.1.
VVitcleff quod non euadat Pelagianorum errores, præferendo bonam uitam sanctis orationibus, quibus ipsa uita per gratiam debuit impetrari. fo. 18. col.3.nu.2.
VVitcleff processus de oratione, quomodo sit imprægnatus ambiguis, & turgeat æquiuocis. f.20.col. 4.nu.1.
VVitcleff imitatur Iouinianum magistrum. f.20.col. 4.nu.4.
VVitcleff, quòd eo maledicti uinculo uinctatur, quo innectitur omnis, qui in seipso spem ponit. f.25. col.2.nu1.
VVitcleff doctrina quòd doctrinæ Christi Iesu sit cõtraria, demostratur. f.25.col.2.nu.5.
VVitcleff falsa doctrina de oratione uitali, & spe, & confidentia de propria iustitia, conuincitur. f.25. col.2.nu.6
VVitcleff quomodo nititur doctrina sua retrahere homines a iugitur deprecando Deum, & ab eleemosynam largiendo. f.25.col.2.nu.8.
VVitcleff, qui blasphemat denotos excitare Deũ qui nõ dormitat, neq; dormit, cõfutatur. f.37.c.1.n.10
VVitcleff, qui conatur propellere cantus ab ecclesia, Augustini authoritate redarguitur. f.38.co.4.n.8
VVitcleff sub titulo suæ liberatis falsissimæ, quomodo pene dissoluat totam ecclesiam. f.45.col.1.nu.2.
VVitcleff hæreticus, qui tantum iactat leges Christi, qualiter Christi leges conatur euertere, sub titulo libertatis effrænationis barbaricæ. f.47.col.1.nu.2
VVitcleff qui matutinas, & sacras noctis, uigilias danat sanctorum auctoritatibus confutatur. f.52. col.3.nu.3.
VVitcleff tanquàm mendax & stolidus in scripturis deprehenditur. f.52.col.3.nu.7
VVitcleff, qui dicebat non esse surgẽdum media nocte ad orandum, quomodo Dauid, & aliorũ sanctorum auctoritatibus confutatur. f.54.col.2.nu.1.
VVitcleff triformis proteruia circa horas canonicas, condemnatur. f.56.col.3.nu.11.
VVitcleff, Orphanus, uel Taborista Pragẽsis, quomodo sint hostes altaris f.72.col.4.nu.10.
VVitcleff cum suis sequacibus quomodo non habeat catholicam ecclesiam. f.74.col.3.n.4.
VVitcleff error circa corpus Christi. f.77.col.2.nu.7
VVitcleff blasphemi quæstio contra præsentiã Christi corporalem in hostia. f.84.col.3.nu.7
VVitcleff confutantur circa batismi obseruantias. f. 89.col.4.nu.1.
VVitcleff obiectio, quòd non sit in potestate sacerdotis scribere baptizandum in sacris memorialibus. &c. Et auctoris ad eandem responsio. fol.91.col.2. nu.9.
VVitcleff, qui dixit sufficere baptismum flaminis sine lauacro, sine sale. &c. carpitur. f.107.col.4.nu.5.
VVitcleff blasphemia in episcopos de mundano honore quem eis imponit, quando honorantur sublimiter, confutatur. f.110.col.1.nu.7.
VVitcleff alter Diotrepes, seu potiùs Diotrephes. f.111.col.4.nu.3.
VVitcleff argumentum, quòd simplex sacerdos subpleat episcopi uices in ordinando presbyteros f.113 col.3.nu.1.
VVitcleff peruersum dogma non oportere ordinatũ per unum simplicem sacerdotem time. e de presbyteratu. &c. confutatur. f.113.col.3.nu.5.
VVitcleff, quomodo sacerdoti nuptias permittat. f.120.col.4.nu3.
VVitcleff argumentum contra ritus pœnitentiale & potissimum contra illud, Absoluo te. &c. f.126. col.4.nu.1.
VVitcleff, quomodo Pharisæorum inuidorum more dubitat super potestate Christi in ecclesia. f.126. col.4 nu.2.
VVitcleff obiectio, quòd non sint confitenda peccata, nisi solis sanctis, non autem peccatoribus. Et ad eandem responsio. f.131.col 4. nu.2.
VVitcleff, quòd sit perfidus Donatista (qui meritis hominum sacramentorum alligat potestatem (ostenditur. f.131.col.4.nu.5.
VVitcleff, qui blasphemat contra religiosos, ab auctore confutatur, f.136.col.4.nu.8.
VVitcleff fremens furia contra religiosorum obedientiam, q̃o dicat religionis præpositos diabolos. f.141.col.4.nu.1.
VVitcleff organum esse zabuli, ostenditur. f.141.col. 4.nume.2.
VVitcleff quomodo falsè dicat religiosorum ordines aduentitios, aut factitios à puro homine f.161. col.3.nu.1.
VVitcleff arguitur mẽdacij in eo q̃ dicat, plùs trecentis annis post Christũ religionem perfectorum sum plisse initium f.162.col.4.n.6
VVitcleff, quõ spiritu Petiliani fingit se nescire monasticum ordinem in Christo fundatum. f.164.col.3 nu.4.
VVitcleff blasphemia, religiosi iure sint soluendi, quòd sint sectæ Pharisæorum, Essenorum, & Saddu cæorum, quas Christus soluit, confutatur. f.165. col.3.nu.1.
VVitcleff fugiendus tanquã Satanæ consiliarius, qui audet apostasiam suadere, & approbare claustralibus. f.166 col.4.nu.7.
VVitcleff aduersus religiones perfectas contentio, & ad eam responsio. f.171 col.4.nu.5
VVitcleff qui uirginitatem Deo dicatã, & Christo professam damnat, & doctrinam dæmoniorum dicit, dãnatur. f.172.col.4.n.5
VVitcleff de participio meritorum obiectio, & ad eã responsio. f.176.col.1.nu.7.
VVitcleff, qui negat concessiones participij precũ, & piorũ operũ aliquid prodesse. confutatur. f.180. col.4.nu.1.
VVitcleff calumnia, quod religiosi cõferũt spiritualia propter quæstum, reprobatur. fol. 186. col. 4. nu.1.
VVitcleff, & eius collegæ quomodo cum Donatistis habent commune, prædicare alijs paupertatem, dũ diuitias colligunt perditorum. f. 186. colum. 4. nu.6.
VVitcleff, quàm impiè dixit contra Deum iure euangelij pascendos esse paupers publicos, sanctis dimissis f.190.col.2.nu.4.
VVitcleff qui dicit fideles homines non posse alios facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere participes meritorum suorum, retunditur. f. 196.col.3.nu.5.

VVitcleff obiectio contra specialem orationem, & ad eam responsio. f.201.col.2.nu.6

VVitcleff,qui dicit,q̃ stultum foret alium intercessorẽ præter Christium inquirere,confutatur.f. 207. col. 3.nu.2.

VVitcleff qui negat rectè Canonizationem fiendam per testes,per iudicem competentem, & per miracula, confutatur. f.225.col.4.nu.2

VVitcleff,qui dicit omnia miracula esse illusiones diaboli,confutatur. f.230.col.2.nu.1

VVitcleff,quare tàm inimicatur sanctorum miraculis, ostenditur. f.230.col.1 n.8.

VVitcleff,quòd mentiatur contra Deum & sanctos, quum dixit,q̃ miracula nihil probant.f.232.col.2 nu.6.

VVitcleff,qui dicit,sepulchra,& tumulos perornatos esse tripliciter illusionis obiecta,& sic religiosa peregrinatione non uisitanda confutatur.f 242.c.4. nu.1.

VVitcleff, qui dicit Christum parum curasse de templi ædificio sumptuoso,confutatur. f.258.col.2.n.1

VVitcleff blasphemia,f.principium esse diabolicum in splendidis ecclesiarum fabricis damnatur. f.260. col.2.nu.1.

VVitcleff,qui penè simul sacra obruit uniuersa, & nihil uult in nomine domini benedictum, confutatur. f.289.col.2.nu.1.

VVitcleuistæ hæretici,docentes,& tradentes, solas Christi præceptiones in scripturis expressas,à fidelibus adimplendas,quòd sint fugiendi. f.2.col.1. nu.1.

VVitcleuistæ,quòd sola uerba sacramentalia pro completa missa,uel baptismo pronuntiãt. f.2.col.1.n.2

VVitcleuistæ hæretici, quòd sint peruersores patuli scripturæ ecclesiæ, atq; imperij subdentes ecclesiæ ordines Cæsareis titulis,& in dedecus Cæsaris nomen gloriæ suæ ad exteros obliquè deriuantes. f.7 col.2.nu.5.

VVitcleuistæ quòd debeãt dici apostatæ à principe suæ hæreseos,non Cæsarei. f.7.col.3.nu.11

VVitcleuistæ,quòd de ritibus, & moribus honestis, quos in celebrandis sacramentis,aut in sacris dispẽsandis ad laudem Dei inuenit ecclesia, dicant prælatorum auaritiam sapere,& ambitum sacerdotum. f.8.col.3.nu.1.

VVitcleuistæ, & Hussitæ hæretici quòd sint fugiendi, non tanquam fidei defensores, sed oppugnatores. &c. f.5.col.2.nu.1.

VVitcleuistæ fingentes Christi pauperiem honorare, quomodo nolint modernis clericis, & sanctis Christi credere, sed Christo soli. f.10.col.2.nu.8.

VVitcleuistæ hæretici,quod sint Nembrot similis. f.13.col.1.nu.5.

VVitcleuistæ,quomodo quorundam hæreticorum move transformet hominum animos simplici dupliciter, & dupla simplicitate. f.13.col.1.n.11

VVitcleuistæ hæretici,quomodo clament in multiloquijs Ethnicorum. f.37.col.1.nu.6

VVitcleuistæ hæretici paganis assimilantur,qui in more perdendi uanam,& uagam licentiam,suam prædicant libertatem. f.58.col.3.n.2.

VVitcleuistæ.qui modum celebrandi missam, quo utitur ecclesia orbis terrarum, nolunt recipere, quia ipsum non legant in euangelio, aut apostolorũ scriptis esse Pelagianis similes & hæreticos esse conuincuntur. f.58.col.3.nu.4.

VVitcleuistæ omnes quomodo sunt Cainitæ,& male dicti cum Iudæis. f.86.col.4.nu.4.

VVitcleuistæ,quomodo imitantur Persium Deorum templis apparatum negantem. f.265.col.1.nu.3.

VVitcleuistæ deponentes Christi imaginem à templo ex admissone imaginis Cæsaris in numo, confutantur. f.272.col.2.nu.6.

VVitcleuistæ quomodo rationem contra sacras Christianorum imagines non traxerunt ex euangelica scriptura, sed Socratica. f.279.col 3.nu.2.

VVitcleuistæ, qui dicunt lumina nec in ecclesiis arde re oportere, confutantur. f.294.col 3.nu.6.

VVitcleuistæ,qui nolunt stare,& tenere traditiones, quas Apostolus mandat non deferere, ab auctore carpuntur. f.299.col.1.nu.1.

VVitcleuistarũ turpitudo recensetur.f.257.c.1.n.4.

VVitcleuistarum schisma tripertitum de orãdo Christum. f.207.col.3.nu.1.

VVitcleuistarum audacia; & superba hæresis notatur. f.58.col.4.nu6

VVitcleuistarum hæresis, habilitantium omnes, quos appellant fideles, ad prædicandum in ecclesia uerbum Dei omnino excluditur f.68.col.4.nu.5.

VVitcleuistarum hæresis circa batismum ecclesiasticum f.100.col.4.nu.5.

VVitcleuistarum extrema sœuitia in Boëmia, recensetur f.166.col.4.nu.10.

VVitcleuistarum errores f.279.co.3.n.5

VVitcleuisticum documentum, quòd homo confidat omnino in iustitia uitæ suæ in operibus, meritis & uirtute sua,quàm grauidum sit coram Christo Iesu, & quomodo omni Pelagiano ueneno ,& sanie Donatistarum totum tabescat f.25.col.2.nu.14.

VVitcleuistica hæresis, quæ damnat imagines, quomodo dæmones adorat in suorum phantasmatum idolis f.279.col.3.nu.3.

X

Xenodochium Leporij recensetur. Et quid sit Xenodochium f.268.col.2.nu.6.

Z

Zonæ sacerdotis quid denotent. f.61.col.1. nume.4

FINIS.

PRAESTAN-

PRAESTANTISSIMI THEOLOGI, THOMAE VVALDENSIS, CARMELITARVM IN ANGLIA PROVINCIALIS,

IN DECEM DOCTRINAS, QVAS OPERI HVIC SVO de sacramentalibus contra VVitcleuistas, præmisit.

PRAEFATIO.

DOCTRINAM saluatoris nostri Dei,ornent in omnibus. Ad Titum. 2. Tota substantia credendorum de Deo, & filij eius generatione perenni,de Angelis, de orbibus cælestibus,de singulis creaturis,de uirtutibus & donis,de eius incarnatione et uniuersis gestis ex tempore,de salubri sacramentorum historia,de legibus,& statibus,& præpositis ecclesiæ: in ipsa doctrina Saluatoris fundamenta strauit tutissima. Quid igitur adhuc restat, nisi ut in ea Apostolum,hanc doctrinam homines modulis suis exornent,cæsis actibus,precibus sanctis,ieiunijs,psalmis,& spiritualibus hymnis:diebus autem feriatis,materialibus fabricis,genuflexionibus,deuotis osculis,cultibus uestium benedictionibus sacerdotum,& talibus pluribus, quæ tẽporum successione sancti studebant adijcere:ne doctrinam Saluatoris nudam,& sine grandi cultu susciperent:sed ut res occurrit in omnibus peroranteꝫ De doctrina hac,secundum suam substantiã in præhabitis quinque libris prolixè satis, suggerente Christo actitauimus.De ornatu autem eius, in hoc sexto tractabimus qualiter productis rebus die sexto, tuba cælestis epilogat, Igitur perfecti sunt cæli & terra,& omnis ornatus eorum. Ornatus siquidem doctrinæ Saluatoris,quæ de Deo, de rebus & sacramentis diuinis præcessit:in orationibus mentalibus & uocalibus ad Deum,est,& sanctos eius se recipientibus.Officijs adhæc ecclesiasticis,sacris missarum,& aliorum sacramentorũ,amictibus,uenerationibus item imaginum,fabricis & consecrationibus ecclesiarum, peregrinationibus ad loca sancta,uenerationibus reliquiarum, obseruantijs ieiuniorum,uigiliarumq; sanctarum,& celebritatibus festiuitatum sanctarum: cum similibus:quas omnes Witcleff quia nescit probare,nec improbare,condemnat quia.s.in doctrina Saluatoris ipse non prospicit.Sufficit ad cassandã iniquam sententiam,censorium uerbum Apostoli, quo licentiat,& monet sanctos,ut Christi doctrinã ornent in omnibus.In nullo enim exceptionem admittit,qui de omnibus iubet, sciens quòd ibi meritum uenerantis excrescit,ubi supra quam iubetur, conatum non modo iussionis,sed piæ deuotionis accumulat.O bone Iesu nunquid uidebantur redarguendi discipuli,quibus mandaueras adducere tibi asinam,& pullum:quia superaddebant iussis tuis decentem sessionis ornatum, imponentes super eos uestimenta sua,& teipsum de supersedere fecerunt? Legi singulos Euangelistas,& sacros expositores multos diligenter aspexi:nondum tamen reperi Christum mandasse eis, quod sibi iumentum uestibus adornarent,sed tantum ut adducerent.ueniens ergo nec delinquunt ecclesiæ sacerdotes,si cũ rudem quemlibet ad sacramenta baptismi, confirmationis,aut cuiusuis ordinationis adducunt,uestibus suarum precum supra uerba sacramentorum adornent,quo sessorem Iesum aptius mereantur suscipere.Sic enim dicit HIERON. in commentario de his pullo & asina.Postquam apostolicas suscepere uestes,pulchriores facti,dominum merentur habere sessorem.Vestis autem apostolica, uel doctrina uirtutum,uel editio scripturarum intelligi potest:sicut ecclesiasticorum dogmatum uarietas,quibus nisi anima instructa fuerit, sessorem habere dominum non meretur. Hæc ille.VCT. Reminisci ergo debes de cætero,q̃ uestes, quibus ornantur beatiolæ simplices,uel doctrina uirtutum, uel editio scripturarum,uel æquè potest intelligi uarietas dogmatum,& obseruantiarum ecclesiæ.ET hæ non simpliciter uestes,sed apostolicæ uestes dicuntur.Quibus nisi anima instructa fuerit,& ornata, sessorem Christum habere non merebitur.Sed si obseruantiæ recipiendæ sunt(inquis) cur non recipimus obseruantias ueteres? Quia sic ait Propheta, q̃ nouis superuenientibus,uetera proijcientur. ET in figuram huius ponebant Iudæi uestes conculcãdas sub pedibus,super iumentum Apostoli. Vnde in expositione Matthæi ANSEL. Vide quod super iumentum ponebant Apostoli uestimenta sua, sed

Nota ornatum asinæ et pulli per Apostolos

Obiectio. Leuit.26

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed ſub pedibus iumenti cætera turba Iudaica ponit ueſtimenta ſua: quia mandatis Apoſtolorũ inſtruimur Chriſtiani, & ornamur: legis autem mandata conculcamus, dum carnales obſeruationes, & circunciſionem reprobamus. Hæc ille ſuper illud: Impoſuerunt ueſtimenta ſua. AVCT. *Ergo ſine uarietate ornatus eccleſiæ in obſeruantijs & pijs dogmatibus, temerarius Witcleuiſta Chriſtũ ſeſſorem promereri non poterit. Vnde* AVG. *ſuper illud Pſal. 141. Tu cognouiſti ſemitas meas: Vis (inquit) ut ducat te per ipſas ſemitas? Eſto mitis, eſto manſuetus: noli eſſe ferox, noli eſſe ſuperbus, noli excuſſa & erecta cernice incedere, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Cum.n. fueris mitis, cum fueris manſuetus, inſidebit dominus, & diriget te per uias rectas. Hæc ille.* AVCTOR. *Si igitur mitis aſina domini eſſent Witcleuiſtæ, nõ excuſſa cernice ſicut pullus ferox, apoſtolicas ueſtes excuterent. Nec ex hoc ſatisfacient Chriſto, quòd ſe præbent illi nudos uectores, ſecundùm nudam doctrinam Saluatoris, dum per temeritatem mentis, ueſtes recuſant eccleſiæ, ne ornent eam in omnibus. De cuiuſmodi fugiendis grande præceptum donat Apoſtolus. 1. ad Timotheum ſcribes. Hæc doce, & exhortare: ſi quis aliter docet nõ acquieſcens ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones male, conflictationes hominum mente corruptorum, & quia ueritate priuati ſunt, exiſtimant quæſtum eſſe pietatem. Sequitur tandem ibi. Tu autem homo Dei hæc fuge. ca. 6. Quòd ſub interminatione hæc fugere docet, & acquieſcere ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, adijciens & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, doctrinam & traditionem eccleſiæ uoluit intelligi. Vnde in eundem locum, in magna expoſitione* Ambroſius, *Diſcrepantes à diſciplina catholica; præcepit ſpernendos, maximè qui conuicti, et correcti, nolunt acquieſcere, ſed perturbatione mẽtis, prauisque contentionibus delectantur, & paſcuntur. Elatus autem uinci ſe non patitur, quippe cum ad fauorem quærendum in conflictum prorumpat.*

Quod à manſuetis, & à bonis uiris uitandum eſt.

Contentio enim nunquam eſt ſine lite. Et parum eſſet ſi lis ſola oriretur, ſed cooriuntur blaſphemiæ & inimicitiæ, quod à Dei ſeruis alienum eſt, ab his autem, qui corrupti mente, & ueritate priuati ſunt, utile iudicatur. Hæc ille. AVC. *Ecce quòd Apoſtolus fugiendos docet diſcrepantes omnes à diſciplina catholica, maximè qui uicti & correpti nolunt acquieſcere. Tu inquiens homo Dei hæc fuge, diſcede ab huiuſmodi, ſcribit* AMBR. *Quando tamen fugiendum eſt, & ad quantum, doctrinæ Chriſti ſignificare ſolent in iſtiuſmodi paginarum exordijs ſcribente Pſalmographo de eo, Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.*

Witcleff nudam ſequitur ſalutatoris doctrinam ut inquit auctor: quod etiam prætendit Lutherus Et ducet te per uias ſuas.

1. Tim. 6.

Pſal.

DE

De uitandis Vvitcleuiſtis.

DOCTRINA I.

SVMMA.

1 Witcleuiſtæ hæretici, docentes, & tradentes, ſolas Chriſti præceptiones in ſcripturis expreſſas, à fidelibus adimplendas, quòd ſint fugiendi.

2 Witcleuiſtæ, quòd ſola uerba ſacramẽtalia pro completa miſſa, uel baptiſmo pronuntiant.

3 Taboritæ Pragenſium, quid pro completa miſſa pronuntient.

4 Paulus quid uelit, cum ſuadet continentiam uirginalem, & uidualem.

5 Conſilia, quòd ſint in lege euangelica.

6 Faciens plus, quàm præceptum ſit, quòd uincat eos qui tantummodo imperata fecerunt.

7 Virginitas, quare maiori præmio coronetur.

8 Lex, & ordinantia Ieſu Chriſti, quod conſilium & mandatum complectatur. Et de probatione ſupererogationis.

9 Taxatur, quod prohibet ſuperædificare nomini Chriſti, & eius fundamento legitimo, aurum, et argentum. &c.

10 Paulus quando ſuperædificauerit aurum probatiſſimæ charitatis.

11 Architectus ſapiens quis dicatur ſecùdùm Ambroſium.

12 Superædificia quæ ſint.

13 superædificia quòd liceat alijs conſtruere poſt prædicationem apoſtolorum, duntaxat indoctrina, & fide.

14 Witcleff quomodo utendo fallaci, & amphibologico argumento, diſtipet orationes ſacras, uigilias noctis, miſſas, & aliorum ſacramentorum ſolennes preces. &c.

15 Voluntatis profeſſio, quando ex incremento fidei eſt.

16 Precum ſolennium uerba ſuperædificata, quod à uerbis euangelij non ſint diuerſa, nec à fundamento Apoſtolorum aliena, ſed conſona.

1 EVGE primò, homo Dei, Witcleuiſtas hæreticos tradentes, & docentes quæ diximus, ſolas Chriſti præceptiones in ſcripturis expreſſas, à fidelibus adimplendas quas Witeleff nomine legum Chriſti, ut ſecretius fallat, ediſerit: inferens ſemper uerbum odibile, quòd præter ordinantiam Chriſti inducuntur, aut ſupra eius ordinantiam conſtruuntur. Et ob hoc quidam Witcleuiſtæ ſola uerba ſacramentalia pro completa miſſa, uel baptiſmo pronunciant: quidam euangelium, Ante diem feſtum paſchæ, ſicut Taboritæ Pragenſium: cætera omnia recuſantes, quia traditiones ſint hominũ. Doctrina eccleſiæ Chriſti iubet diſcedere ab huiuſmodi. Aut dicant nobis quid uelit Paulus cum ſuadet continentiam uidualem, & uirginalem, prima ſua epiſtola ad Corinth. Vnuſquiſque proprium donum habet, alius ſic, alius uero ſic, dico autem innuptis, & uiduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant: quòd ſi ſe non continent, nubant. Item ad finem capitu. Si dormierit uir eius, liberata eſt, cui uult nubat, tantum in domino: beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. In utroque caſu continentiæ, de lege Chriſti præceptum nullum fuit: ideo ſecundum indulgentiam dicit, non ſecundum imperium. Et de continentia uirginum. De uirginibus (inquit) præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Cum igitur in una lege Chriſti aliud eſt præceptum, aliud item conſilium: beatior item erit ſecundùm Apoſtolum, qui præcepto ſuperoptat conſilium: quomodo tu dicis pũaricatrices legis Chriſti, & ſuper ordinantiam eius facere, quæ cum poſſint de lege, non nubunt, ſed præeligunt continere, quod nulla lex præcipit, quo beatores fiant: ita ut quod uoluntariè faciunt, maius præmium conſequatur: Qualiter idem Apoſtolus commendat obedientiam Philemonis, in epiſtola ad eundem dicens. Confidens de obedientia tua tibi, ſciens quoniam ſuper id, quod dico, facies. Si ſuper id quod dicit Apoſtolus, quomodo non ſupra legem & ordinantiam Ieſu Chriſti interrogatio tua foret? Vnde ſuper eundem textum in commentario ſuo HIERONIMVS. Porrò ſi ſcit ille qui poſtulat, pluſquam rogaui, rogatum eſſe facturum, ideò minora petit, ut habeat rogatus maiorem ex uoluntaria præſtatione, mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit, quantò magis faciet ob dilectionem? Vnde & meritò Apoſtoli uoce laudatur, quòd mandata eius opere præueniat, & poſſit dicere: Voluntaria oris mei complaceant tibi domine. † Plus enim faciens, quàm præceptum eſt, uincit eos qui tantummodò imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoque maiori præmio coronatur, quia præceptum domini non habet: & ultra imperata ſe tendit. Hæc ille. AVCTOR. Quanta planitie uerborum ſanctorum, deiicitur Witcleff, qui nihil ſpondet ſe uoluntate facturum ſupra præceptum Chriſti

A dam Witcleuiſtæ † ſola uerba ſacramentalia pro completa miſſa, uel baptiſmo pronunciant: quidam euangelium, Ante diem feſtum paſchæ, ſicut † Taboritæ Pragenſium: cætera omnia recuſantes, quia traditiones ſint hominũ. Doctrina eccleſiæ Chriſti iubet diſcedere ab huiuſmodi. Aut dicant nobis quid uelit Paulus † cum ſuadet continentiam uidualem, & uirginalem, prima ſua epiſtola ad Corinth. Vnuſquiſque proprium donum habet, alius ſic, alius uero ſic, dico autem innuptis, & uiduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant: quòd ſi ſe non continent, nubant. Item ad finem capitu. Si dormierit uir eius, liberata eſt, cui uult nubat, tantum in domino: beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. In utroque caſu continentiæ, de lege Chriſti præceptum nullum fuit: ideo ſecundum indulgentiam dicit, non ſecundum imperium. Et de continentia uirginum. De uirginibus (inquit) præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Cum igitur in una lege Chriſti aliud eſt præceptum, aliud item conſilium: beatior item erit ſecundùm Apoſtolum, qui præcepto ſuperoptat conſilium: quomodo tu dicis pũaricatrices legis Chriſti, & ſuper ordinantiam eius facere, quæ cum poſſint de lege, non nubunt, ſed præeligunt continere, quod nulla lex præcipit, quo beatores fiant: ita ut quod uoluntariè faciunt, maius præmium conſequatur: Qualiter idem Apoſtolus commendat obedientiam Philemonis, in epiſtola ad eundem dicens. Confidens de obedientia tua tibi, ſciens quoniam ſuper id, quod dico, facies. Si ſuper id quod dicit Apoſtolus, quomodo non ſupra legem & ordinantiam Ieſu Chriſti interrogatio tua foret? Vnde ſuper eundem textum in commentario ſuo HIERONIMVS. Porrò ſi ſcit ille qui poſtulat, pluſquam rogaui, rogatum eſſe facturum, ideò minora petit, ut habeat rogatus maiorem ex uoluntaria præſtatione, mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit, quantò magis faciet ob dilectionem? Vnde & meritò Apoſtoli uoce laudatur, quòd mandata eius opere præueniat, & poſſit dicere: Voluntaria oris mei complaceant tibi domine. † Plus enim faciens, quàm præceptum eſt, uincit eos qui tantummodò imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoque maiori præmio coronatur, quia præceptum domini non habet: & ultra imperata ſe tendit. Hæc ille. AVCTOR. Quanta planitie uerborum ſanctorum, deiicitur Witcleff, qui nihil ſpondet ſe uoluntate facturum ſupra præceptum Chriſti

ibidem Arg. quòd ſint conſilia in lege euangelica.

ca. 7.

ca. 7. uirgo.

Hie. To. 9

Pſ. 118

Luc. 17

1. Cor. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti expressum, uocans hoc ordinantiam Iesu Christi. Hic sanctus Paulus contrario modo subtraxit imperium, ut Philemon maiorem haberet ex uoluntaria præstatione mercedē: ut plus faciens imperato, uincat eos qui tantùm imperata fecerunt: & uirginitas (inquit) maiori præmio coronatur: quia domini præceptum nō habet. Quomodo ergo non est humana electio supra id quod iubetur erecta, potissimè coronanda? Pareat tamen mihi fidelitas, quòd uadens cū aduersario in uia, tam illi consensi in uerborum
Matt. 5 8 abusu† Reuera autem lex & ordinantia Iesu Christi utrunque complectitur, consilium & mandatum: & quicquid quis perficit bonæ uoluntatis industria, ultra præceptum, supra ordinationem Iesu Christi facit: dicente Apostolo ad Ga
Gal. 3. lath. 3. Hominis testamentum confirmatum nemo spernit, aut superordinat, quia & hoc ipsum quod ordinata charitate nudo mandato superædificat, Christus ordinauit cum liberè fieret, am
Matt. 25. 11 plius coronandum. Alioquin dicenti, Euge serue bone, non diceret ei, qui ait, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Et iterum alteri, duo talenta, tradidisti mihi &c. Ordinantiam autem Christi lucrum non superat, sicut nec traditum, quamuis traditum numeretur expresse: lucrum autē
Contra Lutherum 2. Cor. 3 9 crescat ex spontanea uoluntate reddentis† Quid prohibes uir iniquè superædificare nomini Christi, & eius fundamento legitimo, aurum, & argentum, & lapides pretiosos: & tibi non putas illicitum superædificare lignum, fœnum, & stipulam in fasciculis Lollardinis, per omnes ecclesiæ angulos, diro cremio condamnatis? Legi Chri-
Luc. 10. & Mat. 10 1. Tim. 5. 1. Cor. 1. 10 sti (quam prædicaturis Apostolis, Christus fixit. Comedite & bibite quæ apud eos sunt: Dignus est enim operarius mercede sua:) aurum proobatissimæ charitatis superædificauit Apostolus. quòd non est usus hac potestate: nè. s. offendiculum poneret euangelio. Quid nunc? nunquid fecit ipsis placitum, super ordinantiam Christi? Nam ipse Apostolus planè dicit: ita & dominus ordinauit iis qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. Apud hos tamen uidelicet Corinthios, abundantiori charitate pollebat, nè faceret. Quomodo hoc super ordinantiam Iesu Christi? Iste item sanctus Apostolus superædificauit argentum eloquentiæ, præter ea quæ loquutus est dominus, cum ait. Nam cæteris ego
1. Cor. 7 dico, non dominus, si quis frater infidelem habet uxorem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Nunquid præter ordinantiam Iesu Christi, Apostolus ipse hoc dixit, non dominus? In hoc loco annotationum suarum
Hie. To. 9. Hieron. consilium do, quod mihi uidetur utile esse. Hæc ille. Auctor. Haymo ait q

A in euangelio suo dominus non ita dicit, ut habet Euangelista Marcus * Thabithacumi, quod est interpretatum (inquit) puella dico tibi, surge: ubi Beda lib. 3. super Lucam ca. 6. Diligens lector inquirat, quare uerax Euangelista dictum Saluatoris exponens, interposuerit de suo, tibi dico, cum in domini sermone, quem ipse posuit non plus sit dictum quam puella, surge? Hæc ille. Qualiter ergo Paulus aut Marcus in christum non blasphemem, qui sic supra ordinantiā christi argentum suum ædificant? Respondet forsan Witcleuista, superædificare licebat Apostolis cum quibus loquutus est Christus, non autem alijs. Cur ergo non alijs superædificare prohibebat apostolus, sed permisit in eadem. 1. ad Corint. ca. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posuit: alius autem superædificat: unusquisque uideat quomodo superædificet? & ibidem in expositione solenni Ambros. Sapiens ar-
11 chitectus † est, qui iuxta disciplinam auctoris collocat fundamentum. i. qui secundum traditionem Saluatoris euangelizat. Alius autem su-
12 perædificat. Superædificia sunt, quæ post prædicationem Apostolorum, à superuenientibus traduntur, aut à malis, aut à bonis doctorib. unusquisque autem uideat quemadmodum superædificet. i. ædificia congruant fundamento, nè si obliqua fuerint, & friuola, ruinam faciant fundamento manēte incolumi. Quia etsi malè docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit Dominus: Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Hæc ille.
13 Auct. † Ergo super ædificia construere, alijs licet post prædicationem Apostolorum, duntaxat in doctrina & fide: sed ibi unusquisque uideat quemadmodum superædificet. i. quemadmodū congruat fundamento, quòd est Christus. Non dicit quòd hoc dicant uerba Christi in Euangelio. Sufficit enim quòd non dissimilis artificij sit qui superædificet, artifici fundatori. Vnde in annotationibus Hieronymus. Huius artis est qui ædificat, licet minori sit in opere, cuius ille, qui posuit fundamentum. Non ergo unusquisque homo super fidem suam, et ædificat, sed quilibet doctor: quia nec parietes per se aliquando possunt erigi: nisi fuerint ab operatore destructi. Hæc ille. Auctor. Huc usque tractatum, de superædificando legi, & fidei Christianæ, produximus: ut euidens cunctis fiat, quomodo amphibolico, & planè falla-
14 laci argumento totiens usus est Witcleff, † quotiens concluserit legi Christi, blasphemiam, quia supra ordinantiam Christi, hic, aut iste, ordinem talem, uel ritum construxit, aut preces. Sub quo inuolucro, orationes sacras, uigilias noctis

Marc. * Thabitha mi.

Rom. 10

Superædificare super fundamentum Christi.

Ps. 118

Hilarius.

Ambr.

Hier.

noctis, horarum canonicarum assiduitates, ma- 4
ximè sacræ missæ, & aliorum sacramentorum so A
lennes præces quaslibet dissipat, cōtinens se nudis uerbis, ut dicit, & ritibus saluatoris. Cum ta- 5
men in his publicis solennijs non unusquisque fidelis commentabatur quod uoluit, quia forsan 6
habens zelum, non haberet scientiam: sed nec q
libet doctor, ut concedit Hieron. sed uice totius ecclesiæ, unus magister, aut pauci, iuxta fundamentum legis Christi, has solennitates, præclaras superædificare studebant, ut ordinationes Christi, nostris meritis facerent dulciores, secū 1
dum illud Psalmistæ. Voluntaria oris mei, bene placita fac domine: Ne diceret sola necessaria legi tuæ. Vbi in Psalm. 118. Hilarius. Voluntatis 15
tuæ † professio, ex incremento fidei est, cum in his, quæ moderata lex nobis est, nosmet ipsos uoluntariæ deuotionis studio continemus. Hæc igitur uoluntaria ut Deo sine placita, Propheta 2
orat: quia illa ex præscripto legis geruntur, ipsa seruitij sui necessitate peraguntur. Hæc ibi. 16
Auctor. Dicerem † tamen uerba superædificata præcum solenniam, non à uerbis euangelij esse diuersa, nec à fundamento Apostolorum esse aliena, sed consona. Quòd si Witeleff illud non sufficit, dicente Apostolo, Si quis loquitur quasi sermones Dei, non quòd omnino sint sermones Dei scripti: dicat cur aliud uerbum, quā Dei uerbum scriptum, euangelizando pronunciat ipse Paulus dicens: Si quis nobis euangelizauerit præter quod ac epistis, anathema sit? Gal. 1 Non (inquit) prædico aliud. Ecce qua iniuria uult Witeleff, nihil nisi euangelium Christi esse quod prædicat, & omnino institutiones humanas, præter ordinantiam Christi, uoluit, ac censuit esse solennes sacramentorum preces, quas a suis primordijs omnis ecclesia præordinauit.

Eph. 2.

2. Pet. 4

De uitandis Lollardis.

DOCTRINA II.

SVMMA.

1 *Lollardorum diuersorium dicentium se nihil præter scripturas sacras recipere. &c. quòd sit omnino fugiendum.*

2 *Maximini Arrianorum presbyteri uerba, cū esset in conflictu cum Augustino, describuntur. Et quòd eadem Witeleuista cum suo auctore pronuntiat.*

3 *Witeleff quòd more bestiæ in Apocalypsi describatur gerere cornua testamentorum uelut agnus, sed loquitur uelut draco. Et quid de hoc dicat Augustinus.*

4 *Christi fidem quod non minus neget, qui uerba sacra sensu meretricis adulterat, quàm ille, qui respuit, & nullatenus admittit.*

5 *Witeleff corrumpit scripturas, & Dei leges præsumptionibus suis pessimè uitiat.*

6 *Hæretica gens infida, iocularibus, & mimis assimilatur.*

IVxta illud Pauli, Vitandas esse profanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quas quidam promittentes, circa fidem exciderunt: Vtile duximus, ut ab his, quæ ad ædificationem non pertinent, sed magis ad destructionem, & ad uanam loquacitatem, ut ait Apostolus, deuitandis, quæ ad ædificationem sunt, & quæ secundum pietatem, ut idem ait, sunt, diligenter discamus. Quapropter ut ab his, quæ ad ædificationem non pertinent, sed magis ad destructionem, & ad uanam loquacitatem, ut ait Apostolus, deuitandis, quæ ad ædificationem sunt, & quæ secundum pietatem, ut idem ait, sunt, diligenter discamus. Quapropter ut ab his, quæ ad ædificationem non pertinent, sed magis ad destructionem, & ad uanam loquacitatem, ut ait Apostolus, deuitandis, quæ ad ædificationem sunt, & quæ secundum pietatem, ut idem ait, sunt, diligenter discamus.

Hæc sequitur Lutherus. l. 1. Contr. Mossum in præf. l. 6 Esa. 29 & Matt. 15

Aug. To. 6 * tract.

* Vidi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.7

à pseudo prophetis,& reliqua.Sequitur, Bestia ergo cum duobus cornibus facit,ut simulachrũ bestiæ adoretur.i.ut populus adoret diaboli adinuentionem. Hæc ille. AVCTOR. O perditum hominem, ò adhuc in carne uiuentem certa damnatione præuentum, si hanc bestiam nõ modò non consequitur: sed si non fugiat, & quantum potest,loquendi si instet necessitas,cũ Christo procul alloquitur. Quicquid enim Witcleff his agni cornibus efficit, hoc uult ut populus diaboli adinuentionẽ adorent. Vis nosse mysterium: attende loquelam: Cornua testamentorum diuinorum prætendens, uocem habet Draconis:illius qui flumen mittit post fœminam: & qui in uerbo ecclesiæ, fidem, & ministros eius, cum cultu parat ut sorbeat. Benè quippe dicit Augustinus, quòd agni similitudinem non imitaretur, si aperte loqueretur: nec minus tamen peccat quòd simulat: quia simulatio ipsa non æquitas, sed duplex est iniquitas: nec minus negat Christi fidem † qui uerba sacra sensu meretricis adulterat,quam ille qui plane respuit,& nullatenus admittit: prout beatus LEO in epistola decretali ad Turibium episcopum, capitu. 15. scribit de hæreticis. Ideò ad ecclesiam catholicam cum tanta conueniunt frequentia, ut & quos possint, suos faciant, & legis seueritatem, dum sensus nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi: quorum cum istis,tam fœderata sunt corda,ut in solis nominibus discreti, sacrilegijs autem suis, inueniantur uniti. Quia & si uetus testamentum, quod & isti se suscipere simulant,Manichæi refutant,ad unum tamen finem utrorumquè tendit intentio: cum quod illi abdicando impugnant,isti prædicando corrumpunt. Hæc ille. AVCTOR. Elegans & miro modo beati uiri præclara est sententia: ad unum utrunquè tendit intentio: quia quòd illi,scilicet Manichæi, abdicando impugnant, isti prædicando corrumpunt.Iudicio ergo meo mi Witeleff, corrumpendo sensum scripturæ, scripturas negaueras, & eò pœnalius quòd eius per hypocrisim falsum osculum spopondisti: quòd non fecerat Manichæus.Non credunt forsan plurimi q̃ sis falsarius.Quot† locis monstraui iam superius,corruptiones scripturarum per te immissas,& ipsas Dei leges,præsumptionibus tuis pessimè uitiatas? Vt quia dicit Euangelista, omnia per uerbum facta, esse uitam in Deo:tu dicis simpliciter quodlibet esse Deum. Dominus item dicit in Euangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire regnum Dei: Tu,corruptione hæretica, dicis illam intelligi aquam de latere Saluatoris, ut aquam baptismalem ab hac necessitate seclu-

ibidem

Simulatio est duplex iniquitas.

Leo Pont.

Witeleff corrumpit scripturam

Io.1.

Io.3.

das.Dominus dicit in euangelio, panem esse ueraciter corpus suum: Tu dicis intelligendum panem esse ueraciter panem tuum. Quia item dominus dicit quòd Leuitæ nihil possiderent inter alias tribus: ideo ais Christi clericos nihil possessuros rei immobilis:cum tamen econtrariò, Leuitici ultimo iussit,ut possessio consecrata ad ius pertineat sacerdotum.Et quia Christus dicit secundùm Lucam. Omnis ex uobis qui non renunciat omnibus,quæ possidet, non põt meus esse discipulus:Tu dicis arctari ad istam paupertatem,quoslibet sacerdotes, & clericos Christiano,. Manichæi uero, & Iulianus Apostata,omnes utriusque sexus fideles. Vterque uestrum,textum Christi corrumpit: abundantius tu, quam illi. Sed si ista non moueant: quid dices, aut quam excusationem obtendes, quod ipsas Dei scripturas non tantùm corrumpis ad sensum, sed ne uincaris falsarij, peruertis ad literam? Tu dicis electionem Matthiæ factam post spiritus sancti missionem: scriptura uero quòd ante, sed post Ascensionem. Tu dedisti Diabolo millenarium annorum, quibus soluetur in exercitium saluandorum: Christus & scriptura tantum tres annos & dimidium. Tu dicis quòd media nocte populus exiuit de Aegypto: scriptura dicit quòd non exierant propter exterminatorem Angelum,usque manè.Tu dicis, quòd statim post Ascensionem,fuit Paulus electus in Apostolum,& statim transiuit prædicare per populos: Scriptura dicit, quòd ibi fuit electus in apostolum, ubi spiritus sanctus iussit segregare sibi Saulum, & Barnabbam,in opus ad quod assumpsit eos post Ascensionem Christi, secundùm computum Bedæ circiter duodecim annos. Tu etiam dicis, quòd Christus in persona, nullam fecit orationem, nisi illam dominicam, Pater noster: Scriptura assignat aliã post cœnam, in monte, Abba pater omnia sunt possibilia tibi, Si uis, transfer calicem hunc à me: & hanc, ita aliam dico, ut tu censes alias orationes à dominica oratione, dicendas, tertia parte sermonum. Ecce hominem iam habentem in se, mentem legis, & diligentiam scripturarum.Ecce,qui prædicat non turãdum furatur,non mœchandum mœchatur: qui tantis uocibus scripturas exclamat, tot corruptelis,& † falsis notis oppilat. Infida enim gens hæretica, plus uniuersis catholicis, sibi de fide Christi,& scripturarum ueritate, blanditur: sicut ioculatores, & mimi semper inferunt,se nihil facturos fallacia, siuè dolo. Velim ego ut parcant uerbis, & factis exhibeant, quòd sint discipuli scripturarum. Vnde MAXIMVS hæreticus Arrianus, sicut ait in altercatione cũ Augustino,lib.1.* ad finem. Omnia quæ proferun-

Luc.14

Act.1

Apoc. 12.

Esa.21

Act.13

Matth.

Matth. 16

Ro.3

Iacob 2

Aug. *Collat.

feruntur a sanctis scripturis, plena uenerationene suscipere debemus: nec enim in nostrum magisterium deuenit diuina scriptura, ut a nobis emendationem accipiat: atquè utinam & digni inueniamur, scripturarum discipuli approbari. Et respondet illi Augustinus in fine, adductis testimoniis scripturarum. His itaquè, & huiusmodi testimoniis, quæ omnia quærere & colligere longum est, si pacificè acquiescas, eris quod orare, & optare te dicis, diuinarum scripturarum discipulus, ut de tua fraternitate gaudeamus. Hæc ibi. Hoc ipso respondeatur & Witeleff: quia in una hæresi, hos duos, interrogatio disputatoris inuenit.

¶SANCTIS DOCTORIBVS, ET ecclesiæ catholicæ habendam esse fidem, etiam in quibusdam, quæ Christus expresè non dixerit.

DOCTRINA III.

S V M M A.

1 *Witeleff arrogantia notatur quòd soli illi accepe rint sensum scripturarum.*
2 *Manichæus, Witeleff magister, & eadem insania captus sic, qua ille, scilicet,eum solum accepisse sensum scripturarum.*
3 *Paulus post Ascensionem Domini de cælo uocatus,ecclesiæ credidit.*
4 *Witeleff superbissimus auctoritatè uendicat exponendi sensum Christi.*
5 *Paulo,sine ecclesia,quòd non sit credendum.*
6 *Christus quare nõ pseudoprædicatores, sed fideles præpositos in doctores figit in ecclesia.*
7 *Witeleff atrocis hæretici superbia inæstimanda, qui ab uniuerso orbe uendicat sibiipsi credẽtiã, & denegat eam sanctis.*
8 *Witeleff planè contradicit dictis Pauli ad Philemonem.*
9 *Credens Deo,quòd aliter eius fidem recipere non queat,nisi credat in sanctos eius.*
10 *Ecclesiæ concordia,quòd hæreses pellat.*
11 *Nouorum inuentores describit Cassiodorus.*
12 *Gregorii,uerba cuiusdam domicellæ sic dementatæ, ut nulli antiquo,sed sibi soli crederet.*
13 *Witeleff superbus se singulis anteponit,& sibiipsi credit, & glorioſos sanctos cunctos diiudicat.*
14 *Christus totus in corpore suo,quòd uideatur scala Iacob.*

AVDITVR ab Witeleff & † eius sectatoribus, dictum plerunq; , hunc esse sensum domini, quem ipse elicit de uerbis Christi,& Apostolorum, nec esse de sensu tali,credendum modernis: sed nec sanctis prioribus qui habebant antiquam cõsuetudinem ad peccandum,quasi diceret,igitur ad mentiendum. Tu autem homo Dei hæc fuge,scieus ut hanc procacitatem eius, in doctrina secunda primi libri notaui,quod non est unquam uisa,uel concepta pompa elatior, uel seductiuior error fidei Christianæ. Nam quòd ipse solus à tot annis sensum scripturarum accepit,id quis crederet Christianus?Manichæus† magister eius hac item mania captus est. Vnde inducit. AVGVSTIN. 12. contra. Faustum ca.1.eum dicentem sic. Fidei confessio est, in Christum sine teste,& argumento credere.Nempe ipsi nos docere soletis,idcirco nihil esse curiosius exquirendum, quia simplex sit, & absoluta Christiana *credulitas. Quomodo ergo nunc fidei simplicitatem destruitis,Iudiciis eam & testibus fulciẽdo,& hoc Iudæis?& paulopost Qua propter nos testimoniis de Saluatore nostro, nullis egemus:exempla tantum uitæ honestæ,& prudentiam,atque uirtutem, in prophetis quærimus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ergo syllogismo uitauit prophetas ut testes, quo Witeleff Christi sanctos,& hoc ipse uoluit superare Matthæum.Quo contra AVGVST.28.li.contra Faustum capit.4.Quis(inquit)tam demens,qui hodie credat esse epistolam Christi,quam *protulerat Manichæus,& non credat facta,uel dicta esse Christi,quæ scripsit Matthæus? Aut etiam de Manichæo utrum ista scripsit dubitat, de ipso quoquè Matthæo,non potius id credat, quod credit,& inuenit ecclesiæ,quæ ab ipsis Matthæi temporibus, usquè ad hoc tempus certa successionum serie,declaratur:& credat nescio cui ex transuerso uenienti de Perside, post ducentos,uel amplius annos uenienti, & suadenti, ut sibi potius,quod Christus dixerit,fecerit̃que creditur.Cum†ipse Paulus post Ascensionem domini de cælo uocatus, si non inueniret in carne *Apostolus,quibus communicando,& cum quibus conferendo euangelium,eiusdem societatis esse appareret ecclesia illi,omnino non crederet sed cum cognouissent eum hoc annunciantem, q̃ etiam ipli annunciabant,& in sua communione,atq; unitate uiuentem,accedentibus per eũ ẽt talibus signis,qualia & isti operabantur:ita eum domino commendante meruit auctoritatem,ut uerba illius hodie sic audiantur in ecclesia, tanq̃ iam in illo Christus (sicut ipse est uerissimè dixit)loquutus audiatur: & Manichæus credit sibi dre putat ab ecclesia Chri,loquẽti cõtra scriptu-

Arrogãtia Witeleff & Iuthers. 1.Tim.6.

To.6

*credulitas

To.6

*protulerit.

Paulus ecclesiæ credit.

*Apostolus.

ras,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ras, tanta, & tam ordinata auctorite firmatas: A per quas ei præcipuè commendatum est, ut quis quis illi annunciauerit, p. æterquam quod accepit anathema sit. Hæc ille. AVCTOR. Hic † superbissimus Witcleff auctoritatem uendicat exponendi sensum Christi, quem habuit de uita exproprietaria clericorum, de sacra Eucharistia, de sacris ritibus in ecclesia, & cæteris sine numero. Hoc (inquit) fecit Christus, hoc Apostoli in ecclesia primitiua, & cæteri sancti. Quod quid igitur dixerint citeriores sancti, non est eis credendum, nisi de quanto in uerbis scripturæ se fundauerint: quasi dicat de fundatione mea non dubium: de fundatione, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Hilarij, & cæterorum patrum, an bene, an aliter fecerint, cautius disputandum. Nonne audiui eum dicere: nolite credere Witcleuistis, quia auctoritas Christi est infinito præstantior? Quis ergo fidelis non crederet Christo domino nostro, omnium Witcleuistarum consuetudine prætermissa? Nusquam hoc dicit, sed magis nobis credite habentibus Christi sensum, aliorum sanctorum contradicentium consuetudine prætermissa. Ecce † Paulo credi non debuit ab ecclesia primitiua, nisi sensus suos tunc patrum sensibus conformasset, sic nec Augustino, ut ipse de se scribit, non Gregorio, non Ambrosio, nisi unusquisque fuisset in sensu suo conformis sensui Christi, & scripturæ, quem protractu temporis patres ecclesiæ sapiebant. Et sine scrupulo credi debet etiam contra sanctos Dei, isti iam uenienti post Apostolos, non modo ducentis, sed mille quadringentis ferme annis cuidam ex transuerso de Perside sed longe à terræ Britannicæ finibus: ad certificandum non cõtra auctoritatem ecclesiæ orbis terrarum, supra omnes sanctos, à tempore Apostolorum, quid Christus in euangelio censuit, quid Apostoli docuerunt? Proh alta stultitia seductorum, & insanata dementia, quòd non uident tam apertè, tam stolidè præsumentem. Cur stultissimi non circa uerba eius & doctrinam, dubia erigunt quæ circa dicta aliorum ipse docuit erigenda? Cur non dicuntipsi & eius sectatoribus, Proba quæ dicis in scripturis sanctis: proba illic esse fundata purè, nec per hæreticum sensum extorta? Captiui homines cur tam citò sequuntur, dum ululant lupi sæuissimi? Idcirco autem pij fideles spiritu Christi instructi, pastores suos petius audiunt, non audientes uocem fatuam alieni. Propterea † enim Christus, non pseudoprædicatores, sed fideles præpositos, in doctores cõuenienter figit in ecclesia: quia nec eis item destituit synagogam quæ sine temporum interuallis, ueros sensus scripturarum exponant: & discernere doceant populos suos, pseudoprophetas au-

Paulo sine ecclesia non credendum.

fugere, & adhærere probatissimis, dicẽte HIERONY. in commentario super Esaiam lib. 2. textu, Et prudentem eloquij mystici. Dicendum primùm iuxta. 70. quòd inter cæteras gratias spirituales, etiam auditor prudens, in ecclesia necessarius sit. Alij enim datur prophetia, alij discretio spirituum: unde & constituti erant in populo Iudæorum sacerdoteles gradus, qui prophetas pseudoque prophetas discernerent: hoc est intelligetent, qui de Dei spiritu loquerentur, & qui de contrario. Hæc ille. AVCTOR. Crede mihi qui hunc spiritum non sectatur ex corde integro, hic bestijs traditur illudendus à Domino. Nec † cessio à corde clamare superbiam inæstimandam atrocis hæretici, qui ab uniuerso orbe, uendicat sibiipsi credentiam, & denegat eam sanctis. Dicit enim in speculo Ecclesiæ, si auctoritas Christi sit in infinitum præstantior, quàm consuetudo eorum, quis fidelis crederet non auctoritati Christi, demum eorum cõsuetudine prætermissa? Ergo Christum uult à suo corpore separare, & à templo suo propellere, quod sunt sancti, secundum Apostolum, & sanctorum omnium consuetudinem à scriptura. Et quomodo ergo sancti Christi, an non etiam Antichristi? Quomodo iam credituri sumus Christo capiti, eius corpori diffidentes? Scribæ, & Pharisæi, iam melioris conditionis sunt his omnibus sanctis Christi: quia de eis dicit Christus turbis. Omnia quæcunque dixerint uobis. *Matt.* seruate, & facite. Nonne modo sanctis Iesu, aut eorum dictis, uel factis propolita negatione Witcleff oppositam dicat sententiam, non omnia (inquiens) quæcunque uobis dixerint sancti Christi, seruate, uel facite, sed soli auctoritati Christi, fidemdate, ipsorum, uel in dictis, uel infactis, consuetudine prætermisse? Videte si ista forma docendi fuit Apostoli Pauli, quando cõmendauit Philemonem, pro eo q̃ non credidit Christo tãtum, sed etiam omnibus sanctis eius: Gratias (inquiens) ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem quam habes in domino Iesu, & in omnes sanctos eius. † Planè contra dicit Witcleff, admirando quis fidelis non haberet fidem auctoritati Christi, & nõ omnibus sanctis eius, sed eorum consuetudine prætermissa. Beatus autem HIERO. Exponens prædictum locum in commentario. Ad expositionem (inquit) huius loci, de Exodo sumamus exemplum. Credidit populus domino, & Moysi seruo eius: una atque eadem credulitas in Moysem refertur, & in Deum, ut populus qui credebat in Deũ æquè credidisse scribatur in seruum. Hoc † autem non solum in Moyse, sed in omnibus sanctis est, ut quicunque credit Deo, aliter eius fidem recipere

Hier. To. 1 Esa. 3.

1. Cor. 12

Eccles. doctor.

Exod. 14 Psal. 28

cipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. A Non est in Deum perfecta dilectio, & fides, quæ in ministros odio, & infidelitate remurmurat. Sequitur infra. Non errabit in discretione sanctorum, qui cum in Deum, & in sanctos eius æqualem habuerit charitatem, & fidem, ipsius fidei communicationem debet habere non disparem: ut sicut, & diligit, ita fidem, & dilectionem opere consumet. Hæc ille. AVCTOR. Euidenter igitur Witcleff militat contra fidem, qui consulit sanctis Christi, subtrahere Christi fidem. Hæc † est ut dixi superius. ca. 22. libri primi. To. 1. sola machina Christiana, quæ cunctas hæreses semel aboleuit, ipsa, scilicet, professio, concors sanctorum patrum, secundum suorum temporum interualla, reddentium testimonium Christi uerbis, & consuetudini primitiuæ. Quid mirum igitur si ut lupus canes exhorret, C sic insidiosus hæreticus patres a fide populorũ exterminet etiam ipsius Christi uerbis, & ipso gladio uerbi Dei, cunctos iuguler? Consonanter his dicit in libro de institutione diuinarum literarum* ca. 11. CASSIODORVS. Sunt nonnulli qui putant esse laudabile si quid cõtra antiquos sapiant, & aliquid noui ut periti uideantur, inue niant. † Hæc ille. AVCTOR. Mira delusio sensuum humanorum, q̃ statim non obuiant dicenti talia, nulli antiquo esse credendum, & sibi tamen in loquendo esse credendum. † Cuidam domicellæ sic dementatæ scribit lib. 7. regestri epistola. 33. GREGOR. Considerare debuisti gloriosa filia, quanta multitudo fidelium in matris Ecclesiæ sinu consistat: quatisq; uirtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt corruscarunt, uel quanta ad corpora sua miracula faciant: atq; illos non diiudicare, sed plus tantis uiris ac sacerdotibus, quàm tibi credere debuisti. Hæc ille. AVCTOR. Consideratis his, superbus † Witcleff se singulis anteponit, & nec miraculorum potestate terretur, nec antiquorum fide tenetur: sed plus omnibus, & sibi ipsi credit, & gloriosos sanctos cunctos diiudicat. Et ò uos deceptæ gẽtes, audite: In ciuili aut domestico quouis negocio, si de antiquitate quæratur, non noui tyrones sed ueterani producantur in testes: ita faciat modo Witcleff, si uelit sibi de antiquitate, iam credi, q̃ ipse habeat sensum Christi, plana non caliginosa patrum uerba ducat secum in planitiem ueritatis: quia ut iam dixit HIERONI. Non est in Deum perfecta fides, quæ in ministros eius, odio uel in fidelitate, remurmurat. Videtur † mihi iuxta fidem, CHRISTVS totus in corpore suo esse scala Iacob: quam uidens habet ad caput lapidem reprobatum iam olim, factum in caput anguli: per cuius quidem scalæ uarios gradus, Angeli ascendunt, & descendunt, super filium hominis: descendunt nempe per eum, testes eius, prophetæ sancti, ad testificandum filiũ incarnandum. Ascendunt illuc, per sanctos, & Apostolos, quùm uideamus eum iam natum passum, & glorificatum. Quid igitur prohibet nobis, per hos gradus Sanctorum, in Christum ascendere? Ipse nobis iter astruit, a fide. Intelligit fere similiter AVGVS. hunc passum. 12. libro contra Faustum ante medium: In illo, id est, Christo, scala est à terra, usq; in cælum, à carne usque in spiritum: quia in illo carnales uelut ascendendo, spiritales fiunt: ad quos lacte nutriendos, etiam ipsi spiritales descendunt quodammodo, quum eis non possunt loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Sic enim ascenditur, & descenditur super filium hominis. Filius enim hominis sursum in capite nostro, quod ipse est saluator: & filius hominis deorsum, in corpore suo, quod est ecclesia, ipsum & scalam intelligimus: quia ipse dicit. Ego sum uia. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur, & ad ipsum descenditur, ut in membris suis paruuli nutriantur: & sic per illum ascenditur, & descenditur. Hæc ille.

Idem habet Eodem to. 1 doct. 2. Concordiæ ecclesiæ hæreses pellit.

Castiodo. ca. 11. Nouorũ inuentores.

Greg. To. 2

Matt. 26

Aug. To. 6

Ioan. 14

¶QVOD SE FALSO DEfensores fidei orthodoxæ iactent Vvitcleuistæ.

DOCTRINA IIII.

SVMMA.

1 *Witcleuistæ, & Hussitæ hæretici, quòd sint fugiẽdi, non tanquam fidei defensores, sed oppugnatores etiam si in plerisque locis plangant fidem lapsam ecclesiæ, & hæreses introductas à presbyteris, occasione hac, uel illa.*

Witcleff in quo defendit ecclesiam, auctor ostendit ironicè.

2 *Inimicus & defensor fidei, quis dicatur.*

3 *Auctor inuehitur in Witcleff hæreticum, quòd prætextu defensoris fidei, non uocatus, in medium prodierit, & se turbis ingesserit pacificis.*

4 *Hæretici procaces, quòd facilius in tutorum, & defensorum uoces erumpant, quàm catholici.*

1 AVt † item homo Dei, audituras es in plerisque locis Wicleuistas, & Husitas hæreticos, plangere fidem lapsam ecclesiæ, & hæreses introductas à presbyteris, occasione hac, uel illa. Vnde dicent, se defensuros fidem ecclesiæ usque ad mortem. Fuge hæc. Non inuocant te uerba ipsa, uel similia: uario nanque tempore, cœtibus dominorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum,& populorum,columnas se tales fidei de A fensores spondebant in Anglia,Sed tunc clericis orthodoxis,ut nunc etiam citra, constanter innotuit,ꝙ eorum Auctor Witeleff,cuius ipsi uocem,ut cogniti,cognoscebãt defensorem se scribens,oppugnatorem factis exhibuit: cuiusmodi defensorem imprecatur, Psalmista, ut destruat Psal.8. Deus.Psal.8. secundum translationem Romanam.Destruas inimicum, &* defensorem. ubi Hiero. HIERON.in maiori breuiario. Hæreticum scilicet,qui cum nequitia sua impugnet ecclesiam, defendere tamen eam simulat.Hæc ille. AVCT. 2 Attende † si uis scire perspicue,ubi de pauperta te sacerdotum,omnem facit instantiam, & dotem dicit reuersuram ad dominos: ibi prouisionem clericis nullam facit de certo, & illis ipsos dominos statim constituit successores, ad notũ populi,pro quocunque mortali. Videre in quo B descendit ecclesiam sacratissimum corpus Christi in sacramento,secundum essentiam commutat in panem putrescibilem: baptismo, & cæteris sacramentis, sicut necessitatem, sic adimit solennitatem:ut planè nihil in Christiano uiro ponat superesse Pagano. Ecce fidei defensorem, ac diligenter inspice singula,si non per eum commutentur in peius.Iste defendit ergo fidem, more ethnicorum illorum,contra quos scripsit Amb. AMBROSIVS ad imperatorem Valentinianum, dicens.Aurum si diligentius manu tractas, foris præcium,intus metallum est. Volue quæso atquè excute sectam gentilium: preciosa & grandia sonant,ueri effœta desendunt:Deum loquuntur,simulachra adorant. Hæc ille. AVCT. Et nunquid uidetis quod iste grandia uerba,sed ueri effœta defendit: fidem loquitur, sed propria simulachra adorat. Resumo igitur adhuc ego in sensu Psalmistæ prædictum uersiculum: De- C struas inimicum, & huiusmodi defensorem, 1 Aug.To.8. 3 AVGVST.† Quem nisi hæreticum? Nam ipse est inimicus, & defensor,qui fidem Christianam cum * oppugnat, uidetur defendere. AV- 2 *oppugnet CTOR. Reuera talem defensorem Christianitas nostra non exigit, quem in conflictu orto, Paganus ex maiori parte concordem: Christia- 3 nus sentiret in maiori parte diuersum † At sæue, 4 4 & turbulente hæretice, quis te uocauit in medium? Nullæ tuis temporibus partes erant de 5 fide:tu primum ibi litigium susciтasti,tu non uocatus, te turbis ingessisti pacificis. Et quam quam esses defensor,nõ tamen eo esses fidelior: 6 quia non bene credulis unquàm,sed titubãtibus 7 solis,posses esse defensor,sicut habet AVGVST. Aug.To.x. in sermonibus de tẽpore sermone. 71.* de resur- *Ser.19. rectione, qui incipit.Per hos dies. AVGVST. 8 Qui nouit quomodo ista defendat, doctior est, 9 *habet nõ fidelior:*habes fidem, non habes facultatẽ, habet fidem, non habes facultatem, sed desendendi fidem alium non habet.

& copiam,& doctrinam defendendi,sed* habes ipsam fidem: Ille autem qui nouit defendere fidem,titubantibus est necessarius, non credentibus. In defensione enim fidei,curantur uulnera dubitationis, uel infidelitatis. Qui ergo fidem defendit bonus medicus est, sed in te non est in 4 fidelitatis morbus.Quùm ille nouit curare quod tu non habes. Nouit ille ponere medicamentum,sed in te non est uitium: quia non est opus Matth. sanis medicus, sed malè habentibus. Hæc ille. AVCTOR.Reuera ergo,† non tàm facile catholici uiri, quàm procaces hæretici, in tutorum,& defensorum uoces,erumpunt,Ipse nempe Iulianus Pelagianus hæreticus,spopondit se tueri ueritatem fidei,de libertate arbitrij, contra Augustinum, & Ecclasiam. Libro autem 2. contra Aug.To eundem,cap.22.ait AVGVST. Absit à me ista (quam mihi obiicis)arrogantia,ut me istam causam contra uos,unum pro omnibus agere pollicerer. Quòd tu tamen inter Pelagianos, non erubescis dicere: maioris tibi esse apud Deum gloriæ,destitutam ueritatem tueri.Multum abiecti,& uere distituti sunt,multum abste pendent, sed hanc intolerabilem arrogantiam esse iudicant,qua te & ipsis Pelagio,scilicet, & Cælestio uestrum omnium doctoribus anteponis: quasi iam & illi cesserint, & tu remanseris qui destitutam tuearis,quam ueritatem putant.Hæc ille.

¶QVOD STVLTE CONFIDANT Witeleuistæ in artibus, quas sibi arrogauit Witeleff.

DOCTRINA V.

SVMMA.

Vuitcleff fugiendus, qui ijsdem deliramentis fallit suos sectatores fatuos,quibus & Manichæus fefellit suos.

Manichæus,quare à Fœlice, & suis sectatoribus fuit creditum quòd esset paraclitus. Et quid de hoc dicat Augustinus.

Paraclitus,quòd non doceat mathematicam.

Errores capitales Witeleff,quos inducit quasi necessarios ad summam scripturæ ueritatem.

Paulus cum esset subtilis philosophus,quare noluerit Corinthios inducere ad intelligentiã scripturarum per dialecticam.

Witeleff directè contra Apostolum docet.

Christiano si quæratur quid credendũ sit,quòd ad religionem pertineat,quid erit ei satis secundũ Augustinum.

Doctrina humana quàm parũ ad diuinam faciat.

Doctrinæ humanæ professor, quòd omni studio debeat eius mentem aptare diuinis.

Resonant

1 RESONANT † Witeleuistarum A petua. Hi sunt errores eius in logica, physica, & alijs scientijs, capitales: & ideo hos inducit quasi necessarios ad scripturam: cum tamen ne cessariò ad summam scripturæ ueritatem pertinere non possent,etiam si ueræ essent ;quemad modum AVGVST. supra dicit. Quæ ego dico ad doctrinam & disciplinam Christianam nõ pertinere. Aut si omnino pertinent, quomodo sine istis,immo studijs,& scholis oppositis, AVGVST. AMBROS. HIERONYMVS. & HILA. scripturas intelligere potuerunt? Hac ergo † de causa beatus Paulus cum foret subtilis philosophus, & biennio disputaret Ephesi, in schola cuiusdam tyranni, noluit tamen Corinthios inducere ad intelligentiam scripturarum, per dialecticam, nè ponderarent ibi philosophiam,supra scripturam. Ego (inquiens)in infirmitate,& timore,& tremore multo, fui apud 1.Cor.2. uos:& sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis. Vbi Hier.To.9 HIERONY. in annotationibus,Quia dialecti ci erant Corinthij,noluit apud eos disputatione uti: ne hoc quoque illis aliqua noua philosophia uideretur, sed magis illis uirtutes, ac miracula de monstrauit. Hæc ille. AVCT. Directè ergo † contra Apostolum docet Witeleff introitum in scripturam, uolens omnino uideri philosophiam suam nouam:conatus illicere animos in cautorum, specie nouitatis. Sic decipi possunt, qui decipi tecum maluerunt, quàm cum Christo concipere. Crede mihi, nec tuam philosophiam contra Christum concipimus, nec quamlibet aliam, ad ueritatem scripturæ timandam, necessariam esse concẽdimus, sed ipsam solam, quam ibi influit Iesus Christus, si- Aug.To.8 cut & AVGVST. in Encheridio suo ad † Lau- *cap.9. rentium* capitu.4.docet. Cum (inquit) quæritur quid credendum sit, quod ad religionem pertineat: non rerum natura ita rimanda est, quemãdmodum ab eis quos physicos Græci uocant:nec metuendum est,quemadmodum ab eisdem,ne aliquid de ui & numero elementorum, de motu atque ordine, & defectibus syderum, de figura cæli, de generibus, & de naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium: de spatijs locorum, & temporum: de signis imminentium tempestatum: & alias scientias de his rebus, quas illi uel inuenerũt,uel inuenisse se existimãt,Christianus* ignoret.Quia nec *ipsa omnia repererunt tanto excelentes ingenio, flagrantes studio, abundantes ocio: & quædam coniectura humana inuestigantes, quædam uerò historica experientia perscrutantes: & in eis quæ se inuenisse gloriantur, plurima opinantes, potius quàm scientes.Satis est Christiano rerum* cæterarum causas,

*ignorat
*ipsi
*Creatorũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

causas,siuè cælestium siuè terestrium, siuè uisibi A
lium,siuè inuisibilium,non nisi bonitatem intel-
ligere creatoris,qui est unus & uerus Deus, nul-
lamque naturam esse,quæ non aut ipse sit,aut ab
ipso:eumque esse Trinitatem,patrem,scilicet,&
filium,à patre genitum,& spiritum sanctum ab
eodem patre procedentem,sed unum, eundem-
que spiritum patris & filii. Hæc ille. Satis est
Christiano,inter creaturarum causas agnoscere
quid nobis confert, quod Witcleff de prolixo
suo esse domini, & sua materiali essentia, cum
aliis trusellis,ad intellectum prodidit scriptura-
rum:quæ ipse potius opinans,quam sciens,ad of
fuscandum Christi fidem,de erroribus antiquo 1
rum extraxit?Sanè inter* Titonij regulas,Augu-
stinus ista numerat,aut peritus Cassiodorus fa- 2
cilè fallebatur, qui libro suo de institutione diui
narum scripturarum, uniuersarium Witcleff, 3
aut quidditatis magni sui temporis immemor,
& aliorum accidentium,multos fecit esse theo- B
logos. vnde Origenes has artes liberales exiguũ
quid iuuare dicit,ad scientiam de diuinis.Homi 4
lia.6.super Iosue & insuper: ideò consimiliter
Augustino,hoc fermentum a sacrificio uerbi di-
uini,& scientia legis, tollendum insinuat, super 5
Leuiticum Homilia.5.ORIG.† Dominus in euan 6
geliis,humanam doctrinam Pharisæorum, qui
tradebant traditiones, & præcepta hominum,
fermentum appellat,cum dicit discipulis, obser
uate à fermento Pharisæorum,similiter ergo hu
mana doctrina est,uerbi causa,grammatica ars,
uel rethorica, uel dialectica,ex qua doctrina ad
sacrificium* quoddam,hoc est in iis,quæ de deo 1
sentienda sunt,nihil suscipiendum est. Sermo
uero lucidus & loquentiæ splendor ac disputa-
tionis ratio,ad ministerium uerbi dei decentius
iubetur admitti. An non super hoc fermentum
habebat uerbi Dei sacrificium positum ille qui
dicebat. Corrumpunt bonos mores colloquia
praua?Hæc ille. AVGVST.Vult Origenes Dei le- C
gem,& eius scientiam his artibus lucidari decen
tius,non eas superponi,ut earum regulis diuinas
leges inficiat. Vnde† & omni studio debet profes 9
sor eius,mentem aptare diuinis.Hoc nempe est
initium præsumptionis,quo frequenter plures la
borant,qui cum statim ab his artibus ueniunt,se
putant bene doctos theologos: quæ arrogantia
plures propagare solet hæreticos. In eadem Ho
melia.ORIG. Si sit aliquis naturæ florentis & ar
dentis ingenii,non continuo aptus uidebitur ad
suscipienda uera dei mysteria:sed requiritur ẽt,
ut à prophanis actibus,& immundis operibus se
paretur,& ita demum eruditionis capax fiat, si
prius capax fuerit sanctitatis.Similis his in Nu-
meris legimus scriptum: ubi dominus carnes eę
litus dedit filiis Israel,& dicit: Sanctificamini in

Titonij. Aug.lib.3. de doc.chri stia.ca.30. To.3

Orig.To.1. Doctrina humana parum ad diuinam facit Matt.16

**quidem*

1.cor.15.

Orig.To.2

Nu.11

crastinum ut manducetis carnes, hoc ostendens
q̃ nisi sanctificati essent prius, & mundi effecti,
carnes eis non daret Deus.Hæc ille.

NON ESSE CREDENDVM WIT cleff asserenti omnes ecclesiæ doctores, à tempore donationis Constantinianæ excæcatos fuisse.

DOCTRINA VI.

S V M M A.

Donatio constantini,quòd non excæcauit ecclesiam,ut dicebat Witeleff. 1

Doctores sancti, quòd possint falli de hominum iniquitate,non de fidei ueritate. 2

Witcleff insanum, & perfidum, non esse sequendum, de dotatione ecclesiæ, de sacramento altaris,de religione perfectorum supra Augustinum. 3

Præceptum antiquorũ,quod semper sit congruentius non solum de fide,sed in quolibet tractatu sanctæ uitæ. 4

Ambrosiũ quid mouerit ut imbueret uirginẽ magis præcessorum exemplis, quàm regulis suis, & præceptis. 5

Witcleff ad intelligentiam scripturarum iubet amplecti philosophos,& prætermittere sanctos & quòd philosophi non sint censendi catholico, sed sancti. 6

QVis item† ferre poterit orthodoxus,fi-
dem ecclesiæ tantis temporibus, ni-
tiatam,ut à tempore dotationis Cæ-
sareæ usque ad Witcleff, omnes san-
cti patres à religione domini magis ac magis,
continuè declinauerunt, & sic ecclesia tam lon-
gæuis excæcata temporibus, errauit de fide, de
sacramento altaris & de pauperie clericorum?
Cum aliis fuge hæc homo Dei. Præsumptio hæ
reticorum confingit ista,superbissimè iudicans
omnes cæcos,Augustinum,Hilarium,Ioannem,
& Hieronymum,& quoslibet sanctos patres,do
nec in nostrum hemisphærium lux Witcleff mẽ
dosa pro filiit.Et isti,Christi Iesu mendacem fa
ciunt prophetiam.Ego rogaui pro te,ut non de
ficiat fides tua. Breuiter dico, omnes quotquot
uenerunt hæretici,sunt hoc laqueo deprehensi.
Quia cum arguuntur contra dictamen fidei ec-
clesiæ prædicare,quę ab initio tradita per succes
siones presbyterorum, & plæbium, usque ad
hæc tempora nostra,in ecclesia Dei,circumqua
que diffusa durauit: ipsa eorum insania cadens
in laqueum patentis mendacii,fingit omnes san
ctus priores errasse,& ecclesiam fuisse deceptã.

Hoc

Hoc modo Donatus fidem ecclesiæ incarcera- A
uit in Aphrica:hoc item modo Berengarius ec
clesiam totam conclusit in Francia: sed sanctus
AVG. breui usus,& firma sententia † Si uestra
(inquit)uera,& nostra falsa sunt,falli potuimus
cum orbe terrarum,de hominum iniquitate,nõ
de fidei ueritate. Hæc ille lib.3. contra Perilia-
num ad Fidentium AVGVST.Ecce nũc Witcleff.
Augustinus falli potuit cum plurib.orbis terra-
rum,de hominis iniquitate, non autem de fidei
ueritate.Nolite sequi† insanum Witcleff,& per
fidum,de dotatione ecclesiæ,de sacro altaris,de
religione perfectorum,suprà Augustinum scio
lum,& putare Augustinum in Christi fide dece
ptum: quia falli potuit Augustinus cum orbe ter
rarum,de hominum iniquitate,non autẽ de fi-
dei ueritate.Nec† tamen de fide,sed in quolibet
tractatu sanctæ uitæ,congruentius est semp an-
tiquorum præceptũ:prout in principio secundi
libri de sancta uirginitate practizauit, AMBR. B
dicens:Qm̃ infirmi ad monendum sumus,& im
pares ad docendum(debet.n.is qui docet, supra
eum qui docetur * extolli)ne uel susceptum de-
seruisse munus,uel nobis amplius arrogasse ui-
deremur,exemplis potius,quàm præceptis,pu-
tauimus imbuendam:licèt amplius proficiatur
exemplo.Quoniam nec difficile quod iam fa-
ctum est existimatur,& utile quod probatum,
& religiosum,quod hæreditario quodam pater
næ uirtutis usu,in nos est successione transfu-
sum. Hæc ille. AVGVST. Videtis† quid mouit
Ambrosium ut imbueret uirginem, magis præ-
cessorum exemplis,quam regulis suis & præce-
ptis:quia quod ante nos,per sanctos patres fa-
ctum est,aut institutum,hoc statim homini exi
stimatur utile,probatum,& religiosum esse, &
quodam paternæ uirtutis usu,nos esse successio 1
ne transfusum.Sed quid trepidant catholici, san
ctum & probatum esse,quod est patrum exem- C
plum?Expecto ego audire.Witcleff impingere 2
tantam mendam deceptionis philosophis, quã
tam non ueretur Christi sanctis ascribere.† At
credere potest,se uelle magis reperiri philoso- 3
phium,quam fidelem.Nam ut supra scribit,hor
tatur in tractatu de fide,prætermittere sanctos 4
& consequenter ad intelligentiam scripturarũ,
iubet amplecti philosophos. Ex quanta ergo,
parte est ipse dogmatista catholicus, dicente ni 5
hilominus sapiente,q̃ iustum deduxit dominus
per uias rectas:& ostendit illi regnum Dei:& de
dit illi scientiam sanctorum,ne diceret philoso
phorum.Et iterum,ipsa sapientia. In plenitu- 6
dine sanctorum detentio mea. Ostensurus do-
minus iusto suo regnum Dei, in fide eccle-
siæ,dedit illi sanctorum scientiam,ut eum duce
ret per uias rectas. Iste autem Witcleff ducet

Aug.To.7 Falli de hominũ iniquitate, nõ de fidei ueritate possũt doctores sancti.

Philosophi non sunt ci ndi catho ci,sed sanc

Sap.10. Isa.14

concellere.

cum per erroneam philosophiam Empedoclis,
& metaphysicam Aristotelis:nec mirum, quia
in cœtu sanctorum,deficerent ipsi testes,Sic itẽ
egerat Iulianus hæreticus,contra quem AVG. *Aug.To.7*
li.4:ca.12.Habes nè adhuc quod contra nos de *12.
secularium literarum * auctoritatibus garrias? *auctori
sed si contra episcopos,eloquiorum diuinorum bus.
præclarissimos tractatores,pro isto (quem a te
Deus auertat)errore,quæsiturus es:quid dicas,
quouè modo,illorum sanctitati resilias? Quid *sententia.
tibi erit Tullius,ut non eum in hac* sapietia, de
sipuisse,ac delirasse contendas? Tace ergo de il-
lius generis libris,& noli nos aliquid inde con-
tumeliose docere conari: ne quorũ te inaniter
subleuari credis,eorũ testimonijs cõprimaris.
Hæc ille.Et idcirco*ca.27. Obsecro te(inquit *ca.14.
Augustinus)non honestior sit philosophi gẽtiũ
q̃ nostra Christiana, quæ una est uera philoso-
phia,quandoquidem studium,uel sciæ amor,si
gnatur hoc nomine.Hæc ille.AVG. Ita obsecro
te Witcleff,non sit honestior logica,aut physi-
ca,quàm nostra Christiana sanctorum tracta-
tio.Nec dicas Christi fidem,per mille annos an
te natiuitatem tuam,in patribus defecisse:& phi
losophiam gentilium incorruptam, a tempore
Aristotelis,diu ante Christum, hactenus per-
mansisse.

¶ NON ESSE VOCANDOS CLE- ricos Cæsareos, tametsi id nominis pudendum non est.

DOCTRINA VII.

S V M M A.

Clerici,& prælati catholici quòd nõ debeant turbari,neque relinquere ecclesiam,et si ab Witcleuistis hæreticis uocantur Cæsarei. 1

Christus,quòd Cæsaris nomini attulerit reuerentiam,iubens nominatim Cæsari dare, quæ Cæsaris erant. 2

Hæreticis antiquus mos, super nomine Cæsaris exasperare catholicos. 3

Imperator,filius ecclesiæ dicitur.Et dicitur intra ecclesiam,non supra ecclesiam esse. 4

Witcleuistæ hæretici,quòd sint peruersores patuli scripturæ,ecclesiæ,atque imperij,subditos ecclesiæ ordines Cæsareis titulis,& in dedecus Cæsaris nomen gloriæ suæ ad exteros obliquè deriuantes. 5

Witcleff hæreticus,quòd non solùm præsentes uocet Cæsareos,sed & sanctos antistites & patres,Augustinum,Ambrosium,Hilarium,&c. ut sit conformis Iuliano, & Pelagio, hæreticis. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Iulianus Imperator à christi clericis tyrannidẽ suam exordiens, quòd eos domibus, & priuilegiis suis spolianuerit.*

8 *Constantinus Imperator disponens res clericorũ unicuique ciuitati, prospexit, ut clerus sufficitia emolumenta perciperet.*

9 *Witcleff probauit, quod fecit aduersus clericos Iulianus.*

10 *Iulianus, Iudæi, & Witcleuistæ, quòd sint termi raptores, in eiusdem ternæ blasphemiæ massa concordes.*

11 *Witcleuistæ, quòd debeant dici apostatæ a principe suæ hæreseos, non Cæsarei.*

1 GLamant † impij Witcleuistæ, & in paginis suis scribunt; clericos, & prælatos catholicas, esse Cæsareos. Tu aũt homo Dei noli turbari, canẽ ideo relicturus ecclesiam: sed fuge proteruiam. Iniuriã duplicant, & hæresim suam non minuunt: quia contumeliam clericis intentant, de nomine Cæsaris, & Cæsari derogant in contumeliam clericorum. Nouerint contemptores, nomen Cæsaris gloriosum, sub descriptione cuius, & huius nominis attestatione certissima, Rex gloriæ, carnis sumpsit initia: qui electos suos antè deseri-
Matt.22 Act.25 2 pserat in æternitate. Huic nomini Christus attulit reuerentiam, iubens nominatim, Cæsari dare quæ Cæsaris erant. Huic item Paulus non modi cum detulit, cum Cæsarem appellauit. Hunc pri-
Tertullia. mitiuæ Ecclesiæ sancti, quanuis paganum, & psecutorem sanctorum, sic decreuerunt accipere, quasi institutum eis, à domino. Vnde TERT. in suo apologetico cap. 34. Quod ego amplius de religione, atque pietate Christiana in imperatore: quem necesse est suspiciamus, ut eũ quẽ dominus noster elegit, ut meritò dixerim, noster est magis Cæsar à nostro Deo constitutus. Et infrà, Si homo sit, interest homini Deo cre- C dere: satis habet appellari imperator: Grande, & hoc nomen est quod à Deo traditur negat illum imperatorem: qui Deum dicit. Hæc ille. AVCTOR. Antiquus est mos hæreticis super no-
3 mine Cæsaris, exasperare catholicos, & quando possunt pro se ad sanctorum inuidiam, quan-
Amb.To.3 do hoc non possunt, impatientia strangulati, Cæsaris semper nomen obtendunt iniuriæ, pro ut Arrianos notat AMBROS. libro. 7. epistolarum, epistola contra Auxentiam. Semper ne de Cæsare, seruulus Dei, inuidia commouetur, & hoc ad calumniam sibi arcessit impietas ut imperiale nomen obtendat: & possint dicere, quòd eorum non habeant sacrilegium, quorum imitantur magisterium. Hæc ille. Sed infra uersus finem epistolæ moderatur, AMBROS. reuerentiam debitam Cæsari, cum Ecclesia Christi, & priuilegio clericali. Accipiant (inquiens,) obedientiæ magistrum, cui nos inhæremus, dicentes ijs: qui nobis de imperatore inuidiam faciunt. Soluimus quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: tributum Cæsaris est, non negatur: Ecclesia Dei est, Cæsari utique non adijcitur: quia ius Cæsaris non potest esse Dei templum. Quod cum honorificentia imperatores dictum nemo potest negare, quid enim honorificentius, quàm ut imperator filius Ecclesiæ † esse dicatur, quod cum dicitur, sine pec cato dicitur, cum gratia dicitur imperator, intra Ecclesiam non supra Ecclesiam est. Bonus enim imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non
5 refutat. Hæc ille. AVCT. Monstrant † ergo Witcleuistæ hæretici, se patulos peruersores, peruertunt enim scripturam, peruertunt Ecclesiam, imperiumque peruertunt, dum Ecclesiæ ordines subdunt Cæsareis titulis, & in dedecus Cæsaris, nomen gloriæ suæ, ad exteros obliqué deriuant, dicent, sed dotationes, & dotationis B suæ munera uos transformant, unde & nomen in uos cum forma conueniant. Non in nos tan-
6 tum † sed in cunctos sanctos antistites, quos hæc dona Cæsaris tetigerunt, hanc struis contumeliam nominis, ut uocitentur Cæsarei. Et erit Syluester Cæsareus, Marcus, Iulius, Liberius, Damasus, Ciricius, Anastasius, omnes Cæsarei, sacerdotes. Sed quos dices eos fuisse, quibus ante istos, & hunc Cæsarem, possessionibus suis retentis, agrorum, & domorum, & rerum immobilium diuitiæ redundabant? Dixi tibi in libro. 4. de Vrbano sancto qui hoc instituit fieri. Cui in eadem rerum forma successerunt Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Syxtus, Dionysius, Felix Eutitianus, Caius, Marcellus, Eusebius, Melchiades: omnes sancti patres & omnes fere martyres, & sine cæsare, & ante cæsarem possessores, & ante Syluestrum una cum sacerdotibus, & clericis qui tunc instaurabant ecclesias, dotem quam poterant retinebant. Stulti non a donis cæsaris possent esse Cæsarei, iam prouide istis nomen, & Ecclesiæ Christi per tuam blasphemiam sacerdotes tripharios, & clericos tripertitos. Adde, & his sanctos patres, Augustinum, Ambrosium, Hilarium, Ioannem, quos omnes, quia ministrauerint donaria Cæsaris, audeas appellare Cæsareos, sisque conformis Iuliano magistro tuo, Pelagio hæretico, quem propter falsas imputationes suas inuitauit AVGVSTIN. ut tot sanctos patres simili causa cogente diceret Manicheos, libro. 3. contra Iulianum, capit. *13. Si (inquit) per sanctos Antistites Dei, memorabilesque doctores, Irenæum, Cyprianum, Retitium, Olympiũ, Hilarium, Ambrosium, Gregorium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, constupra-
A uerunt Ecclesiam Manichæi: die mihi Iulia-
8 ne quæ te peperit utrum casta, an uerò meretrix in lucem quam deseruisti per uterum gratiæ spiritualis enixa est: an ut dogmata Pelagiana defendas, cõiugis Christi, & tuæ matris uiscera, instinctu nepharii, non erroris, sed furoris infamas. Vsq; adeò. n. contra uetustam pulchritudinem Saræ, non inuenit q̃ nouitia deformitas mentiretur: ut tot episcoporum, glorioſorum, catholicorum, in tanta sniarum suarum manifestatione, consensum in quibus* sint ne Manichæi, necne, non audierunt Manichæorum blasphemia erimi-
netur. Hæc ille. AVCT. Hac ipsa serie oratio minis intromissis arguatur, Witeleff Si per san- B ctos antistites Dei, memorabilesque doctores, tam orientalis quàm occidentalis ecclesiæ, Cyprianum, Aurelium, Hilarium, Ambrosium, Gregorium, Nazianzenum, Basilium, germanumq; eius Gregorium, Nicenum Martinum, Nicolaũ, Epiphanium, Ioannem Chrysostomum, Innocentium, & Fulgentium, summosque pontifices, quos supra recolimus constupraverunt ecclesiam Manichæi sint sacerdotes Cæsarei: dic nobis Witeleff, quæ te peperit, utrum casta an meretrix: an ut falsa dogmata tua defendas, matris tuæ uiscera, instinctu furoris infamas. Vsque adeò non inuenit quid nouitia tua deformitas mentiretur, nisi tot episcoporum glorioſorum catholicorum, in hac dotatione consensum, Cæsareorum blasphemia criminetur. Omnes isti de dote Cæsaris quam acceperint, uixerunt & mini-
Lu.14. strauerunt ecclesiis. Omnes ergo isti patres innumeri, criminantur, blasphemantur, condemnantur pręuaricatores euangelii & sacerdotes Cæsarei, ex ore unius nouelli satellitis, prætextu huius Euangelici: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Cum ante istos peruenit quàm stolidus, quàm ignarus, putas uincendus est legib. nec stupeat. Et quid superiori lib. 5. ubi de sacra-
mento ordinis scripserim, probaui eos omnes a Cæsare Iuliano, Cæsareos, pro eo quòd eius apostaticam peruersitatem in hoc errore sequũ
7 tur, & aliis. Iam † & Manichæos & Iudæos esse simili ratione conuincam: unde ipse Iulianus ab ipsis Christi clericis tyrannidem suam exordiens, eos bonis, & priuilegiis spoliauit, retorquens in eos hoc idem quo iam Witeleff utitur, contra nostros. CASSIODORO scribente lib. 6. tripertitæ historiæ, capitul. 7. Clericis (inquit) omnia priuilegia, honores consuetudinesque subtraxit, & leges positas pro eis soluit. Ipsosque curiæ tradidit, simul & uirgines, atq; uiduas, quæ pro penuria inter clericos pascebãtur, iussit exigi, ea quæ dudũ à publico ac
8 cepisse uidebantur. † Constantinus. n. Imperator disponens res clericorum unicuiq; ciuitati prospexit, ut clerus sufficientia emolumenta pcipe-
ret: & hoc lege firmauit: q̃ hactenus mortuo Iuliano seruatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † qd
9 Iulianus fecit, Witeleff probauit, utique hac una auctoritate contentus: Qui non renunciauerit &c. Quia q̃ Witeleff de ueteri lege pro paupertate Leuitarum assumpsit, si respondeatur soli legi congruum fuisse, non gratiæ: nihil habet quod sumat contra clericos, nisi quod Iulianus accepit. Nisi quis renunciauerit &c. Et in hoc fatebatur iustitiam habere Iulianum, & uerum sensum euangelii Iesu Christi: sicut quidam dixit he- C reticus Donatista quem alloquens AVGVST. hoc uersu psal. 36. *Qui ceciderit non conturbabitur. Recito (inquit) preces ad apostatam imperatorem cui dixisti, quòd iustitia sola apud eum locum habet. An forte apostasia Iulianiana, pars euangelii tibi uidetur? Ecce mendacem te teneo quid de me dixisti quod credi debeat. Hæc ille. AVCTOR. Dicas sacerdos à pote state die Witeleff Cæsareę: si apostasia Iuliani tyrannizantis in clericos: pars euangelii j tibi uidetur, nunquid in hac re sola iustitia apud eum locum habet, & apud Constantinum iniustitia? Atqui euangelium non dicit, Nisi quis clericus Lu.14 aut sacerdos: sed absolute, Nisi quis renunciauerit omnib. non potest meus esse discipulus: ideo apud Iulianum tuum completa iustitia locum habuit, quia ad eam paupertatem compulit, nõ tantum clericos, sed & quoslibet Christianos, sic spolians omnes, sicut & prius clericos spoliauit
C inferens semper sic statuisse magistrum eorum: quòd nisi quis reliquisset omnia, non posset eius esse discipulus. Permisitque Iudæis hoc idem facere Christianis: quos fouit, liberos quoque fecit, & eis ob inuidiam Christianorum Hierosolymam tradidit, ut ibi Cassiodorus scribit. Qui iam alumni facti perfidi Iuliani antiquum furorem, ad rapinas bonorum fidelium innouare cœperunt in synagogis suis, sub nomine Nazaræorum, sicut & Iulianus ipse sub nomine Galilæorum: ut dolenter scribit Hier.To.6 HIERONIMVS. libr. 1. commentariorum Amos.1. super Amos, textu, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non corripiam. Quod de Esau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos, & populum Christianum. Illi etenim terreni & sanguinarii persecuti sunt fratrem suum Iacob qui eos supplantauit & abstulit primogenita eorum & persecuti sunt in gladio, ita ut substantias, possessionesque credẽtiũ, publicè rape,

*Imperator intra non supra Ecclesiam.

*Sunt quidem Manichæi nec tamen audiunt.

Cæsarei nũcupantur ob locum cui habitat.

Aug. Epist. inde.

*Cum ceciderit nõ collidetur. Psa.37. Aug To.8 Concione secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent,quod in Apostolorum actibus legimus. Et A
uiolauerunt* matrē suam,& iura naturæ:obliti 1
que sunt matris suæ Rebeccæ, quæ interpretat patientia,& simul eos generauit in Christo: & antiquum furorem & iracundiam tenentes, usque hodie in synagogis suis,sub nomine Nazaræorum,blasphemāt populum Christianum:& dummodo nos interficiant,uolunt igne comburi.Hæc ille. AVCTOR.Ecce raptores terni in
10 eiusdem ternæ blasphemiæ massa concordes, Iulianus,Iudæi, Witcleuistæ. Sub nomine Galilæorum spoliat Iulianus fideles,sub nomine Cęsareorum Witcleuistæ.Addamus his tribus sceleribus Edon, Manichæos: ut Deus secundum prædictam prophetiam super quatuor non conuertat ipsos hoc errore detentos: sic Augustinus redarguit,lib.de moribus ecclesiæ cap.*65. 2
AVG. Quid calumniamini cp fideles iam baptismate renouati procreare filios,agros & domos pecuniamque ullam possidere non debeāt? Permittit hæc Paulus.Et infra*cap. 66. Qui lucem scripturarum vanis umbris obnubilare conami
ni nolite iam dicere cathecuminis licere uti cō iugibus,fidelibus autem non licere:Cathecumenis licere habere pecuniam, fidelibus non licere.Nam & multi sunt,qui utuntur,tanq nō utētes.Hæc ille.AVCTOR. Gaudeant Witcleuia
11 stæ† tot se iam habituros in errore consortes: sed ut à potiori quoque nomen accipiant, quià Iuliano Cæsari in Christianorum potissime clericorum expropriatate conueniunt omnes etiā Witcleuistæ:à principe suæ hæresos non Cæsarei,sed Apostatæ dici debent.

*Aug. To.1 *35*

**eodem. * Veritatis.*

Expropriatas, pprij ablatio.

ORNATVS ET RITVS SOLENNES ecclesiæ ritè esse institutos.

DOCTRINA VIII.

SVMMA.

1 *Witeleuistæ,quòd de ritibus,& moribus honestis quos in sacramentis celebrandis,aut in sacris dispensandis ad laudem Dei inuenit ecclesia,dicunt prælatorum auaritiam sapere,& ambitum sacerdotum.*
2 *Christus,quòd notatus fuerit ambitus à Phariseis,& scribis.*
3 *Christus,quare nudatus pristinis uestibus,fuerit indutus chlamyde coccinea.*
4 *Clero quæ sint obseruanda.*
5 *Tradita à domino,& ab Apostolo,quòd non omnia sint scripta.*
6 *Apostoli,seu ecclesiæ primitiuæ principes,quòd non euaserint auaritiæ,quæstus, & commodi notam.*

EXacerbauerent† item Witcleuistæ eloquia Dei frequenter populum cōmo uentes in prædicationibus & priuatis tractatibus quod omnes honesti ritus & mores, quos in sacramentis celebrandis aut in sacris dispensandis ad laudem Dei inuenit ecclesia, prælatorum auaritiam sapiunt, & ambitum sacerdotum:inde docēt populos spernere dies festos,ornatus ecclesiæ,sacras orationes in missis assignatas officijs, sanctificationes uestium,habitus sacrorum usibus applicitos,& quicquid ad eximium Dei cultum,sanctorū peritia,suggerente Deo,constituit,in auaritiā clericorum peruertunt. Tu autem homo Dei hæc inter omnia mala fuge,scieus primò seruo sussi
cere,si sit sicut dominus eius.† At nunquid impij Pharisæi & scribæ cum sacerdotibus Iudæorū, 2
hoc crimen ambitus terreni impij obiecerunt in Iesum,dicentes cum prædicare,signa ostēdere,ut se regem statuat Iudæorum? Qđ Romani B
milites pluries audiendo tandem ad illudendum assumpserunt dicentes ei,Aue rex Iudæorū; pro ut notat HIERON. in commentario † super Matthæum in eundem locum.Milites(inquiēs) quia rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei Scribæ & sacerdotes crimen obiecerunt, cp sibi in populo Israel usurparet imperium:hunc illudentes faciunt,ut nudatum pristinis uestib. induant chlamydem coccineam pro ruffo limbo, quo reges utebantur uetere', & pro diademate imponant ei coronam spineam,pro sceptro regali dent calamum,& adorēt quasi regem. Hæc ille. AVCTOR.Iam Pharisæos istos non cernimus:sed loco ipsorum hæretici surrexerunt,qui ēt sicut Pharisæi à diuisione dūr. Ipsorum Scribæ,Christi scripturas legentes, ipsorumq; Lollardici sacerdotes funesta sacra tradentes, iam una contra sponsam Christi,corpus Christi, sicut illi contra Christum, machinas construunt C
& easdem.Eandem auaritiæ notam in Christū, ut regnet:& in ecclesiam,ut insatiabiles quæstus assumat,aspergunt. Sequuntur magistros suos discipuli dociles.Quomodo autem imputationem istam possent rectores ecclesiarum euadere?quis docebit?Dicent forsan,ut solent,Tenete nudas obseruantias,quas Christus probauit, & primitiua ecclesia.Interrogo ego ubi eas inueniam,si non hæ sunt,quas tradidit ecclesia?† Di 4
cent,In euangelio & scripturis.Sed ubi euangelium dicit, aut scriptura Canonica, cp tantùm hunc modum celebrandi,uel baptizādi,aut psallendi Christus seruauit, Euangelista dicente in 5
eodem†euangelio multa fecisse IESVM, quæ non sunt scripta in libro hoc?& Paulo item dicēte,Tenete traditiones quas tradidi uobis,siue p sermonem,siue per epistolam?Qua fronte igi-

tur imperiti isti compellēt ecclesiam ad hoc so A
lum seruandum,quod scriptum inueniunt,quando nulla scriptura dicit hoc solū, & nihil aliud fecisse,uel dixisse Christum, non alios Apostolos:immo multa alia eos statuisse confirmat, q cùm ecclesia seruat,ritè obseruat:& ipsi temere dimittentes,contra Christi monita & Apostolorum eius,damnationis suæ focos accumulant. Sed nedum ad hoc,quod interrogo, satisfacit dicens:Tenete nudas obseruantias primas Christi,& sanctorum.Non enim dico Christum eas conseruasse,& tamen auaritiæ notam, quam nobis imponitis,non euasit.Nec dices de Apostolis:nec tamen euaserunt & ipsi.Vnde iudex qui
6 dam† Paganus scribens contra Christianos libellum,dicit Apostolos Christi piscatores fuisse & pauperes:& ideo talem seminasse doctrinam notissimi quæstus:prout tradit Lactantius lib.5.diuinarum Institutionum ca.2.* Bene(in- B
quiens)quòd nihil dicit aut nihil intellexit:tantum enim abest a diuinis literis repugnātia,quātum ille absuit à fide & ueritate:præcipuè quia Petrum,Paulumque lacerauit, cæterosq; discipulos,tanquam doctrinæ seminatores, quos tamen rudes & indoctos fuisse testatus est. Nam quosdam eorum piscatoriæ artificio fecisse qflum cùm ægrè ferret, cp illam rem non ARISTOphanes aut Aristarchus commentatus sit &c.Et sequitur in ca.3.Non igitur quæstus & commodi gratia religionem istam commēti sunt, qp pe qui præceptis & re ipsa,ipsam uitam sequuti',quæ & uoluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis,spernit. Hæc ille.AVCT.Ecce principes ecclesiæ primitiuæ post Christum nolantur ex sola prædicatione,nota quæstus & cōmodi,cum tamen pauperrimi uiri cuncta spernerent,quæ haberi possent in bonis. Nec apud gentiles tūn,sed etiam apud Christianos Corin- C
thios Paulus ad hoc purgandum,solebat in stare sollicitus,& miro modò,cum nec quicquam ab ipsis accipere?sed qa magno dolo eū putare possent hoc facere,& ipsi tā grata merita,maiori q offerebant:munere compensarent: pp hoc se purgare uolens interrogat,Ego non grauani uos,sed ut astutus dolo uos cepi.Vbi in expositione solenni AMBROS. Oia quæ possent ex aduerso proponi non tacet, ut se purget p oia: qa nihil p circumuentionem egit apud eos,sed in simplicitate semel sibi pspicies his duplici genere,ut & apud Deum puideret,& hic cēsū eo- 1
rum non quæreret:sibi aūt hoc sufficeret quod à dño promissum est in futurum.Fortè.n.suspicarētur illū contēpsisse,qa parua erant q offere 2
bant,ut maiora consequeret,& circumspiciens merita sua,nō pecuniā refutaret:sed numerū,in 3
dignū se existimās,cōtemneret. Sequr. Quod

A cōpositum Apostoli astutia intelligerent, ut qđ egit nō p contemptum,sed p auaritiam egisse probaretur.Hæc ille. AVCT. Nolite ergo in ministerijs uestris turbari sancti Præsules,nolite sacerdotes Christi aut religiosi uiri & prædicatores egregij:Non sic circumferamini omni uē toso uerbo suspicionis hæretici:aut sacrales orationes & ritus, quos sanxit ecclesia,dimittatis. 1.cor.4
Qui iudicat unūquenque nostrum, qua conscia rem formet, dns est.Sed proinde minimum est uiris catholicis,ut ab hrtico iudicent uel ab humano die:q a qdquid qualitercunq;fecerit apud impiū Witcleuistā,auaritiæ, uel alterius mali suspiciosa imputatione nō carebit.Igit erat (ut dixi)qđ Apostous de eo scribens ait, qđ sit sup 1.To 6.
bus nihil sciens,sed languēs circa pugnas uerborum,ex qbus lites, blasphemiæ & suspiciones malę,& conflictationes hoīum mente corrupto Ad Tit 1
rū.Et ut alibi dicit.Oīa munda mundis:coinquinatis aūt & infidelibus nihil mūdū:sed & coinq natæ sunt eorū mens & conscia,cum sint aluminati & incredibiles ad omne opus bonum reprobi,oēs homines ex seipsis metiētes:Deus aūt so Aug.To.2
lus ē,cui dici pōt: Tu cognouisti semitas meas. Ps.138
Vnde Aug.in expositione illius Psalmi.Quis autem nouit uias istas hominis,fratres mei? nullus uerē,nisi ille,cui dictum est,Tu cognouisti semitas meas.Omnia.n.facta humana ante oculos hominum,incertum est quo corde fiant. Quam multi impij,metientes nos ex semetipsis,dicūt de nobis,cp ista in ecclesia quærimus: honores, laudes,utilitates tpales?Quam multi dūt ,ppter hoc me loq uobis,ut acclametis & laudetis me, & hunc hēre me finem,& hanc intētionē cū loquor?Et qūo eis ostendam non ea intētione me loqui?Restat ut dicam, Tu cognouisti semitas meas.Qūo.n.illi sciunt cp nec uos scitis?Neque C
enim ego meipsum iudico,qui enim iudicat me dominus est.Hæc ille.

¶SIGNA EXTERIORA ET CEREmonialia non esse tollenda eo quòd signata sint potiora.

DOCTRINA. IX.

SVMMA.

Argutia,& repagulum generale Witcleff contra sanctos ritus,& sacramentales,uel religiosas obseruantias. 1
Triticum,& Lolium,de quibus in euāgelio,quid denotent. 2
Deus cùm sit pronior ad ueniam,quàm ad uindictam,tolerat minora bona. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus, quare tolerauit Iudam.

5 *Christus, quòd malum toleret, ne bonũ destruatur, aut deseratur.*

6 *Christus, quid in Phariſæis redarguerit. ET quomodo oporteat maiora facere, et minora non omittere.*

7 *Rabanus quid dicat ſuper dictum Chriſti, munda prius quod intus eſt, & deinde id, quod deforis eſt, munda.*

8 *Deus, quòd utranque naturam ad honorẽ ſuum, mundari deſideret.*

9 *Maius quomodo ſollicitè cuſtodire iubemur ut id quod minus eſt, omnimodè compleamus.*

10 *Gregorius quid dicat ſuper illud Ezechielis ubi menſarum labia metiebantur palmo. & c. quomodo maiora præponderat, ſed minora non abiicit.*

1 †Vpereſt adhuc una fundamentalis argutia noſtri Witcleff, contra ſanctos ritus, & ſacramentales, uel religioſas obſeruantias repagulum generale, quam uolo cognoſcat & cognitam fugiat homo Dei. Solet enim dicere irreligioſe, Iſti præponderãt ritu ſignorum, & traditiones humanas, ex preſsis in lege dñi, & obſeruantia mandatorum: Melius ergo eſt ſine ſignis introductis ad onus eccleſiæ, obſeruare purè traditiones Chriſti & Apoſtolorum: quia ſignata per ſe ſufficiunt ſine ſignis, ſicut per tonſam coronam, ſignatur nuditas temporalium bonorum in clericis; p albam, munditia carnis in presbytero: per mitram, diligens ſtudium utriuſq; teſtamenti in epiſcopo: p cappam latam, latitudo charitatis, in religioſo. Sed in his ſignis ſeminantur ſpiſſa mendacia. Tollantur ergo, quæ ſic præponderantur obſeruantiæ mandatorum: tollantur baſilicæ eccleſiarum, in quarum fulgore plus nimium gloriãtur; tollantur dedicationes earum, tollantur preces canonis in miſſa, ritus ordinandorum, baptiſmi pœnitentiæ, & omnium ſacramentorum. AVC. Quis huic argutiæ Lollardinæ fidelis aures ſuas exponat, quam de abyſſo hæreticæ mentis ſuæ ſine probatione catholicæ legis immo Chriſti iuſſioni planè contrariam, exſufflat? Ecce ſerui patrifamilias, lolio deprehenſo in agro tritici, dixerunt, Vis, imus colligimus illud? reſpondit, Non: ſed ſinite utraque creſcere uſque ad meſſem, nè forte extirpantes zizania eradicetis ſimiliter & triticum. Iſtud triticum 2 eſt ſacer ritus † ſacramentalis, aut ueſtis ſacra, uel præclara baſilica ad Dei cultum facta, ſi præponderetur diuino cultui, ipſa præponderantia lolium eſt, nè triticum ſacri ritus aſpernas. Ne præponderantiam fugias iubet Chriſtus: imò potius ſinite utraque creſcere, ſacrum cum execrato, decus uirtutum cum uitio, quouſque ueniet meſſis, diuinæ ſcilicet inſpirationis, aut euangelicæ prædicationis, quæ culpam creſcentem demetat in gladio uerbi Dei, & ſacra conſtruat. Prouocat ad mundandum deum minora.

† Plus ergo pater amabilis quod honeſtum eſt, 3 diligit, quàm quod inhoneſtum eſt abhorreat: pro cuius incolumitate ſeruanda, toleran- dum indicat in honeſtum: ſic tolerauit, Iudam in diſpenſatione, quem ſciuit plus furto ſuo, quàm pauperibus indulgere. Non enim quandoque cũ ſæuo Witcleff † officium diſpenſationis deſtruxit, non loculos diſſipauit: ſicut nec officium prędicationis, quam ille per ſuã hypocriſim maculauit, præponderans in eo ſuam auaritiam honori Dei, & animarum ſaluti. † ſi ergo malum tolerat Chriſtus, ne bonum deſtruatur aut deſeratur, qs bonum minus, cum maiori bono non efficiet ordine ſeruato, cum præponderatione maioris? Lege euangelium Chriſti per loca donec uenias ad octauum, Væ. Phariſæorum, ubi redarguens illos, q̃ præponderarent iuramentum in aurum templi, templo: in donum altaris, altari: non iuſſit templum tolli uel aurum, uel altare, uel donum, ſed præponderationem peccatricem redarguit, & docuit aurum eſſe ſanctum & uenerandum ex templo, & donum ex altari: & per hoc uel in altari præſtantius iuramentum. Increpat eos item, quòd calices & paropſides diligenter mundarent, cum ipſi eſſent intus pleni rapina: non iuſſit rumpere calices, aut non de cætero mundare paropſides: ſed ſignata ſignis adaptans munda (inquit) prius q̃ intus eſt. Culpa item graviter, quod decimabãt mentam, anethum, & oẽ holus, relinquentes iudicium & miſericordiam, quæ ſunt grauiora legis. Et quid cenſuit? Nunq̃d dimittere iſtas decimationes, quas ſic præpõderarunt grauioribus legis? Planè non: Dicit enim, hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Ex hac 4 practica Saluatoris attendent Chriſti fideles, ſi præponderet quis fulgentem eccleſiam, aut preciſam crucem, aut precem ſolennem aut cantũ ſuauem, grauioribus legis Chriſti, neutrum contẽnere: ſed pondera reformare habens ſemper præ oculis, q̃ hæc oportet facere, & illa non omittere honorem Dei, ſ. præcipuè cogitans, & licitos ritus, & ſigna exteriora ordinata perficiens. ſicẽ & Chriſtus, qui iuſſit orare patrem in abſcõ 5 dito, ſigna tamẽ † exteriora mandauit, dicens: ui deant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui eſt in cælis. Mundemus igitur prius q̃ intus eſt non tantum, ſed etiam per exteriorẽ cultum in preciosis ueſtibus, ſacris ædificiis, picturis, & uaſis, etiam quod foris eſt, ut honoretur Deus in omnibus. Sic. n. Chriſtus ait, munda prius quod intus eſt & deinde id quod deforis ẽ, munda. Super quod in expoſitione Matthæi RABA. Hoc eſt munda prius cor & conſcientiam a concu-

7 concupiſcentia † & prauis deſideriis, a fraude & A dolo, quàm foris ſis oſtendens per opera ſanctitatem. Stulti, nonne qui fecit q̃ foris eſt, etiã id quod intus eſt fecit? Qui (inquam) naturam hominis fecit, utramque mundari deſiderat. Hoc contra Manichæus, qui animam tantùm a Deo, carnem uerò putant à Diabolo creatam. Hæc ille. AVGVST. Nec hoc tantùm contra Manichæos, ſed ſequentius contra Witcleff, qui non mundauerit corpus corporalibus ſignis quia ſufficit a- 1 2 nimam mundari ſignatis: cùm tamen Deus ad
8 honorem ſuum utranque † naturam mundari de- 3 ſideret, qui fecit. Stulti (inquit) nonne qui fecit quod foris eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Et quamuis corpus minus eſt, anima uerò maius: 4 & quanquam quidam præponderant corpus animæ, non ideo iubet corpus abiicere: ſicut dicit 5 Chriſtus in euangelio? Nonne corpus plus eſt q̃ 6 eſca, & anima q̃ ueſtimentum? nec tamen p̃ponderantes eſcam corpori, aut animæ ueſtimẽtum 7 iubet abiicere regulariter ueſtimentũ & eſcam. B
9 † ita quoque maius ſollicitè cuſtodire iubemur: 8 ut id q̃ minus eſt, omnimode compleamus: ſciẽtes illud eſſe Sapientes, Qui *minora contemnit, paulatim decidit. & illud Palladii, Vbi exteriora 9 non coluntur agrorum, interiora non uacant pe- 10 riculis: ideo ſuper illud Ezechielis. Vbi menſarũ 11 labia metiebantur palmo, Homilia *31. GREG.
10 Penſandum † quippe, q̃ in palmo digitus maior 12 ac minor tenditur: quid uerè in maiori ac minori digito, niſi magna & extrema actio deſignatur? Palmum uero menſæ in labio habeant, quatenus in doctorum ſuorum prædicatione auditor euigilet. Et ſic ex eorum admonitione opera 13 magna faciat, ut agere & minima non omittat: 14 ſic minimis intentus ſit, ut piger in agendis maioribus non ſit. Vnde per euangelium ueritas di- 15 cit. Væ uobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui 16 decimatis mentham & anethum, & cyminum, C 17 & relinquitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, & fidem; hæc oportuit facere & illa non omittere. Per iudicium quippe & miſericordiã & fidem, maior digitus operationis oſtenditur: per mentham uerò anethum & cyminum, digitus procul dubio minimus figuratur. Hac ergo oportuit facere & illa non omittere: quia ſi opus noſtrum palmo metiri nolumus, ſic neceſſe eſt, ut tendatur minimus, quatenus maior digitus non *abſtrahatur. Hæc Witcleff AVCT. Ecce maiora præponderat Gregorius, ſed minora uon abiicit: immo ſic magna opera faciat (inquit) ut agere minima non omittat. Ita ſemper uſque ad hæc tempora fuit & eſt doctrina catholica.

¶ NON SOLVM PRAELATOS EC clesiæ in primitiua Eccleſia, ſed etiam in omni tempore audiendos eſſe.

DOCTRINA X.

S V M M A.

Excuſabiles qui ſint a peccato infidelitatis.
Chriſtus, quòd per eccleſiam ſuam uenerit ad gentes, & per Eccleſiam loquatur gentibus.
Chriſti dictum in cruce, ſ. Pater ignoſce illis &c. quòd non ad Crucifixores tantùm, ſed ad Paulũ poſtea ſæuientem pertinuerit.
Poteſtas ligandi & ſoluendi, quòd non Petro tãtum, ſed in Petro eccleſiæ data erat.
Hæretici uiri prima notitia quæ ſit.
Cyprianus quid dicat contra hæreticos, & ſchiſmaticos.
Euangelia quòd ſpernantur, ſi facta eccleſiæ ſpernantur.
Witcleuiſtæ fingentes Chriſti pauperiem honorare, quomodo noluerint modernis clericis & ſanctis chriſti credere, ſed Chriſto ſoli.
Epiſcoporum uitia ex Cypriano tanguntur.
Obediendum quod ſit Præpoſitis, etiam diſcolis.
Witcleff uox dicentis ſe nolle præpoſitis obedire.
Chriſto, & Petro ſimiles prælatos exigunt Wicleuiſtæ, ut eis obediant.
Eccleſiam quòd contemnant inſani.
Errores Wicleff deſcribuntur.
Eccleſiæ gloria.
Eccleſiæ quare ſunt diuerſæ.
Angeli, quòd in aliquibus ab Eccleſia doceantur.
Ordo docendi Principatus, & ſummas poteſtates deſcribitur.

FOrſan non omnes hæretici tam planè ſtulteſcent, ſed dicent (occultius tamen idem) quòd ſanctis antiquis bene credunt, & quod fidem habeant documentis maximè illorũ, qui in primitiuis docebant eccleſiis. Præſentis autem temporis epis & clericis non tenentur fidem dare docentibus, aut eorum ſtare decretis: quia dote Cæſarea, & aliis conſuetudinib. ſunt ſubuerſi. Tu dico homo Matt. 15
Dei hæc fuge, noſcaſq; iõ dixiſſe Chriſtum Matthæi. 15. ſuis diſcipulis, pro gentib. ad quas miſit illos ꝓdicare uerbum ſuum: Si ſermonem meũ ſeruauerint, & ueſtrum ſeruabunt: & ne dicerent hæretici, ſed non ueſtrum, qui hodie eſtis ſacerdotes: immo cunctorum clericorum, ſermonẽ Chriſti in eodem diſcipulatu loquentium: ſicut dicit Chryſoſtomus. Ea quæ loquutus eſt

Scribis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scribis Christus de ædificantibus sepulchra mortuorum, non tantùm illis tunc præsentibus, sed post modum nascituris dicit: quia si solis illis hæc dixisset, dicta fuissent, non autem scripta: dicta propter illos, scripta propter istos, Homilia. 42. imperfecti. Multò magis qui ad potestatem uerbi pertinent, in ecclesia omnibus nùc sacerdotibus in forma Christi promerentibus pertinet quod dicit, Si sermonem meũ seruauerint, & uestrum seruabunt. Sicut illud quod sequitur, Nunc autem excusationem non habẽt de peccato suo, sicut AVGVSTIN. ibi super Ioã. 89. præmittens illos ad quos nõ uenit Christus.

Crisost. To. 2

Excusabiles à peccato infidelitatis. Aug. To. 9

1 Respondeo (inquit) illos habere † excusationẽ nõ de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quo in Christo non credidérunt ad quos non uenit, & quibus non est loquutus: sed non in eo sunt numero ij, ad quos in discipulis uenit, & quibus est loquutus per discipulos, quòd & nunc facit: nã per ecclesiam suam uenit ad gentes, & per eccle- B
2 siam suam loquitur gẽtibus. † Ad hoc enim pertinet quod ait, Qui uos recipit, me recipit, & qui uos spernit, me spernit. An uultis (inquit) Apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui loquitur in me Christus? Hæc ille. AVCTOR. 7
3 Et ita sicut quod Christus in cruce dicit, † Pater ignosce illis, non ad crucifixores tantùm, immo etiam ad Paulum pertinuit postea sæuientem, secundum August. in lib. de symbolo ante mediũ.

Matt. 10. Luc. 10. 2. Cor. 13

Matt. 17 Lu. 23.

Aug. To. 9.

4 Et sicut quòd potestas ligandi † & soluendi non Petro tantùm, sed in Petro, ecclesiæ data erat, auctor est Augustinus super Ioannem Homilia ultima ita non dubium est, cunctis dictum esse sacerdotibus, pro auersantibus sermones Christi.

Matt. 18.

Qui uos spernit, me spernit. Quomodo enim sint sermones Christi in ore eorum, qui nec sermonem Christi seruauerũt? † Et hæc prima notitia uiri hæretici, si sacerdotes contemnit, si cleri 8
5 cos Christi, & ecclesiam eius spernit: quòd spernat & Christum. Vnde uenerabilis senex Cyprianus lib. contra hæreticos & schismaticos CY- C
6 PRIANVS. † An esse sibi cum Christo uidetur, qui aduersum sacerdotẽ Christi facit? Qui à clerici eius societate se secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat, hostis altaris, aduersus sacrificiũ Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, in obsequiis seruus, filius impius, frater inimicus: qui contemptis episcopis & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, 9
precem alteram, illicitis uota uocibus facere, dominicæ hostiæ ueritatem per falsa sacrificia profanare. Nec scit, quoniam qui contra Dei ordinationem nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur: sicut Chore & Dathan, & Abiron, qui contra Moysen & Aaron sacerdotes sacrificandi licentiam uendicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus pependerunt. Terra compaginibus ruptis in profundũ suum patuit, stantes, atquè uiuentes, recedentis soli hiatus absorbuit, Nec tantum eos, qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percussit, sed & cæteros ducẽtos quinquaginta eiusdẽ furoris participes & comites, qui * coagulati cum eisdẽ simul ad audaciam fuerãt exiens à domino ignis propera ultione consumpsit: ostendens contra Deũ fieri, quicquid improbi fuerint, ad destruendam ordinationem Dei, humana uolũtate conati. Hæc ille. AVCTOR. Et postea dicit illis peiores hos lapsos in fide, qui Christum coram persecutore atterriti pœnis, negauerint. Vides igitur quantum crimen est in fidem, contẽnere sacerdotes: non tamen deerunt eis excusationes in peccatis, Primò solent dicere, Sed de fidelibus hoc tenet, & in hoc (inquiũt) sequitur dominum nostrum Iesum Christum: in his autẽ quæ contrariè agunt, quis obedire iubebit? Quæso ego, quæ sunt aut qualia requiris, ut sequantur? Nunquid pro dote contendis, quam Christus nõ habuit, ideo reuelata habentes? Quomodo ergo non bene fecerint, qui scripta euangelia † cõtemserant, cùm scriptoribus ficte Christo soli adhærentes, qui euangelium non scripsit? sicut habet Augustinus, retractationum lib. 2. * capitulo. 42. super lib. de consensu Euangelistarum, AVGVST. Primus (inquiens) liber aduersus eos scriptus est, qui tanquam maximè sapientem Christum uel honorant, uel honorare se fingunt & ideo nolunt euangelijs credere, quia non ab illo illa conscripta sunt: sed ab eius discipulis, quos existimãt dignitatẽ, qua crederetur Deus, errore tribuisse. Hęc ille. AVCTOR. Ita Witcleuistæ putantes modernos clericos & sanctos Christi, iam † mille annis & amplius, errore dotem ecclesiæ occupare, fingentes Christi paupertatem honorare, illis nolunt credere, sed Christo soli, sicut isti hæretici, nec Christi discipulis. Qualiter iam, excusare uos potestis & eis excusationem abripere? Christus non scripsit, scripserunt Apostoli, quod si non, in hoc christo cõtrarij: Christus non possedit prædia, hi possident: qualiter nec hi à contrarietate tali salui, ante dotationem Cæsaream sacerdotes omnes & episcopi, quos iam supra hortatur tã ualidè Cyprianus in epistola, quã ad lapsos scribit: dicẽs CYPRIANVS. † Episcopi plurimi, quos & hortamento oportet esse cæteris & exemplo uidentur diuina procuratione cõtempta, procuratores rerum secularium fieri derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes negociationis quæstuosę nundinas aucupari, esuriẽtibus in ecclesia fratribus, habere argẽtũ largiter uelle, sundos

Num. 16

Aug. To. 7 Obediendum præpositis etiam discolis.

Abiron conabantur

Psal.

Witcleff

Euangelia spernere se fatetur ecclesia nunc

Aug. To. 9

Habet Speres.

Cap. 15

Aug. To.

Lu. 16.

imperat Ro. 13.

Matt. 20. Lu. 22.

Epist. Matt. 23.

dos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicãtibus fœnus augere. Hæc ille, AVCTOR. Et
10 replicat † Augustinus modum & uices in libr. 7 De baptismo contra Donatistas, ne etiam talibus communicatio negaretur. Ecce auari, raptores, desertores suæ plebis, negocijosi, fraudulenti, & nundinas aucupantes episcopi, & tamen ipsorum contemptor uocatur à Cypriano hostis altaris, sacrificio Christi rebellis, pro fido perfidus, pro religioso sacrilegus, filius impius, frater inimicus. Quare? Quia contemptis episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis Dei episcopis quoniam dicit eos esse oberrantes per prouincias, & esurientibus fratribus habere argentum largiter uelle: reputamit tamen Christi hostes & sacrilegos, qui constituerent aliud altare & sine eis precem aliam facere uellent: admiransque, si sibi cum Christo esse uideatur, qui aduersus Christi sacerdotes tacit, & à cleri eius societate
11 se secernit. † Agnosco tamen eius uocem, qui dicit: quis me iubet obedire uni Diabolo inceden- B
ti uiam Christo contrariam: & non magis eo derelicto sequi dominum nostrum Iesum Christum? Hæc ille. Vox Witcleff hæc est. Et si uis, quære dialogum Augusti. si hoc idem Contemptus non dicat de conflictu uitiorum & uirtutũ cap. 4. ubi in rubrica: Contemptus dicit. Quis tu es ut peioribus * obtusis, deterioribus famulatũ exhibeas? Te magis quàm illos decuerat imperare, qui tibi non possunt ingenio uel industria coæquari. Obtempera igitur magis domini imperio, & non sit tibi cura de aliquo. Subiectio respondet. Si domini obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Ipse enim dicit, Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit. Ita (inquis) oportet: sed si talis, qui imperat, esset qualis debet esse, non est talis per quem Deus * imperaret. Sed Apostolus contra mon est potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Quales enim esse debeant ii, qui imperant non est à subditis discutiendum: & quidem primis ecclesiæ pastoribus dominus dicit, Scitis quod reges gentium dominantur eorum, uos autem non sic: sed qui uult in uobis esse maior, erit omnium seruus. Et tamen non omnes tales futuros præuidet, subiectorum omnium personas in discipulis assumens præmonuit, dicens, Super cathedram Moisi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt uobis facite, quæ autem faciunt facere nolite. Hæc ille. AVCTOR. In hoc amputata est Witcleistarum excusatio: quia cum dicunt, si esset talis Papa, aut talis episcopus, uel sacerdos, qui imperaret aut doceret, ut erat Petrus, uel Hilarius sequeremur eum, sed iam quid isti Papæ & Petro? Ita Witcleff cõtumax dicit: ita & hoc CONTEMPTVS assumpsit: sed redarguens eum cũ suo Witcleff, auctore Christo, SVBIECTIO. Qui uos spernit, me spernit: qa si sermonẽ meũ seruabunt, & uestrum seruabunt. Et quid dicitis,
12 † Witcleuistæ, quid Papæ & Petro? Da nobis talem Papam, aut talem presbyterum, & audiemus eum, Et cur fideles non ita dixerunt Petro & Paulo: Quid Petro isti cum Christo? Da nobis talem Christum & audiemus eum. Cur insanissimi Witcleuistæ; Quid Witcleff cum Petro? Da nobis talem Petrum, & audiemus eum.

Witcleff

Lu. 16.

imperat Ro. 13.

Matt. 20. Lu. 22.

Epist. Matt. 23.

Io. 15 Christo & Petro similes Witcleff exigit

Sed minor cæcitatem & surditatem uestram, q dominum non auditis imprecantem uobis octauum. Væ. Matthæi. 23. Væ uobis Pharisæi & Scribæ hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & dicitis, si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, non essemus socii eorum: ita, & uos qui dicitis, si fuissemus in diebus Petri & Pauli audiuissemus eos, non essemus socii Simonis Magi aut Alexandri ærarii. Si in diebus Augusti ni, Ambrosii Hieronymi, audiuissemus eos: non essemus socii Manichæi, Vigilantii, Auxentii, aut sæui Pelagii. Audite quod Christus uobis dicit, Itaque testimonium estis uobis, quoó filii estis eorum qui prophetas occiderunt, filii hæreticorum ueterum, qui illis patribus repugnarũt: quia iam eorum per ora doctorũ prolatis sententijs, repugnatis. Vnde Homilia 42. imperfecti. Chrysostomus. Cum audieritis aliquẽ beatificantem antiquos doctores, probate qualis est circa suos doctores: si enim illos, cum quib. uiuit, sustinet & honorat: sine dubio illos, si cum illis uixisset, honorasset, si autem suos contemnit, si cum illis uixisset, illos cõtempsisset. AVC. C
Cæca igitur responsio Witcleuistarum est, non esse sacerdotes tales sequendos, nisi sequantur dominum nostrum Christum, nam quia alia est ratio uitæ, alia cathedræ: sequela cathedræ non est uitanda propter uitam, dicente Christo, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere. Sed adhuc audite. Multi summi pontifices in Romana sede succedunt, & uario sacerdotũ sanctorum cœtu circuncincti: nam non semper ijdem commanent: multi post eos sunt episcopi sanctæ uitæ, multi etiam sacerdotes in ecclesia qui & orthodoxi sunt. Cur illos non auditis instruentes uos in recta fide? An omnes infideles sunt, qui Witcleuistæ non sunt? Omnes Græci, Illyrici, Hispani, Galli, & Indi, si sint. Hungari, Daci, Germani, Italici, Poloni, & noui sacri germinis Letuani catholici, & demum Anglici, Hibernici, Scoti, tot sancti penè innumeri sacerdotes, terrarum episcopi, & omnes cæci sunt & infideles, & tota ecclesia orbis terrarum à Ioanne cognomento impiæ uitæ, necesse habet quere-

Cleri. To. 2

Alia est ratio uitæ alia cathedræ.

re

Universidad de Deusto
Biblioteca

re quid uelit Christus in Euangelio de corpore suo in sacra Eucharistia, de dotalitiis spōsę suę, de necessitate futurorum, de ritibus sacramentorum, & alia: & sic penitus destitutam ritè fidei institutis, reliquit Christus sponsam suam ecclesiam orbis terrarum, ut adhæreat meritrici? Satis esset pro perenni supplicio tam immanis ambitio. Miseri & seducti, est ne tantilli uobis, Christum (ut dicitis) credere caput, & corpus eius sacrum diuellere? Symbolum inchoare cum Credo in Deum: & contra symbolum terminare cū, Nego ecclesiam catholicam? Sed credo plus quàm totam illam turbam, paucam Witcleff hæreticam, uelut arguit inuincibiliter magistros uestros in hoc scelere Donatistas lib. 3. contra Cresconium * cap. 53. AVGVSTINVS. Ipse dominus ait, Prædicabitur hoc euangelium in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. † Nisi fortè etiam in tātùm uos præcipitat insana superba, ut hoc quod prædictum est, de parte Donati putetis incipiendum, non ex illis ecclesiis, quas Apostoli plantauerunt, quibus non communicat pars Donati? An & ipsas, ut mundum impleat, rebaptizare conabitur cum catholica per cuncta crescente, illa etiam ipsa in Aphrica quotidie minuatur? O insana peruersitas hominum? Laudari te credis de Christo credendo quem non uides, & damnari te non credis de ecclesia, negando * quam uides. Cùm illud caput in cælo sit, hoc corpus in terra? Agnoscis Christum in eo, quod scriptum est: Exaltare super cælos Deus, & non agnoscis ecclesiam in eo, quod sequitur, Et super omnē terram gloria tua? Agnoscis Christum in eo, quod scriptum est, Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea &c. usque, Super uestem meam miserunt sortem: Et non agnoscis ecclesiam in eo quod paulòpòst sequitur, * Commemorabūtur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium? Agnoscis Christum in eo quod scriptum est, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: Et non agnoscis ecclesiam in eo, quod præsenti tempore testatur psalmus ipse. Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine, usque ad terminos orbis terræ. Corā illo decidēt Aethiopes, & inimici eius terrā lingēt. Reges Tharsis & insulę munera offerēt: reges Arabū & Sabba dona adducēt: adorabūt eum oēs reges terrę: oēs gētes seruiēt illi? Agnoscis Christū ubi dicit ad Iudæos, Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens, nec accipiam sacrificia de manibus uestris: quia utique Christi aduentus abstulit illa omnia sacrificia Iudæorum: & non agnoscis ecclesiam in eo, quod sequitur. Quoniam ab ortu Solis usque ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus? Hæc Augustinus. AVCTOR. Vides quantus horror est profiteri Christum: & corpus eius, sponsam eius nouam nuptam eius Ecclesiam, diffiteri? Sed dicitis, pro consuetudine peccandi, deserit deus homines, & fidem suam reuelat fidelibus. Sed quāto tempore (dicite) deseruit Deus Ecclesiam? Nunquid mille ducentis annis, & ut soletis dicere, à tempore Vrbani, qui intulit dotem, reliquit Christus Ecclesiam suam, abscondens fidem suam ab Epiphanio, Alexandro, Athanasio, Hilario, Martino, Nicolao, Sixto, Laurentio, Syluestro, Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, Githberto, Beda, Fulgentio & omnibus generaliter usque ad Witcleff, qui † primus abstulit orbi dotationem. Ecclesiæ, necessitatem baptismi, religiones, perfectas, & præsidentiam apostolici præsidis, contra legem Christi, in tantùm ut oēs episcopi sancti, & Christi martyres, qui non de his pœnitent, & fiunt, de secta Witcleff, sunt eo ipso damnati? Hæc audetis dicere, hæc scribere, O Witcleuistæ miseri cum uetusto Donato, sicut iam scripsit Augustinus? Nunquid in tantùm uos præcipitat humana superbia, ut fidem Christi post tot annos à parte Witcleff putetis incipiendam, & non ab ecclesiis, quas Apostoli plantauerunt, maximè à Romana, pro cuius Antistite rogauit Christus, ut non deficeret fides eius? Si autem cōtumaces permanseritis, producite testes, aut libros qui uobiscum testentur & damnent patres tanti seculi, qui omnes contra illum scriptis testantur & factis: producite, insto, proferte eos, muito, qui damnent, post eos præsentem ecclesiam, quam non accipitis. Hanc dico Christi ecclesiā super terram, quam tā dedignanter respuitis: hanc ecclesiam Christi per orbem terræ diffusam, pro qua probanda, scripturas assumpsit Augustinus iam supra, cuius caput in cælo & corpus in terra. Et demum † super omnem terram gloria tua, supple, est ecclesia, & conuertentur ad Deum uniuersi fines terræ. Et à flumine usq; ad terminos orbis terræ. Et adorabūt eū omnes reges terræ. Hæc (inquam) ecclesia militās super terram cur à uobis pro recta fide cōsequēda nō petitur? cur amplexāda synagoga Witcleff? Hæc quæ ipsum Witcleff nō nouit, sed fidē à Christo usque nunc bene nouit, pro uili contēnitur, Penè extra hominem factus stupeo, sed pompa supersedeo. Nolo hoc uerbo Christi furentem prouocare superbiam. Sordida secta Witcleff, qua fronte dedignaris ab ecclesia fide imbui, à qua doctrinam ueritatis accipiunt ciues cæli, principes paradisi? Hoc fortè nescisti inter omnia mysteria legis hoc hactenus ignorasti. Sed audi Paulum dicentem ad Ephe. 3. Mihi minimo sanctorum omnium data est gratia inter gentes euangelizare. Sequitur ut innotescat principatibus, & potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Audi exponentem August. lib. quæstionum noui & ueteris testamēti. ca. 67. de lectione Esaiæ. 16 AVGVS. Idcirco † in diuersæ sunt ecclesiæ, ut qa non omnia singulæ * possunt, possunt simul. Omnes sunt Christi: quia ipse est caput corporis ecclesiæ, ex quo totum corpus subsistit, i. ex quo omnia in cælis & in terra habent originem. In hac ergo, quæ in terris est ecclesia, omnium ecclesiarum facta est mentio, quia cum huic sacramentum creatoris prædicatur, etiam cælestibus huius intimatur doctrina. Inferioribus enim cū insinuatur, necesse est, ut audiant & superni. Vnde & Apostolus, Mihi (inquit) minimo omnium sanctorum data est hæc gratia inter gentes euangelizare inuestigabiles seu incomprehensibiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio mysterij absconditi à seculis in domino, qui uniuersa creauit: ut innotesceret principatibus, & potestatibus, in cælestibus: per ecclesiam, multiformis sapientia Dei: per hanc igitur ecclesiam superni docentur: quia ueritas, ut ait, 17 de terra orta est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Paulo † datum est notificare supernis principatibus mysteria Dei abscondita: sed per ecclesiam multiformis sapientiæ Dei, non per unam personā multiformis perfidiæ Witcleff. Sic quoq; Hieronymus in commentario exponit hunc locum, & recitat cum Haymo in expositione dicens HAIMO. Vt ergo ista multiformis sapientia Dei manifestaretur principatibus, & potestatibus in cælestibus, quas beatus HIERONYMVS Angelicas uirtutes uult intelligi cælo residentes, filius Dei ueniens in mundum reuelauit eam Apostolis suis: & per ecclesiam, hoc est, in ecclesia prædicantes Apostolos suos, manifestauit Angelicis uirtutibus. Dicit namque beatus Hieronymus quòd quædam sunt Angelicæ dignitates, quæ mysteria superius memorata ad purum non intellexerūt, donec completa est passio Christi: & * Apostoli per omnes gentes cœpissent prædicatione sua, gentiles trahere ad fidem. Quod admirari potest per hoc, quod Angeli admirando dixerunt, illo ascendente ad cœlos propria uirtute. Quis est iste qui uenit de Edom? Hæc ille. AVCTOR. Ambrosio uidetur hunc locum exponere de spiritibus errorum in cœlestibus, ad modū loquendi eiusdem Apostoli alibi. Spiritualia nequitiæ in cælestibus. Neutra autem harum disidet: sed cōcordantiam ex hoc loco inducere possunt sine diploide uanissimorum Witcleuistarū qui per hanc Ecclesiam Christi ubique militantem in terris fidem rectam Christi dedignantur addiscere: per quam, & superni principatus in cœlis, & erraticæ potestates, diuerso licet tramite, doctrinam ueritatis instabant audire. Nec moueat aliquos, q̄ idem AVGV. super Genesim ad literam exponens eundem textum Apostoli, dicit innotescentiam illam factam Angelis in speculo uerbi: quia & hoc uerum est: sed quod ibi in principio remotè eis innotuit, iam in Ecclesiæ prædicatione propalatum est innotescēs distinctius per effectum, Quod idem statim subdit. AVGV. ibidem afferens Apostoli alium textū è prima ad Timotheum. 3. Quòd autem non in Deo tantum innotescit Angelis quod absconditum est, uerum etiam hic eis apparet, cum efficitur, atque propalatur, idem Apostolus testis est. Et sine dubio (inquit) magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est in gentibus, assumptum est in gloria. Hæc ille. ca. 19. AVCTOR. Etenim hoc loco admirari non desino uæsanam superbia mistius Witcleff Noluit enim doceri immo scribit esse impossibile, ut docere eum possit etiam orbis terræ: & iō relictis omnib. sanctis & quicquid unius est † Ec 18 clesiæ triumphantis, uolat ad Christum & tamē Principatus & summas Potestates in cœlestib. noluit Deus: cum possit erudire de singulis in se ipso, sed ēt per Christum: nec in Christo solo, sed etiam per Paulum: nec per Paulum solum, sed etiam per ecclesiam, non modò triumphantem in cœlis, sed adhuc peregrinantem in terris, periclitantem cum perfidis, luctantem cum peruersis hominibus, & certamen quotidianum experientem, sicut modo cū acerbis hæreticis (.?.)

DOCTRINARVM DECEM quas huic toto de Sacramentalibus operi Auctor præmisit.

FINIS.

INVOCA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶INVOCATIO AVCTORIS ex uerbis Sanctæ Iudith. in Cap. 13. sic dicentis.

CONFIRMA me domine Deus Israel, & respice in hac hora, ad opera manuũ mearum, ut sicut promisisti, Hierusalẽ ciuitatẽ Ecclesiæ catholicæ tuę erigas: & hoc; quod credẽs per te fieri posse cogitaui, perficiam. Et quia summus ille tyrannus retentos pedibus in abysso hæresum exprobrat fidelibus tuis, ꝙ credant uitas Augustini, & aliorum Sanctorum peccatrices, & doctrinas eorũ apocryphas, quod est legẽ Christi postponere, & hæc apocrypha anteferre, & antiquum dierum relinquere: adre ipsum antiquum dierum omnium, in omni probatione aut expressione ueritatis, oculos pios cõuerto, ut tu sis mecum alpha, & omega, principium & finis omnis scripturæ meæ de te ipso: ut à scripturis tuis sanctis lineam determinationis assumam, in teq; cõuertam circuli curuaturam. Doce me domine Deus magne, & mirabilis, quod de tuis sacris in tuo spiritu sum scripturus: ut non eam post spiritum meum sicut arreptitius Witcleff suos instruxit, ut facerent: contra clamãte. AVGVST. sermone. 27. super Psal. 117. Non. n. qui spiritu suo aguntur, sed quotquot spiritu Dei aguntur, ij, fili sunt Dei. Non quia ipsi nihil agunt sed nẽ nihil boni agãt, à bono aguntur, ut agant. Nã tãto magis efficitur quisq; filius bonus, quã tò largiùs ei datur à patre spiritus bonus. Hæc ille. AVGVST. Non ergo à spiritu meo, sed à sanctis expositoribus qui semper ab Apostolorum temporibus successiuè finem tuæ legis concorditer descripserunt, sensum legis assumã: & in spiritu tuo sancta uerba legis educam. Tunc enim scripturæ tuæ non erunt extortæ, aut uiolentiam passæ, si præcedentium patrum lineas, punctaq; certatim obseruem: simul, & totius ecclesiæ famatam consuetudinem longæua fide plebibus annuntiatam. Hoc quia Witcleff præuaricatus est pactum, idcirco lapsus est præceps: uerba legis Dei fecit sua, & à sinistra suspitione peccantium clericorum, Dei cultum prædicauit infamem. Si quidem minister pollutus est, mundum eius ministerium ab immunditia uitæ discernã: ut de eis sim quos per Ezechielem dominus monuit, ut doceant populum, quid sit inter Sanctũ, & pollutum, & inter mũdum, & immundũ. Nec simul cum euangelicis porcis, margaritas cultus ecclesiæ suæ, Witcleff conculcare permittam: ut omnes constantes simus in traditione ecclesiæ,

Spiritu dei agi optãdũ.

*Aug. To. 8 *118.*

Ezech. 34

Matt. 7.

A quasi unum caput habentes secundum Apostolum, donec occurramus in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei. Super hoc in expositione, AMBRO. Tandiu dicit manere ordinationem, quamdiu cuncti destinati ad uitam, unius sint fidei, in agnitionem Christi: Sequitur. Vt ultra nõ simus paruuli neque fluctantes, & circumferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hominũ, in astutia ad remedium erroris. Fundatos & stabiles esse nos uult in disciplina fidei catholicæ, quam Petrus Apostolus, reuelante Deo, professus est. Nec uemilari nos aberrantes per diuersarum hæresum pestilentiosas asseuerationes, nequitia humana adinuentas, ut per has fallẽtis inimici, sub ueri nomine, error possit asseri. Hoc enim remedium est falsitatis: ut, sub prætextu ueritatis, inducat errorem, & non solum sub ueri nomine: sed & ne (sicut ante acceptam fidẽ, sensu humiles uagabamur) per diuersos errores, fideles facti, discurramus, fragiles & dubij. De spe promissa commonet, quia iam Christiani facti fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est. Hęc ille. AVCT. Quia uerò inter sacra ecclesiæ Christi, oratio generalissima est, ꝙ item omnibus sacris, & sacramentis nunquam deest, ideo de oratione primitus differendum. Circa cuius tractatum, ne hac uel illac contingat errare: cum magistris ecclesiæ, ad orationis Auctorem oraturus accurro: dicens, ut illi, Domine doce me orare. Tanti enim operis limini sacra ingredi non præsumam, nisi tuam gratiam prius orem, qualiter de oratione, & qualitatibus eius te docente, definiam. Abst adhuc, & iterum, & semper absit à me spiritus ille Witcleff, ut eum sequar iam scripturis impulsus. Est enim non ab Austro à quo uenit Deus, sed ab Aquilone subsibilans, unde panditur omne malum. Hunc oro ut fugiam: peto, quæro, pulso, ut à longè prospiciens illum uitem. Teneo me cum Beda Christi famulo deprecãte in prologo libri quarti super Lucam. BEDA. Quãpropter ipse quartum expositionis euangelicæ librum incipiens à lectione, in qua superbiæ spiritus in digito Dei eiicitur, tuam Christe clementiam suppliciter imploro: ut spiritus tuus bonus ducat me in uiã rectam: & eum qui ab Aquilone est longè fac à me, quatenus à me electis malignis, scruter mandata Dei mei, reuelatisque mentis oculis ad considerandа tuæ sacro sanctæ legis mirabilia, de uotus lector ingrediar.

Epist.

Amb. Ti

Lu. 11. Matth

Hie

Cur Auctor de oratione differendũ statuerit uide in fine suæ inuocationis: ibi enim propositi sui rationem red dit.

Beda

Luc. 11 Ro. 8

DE HAERESIBVS ANTIQVORVM ET VVITCLEVISTARVM CONTRA ORATIONES SACRAS DEO PLACENTES, ET ACCEPTAS.

CAPVT I.

SVMMA.

1 *Orare sicut oporteat, quòd nesciamus, sed Spiritus postulat pro nobis, & postulare nos facit.*
2 *Apostoli Christi quomodo de Christo studiose requirunt, ut doceat eos orare.*
3 *Witeleff hostis ecclesiæ, ut fidem Christi apertiùs obruat, quomodo absconsè contra orationis formam sua tela deuibrat.*
4 *Futurorum necessitas secundum Witeleff.*
5 *Witcleuistæ hæretici, quòd sint Nembroth similes.*
6 *Origenes notatur ab Epiphanio.*
7 *Pelagiani quòd destruant orationes Ecclesiasticas, hæreticè prædicantes gratiam Dei dari pro meritis. Et Witeleff non solum gratiam, sed & gloriam.*
8 *Errata Witeleff describuntur.*
9 *Arbitrium esse supra gratiam dicunt Pelagiani.*
10 *Witeleff quòd catholicum simulet uultu uerbi, sed fructu uerbi fauet erroribus, & tegit hæreticos.*
11 *Witeleuistæ, quomodo quorundam hæreticorum more transforment hominum animos simplici duplicitate, & dupla simplicitate.*

AUibrat: absconsè tñ, ut assolet, & Psalmista conqueritur, Absconderũt superbi laqueũ mihi, dicẽs in 1. ca. libelli de oratione, Ordinauit auctor noster, ut homo non solũ oret in uoce, & mẽte: sed oĩno in iusto opere, siue uita, quia Deus est auctor realis, qui nõ requrit cogitationẽ, uel uocẽ, sed oĩno unã suæ institiæ cõplacentẽ. Hæc Witcleff. AVCT. Audaciter dicit: Deus non requirit & quos nõ requrit? De tali fideiussore dicit Psalmista: Propter qd irritauit impius. Deum? Dicit. n. in corde suo: non requret. Sed intueamur quid dicat: Ordinauit (inquit) auctor noster, ꝙ homo non solũ oret. Dicit non solũ ad tegẽdũ sibi sophisma: qa si Deus non requrat cogitationẽ orãtẽ, uel uocẽ, ergo nec ordinauit orationem cogitationis, uel oris. Hoc solum qđ instituit, requrit: & qcqd requrit fieri, hoc prius ordinauit, ut tieret, ne eẽt calumniã serui pigri ad dõm. Tollis ꝙ non posuisti, & metis qđ non seminasti. Hoc antecedens, Deus nõ requrit cogitationẽ orantis, et uocẽ, sed oĩno uitam: uult esse ẽns, hoc in casua li, ꝙ auctor naturæ ordinauit oĩno, ut homo nõ oret uoce, aut mẽte, sed ope. Et pp hoc infert tertia parte sermonum, serm. 49. Confidat homo in merito proprio: quia ad mensura illius, Deus † necessario p̃miabit. Hæc est totius huius hæresis de nõ orãdo, radix & origo, misera necessitas futurorũ, habito. n. hoc medio, ꝙ Deus merita nr̃a coronat, ex hoc conficitur, ꝙ homo in meritis proprijs confidat. Sed ut uiam antiq̃ contineã, fundamenta eius extrahere conabor i lucẽ: sicut dñs ait in Michea, Detrahã in nallẽ lapides eius, & fundamẽta reuelabo, & oĩa sculpulia illius concidentẽ. † Primũ fundamẽtũ huius hæresis inter hoĩes a Nẽbrothitis effluxit: Gen. 10. ꝙ in uirtute sua confiderent: ut hẽt Sapiens Eccle. 16. Nõ exorauerũt ꝙ peccatis suis antiqui gigãtes, qui destructi sunt cõfidẽtes suæ uirtuti, & nõ pepercit peregrinationi illorũ. De qb. iñ libro primo antiqu. Iosephus. Fecit (inq;) eos ẽ se elatos ad iniuriam, atq; contẽptũ, Nẽbrot filius Cã, filii Noe: & cũ eẽt audacior, & manu fortissimus suadebat eis, ut non Deo asciberẽt, ꝙ homini b. ꝙ illũ fœlicitas eueniret, sed ꝙ hoc eis, ꝓpria uirtute præberetur, & cognatio gñis sui ad cãm tyrãnidis adduxit, solus ipse p̃sumẽs, homines à dei timore reuocare & spẽ suã in ꝓpria

Witcleff

Futurorũ necessitas

Michæ. 1.

Gen. 10. Nẽbrothi

Eccl. 16

Iosephus Iudæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirtute reponere. Hæc ille. AVCTOR. Aduerti te dictum Witeleff, nihil apponamus. Quod dicit Witeleff, Confidat homo in merito proprio: quod & Nembrothitæ fecerunt, Destructi sunt (inquit Sapiens) confidentes suæ uirtuti: & suadebat (inquit Iosephus) quòd fœlicitas propria uirtute præberetur hominibus. Quæ maior fœlicitas, quã illa de qua Witeleff autumat, q̃ ad mensuram proprij meriti Deus necessariò dabit præmium? Et quid his concludit uterque? Non orandum Deum mente uel uoce, sed utendum cuilibet propria sua uirtute. Nec hic suffocatus est error, sed ualuit in Iudæis usque ad tẽpus fidei primitiuæ: qui pari modo de suis uiribus superbissimè præsumentes, nec ipsum diuinum adiutorium postulare curabant. De quibus libro suo de fide & operibus, * ante mediũ, AVGVST. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, Et ideo uerum est, quòd legem accipientes homines, qui de suis uiribus superbissimè præsumebant, nec diuinum adiutorium uincendarum malarum concupiscentiarum, recta fide impetrantes, pluribus grauioribusquè delictis, etiam lege præuaricata onerati sunt. Hęc ille. AVCT. Notate quæ se inferunt, catenam attendite. Homines de suis uiribus præsumebant, & nec diuinum adiutorium recta fide impetrabãt. Asserto primo, secundum regulariter sequitur: nec uidi quenquam dicere primũ sine secundo, eo quòd præsumptio sui, surgit statim in contemptum Dei. Et qui de uiribus proprijs, & meritorum qualitate confidit, qualiter alium extra se orandum putabit? Reptilis demũ erat hæc hæresis, & post istos partim † Origenẽ, prout notat uetus pater Epiphanius in epist. ad Ioannem Constantinopolitanum, quam transtulit ipse, HIERO. & inter eius epistola collocatur. EPIPHANIVS. Quis sustinebit ergo Origenis ineptias, ut nõ grauius aliquid loquar, & similis efficiar uel ipsi, uel discipulis eius, qui audent in periculo animæ suæ asserere quodcunque eis in buccam uenerit: & magis iubere Deo, & non ab eo uel orare, uel discere ueritatem. Hæc ille. AVCTOR. Nescio quomodo iubeat Deo, quàm si agentibus meritis Deus ad mensuram sic merentibus, necessariò præmiabit. Interuenerunt Pelagiani, qui istam hanc hæresim susceperunt ne sine eis peruenirent ad Witeleff. De quibus libro hæresum ad quod uult Deũ ca. 88. AVGVST. Destruunt etiam orationes, quas facit ecclesia, siuè pro infidelibus & doctrinæ Dei resistentibus, ut conuertantur ad eum: si uè pro fidelibus, ut augeatur eis fides, & perseuerent in ea. Hæc quippe non ab ipso Deo accipere, sed à seipsis homines habere contendunt, gratiamque Dei, qua liberamur, ab impietate, dicentes secundum nostra merita dari. Quod quidem Pelagius in episcopali iudicio Palæstino damnari metuens, damnare compulsus est: sed in posterioribus suis scriptis hoc inuenitur dicere, & docere. Hæc ille. AVCTOR. Semper † uides esse coniunctas hæreses. Destruunt Pelagiani orationes ecclesiasticas: quia gratiam Dei hæreticè prædicant, dari pro meritis: Witeleff uerò non tantùm gratiam, sed & gloriam. Confidat homo (inquit) in merito proprio, quia ad eius mensuram Deus necessariò præmiabit. Accurrens forsitam Witeleuista festinus irruit, ut magister suus ab hoc Pelagiano puteolo, saltem quibus potest occasionibus extrahatur: ipse Witeleff (inquit) orare commendat in aliis: & eodẽ libello ipse dicit nõ negare, quin multũ ualeat deprecatio iusti assidua: hẽt. n. usus ecclesia, dicit, non omnimodè cõtemnẽdos. Nõ uult aũt orationes nudas sine bona uita, nec usus tales, ut euangeliũ acceptari quæ singula à recta fide non deuiant. Sed & ego cum dño Iesu meo finẽ hæretici uerbi aspiciens, ulterius uerbi mentem intueor. Scribæ quod exteriùs tacuerunt, interius clamauerunt. Hic blasphemat ideirco Euangelista subiungit, q̃ Iesus ut uidit cogitationes eorũ &c. ut Matthæi. 9. Ita quod calidus hæreticus exterius laudasse uidetur, intus dissimulat. Nec tñ cor hominis intueri me fateor, quod Iesum Christo ex eius Deitate est, ppriũ: sed qd̃ homini datũ est, in aliis eius dictis & sectatorũ eius exemplis intẽtionẽ dogmatis manu palpo conceptã. Aliter dicmihi cur † omnẽ sanctã uitã, & opera iusta, orationi præferens ab oratione facta cõdiuidit? Cur itẽ destruere oẽs Christi religiones pfectas, & oratorũ collegia, plus iuuat ecclesiã Dei, q̃ oratio quãtũlibet specialis? Cur etiã sacerdotes eius seducti penitus, ab horis dicendis, & ab aliis orationibus, generaliter abstinẽt, dicentes, & penè semper in ore habentes, illud magistri sui, Plus est orare sancta uita uel opere, q̃ sermone uel mẽte? Vis aũt altius repetã? si ipse cũ Pelagio dãnata non senserit, cur ipse damnatũ hæreticũ sustinet, & excusat? Ipse palàm dixit, ipse cathedraliter docuit, ipse in membranis reliquit, in parte sermonum, quos discipuli supra euangelium dulces habent, sicut Sarraceni perfidum Alchoranum. Ibi enim sermone, 46. dicit. † Cõsimili oratione tollitur error Pelagianorum, quos creditur ad tantum magnificasse liberum arbitrium hominis, quòd homo potest per se mereri beatitudinem sine gratia animæ superinfusa. Et fortè intellexerunt, quòd non requiritur gratia præter Deum & spiritum, quæ gratia poterit per se esse spiritui conlinita. Non enim capit intellectus fidelium, quòd anima mereatur per se, nisi prius per Deum gratis, & per consequens,

*cap. 14 Aug. To. 4

Nota.

6 Origenes.

Hier. To. 2 est Epist. 60 incipit Domino dilectissimo fratri uide sub finẽ. Epist.

8

9

Aug. To. 6

Pelagius.

Iacob.

Matth. 9

Errata Aug. To. 2 Vticen. & Lucid.

Arelat. supra in Gal. de duob. Pelag.

consequens, per gratiam sit adiutus: sed illa gratia cùm sit bona qualitas, non poterit per se esse. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ecce si non sit inter Witeleff & Pelagium germana societas: si tamẽ uelit Pelagius errorem suum sustinere, quẽ uocat metaphysicam de essentia accidentis. Quòd scilicet nihil sit gratia præter spiritum Deo gratum: non autem aliquid potens per se esse spiritum conlinitum. O redemptorem damnatorem damnati Pelagij. O saluatorem seculi Origenes si sic sensit de essentia gratiæ (ut tu dicis fortè sẽ fisse) iam catholicus est, & iam sine causa damnatus est. Cur illud non attingit Augustinus, cùm tot disputaret, & tanta, & contra Iulianum eius alumnum, & magistros Pelagium & Celestium, dicentes gratiam Dei secundum merita nostra dari: & sic gratiam non esse gratiã, quia non gratis datam, & quòd per usum liberi arbitrij possit quis mereri gratiam? Quòd item par uult ita sint ex suis naturalibus salui, ut sine saluatore ualeant esse salui. Et inter tot & tãtos cõflictus, aut hæretici defendendo: aut Augusti. cũ catholicis arguendo, nunquam meminerunt ridiculæ glossæ Witeleff, unde dicere potuissent gratiam Dei, quæ non potest per se esse, sed est Deus, uel spiritus, secundùm merita nostra dari, & transisset Augustinus delusus, & Pelagius absolutus: quia dicit Witeleff, error Pelagiano non sic tollitur. Sed etiam tota synodus sancta Numidiæ, quæ ibi Pelagium condemnauit, scribens epistolam calamo Augustini huius glossæ non meminit. AVGVST. Noua (inquit) hæresis, & nimium pernicio sa tempestas, cum tentat assurgere doctrinæ inimicorum Christi, quæ nobis etiam Dominicam orationem, impijs disputationibus conatur auferre. Et infrà. Vt ergo alia omittamus, quæ contra scripturas sanctas plurima differunt, hæc iterum duo, quibus omnino totum, quod Christiani sumus, nituntur euertere. Quæ fidelia corda sustinent nõ esse rogandum Deum: ut contra peccati malũ, atque ad operandum iustitiam, sit noster adiutor: & non opitulari paruulis, ad consequendum uitam æternam, gratiæ Christianæ sacramentum? Hæc insinuantes Apostolico pectori tuo non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem uerbis exaggerare. Et sequitur. Hujus autem perniciosissimi errores auctores esse perhibentur, Pelagius, & Celestius, quos in ecclesia quidem sanari malumus, quàm desperata salute ab ecclesia resecari. Hæc ibi ad Innocentiũ Papam inter Epistolas Augustini epistola. 12. AVCTOR. Quis ferat audaciam, aut magis ineptiam, nec se intelligentis, nec rem, de qua loquitur, sapientis: ita ut inter unius anni theologos pro uili opinione sui accidentis tam uanè, tanquam imperrinenter intrusa palea sterneretur, cum etiam in ueritate rei, glossa illa nulla nulla ex parte errori respondeat, nec quicquam proderit sustinenti? Nam dato, quod gratia nihil aliud sit à spiritu grato Deo, nunquid tunc erit catholicum, Dei gratiam dicere secundũ merita nostra dari, aut per liberi arbitrij usum mereri nos, Dei gratiam (Aut quòd paruuli iam nati, primo peccato non tenentur obnoxii? Hæc & plura dixit Pelagius, Quomodo iam per accidens tuum tollitur hæresis Pelagianorum: quia dicis, sic tollitur, Sed ut redeamus ad priora. Hæc idcirco protulerim, ut uideant omnes quam callidè Witeleff catholicum simulat

10 uultu uerbi, sed fructu † uerbi fauet erroribus, & tegit hæreticos. Quotiens igitur propositiones eius occurrant, uideant in uultu sermonis quasi physiognomiam sensus, & in bifronte iam animum dictantis examinent: quia (ut sæpe præmonui) tanta se inuoluit ambiguitate sententiæ ut fideli simplici, putetur ualde catholicus, & in eodem (sine mutatione) sermone, perito ortho doxo hæreticus cõuincat. Tales magistros Witeleff artifices doli repit defensores Origenis: de quibus, in epistola ad Pammachium & Oceanũ HIERONYMVS. Sic uerba temperant, sic ordinẽ uertunt, sic & ambigua quæque cõcinnãt, ut nostram & aduersariorum confessionẽ teneant aut aliter hæticus, aliter audiat catholicus: quasi nõ eodem spiritu & Apollo Delphicus, atq; Loxias oracula fuderit Crœso, & Pyrrho, diuersis tpibus, sed pari illudentes strophꝝ. Exempli cã paucam subiiciã. Credimus (inquit) futurã resurrectionẽ corporũ. Hoc si bene dicat, pura cõfessio est: sed qa corpora sunt cælestia & terrestria, & aer ille & aura tenuis, iuxta naturã suã, corpora nominant, corpus ponũt nõ carnẽ, ut ordoxus, corpus audiens, carnẽ putet, hæticus spi

C ritũ recognoscat. Hæc est eorũ prima decipula, quæ si deprehensa fuerit instruũt alios dolos & innocentiam simulant, & malitiosos nos uocãt & quasi simpliciter credẽtes aiũt. Credimus resurrectionẽ carnis. Hoc uero cũ dixerit, uulgus in doctum putat sibi sufficere: maximè qa & id ipsum in symbolo credit. Interroges ultra, circuli. strepitus commouet, fautores *clamant, Audisti resurrectionẽ carnis, qd quæris amplius? & in

11 peruersum studijs nos communaris † sycophantæ, illi simplices appellant. Hæc ille. AVCT. Mos iste adhuc nostros, sequitur Witeleuistas, simplici duplicitate, & dupla simplicitate, animos hominum transformãtes. Aut quid dixit uulgus ut creditis, audito uno eorũ dicere, sacra hostia corpus Christi natum est de uirgine. Audistis, fidem clamitant, quid quæritis amplius? & in peruersum studium fidem simplicem com-

*clamitant

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatis? Cum tamen solùm figuraliter esse corpus Christi intendat hæreticus, ita ut in re de orationibus sacris dicit Witcleff in iam dicto ca. 46. Debemus diuino suffragio intendere, & sperare, non creaturæ suffragio irreligiosè confidere. Fallaciam habet attentius si consideres: uel irreligiosè fidendum decernens, si suffragio creaturæ intendat, quod est hæresis: vel irreligiosè considere, uetans quod item inhibet bona fides Sic uerba temperant, & ambigua quæque concinnant, ut in illo simplici sermone populi credant, esse uerissimos, in quo orthodoxi eos in hæresi deprehendunt.

¶QVOD VITA HOMINIS AB OMni orandi officio suspensa, mentis, uel oris, ê imperfecta, non catholicè Christiana. Cap. II.

SVMMA.

1 *Oratio quòd sit triplex secundum Witeleff mentalis, uocalis, & uitalis.*
2 *Witcleff quòd intendat præferre', uel æquare nudam uitam sine oratione, oranti mente & ore.*
3 *Maßilianorum hæresis per extremum oppoßita hæresi Witeleff. Et quomodo Euchitæ ab Augustino dicuntur, ab orando, sic appellati.*
4 *Orare semper, quid sit. Et qui hæretici malè senserunt de orando.*
5 *Maßiliani, & Witeleuistæ quàm malè sibiipsis conueniant.*
6 *Beda quid dicat super illud Iacobi, Fides sine operibus otiosa est.*
7 *Witcleff, quòd in maiorem lacum deceptionis incideri, quàm primæui fideles, qui dictum Pauli malè acceperant de iustificatione plena per fidem &c.*
8 *Iudæi, Gentes, Maßiliani, & Witcleff, quomodo peccauerunt in fide de fide.*
9 *Oratio mentalis, quòd transcendat orationẽ uocalem & uitalem.*
10 *Oratio mentalis, quæ sit secundum Augustinum.*
11 *Orare sine intermißione, quid sit.*
12 *Credere, quid sit secundum Augustinum.*
13 *Vitalis oratio, quòd sine oratione mentali non sit.*
14 *Animum quòd plus attendat Dominus, quàm opus.*
15 *Orationis mentalis uis.*
16 *Oratio uitalis quòd sine mentali non sit meritoria.*
17 *Cogitatio, quòd de radice mentis surgat in ramũ operationis.*

A DIsponens Witcleff conflictum inire cum orthodoxis orantibus, in libello quem ad hoc edidit, de oratione in exordio: Quædam (inquit) est oratio mentalis, quædam uocalis, & quædam uitalis. De prima. Apostolus. Orãbo spiritu, orabo & mente. De secunda. Matthæi. 6. Sic orabitis, Pater noster qui es in cælis. De tertia. Oportet sẽper orare & non deficere. Et Apostolus. Sine intermissione orate: nam iusta uita, & opera meritoria bene orant. De ista triplici oratione patet ex fide, quod tertia amplectens ambas priores, est à Deo maximè commendata. Matthæi. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolũtatem patris mei Hæc illic Witeleff. AVCT. Interrogãdus est æmulus si bona sit diuisio, qua arte diuisionis partes ponit in nomerum cũ suo toto: aut particulare cum specie: ut ex Sorte & Petro cum communi eis natura hominis, dicat tres homines: quia dicit tertiam orationem uitalem ambas complecti priores. Aut si dissereтè eas connumeret: ut si duo, tria, quinque, tres numeros dicam, & quòd tertius utrosque priores complectitur, sed tunc non excedit utrosque sumptos coniunctim: Et ipse hoc ibi prosequitur. Cum enim, inquit, oratio generalior à Christo præfertur, & generalius est iusta orare in opere, quam animo uel sermone, patet, quòd ista oratio est melior altera præcedente, Hæc Witcleff. AVCT. Fingit, sed ex illo medio arguisset, q oratio sua tertia sit melior utraque præcedente & si neutram includeret, quod ipse statim annuit, quia multi sunt, inquit, muti & infantes, qui non habent *possibilitatem taliter exorandi, & tamen propter eorum iustam uitam, à Deo cui cuncta sunt cognita, sunt saluãdi. Hæc Witcleff. AVCT. Sensum eius ad assumpta cõfero, ut clare pateat quod intendit † præferre. s. uel æquare nudam uitam sine oratione tali, orãti mente, & ore. † Huic hæresi alia per extremũ oppoßita est Maßilianorum, qui solum orandũ dixerunt in hac uita, nec alteri operi insistendũ. De qua lib. hæresum cap. 57. AGVSTIN. Græcè dicuntur Euchitæ, ab orando sic appellati. Tantùm enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt, incredibile uideatur. Nam cum dominus dixerit, Oportet semper orare, & non deficere: & Apostolus, Sine intermissione orate. Quòd sanissimè sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, isti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter hæreticos nominandi, quanuis nonnulli eos dicant de purgatione animarum nescio quæ phãtãstica ridiculè fabulosa narrare. Sequitur, Dñt. Euchitæ opinari monachis nõlicere sustentandæ uitæ suæ causa aliquid operari: atque ita seipsos monachos profiteri, ut omnino ab operibus uacent. Hæc ille. AVCTOR. De istis lib. primarum hæresum Damascenus hæresi. 80. Dicũt, q neque baptisma perficit hominem, neque diuinorum mysteriorum assumptio purificat animam, sed sola apud eos exercita diuina oratio. Et bene ifra. Prodigialiter dicunt, q oportet eos qui saluari uolunt, tantùm orare, nihil omnino alterum operantes, usquequo peccatum sentiant, quemadmodum fumum quendam uel ignem, uel draconem, uel aliquam talem bestiam per orationem expulsum, & sensibiliter per orones exiẽs: spiritus autem sancti rursum ingressum sensibiliter suscipiant, & manifestum in anima habeãt sensum in ingressu spiritus: Hæc ille. AVCT. Ecce sibiipsis quàm malè conueniunt isti. Maßiliani ita orationem extollunt, ut opera iusta confundant: è contrario Witeleuistæ, uitam operosam magnificant, & omnem orationem mentis & oris ab eius merito præscindentes, uix ullam esse consentiant: similes facti (quantum mihi uidetur) sectis illis Iudæorum, & gentium sic inter se tumultuantium, pro præferendo opera fidei: uel sic fidem sicut isti iam rixosè comparant inter orationes bonæ fidei: de quibus Saluator ait, Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis: & ipsa opera iustæ uitæ. Vndeт super illud Iacobi. 2. Fides sine operibus otiosa est. In expositione illius Canonicæ, BEDA. Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non benè intellectus est ab eis, qui sic eum acceperunt, ut putarent si solùm in Christum credidissent, etiam si malè operentur, & facinorosè, flagitiosequè uiuerent, se saluos esse posse per fidem. Locus iste huius Epistolæ ad eundem sensum Apostoli Pauli quomodo intelligendus sit exposuit: ideoque Abrahæ magni exemplo utitur: nacuam esse probans fidem, si non etiam operetur. Sequitur. In hoc se gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, q dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, peruenisse ad euãgelicam gratiam: ideoquè scandalizabantur multi, qui ex eis credide re, quòd incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus, sed præcedentibus, iustificari per fidem. Hæc ille. AVCTOR. †Primo in his dictis perpendo meum Witeleff in illum, sed maiorem lacum deceptionis incidere, quàm istos primæuos fideles, qui dictum Pauli malè acceperant de iustificatione plena per fidem, ideo opera negligentes, sed per Iacobum postea de intellectu peruerso Pauli correctos. Quòd si præsumit Witeleff ex Christi uerbis aut Apostoli nouam doctrinam conficere: qui nec per unum patrem aut multos: immo nec per totam ecclesiam permittit se corrigi: sed contra oẽs ausus est dicere, q ultra omnes, auctoritas Christi sit præstantior: quasi ideo ad eius intellectũ tenenda, dimisso intellectu omnium correctorum, quasi nullus primæuæ fidei, qui sit correctus, erat, aut fuerit ipsi compar, aut iam dãdus talis Iacobus, & nullus inferior, cui tantus credat taliter corrigenti. Sed ad rem. Vtriquepeccauerunt in fide: de fide Iudæi opera præferendo, gentes in tantum opera negligendo: ita Maßilia ni declinant ad tantum orationes extollendo in præiudicium operum, Witeleff item opera sustinendo in contemptum precum sanctarum. Et distinctionem attendite primo: quia utranque auctoritatem, quam pro oratione sua uitali fundãda præsumpsit, Augustinus iam supra cõtra Maßilianos sanissimè de oratione secundum quòd est uocalis, dictam asseruit. Oportet semper orare, & sine intermissione orate: inquit, sanissimè sic accipitur: & nullo die intermittantur certa tempora orandi. Oratio autem iustæ uitæ, nec temporis, nec momenti intermissionem admittit. Tertia autem auctoritas euangelij, orationem mentalem non excludit propter opera, sed magis includit opera cum effectu, prout exponit HIERON. in commentario Esaiæ cap. 66. ad illud. Audite uerbum domini qui tremitis ad uerbum eius. De quibus & dominus loquebatur, Non omnis, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cælis est. Sicq; stare pôt illa sua. Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Nam cùm hæretici dicant dñm Iesum, & multi in resurrectione sint dicturi, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus? Respondebit eis dñs, Recedite à me nescio uos, operarij iniquitatis: ergo dicere non sermone, quæ res facilis est, sed affectu & operibus comprobat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q tertia tua sine secunda non commendatur ibidem, Non omnis, qui dicit, sed qui facit: sed nec prima contemnitur, nec cum sola uenit sine secunda, uel tertia dicere (inquit) affectu & operib. comprobat. ¶Item si uitalis oratio priores duas complectitur, quare ipsam sine illis esse dicitis in mutis & infantibus, aut in illis ipsis duabus non præferturlut melior, quia ibi eas non complectitur? Item si Deo placet res melior: quomodo in eius prospectu oratio tua uitalis orationem uocalem & mentalem cõplectitur quia neutra illarũ ab eo, sed tantum oratio iustæ uitæ requiritur? sic enim scribis in dicto primo capite. consequenter: Deus est auctor realis, q nõ requirit cogitatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitationem uel uocem, sed omnino uitam, suæ
9 iustitiæ complacentem. †AVCTOR. Iam ex argumento tuo orationem mentalem, orationem uocalem, & uitalem scio transcendere, quia oratio mentalis utramque aliarum complectitur: non tantum amplexione tua, sicut saccus poma aut lapides, sed sicut perfectionalis forma perfe-
10 ctibile proprium. †Intelligas autem orationem mentis ipsum habendi affectum, sicut uerum esse declarat super Psal. 37. uersum, Ante te omne desiderium meum, dicens AVG. Ipsum desiderium tuũ oratio tua est: & si tibi continuũ desideriũ cõtinua oratio. Nõ. n. frustra dicit Apostolus: Sine intermissiõe orãtes. Nũquid sine ĩtermissiõ ege nuflectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus: ut dicat, sine intermissione orate? *At sicut diximus nos orare hoc, puto sine intermissione non possumus facere. Est alia interior oratio, sine intermissione. Oratio ista, quæ est? desideriũ. Quicquid aliud agas, si desideras illud subbatum, non intermittis orare. Si non uis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Continuum desiderium tuum, continua uox tua est. Tacebis si amare destiteris, qa tacuerũt de quibus scriptum est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Frigus charitatis silentium cordis est. Flagrantia charitatis clamor cordis est. Si semper manet charitas, semper clamas. Si sp clamas semp desideras. Hæc ille. AVG. Iam doceris Augustino, quæ sit mentalis oratio, ipse sanctus affectus mentis, amor, charitas, flagrans desiderium placendi Deo per iustitiam, mansuetudinem, eleemosynam, ieiunium, aut ceteras uirtutes: quæ omnes si in oratione tua uitali ponantur, sine oratione dicta mentali, sic ani-
12 matione carent, ut mortem non uitam constituant: & hoc desiderium, hanc orationem mentis cõtinuam exponit esse illam sine intermissione & indeficiẽtem: ita ut ultra expositionem tuã de oratione uitali, Augustinus norit eam dici de oratione uocali, ut supra, & de oratiõne mẽtalis, ut hic. & hoc nẽ omnino uideretur tuam solam probare, quod putas. Et iterum in epistola ad Probam, de orando Deum. capitul. 9. Idem AVGVSTINVS. Quod ait Apostolus, sine intermissio-
13 ne orate, quid est aliud quàm beatam uitam, quæ nulla nisi æterna est, ab illo, qui eam dare solus potest, sine intermissione desiderare? Sẽper enim hanc à domino desideremus, & semper orabimus. Sed ideo ab aliis curis & negociis quibus ipsum desiderium quodammodo tepescit, certis horis ad negocium orandi mentem reuocamus uerbis orationis, non admonentis in id quod desideramus intendere, nẽ quod tepescere cœperat, animo frigescat, & penitus extingua-
11 tur, nisi crebius inflammetur. †Hęc ille. AVCT.

Psal.37 Aug.To.8

1.Thes.5

**Aut.*

Matt. 24.

Mentalis oratio quæ.

Aug. To.2 1.Thes. 5

Sine intermissione orare quid sit.

A Ecce sine intermissione orare, est desiderio cordis orare continuè: quæ cordis continuitas haberi non potest, nisi certis horis uerba orationis fundamus, aliis curis & negociis tunc omissis. Et Cassianus dicit, quòd mentis puritas, & cæteræ uirtutes animæ, sine hac iugi oratione, depereunt. Collatione Isaac capitu. Quod iugis oratio sit cordis perfectio: CASSIANVS. *Cassian.*
Sicut ad orationis perfectionem omnium structura uirtutum tendit: nisi huius culmine hæc omnia fuerint colligata, atque compacta, nullo modo firma poterunt, uel stabilia perdurare.
Quemadmodum enim sine illa plena cordis quiete, acquiri, uel consummari non potest hæc, de qua loquimur perpetua orationis iugisque tranquilitas: ita ne illæ quidem uirtutes, quæ hanc animi præstruunt firmitatem, absque huius possunt orationis assiduitate compleri.
Hæc ille. AVCT. Hoc dicit Augustinus quòd
B hæc uirtus sancti desiderii penitus extinguitur, nisi per orationem iugẽ crebrius inflammetur. Quomodo autem passio mentis quid est, si actu uel habitu cogitario mentis non est? Qualiter ergo dicit Witcleff, quod hanc cogitationem uel uocem Deus nõ requirit? An bonam fidem non requirit Deus quæ sine cogitatione nõ est. Vnde de prædestinatione sanctorum citò post principium. cap. 2. AVGVS. Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit illud esse credendum: quamuis enim raptim, quamuis celerrimè credendi uoluntatem, quædam sanctæ cogitationis anteuoleat, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur: necesse est tamen, ut omnia, quæ creduntur præuenien-
12 te cogitatione credantur. Quamquam †& ipsum credere nihil aliud est, q̃ cum assensione cogitare. Sequitur. Quoniam fides si non cogitetur, nulla est: & non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis inetipsis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Hæc ille AVC. Si igitur uerũ est, q̃ scriptura dicit, Quùm uenerit filius hominis, putas inueniet fidem super terram? q̃ eum fidem quæsiturum in terra conuincit: qualiter cogitationem non requirer, qui fidem requiret: quùm
13 fides si non cogitetur, nulla est? Hæc † igitur oratio mentis, quam cogitationem si scires, hæc oratio mentis, & amoris, & sancti desiderii uita est, & tota perfectio precis uitalis, qua sine, uita lis non est. An non audis Apostolum dicentem, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest? Gratius ergo respicit gratus dominus gratum animum, quàm opus arduum quantumcunque. Vnde in expositione Psalmi. 118. Quia mandata tua dilexi domine: CASSIO-

Aug. To.2 Orationis uitalis uel

Luc. 11.

Greg. To.1

Psal.

Cassiodorus

SIODORVS. Postquam persecutorum sæui A mo & ex solo cordis, aut mentis habitu, non operis, mensurat Deus omne meritum facientis. Vnde libro primo super Lucam cap. 1. AMBROSIVS. Idem enim est arbiter mentis & facti: diuina iudicia meritum iusti ex mentis habitu, nõ aliquo factorum exitu metiuntur. Plerunque enim aut bona mens facti reprehensibilis exitu deformatur: aut improba cogitatio facti alicuius decore uelatur. Sed etiam quod benè feceris: si malè cogitaueris, diuino iudicio non potest
16 probari. Hæc ille. AVCTOR. † Audeo dicere nul- *Amb. To. Oratio uita lis. sine mẽtis non est meritoria. R9.7.*
lum esse meritum orationis tuæ uitalis, ubi non præcessit meritum orationis mentalis. Ex oppositio tamen esse contingit, dicente Apostolo: uelle adiacet, perficere autem nequaquam. Item in. 1. parte Sermonum, sermone. 25. AVGVST. *Aug. To.x*
Quomodo aures uestræ ad uoces nostras, sic aures Dei ad cogitationes uestras: non potest autem fieri, ut habeat mala facta, qui habet cogita
B tiones bonas. Facta enim de cogitatione procedunt: nec quisquam potest aliquid facere, uel ad aliquid faciendum, membra mouere, nisi prius præcesserit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit Imperator per imperium Romanum emanat: quicquid uidetis agi p̃ prouincias: quantus motus fit ad unã iussionem imperatoris intus sedentis? Mouet ille solũ modo labia cùm loquitur, sed tamen in unoquoque eorum est intus Imperator in corde: sed si bonus est bona iubet, & bona fiunt: sin malus, mala iubet, & mala fiunt. Hæc ille. AVCTOR. Hac comparatione qua cogitatio imperat, & opera obsequũtur: Videat Witcleff quid Deus ab homine plus requirat. Et iterũ Scio propter hoc dictum à Deo, Cum oratis non eritis sicut hypocritæ qui amant insynagogis, & in angulis *Matt.6.* platearũ stantes orare ut uideãtur. Vbi dominus nõ factum damnat, sed animum, ita ut animum
C plusquàm factum orantis conspiciat. Vnde libr. secundo de sermone domini in monte * AVGV. *Aug. To.3* Neq; enim hoc monet ut oremus: sed quomodo ** cap.6* oremus: neq; superius ut faciamus eleemosynã, sed quo animo faciamus. Quoniã de corde mundo præcepit: quod non mundat nisi una & simplex intentio in æternam uitam, sclo & puro amore sapientiæ. Hæc ille. AVCTOR. Quomodo ergo est generalior, & per hoc præstantior oratio operis, quam orare animo uel sermone: cùm oratio animæ uel cogitationis surgat in factum operis, qualiter ex radice arboris distenditur humor in frondes & in fructus? Vnde 12. moralium GREGOR. Quod enim *Greg. To.1* radix arbori, hoc unicuique homini sua cogi- *4.Rs.12.* tatio est: quia in quod exterius uidetur, & illud tenetur quod interius non uidetur, unde & per prophetam dicitur, Mittet radicem deorsum,

Animum plus quam opus arrẽdit dominus.

Mar. 12

Mar. x. Hier. To.9

HIERONYMVS. Considerans Iesus promptum completionem desiderij, remunerat. Vnde alibi dixit. De quocunque pecieritis credentes in nomine meo, accipietis. Hæc ille. AV-
15 CTOR. † Completionem desiderij ecce Christus remunerat, quod est (secundum Augustinum) oratio mentalis. Vires puto orationis mentalis Witeleff non nouit, quando postposuit eam, quam in comparatione operum, Christus in euangelio lumen appellat: Lucerna (inquiens) corporis tui, est oculus tuus. Super quod quinto Moralium, GREGORIVS. Corpus dicit opera, quæ palàm cũctis apparent: oculum uerò ipsam mentis intentionem, qua operatur, & de cuius merito eadem opera, lucis an tenebrarum sint opera, discernuntur. Sicut consequenter exponit, dicens: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Si (inquit) pura, rectaque intentione q̃ potes agere bona studueris: lucis profecto sunt opera quæ facis. Sequitur. Si autem peruersa est intentio, quæ præcedit, prauum est omne opus, quod sequitur, quamuis rectum Videatur. Hæc ille. AVCTOR. Ex affectu ergo mentis assurgit meritum operis: & umbra est omne opus huius uitæ, nisi teuatur lumine splendentis intẽtionis in corde. De corde (inquit) Saluator, exeunt blasphemiæ, homicidia, furta. Et iterum scribitur, Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Ex corde ergo mors, ex corde uita hominis, uita & operis. Im-

Mar. 11.

Luc. 18

1.Cor.13 Vt supra ope. surgit ex affectu mentis.

Matt. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orsum,& faciet fructum sursum. Cum enim cogitationem nostram ad compatiendum indigenti proximo tendimus: quasi radicem deorsum mittimus,ut retributiõis fructum superius faciamus.Hæc ille.AVGT.Cogitatio † de radice mentis surgit in ramum perfectæ operationis. Idem ergo uitoris succus in radice prius,& demum sursum in culmine operis. Compara iam ramos uirentes ad uiredinem in radice: & hoc est comparare preces uitæ operosæ,ad operationes sanctorum desideriorum in mente.

¶ QVOD BONA VITA HABET bonas orationes sicut & bona opera, quia orationibus bona procurantur. Cap. III.

S V M M A.

1 *Orationes quòd non sint adeò præferendæ,ut uita iusta & sancta contemnatur.*
2 *Superhumerale iungendum esse rationali,quid denotet.*
3 *Orare semper,& sine intermissione, de qua oratione debeat intelligi.*
4 *Vita omnis bona,quòd est sanctis precibus præeunda.*
5 *Mos præmittendi salutationem Angelicam pro adiutorio in exordio prædicandi, unde manauerit.*
6 *Perseuerantiam in sancta uita,quòd diebus ac noctibus debeamus petere,& rogare.*
7 *Perseuerantia bona usque in finem,quòd non nisi orantibus datur.*
8 *Vita sancta et oratio quòd sic sint commista,ut se semper amplectantur mutuò.*
9 *Viuere,quòd rectè nouit, qui rectè nouit orare.*
10 *Viuere qui fecit,docuit,& orare.*
11 *Opera uitæ cuncta, quòd sint orationi continua munienda,exemplo Ieremiæ dictis. Leuemus corda cum manibus.*
12 *Corda leuare cum manibus qui dicantur,& quis cor tantum leuat,& non manus,& quis manus & non cor.*
13 *Linguam habere domitam, quòd ad bonam uitam pertineat. Et quid de hac dixerit Augustinus.*
14 *Vita hominis actuosa,quòd antecedenter,& consequenter sit precibus inuoluenda, contra Wicleff.*
15 *Wicleff capitur,quòd sanctas preces à similibus sanctæ uitæ,& operibus sanctis,remoueat.*
16 *Hieronimus ad Eustochium quid de oratione dicat.*
17 *Oratio uersiculi Deus in adiutorium meum intende &c. Quòd incessabili uigilantia fundenda sit,secundum Cassianum.*
18 *Orationis instantia quod sit necessaria.*
19 *Imperatorum,in quo fœlicitas.*
20 *Deus Christianorum quòd nunquam catholicis precibus offendatur.*

NEmo † tamen sic orationes præferat,ut uitam iustam & sanctam contemnat: sciens quoniam sicut uita propter orationes est iustior: ita oratio bona uita est probatior. Iugiter insistendum est sanctis actibus,quæ undique sanctis precibus includantur. Idcirco † enim superhumerale rationali copulatur in lege. Vt epistola ad Fabiolam de ueste sacerdotali.HIERON.Nec sufficit nobis priorum absolutio peccatorum baptismi gratia doctrina secretior,nisi habuerimus,& operа. Vnde iũgitur,& ephoda idest, sup humerale, q rationali copulatur,ut non sit laxum, nec dissolutum:sed hæreant sibi inuicem, & auxilio sint, Ratio enim operibus,& opera ratione indigent, ut quod mente percipimus,opere perpetremus. Hæc ille.AVCT. Non audiatur Witcleff cum dicit primo capitulo de oratione, homines debent continue iustè uiuere, quia interscissa illa iustitia,uiuunt diabolo: & ideo de hac sola, quã dicit orationem uitalem, intelligendum est illud Apostoli, Sine intermissione orate, & non † quòd sine intermissione oretur, cogitatione, uel uoce. Ecclesia Christi Iesu, nos docet, & ab initio semper docebat,sic sine intermissione orare,ut omnes actus nostros alios præcedat oratio omnesque sequatur,& omnes actus nostros oratio comitetur,ad eum nimirum à quo habeamus & uelle,& perficere pro bona uoluntate. † Nam quid prius habet sancta uita,quam fidem?& tamen ipsa precibus præuenitur,& si non ꝓpriis, ut quidam putant, attamen alienis. Ecclesia pro fidelib. semper orat, & in baptismo super baptizandum sacri inuocant sacerdotes,ut saluetur in Christo, sicut filia Syrophenicæ ex fide matris,& prece:& filius ex fide patris: qui tamen non plenè credens ausus est dicere,adiuua incredulitatem meam.Non omnino credidit. Quomodo inuocabunt,in quem non crediderunt? Nec item perfectè credidit,qui suam fidem iuuari petebat:sed ipsa fides,aut si quid prius est fide,oratione præuenitur ad dominum, eo quod ipsum fidei initium est uerum Dei donum, ut aptissime probat illud apostoli. 1. Thessalonicen. 2. Ideò,& nos gratias agimus Deo sine intermissione,quoniam cum accepissetis à nobis uerbum auditus Dei &c. De quo libro de prædestinatione sanctorum * uersus finem. AVGV. Nonne initium fidei apparet Thessaloni cẽtium,de quo tamen Apostolus,idem Deo gratias agit dicẽs, pro-

*uerbum Propterea,& nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cùm percepissetis à nobis uerbum auditus Dei,accepistis, non ut * uerba hominum,sed sicut uerè uerbum Dei,quod operatur in uobis,cui credidistis. Quid est ꝙ hinc Deo gratias agit?Nempe unum est & inane, si alicui gratias agit de hoc quod ipse non fecit. cap.20. Sequitur.Illud etiam initium fidei hominum, donum Dei esse nos admonet, cum hoc significet Coloss.24 Apostolus dicens in epistola ad Colossen. 4. Orationi instate, uigilantes in illa in gratiarum actione:orantes simul,& pro nobis,ut Deus aperiat nobis ostium uerbi sui,ad loquendum mysterium Christi propter quod etiã uinctus sum ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. *oblitũ uerbi. Quomodo enim aperitur * mysteriũ Christi nisi cum sensus aperitur audientis,ut credat, & initio fidei facto,ea quæ ad ædificandum per salutem doctrinam prædicantur,& disputantur admittat, ne per infidelitatem corde clauso ea quæ dicuntur,improbet, ac repellat. Hæc ille. AVCTOR. Attendamus Apostolum hic dicere se sine intermissione gratias agere,& sic orare:sicut in illo ad Colossen. pater. Orationi instate uigilantes: in illa gratiarum actione: cùm tamen non diceret se sine iustitia intercisa semper agere iustam uitam ipso dicente. Nihil mihi conscius sum,sed non in hoc iustificatus sum Qualiter ergo de aliis sit exponẽdũ hoc uerbũ, uellet Apostolus, ꝙ nullo modo timeret exponi de se? Tandem pensandum est quomodo probet Apostolus initium, & primum fidei aditum esse Dei donum,de quo post subdit ibidem, AVGVSTINVS. Quid est enim, Orantes simul & pro nobis,ut Deus aperiat nobis ostium uerbi, nisi apertissima demonstratio etiam ipsum initium fidei,esse donum Dei?Non enim orando petere tur ab eo,nisi ab eo tribui crederetur.Hoc donũ cælestis gratiæ in illam purpurariã descenderat, cui sicut scriptura dicit in Actibus Apostolorũ, Deus aperuerat sensum eius,& intendebat in ea quæ a Paulo dicebantur, sic enim uocabatur ut crederet. Agit quippe Deus,quod uult in cordibus hominum,uel adiuuando,uel indicando, ut etiam per eos impleatur,quod manus eius & cõsilium prædestinauit fieri,Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc ergo quòd initium fidei est donum,& ipsum ergo præcedat oratio per hortamentum apostoli,patet ꝙ ois bona uita est sanctis ꝓcib. 4 præunda.Quod exemplum Apostoli de Apertura ostium ad primum habentium ingressum ad uiuificandum fideles hoc erguit:cui tamen orationem præponit fidelium. Orantes (inquiens) simul & pro nobis,ut Deus aperiat nobis ostium uerbi:& ne quid impedimento essent alicui ex illis nondum credentibus,ꝙ ipsi orarent: hoc idẽ Pauli,uel apud Deum,& sanctos,& dicerent, crantes simul & pro nobis ipsis, ut pateat ostium nobis uerbi in prædicatione Pauli. Et tu da mihi inter opera uitæ,si nosti opus perfectius, quàm instare uerbo Dei:& tamen hoc ipsum in Paulo præcessit oratio,præcessit etiam in singulis Apostolis iuxta decretum ipsorum cõmune. Act. 6. Nos uerò orationi & mysterio Christi instantes erimus,orationem præponunt ut ad uerbũ eant. Act.6. 5 † Et quo mos communis manauit ecclesiæ,ut oratio fundatur ad dominum pro adiutorio in exordio prædicandi:& priusquam Saulus susceMos præmittendi salutationem Angelicam ab Apostolis desciꝰit Act.9. Act.14. Heb.3. pisset uerbum Dei ab Anania Damasci, pro se ipso orabat,ut crederet,unde & dominus ait.Ecce enim orat. Et orationes Cornelii dicuntur ascendisse coram domino,ut in tra biduum audiret Petrum prædicantem sibi aduenturum, & bñficia Saluatoris,& baptizaretur, & crederet. In his & plurib.si non des bonam uitam sine fide,cũ sine fide impossibile est placere Deo, ante bonã uitam,ut habeatur,dabis orationem præambulam uitæ bonæ,quamuis aliquando non peccãtibus hoc uitæ initium donet Deus.Et sicut initiũ bonæ uitę,ita & ipsa bona uita donum Dei est, & ab eo,ut perseueretur,continuis precibus,postulanda:prout sanctus pater Cyprianus in libr. de Oratione dominica scribit & resumit in li.de bono perseuerantiæ, * ad principium AVGVSTIN.Quòd ipse dicit,Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus,in eo,qđ esse cœpimus,perseueremus. Et paulò post post de ipsa hac re adhuc disputans,& docens nos perseuerãtiam petere à domino: ꝙ nullo modo rectè ac ueraciter faceret,nisi eius donum & hoc esset. Hæc(inquit)sanctificatio,ut i nobis permaneat, oramus.Et quia dominus & iudex noster sanato à se,& uiuificato comminatur non dereliquere, ne qd ei deterius fiat:hãc continuis orationibus precẽ facimus,hoc dieb.& noctib.postulamus, ut sanctificatio,& uiuificatio quæ de Dei gratia sumitur,ipsius protectiõe seruetur.In sanctificatione igitur pseuerantiam,hoc est, ut in sanctificatione pseueremus:nos ab eo petere ille doctor intelligit,cũ sanctificati dicimus,Sanctifice tur nomen tuũ.Quid est,n.aliud petere ꝙ accipimus,nisi ut id quoq; nobis præstetur, ne habere desinamus?Sicut ergo sanctus cũ Deum orat,ut sanctus sit,id utique rogat,ut sanctus pmaneat: ita utique & castus cũ rogat ut castus sit:eõtinẽs ut cõtinẽs sit iustus ut iustus,pius &c. Quæ contra Pelagianos dona Dei esse defendimus,hoc sine dubio petunt,ut in eis perseuerent bonis quę se accepisse nouerunt. Quòd si accipiunt, profecto & ipsam perseuerantiam magnum Dei donum,quo cæterã eius dona cõseruãtur accipiũt.

Hæc

Aug.To.7 *cap.3.

Lem.19.

Mat.6

Aug.To.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc ille. AVCTOR. In hoc processu docet Auguſt. ex Cypriano, quomodo perſeuerantiã in ſancta uita petamus & rogemus & hoc diebus ac noctibus, ne deterius nobis contingat.

6 Nec † per negligentiam excuſamur, ſi bonam uitam non habemus, cum orãdo habere poſſi nus, ſicut cuidam Pelagiano reſpondit, poſt principium de natura & gratia, AVGVST. Sed quod dicit negligentiæ ſuæ potius imputari q̃ non eſt ſine peccato, bene quidem dicit: ſed dignetur orare Deum, ne illi hæc * unquam negligentia dominetur: * quod rogabat * quidem quando dicebat, Itinera mea dirige ſecundum uerbũ meũ, ut non dominetur mihi omnis iniquitas: nedum ſuæ diligentiæ quaſi propriis uiribus non fidit, neque hæc ad ueram iuſtitiam, neque illic ubi ſine dubio, perfecta deſideranda eſt & ſperanda perueniat. Hæc ille. AVCT. Hic ſupponit Auguſt. hunc imputantem ſibiipſi ſuam negligentiam, quòd non ſit ſine peccato: quia ſi non orat Deum, propriis uiribus confidit, & tunc nec huc peruenturum ad ueram iuſtitiam, nec poſt modum ad perfectam cenſet: ideo qui nouit uitam ſuam eſſe peccati cem & non pro illa orat Deũ, quia confidit in uiribus propriis: dupliciter peccat in uitam, & duplicem amittit uitæ iuſtitiam. Quòd ſi iuſtam uitam haberemus à Deo ſine precibus, ſuperfluum uideretur & uanum orare pro donis gratuitis: quòd tamen uidetur Witcleff intendere cùm ſic dicat, Vinamus bonã uitam, & Deus dabit nobis utile quid petamus. Sed qualiter uiuamus bonam uitam? uel ex nobis, & ex Pelagianus: dicens, quod Deus dabit nobis gratiã propter merita: aut à Deo & tunc priùs orandus

7 eſt Deus: ideo ſuprà dicit † Auguſtinus quòd bona perſeuerantia uſque in finem non niſi orantibus datur. Aptius igitur dixiſſes, det nobis Deus utile quod uocaliter poſtulemus, & uiuemus bonam uitam. ſicut Auguſtinus ſe in confeſſionibus ad dominum dixiſſe commemorat: Domine

8 da quòd iubes, & iube quòd uis. Mihi autẽ † uidetur ſic ſancta uita cum oratione, & oratio cũ ſancta uita commixta, ut ſe ſemper amplectantur mutuò. Nec enim ſanctam uitam noſtram excludit oratione cognoſco. unde prima parte ſermonum, ſermo. ſuper illud pſal. 118. Bonitatem, diſciplinam, & ſcientiam doce me. † AVGV. Verè (inquit) rectè nouit uiuere, qui rectè nouit orare. Hæc ille. AVCTOR. Breue uerbum ſed ordine ſuo notandum. Non enim ait, rectè nouit orare qui rectè nouit uiuere: ſed rectè nouit uiuere, qui rectè nouit orare: ne ipſum uitale tuum, uiuere duceret, niſi iuuaret orare: ſed rectè uiuit, qui rectè orat (inquit) quia, ut rectè uiuat, oratio impetrat apud Deum. Ideo in principio libri de oratione † CYPRIANVS. Qui

A fecit uiuere, docuit, & orare, benignitate ea qua ſcilicet & cætera dare & conferre dignatus eſt: ut dum prece & oratione, quam filius docuit apud patrem, loquimur, facilius audiamur. Hæc ille. AVCTOR. Orationem & precem dicit uocalem, qua loquimur, quam orare docuit, qui fe

11 cit uiuere, quia uitæ eſt præſidium: Vnde † & cũcta opera uitæ, ſunt oratione munienda continua: ſecundum illud Hieremiæ dicentis, Leuemus corda cum manibus. Per manus opera huius uitæ, per corda leuanda preces deſignans. Sicut exponit hunc locum. 18. moralium * cap.

12 3. GREG. † Corda uero cum manibus leuãt, qui orationem ſuam operibus roborant: nam quiſquis orat, ſed operari diſſimulat, cor tantum leuat. Quiſquis uerò operatur & non orat, manus leuat & cor non leuat. Iuxta Ioannis ergo uocẽ, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum ſibi uitæ prauitas nulla contradicit. Hæc ille. AVCTOR. Iuxta ergo hunc ſanctum * tractatum, uitæ ſyncericas precibus conualeſcit. Nec igitur eſt ſancta uita ſine ſanctis operibus: profectò nec poſſunt ſine precibus, opera eſſe ſancta: de precibus loquor affectus, uel uocis. Ecce de ipſius linguæ opere, dicit Apoſtolus Iacobus, Linguam nullus homo domare poteſt. In libro de natura & gratia, * poſt principium dicit AVGV. Neque hoc ideo * dicit, ut huius in nos mali dominationem, per negligentiam permanere patiamur: ſed ut ad domandum linguam, diuinæ gratiæ poſcamus auxilium. Non enim ait, Linguam nullus domare poteſt, ſed ait, Nullus hominum: ut cum domatur, Dei miſericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam: & dum conatur, poſcat auxilium & oret lingua, ut dometur lingua, domãte illo qui dicit ad ſuos: Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Hæc ille. AVCTOR. Perpende quod

C † linguam habere domitam, ad bonam uitã pertinet, & de hac Auguſtinus dixit: Oret lingua, ut edometur lingua. & cur non dixit, Non oret lingua, ſed uita, ut dometur lingua? Quia ſi bona uita uiuamus, dabit nobis Deus utile quod petamus: & quid poteſt utilius petere quam bonã uitam? Cur ergo non per ſeipſam, ſed linguam, aut aliam precem, bona uita appetitur? Igitur ut præ

13 dixi, † ſicut corpus ueſtibus foris, aut complexionalibus humoribus, intus ambitur: ſic antecedenter, & conſequenter, eſt actuoſa uita hominis, precibus inuoluenda. Vel dicat Witcleff cur ſancta opera uitæ ſuæ, ſine precibus Apoſtolus Paulus, ut exhortationes, prædicationes, increpationes quàm plurimas, quibus ſanctam uitam exercuit, apud Corinthios ex toto ſciuit inualidas, ſi orationem nõ adiunxiſſet operibus, dicẽs, Oramus

mus aũt Deum ne quid faciatis mali: ſecũdæ ad Corinth. 13. unde libro de correctione, & gratia ad principium AVGVS. Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali: non ut nos probari pareamus ſed ut uos quod bonum eſt faciatis. Quis hoc audiat, & non euigiler, atque fateatur, à Deo nobis eſſe, ut declinemur à malo, & faciamus bonum? Quãdoquidem non ait Apoſtolus, Monemus, docemus, hortamur, increpamus: ſed ait Oramus ad Deum ne quid faciatis mali, ſed quòd bonũ eſt faciat: & tamen etiam loquebatur eis, & faciebat illa opera ſquæ commemorauit: monebat, docebat, hortabatur, increpabat, ſed ſciebat hæc omnia non ualere, quæ plantando, & rigando, faciebat in aperto, niſi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incremẽtum in occulto. Hæc ille. AVCT. Ecce bonam, ecce ſanctam uitam Paulus exercuit monendo, increpando, hortando fideles, & hæc omnia nõ ualitura ſciuit in publico, niſi eum pro illis exaudi

15 ret Deus orãtem in occulto. † Qua igitur inſania remouet Witcleff ſanctas preces à finib. ſanctę uitæ, & operib. ſanctis: ſicut docet orationẽ uitæ pferendam aliis tanq̃ generaliorẽ, & ſub hoc fucata licentiat, ac pmittit ſacerdotes ſuos horis ſtatutis, non orare ꝓm modũ eccleſiæ, ſed p̃dicare uel ſtudere, uel aliud utile operari uel habebitur infra. Et ita dicit, apoſtolos nõ inſtitutos à Chriſto cõcinere ſed ad ædificationem eccleſiæ operariq; ſi orare, & pſallere Deo, non ſint opera ad ædificationẽ. Nos aũt dicamus cũ eccleſia, ẽt cũ operamur, ſi pſallamus, & oremus: opera reddere meliora. Vnde lib. de opere monachorum,

ca. 17. AVGV. Cantica diuina cãtirate, ẽt manibus operantes facilè pñt, & laborem ipſum tanq̃ diuino celeumate conſolari. An ignoramus opifices quibus uanitatibus, & plærunque etiam turpitudinib. theatricarũ fabularũ donẽt corda, & linguas ſuas, cum manus ab opere non recedãt? C Quid ergo impedit ſeruum Dei, operantem manib. in lege domini meditari, & pſallere nomini domini altiſſimi? Hæc ille AVCT. Hic non conſulit Auguſtinus orationes, & Pſalmos dimittere, & alia opera facere, ſicut Witcleff, maximè cum hora adeſt orandi, ſed ẽt in ipſo operare, diuino celeumate conſolari, ut aſſequatur qs illud ſapientis elogiumine impediaris orare ſemper. Et ſecundum hanc regulam inſtituebat Euſtochium uirginem, in epiſtola ad eandem. Hie

16 RON. † Egredientes hoſpitium armet oratio, regredientibus de platea, oratio occurrat, antequã ſeſſio: nec prius corpuſculum requieſcat, q̃ anima paſcatur. Ad omnem actum, & ad omnem inceſſum, manus * porrigat crucem. Hæc ille. AV-

17 CT. & ſanctus pater CASSIANVS in collatione Iſaac Deus ad adiutorium meum intende

A domine ad adiuuandum me feſtina. Huius ueriſculi oratio in aduerſis ut eruamur, in proſperis ut ſeruemur, nec extollamur, inceſſabili * uigilantia fundenda eſt. Huius inq̃ ueriſculi meditatio in tuo pectore indirupta uoluatur: hũc in opere quolibet ſeu miniſterio uel itinere cõſtitutus decantare nõ deſinas. Hunc & dormiens & reficiẽs & in intimis naturæ neceſsitatib. meditare

18 Hæc ille. AVCTOR. Quòd † ſi deludendo ais hanc orationis inſtantiam poſſe ualere fratribus monachis, aut clericis: non aũt eſſe neceſſariam, ſed bonam uitam mercatori aut militi: Iã deduxi: cuilibet accordo, neceſſariã cuilibet bonã uitã: ſed dico cum nõ niſi ex Dei dono, uita ſit bona, neceſſariam eſſe precem: da ſi uis regem tãto magis hẽt orationes neceſſarias. Vnde libr. 5. de

19 ciuitate. c. 24. AVG. † Neque. n. nos Chriſtianos quoſdam Imperatores, ideo fœlices dicimus, qa uel diutius Imperarunt, uel imperatores filios B morte placita reliquerunt, uel hoſtes reipublicæ domuerũt, uel inimicos ciues aduerſus ſe inſurgẽtes, & cauere, & opprimere potuerunt. Sequitur. Sed fœlices eos dicimus, ſi iuſtè imperant, ſi inter linguas ſublimiter honorãtiũ & obſequia nimis ſalutantiũ non extollũtur. Sed ſe homines eẽ meminerunt. Si ſuam poteſtatem ad dei cultũ maxmè dilatandum, maieſtati eius famulam faciunt. Si Deum timent, diligunt, colunt, ſi plus amant illud regnum ubi non timent habere conſortes. Si tardiùs uindicat, facilè ignoſcunt. Sequitur. Si pro ſuis peccatis humilitatis, & miſerationis, & orationis ſacrificiũ Deo ſuo uero, immolare nõ negligunt. Tales Chriſtianos imperatores dicimus eſſe fœlices. Hæc ille. AVC. Vbi penè ſingulos bonos mores, in uita regia, tanquàm ad ueritatis culmen, in oratione configit. Vbi ẽt infrà uictoriam ſubdit Theodoſii, cõtra quenquã tyrãnum Eugenium Avc. Accepto rurſus prophetico rũſio fide certus oppreſsit, contra cuius robuſtiſsimũ exercitum, magis orando, q̃ feriendo pugnauit, Milites nobis qui aderant retulerũt ex torta ſibi eſſe de manib. quæcunq; iaculabatur, cùm à Theodoſii partibus in aduerſarios uehemens uentus iret, & nõ ſolum quæcunque in eos iaculabantur concitatiſsimè raperet, uerumetiã ipſorũ tela in eorũ corpora retorqueret. Vñ & poeta Claudianus quis à Chriſti nomine alienus in eius laude dicit. O nimium dilecte deo cui fudit ab aſtris, ſe Iouis armatus uenies filii, militat æther. Et coniurati uenient ad claſtica uenti. Hæc ille. AVCT. Poſſent ex ſimilib. uoluminẽ extendere in immenſum eo q̃ oẽs Chriſtianorũ libri oronis laudes extollũt. Et paganorũ cultus ẽt contra Witcleff inſurgeret, ſi oroni qualicunque quantulumcunque detraheret. Qñ unus illorum poeta ait. Et ſi non dederis Cæſar permitte

*ingitate

*laudil ui dixit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te rogari. Offendunt nunquam thuræ preceſq;
30 Iouem.†Audeo dicere,q̃ Deus Chriſtianorum
catholicis precibus nunquam,offenditur,ſed pla
catur: quia propter inter diſputandum,nolu-
mus tam eſſe ſoliciti,ut non memineremus orã
do etiam pro hoſtibus orationum ſanctarum.
Sed iam uerborum recolimus, quæ in fine libri
de bono perſeuerantiæ ſubiicit AVG.Non itaq;
ſimus in diſputationibus prompti,& in orationi
bus pigri.Oremus dilectiſſimi,oremus:ut Deus
gratiam det ẽt inimicis noſtris,maximæq; fratri
bus,& dilectoribus noſtris intelligere,& confite
ri,poſt ingentem,& ineffabilem ruinam:* quia
in uno omnes*credimus, neminem, niſi gratia
dei liberari:eamq̃ non ſecundum merita acci
pientium tanquàm:debitam reddi,ſed tanquàm
ueram gratiam,nullis meritis præcedentibus gra
tis dari.Hæc ille.

*libri ſecundi Aug. To.7 ca.24.

*qua *cecidimus.

¶ QVOD DEVS PRIVS ORANdo inuocatur quàm uitæ iuſtitia: in bonis operibus habeatur. Cap. IIII.

SVMMA.

1 *Witcleff carpitur ab auctore, quòd ſub obſcurè loquatur atque captioſè.*
2 *Witcleff quod non euadat Pelagianorum errores, præferendo bonam uitam ſanctis orationibus, quibus ipſa uita per gratiam debuit impetrari.*
3 *Deus quòd quandoq̃ dat initium fidei non orantibus,perſeuerantiam autem in bona uita, non niſi orantibus.*
4 *Auguſtini dictum ſuper illum locum Orãtes noli te multum loqui ſicut ethnici.*
5 *Multiloquium in oratione cùm ſit uitandũ, quòd tamẽ eloquium ſit neceſſarium ſecundum doctri nam Chriſti,& nalde utile.*
6 *Deus omniſciens dat nobis iuſtitiam uite propter rationabilem precem &c.non precem rationabilem propter uitam primò.*
7 *Apoſtolus quare non dixerit, Miſericordiam conſequutus ſum quia fidelis eram,ſed ut fidelis eſſem.*
8 *Apoſtolus quare aſſiduè legi præponat fidem.*
9 *Symbolum quare prius fuerit datum, & non oratio.*
10 *Dominus quòd ſtatim in initio fidei ſit inuocandus.*
11 *Origenis expoſitio ſuper illud apoſtoli. Et erit tẽpus cum inuocabitis me, ego autem non exaudiam uos.*
12 *Inuocatio quid ſit.*
13 *Inuocare nomen domini, & adorare dominum, quòd eſt unum atque idem,ſecundum Origenem.*
Et quòd ſicut offerimus Deo patri primò omnium orationes,ita & domino noſtro Ieſu Chriſto.
14 *Enos interpretatur uir uel homo, & quomodo cepit inuocare nomen domini.*
15 *Oratio quare omnino præponitur operi.*
16 *Fides quod ipſa eſt, quæ orando impetrat quod lex imperat.*
17 *Petendum quid ſit primò in oratione.*

ET ſubiungit Witcleff eodem capitulo primo de oratione Matthæ.6.Nolite multum orare ſicut ethnici: ſcit enim pater ueſter quid opus ſit uobis,ante quam petatis.Cum enim ex fide, Deus ſcit omnia præterita,præſentia,uel futura: & non ſolũ ſcit ſed præparat ac diſponit quod eſt utile uiatori:patet ex eadem fide, quòd homine uiuente iuſtẽ, Deus propter ſuam iuſtitiam dabit illi qđ rationabiliter poſtularit.†Hæc Witcleff, AVCTOR.Subobſcurè loquitur dicens, Deus pr̃ ſuam iuſtitiam dabit illi,uel enim propter ſuam iuſtitiam diuinam, uel illi propter ſuam iuſtitiam qui iuſte uiuit:uerum ſi primum intelligat, à ſanctorum patris regulis & ſcripturis diſſentit qui ſemper ſolent dicere,quod Deus ſola miſeri cordia,& larga pietate remunerat. Si ſecundũ turpius errat ut ſolet,q̃ iuſtitia humana ſit Dei donis condigna,†Et nec euaduit Pelagianorum errores in ordine præferendi bonam uitam,ſanctis orationibus:quibus ipſa uita per gratiam,debuit impetrari.Homine (inquit) uiuente iuſtẽ, Deus propter ſuam iuſtitiam dabit quòd rationabiliter poſtularit.Et item ſubdit hoc idẽ Witcleff.Cum ſæpe ignoramus in talibus particularibus,ſecundum apoſtolum, quid petamus, patet perplexitatis excluſio,per hoc quod uiuamus bonam uitam:etiam Deus omniſciens dabit nobis utile,quòd ab eo uocaliter poſtulemus. Hæc Witcleff. AVG. Præfert continuẽ bonam uitam & ſubdit preces:quaſi facile poſſet homo iuſtam uitam ducere,gratia non prius per orationem petita,& habita. Et hic erat Pelagianorum error qui ideò orare non curarunt,propter hanc rationem erroneam quam Witcleff ex euangelio iſte fingit.Vnde libro de bono perſeuerãtiæ circa medium.AVGV. Sunt qui propterea uel frigide orant, quoniam domino dicente,didicerũt ſcire Deum quid nobis neceſſarium ſit prius quam peteremus ab eo. Num propter tales hæc ex euangelio delenda putabuntur? immo cum conſtet Deum alia danda etiam non orantibus præparaſſe,ſicut uſque in finem perſeuerantiã, profecto qui ex ſeipſo hanc habere ſe putat,nõ orat ut habeat. Cauendum eſt igitur ne dum timemus ne tepeſcat hortatio,extinguatur oratio,

Aug.To.4 Matt.7

*Spectandos.

*Vnus.

*Oratio Cur neceſſaria.

tio,accendatur elatio.Hæc ille.AVCTOR.Hic A *ſeruat,& purgat,capaciusq̃ efficit, ad ſuſci-
3 attendeſ†quòd initium fidei dat Deus quandoq; pienda diuina munera,quæ ſpecialiter nobis in *ſerenat
non orantibus,quoniam non credentibus perſe ſunduntur.Non enim ambitione precum, nos
uerantiam autem in bona uita non niſi orantib. exaudit.Deus,qui ſemper paratus eſt,dare ſuam
quomodo ergo prius uiuam iuſtẽ,& tunc ora- lucem nobis.Non uiſibilem,ſed ſpiritualem,&
bo,quando bona uita ſine oratione non tradit? intelligibilẽ,ſed nos non ſemper parati ſumus
Neceſſario enim dabis q̃ ex me ipſo habeã bo- accipere,cum inclinemur in alia,& rerum tpa-
nam uitam,quam iubes habere antequam orẽ. lium cupiditate*teneamur.Fit ergo in oratione *Tene-
Et profecto,inquit Auguſtinus. Qui ex ſeipſo cordis ad deum converſio,qui ſemper dare pa- bramur.
hanc habere ſe putat,non orat ut habeat:& tunc ratus eſt,ſi nos*captamus quod dederit,& in ip *Capia-
cauendum nẽ extinguatur oratio,& accendatur ſa*converſione purgatio interioris oculi,cùm mus.
elatio.Sed ad uerbum Chriſti intelligendũ radi excluduntur ea quæ tpaliter cupiebarẽ, ut *a- *Et in ip
citus,quo iuſſit non multum orandum, qa ſcit ctione ſimplicis cordis,ferre poſſit ſimplicẽ lu- ſa purga
Pater noſter.&c.Notandum eſt, quod lib. 2: de cem diuinitus,ſine ullo occaſu, aut*commuta- tione con
ſermone dñi in monte,ſcribit AVG.ſuper†illum tione fulgentem.Hæcille. AVCT. Semper i ſo uerſio.
locum.Orantes nolite multũ loqui ſicut ethnici lutione recurrit ad uerba orandi: non propter *Acies
faciunt Arbitrantur.n.q̃ in multiloquio ſuo ex ſe,ſed pp cognitionem,& purgationem cordis *immuta
audiantur:ſicut hypocritarũ eſt præbere ſe*ex- generandam,cum intentione cogitationis,addi tione
pectandos in oratione,quorum fructus eſt pla- lectionem puram,Omniſciens ergo deus dat no
cere hominibus.Ita Ethnicorum,i. gentilium in 6 bis iuſtitiam uitæ,propter rationabilem precẽ,
multiloquio ſe putare exaudiri.Et re uera oẽ mu B iam purgatricem hominis in mente,nõ precem
tiloquium à gentibus uenit, qexercẽdæ linguæ, rõnabilem,propter uitam primò.Sed dicunt.Ip Nona hæ
potius quàm mundando animo,dãt operam ut ſa uita bona,bonæ uoluntatis rõne, oratio eſt: reticorum
hoc nugatorij ſtudii genus,etiam ad precẽ fun- & ideo gratiam meretur in oratione ſequenti: inſtantia.
dendam transferre conentur,arbitrantes Deum ergo gratia dei ſm merita noſtra datur, ſm q̃
ſicut hominem iudicem uerbis adduci in ſniam Pelagiani dicebant.Et arguit eos, libro de gra- *cap.14.
Nolite itaque ſimiles eſſe illis dicit Dominus, tia dei,& libero arbitrio*circa medium. AVGV. Aug.To.7
& *uerus magiſter:Scit enim Pater ueſter quid uo Cum conuicti fuerint ad hoc ſe conuertunt, ut
bis neceſſarium ſit,anteq̃ petatis ab eo ſi .n.uer quomodo poſſunt conentur oſtendere gratiam
ba multa ad id pferũtur ut inſtruat, & doceatur dei,ſecundum merita noſtra dari; dicunt enim.
ignarus.Quid.n.uerbis opus eſt,ad rerũ omniũ Et ſi non datur ſecundum merita bonorum o-
cognitorẽ,cui oĩa q̃ ſunt,eo ipſo q̃ ſunt,loquun perum,quia per ipſam benè operamur,tamen ſe
tur,ſeq; indicãt facta:& ea q̃ uẽtura ſunt,eius ar cundum merita bonæ uoluntatis(inquiunt) gra
tẽ,ſapiẽtiãq; nõ latẽr,in qua ſũt,& q̃ trãſierunt, præcedit orantis,quam præceſſit uoluntas cre-
& q̃ trãſitura ſunt,oĩa preſentia,& nõ tranſeuntia dẽtis,ut ſm hæc merita gratia ſequatur exaudiẽ
5 AVG.Hucuſq; ſ̃ †multiloquiũ ĩ oratione.Sed cõtra tis dei.Iam quidem de fide,hoc eſt, de uolũtate
propter uitandum multiloquium,uideretur eſſe credentis,ſupius diſputaui,uſque adeò eã demõ *Vt eſſem uã
eloquium non neceſſarium,ſecundum doctrinã C ſtrans ad gratiam ptinere,ut Apoſtolus nõ di- quod erã
Chriſti,immo ualde utile,& propter ſerenatio- 7 ceret.Miſericordiam† cõſecutus ſum qa fidelis Ore. 1.Tim.1.
nem cordis,& propter capacitatem diuini mu- erã:ſed diceret miſericordiã conſecutus ſũ,ut ſi
neris:ſubdit AVGVS.Sed quoniam(quamuis ta delis eſſem.Sunt & alia teſtimonia, in qbus eſt
men pauca uerba,& ipſe dicturus eſt,quib. nos qđ ait,Sapite ad tpantiam, ſicut unicuiq; deus
doceat orare)quæri poteſt, cur uel his paucis partitus eſt mẽſurã fidei.Et qđ iã cõmemoraui
uerbis opus ſit,ad eum qui ſcit omnia antequã Gratia ſalui facti eſtis p fidẽ,& hoc nõ ex uobis
fiant & nouit,ut dictum eſt,quid nobis neceſſa- Sed dei donũ eſt. Et illud qđ ſcripſit ad Ephe-
rium ſit,antequam putamus eum? Hic reſpon- ſios,Pax fratrib. & charitas,cũ fide à deo pr̃e,
dendum eſt,non uerbis agere apud deum debe- & dño Ieſu Chriſto. Et illud ubi ait, qa uobis
re,ut impetremus quod uolumus:ſed reb. quas donatũ eſt p Chr̃o,nõ ſolũ ut credatis in eũ,ſic
animo gerimus,& intentione cogitationis,cum ẽt ut patiamini pro eo. Vtrũq;ergo ad dei gr̃am
dilectione pura,& ſimplici affectu.Sed res ipſas ptinet,& fides credentiũ,& tolerãtia patientiũ
uerbis nos docuiſſe dominum noſtrum, quibus qa utrũq; dixit eẽ donarũ.Et illud maximè ubi
memoriæ mandatis,eas ad tempus orandi reco dicit.Habentes autem eundem ſpiritum fidei.
daremur.Sed rurſus quæri poteſt,ſiuè rebus,ſi- Non ait ſcientiam fidei, ſed ſpiritum fidei.
ue uerbis orandum ſit,quòd opus ſit ipſa oratio Quod propterea dicit,ut intelligeremus,quòd
ne,ſi deus iam nouit quid nobis ſit neceſſarium fides etiam non petita conceditur,ut ei petenti
niſi quia ipſa orationis intentio, cor noſtrum alia concedantur.Quomodo enim(inquit,) in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocabunt in quem non crediderunt. Ergo ſpiri A
tus gratiæ facit ut habeamus fidem, ut per fidē
impetremus orando, ut poſsimus facere quæ iu-
8 bemur. †Ideo ipſe Apoſtolus aſsiduè legi præpo
nit fidem, quoniam quæ lex iubet, facere nō ua-
lemus, niſi per fidem rogando impetremus, ut fa
cere ualeamus. Hæc ille. AVCTOR. In proce
ſu hoc palàm confundit Auguſtin. præpoſitio-
nem meritorum iuſtæ uitæ, ut ſequatur donum,
& gratia Dei, quam oratione expetimus. Hoc
hoc.n.dicit Pelagianos dixiſſe, ꝙ præcesſit bona
uoluntas credentis, ut ſecūdùm hæc merita, gra
tia ſequatur exaudientis Dei. Quanuis.n.ſic qñ-
que contingat, ꝙ poſt bona facta preces fundi-
mus, quas de gratuito dono, Deus exaudit, or-
do tamen iſte nec neceſſarius, nec ab exordio ē
regularis, in tantum ut dicit, ut ipſe Apoſtolus
aſſerat, ſe miſericordiam conſecutum, non quia
fidelis erat, ſed ut fidelis eſſet. Et tandem ſubiun
git, de ſpiritu gratiæ, ꝙ primò faciat habere fi-
dem, & per fidē preces, & per preces, facta. Pro- B
Ro.10 bat hanc ſequelam ex illo Apoſtoli. Quomodo
inuocabunt in quem non crediderunt? aut qūo
credent ei quē non audierunt? Quem item textū
ponderans ſecunda parte ſermonum, ſermone
Aug.To.x. 9 ſecundo, de oratione dominica. AVGVS. Quia
ergo dicit, Quomodo inuocabunt in quem non
crediderunt: ideo non accepiſtis prius oratio-
nem, & poſtea ſymbolum: ſed prius ſymbolum,
ubi ſciretis quid crederetis, & poſtea orationē,
ubi uoſceretis quem inuocaretis. Symbolum er
go pertinet ad fidem, oratio ad precem: quia q
credit, ipſe audiet inuocans. Hæc ille AVCT. 12
Ipſe ergo ordo traditionis antiquæ Apoſtolicæ
eccleſiæ, prodit inuocationem non expectare
10 moras, ſed† ſtatim in exordio ipſius fidei, Dūm
eſſe inuocandum: ut iuſtam uitam, ſua gratia fa
ciamus. In expoſitione huius textus, lib. 8. in e-
Pro.1 piſtola, ad Romanos. ORIG. Et erit tempus C
Orig.To.2 11 cum inuocabitis † me, ego autem non exaudiā
uos. In quo mihi uidetur ſapientia coarctare, &
perurgere eos, qui ſaluari uolunt, ut citiùs inuo
cent ſapientiam, neque morentur, neque diffe-
rant, nè fortè cum ſtatutum tempus præterierit 13
in quo pœnitēdi facultas eſt tardè poſt hoc inuo
cent, ubi pœnitentiæ locus non eſt, & tunc dicit
quòd inuocabitis me, & ego non exaudiam uos
Et infra ſuper hunc locum. Quomodo inuoca-
bunt in quem non crediderunt? In quo docet, nō
poſſe inuocari nomen Dei, niſi prius credatur 14
in Chriſtum: cum autem crediderit quis Chri-
ſto, etiam ſi nondum ſanctificatus ſit, & Eccle-
ſiæ corpori ſociatus, tamen neceſſe eſt ut inuo-
cet iam eum, cui credidit. Chriſtus enim uenit
credentes offerre Patri. Quos autem offert Pa-
tri, Spiritus ſuſcipit, ut ſanctificet eos, & tanquā
cæleſtis eccleſiæ primitiuorum membra uiuifi-
cet, atque in ſoliditatem totius corporis, perfe-
ctionemque reſtituat, ut ita demū Eccleſia Dei
non habens maculam, aut rugam, appellari me-
reatur. Prius ergo quàm ad gradum iſtius perfe
ctionis accedant, tāquam mediatoris Dei, & ho
minum, inuocent nomē domini noſtri Ieſu Chri
ſti. Sequitur. Et in hoc arctiſsima eos concluſio
ne conſtringit. Salus (inquit) non eſt niſi inuocā
ti: nemo uero inuocat, qui non credit. Ergo q
non creditis, non inuocatis, & quia non inuoca
tis, non ſaluamini. Hæc ille. AVCT. Ad hanc cō
ſequentiam Apoſtoli, dic mihi Witcleff, q hor
taris tantum homines contra orationes uocis,
& mentis, dicens ꝙ Deus eas non requirit: Apo
ſtolus ſub expoſitione dicit Origenis, Niſi inuo
cetis non ſaluemini. Et de diffinitionibus gratię *ca.
rectæ fidei* ca. 26. AVGVS. Nullum credimus
ad ſalutem, niſi Deo iuuante, & inuitante, uenie-
re nullum inuitatum ſalutem ſuam, niſi deo au-
xiliante, operari: nullum* non orantem, auxiliū
promereri. Hęc ille. AVCT. Si igitur nullus nō
orans, & inuocans, promereretur auxilium ut ſal
uetur, inuocare primò omnium, poſt credere ne
ceſſe eſt, ut uiuendi deus præſtet auxilium: Etiā
ut dicit Origenes, & ſi nondum ſanctificatus ſit,
aut uiuificatus per gratiam, aut Eccleſiæ incor-
poratus ſit membrum, prius inuocet Ieſum Cri
ſtum, ſicut Cornelius: quia ſalus non eſt niſi in-
uocanti. Quomodo ergo iuſta uita aliqualiter
præcedit, aut perfecta ſalus, ut inuocatio conſe
quatur? At ipſam inuocationem appello, quæ uo
calis eſt inſtātia, & †ab intus uocādo formatur:
ſicut in principio confeſsionum ſuarum AVG.
Inuocat te, domine, fides mea, quam dediſti mi
hi per humanitatem filij tui, per miniſteriū præ
dicatoris tui. Et quomodo inuocabo deum
meum, & dominum meum? Quoniam utique in
meipſum eum uocabo, cùm inuocabo eū. Hæc
ille. AVCT. Et nunquid audebunt aliud dicere
Witcleuiſtæ, quàm quod ſic inuocare, ſit ora-
re? Quod ſi audeant, dicet eis in prædicto capi
tulo. 10. & eodem loco. ORIG. Et ſi inuocare
13 nomen domini, & adorare † dominum, unum
atque idem eſt: & ſicut offerimus deo patri pri-
mò omnium orationes, ita domino Ieſu Chri-
ſto. Hæc ille. AVCT. Pro primitate autem
huius cultus, qui eſt inuocatio, agere poteſt
quis, ante, bona cuiuſdam perfectionis opera,
14 in naturæ primordijs. Enos enim† tertius ab
Adam, primus homo ex nomine cœpit inuo-
care nomen domini. Gene. 4. De quo in libro
de temporibus, BEDA. Enos interpretatur ho-
mo: de quo benè dicitur, Iſte incœpit inuocare
nomen domini quia hominum eſt proprium
ut ſuæ fragilitatis memores, inuocent condi-
toris

toris auxilium, duntaxat qui in fide Chriſti uiuē A
tes, filii orationis eſſe lætantur. Hæc ille. AV-
CT. Ecce primus ex nominis interpretatione
dictus homo, cœpit inuocare nomen Domini
ſ. Enos: & hoc quia eſt proprium hominis natu-
rale, ut fragilitatis ſuæ memor, auxilium inuo-
cet Conditoris. Hoc proprium hominis intēdit
auferre, qui orationes uocales hominum, cona
tur extinguere. Nam ſi omnino uitæ, hæc inuoca
tio eſſet: non hominis proprium diceretur, cum
ipſa communis ſit Angelis: ſed hominis, ꝙ prium
ſcribitur, & hoc præcipuæ ſanctitatis, quemad-
modum iam dicto loco libri octaui ſuper epiſto
Orig.To.2 lam ad Romanos, Origenes. Videtur mihi gran
de aliquid in ſcripturis diuinis, ſub hoc inuoca-
tionis nomine, deſignari. Non enim de quali
buſcunque uiris in gentib. ſed de præcipuis ſcri-
bitur, ꝙ Enos primus ſperauit inuocare nomen
Pſal.97 Domini. Et pſalmis, Moyſes, & Aaron in ſacer-
dotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant
nomen eius, Inuocabant Dominum Deum no- B
ſtrum, & ipſe exaudiebat eos. Sine dubio Chri-
ſtum. Sequitur infra: Si ergo Enos, Moyſes, &
Samuel inuocabant Dominum, & exaudiebat
eos: ſine dubio, Chriſtum Dominum Ieſum in-
uocabant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ſancti in-
uocant. Cur non inuocemus, & nos, & quid hoc
contra ſanctas inuocationes, & orationes, quam
uis deus hoc utile mihi ſcit, & præparat: immo
enim magis inuocabo, ꝙ iubente Propheta A-
ptmos 4 mos. 4. iuxta 70. Præpara te ad inuocandū deum
tuum, o Iſrael, quoniam ego ſum formans toni-
truum, & creans ſpiritum, & annuncians in ho-
mine* Chriſtum ſuum. Quem locum exponens,
libro de Spiritu ſancto Didymus. Dominus (in-
quit) eſt qui Spiritum ſe condere fuerat prælo-
quutus, pariter, & ſe facturum tonitruum, &
formare diluculum, & nebulas facere. Sequi-
tur ut illud quod a Deo dicitur tale ſit. Ego
qui deus ſum uniuerſa procuro, qui & Creator
ſum omnium, qui formo tonitruum, & condo C
Spiritum, qui diluculum, & nebulam ad quaſ-
dam utilitates hominum facio: præpara te, ut in-
uoces me, ò Iſrael, ut præparatus fueris ad in-
uocandum, & memoraueris ſupradicta quæ con
ſtituo, fœlicitate temporum, & aliorum bono
rum largitionibus perfruentem, & tibi per ſin-
gulos annos iuxta naturæ ordinem, miniſtran-
tem, ut ſecundus annus fluat, ut certis ſpatiis
horarum momenta decurrant, ut ſuo tempore
tonitrua mugiant, ut ſalutaris aura opportunis
flatibus inſpiret. Hæc ille. AVCTOR. Con-
clude ergo. Præpara te ad inuocandum me:
ſcio enim quid tibi utile ſit, & præparo: ſed ſi
uis effectum, præpara te ad inuocandum.
Hæc ergo inuocatio quæ eſt oris, & uocis, uoca
tio, præcipuorum hominum cultus ad deum, ex
ſua inſtitutione ſtatim erat in principio rerum,
& demum ex coniunctione ſua ad primā fidem
ſm illud apoſtoli. Quomodo inuocabūt in quē Ro.x
non crediderunt: patet ꝙ de diuinis cultibus erat
primus, non ſaltem conſequens oēm aliam uitā Inter cul-
ſanctam: ſine qua nec reputo uitam ſanctam, Si tus diuinos
autem contradicatur per ſcripturas. aut ſimile oratio pri-
AVGSTIN. quod ſcribitur de agone Chriſtia ma erat.
no. Fides eſt prima quæ ſubingat animam Deo Aug.To.3
deinde prænepta uiuendi quibus cuſtoditis ſpes ca.13. in
noſtra firmatur, & nutritur charitas, & lucere in prin.
cipit, quod antea tantummodò credebatur. Rñ
deri poteſt ſecundum Auguſtin. de libero arbi-
trio. Apoſtolus dicit ad fidem, gratiam pertine-
re, & quomodo tunc non orationem quæ inter
fidem ſituatur, & gratiam, cum apoſtolus Pe- 1.Pet.5
trus poſt ſobrietatem orationem inferens adiun
git. Cui reſiſtite fortes in fide: & Centurio forti- Matth.9
ter orans impetraſſe commendatur. Vade, & ſi-
cut credidiſti fiet tibi. Hæc ergo fides quæ eſt
plena oratione, continet, & gratiam, ut uiuendi
præcepta ſequatur, ſicut iam ſupra dixerat Au-
guſtinus. Et item ordinem iſtum Apoſtoli, Euan
gelium Chriſti commendat, ubi dominus noſter
Luc. 11. docens diſcipulos ordinem orationis, Lu.11
& operis. Ego (inquit) uobis dico, petite, & acci
pietis, quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur
uobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quæ
rit, inuenit: & pulſanti aperietur. Inter quæ pete
re primò ponit qđ ſit orando, deinde ſubiungit
quærere, puta inſtando, & tertiò pulſare operan
do: quia enim manib. pulſamus, & item manib.
operamur, idcirco pulſare ad opera noſtra refer
tur. Qualiter. 2. parte ſermonum, ſermone.
15. de dandis explicat, AVGVSTI. Certè Aug.To.x
quando pulſas ad aliquid, manibus agis: & quod
agas manibus quando pulſes ad Dominum
prorſus, age, manibus pulſa: ſi hoc non egeris,
non dico, pulſas fruſtra, ſed dico, non pulſas.
Quomodo, inquis, uis ut pulſem? ecce quoti-
die rogo: benefacis: nam & hoc dictum eſt,
Petite, & dabitur uobis, quærite, & inuenieris,
pulſate, & aperietur uobis. Omnia dicta ſunt
pete, quære, pulſa: petis orando, quæris per-
ſeuerando, pulſas erogando. Ne ergo quie-
ſcat manus, Apoſtolus cum de eleemoſynis
plebem moneret: Conſilium (inquit) in hoc do
hoc enim prodeſt, quia non ſolum ſapere ſed uel
le cœpiſtis ab anno priore. Hæc ille. Av-
CTOR. In hoc ergo ordine orare præfer-
tur, ut pulſationis actio per eleemoſynam ſub
ſequatur; apertè autem ut per ſacræ orationis
frequentiam, propellatur difficultas operis.
Sublimia enim uitæ opera, Deus præcepit, ut
ſine ipſius dono, nec ipſa ſe facere ſe poſſe hó

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligat:& ideò ad ipsum orandum recurrat, prout illud Matthæi. Petite & dabitur uobis, in expositione tractat, ANSEL. Multa quidem & grauia sunt quæ præcepi, sed quia ad ea complenda per uos non sufficitis, petite uires faciendi,& quærite uiam perficiendi, & datis uiribus, & inuenta uia, tunc instante pulsando, ut aperiatur uobis secretum contemplationis. Petitio pertinet ad impetrandum sanitatem, firmitatēque animi:ut ea quæ præcipiuntur implere possimus:inquisitio autem ad inueniendum ueritatem.† Hæc ille. AVCTOR. Ecce ratio quare oratio omnino præponitur operi, ut ea quæ præcipiuntur(inquit) implere possimus: multa enim,& grauia sunt quæ præcepi,sed quia ad ea compleuda per uos non sufficitis:petite uires faciendi.Sed dicet Witcleuista, Optimus dominus non præciperet seruis, ut facerent quæ sciret eos non posse:sed in libro de natura & gratia respondet* post principium, AVGVST. Itaque præcepta facere commonemur, ut conantes,& nostris uiribus non ualentes, adiutorium diuinum precemur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo impotens est uita nuda seipsam secūdum Dei præcepta traducere. Qualiter tunc est nostris uiribus confidendum sine prece?Hoc motiuum ante erat Pelagianorum,sed dicendum est utrisque,quia quòd ex se non possunt,orare possunt,ut ex se,ipsum possint. Sed respondet eis,libro suo,de gratia & libero arbitrio,* bene post medium AVGV. Magnum(inquit)aliquid se scire Pelagiani putant,quando dicunt, Non iuberet Deus quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat?sed ideo iubet aliqua quæ non possumus,ut nouerimus quid ab illo petere debeamus.Ipsa † enim est fides,quæ orando impetrat,quod lex imperat. Denique ipse qui dicit:Si uolueris obseruabis mandata,in eodem libro ecclesiastico,aliquanto post dicit:Quis dabit in ore custodiam,& super labia mea signaculum astutum, ne forte cadam ab eo, & lingua mea perdat me?Iam certe mandata acceperat, cohibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquantur dolum.Cum ergo uerum sit quod dicit Si uolueris seruabis mandata,quare quærit ori suo dari custodiam?Similis ei qui dicit in psal. Pone domine custodiam ori meo.Non ei sufficit mandatum Dei & uoluntas sua,qñquidem si uoluetit conseruabit ea,Quare ergo paulo post dixit,Domine pater & Deus uitæ,meæ: elationem oculorum nē dederis mihi.Sequitur.Si hæc ei in præsenti diceremus, rectissimè nobis responderet,& diceret.Ex ista oratione mea,qua hæc a Deo peto,intellige quomodo dixerim,si uolueris,obseruabis mandata.Certum est enim nos seruare mandata si uolumus:sed quia præparatur uoluntas à Domino, ab illo petendum est,ut tantum uelimus quantum sufficit: ut uolendo faciamus.Certum est nos uelle cum uolumus,sed ille facit ut uelimus bonum,de quo scriptum est quod pauloante posui. Quod præparatur uoluntas à domino,de quo dictum est, A domino gressus hominis dirigentur, & uiā eius uolet. De quo dictum est,Deus est qui operatur in nobis & uelle.Certum est nos facere cùm facimus:sed ille facit ut faciamus, præbendo uires efficacissimas uoluntati:qui dicit,Faciam ut in iustificationibus & iudicia mea obseruetis & faciatis.cum dicit,Faciam ut faciatis,quid aliud dicit nisi, Auferam cor lapideum a uobis, unde non faciatis & dabo uobis cor carneum unde faciatis?Hæc ille.AVCTOR.Ecce mandata sancta possumus obseruare si uolumus, quæ tamen non possumus.i.per nos possumus, ut nouerimus quid ab illo petere debeamus.Possumus uele, possumus facere : sed si ille faciat uelle,si faciat facere,qui uelle nobis præcepit,& facere. Resumendum ergo quòd nec uelle possumus ut nouerimus quid ab illo qui præcepit,petere debeamus,ut fidelis Christo habeatur,qui dicit,Sine me nihil potestis facere. Et item Apostolus eius dicens,Omnia possum in eo qui me confortat Christus. Primo † ergo in oratione petendum ut iustitiam mandatorum seruemus,ut ita seruare uelimus,& ut uolita faciamus. Quis ergo negat insipiens quin orationem uitæ iustæ, uoluntatis aut uocis præcedit oratio? Vnde libro.6.regist.epistola.32. GREGOR. Quia ita de gratia debemus superna præsumere, ut non sumus negligentes in oratione uel opere, uoce eiusdem ueritatis exprimitur. Oportet semper orare & non deficere. Petamus ergo orando,quæramus legendo,pulsemus operando,Sit igitur mens uigilans, sit undiquè suspecta,sit ubiquè sollicita,ut insidiantes possit laqueos præcauere. Hęc ille.

*cap 16 .iug.To 7

Fides impetrat q̄ lex imperat Eccl.15 22.

Ps.33. Ps.140

Ecc.23.

Eccl. 15

Psa.36 Phus.

Exod.

Iust.at fvit.

*cd. 15 Aug.To.7

¶QVOMODO COMPARANTVR oratio,& operatio.Cap.V.

SVMMA.

5 *Witeleff processus de oratione,quomodo sit impregnatus ambiguis,& turgeat æquiuocis.*
2 *Oratio debita tam uocis,quàm animi,quod orationem actus semper amplectatur,& illi præferatur.*
3 *Oratio,cui non causa conclamat & lingua,actus & sermo,uita & cogitatio,quod non sit perfecta,ex Cassiodoro.*
4 *Witeleff imitatur Ioninianum magistrum.*

5 *Oratio uocalis,quòd sit omnibus præferēda, & quare.*
6 *Orationem comparat Bernardus operi, & præfert eam.*
7 *Oratio uitalis,quòd non sit orationc mentis perfectior,probatur.*
8 *Oratio,quòd sit opere melior.*
9 *Trinitati quòd non adsint omnia,sed ipsa omnibus adsit.*
10 *Orationib̄ mediis quomodo nos oporteat ad Trinitatem reduci,ut ei appropinquemus magis, & ei adsimus secundum Dionysium.*
11 *Contemplatiuæ uitæ laus, quæ Theoria nuncupatur.*

AD comparationem Witeleff inter orationem & operationem satisfacere properemus,interquæ opationem orationi præponit.Cum dicat c.1. de oratione,q̄ iusta uita & opera meritoria bene orant.De ista tertia oratione patet ex fide,quòd tertia amplectens ambas priores est à Deo maximè commendata,& sequit. Cum.n.omnino generalior à Christo proferatur,& generalius est iustè orare in opere quàm animo,uel sermone. pater q̄ ista oratio est melior altera præcedente

1 Hæc Witeleff. AVCT. Iste† processus est impregnatus ambiguis,turget æquiuocis:posset.n. una res dici altera melior f̄m intentionem, aut iteratò hæc melior illa secundum extensionem uel cumulum.Oratio quæ & operatio, cumulū facit maiorem,quia duas primas amplectitur,& superaddit seipsam:sed paupercula uidua p̄cessit intensione meriti cunctos diuites,qui eam extensiuè in donorum cumulo præcesserunt.Iterū oratio animi sine uocis, est item operatio , est pars uitæ iustæ,sollicitudo præualida:quo ergo est seipsa cordis oratione perfectior?& q̄ oratio operis commendabilior esset Christo:& præferebatur orationi oris uel cordis:potest etiam esse quòd secundùm aliquid quandoque hoc p̄ferebat,& quandoque illud:secundum quòd Poeta cecinit anglicanus:Cum Dominus Petro præferret amore Ioannem, Papatu Petrum uoluit præferre Ioanni.Cum autem dicit quòd regula illa operis uel iustæ uitæ amplectit ambas priores:quare ergo statim in exemplo sequente excludit illas utrasque priores ab oratione iustæ uitæ infantium & mutorum? Mult (inquit) sunt muti & infantes,qui non habent* possibilitatē taliter exorandi,& tamen propter eorum iustā uitam a Deo,cui cuncta sunt cognita, saluandi sunt.Hæc Witeleff. AVCTOR. Ecce oratio iustæ uitæ non ambas priores amplectitur.igitur tanquam generalior non præferetur.Ergo itera

2 to dico,Ꝑ † oratio debita tam uocis quàm animi orationem actus semper amplectitur,quare ergo non utraque illi præfertur?Vnde in expositione Psalm.16.in principio,CASSIOD. Exaudi domine iustitiam meam,intende uoci deprecationis meæ. Apud deum (inquit) certum est habere iustitiam uocem suā, qui res tacitas intelligentiæ suæ uirtute cognoscit.Ipsius enim est oratio perfecta,cuius & causa clamat,& lingua:actus,& sermo:uita,& cogitatio. Hæc ille.

3 AVCTOR. Ecce quod † oratio perfecta non est,cui non causa conclamat & lingua:actus & sermo,uita & cogitatio. Etnota quod de oratione famosè loquitur,qualiter preces dicimus:qa de oratione intitulatur hic Psalm. qui specialiter dicitur supplicatio maiestatis,sicut ibi in expositione tituli CASSIO. Cum multi Psalmorum in textu suo habeant orationes, moueri uidetur quæstio,cur hic talem posuerit inscriptionem?Sed quanuis alii cum rebus diuersis breuiter mixtas contineant deprecationes,iste tamen penè tota sui contextione supplicatio est.Merito ergo sic prænotatus est , qnando intentio eius ad precum studium tota porrigitur. AVCT.

4 Tot† ergo inflatus ambiguis noster philosophus multum turbauit orationes cordis sui & uocis, inuoluens,& reuoluens seipsum tot æquinocis in oratione operis sui scripti,imitans hoc ipso Ioninianum magistrum, qui ad obunbrandum suam perfidiam talem , suo qua lateret , quæsiuit loquendi nebulam,& adinuenit. Vnde contra eundem in prologo HIERON. Tanti (inquit)uitiis spurcissimis sermo confusus, ut nec quid loquatur,nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur,potuerim intelligere. Totus enim tumet,torus iacet.Attollit se per singula,& quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur.Non est contentus nostro.i.humano more loqui.Altius quiddam aggrediturr. Parturiunt montes,nascetur ridiculus mus. Quod ipse non sani esse hominis,non sanus iuret Orestes.Præterea sic inuoluit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat, ut illud Plautinarum literarum ei possit aptari,*nā quidem præter Sybillam,leget nemo.Nam diuinandum est.Sequitur. Quis enim eum superare queat,cuius assertionē penitus ignoret ?Hæc ille.AVCT. Palpare igitur uellem de nostro Witeleff quam orationem uitalem uel operosam dicit,quæ sic orationem uocalem & mentalem exuperat , dicit illam generalem, quæ ambit omnes? Sed sicut nec operatio , ita nec uita hominis , quia talis est illa oratio commendata , sed sic operatio uel uita meritoria de Deo digna, igitur oratio † uocalis est omnibus præferenda , quia oratio uocalis bona , & ideo digna , requirit ora-

Debita oratio tam uocis,quàm animi semper amplectitur orationem actus. Cassiodor. Orationis conditiones

Ps.16.

Prouerbiū *parturient

*hat

Aliquid est alterum melius dupliciter.

Lu.21

Poeta Anglicanus.

*Tempus impossibile

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem mentalem, & bonam operationem. Tùm quia ipsa est de se bonum opus. Tùm quia sine bono opere, non est bona oratio, nec sine mente deuota. Oratio ergo uocalis ambit omnes. Cur ergo non melior? Si iterum petam qualiter illis est melior: & ille in aliud, ex alio fugiens, dicet: istam requirit Deus, non illas. Amo ueamus ergo nos nebulas istas complexus, uel inclusionis communis, nec metiamur ex ea perfectiones, aut melioritates entium singulorum, ne dicamus cum eo melius & perfectius ens analogum esse, quàm Iesum Christum, uel supremum Archangelum. Aut ne dicamus speciem perfectiorem genere, aut genus specie reciprocè melius, quia conuersim & mutuo se includũt. Purè autem contemplantes & orationes istas tres, cordis, oris, & operis in se ut excludunt seipsas, & nihil præter proprias rationes includũt. quòuna foret alia peior inuenio, quo aũt sit melior, nõ aduerto. Si aũt pẽsemus eas ut in merito cõuertũtur, inuenio prælationẽ illã, quam inter B uirtutes theologicas: quia fides formata sicut & spes est charitate posterior: & quælibet induit charitatem secundùm Apostolorum. Loquamur ergo de oratione illa trina, ut quælibet est perfecta: & tunc quantò oratio cordis & oris est uicinior prinipio meriti, tantò est operatione distincta præstantior. Hæc ratio monit sanctum Bernardum ad hanc partem, cùm dicet in epistola ad ualduuinum* 92. BERNAR. In his duobus mandatis, uerbi, scilicet, atque exẽpli, summam tui officij ad conscientiæ securitatem pendere intellige. Tu tamen si sapis, iunges & tertium studium orationis. Ad complementum utique trinæ illius repetitionis in Euangelio, de pascendis ouibus: in hoc noueritis trinitatis illius sacramentum in nullo frustratum à te, si pascas uerbo, pascas exemplo, C & sanctarum fructu orationum. Manent itaque tria hæc, uerbum, exemplum, oratio, maior autem his est oratio: nam & si, ut dictum est, uox uirtutis sit opus. & operi tamen, & uoci, gratiam, & efficaciam promeretur oratio.

6 Hæc ille. AVCTOR. Comparat† hic orationem operi, & præfert eam: cum tamen opus huiusmodi uerbum in se contineat, & exemplum, uerbum, puta, sanctæ prædicationis, & exemplum uiuendi, quæ abbati noscuntur incumbere. Quòd si plus his operibus ualet oratio: ubi est opus hominis peccatoris, quod affectuosè eius orationi præponderet? Manent, inquit, tria hæc, uerbum, exemplum, & oratio maior autem his est oratio. Et reddit rationem quia & uoci & operi, gratiam promeretur oratio. Gratia enim est immediatum promerendi principium, immediatum inquio, principio A largitori, scilicet, Deo: quam oportet postulari a Deo secundum illud Iacobi: Qui indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & non improperat. Postulet autem in fide, uihil hæsitans, sed tanquam donum dei gratuitum, non iam hominis meritum, quia est actus primus merendi, non secundus, nec eius effectus. Vnde, quemadmodum uirtus fœcundariua arboris, suo appetitu, & auiditate quadam naturali, expetit, & procurat sibi cælestes influentias, ad germinandum fructum competentem naturæ: nec ideo illa suprema uirtus posset dici fructu deterior: ita in trunco bonæ uoluntatis humanæ, est uirtus quædam executiua desiderii instanter postulantis cælestem gratiam, secundùm quam prosiliat in fructum bonorum operum: quæ ideo uirtus tam in ratione partialis causæ, quam uirtualis principij non est fructu tali deterior: nempe Apostolus fructus ipsos, siuè bonos, siuè malos, opera ipsa cognominat: Fructus (inquiens) spiritus est B gaudium, pax, patientia. Item, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, & impudicitia. &c. Et Saluator ait: A fructibus eorum cognoscetis eos. Et libro septimo super epistolam ad Romanos, ORIGENES. Fructum bonorum, & malorum esse docet scriptura diuina: ut ipse Saluator in euangelijs dicit: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, uel facite arborem malam, & fructum eius malum. Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. In quibus propositum, & uoluntas hominis, arbor dici uidetur, uel bona uel mala: fructus uero eius opera. Hæc ille. AVCTOR. Ergo† si uoluntas bona, arbor est, bonum opus, 7 fructus eius: sicut fructus non est arbore sua dicendus perfectior, sic nec oratio uitalis, oratione mentis, & sancti propositi, quia de corde, nõ de corpore exeunt omnia opera bona, uel mala. De corde (inquit) Christus, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, falsa testimonia. &c. Dicamus, arbores ergo sunt, sed tales fructus sine uirtute illa germinare non possunt: ita homines sunt, sed fructus operum bonorum secundum legem Christi, proferre non possunt, sine gratia Dei, ad quam ideo procurandam uirtus orationis annectitur. Vnde satis lucidè declarat hoc ipsum AVGVSTINVS. sermone. 27. super Psalm. 118. Noli superbire, noli de tua (quæ nulla est) uirtute præsumere, & intelliges quare sit à bono Deo bona lex data, quæ tamen iuuificare non possit. Ad hoc enim data est, ut de te magnò, paruulum faceret, ut te ad faciendam legem

gem, uires de tuo non habere monstraret: ac sic A opis indigus, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares, Miserere mei Domine, quoniã infirmus sum. Sequitur. Ita Domine, ita fac misericors Domine, impera quòd non possit impleri: iimmo impera quòd non nisi per tuam gratiam possit impleri, ut cum homines per tuas uires id implere nequiuerint, omne os obstruatur: & nemo sibi magnus uideatur. Vnde subdit Os meum aperui & attraxi spiritũ: quia mandata tua desiderabam: Quid desiderabat, nisi facere tua mandata diuina? sed non erat unde faceret infirmus fortia, paruulus magna. Aperuit os confitens q̃ per seipsum non faceret, & attraxit spiritum unde faceret. Aperuit os quærendo, petendo, pulsando, & sitiens hausit spiritum bonu, unde faceret, quòd per seipsum non poterat, mã datum iustum, & sanctum, & bonum. Si enim nos cum simus mali, nouimus bona data dare filiis nostris, quantò magis pater noster de cœlo, B dat spiritum bonum petentibus eum? Hæc ille. AVCTOR. In hoc passu quid aliud intendit Augustinus, nisi superbiam nostram retundere, ne in uirtute, uel actione propria confidamus, aut in iustitia uitæ nostræ, de obseruantia legis Dei? Non (inquiens) possumus illa mandata perficere: quia infirmi sumus: sed ideo tamen talem legem mandauit nobis Deus, ut opis indigi, & egeni, confugeremus ad gratiam, & clamaremus, Miserere Domine quoniam infirmi sumus. Sicut aperuit os suum Psalmista petẽdo, quærendo, pulsando, & attraxit sibi gratiæ spiritum, ad operandum secundum legem Do-8 mini. Primum† ergo initium mandatorum, est oratio, ut sequi, per gratiam possit operatio. Quod non esset, si operatio esset melior, quia meliori medio placatur melius Deus, & eius gratia impetratur. Sed Wiclef nescit demonstrare per aliquam scripturam canonicam, quod operatio exterior, melius possit diuinam gratiã procurare, quam mediatrix oratio: quia tunc ab illa operatione inchoandum esset, & oratio sequeretur, unde tertio ca. de diuinis nominibus, C DION. Oportet enim nos orationibus primũ in eam ut in bonorum principium reduci (subaudi in Trinitatem) magis ei approprinquantes in hoc doceri opportuna dona circa ea collata.

9 Etenim† ipsa quidem omnibus adest, non omnia uero ei adsunt. Tunc autem cum eam in nocamus castissimis quidem orationibus, reuoluto quoque animo ad diuinam unitatem oppor tunissime nos ei adsumus. Hæc ille. AVCT.

10 Planè ecce dicit, quòd† primò oportet nos mediis orationibus ad Trinitatem reduci, ut ei appropinquemus magis, & ei adsimus. Quod, (inquit) opportunissimè fit, quando eam castis-

simis orationibus inuocamus: qui tunc quasi animo reuoluto in unitatem eius assurgimus: & tũc in eo docebimur optima dona Dei quæ sunt: ut ait apostolus ad Roma. 12. cum sumus habentes donationem, secundum gratiam quæ data est nobis differenter: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate: & plura talia quæ differentes donationes Dei dicit Apostolus secundum differentias officiorum, & hominum: sicut & alibi dixit ipse. Diuisiones operationum sunt, diuisiones ministrationum: diuisiones gratiarum: sed idem semper Dominus, quia optima quæque dona dixit Dionysius circa Trinitatem deificam collata: & ideo cũ sint Dei dona, omnes istæ operationes tam uariæ: oportet nos primum omnium, mediis orationib. ad Trinitatem reduci, ut ei appropinquemus castissimis inuocationibus nostris: & tunc ei adsumus, & unum sumus. Huic rationi Diomsii, ratio naturalis assentit, ita ut precunctis operantibus, qui per eam operatur, intellectum curãs sp, & per amorem fertur in Deum, eum dicit felicissimum, & Deo cognatissimum esse, & per hoc maximè beneficiatum a Deo lib. 10. Ethicorum ca. 13. Aristo. Et expositori eius Ioannes Bacum corp. Qui sunt amantissimi Dei, secundum intellectum curam apponentes, ipsi sunt maximè diligentes Deum, & eum honorantes, ideo ratio nabile est q̃ di beneficent, ac beatificent sui amantissimos, secundum intellectum speculatiuum bene operantes. Qui. n. sunt amantissimi Dei secundum intellectum, & ipsi sunt diligẽtes Deum, & ipsi gaudent de eo q̃ in homine est optimum, & deo cognatissimum, hmõi est intellectus, qui perinde ac potest, se cõiungit, & extẽdit C ad deum, & amat ipsum gaudens deificari, & deo assimulari quantum possibile est. Hæc ille. AVCT. Ecce iuxtà illam philosophiam Aristotelis, qui maximè operantur speculatione intellectus, & amant deum ipsi sunt felicissimi: & secũdum beneficentiam dei, quia deo maximè gaudent, & eum maximè amant, ideo secundum animam, quasi deificantur, & deo assimilantur quantum est possibile. Quomodo ergo est illa uita operosa extra animum & sermonem, magis deo complacita, & oratio uitalis aliqua melior oratione animi desiderantis speculari deum, & ultimate ipsi coniungi? Aut quis tam rudis philosophus, uel inflatus theologus, qui dicat meliorem ẽ uitam uel operationem purgare sensitiuam, q̃ desideranter continuè speculari & amare deum? Si illa sit oratio tertia, hæc est prima: si illa sit utraque hæc non fuit prima, ut tertia esset illa: uel

Oratio uocalis ambit omnes orationes

I. Cor. 13.

*201 Bernar.

Ioan. 21

Iacobi 1

Psal. 6

Psa. 118

Ioan. 11

Matt.

Orig.

Aug.

Dion.

Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel partes diuisionis tuæ coincidunt, & es in-
scius logicus, uel secundum mentem tuam, mu-
tuò se excludunt: sic enim dicis, quòd Deus qui
autor est realis, cogitationem uel uocem non re
quirit, sed omnino uitam suæ iustitiæ comple-
centem: hæc ergo uita, orationem cogitationis
excludit, & uocis. Quomodo ergo amplectitur
omnes, uel includit? an simul includit quod ex-
cludit? quia Deus hoc requirit, Deus hoc non
requirit: & es falsus philosophus, & mẽdax theo
logus. Nam ipsum euangelium Christi conso-
nanter dicit, Lucæ. 10. Mariani meliorem partẽ
elegisse sororc: quia uitam secundum animum 1
contemplando Deum, prælegit uitæ operatio-
nis exterioris Marthæ. Super quem locum in cõ 2
mentario Luc. 3. lib. ca. 17. BEDA. Dic ergo il
li ut me adiuuet. Ex illorum persona loquitur, 3
qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solũ
quod didicre fraternæ dilectionis opus, Deo
placitum ducunt: ideoque cunctos, qui Christo 4
deuoti esse uelint, huic mancipandos autumant. 5
Sequitur. Porrò unum est necessarium Et beatus B
Dauid solum hoc necessarium homini esse defi-
niens, Deo iugiter inhærere desiderat, dicens. Mi
hi autem adhærere Deo bonum est, ponere in 7
Domino Deo meo spem meam. Et alibi. Vnam 8
petii à Domino hanc requiram: ut in habitem in
domo Domini omnibus diebus uitæ meæ, Vt ui
deam uoluntatem Domini, & uisitem templum 9
eius. Vna † est ergo, & sola theoria, i. contem- 11
platio Dei, cui meritò omnium iustificationum
merita, uniuersa uirtutum studia postponantur.
Hæc illic. AVCT. Vide iam ex euangelio, utra
uita melior, an orandi Dominum, iugiter insistẽ
do ipsi mente & uerbo: an operose tractandi rẽ
exteriorem cum Martha, quam tu dicis oratione
uitalem, quasi Maria orans non uineret, sed orãs
animo uita careret. Ecce Maria orasse uerbo,
nihil dixisse fertur, sed audisse Christum, & ani-
mo cogitasse, & sic orasse spiritu, secundùm te,
Martha orauit uitaliter operando hospitij gra-
tiam, & tamen oratio uitalis Marthæ postponi
tur, & cogitatio Mariæ præfertur. Quod igitur
opera, & uitales orationes Marthæ postponun-
tur orationi mentali Mariæ, ut sunt recipere ua-
gum in domum: esurientem reficere, refectionẽ
disponere, familiã regere, proximo subuenire,
& quum plura talia fuerint, de quibus ueritas
ait, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: 2
tamen unum solùm definitur necessarium ad sa-
lutem, quod unum elegit Maria. Oratio ergo ui
talis si sit aliqua præter Mariæ partem, ipsa, non
dico non meritoria, sed audacter dico non est ne
cessaria ad salutem: Mariæ uerò mentalis oratio
flagrantis desiderii Deo iugiter adhærendi, &
omnibus uitę diebus in domo Domini habitan
di, ut uideat semper uoluntatem Domini, & ui- A
sitet templum eius: ipsa secundum sententiam
Saluatoris est necessaria: & ipsa sola, quia sola ui
tam efficit in præsenti, & erit tota uita beato-
rum in patria.

¶QVOD BONA VITA CEDIT orationi, tanquàm minus maiori. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Orationis excellentia, quòd turbet frequentiam coniugalem.*
2 *Apostolus quare suspendat coniugibus officium concubendi.*
3 *Orationes quòd impediãtur officio cõiugali iuxta Apostolum Petrum.*
4 *Oratio quòd sit melior opere coniugali.*
5 *Corpus Christi quòd tempore Hieronymi sumebatur à Christianis secundùm suam naturam, & tantùm secundùm suam figuram.*
6 *Orationes sanctorum, ut Moysi, Danielis, & Tobiæ Deo offeruntur.*
7 *Helias, quòd penè totam uitam in orando consumpserit.*
8 *Christus saluator noster, eiusque mater, Apostoli & discipuli plures orasse legũtur.*
9 *Deus, qui auctor est realis, quòd requirat cogitationem orantem, uel uocem, sicut & uitam suæ iustitiæ complacentem.*
10 *Auctoris responsio ad argumentum Witeleff, inferentis ad suæ falsæ doctrinæ fundamentum illud Matthæi, Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, &c.*
11 *Deprecationis uocalis, aut sonore, differentia.*

AB excelsis euangelii demum ad campe
stria descendamus. Ecce uita coniu-
gum in Christo meritoria est, & san-
cta, & propter orationis instantiam
est tollenda ad tempus, quasi minor cederet ad
maioris præsentiam, sic † orationis excellentia 1
turbat frequentiam coniugalem. Vnde Apostolus. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex con-
sensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum
ad ipsum reuertimini, ne tentet uos Satanas pro
pter incontinentiam uestram. Postulo meũ Wit
eleff, cur † suspendit Apostolus coniugibus offi- 2
cium concubendi? nunquid quia est maior ora-
tio in tantum ut nec orare liceat illo tempore, si
non mutuò se suspendant? Quod ergo maius
est, an orationis instantia, an coniugũ uita iusta?
Contra Iouinianum libro primo cap. 3. disputat
hoc idem sanctus HIERONYMVS. Nolite
fraudare inuicem, nisi fortè ex cõsensu ad tẽpus,
ut

ut uacetis orationi. Oro te quale illud bonum ẽ, A
quod orare prohibet, quod corpus Christi acci
pere non permittit? Quamdiu impleo mariti of
ficium, non impleo continentis. Iubet idem apo
stolus in alio loco ut semper oremus: si semper
orandum, nunquam ergo coniugio seruiendũ
quoniam quotiescunque uxori debitum reddo, 3
orare non possum. Petrus † Apostolus experimẽ
tum habens coniugalium uinculorum uide quo
modo informet ecclesiam, quid doceat christia
nos. Similiter, inquit, uti cohabitantes iuxta sciẽ
tiam, quasi infirmiori uasculo muliebri tribuen
tes honorem, & sicut cohæredes multiplicis gra
tiæ, ut non impediantur orationes uestrę. Ecce
eodem sensu, quia & eodem spiritu, impediri di
cit orationes officio coniugali. Hæc ille. AV-
CTOR. Ecce quid iuxta Apostolum definit Hie
ronymus. Si uxori debitum reddo, orare non po 5
sum. Et iuxta Petrum impediri dicit orationes
officio coniugali. Quam expositionem resumẽs
in epistola apologetica ad Pammachium, quæ B
incipit. Quod te hucusque HIERON. Quotiẽs
cunque (inquit) uxori debitum reddo, orare non
possum. Hæc quare dixerim, perspicuum est, qa
interpretabar illud Apostoli dictum. Nolite frau
dare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus,
ut uacetis orationi. Paulus Apostolus dicit: quũ 6
coimus orare non posse: Petrus ad continentiã
cohortatur, nẽ impediantur orationes. Quod
hic quæso peccatum meum est? Quid commu-
ruit? quid deliqui? si turpidæ & nebulosæ aquæ flu
unt, non est aluei culpa, sed fontis. An idcirco
arguor, qp de meo sim ausus dicere: quale illud
bonum est, quod corpus Christi accipere non
permittit? non permittit accipere utique corpus
Christi. Quia si per coitum, quod minus est, im-
peditur, multo magis quod maius est. Hæc ille.
AVCTOR. Iam ergo dicat Wiseleff ad san-
ctum Hieronymum. Vtra maior est, an oratio
iustæ uitæ coniugalis, quæ generalis est: an ora- C
tio sermonis, uel animi, quæ orationem uitæ cõ-
iugalis non sustinet, sed suspendit ad tempus?
Si iustitia uitæ coniugalis est maior, quare impe
dit sumptionem corporis Dominici? Sic enim
dicis Hieronymus, quale illud bonum est quod
corpus Christi accipere non permittit? si enim
non minor est, quare propter suam indignitatẽ 4
ab assumptione recluditur? Itaque † maior est o-
ratio, à cuius recte sanctæ præsentia coniugalis 7
uitæ iustitia religatur. Sic enim dicit ex Paulo:
quando coimus cũ uxoribus, nos orare non pos
se. Planissimè ergo patet, quomodo oratio iu 8
stæ uitæ non præferetur ex sua generalitate ora-
tioni solemni animi siue uocis. Simul nec dissi-
mulandum censeo, quod tam familiari stylo, &
cursu Hieronymi dicit de coniugali coitu, qp cor
pus Christi accipere non permittit: non dicit fi-
guram corporis Christi, sed corpus ipsum, qđ
oratione melius esse dicit. Et in parte superiori
ibidem ex dictis Ambrosii libr. de uiduis Hiero
nymus. Coniugia, hordeo, uirginitatem corpori
Christi comparat: & puto multo minorem di-
stantiam inter frumentum esse, & hordeum, q
inter frumentum, & corpus Christi. Hæc ille.
AVCTOR. Nota quid comparat, & inter
quæ minorem distantiam esse confirmat: inter
hordeum, inquit, & frumentum quam inter hor
deum, & corpus Christi: sed inter hordeum, &
corporis Christi figuram non est distantia ma-
ior, quia si panis est triticeus, an, hordeaceus, idẽ
est secundum naturam: igitur inter corpus Chri
sti, quod tunc recipere non permittuntur coniu-
ges, est distantia illa maior secundum naturam.
Vnde † diebus B. Hieronym. uidetur fides fuisse 5
ecclesiæ, qp christiani corpus Christi comedant
secundum suam naturam, non tantum secũdum
suam figuram. Nam ut ritus nostri processus sus
alueum repetat: quid oportet dicere quotiens
multiples iusta uita propter reuerentiam oratio
nis publicæ uel priuatę uocalis tanquam indi-
guior sit suppressa? illa dico, sicut prius, quæ ora
tionem animi, uel sermonis excludit. Quam
† iusta uita Moisi serui Dei, quando cum exerci- 6
tu pugnante incessit, & tamen pugnanti cũ Ama
lech non adfuit, sed eo relicto, oraturus uoce &
animo, montem ascendit? Quam sancta uita, &
innocens pueri Danielis? & tamen ad agendum
sanctitatem uitæ, & ad abbreuiandam captiuita
tem, tribus uicibus legitur in die flexisse genua,
& orasse. Quam sancta item uita senioris erat
Thobiæ, quando eleemosynas quotidianas, & cõ
tribulium sepulturas exercuit? pro nulla tamen
harum* dicitur, sed quando orabat cum lachry-
mis, quod angelus obtulit orationem eius Do-
mino. Sancta item Iudith de pudica uita & lon- C
gæua sanctitate laudatur, sed in necessitatis exa
mine plus his omnibus in sancta oratione confi-
dens. ante lectum Holofernis legitur orasse cũ
lachrymis. Quòd si uicissitudinem orandi &
operandi cum interpollatione conferas, quid ti-
bi hoc proficit, aut nobis quid officit, dum sine
una oratione breui uel efficaci nihil impetrat
quantumlibet bona uitâ producta? Lege libros
regum tertium & quartum. si non noster sanctus
patriarcha Helias † non dico per plures uices, sed 7
penè totam uitam in orando consumpsit, Salua
tor † noster Christus iam in templo per uices iã
continuata tempora in deserto, & singulas no-
ctes in oratione usque ad mortem incessanter
prorraxit. Et mater eius Maria & apostoli. 11.
cum discipulis non erant per uicos, sed per scu-
rantes unanimiter in oratione. Bona est iu-
sta,
uita

Eth. 10.
Beda.
Psal. 72.
Psal. 26
Luc. 10.
Contemplationis laus.
1. Thes. 5
1. Cor. 7.
1. Pet. 3.
Ratio est melior operis coniugalis
Thob. 12.
*forsan ibi deficit aliquid.
Corpus Christi secundũ naturã sumitur.
Orationes sanctorum
Exo. 17. Dan. 6
Luc. 6
Act. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uita,sed oratione facta perficitur.Bonũ operari delectat Deum,coniunge orationem deuotam, & flectit iratũ.Idcirco Psalmista, Subditus esto Deo, & ora eum. Et in expositione eius. AVGVSTINVS. Quid debes audi.Subditus esto Domino,& obsecra eum.Hæc sit uita tua obedire præceptis eius hoc est, subditum esse illi, & obsecrare illi donec det quod promisit. Perseueret bonum opus, perseueret & oratio. Oportet enim semper orare,& non deficere.In quo apparet subditus faciendo quod iubet: sed mercedẽ nondum accipis,fortè quia capere nondum potes. Iam enim ille potest dare,sed tu non potes accipere. Exercere operibus: labora in uinea: finito hodie, pete mercedem: fidelis est qui te adduxit ad uineam:subditus esto Domino & obsecra illum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce habes uitam tuam obedire præceptis, hoc est subditum esse Domino non tantum, sed & obsecrare donec det promissum: & ideo subdit Augustinus. Perseueret bonum opus, perseueret oratio: oportet enim semper orare, & non deficere.

9 Deus † ergo spiritus,qui hunc sensum inspirauit psalmographo,q; Deus,qui est auctor realis,requirit cogitationem orantem, uel uocem sicut & uitam suæ iustitiæ complacentem;nec sufficit nuda uita obseruationis præceptorum, per quã te exhibeas Deo subditum,nisi etiam adiunxeris orare Deum. Aut, quod uerius est, nunquam sic Deo subderis,nunquam præcepta eius obseruas integrius,quàm cùm omnibus exterioribus uacans, solo interno desiderio Deum oras: hoc modo cum Maria sine intermissione orabis, placens Deo, ut iam exposuit Augusti. * hic modò factores erimus uerbi Christi, & non auditores tantum: si totam uitam in hac oratione transigimus. Hoc modo non sicut corpus sine spiritu mortuum,sed sicut spiritus sine corpore totus uiuit,sic magna fides plena operibus tota uiuida tota sit spirans gratiarum,uitam elegit meliorẽ

10 nullatenus auferendam. Quod † autem hæreticus noster intulit de Matthæo.Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum: nouerit hoc dicere non esse, quod quis sanctus mente deo psallit & spiritu: sed si quis hypocrita dominum uerbis orat non factis,aut certè quòd uir hæreticus tibi similis Deũ uerbis prædicat,sed factis impugnat. Vnde super illum locum in matthæum.lib.1. RABA.

Quia multi falsò sub religionis specie latitãt,ca 1
ueundum est ergo,ne ipso Christi nomine ab hæreticis, uel quibuscũque malè intelligentibus & seculi huius amatoribus decipiamur.Rectè ideo 2
sequitur, & monet, Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cælorum: 3
sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cælis

Nota
Psal.36
Aug.To.8.
Lu.11
*hoc modo
Matt.7.
Ad argu. Wyncleff.

A est, intrabit in regnum cælorum.Regnum cælorum uerborum officia non obtinent: neque qui dixerit Domine domine, cohæres illius erit. Quid enim meriti est dicere Domine domine? Nunquid Dominus non erit,nisi dictus fuerit à nobis? Et quæ officij sanctitas est nominis nũcupatio: cùm cælestis regni iter obedientia potius uoluntatis dei,quàm nuncupatio repertura sit? Hæc ille. AVCTOR. Vides iam hanc dictionem domini uerbosam longè esse à dictione illa deuotæ orationis,ubi mens & uox concordes in deum sunt coniunctæ psallẽtibus,sic enim dixi, quòd bonus affectus mentis animat uoces nostras.Et super Psalm.* 139. AVGVST. Delectat fortè cogitare quare non dixerit,Percipe auribus deprecationem meam,sed uelut euidentius affectum animi sui,ait, uocem deprecationis meæ:non quod sonat in uerbis meis, sed unde ueniunt uerba mea. Cæteri uerò strepitus sine animo,soni dici possunt,uoces dici non possunt. Vox propriè animatorum uiuorum est.

B Quòd multi autem deprecantur deum, & nihil sentiunt deum, nec bene cogitant de Domino. Sonum deprecationis habere possunt, uocem non possunt,quia uita ibi non est. Huius deprecatio uiuebat, qui deum suum intelligebat.

11 Hæc ille. AVCT. Secundùm † hanc differentiam Augustini deprecationis uocalis aut sonoræ, intellige pariformiter dictionem uocalem aut sonoram. Tantum uocaliter dicit, Domine, domine,qui affectu boni cordis dicit,& sic Apostolus loquitur dicens:Nemo loquens in spiritu sancto,dicit anathema Iesu:& item, Nemo potest dicere,dominus Iesus,nisi in spiritu sancto: & omnis qui sic dicit,Domine, Domine,omnino intrabit in regnum cælorum. Sono tantum Cdicens,aut loquens,Domine, Domine,non propter hoc intrabit, quia non uocaliter deprecatur,sed quia non uiuit uerbum eius,aut dictio,uita mentis.

Psal.139
Eph.3
Eph.1

¶NE TOLLANTVR ORATIOnes sanctæ,ad confidendum meritis propriis, ut secundum ea Deus præmiet necessariò sic merentes. Cap. VII.

SVMMA.

Confidendum quòd non sit in meritis proprijs,nec sperandum in propria iustitia uitæ suæ, sic ut tollantur orationes,contra Witcleff.

Pharisæus quare à domino damnetur,& Publicanus exaudiatur.

Pauperes & inopes spiritu,quòd ad Deum pertinent. Et qui sunt pauperes spiritu secundùm Augustinum.

Confidendum quòd sit in gratia, non in meritis.

Deus,quòd secundùm mensuram operum meritoriorum præmiabit hominem sic merentem ut dicunt Witcleuiste,quòd sit pelagiana hæresis.

Mereri quòd non possit quis regnum cælorum simpliciter,sed ex gratia Dei,aut uoluntate largitoris.

PRimum principium uerborum Witcleff contra fidem orationis Christianæ est hoc. Confidat homo in merito proprio,quia ad mensuram illius, Deus necessariò præmiabit.3.parte sermonum, & libello de oratione,ca.2.Nemo speret in nu-
1 tia uitæ suæ. Hæc Witcleff. AVCTOR. Si † in utroq; quod conficit,non est hæreticum,s.quòd homo confidat in merito proprio, & q̃ speret omnino in propria iustitia uitæ suæ: quid est q̃ 3
apostolus ecõuersò suadet,in epistola ad Corinthios,ne aliquatenus confidamus in nobis, sed B
in Christo?Vbi ſm Hieronymum, in secundam epistolam,sic notatur. De tribulatione ingenti Pauli,& cæterorum quæ in Asia facta est, & q̃ nemo in se fiduciam habere debeat, sed in Domino. Textus autem Pauli huic respondens est iste.Ipsi in nobis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos.2.Corinth.1. Vbi in libro annotationum HIERONYMVS. Ipsa mors notat omne humanum auxilium defecisse, & ab ipso solo,sperandum esse remedium, cui etiã mortuos suscitare possibile est. Hæc ille. AVCTO. Item ad Ephe. In Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam:& accessum,& confidentiam,per fidem eius.In annotationibus, Ibidem HIERO. Non per nostram iustitiam, sed per eum,cuius fide,nobis peccata dimittuntur.Hæc ille. AVCTOR. Et ad Eph.1. Benedictus Deus,& pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos,in omni benedictione cælesti. AMBRO. Deus benedicitur cum laudibus dignis extollitur: homines autem sic benedicit deus,ut donum gratiæ eis suæ impertiat, non secundum opera,uel merita eorum, sed secundum suam misericordiam. Hæc ille. AVCTOR.Omni ergo solicitudine prædicauit apostolus,ne haberemus fiduciam per nostram iustitiam,& Witcleff iubet omnino sperare in pro
2 pria iustitia uitæ nostræ. Vnde † & dominus in euangelio Lucæ,non Pharisæum damnauit,quia ut iactauit multa bona opera fecit: sed quia temerè confidebat in eis.Publicanus autem quem 4
talibus operibus expertem, insinuat sententia Christi,sola humili oratione præualuit. Vbi in

Eph.3
Eph.1
Lu.18
Tertia species arrogãtiæ quæ sit.
*pauper. Aug.To.8
Matt.5
Psal.26
Bernardus
Confidendũ in gratia, non in meritis.

A expositione Lucæ libro 5.ca.9.Beda. Publicanus humiliter orans, ad illa præfatæ uiduæ, hoc est ecclesiæ membra,pertinet:de quib.supra dicitur:deus autem non faciet uindictam electorũ suorum clamantium ad se.Pharisæus autem merita iactans,ad ea,de quibus terribilis in conclusione sententia subditur. Veruntamen filius hominis ueniens,putas inueniet fidem in terra? Et ita assignans tertiam speciem arrogantiæ, qñ pro suis meritis se accepisse aliquid putant. Quòd Pharisæus iste inquit,iactantiæ peste laborasse deprehenditur,qui idcirco de templo,absque iustificatione descendit,quia bonorum operum merita,sibi quasi singulariter tribuens, oranti publicano se prætulit. Hæc ille.AVC. Ecce quia bonorum operum merita sibi singulariter tribuit idcirco absque instificatione descendit, ió super hunc uersum.psa.*73.Egenus & inops laudabit nomen tuum. AVGV. Videtis † fratres quam debeat dulcis esse paupertas: uidetis pauperes & inopes pertinere ad deum: sed pauperes spiritu:quoniam ipsorum est regnum cœlorum.Qui sunt pauperes spiritu? Humiles tremen-
tes uerbum dei confitentes peccata sua, nõ de suis meritis,nec de sua iustitia superbientes. Qui sunt pauperes spiritu? Qui quando quid boni faciunt, deum laudant:quando mali, se accusant. Hæc ille. AVCT. Nec existimet se Witcleff purum a labe hæretica:quia dicit,utraque præcedens auctoritas iactat merita: Pharisæi autem de suis meritis præsumentes: quando ipsa fiducia meritorum nostrorum, in conspectu dei superbiæ deputetur. Sicut subtiliter satis Bernardus ipse pensat hunc uersum Psalmistæ: Delectare in domino,&dabit tibi petitiones cordis tui.Vt reperi in libro florum BERNAR. C Nonnunquam enim temporalia quæri solent ad uoluptatem, uirtutes ad ostentationem: sed & uitam æternam fortasis aliqui non humiliter quærunt, sed tanquam in suorum confidentia meritorum. Nec hoc dico, quin accepta gratia fiduciam præstet orandi, sed omnino non oportet ut fiduciam in ea constituat quisquam impetrandi. Hoc solum conferunt hæc prima dona, ab ea misericordia, quæ tribuit hæc, ut speremus & ampliora. Ergo quæ pro temporalibus, est circa solas necessitates restricta, quæ pro uirtutibus animæ,est ab omni impuritate aliena: & circa beneplacitum dei intenta sit ea, quæ sit pro uita æterna, & in omni humilitate, præsumens de sola miseratione diuina Hæc ille. AVCT. Hæc † est antiqua doctrina sanctorum patrum nec à canone fidei & Apostolorum discedens: quòd nec ipsam uitam æternam fructuose requirunt, qui quærunt illam in suorum confidentia meritorum,

Male-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maledictus homo qui confidit in homine. Male dicta ergo doctrina Witcleff, quæ potius cõfidere iubet in merito, & hoc proprio, ut Christi, & sanctorum uideatur excludere: quàm in oratione humili pro Christo gratia. Omnino (inquit) speret homo in propria iustitia uitæ suæ. Et omnino (inquit) Bernardus, non oportet ut fiduciã in ea quisquam constituat. Inqua? in ipsa fiducia impetranda, post acceptam gratiam. Si in ipsa fiducia considere non conuenit: qualiter in ipsa iustitia mutilata? sed fiat oratio talis (inquit) præsumens in sola miseratione diuina. Ideo dicit Augustinus. Deus non inueniret aliquid in hominibus nisi ad interitum: si cum eis ageret per pondera meritorum. Super illud psalmi. 94. Præoccupemus faciem eius in confessione. AVGV. Quomodo distinguis uota quæ reddis Deo: ut eum laudes, te accuses, quia illius est misericordia, ut peccata nostra dimittat: nam si uellet pro meritis agere, non inueniret nisi quos damnaret. Hæc ille. AVCT. Ecce qualiter ad mensuram meritorum nostrorum, Deus nos necessariò præmiabit. Ecce quibus iubet considere Witcleff: pro quibus si Deus agere uellet, non inueniret nisi quos damnaret. Obijciet nobis fortè, quòd ipse Apostolus opera prætendebat, ut præmiũ uendicaret, dicens, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, ideoque reposita est mihi corona iustitiæ. Respondet AVGVSTINVS. Quòd his omnibus præposuit Domini gratiam, & secundum illam subintulit opera meritorum, in suo hypognostico, * ante medium. Ipse (inquit) dicit, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quomodo potuit nanque bonũ certamen certare, cursum consummare, fidem seruare, cum antè iam dixerit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum? Amputaui autem omnem humanam gloriam, & dedit soli Deo, qui iterum dicit: Vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos. Hæc ille. AVCTOR. Quanuis ergo bona opera recoluit, tamen non in eis confidit, qui soli Deo gratiam dedit. Et cum omnia faceret: non autem ego, (inquit) sed gratia Dei mecum. Hanc item normam obseruat psalmista, cum dicit. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me: & ipsum uersum congeminans: Retribuet mihi Dominus, secundum innocentiam meam, & secundùm pietatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius: sed his uerbis præmisit. Quoniam uoluit me. Gratiam ergo uoluntatis eius præsumens, descendit ad innocentiam actionis: In expositione eiusdem psalmi. CASSIOD. Quoniam uoluit me, id est, quoniam me elegit, qui gratis uocat uniuersos. Nec prius beneficiũ accipit, quàm præstare dignetur, sicut ipse in euangelio dicit. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meã. & prius dixit, antequàm assumi me reretur, Quoniam uoluit me: & nunc dicit, Retribuet mihi Dominus secundũ iustitiam meã, id est, secundum uoluntatem meam, quam post beneficia ipsius, sancto corde gestabat. Innocentiam manuum: opera uult signare pietatis, quã exercet diuino munere uirtus eius. Sed hoc retribuet, geminatum, sollicitè respiciendum est, ne sibi aliud fallaciter Pelagiana hæresis blandiatur. dicit ẽnim & Apostolus De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet Dominus mihi in illa die iustus iudex. Non quòd suis aliud meritis humilis applicabat, sed quia præmissis beneficiis Domini iam deberi posse præmium confidebat. Idipsum Apostolus Iacobus sic dicebat. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Hæc ille. AVCT. Attendite Wicleuistæ, quia Pelagiana est hæresis, quam uos docetis, quòd † Deus secundum mensuram operum meritoriorum, præmiabit hominem sic merentem. Vnde nec Apostolus aliquid suis meritis applicabat: sed præmissis beneficijs Domini, deberi posse præmium confidebat. hoc non erat in meritis considere, sed in beneficiis Domini, secundùm Psalmistam, Quoniam sic uoluit me. Quantum ergo mea sapit modicitas, hæc ipsa determinatio scripturarum, quam sic ex Apostolo, & Psalmista, annotant sancti patres, congruentius iungeretur locutionibus de meritis hominum, quàm absolutè iungeretur, uel diceretur, quòd homo ex meritis, est dignus regno cælorum, aut hac gratia, uel illa gloria: quanuis quidam scholastici inuenerunt ad hoc dicẽdum, terminos de condigno, & congruo. Et noster Witcleff fauet, de sermone Domini in monte, capite nono: cùm alibi soleat tales abijcere, ut penitùs magistrales: sicut distinctione de libertate contradictionis, & indifferentiæ: nec hanc de merito congrui, & condigni, putat melius fundari. Nam quod ibi dicit Chrysostomum illi distinctioni alludere, melius dixisset illudere: cùm illo in loco, meritum de condigno negat, & de alio ullo non loquitur. Quòd enim dicit, hoc est. Quid ergo dignum facimus in hoc sæculo ut participes Domini nostri, in regnis cælestibus, fieri mereamur? Ideo iustè dicit Apostolus. Existimo quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam. Ecce quid dignum facimus, ut participes cœlestibus fieri mereamur: dicente Apostolo. Existimo quòd non sunt condignæ passiones. &c. Quid hoc iam ut sic mereamur de congruo? Reputo igitur saniorem

niorem theologum, fidelioremque catholicum, & scripturis sanctis magis cõcordem, qui tale meritum simpliciter abnegat, & cum modificatione Apostoli, & scripturarum, concedit, quia † simpliciter quis non meretur regnum cœlorum, sed ex gratia Dei, aut uoluntate largitoris. Sic enim dicit Apostolus, præferens dispensatores nouæ legis antiquis. Non quòd sufficiẽtes simus existimare aliquid a nobis: sed sufficiẽtia nostra, ex Deo est: secundæ ad Cõrint. 3. ubi in expositione AMBROS. Quanuis præferat Apostolicam dignitatem, in Dei tamen laudẽ prorumpit, non istud meritis humanis adscribans: sed gratiæ Dei, qui dignatus est, pro uita humana, salutarem prædicationem ordinare: quæ, quos lex uetus reos tenebat, saluaret, data remissione peccatorũ p̃ Iesũ Christũ Dñm nostrum. Hæc ille. AVCT. Hæc ergo locutio crebra esset in ore peritorum fidelium: quæ tam consueta fuit Apostolo, sicut per omnes eius iteras passim conspicimus, ut item Pelagianitis, & Witcleuistis, qui gratiam Dei tacent, uel abnegant, & in meritis hominum, omnino confidunt, ex parte gratiæ Dei inueniremur esse discordes, sicut omnes sancti priores usque ad recentes scholasticos, & communis scripsit ecclesia. Vnde in oratione canonis ad deum. Non æstimator meriti, sed ueniæ quæsumus largitor admitte: & super populum. &c. Feria. 4 Passionis. Vt qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, sed misericordiam consequi mereamur. Et in secreta oratione Dominicæ secundæ aduentus: ubi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuæ nobis indulgentiæ succurre præsidijs. Et sanctus Laurentius non antè dixit, quòd ianuas tuas ingredi meruimus: quàm præmisisset gratias Christo. Gratias ago tibi (inquit) domine Iesu Christe. Quia si hoc sit mereri de congruo, hoc loquitur, quod loquuntur scripturæ exprimentes gratiam, silentes de meritis, aut gratiam meritis præferẽtes, sicut in re, sic in uerbis. Nam meritum nostrum in articulo minimè Deus attendit, siue rationem congrui, uel condigni: sed gratiam suam, aut uoluntatẽ suam, aut misericordiam suam. Quomodo ergo non ad iniuriam Saluatoris, & gratuiti conatoris accedit, quòd gratia eius tacita, tantum disputamus de meritis?

Non moremur nisi ex gratia dei. 6

Amb. To. 5

S. Laurẽ.

QVOD NON EST AVDIENDVS Witcleff, cùm docet hominẽ sperare in propria iustitia uitæ suæ. Cap. VIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, quòd eo maledicti uinculo innectatur, quo innectitur omnis, qui in seipso spem ponit.*

2 *Iudæorum nouiter conuersorum superba hæresis.*

3 *Pagani multi quare nolint fieri Christiani secundum Augustinum.*

4 *Pharisæi uerba orantis, ad disciplinam Witcleff docentis, conferuntur.*

5 *Witcleff doctrina, quòd doctrina Christi Iesu sit contraria, demonstratur.*

6 *Witcleff falsa doctrina de oratione uitali, & spe, & confidentia de propria iustitia, conuincitur.*

7 *Homini quàm sit detestabile in sua uirtute confidere, ostenditur.*

8 *Witcleff quomodo nititur doctrina sua retrahere homines à iugiter deprecando Deum, & ab eleemosynam largiendo.*

9 *Regula quædam notanda, pro cauenda, & abijcienda doctrina Witcleff hæretica.*

10 *Regisperiti reprobatio, & Mariæ Magdalenæ orationi continuè uocantis ad ueniam receptio à Beda describitur.*

11 *Pelagij errore maculatus Witcleff notatur.*

12 *Donatistæ, quos sequitur Wiccleff, dicentes sacramenta non esse sancta, nisi per sanctos dentur, quomodo cogunt sumentes ea, spem suã in homine ponere.*

13 *Pharisaicum supercilium de confidendo in propria iustitia operum, quòd sit dimittendum, & ad orationis hominis Publicani officium attendendum.*

14 *Witcleuisticum documentum, quòd homo confidat omnino in iustitia uitæ suæ, in operib. meritis, & uirtute sua, quàm grauidum sit coram Christo Iesu, & quomodo omni Pelagiano uenено, & fame Donatistarum, totum tabescat.*

QVis Christianis imbutus principiis, nõ cõpũgit, audiendo Witcleff tm indulgere Pelagio, in laudẽ operũ, quæ uocat bonam uitã, & diuinæ grãe nihil tribuẽdũ docet: nec pp ea orãdũ, nec in ea cõfidẽdũ, sed in iustitia ppria uitę humanę. In li. de oratione c. 1. Deus non uult nos cẽ in oratione uocaliniimis, plixos, sed oĩno ut oratoni iustæ uitæ, uel operis, intẽdamus. Ex istis colligit, ꝙ nemo speret in nuda oratione alterius, sed omnino in propria iustitia uitæ suę. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ecce in assumptione utriusque enthymematis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mematis,ualt uideri suasor fidelis, in conclu-
sione autem utrobique subinferens, est omni-
no Pelagianus hæreticus:cõtra quẽ sct adducũt
patres illud imprecatoriũ legis,Maledictus ho-
mo qui confidit in homine.Vnde in Enchiridio
ca.*67.AVGSTIN.Maledictus omnis, sicut
diuina testantur eloquia,qui spem ponit in ho-
mine.Ac per hoc qui in seipso spem ponit, hu-
ius maledicti uinculo innectitur. Ideo non nisi
à domino Deo petere debemus quidquid spera
mus nos,uel benè operaturos,uel pro bonis ope
ribus adepturos. Hæc ille. AVCTOR. Vide
1 † nunc si huius maledicti uinculo non est inne-
xus Witcleff,quo innectitur omnis qui in seip-
so spẽ ponit,quando sperare in propria iustitia
2 uitæ suæ,hortatur & præcipit. Hæc †.n.erat sup
ba hæresis Iudæorum nouiter conuersorũ, dicẽ
tium,euangelium & gratiam Christianã,eis esse
datam,propter iustam uitam,& opera sua bona
contra quos Apostolus ait:Ei qui operat, mer-
ces non imputatur:secundùm gratiam,sed secũ-
dum debitum:Quasi dicat,Si iustitiæ uitæ, uel
operis,debetur merces:ergo secundùm debitũ,
& non secundùm gratiam. Vnde prima parte
sermonum,sermo.25.AVG. Hæc dicebant gen
tibus in ipsa contentione,qui ex Iudæis carnali-
ter sentientes, Christianos se dicere audebant:
tanquam enim debitum suæ iustitiæ,dicebãt ue
nisse euangelium.Sequitur.Quos ita refellit A-
postolus,ut tantò minus ad eos dicat pertinere
gratiam Christianam,quantò magis eã sibi tãq̃
debitam uendicabant,& quasi iure operũ, suam
esse gloriabantur.Ei.n.qui operat(inquit)mer-
ces non imputatur ſm gratiam,sed ſm debitũ,
ei uero qui non operatur, credenti autem in eũ
qui iustificat impium:* deputatur fides ad iusti
tiam.& ideò illos etiam ab eorum numero ex-
cludit qui ex Iudæis rectè crediderant,& uiuam
spiritalem gratiam retinebant.Hæc ille. AVC.
Et rectè hoc animaret Paganos, nè de fide Chri
sti curam facerent,si in iustitia sua gloriari pos-
sent,quæ est ex operibus:ideo contra inducit A
postolum ad Abraham super Psal.31.Avg.Hoc
dicit Apostolus commendans iustitiam, quæ ex
fide est,aduersus eos qui gloriantur de iustitia,
quæ est ex operibus: cum ait.Quid ergo* dici-
mus inuenisse Abraham,patrem nostrum secun-
dum carnem? Si enim Abraham ex operibus
iustificatus est,habet gloriam,sed non ad deum
Auertat ipse Deus talem gloriam, & illud po-
tius audiamus: Qui gloriatur, in Domino
glorietur. Multi enim gloriantur de operibus.
3 Inuenies † multos paganos propterea nolle fie
ri Christianos, quia quasi sufficiunt sibi de bo-
na uita sua.Bene uiuere opus est,ait: quid mihi
præcepturus est Christus ut bene uiuam? iam

Hie.17 *ca.114 To.3

Ro.5

Aug To.n

*reputatur.

Aug.To.8

Ro.4

*dicemus

1.Cor.1

A bene uiuo,quid mihi est necessarius Christus?
nullum homicidium,nullum furtum,nullum ra
pinam facio,res alienas non concupisco, nullo
adulterio contaminor.Nam inueniatur aliquid
in uita mea,quod reprehendatur,&* reprehende
re faciat Christianum.Habet gloriam, sed non
ad Deum:non autem sic pater noster Abraham
Hæc ille.AVCTOR. Perspicuè iam uidetis,
quòd displicet Augustino, qui omnino sperat
in propria iustitia uitæ suæ, quia sic(inquit) ha-
beret paganus,unde suam uitam ostendat ex o-
peribus iustis, ita ut nunquàm fieret Christia-
nus.Et ideò Apostolus contra omnem gauden-
tem solùm de propria iustitia uitæ suæ,dicit: Q
habet gloriam,sed non ad dominum, maximè
cùm nec iustus ex iustitia sua uiuit,sed iustus ex
fide uiuit(inquit)Et in commentario super Epi
stolam ad Galatas,libro.1.tex.Apostoli: Qui
tribuet nobis spiritum.AVGVST. Ipsa opera
Christi fide adornantur.Scita est enim sapien
tis uiri illa sententia.Non fidelem iustum uiue
re ex iustitia,sed iustum ex fide. AVCTOR.
B Quid autem est quod docet omnino sperare in
iustitia uitæ nostræ,& hominem considere in
merito proprio,nisi quod orauit reprobus Pha
risæus,de quo quosdam,qui in se cõfidebant tã
quàm iusti,Lucæ.18.Christus reprehendens
Deus gratias ago tibi,quia non sum sicut cæte
ri hominum,raptores,iniusti,adulteri, uelut et
hic publicanus.Ieiuno bis in sabbato, decimas
4 do omnium quæ possideo.Attende†uerba istius
orantis,& confer ad disciplinam Witcleff doc
tis.Euangelium dicit,quòd Pharisæus stans,hæc
apud se orabat,nihil a deo precibus impetran-
do,sed efficacius secundum Witcleff, opera
sua prædicando, & in sua iustitia spem ponen-
do. Et formam uitæ exhibendo narrat, primò
qualiter declinauit à malo,non sum ut cæteri,
raptores,iniusti, adulteri,& consequenter,quo
modo fecit bonum: ieiuno, & do decimas.
C Ecce secundùm disciplinam Witcleff, iste ni-
hil omisit,quoniam laudabiliter orauit uitali-
ter,nec debuit imputari ad culpam eius, eo q
confidebat in se tanquam iustus:quamuis Chri-
stus hoc intenderat: quia omnino secundum
Witcleff, in propria iustitia uitæ nostræ spera
re debemus. Econtrariò publicanus a lon-
gè stans,& nullius sui boni operis memoriam
habens,neque spem,sed tantum uocaliter rogãs
deum: Deus propitius esto mihi peccatori: o-
rationem mulcò perfectiorem,quàm ille Phari-
sæus emisit. Et consequenter, dominus no-
ster Iesus,non rectam tulit sententiam,quod pu
blicanus descendit iustificatus ab illo phari-
sæo, de quo nihil Witcleuistica doctrina di-
uersum,uel reprehendendum, sed laudandum
scribitur.

Et ho. 44. libr. unquam inta ho ue. Aug.To.x o.18 exultan em.

5 scribitur.Ecce†qualiter doctrina Witcleff sine A modo ergo orare uenisti? Augustinus interrogat
argumentis,sine ui,doctrinæ Christi Iesu,patet 6 Falsa † ergo commincitur doctrina Witeleff, de
esse contraria.Nam sic de propria iustitia consi- oratione uitali,& spe, & confidentia de propria iustitia:quia contra hos dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquàm iusti, exprobrãs de se benè credulum Pharisæum: & qui sperant in propria iustitia uitæ suæ, nonne de se confidunt tanquam sint iusti?ergo tu iustos interrogat Augustinus.Certè qui sic confidit, necessario hoc concedit. Vnde in libro de oratione dominica CYPRIAN. Adorans autem fratres dulcissimi,nec illud ignoret quemadmodum in templo cum Pharisæo publicanus orauerit, non eleuatis in cælum impudenter oculis,nec manibus insolenter erectis, pectus suum pulsans, & peccata intercluſa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat auxilium,& cum sibi Pharisæus placeret,sanctificari hic magis meruit, qui spẽ salutis non in fiducia innocentiæ suæ posuit, cũ innocens nemo sit:sed peccata confessos,humiB liter orauit:& exaudiuit orantem, qui humilibus ignoscit.Hæc ille.AVCT. Ecce commendatio publicani,quia non posuit spem salutis in fiducia innocentiæ suæ.ergo secundum Witeleff, Pharisæus descendit iustificatus, quia confidit in uirtute sua:secundum Christum publicanus, quia instabat pro gratia. Et † quàm detestabile sit homini in sua uirtute confidere:ostendit con sequenter cito post prædicta AVGV.Non audis in psalmo:quia confidunt in uirtute sua : ergo carnem deus tibi,sensum deus tibi,*gratiã deus tibi,mentem deus tibi,intelligentiam, dedit: tu das ipse tibi iustitiam?Quid est caro, quid sunt sensus,quid est anima,quid est mens,quid est intelligentia sine iustitia?Nonne ista omnia,si iustitia careant,ad pœnam ualebunt?Ergo tam dives es,ut cum deus dederit tibi inferiora, des tibi potiora?Male dives,exinaniende dives,si tamen habes quod te habere dixisti, quid habes
C quod non accepisti? Nè saltem à superbo diuite illo Pharisæo,ex his, quæ te habere dixisti, gratias agere deo didicisti. Hæc ille. AVC T. Notabiliter in hac disputatione beatus Augustinus superat nostrum Witcleff, cùm iubet omnino sperare in propria iustitia uitæ suæ, & aliàs in bonis operibus propriis;iunge ista simul, & habebis propriam iustitiam, de opere proprio.Tu ergo operaris tibi iustitiam, & cur non mentem,animam,carnem, intelligentiam, quæ sunt inferiora bona, bono iustitiæ? quia sine ipsa,non ualent nisi ad pœnam. An tibi ipsi confidis pro re meliori,& pro re deteriori confidis in domino? & nec in deo confidis pro iustitia,nec deo gratias agis? Sapiẽs dicit prouerbio.28.Qui sperat in domino,saluabitur. Qui confidit in cor de suo,stultus est.

Amb.To.5 Lu.18

Lu.18

Lu.32

Cyprian.

Pſa.48 *animam

1.Cor.4

Pro.28

Universidad de Deusto
Biblioteca

*cui Quid prohibet confidere in corde proprio ei, *qui ſcipitur cõfidere in iuſtitia propria. Quid amplius aduerſatur Deo? Quid Nembrothitis, & paganis amplius amicatur, quàm confidere in uirtute propria? Sanctus Dauid dicit, q̃ ipſos circundabit iniquitas calcanei, qui confidunt in uirtute ſua. Pſal. 48. Vbi AVGVS. Qui ſunt aũt quos circundabit iniquitas calcanei? Qui confidunt in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarũ ſuarum gloriantur. Ego uitabo iſta, & iniquitas calcanei mei non circundabit me. Quid eſt uitare iſta? non cõfidamus in uirtute noſtra, nõ gloriemur in abundantia diuitiarum noſtrarũ: ſed gloriemur in eo, qui nobis promiſit humilibus altitudinem, & minatus eſt elatis damnationem: & non nos iniquitas calcanei circundabit, ut q̃ confidunt in uirtute ſua. Et infrà. Ille confidit in uirtute ſua, & in abũdantia diuitiarum ſuarum gloriatur: qui non dabit Deo deprecationem ſuam. i. placationem, qua placet * Deũ pro peccatis: nec pretium redemptionis animæ ſuæ: qa præſumit de uirtute ſua, & de amicis, & de diuitijs ſuis. Qui autem ſunt, qui dant pretium redẽptionis animæ ſuæ? Quibus ait Dominus. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipſi recipiant uos in æterna tabernacula. Qui non ceſſant eleemoſynas facere, illi dant pretiũ redemptionis animæ ſuæ. Hæc ille. AVCT. Vide quanta cenſura Auguſtinus monet, ne q̃s confidat in uirtute ſua: quod docet noſter Witcleff. Et nè quis fautor hæretici excuſet eum, q̃ uelit hominem maximè confidere in Deo, quãuis ſecundariò in uirtute: Auguſtinus coniunxit utrunque: Non confidamus in uirtute noſtra, ſed gloriemur in eo ſcilicet Deo. & ſubdit cauſam, quia qui confidit in uirtute ſua, non dabit Deo deprecationem ſuam, nec pretium redemptionis animæ ſuæ, & eleemoſynam corporalẽ.

*Deo

Pſ 48. Aug. To. 8

Matt. 16

8 Conſidera † benè doctrinam Witcleff, & utrunque reperies: q̃ nitebatur ex totis uiribus retrahere homines à iugiter deprecando Deum, & ab eleemoſynam largiendo. Sed omnino, (inquit) confidite in bonis operibus propriis, qua ſi iſta non eſſent de numero bonorum operum. Vnde dicit Chriſtum, uel Apoſtolos eius, non fuiſſe circa eleemoſynam corporalem ſollicitos ſicut infrà patebit. Beatus Auguſtinus iſta duo coniungit omnino: ut ſentinetur nauis uitæ noſtræ, ne in huius mundi pelago naufragetur, dicens ſecunda parte ſermonum, ſermone ſecundo, De oratione dominica. AVGV. Quibaptizantur, & renentur in hac uita, de fragilitate mortali contrahunt aliquid, unde & ſi non naufragetur, tamen oportet ut ſentinetur, quia ſi nõ ſentinetur, paulatim ingreditur, unde tota nauis mergatur. Et hoc orare, ſentinare eſt. Non autem tãtùm debemus orare, ſed & eleemoſynam facere: quia quòd ſentinatur, ne nauis mergatur, & uocibus agitur, & manibus. Vocibus agitur, cùm dicimus, Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Manibus autem agimus, cùm facimus illud: Frãge eſurienti panem tuum, & egenum ſine tecto, induc in domum tuam: include eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa pro te orabit ad Dominum. Dimiſſis ergo peccatis omnibus per lauacrum regenerationis, in magnas anguſtias cõtruſi fuerimus, ſi non daretur nobis quotidiana mundatio ſanctæ orationis. Orationes, & eleemoſynæ mundant peccata, tantùm ne talia committantur, unde neceſſe ſit ſeparari nos à pane quotidiano. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iuſtitiam uitæ, & opera bona amplectitur Auguſtinus, ſed non ſine oratione præambula, & eleemoſyna corporali. Et orationem ponderans uocalem ait: Ne mergatur nauis, uocibus agitur, & manibus, ad ſentinam uoce orationis, & manu eleemoſynæ. Et in magnis anguſtiis fuerimus contruſi, ſi non daretur nobis quotidiana mundatio ſanctæ orationis. Orationes, & eleemoſynæ, mundant peccata maiora propter quæ excommunicari debemus, ideſt, ut ante uitentur quàm fiant, bene orantes diſponunt. Finaliter † ergo, non tantum cauenda, ſed abiicienda eſt hæc doctrina hæretica, ſic ut omni ſtudio piis operibus inſiſtamus, meliora ſemper iudicantes quæ docente ſcriptura & traditione patrum eccleſiæ, plus placeant creatori. Vt autem taliter operari ualeamus, ante opus quodliber, ſollicitè orandus eſt Deus uoce orationis, & cõtinuè uoce cordis: ita ut ſuam gratiam inuocantes, nuſquam in noſtris meritis, ſed in ſua gratia confidamus. Hanc regulam obſeruantes, procul ſemper erimus a typo Phariſæi, qui in ſua confiſus iuſtitia, ſeipſum iuſtificabat ex operibus, ſicut Witcleff, & propè erimus ad iniuſtitiam publicani, qui meritis ſuis non confiſus, ſeipſũ tradidit ad orandum. Sicut ſuper Pſal. 73. Animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finẽ. AVG. Iam modò non conſtituimus iuſtitiam noſtram, agnoſcimus gratiam tuam. Pauperes ſumus, exaudi mendicos tuos: iam non audemus oculos ad cælum leuare, ſed percutientes pectus noſtrum dicimus. Domine, propitius eſto mihi peccatori. Hęc ille. AVCTOR. Audi 10 † & illum legiſperitum reprobatum à Chriſto, qui ſeipſum iuſtum reputauit ex operibus: & demum uerte ad conuerſionem humilis Mariæ, quæ orationi uacat continuè, ut facere didicit: quæ innixa pedibus Saluatoris aliquid audiuit, ſicut ſcribit in prologo quarti libri ſuper Lucam BEDA. Denique ut proxima parumper

9

Pſ. 85. Aug. To. 8

Non.

rumper attingam: legiſperitus uolens ſeipſum iuſtificare, dominum tentaturus aduenit, ſed cõfuſus abſceſſit. At Maria pedibus eius humiliter acclinis, optimam partem philoſophiæ cæleſtis elegit. Item paruuli Chriſti, qui nó de ſua iuſtitia, ſed de redemptoris ſui gratia præſumere didicerunt, quibus orationum modis eandem gratiam aduocare debeant, inquirunt: audiuntque confeſtim & quibus uerbis orare, & q̃ quibus maximè rebus orare, & qua inſtantia perſeuerare, & pro quibus maximè rebus ſupplicare oporteat, fide ſcilicet, ſpe, & charitate: quodque petentes earundem largitorem à patre ſpiritum bonum percipiant: contrà ſapientes, & prudentes, qui quia ſpiritum gratiæ non modo, non petere, & quærere, pulſare, ſed & blaſphemare ſatagunt, tremiſsibiles & hic & in futuro ſuæ puicaciæ pœnas luunt. Hæc ille. AVCTOR. Fuge hinc Witcleff ſi potes: ſãctus enim pater Beda inſultationes tuas contra ſacras orationes ducit medium, acriter te accuſans, & inter ſapientes, & prudentes illos teipſum annumerans, qui ſpiritum gratiæ non modò non petere, quærere & pulſare ſatagunt, ſed & blaſphemare, ſicut & tu blaſphemando orationes eccleſiæ, facis audire orantes, quòd ſacerdotes Baal, quòd Deus noſter dormiat, aut cum alijs loquatur, ideo fortius eſſe clamandum, & ſpiritui gratiæ contumeliam facis, quam doces non petendam, ſed omnimodè bonam uitam, & in noſtra iuſtitia con-
11 fidendum. Et † quid ſonat hoc niſi illud Pelagij q̃ ſine gratia poteſt quis aſſequi bonam uitam? Sed paruuli Chriſti (inquit) Beda, qui non de ſua iuſtitia, ſed de redemptoris ſui gratia præſumere didicerunt, quibus orationum modis eãdem gratiam aduocare debeant, inquirunt. Et in hoc uerbo duas doctrinas & earum ſequelas demonſtrat. Prima eſt doctrina Chriſti & eccleſiæ, cuius paruuli docentur nè in ſua iuſtitia, ſed in ſola ſperent creatoris gratia: & quid ſequitur? Ideo quibus orationum modis eandem gratiam aduocare debeant, diſcunt inquirere. Et contra per doctrinam Witcleff quia addiſcunt ſuperbi in ſua propria ſperare iuſtitia, ideo nec de gratia ſaluatoris aliquid audiunt, nec conſequenter q̃ bus ea orationum modis acquiratur, auſcultãt: ficque uſque in Donatiſtarum uoraginem nauigant, à quibus diſcunt quomodo ſpem ſuam ponant in homine, & dicere negligant: in domino confido. Vnde in eundem locum Pſal. decimi. AVGSTIN. Non enim confidunt in domino, qui dicunt tunc eſſe ſancta ſacramenta, ſi p ſanctos homines dentur. Itaque cum ab eis quæritur qui ſunt ſancti? erubeſcunt dicere, * nos ſumus. Quòd etiam ſi illi non erubeſcant hoc dicere, hi qui audiunt pro ipſis, erubeſcunt: ita co-

Hie. 17

*Quod ſi non es tã Eius? oſtẽde cor tuum.

Matt. 7

*Circumcelliones.

*Iſraelis

A gunt eos qui accipiunt ſacramenta ſpem ſuam in homine ponere: cuius cor uidere non poſſunt; & maledictus omnis qui ſpem ſuam in homine ponit, Quid eſt enim dicere quod ego do ſanctum eſt, niſi ſpem tuã in me ponere? * Quòd ſi es ſanctus, doce aut oſtende cor tuum. Quod ſi non potes, ubi uidebo quòd tu ſanctus es? An fortè dices q̃ ſcriptum eſt. Ex operibus eorum cognoſcetis eos. Vide planè mira opera, quotidianas uiolentias * circumcellionum ſub presbyteris & epiſcopis ducibus circunquaque uolitare, & terribiles ſuſtes * Iſraelis uocari. Quæ hominum qui nunc uiuunt, quotidie uident & ſentiũt. Hæc ille. AVCTOR. Qui docent confidere in propria iuſtitia uitæ ſuæ, & non dicunt in domino confido: ecce qualiter inuoluũtur, quia cum quæritur ab eis an ſint uiri iuſti & ſancti, non audent ſe iuſtos fateri, qualiter poſſunt ſperare in eo quod neſciunt eſſe ſperandum? Immò ipſe Witcleff docet nobis ſtultũ eſſe aſſerere quod
B oremus, uel faciamus quicquam meritoriè ut debemus: in tertia parte ſermonum ſermone. 48. Sed non eſt iuſtitia uitæ ubi non quicquã facimus meritoriè, ut debemus. ſtultum eſt ergo alicui aſſerere ſe habere iuſtitiam uitæ, in qua debet omnino confidere & ſperare. Et iterum
12 † cùm dicat noſter Witcleff cum Donatiſtis, ut iam recitauit Auguſtinus, quod non ſint ſancta ſacramenta niſi per ſanctos dentur: quomodo ip ſe ſperat per nudam orationem ſacerdotis aliquod habere participium ſacramenti: quando cor illius uidere non poteſt? Aut quid poteſt in aliquo Witcleuiſta confidere tradente ſacramẽta uel euangelium conferente: cuius cor an ſanctus ſit uidere non poſſumus? q̃ ſi dixerit quod ex operibus cognoſcetis eos, multa habent opera tenebrarum quæ faciunt in ſecretis. Ex ſeditiones crudeles, & ingentia odia, & perſecutiones in ſanctos, conuincunt eos nõ ſanctos in operi
13 bus. Idcirco † hoc ſupercilium phariſaicum de
C confidendo in propria iuſtitia operum dimittentes, potiùs attendamus ad orationis officiũ humilis publicani, qui ſecundum Chriſti ſententiam meruit iuſtificatus ab illo deſcendere, & aliorum iuſtitiam in conſideratione propriæ præferamus. noſtram autem (ſi quam habere uidemur) diuino iudicio committamus: quemadmodum Chriſtianus noſtro Witcleff li. 7. ſuper Lucam capi. 8. tradit AMBROS. De uerbis clari Phariſæi, quibus humiliari meruit, poſſumus ediuerſo formam humiliratis, qua ſublimemur aſſumere: ut ſicut ille conſideratis proximorum uitiis, & ſuis uirtutibus, eſt elatus ad ruinam, ita nos non noſtram ſolum pigritiam, ſed & meliorum uirtutibus inſpectis, humiliemur ad gloriam: quatenus unuſquiſque noſtrũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc apud se supplex atque submissus obsecret, A. Deus omnipotens miserere supplici tuo, quia non sum sicut innumeri serui tui contemptu seculi sublimes, iustitiæ merito glorioſi, castitatis laude angelici: ueluti etiam multi eorum, qui post flagitia publica pœnitendo tibi meruerũt esse deuoti: qui etiam si quid boni fecerunt, tua gratia largiente fecere: quo sine hoc faciam quavè à te districtione pensetur ignoro. Hæc ille. Ecce qualiter Ambrosius non docet homines confidere in iudiciis & operibus suis, sed confidẽter cum sancto baptista seipsos non existimare, immo & sic negare suo iudicio quod est Deo: Cùm quia in cõparatione seruorum Christi se putet inutilem, Tùm quia quo sine pensetur illud fecisse quod fecit, ignorat apud districtissi-
14 mum iudicem. Nec † leue debet æstimari piaculum, hoc Witcleuisticum documentum, quòd homo omnino confidat in iustitia uitæ suæ, in operibus, & meritis, & uirtute sua: nec hortatur expresse uel tacitè qđ in Deo uel de gratia eius B confidat. Coram Christo Iesu grauidum est omni Pelagiano ueneno, & sanie Donatistarum totum tabescit. Tantumque est flagitium ingratitudinis, tam horrendum pelagus efferendi se contra gratiam conditoris, ut sanctus Iob imprecatus sit sibi casum humeri sui a iunctura, & ut bra-
Iob.31 chium suum cum suis ossibus confringatur, si lætatum est in abscondito cor meum, inquit, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum. Iob. 31. Per manum in scriptura designãtur opera, sicut per os uerba, & per cor desidetia. Vana ergo lætitia cordis ad osculandum o- 1
re manum, est cum intenta confidentia cordis uocaliter applaudere suis operibus. Vnde 22. C
*ca.5 Moral. *Capitu. 9. Greg. Manum suam oscu- 2
Gre.7 o.1 latur ore suo, qui laudat quod facit, & testimonio propriæ locutionis sibi uirtutem tribuit ope- 3
ris: qua in re quis despicitur nisi is qui ipsa operãdi munera largitur? Vnde bene per egregium 4
1.cor.4 prædicatorem dicitur: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid glorialis quasi non acceperis? Sancti autem uiri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos, & non uirtute propria, sed præueniente superna gratia ad meliora se uota uel opera commutatos: & quicquid sibi mali inesse cognoscũt de mortali propagine sentiunt meritum. Quicquid uero in se boni inspiciunt immortalis gratiæ agnoscũt donum: eique accepto munere debitores fiunt: qui & præueniendo dedit eis bonũ uelle, quod uoluerunt: & sequendo concesit bonum posse, quòd uolunt. Vnde benè per Ioannẽ
Apo. 4 dicitur, Adorauerunt uiuentem in secula seculorum, mittentes coronas suas ante Thronum dei Coronas nanque suas ante Thronum mittere, est certaminum suorum uictorias non sibi tribuere, sed auctori, ut ad illam referant gloriam laudis, à quo se sciunt uires accepisse certaminis. Beatus ergo Iob, qui sic bona, quæ operatus est, narrat, ut tamẽ hæc operationi suæ non tribuat sed ad auctoris laudem recurrat, manum suam ore osculatum fuisse se denegat. Ac si patentur dicat, Ego mea opera tanquam mea non pfero: quia auctoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Vnde & protinus subdit. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Liquet enim, quod illum negat, cuius despecta gratia sibi uires boni operis arrogat. Quòd rectè quoque & iniquitas maxima uocatur, quoniam oẽ peccatum, quod ex infirmitate est, spem nequaquam perdit, quia à superno iudice ueniam requirit: præsumptio autem uirtutis propriæ tantò grauius in desperatione est, quantò longiꝰ ab humilitate. Cumquè uires sibi tribuit operis, & ad adiutorium non recurrit auctoris, sit ut eò grauius pereat, quò & hoc ipsum quòd est peccator, ignorat. Hæc ille.

¶ QVOD OPERIBVS NOSTRIS non meremur, sed gratia Dei nobiscum unde Deus ea non attendit cum præmiat, sed gratiam, quam donauit. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Vita æterna quòd detur pro meritis, si cum meritis numeremus & gratiam, sine qua nec ipsa sunt merita, quia nec Dei dona.*

2 *Gratiam suam quòd coronet, seu præmiet in nobis Deus, non merita nostra.*

3 *Merita nostra quòd non attendat Deus, sed bonitatem suam.*

4 *Iustus homo, aut sanctus, quare non debeat meritum suum allegare dum orat, secundum optimã Ambrosii rationem.*

5 *Iustificari quòd non possit quis uiuentium in conspectu Dei. Et quid super hoc dicat Hilarius.*

6 *Iustitia uitæ Witcleff, & opera meritoria in quibus confidere hominem consulit, explodũtur.*

SED adhuc quorundam percutit cor sic laborare uerba scriptura, p gratia Dicũt. n. quomodo ergo gloria paradisi datur promerentib. si ipsam exlibertare arbitrii mereri non possumus? Aut si totum efficit gratia, ut quid merita requiruntur? Quasi

Quasi non sit qui respondeat: si totam hanc domum solus fecerit artifex, ad quid quærebatur securis? & si Christus solus totum hominẽ sanũ fecit in sabbato, quid profuit claudo sermo curantis? Sed † nouerint uitam æternam dari nobis pro meritis, si cum meritis ipsi numeremus & gratiam, sine qua nec ipsa sunt merita: quia nec Dei dona. Vnde libro de gratia & libero arbitrio. Avgvst. Si dei dona sunt bona merita tua, non Deus coronat merita tua, sed tanquam dona sua: proinde consideremus merita ipsa apostoli Pauli, quibus dicit coronam redditurum iudicem iustum: & uideamus utrum merita ipsius, id est ex ipso ei comparata, an dona sint Dei. Bonum (inquit) certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Primò ista bona opera si non præcessissent cogitationes bonę, nulla essent. Attende itaque quid de ipsis cogitationibus dicat. Ait enim scribens ad Corinthios: Non quia idonei sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Deinde singula inspiciamus, Bonũ, B (inquit) certamen certaui. Quæro qua uirtute certauit, utrum quæ illi ex semetipso fuerit, an quæ desuper data sit? Sed absit ut tantus doctor gentium ignorauerit legem dei, cuius nox est in Deuteron. Ne dicas in corde tuo: fortitudo mea, & potentia manus meæ fecit mihi uirtutem magnam hanc, sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere uirtutem. Hæc ille. Avctor. Per ordinem à primis principiis meritorium opus exhaurit, & à prima cogitatione usque ad extremum operationis hominis, dei gratiam probat eius auctoritatem, ita ut sicut dicit Apostolus, in omni cogitatione & opere dicamus singuli: non ego, sed gratia dei mecum, id est, non ego hæc operor, sed gratia dei mecum: nec ego, quidem hæc cogito, sed gratia dei mecum hæc cogitat. Imò nec hanc uitam ego uiuo, sed gratia dei mecum. Vino ego, iam non ego: uiuit autem in me Chri- C stus. Quis ergo confidere debet in uita propria, aut in iustitia propria, aut in operibus propriis? quæ de quanto propria, sunt, non sunt nisi 2 contra dei mandatum: dixerit insipiens in corde suo, fortitudo mea, & potentia manus meæ fecit uirtutem mihi hanc magnam. Qui meam dicit, propriam dicit, quod dominus interdixit. Ad huc tamen agitant illud primum, quia gloriã coronæ promisit uigilantibus, quod est promerẽtibus. Respondeo quia ille uigilat, qui deo nigilat: qualiter uigilat nemo, nisi cui gratia donat uigiliam. Et ipsa uigilia gratiam continet, ratione cuius debetur corona, quæ utique est gratia, ut sic gratiæ, non operibus per se gratia repẽ datur. Sicut consequenter post iam dictum

A passum intulit Avgvst. Sed quia & ipsa bona opera nobis ex deo sunt, à quo nobis & fides est, & dilectio: propterea idem ipse doctor gentium etiam ipsam uitam æternã in gratiam nuncupauit. Et nascitur inde non parua quæstio, quæ domino donante soluenda est. Si enim uita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissimè dicit scriptura: quoniam deus reddet unicuique secundùm opera eius: quomodo gratia est uita æterna, cùm gratia non operibus reddatur, sed gratis detur: ipso apostolo dicente, * Si quis operatur, merces non imputatur secundùm meritum. Sequitur. Cum tamen dixisset stipendium peccati mors: continuò subdidit, Gratia autem dei uita æterna in Christo Iesu. Ista ergo quæstio nullo modo mihi uidetur posse dissolui, nisi intelligamus ipsa bona opera nostra, quibus æterna redditur uita, ad dei gratiam pertinere: propter illud, quod ait dominus Iesus: sine me nihil potestis facere. & ipse Apostolus cum dixisset gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis, sed dei donum est: non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et infra mox itaque addidit. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum dei gratiam commendans, dixisset non ex operibus ne forte quis extollatur? Sed audi, & intellige non ex operibus dictum tanquam tuis ex teipso tibi existentibus: sed tanquam his, in quibus te deus finxit, id est forma uit, & creauit. Hoc enim ait: Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis: non illa creatione, qua homines facti sumus, sed illa, de qua ille dicebat, qui utique iam homo erat, Cor mundum crea in me &c. Sequitur. itaque charissimi. uita bona nostra nihil aliquid est quàm dei gratia: sine dubio, & uita æterna, quæ bonę uitæ redditur dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur: sed illa, cui datur, tantummodo gratia est: hæc autem q illi datur, & præmium eius est, & gratia: quoniã merces pro iustitia. Hæc ille. Avctor. Ex † hoc loco Augustini secundum fidem apostoli merita nostra non coronat deus, nisi quia gratiam suam coronat in meritis: & nihil de suo habent merita, sed ex toto quod sunt, gratia sunt, uita, inqt, mea bona nihil aliud est, quàm gratia, & ideo nõ ex operibus tanquam tuis, ex teipso tibi existentibus. Hæc uerba proprietatem expuunt Witcleff quantũ possunt, ut bentis confidere in bonis operibus propriis: nã siue ut inde propriis quia tuis, siue inde propriis quia ex teipso tibi existentibus: totum perfidia est: totum corruptio ueritatis. Hoc ergo docet Witcleff contra fidem apostoli, secundùm

Aug. lib. 1. in fine & in prin. 2

*Ro. 2. Apo. 22. Ro. 4 * Et qui operatur Ro. 6.*

Io. 15. Eph. 2

Vsal. 50.

Gratiã suã non merita nostra coronat Deus.

Universidad de Deusto Biblioteca

dùm quam nullo modo confideremus in meritis proprijs, sed in gratia Dei, qui ex operib. nostris merita fecit: & ut iam nec ipsa merita fecisse nos dicamus, sed gratiam Dei nobiscum: omnia enim opera secundùm hanc logicam sancti Pauli ad gratiam Dei pertinent, & sic à nobis abstrahuntur. Quòd autem sine hac additione gratię quidam merita nostra loquuntur, & uitam iustam spondent, de reliquiis Pelagianorum, aut gentilium hoc traxerunt. Quod passim antiqua patrum fides, si attendatur, ostendit. Vnde super illud Psal. 60. Misericordiam & ueritatem eius quis requiret? *Psal. 60.* AVG. Breuiter accipite quid sit misericordia & ueritas: quia non paruum est, qđ *Aug. To. 8* dictum est: Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas: misericordia dicitur, quia non merita nostra attendit Deus, sed bonitatem suã, ut peccata nobis omnia dimitteret: ueritas autem, q̃a *Psal. 206* non fallit reddere quod promisit. Hæc ille.

3 AVCTOR. Quòd † absolutè dicit Augustinus ꝙ merita nostra non attendit Deus, sed bonitatem suam: alioquin non coronaret nos in misericordia & miserationibus, sed in iustitia sua, & meritis nostris magis. Item super illud Psa. 32 uersu. Ecce oculi domini super metuentes eum. *Psa. 101. Psal. 32. Aug. To. 8* AVGVST. Non de meritis nostris, non de fortitudine, non de uirtute, non de æquo, sed de misericordia eius. Hæc ille. AVCTOR. Non de meritis, non de uirtute, immo nec de æquo: quomodo ergo de merito, & condigno? Itèm de uera innocentia, propositione*. 54. AVGV. *tales *56. *Aug. To. 3* * Omnes nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito. Hæc ille. AVCTOR. Item super psalmum. Beati immaculati: uersu, Vocem meam audi secũdùm misericordiam tuam Domine. *Psa. 118 Amb To. 4* AMBROS. Semper homo si etiam iustus est, & sanctus, sic debet orare, ut exaudiat eum Dominus secundum suam misericordiam, non secundum meritum uirtutis alicuius: quia rara uirtus, multa peccata.
4 Hæc ille. AVC. Optima † ratio sancti patris Ambrosii quare nullus iustus, aut sanctus homo debet meritum suum allegare dum orat *Rara uirtus peccata multa* quia rara uirtus nostra, & multa peccata. Quid ergo iuuat fatuum oratorem necessitare deum per unum actum uirtutis, ubi librantur ad oppositum centum peccata? quia hoc dicit Witcleft deum non requirere cogitationem orantem, uel uocem, sed omnino uitam suæ iustitiæ complacentem, Et quis tunc stabit in conspectu iudicis exigens sibi iustitiam fieri propter manipulum meritoriuum quem exhibet? Et surdus est Witcleff, ne audiat spiritum sanctum in Iob dicentem ca. 22. Quid prodest deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit uita tua *Iob. 22* nunquid timens arguet te, & ueniet tecum in iu-
A dicium, & non propter malitiam tuam plurimã & infinitas iniquitates tuas? Quocirca Psalmista orat dominum. Non intres (inquiens) in iudicium cum seruo tuo domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Super quẽ uersum in expositione Psal. 142. Hilarius. Quid enim spei est, si iudicare nos secundum se deus uelit, si ad comparationem sui, uitæ nostræ innocentiam postulabit? Iustificari † autem in conspe
5 ctu dei quis uiuentium potest? cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui obliuio, cui casus, cui necessitas uel per naturam corporis, uel per motum animæ semper fluctuantis ammixta sit? Cui & quotidie grauissimus hostis immineat diabolus, uidelicet animę uiri fidelis insidians, eãque ad interitum persequens? Hãc enim esse causam docet, quia nemo uiuens iustificari in con
6 spectu dei possit. AVCTOR. Ecce † ubi iam est iustitia uitæ Witcleff? ubi opera meritoria, in quibus confidere hominem consulit super
B omnes orationes: & deprecationes quascunque pro gratia dei hic & in futurum: cum ex operib. suis nemo iustificabitur in conspectu dei: & quomodo ad illorum mensuram deus necessariò iudicabit? Multo disertius orauit sanctus uoce pia ostentationem denegans meritorum, propter temetipsum inclina deus meus aurem tuã, & audi, aperi oculos tuos, & uide desolationem nostram. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Bene exorditur precem suam sanctus orator, dicens, propter temetipsum deum audi. Secundum cõsilium Witcleff dixisset non sic, sed, propter memetipsum deus, & propter opera meritoria mea me audi, Sed August. consilium istud spernens, secundum Danielis sententiam merita non promouit, sed misericordiam appellauit: merita, inquiens, nostra non attendit deus, sed bonitatem suam. Et
C sanctus Daniel æque subintulit. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces sed in miserationibus tuis. Vbi iam oratio Witcleff uitalis quam propheta sanctus propalare non auderet, sed occultat: orationem autem cordis, & oris publicè profert, ut gratiam consequatur? Et ut a prophetis quandoque ueniamus ad Christum ipse in euangelio Lucæ. 17. planissimè docet contra Witcleff sub specie domini dicentis ad seruum suum uenientem de agro para ut cœnem, & præcingere, & ministra mihi donec manducem, & bibam: & post hæc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi quia fecit quæ illi imperauit? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Verba plana sunt, & sensum

sensum Christi secum ostendunt. Cũ feceritis quæ præcepta sunt uobis, nolite decipi secundũ Witcleff in operibus confidentes, sed in gratia Dei: tantum dicite, ꝙ quantum ex operibus præceptorum habemus, aut iustitiæ uitæ nostræ, serui inutiles sumus. Meritoria opera nõ negamus, dicente Christo pro nobis. Quod debuimus facere fecimus: in his tamen omnino non confidimus, sed in gratia Saluatoris: ut ad ipsorum mensuram, uel supra, de quolibet præmiemur. Quod ponit super eundem textum in commentario li. 5. ca. 5. *Beda* Beda Serui inutiles sumus: quia nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad superuẽturã gloriã, q̃ reuelabit in nobis. Et alibi. *Psal. 102.* Qui coronat te in miseratiõe & misericordia: nõ ait, in meritis, & operibus tuis: quia cuius miseratione præuenimur, ut humiliter Deo seruiamus, eius munere coronemur, ut sublimiter cum illo regnemus. *Io. 20* Quod debuimus facere, fecimus. Quia Christus nõ uenit ministrari, sed ministrare: debitores sibi nos fecit, nè nostris uidelicet operibus cõfidentes, sed de eius semper examine pauentes, cum propheta dicamus, *Psa. 115.* Quid retribuemus domino pro omnibus quæ tribuit nobis? Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam armata uerba Christi contra Witcleff ascendunt. Non, ait (inquit Beda) in meritis & operib. tuis: & iterũ: ne nostris uidelicet operib. confidentes, ut planè pateat hanc sanctos antiquos statuisse sibi communem doctrinam contra Plagianum sniam, quam sub eisdem uerbis Witcleff nunc reportat in orbem. Re.n. uera non sapiunt hoc dicente, quanta censura credendũ sit nos nihil hr̃e boni ꝙ nõ accepimus, sed dominum omnia agere in nobis, nõ opera tantum, sed uelle ipsum, quod est principium operis, pfectionis, & meriti, iuxta apostolũ. Hoc ergo si saperẽt, & ꝙ non ex se, sed spiritu dei aguntur, qui filii dei sunt, non confidendũ in meritis propriis scriberẽt: quin potius, Bonũ est confidere in domino q̃ confidere in homine omni mẽte sonarẽt. At statim prosiliunt ut dicãt Quid ergo pderit nobis facere, si cuncta faciat deus, & merita nostra non attendit, sed gratiam operantis, & uelle, & facere? Respondet AVGV. libro de correptione & gratia ad principium. Non se itaque fallant qui dicunt, ut quid nobis prædicatur atque præcipitur ut declinemus à malo & faciamus bonum: si hoc non agimus, sed id uelle, & operari deus operatur in nobis? Sed potius intelligant si filii sunt spiritu Dei se agi, ut quod agendum est agant: & cum egerint, illi, quo aguntur gratias agãt, aguntur enim, ut agãt non ut nihil agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agunt, sicut agendũ est, i. cum dilectione & delectatione, iustitiæ sua uitatem, quam dedit Dominus, ut eius terra da-
A ret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autem non agunt, siuè omnino non faciendo siuè non ex charitate faciendo, orent, ut quod nõ habent accipiant. Hæc ille. AVCTOR. Vtrobique ergo ad orationem, humanam reflectu solertiam, uel ad gaudendum in Domino, si ab eo acceperint, ut eius terra meritorii operis daret fructum: quod omnino a cõfidentia in propriis meritis extat diuersum: uel si bene facere non acceperint, ut accipiant. Nusquam autem ut in bene factis ex parte, uel omnino confidant.

¶QVOD PLVS CONFIDENDVM est precibus, quàm aliis meritis in conspectu iudicis. Et quæ sunt preces uocales Christianorum. C.X.

B SVMMA.

1 *Preci quòd sit innitendum, cùm recta agimus, secundùm Gregorium.*
2 *Iustitia omnis humana, quòd iniustitia esse conuincitur, si districtè iudicetur.*
3 *Oratio sola, quod possit hominem saluare, & iudicem flectere.*
4 *Orare ueraciter quid sit, secundum Gregorium.*
5 *Niniuitarum oratio describitur, & quomodo exauditi fuerint de cælis.*
6 *Lachrymis quòd non irascatur Deus.*
7 *Puerorum laus ore deprompta, quòd fuerit oratio perfecta.*
8 *Præcursoris iubilus in occursu saluatoris & quid sit iubilus.*
9 *Deus uerbum, quòd requirat orantis uerba.*
10 *Deus ut bonum faciamus, quid ad gloriã eius requirat à nobis.*
11 *Orandum quare sit uoce, & uerbis.*

C SED dicis, multiplicius bonum opus est sanctum, quàm opus mentis tantũ quia & sanctitatem mentis habet, & operis. Vnde & crassioris est meriti in conspectu iudicis. De hac re disputationẽ nõ fixi: sed utrum melior sit oratio uitæ iustæ præcisa ab oratione affectus, uel uocis, quam dicis esse in mutis, & paruulis, & quam solam requirit Deus, Hoc tamen scio ex scripturis, quod sancti uiri astantes summo iudici, omnia iusta opera supprimant, tradentes se ad orationem animi, uel sermonis, secundum illud Iob. 9. Etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. *Iob 9* Super quod li. 9 moralium. *Gre. To. 1. ca. 1* GREGOR. Etenim, ut sæpe diximus, omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Succum bere

uincitur,si districtè iudicetur. Prece post iustiA tiam indiget, ut quæ * decumbere discussa potecat, ex sola iudicis pietate conualescat. Sequitur. Dicat ergo,etiam si habuero quippiam iustum,non respondebo,sed meum iudicem deprecabor, ut si apertiùs fateatur, dicens. Et si ad opus uirtutis excreuero ad uitam, non ex meritis,sed uenia conualesco. Preci † itaque inniten
1 dū est cùm recta agimus:omne,quod iustè agimus, humilitate condiamus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce confidentiam meritorum,quam prædicat Witcleff,ut secundùm illa Deus necessariò præmiet. Ecce uitam iustitiæ hominis, quam Deus omnino requirit:nō aūt preces mentis,uel oris:cùm omnis iustitia nostra ibi ex sola uenia conualescat,& ideo precis post omnem iustitiam suam indigeat. Vnde post ea GREGO. De iustitiæ suæ meritis non confidens,sed ad solam se spem postulationis conferens, subdit. Quòd etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.Hæc ille.AVCTOR. Totum dicit contrarium Witcleff,qui nec ad iustitiam uitæ pro securitate recurrit,nec in iustitiæ suæ meritis confidit:ideo illis tacitis,ad solam spem postulatio
2 nis,& sanctæ precis accelerat.Cur hoc? quia, ut sæpe dixit,omnis † humana iustitia injusta esse conuincitur,si districtè iudicetur. Hoc libro.8. *Iob.7* *Greg.To.1* iam dicit textu Iob,Oculi tui in me,& non subsistam.GREG.Hoc ipsum quoque q̄ iustè uidemur uiuere,culpa est, si uitam nostram cum iudicat,hanc apud se diuina misericordia non excusat.Hinc scriptum est,Astra non sunt munda in conspectu eius: quia apud eum districtè iudicati, ipsi quoque maculas inquinationis habent, q̄ *Iob.15* *Gr.25* ti,ipsi quoque maculas inquinationis habent, q̄ per munditiam sanctitatis lucent. Hæc ille.
3 AVCT. Quis † igitur neget hanc esse orationem præcipuam,quæ sola hominem saluare poterit,& iudicem flectere?Obtice solam orationem tuam uitalem, quam iustitiam meritorum appellas,& petis deprecare iudicem oratione iusti desiderij,aut uocis,hæc orandi species meritis tuis pristinis coronam adducet ab eo,qui iu- *Psal.102* stitias non coronat nisi in misericordia, & miserationibus. Sed dicit Witcleff, quòd in mutis, & infantibus iustam uitam exaudit Deus sine oratione tali mentis & uocis omnino, quia non *Tempus sensibile.* habent * possibilitatem taliter exorandi: quasi oporteat eas uirorum expectare figuras. Vir iste magnis coarctatur angustiis, qui latitudiné orationis mentalis & uocalis tam arctis admittit compedibus: quasi flagrans desiderium cordis non inueniatur in mutis:aut saltem ipse gemitus cùm sit ab ore muti, uel infantis, non esset oratio,cùm dicat GREGO. libro.23.moral.12. *Infantiū ac maiorum gemitus sunt orationes* *Greg.To.1* 4 Quòd † ueraciter orare, est amaros gemitus, non uerba composita resonare. Et libro primo super Lucam,capit.3.AMBRO.Ille clamat,qui in corde suo clamat per diem. Qui ergo clamorem cordis perdidit, & linguæ perdidit. Hæc ille. AVCTOR. Duco.† eum item ad meri- 5 ta Niniuitarum,in quibus non tantùm homines perfecti,sed infantes,& bestiæ mugientes orasse scribuntur, & exauditi de cælis. Quem locum tractans in sermone de ieiunio Niniuitarum, qui sic incipit Clementissimus, Ioannes episcopus.dicebat. Adhuc triduum,& Niniue subuertetur. His auditis, Niniuitæ, rex, uniuersq̄ue dignitates,comites,senatores,principales, abiecta purpura,& bysso, induti sunt cilicio: delicatæ & illustres fœminæ depositio honestatis cultu, despecto capitis ornamento, cinere uultibus defœdatis,omnes ad pœnitentiam conuolant. Teneri adhuc infantes, & ignari paruuli ab uberibus matrum separantur, ut fierent in pœnitentia consortes. Animalia quoque cum dominis seruauere ieiunia, sterere longa pecudum & munda præsepia:& quibus fletum natura denegabat, suis tamen mugitibus pœnitentium lachrymas adiuuabant. Nemini iam licuit esse licem:ciuitatis interitum planxit etiam qui non timuit:iusti orabant,ut peccatores liberarentur: peccatores orabant, ut iusti exaudiri mererentur:omnis omnino utriusque sexus ætas in cinere & cilicio uoluebantur,clamantes,& dicentes, *To.2* Quis scit,si miserebitur Dominus, & auertetur ab ira furoris, & non peribimus? Et † quia 17 Deus nunquam iratus est lachrymis, misericordia motus,pœnitentium uoces exaudiuit,sententiam mutauit, & ueniam peccata deflentibus condonauit. Hæc ille. AVCT. Quàm fidelis expositio sancti patris quòd teneri adhuc infantes ab uberibus separati, sicut & omnis ætas elamabant,& dicebant, Quis scit,si miserebitur C Dominus. Et pecudes pœnitentium lachrymas adiuuabant. Sicut item in Iohele propheta cap. 1. Bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad Dominum: quoniam exiccati sunt fontes aquarum,& ignis deuorauit speciosa deserti. Vbi in commentario *AVGV. Clamare ad Dominum per prophetam, & iumenta agere eum suspicere fecit ignis,qui deuorauit speciosa deserti,& flamma,quæ succendit omnia ligna regionis. Sequitur.Simulq̄ue consideremus, q̄ nisi propter angustiam,& ablationem deliciarū, nec propheta, nec bestiæ clamassent, nec ad dominum suspexissent.Hæc ille. AVG. Ecce bestiæ clamabant, & suspexerunt ad Dominum. Clamor iste non expectabat possibilitatem taliter exorandi,sed communi fide maiorum fiebat sicut libro primo super Lucam cap.3.AMBRO. Vox enim nostras fides est. Et ideo Apostolus,

In eccle-

in ecclesia malo quinq; uerba loqui mente mea A est ex ore iusti hominis ad Deum * diuina lauda * *directa.*
ut alios instruam,quàm decem milia uerborum
7 in lingua.Hæc ille. AVCTOR.Et † item Nun tio. Quæ tamen ut ipsi Deo sit accepta,humilitate, & timore,& deuotione maxima opus est. Ne quis fortè integritatis,atque innocentiæ fiduciam gerens, notam tumoris, & arrogantiæ incurrat,eoque facto gratiam uirtutis amittat: sed ut Deo charus sit,omniq̄ue macula careat, misericordiam Dei semper imploret: nihilque aliud precetur,nisi peccatis suis ueniam, & licet nulla sint. Si quis aliquid aliud desideraverit,nō est opus indicare Deo scienti quid uelimus. Si quid boni euenerit,gratias agat:si quid mali, satisfaciat: & illud sibi propter peccata sua uenisse fateatur,& nihilominus etiam gratias agat.
9 Hæc ille. AVCTOR. Ecce † Deus uerbum, orantis uerba requirit. Cauendum tamen ne de merito innocentiæ fiduciam gerat,quod est dicere,confidat in eo:quia tūc gratiā uirtutis amittit. Et nota quod dicit, summus colendi ritus est ex ore iusti hominis, conformans se Apostolo ad Hebræos ulti. per ipsum offeramus ho- *Heb.ult.* stiam laudis semper Deo,id est, fructum labio B rum confitentium nomini eius. Exponit ergo Apostolus hostiam laudis fructum labiorum confitentium nomini eius: non dicit, laborum, aut actuum aliorum,sed labiorum, quibus oratur Deus quotiens sic laudatur. Requirit ergo Deus uerba nostra, si lingua sufficiat, ut benedicat omnis caro nomini sancto eius, sed hoc propter nos: ita tamen, ut eloquium spiritu decoretur ad intra, & fiat argentum igne cordis examinatum. Quòd tamen uerba Deus non requi *Psal.144* rit,ut ipsis inflectatur,aut instruatur,quod intel- *Psal.9.* ligunt sancti patres:sicut libro.3.de summo bo- *Isidorus.* no capi.7. ISIDORVS. Non in multiloquio exaudiuntur homines à Deo, quasi pluribus uerbis eum conentur inflectere. Neque enim conciliat eum multiplex orantis sermo, sed pura,synceraq̄ue orantis intentio. Bonum est corde semper orare, bonum est etiam sono
C uocis Deum spiritualibus hymnis glorificare.
10 Hæc ille. AVCTOR. deus † ergo, ut bonum faciamus ad gloriam eius, bonum animum requirit à nobis,bonum desiderium,bonam cogitationē in mente,bonū gemitum in uoce, bonum uerbum ab ore,bonam uitam utrinq;, & uerbo & opere. Vbiq; à nobis propter nos bonum nostrū requirit,qui propter se ullo bonorū nostrorū non eget.Quale hoc bonū nostrum sit, quod ex sic orādo certis temporum interuallis attrahitur,subtiliter exponit indicta epistola ad Probā AVGVST.In ipsa fide, spe,& charitate conti- *Aug.To.2* nuato desiderio semper oramus:sed ideo per certa interualla horarum,& temporum etiam uerbis rogamus deum, ut illis rerum signis nosipsos admoneamus,quantumque in hoc desiderio

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio proficimus, uobis innotescamus, & ad hoc agendum nosipsos acrius excitemus. Dignior enim sequitur effectus, quem feruētior præcedit
11 affectus. Hæc ille. AVCT. Ecce † q̄ ideo oramus uoce, & uerbis, ut illis signis monitionem accipiamus, quia ex affectu bono proficimus: & item ut eo acriùs augeamus affectum illum, quo nos profeciſſe uidemus: totaquè oratio ista uerborum à sancto fluit mentis desiderio in ipsa fide, spe, & charitate continuato. Si hanc orationis cogitationem non requirat Deus, dicat Witcleff quid sibi fides sua, spes sua, charitas sua proficiat: cùm omnes istæ in suo desiderio qualitates mentis sint actus, uel habitus.

¶ AD ARGVMENTVM VVITcleff de necessitate Dei per preces hominum, Responsio. C. XI.

SVMMA.

1 *Deus quòd possit impediri, aut sanctorum precibus retineri, ne usq; ad quantum culpæ iustitia postulat, ipse sæuiat.*
2 *Misericordia Dei quod tanta sit erga sanctos, ut quasi eorum precibus uelit retineri ne faciat.*
3 *Moyses quòd uicerit plagam à Deo paratam, non Deum.*
4 *Sanctorum intercessio demonstratur contra Witcleff, qui sanctorum orationes pro nobis contemnit.*
5 *Auctoris dictum contra necessitatem fatalem Witcleff.*
6 *Notabile contra prolixum esse Witcleff.*
7 *Continuatio quomodo augeat meritum orationis.*
8 *Origenes ostendit præstantiam orationis, & operis.*
9 *Ablingere, ut ablingit uitulus, quid sit.*
10 *Religio specialis Israel, non tam armis, & manu, quàm sanctis orationibus hostes prosternere.*
11 *Oratio crebra commendatur ab Ambrosio.*

SED contra hæc Witcleff rixatur sic. Posset stultus dimittere opera meliora, & intendere orationi, ac si necessitaret Deum ad dandum homini illud q̄ petit, ca. secundo de oratione Witeleff. AVCT. 2
Hoc non dicet tecum uir catholicus, qui exufflans necessitates tuas hæreticas, quotidie orans dicit, Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis pater noster. &, Fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. Attamen ex fide scripturæ si uerborum, p
Matt.26. Matt.6
prietas non ponderet præter æquum, secundum
Nota
A sanctam quandam audaciam ad tantum præsumere possunt fideles de Dei clementia, q̄ quicquid pro salute sua orant, quàsi necesse erit hoc Deum præstare petentibus. Sic enim librat hæc uerba super Psal. Beati immaculati, uersu, Clamaui ad te, saluum me fac, Hilarius. Nos uerò salutem tanquam debitum postulamus, & uelut Deo sit hanc eandem præstare necesse, primis ab eo precib. oramus, atque utinam cordis clamore loqueremur. Hæc ille. AVCT. Ecce Hilarius concedit tibi in pia deuotione fideliū eos sic deditos ad orandum, ac si necessitarent Deum ad præstandum quod petunt. Non putes, inquiens, hoc dicere secundum quendam modū nostrum, in re tamen non sic est. Iō dicit sic sicut & tu dixisti: item habent tropum. Nouimus
1 Deum † impediri posse, aut sanctorum precibus retineri, ne usque ad quantum culpæ iustitia postulat, ipse sæuiret. Nam quid prætendit aliud
Exod.
B quod ad Moysen Dominus ait Exodi. 32. Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me ut irascatur furor meus, faciamquè te in gētem magnam. Quasi diceret, uim quandam mihi facis quantum ex pietate portare dispono. Sed dimitte me, & tunc irascar, cum non talis fuerit intercessor. dimitte, inquit, me. Quem locum pertractans in minori breuiatio super il-
Psal. Hier.
lud Psalm. Moyses & Aaron in sacerdotib. eius, & Samuel inter eos. HIERONYMVS. Inquit. Vide potestatem: quid ei dicit Deus? Dimitte me, uim mihi facis, preces tuæ quasi tenent me: manum meam retinent orationes tuæ. Ego mitto sagittam, & iacula, & orationes tuæ prote
gunt populum. Dimitte me ut percutiam populum illum. Simulquè considerare misericordiam Dei. Quando dicit, dimitte me, ostendit q̄ si non dimiserit Moyses, Deus non percutit: si ergo tu non dimiseris, ergo non percutiam: dimitte me, & percutiam. Legimus in libris Regū,
C quod Samuel iram Dei prohibuit uenientem super populum: quoniam & in tempore messis fecerit pluuiam & tonitrua, & fulmina, & quid ibi scriptum est? Et uenerunt (inquit) lapides grandinis, & percusserunt allophilos. Vide quàm sapiēs ignis, sapiēs grādo. Dimitte me, & percutiā
Sapien.
Vbi Samuel erat, fulmina non audent uenire. Vident enim Prophetam Dei, uident Leuitam. Manus Samuelis minabantur fulminib. ille orabat, & fulmina uenire non poterunt. Hæc ille.
AVCTOR. Ex † hoc literali interprete, & sancto patre habeamus ex intentione scripturæ, tantam esse Dei misericordiam erga sanctos, ut quasi eorum sanctis precibus uelit retineri nè faciat. Sicut etiam uult per eosdem inuitari ut faciat. Si ista tibi necessitas nominetur, qui rerum necessitates absolutas impingis,

gis, tu uideris. Tu dicis. 11. Trialogi ter damnati quòd creaturæ etiam peccabiles Deum necessitāt ad creandum. Tu dicis sermone. 44. ex necessitate futurorum sequi quam tu tenes, quòd sioretur, siue non oretur pro persona data de necessitate Deus, tantus profectus euenit ut fuerit Deo dignus: sic tibi uidetur necessitari Deum facere. Certè uiris catholicis non sic uidetur, sed reputant hæc de diuina tantum emanare clemētia, qui ab infirmitate hominum quasi uinci, & teneri, ac prohiberi dignatur: ut quasi ostendere homini uelit quanta sanctorum precibus contra reorum plagas inest potestas. Quod si subtiliter cogitetur, adhuc non est potestas contra Deum, sed in creaturas diuersas homini limitata: sicut sapienter ostendit per metaphoram suam ibi HIERONY. quòd sapiens grando, & sapiens fulmen uiderunt manus Samuelis orantis, & descendere non audebant. Reuera quia p huiusmodi creaturas ad ulciscendum diuinā destinatas iniuriam. Propheta in oratione præ-
B tatus concedere, quod ab æterno disposuit, nec erat illud euenire necessarium, quia tūc negare petitum nō posset omnipotens, certe potuit negare, quod clementer tamen concessit, & ideo
Psal.105
contingens fuit. Et † nota contra prolixum esse
Aug. To.2
Witeleff, q̄ ipsa oratio aliquando non fuit, sed futura fuit, & tamen tunc deum non latebat ignoto esse præsens, nec ergo quidlibet est deus, quia oratio talis est, aut erat, quæ etiam tūc nō erat, quando in esse cognito deus erat, nec item omne erit est quæ non, tamen postmodum erit. Vnde ergo processimus reuertentes, dicamus ad Witcleff: bonum est intendere prudenti operi, nec tamen decipi orationibus intendētes, hac argutia: si bonum est orare per hora, ergo oratio in duplo diuturnior plus prodesset. Nam in prima congressione Israel contra Amalech in oratione Moysi sequela profecit Exodi. 17.
Exo.32
Quia quamdiu oraret Moyses manibus eleC uatis, uincebat Israel. Cùm uerò dimitteret manus, uicit Amalech. Vnde † cum magis prodesset diuturna oratio, quàm horalis, Vsque ad occasum Solis protendebatur oratio, & consecuta est plena uictoria. Dicat nunc Witcleff, si multum prosuit Israeli ad uictoriam unius horæ, horalis oratio: in duplo, & triplo, & septuplo, aut decuplo plus profuit oratio diuturnior intercessoris etiam manib. fatigati. Et si literam inspiciamus interius, cōtra nostrus Witcleff planè militat hic processus illius: quòd & operationes bonæ ab ipsa oratione unde pro
Orig To.1
desse possunt accipiunt. Audiatur super Exodum Homilia 11. ORIG. Eleuare manus, hoc est, opera, & actus eleuare ad Deum, & non habere actus deorsum deiectos, & humi iacentes: sed Deo placitos, & ad cœlum erectos

Exo.17

Continuatio augent meritum orationis

Contra necessitatem fatalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eleuat ergo manus, qui thesaurizat in cœlum, Vbi.n.thesaurus eius ibi & oculus eius ibi & manus eius: Eleuat manus & ille qui.d. Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum, si ergo eleuentur actus nostri & nõ sint in terra, uincitur Amalech, sed & Apostolus præcipit leuare sanctas manus sine ira, & disceptatione & ad quosdam dicebat. Dimissas manus, & dissoluta genua erigite, & rectas gressus facite pedibus uestris. Si ergo seruat populus legem, eleuat Moyses manus, & aduersarius uincitur. Si non seruat legem inualescit Amalech. Quia igitur & nobis pugna est aduersus principes & potestates & mũdi huius rectores tenebrarũ, si uis uincere, si uis obtinere, eleua manus & eleua actus tuos & conuersatio tua non sit in terris, sed sicut dicit Apostolus super terram ambulantes conuersationẽ habemus in cælo. Et ita poteris superare populum aduersantem tibi Amalech, ita ut dicatur de te etiam quia in manu occulta expugnabat dñs Amalech. Eleua & tu manus ad Deum. Imple mandatum, quod Apostolus dicit, Sine intermissione orate: & tunc fiet quod scriptum est: quia sicut uitulus ablingit in campis herbam uiridẽ, ita ablinget hic populum, qui super terram est. Per quod, ut à maioribus accipimus, indicari dr quia populus Dei non tam manu, & armis, q̃, uoce & lingua pugnabat. i. orationem fundẽs ad Deum, prosternebat inimicos. Ita ergo & tu si uis uincere inimicos, eleua actus tuos, clama ad Deum: ut dicit Apostolus, orationi instantes, & uigilate in ea: hæc est christiani pugna, quæ superat inimicum. Hæc ille. AVCTOR. Hic† potest fidelis addiscere a sancto patre Origene pstantiam orationis, & operis: ipse dicit eleuationem manuum Moysi opera designasse: sed quia non sufficeret ad uictoriam qui manus leuauit, item orationem adiunxit. Et in his duobus ablinxit Israel populum illum de terra: quia hæc est pugna Christiani, qua superet inimicos, orationi instare (inquit) sicut populus Israel, nõ tã manu, & armis, quàm uoce, & lingua, ideſt, orando uocaliter, æmulos superauit. Vbi iam est operatio & actus, quæ melius orat? Vbi uita Christiana, quam dicis sanctis precibus meliorem? Nunquid dicit tibi, quòd magna pars uitę Christianæ est orare? Item uocaliter, iubente Christo Orate, & nolite desicere. Et subiecit: sic orabitis, Pater noster. &c. Et nunquid secundùm Prophetam sanctum * tentatio est uita hominis super terram? Ergo ne à tentatione uincamur, oratio est quoque uita hominis super terram: non pœnitus nuda uita, dicente Origene: Tu si uis uincere inimicos, eleua actus tuos, & clama. Et concorditer libro tertio de summo bono. capit. 7. ISIDO. Quia operari necesse est, & ora re, bene iuxta utrunque dictum est, leuemus corda nostra cum manibus ad Deum, ne de negligentia mandatorum corde reprehendamur, dum salutem nostram obtinere, aut sola oratione, aut sola operatione contendimus. Postquã bonum opus agimus, lachrymæ orationi infundantur: ut meritum actionis humilitas impetret precis. Hæc ille. AVCTOR. Et ille pater non dicit cum Witcleff dimittendo orationem confidendum esse in merito propriæ actionis, quia meritum actionis, ut dicit, humilitas impetrat precis: & ideo de negligentia mandatorum reprehendimur, si sola oratione, aut sola operatione salutem obtinere contendimus. Ratio, qa secundùm prædictum uerbum Origenis: in his duobus est pugna Christiani, in actibus, & precibus. Et notanter dicit Christiani. Sicut item uictoria quotidiana Israel non tam manu, & armis, quæ opera bona significant, quàm uoce, & lingua prouenit. Et hoc erat illi populo speciale: sicut a maioribus nostris accepimus (inquit.) Et in expositione Numerorum assignat unum magistrum de Iudæis, qui sic ipsi retulit: hac de causa regem Balach adisse Balaam carminatorem, ut uinceret sine armis, cum uerba uerbis, & precibus suis Israelitarum preces elideret. Homilia 13. ORIG. Audierat rex Moab, quòd populus hic uincit orationibus, & pugnat aduersus hostes ore, non gladio, & ob hoc sine dubio apud semetipsum cogitauit, dicens, quoniam quidem orationibus populi huius & precibus nulla arma conferri possunt, ideo et mihi tales aliquæ preces & talia requirenda arma uerborum, & orationes tales, quæ superare possint orationes istorum. Vt autem scias tale aliquid cogitasse regem, ex scripturæ uerbis intellige, quæ ego a magistro quodam, qui ex Hebræis crediderat, expositа didici. Scriptum est ergo. Et dicit Moab ad seniores Madian. Nũc ablinget synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit uitulus herbam campi. Aiebat magister illi, qui ex Hebræis crediderat. Cur (inquit) tali usus est exemplo, dicens† sicut lingit uitulus herbam campi? Ob hoc sine dubio, quia uitulus ore abrumpit herbam de campo, & lingua tanquam falce quæcunque inuenerit secat, ita & populus hic quasi uitulus ore & labijs pugnat, & arma habet in uerbis, ac precibus. Hæc igitur sciens rex, mittit ad Balaam, ut & ipse deferat uerba, uerbis contraria, & precibus preces. Hæc ille, AVCT. Eccet specialis fuit religio Israel inter cunctas seculi nationes, quòd non tam armis, & manu, quàm sanctis orationibus hostes prosterneret, quia ore, & labijs pugnans, arma habebat in uerbis, ac precibus. Quanto magis Christiani, qui

1. Thes. 5 Nu. 22
Colo. 4
8
Lu. 11 Matt. 6 Iob. 7 * Militia
Isidorus
Pugna Christiani est in duobus, actibus, & precibus.
9
Ablingit ut uitulus.
10

qui sunt Israel corde circuncisо, & spiritu, hoc inter omnes nationes habent religionis insigne, sistere precibus, & uitam innocuam armare diuinis uerbis & colloquijs quantumcunque possent, uim facere carni ignobili, ut orationẽ suã cum Christo prolixam ducerent contra cunctas nequitias irruentes: nec prætermittant uitæ sanctitatem, sine qua sunt orationes cassæ: sed plus orationi, quàm operi confidant, pp eum, q orãti assistit. Vnde & ibidem paulo ante idẽ ORI. Amplius aliquid puto commouerit regem. Vẽ enim audisse, quod filij Israel solent hostes uincere orationе, non armis, nec tam ferro, quàm precibus. Nulla.n. Israel aduersus Pharaonem arma commouit, sed dictum est ei: Deus pugnabit pro nobis, & uos tacebitis. Sed ne contra Amalechitas quidem tantum uis armorum, quantum ualuit Moysi oratio. Vt enim leuasset Moyses manus ad Deum, uincebat ipsum Amalech: remissæ uero, & deiectæ, uinci faciebant Israel. Hoc profecto audierat Balach rex Moab. Scriptum est enim, Audierunt * gentes, & iratæ sũt, dolores * apprehenderunt habentes Philistiim. Hæc ille. AVCTOR. Ecce nulla arma commouit Israel aduersus Pharaonem, sed preces tantum. Ideo dictum est ei: Deus pugnabit pro uobis. Quia ergo Deus sic occurrit orantib. in bona uita, ideo in precibus confidẽdum est: & omnino precibus intendendum die nocteque, maximè uero ab illis, qui ideo uacant operibus. De quibus item lib. 3.* de uirginibus AMBR. Oratio † nos crebra Deo commẽdet. Sic.n. Prophe ta dicit, Septies in die laudem dixi tibi. Quod si fecit, qui rex erat, necessitatibus occupatus, qd nos facere oportet, qui legimus, Vigilate, & ora te, ne intretis in tentationem? Certè solennes orationes cum gratiarum actione sunt deferendæ cùm de somno surgimus, cùm prodimus, eũ cibum paramus sumere, cùm sumpserimus, & hora incensi cum denique cubitum pergimus. Sed in ipso cubili uolo psalmos cum oratione dominica frequenti contextas uice, uel cum eui gilaueris, uel antequam corpus sopor irriget, ut te in ipso quietis exordio rerum sec larium cura liberum diuina meditantem somnus inueniat Hæc ille. AVCT. Ecce ad Ambrosium dicat iã Witcleff qui tam intentum uult ad orationem facere quenquam die nocteque ante somnum, post somnum, hora officij ecclesiæ, etiam in cubi i ipso, ut uix hora sine orando pertranseat, intendens necessitare Deum ad dandũ hoc, quod petit.

Orig. To. 1
*non longe a principio.
Amb. To. 1 Ps. 118 Matt. 6
11
A
B
C

AD ARGVMENTVM WITCLEFF contra orationes, ne alia bona opera dimittantur. Cap. XII.

SVMMA.

Orationes quòd non sint eo prætextu omittendæ ne alia bona opera dimittantur. Et qui debeant indulgere propensiùs orationi.
Cornelij Centurionis oratio & ieiunium.
Christus quare dederit trinam illam de oratione cautelam, petite, quærite, pulsate.
Melius in se, & melius nobis, quòd semper sit attendendum.
Oratio publica quòd sit succincta, & quare. Et quid de orationibus fratrum in Aegypto dicat Augustinus, & Cassianus.
Homo quomodo sit hortandus ad instandum ad modum angelorum, & fortiter ad orandum aliquantum cogendus.
Orare quòd quandoque nos fortiter cogat dominus, mittens nos in alta pericula, ut cogat discipulos orare.

VId aũt amplius ex priori deductione subinfert ipse, palã fecit ibidem. Inẽ dat prudẽti operi, nõ deceptus p istã argutiã. Oratio horalis multum ꝓdest iusto, uel populo ꝓ quo orat, ergo oño in duplo diuturnior plus prodesset. Sic.n. posset stultus dimittere opa meliora, & intendere uocali orationi. Hæc Witcleff. AVC. Rũdeo sic, stultus posset, sed sapiens non deberet. Põt tñ esse, q opus melius ad eũ non pertinet, sicut ad simplicẽ religiosum conferre sacros ordines, aut ad degradatum solennia celebrare: & multo prudẽtius tũc orationi priuaræ intenderet, q̃ opus melius attẽtaret. Melius est in se opus simpliciter, sed nõ ipsis. Hi ergo orantes, quib. alia forinseca opera sublata sunt, tanto debent indulgere orationi ꝓpensius, quanto à talibus operibus ne sint eis debita, sunt sequestrati remotius: Vnde in epistola prædicta ad Probam iuxta finẽ AVGVSTI. Quanto magis domum uestram piè tractatis, tanto impensius orationib. instare debetis, rerũ præsentium non occupatæ negotijs, nisi flagitiã te cã pietatis, sane memineritis orare pro nobis nec negligenter. Hæc ille. AVCT. Ecce deuotæ fœmine debuerunt impensiùs instare orationibus & operа, quanuis meliora, dimittere, quanto minus aliarum rerum erant negotijs implicatæ. Quod si impensius q̃ solebant, ergo si antea multum eis profuit oratio horalis, oratio impensior plus prodesset. Nõ dubiũ qn Petro principi Apostolorũ plus ꝓfuit oratio, quæ sine intermissione fiebat ab ecclesia ad Deum pro eo

Aug. To. 2 Est Ep. 121
Act. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cornelius Centurio.

2 quãm oratio fecisset horalis. Et ipse Cornelius ora-
ãs, & ieiunans p quatriduum ab hora 6. usq;
ad horam nonam, copiosiùs exanditur, propter
orandi instantiam. Vnde lib. retractationũ sup
actus Apostolorum Beda. In græco pleniùs &
Beda apertiùs scriptum est. A quarta die usque ad hãc
horam eram ieiunans, & orans à sexta usque ad
horam nonam. Vbi apertè ostenditur, q̃ quarta
die antequam hæc cum Petro loqueretur, ieiu-
nus usq; ad horam nonam permanebat: & ut ieju
nium deo acceptabile fieri posset, a sexta diei ho
ra usq; ad nonam deuotis precib. agebat: ideoq;
quod tanta ieiunii & orationis instantia quære-
bat obtinere promeruit. Hæc ille. AVCTOR.
Nota q̃ Cornelius obtinere promeruit, q̃ tanta
3 orationis instantia perquirebat. Vnde † Augusti-
nus dicit Christum dedisse trinam illam de ora-
tione cautelam: petite, quærite, pulsate, ad suadẽ
dum nedum instanter, sed instantiùs, & instanti
ssimè nobis esse orandum lib. primo retracta-
Aug To. 1 tionum. cap. 18. in fine AVGV. Quod Domi- B
nus ait petite & accipietis, quærite & inuenietis,
pulsate & aperietur uobis: operosè quidem tria
ista quid inter se differant, exponendum putaui.
Sed longè melius ad instantiam petitionum om-
nia referuntur. Hoc quippe ostendit, ubi eodem
Lu. 2 uerbo cuncta conclusit: dicens, quantò magis pa
ter uester, qui in cælis est, dabit spiritum bonum
petentibus, & quærentibus, & pulsantibus?
Hæc ille. AVCTOR. Pro certiori tamen huius
Melius in se & melius nobis 1. Cor. 7 4 euidentiæ documento semper † attendendum
est quid in se melius est, & quid nobis melius, p
necessitate huius uitæ, & nostræ fragilitatis in-
tuitu. Ecce apostolus ad Corinth. dicit. Bo-
num est homini mulierem non tangere. Pro-
pter fornicationem autem, unusquisque suam
uxorem habeat, & unaquæque uirum suum.
De uirgine dicit, faciat quid uult, si nubat, non C
peccat: quia qui iungit uirginem suam, benefa-
cit, & qui non iungit, melius facit. De muliere
uidua dicit, quæ uult, nubat tantum in domino:
beatior autem erit, si sic permanserit secundum
consilium meum. Ecce in omnibus his aliud est
utilius, & aliud eligendum, quod non permittit.
infirmitas. Melius mulierem nõ tangere, melius
uirginem nõ iungere. Beatius uiduam post mari
ti mortem non nubere. Vbi tamẽ obstat stimu-
lus fornicationis, rumpenda est, ut saluetur, op-
tio melioris, & datur tangere mulierem, & uirgi
nem iungere, & nuptias petere uiduatam: ita sẽ
per orare melius, non tamen semper pro hac car
ne conceditur, ne obtundatur intentio: sed
5 † breues saltem in communi ideo orationes
Oratio publica fit succincta, & cur. eduntur, ut inter perfectos consulatur infirmis.
qualiter fratres in Aegypto fecisse noscuntur.
In sæpe dicta epistola ad Probam. AVGVS.

A Dicuntur fratres in Aegypto crebras habere o- *Aug. Tom. ca. x.*
rationes, sed eas breuissimas, & raptim quodam
modo iaculatas, ne illa uigilantia arrecta, quæ
oranti plurimum necessaria est, per productio-
res moras euanescat, atque haberetur intentio.
Ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionẽ
sicut non obtundendam, si perdurare non põt:
ita si perdurauerit, non citò esse rumpendam.
Hæc ille. AVCTOR. Cassianus addit aliam
rationem, ne dæmon infestus orationibus, aliq-
bus impedimentis mentem abducat lib. 2. de in
stitutis monachorum. ca. 10. CASSIAN. *Cassianus*
Ideo præcipiunt, subaudi patres, orationem ce-
leri fine concludi, ne fortè immorantibus in ea,
redundantia quædam sputi, uel phlegmatis in-
terrumpat nostræ orationis excessum: & idcirco
dum adhuc feruet, uelut è faucibus inimici uelo
citer rapienda est. Qui proculdubio cùm sit *Demon is pure ut nis est ma bas plus to suffert*
nobis semper infestus, tunc maximè astistit infe
stior, cum contra se offerre nos Domino uel p-
ces peruiderit cogitationibus, seu diuersis humo
ribus excitatis abducere mentem nostram à sup
plicationis intentione festinans, ac per hoc eam
tepefacere, abrepto feruore conteudens. Quam
obrem utilius censent breues quidem, sed cre-
berrimas orationes fieri: *Hoc quidem, ut frequẽ *Illud
tiùs dominum deprecantes, iugiter ei cohærere *hæc ho
posimus: *illud uero, ut insidiantis iacula, quæ 10.
infligere nobis tunc precipuè cùm oramus, insi
stit, succincta breuitate uiterous. Hæc ille.
AVC. Ex hoc loco forsan habuit Augustinus
orationes fratrum in Aegypto fuisse breues, sed
crebras. Quæ omnes, non obstante intermis-
sione ista frequenti, possent unam constituere
orationem per se, & prolixam, quemadmodum
ponunt logici secundam speciem quantitatis di
scretæ simpliciter per se unam. Sed tota ratio *i. oratio*
breuitatis huiusmodi orationum, non erat boni
tas maior simpliciter, sed bonum nostrum, & p
misero huiusmodi statu moderata prouisio, ne,
s. tentatione dæmonis, uel lassitudine nostræ fra
gilitatis deuotæ oratiõis teperet affectus, alioqn
q̃diu non tepuerit, propagari põt oratio. Ideo
adiecit Augusti. Si perdurauerit orationis inten
tentio, oratio non est citò rumpenda. Vnde sic
procuranda est animæ stabilis puritas: sicut eo- *Cassianus*
dem loco scribit idem Cassianus. Omnis mona
chi finis cordisquè perfectio, ad iugem, ad indi
ruptam orationis perseuerantiam tendit: &
quantum humanæ fragilitati conceditur ad im
mobilem tranquillitatem mentis, ac perpetuam
peruenire nititur per ueritatem: ob quam, omn-
nem tam laborem corporis, quàm contritionẽ
spiritus, indefesse quærimus, & iugiter exerce-
mus. Hæc ille. AVC T. Et nota qualiter excipit
quantum, inquiens, humanæ fragilitati conce-
ditur,

ditur. Omnes enim operationes nostræ intelle- A
ctuales pro hac uita, quia utimur actionib. sen-
suum, sunt harmonicæ, sicut & sensus: ideoq; sũt
fatigabiles ultra medium positæ, & franguñ ex
ceslibus, simpliciter autem meliores essent si du
rarent, sicut orationes patriæ sunt prolixæ, quia
æternæ, uel per speciem supplicandi usque adeõ
summatum iudicium, uel per speciem iubili &
gratiarum actionis post secundam stolam ade-
ptam. Apoc. 11. Factæ sunt uoces magnæ in cæ-
lo, dicentes: Factum est regnum huius mundi
Apo. 11 Dei & proximi eius, & regnabit in secula secu-
lorum Amen. Et Esaiæ. 51. ca. Consolabitur om
Esa. 51. nes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi de-
licias, & solitudinem eius quasi hortum Domi
ni. Vbi 70. quasi paradisum Domini gaudium
& lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & 7
uox laudis. Super quod in commentario lib. 23.
Hier. To. 5 HIERON. Hoc notandum, q̃ in Sion, quæ cõ
paratur paradiso Dei, aliud esse non debeat, ni- B
si gaudium, & lætitia, confessio & uox laudis: ut
quod in cœlis facturi sunt sancti cum angelis
Dei, hoc etiam in terra iugi in Domino laude
meditentur. Hæc ille. AVCT. Ecce sancti cum
angelis Dei nihil nisi gaudio & gratiarũ actio-
ni habent intẽdere: & hoc in ecclesia iugiter me
ditari debemus. Quid hoc? nisi quòd consuetu
dine bona proficere possit humana opetatio? I-
6 deo † ad instãdum hortandus est homo ad mo-
rem angelorum, & fortiter ad orandum aliquã
tum cogendus. Quod item potest probare tex-
tus euangelij, si pensetur de illo, qui molestè fla
gitauit amicum, ut de nocte surgeret, & daret
tres panes: prout luculenter declarat in epistola
Lu. 11. ad Probam AVGV. Ille, cui amicus de uia uene C
Aug. To. 2 ca. 8 rat, nec q̃d ei apponeret, habebat, ab amico cu-
piens sibi accommodari tres panes, quibus for-
tasse ipsa Trinitas unius substantiæ figurata est,
cum seruis suis dormientem petitor instantissi-
mus & molestissimus excitauit, ut daret ei quan
tos uolebat: magis & ipse uitando tædium, quã
beneuolentiam cogitando: ut hinc intelligere-
mus si dare cogitur, qui cum dormiat a petente
excitatur inuitus, quanto det benignius, qui dor
mire non nouit, & dormientes nos excitat ut pe
tamus? Hinc est illud. Petite, & accipietis: quæri
te, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Et in
fra. *Quid quærere nos facit, qui nouit quid no
Q̃d quæ re faciat qui nouit quod nobis necessarium sit priusquã petamus ab eo mouere animum potest. bis necesse sit antequàm petamus, & intueri
animum potest? Videtur ergo mihi, quòd Do
minus noster non uoluntatem nostram sibi ue-
lit innotescere, quam non potest ignorare; sed
exerceri in orationibus desiderium nostrum, 1
quo capere possimus quod præparat dare. Il-
lud enim ualde magnum est, sed nos ad acci-
piendum parui & angusti sumus. Ideo nobis
dicitur: Dilatamini, ne sitis iugum ducentes cũ
infidelibus. Tantò quippe illud quod magnum *2. Cor. 6*
est ualde, quod nec oculus uidit, quia non est co
lor: nec auris audiuit, quia non est̃ sonus: nec in
cor hominis ascendit, quia cor hominis illuc *de-
beat ascendere. Sumemus capacius, quantò & id *debet*
& fidelius credimus, & speramus firmius, & desi
deramus ardentius. Hæc ille. AVCT. Iam pro-
bauit sanctus pater quod dixi, scilicet quod ar
cta est humanæ exercitationis affectio, maximè
uersus inuisibilia bona: ideo excitanda est eius
pigritia, & pusillus animus dilatandus ad sumẽ
dum capacius, illud magnum bonum diuinum:
ad quod consequendum exercendum est in ora
tionibus nostrum desiderium. Et ad hoc dicit
Augustinus: Dominus nos dormientes excitat
ad petendum: imo † q̃que fortiter cogit orare
mittẽs nos in alta pericula. Qualiter discipulos
orare coegit, cum excitarent eum dicentes: Do *Matt. 8*
mine, salua nos, perimus. Vnde in Homilia eius- *Orig. To. 2*
dem lectionis ORIG. Ingressus nauiculam, fecit
turbari mare, commouit ventos, & excitauit flu
ctus. Cur hoc? ideo ut discipulos mitteret in ti-
morem, & suum auxilium postularent, suamque
potentiam rogantibus manifestaret. Ista tempe
stas non ex se oborta est, sed potestati paruit im
petranti eius, qui educit ventos de thesauris suis
qui terminum mari arenam constituit. Et infrà. *Ps. 134*
Dormiebat itaque corpore, ut Apostolos susci
taret, & euigilare facerer, præcipuè autem nos, *Ps. 12*
ne unquam omnino dormiamus in intellectu,
aut prudentia, sed uigilare in omni tempore, &
iubilare Domino, & salutem ab eo postulare
studeamus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod
Christus Dñs Deus noster docet uerbis, horta- C
tur exemplis, & crebris ictibus pulsat suos ad o
randum, idque uocaliter. Non ergo pp nudam
uitam, sed oratione uestitam Christus se peten-
tibus manum porrigit adiutricem, ideo uigila-
re in omni tempore (inquit) Origenes, & iubi-
lare domino, & salutem ab eo postulare de-
bemus.

¶ AD ARGVMENTVM WITCLEFF, quod quia Deus est omniscíens, propter mi sericordiam suam dabit uiuenti iustè &c. q̃d dabit cum oratione, & q̃liceat orare aliis uerbis, quam expressè ordinatis in oratione Dominica. Cap. XIII.

SVMMA.

Hæresis uetus philosophorum de non orando Deum, propter eius præscientiam, quia scilicet omnia præscit. Quam uidetur sustinere Witcleff, & docere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Orando quòd non simus narratores, sed rogatores, & desideratores.*

3 *Oratio nostra uocalis ne sit uacua meriti, quomodo restas desiderare quod proderit.*

3 *Deus quod uelit peti, ut nos capaces donorũ eius fiamus.*

5 *Orare, & liceat aliis uerbis, quàm expressè ordinatis in oratione Dominica, contra Witcleff, multis auctoritatibus demonstratur.*

6 *Orantes ritè & cõgruenter, quomodo nihil aliud oramus, quàm quòd in dominica oratione positum est.*

SVspecta est mihi probatio tertia, quã asseruit contra orationem uocalem infra in illo ca. de oratione Matth. 6. Scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Cùm enim ex fide Deus scit omnia præsentia, præterita, & futura, & non solùm scit, sed præparat, ac disponit qd est utile uiatori: patet ex eadem fide, quòd homine uiuente iustè, Deus propter suam iustitiam dabit ipsi, quod rationabiliter postulauerit. Hæc Witeleff. AVCT. Ego timeo mihi, q̃ perfunctoriè ponit hoc in conclusione, postulationem uocalem: quia ad probandum q̃ Deus nõ requirit cogitationem uel uocem, sed solum uitæ iustitiã, hoc assumpsit & sic ad probãdum cõfidendum esse in iustitia uitæ, quæ est omnino melior quàm uocalis: & quæ tunc consequẽtia, ergo per orationem uocalem, quæ est deterior, nec requisita Deo, deprecans impetrat quicq̃d petit, quia iustè uiuit, magis sequitur: ergo ipsa oratio iustæ uitæ impetrat à Deo omnia per seipsam sine postulatione uocali. Et hoc opinor eum mente proponere, sed in uerbo uocalem, uel postulationem, disposuit sibi uiam, quã impertitus posset aufugere. Si ergo sic uoluit, & discipulos docuit orationem uocalem superfluã, uel saltem magnoperè non sequendam: q̃a deus omnia parat & disponit in tantum ut si oret q̃s uel non oret, non magis uel minus dabit Deus quod semper disposuit: sicut dicit sermone 44. tertiæ partis sermonum. Tunc † non est dubium sustinere eum, & docere hæresim illam ueterum philophorum de oratione, quam in eodẽ locum Matthæi. libro 1, commentarii sui sic recitat HIERO. Scit pater uester quid sit opus uobis antequam petatis. Consurgit in hoc loco quædam hæresis, philosophorumquè dogma puersum, dicentium, si nouit Deus quid oremus, & antequam oremus scit quibus indigeamus, frustra scienti loquimur. Quibus breuiter respondendum est: nos non narratores esse, sed rogatores. Aliud enim est narrare ignorãti, aliud enim est narrare ignoranti, aliud scientem pete

Hier. To. 9 Mat. 6

Vetus hæresis de non orando deũ propter præscientiam.

A re: in illo iudicium est, hic obsequium: ibi fideliter referimus, hic miserabiliter obsecramus. Hæc ille. AVCTOR. Vide ergo lector qualis ex hoc loco uerborum Domini error obrepsit: quia dixit deus: scit pater uester quid uobis opus sit antequam petatis, frustra ergo scienti loquimur, inquiunt. hoc ita esset, si orare esset narrare non rogare scientem, dicit Hieronymus. Et in epistolam ad Probam AVGVSTINVS. Nobis uerba necessaria sunt quibus commouea mur, & inspiciamus quid petamus: non quibus Dominum seu docendum, seu flectendum esse credamus. Hæc ille. AVCTOR. Quid hoc obtrudit Witeleff? Ex quo non solum scit, sed ip se præparat, ac disponit, quod est utile uiatori: quid tam auidè petitur uerbis quod iam parauit ut detur? Quia bonus dominus intendit excitare desiderium sumentis: idcirco ne uilescat donum uult in oratione prius audire deprecantis affectum. Sic columba præparat cibum pullo, sed differt dare, nisi gemitum pulli postulantis audierit. Sicut & in secunda parte sermonum sermone secundo. AVGVSTINVS. Nolite multum loqui, quia nouit quid uobis necessariũ sit. Sed ne forte hic dicat aliquis: si nouit quid nobis necessarium sit, cur oremus? Ideo uoluit ut ores, ut desideranti det, ne uilescat quod dederit: quia & ipsum desiderium ipse insinuat. Verba ergo, quæ dominus noster Iesus Christus in oratione docuit, forma* est desideriorum. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ait Hieronymus, q̃ † orando non sumus narratores, sed rogatores & desideratores secundum August. ideo forma uerborum Christi, est forma desideriorum, quæ sunt preces mentis. Glossator Witcleff purney in libello de oratione. ca. 4. quod est de oratione, temerariè adducit Basilium ex assumpto To mæprædicta firmantem. BASIL. Sæpius quidã obuiant dicentes, quare oramus? An ignorat Deus quid opus est nobis? Nouit quippe, & omnia spiritualia dat nobis uberius, etiam antequã postulemus: sed opera uirtutis, regnumquè cœlorum oportet prius optare, optãtem uero quærere, quærentem ingerere per fidem & patientiam quicquid interest sua, in nullo redarguitur à propria conscientia. Hæc ille. AVCT. Optime contra magistrum suum, q̃ opus uirtutis, & regnum cœlorum prius est optandum, quod est oratio mentalis: & tunc quærendum oratione uocali: & sic demum ingerenda bona uita per fidem, & patientiã, ita ut in nullo redarguatur a sua conscientia. Quòd item ante orationem præparanda est, non nego, sed item p orationem quousque ad initium fidei ueniamus, quod est meritum dei donum, & orationem præcedens, & meritum: sed proximum huic non dubium

Aug. To. 3 cap. 5

**sunt.*

Matt. 6 Aug. To.

Basilius

C

bium ante omnem bonam uitam adulti, est oratio mentis ad Deum, & ab ipso in se conuersæ. Hæc omnem aliam uitam, & omne meritum præcedit, & impetrat bonã uitam per gratiam. Ex fonte enim mentis tota manat merces, & operis, & oris. Ne † igitur nostra oratio uocalis sit uacua meriti, restat desiderare, quod proderit. Et iterum ut desideriis mereamur, instanter orare Deus inuitat, Hierem. 25. Tunc inuocabitis me, & ibitis in Hierusalem, & orabitis, ut exaudiam uos. Vbi in commentario libr. 5. HIERONY. Certè absque ulla inuocatione, & oratione captiuorum, poterat implere quod promiserat, sed hortatur eos ad preces, ut quod promissum est, mereantur accipere. Hæc ille. AVCTOR. Ergo si hortatur nos Deus ad preces, ut promissa mereamur accipere: sine precibus non illa merebimur nuda uita. Cui item consonat lib. 5. super Lucam cap. 20. AMBROS. Si enim amicus homo surgit de lecto, & dat nõ amicitia, sed tædio uictus: quantò magis dat Deus, qui sine tædio largissimè donat q̃od petit? Sed ad hoc se peti uult, ut capaces donorum eius fiant, qui petunt. Hæc ille. AVCTOR. Vide quòd † Deus peti uult, ut nos capaces donorum eius fiamus, hoc efficit in nobis secundùm desiderium quasi omnis animæ aperturam. Sic suprà dixit Augustinus, orationem Domini causa esse formam desideriorum: & bonus Dominus intendit excitare desiderium sumentis, hoc est, meritum accipiendi hoc Dei donum, illo ipso sumus capaces. Quod in uerbo Christi ad mendicum cæcũ perpendere possumus, dũ dixerat, Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine ut uideam. Vbi in expositione Luc. lib. 8. cap. 22. BEDA. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid uellet cæcus ignorabat? Sed petiuult hoc, quod & nos petituros, & se concessurum prænoscit. Importunè nã quòd ad orationem nos admoneret, cum prædixerit. Scit namque pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur, ut nos ad orationem excitet. Hæc ille. AVCT. Attendendum item ad exorbitationem excessiuam fragmentorum quorundam de hæresi Witcleff, dicentium Christianos uiros nulla alia oratione debere secundùm sensum uel uerba precari deum, nisi oratione Dominica, Pater noster. &c. Eo q̃ illam solam Christus in persona sua cõfecit, & tradidit esse tenendam, dicens, sic orabitis. Hanc peruersitatem in eorum magistro non legi: imò reperio eum alias orationes admittere propter uarietatem orandi: sicut in parte sermonũ, sermone. 44. Nisi uariè simul illuminaretur, & accenderetur, plus prodesset orando nudè dicere orationem Dominicam. Hæc Witcleff. AVCT. Sic forsan post dies suos rationibus

Hierem. 25.

Hier. To. 5

Amb. To. 5 Lu. 11.

Luc. Beda

Mat. 6

Secunda pars huius capitis.

catholicorum hoc dicere sunt coacti, aut principia magistri sui fundamentalia denegare. Ecce frequens principium eius contra religiosos, & Episcopos est, q̃ Christus eos non instituit, sed unam tantum religionem eandem & inuariatam signis & ritibus. Illam ergo dixit necessariò assumendam tanquam ab auctore & patrono optimo adinuentam, & omnem aliam dimittẽdam. Hoc item principio contra eum assumpto, quid ipse, aut omnes pulli eius hæretici respondebũt? q̃ hanc solam orationem Christus fecit, & docuit usitandam: ergo hæc sola tanquam à magistro optimo instituta dicenda est, & omnis alia dimittenda. Assumptum est ipsius, in libello de oratione Dominica. Excedit (inquientis) cunctas orationes alias in auctoritate, quia Christus deus & homo ipsam dictauit, & docuit in propria persona: qd̃ de nullis aliis orationibus existimo me legisse. Hæc Witeleff. AVCT. Si † intelligat alias orationes esse, quæ aliis uerbis orant quanuis non alio sensu, sicut intelligunt eum eius satellites, & ipse idem intelligit, ut sequentia uerba ibi conuincunt, pro nihilo existimo ego eum multa legisse. Attollat luscus oculos suos, & uideat Matthæum Euangelistam dixisse de Christo Matth. 26. quomodo procidat in faciem suam orans, & dicens, Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et iterum secundò abiit, & orauit, dicens. Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et oranit tertiò eundem sermonem, dicens. Hic nusquam dixit orationem Dominicam, sed secundùm sensum aliquam eius particulam, sicut Marc. 14. & Lucæ. 22. Et ipse istas fecit, & docuit in persona sua. Et nunquid etiam ipse, qui dixit discipulis suis, Sine me nihil potestis facere, illam orationem cum eis fecit, & docuit, quam in electione Mathiæ deprompserant, dicente scriptura Actuum primo. & orantes dixerunt. Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus accipere locum ministerii huius? Et nunquid item illam, quam discipuli congregati unanimiter leuantes uocem ad Dominum, & orantes dicebant: Domine, tu qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sũt: qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid &c? Et subditur, & cùm orassent, locus est motus illę, in quo erant congregati. Et sequitur. & repleti sunt omnes spiritu sancto. Actuum. 4. Ecce multi orabant hic simul, & in signum acceptationis eorum à deo Spiritus sanctus se in eos infudit, & per sensibile signum terræ motus suum confirmauit aduentum: quia & hac ratione, & indicio terrena corda hominum sibi cessura cognoscerent: ut in expositione sua super hunc locum

Act. 1.

Act. 4.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beda

cum in Actus apostolorum BEDA. Qui uirtutē A robusti pectoris contra fraudem quærebant hostium, indicium iam auditæ precis terræ motu percipiunt, quatenus agnoscerent terrena sibi corda esse cessura, sed quorum pedibus, sancto adneniente spiritu, terra ipsa sit pauore concussa. Hęc ille. AVCTOR. Ergo aliis uerbis orantes hoc apostoli non illicitè aut inualidè precabantur. Attamen quid ita cæcauit mentem Witcleff, ut nullam orationem, quàm istam, quam Christus fecerit in persona existimet se legisse? hoc miror, si nunquàm potuit recordari, qualiter Christus pro discipulis exorauit, & creditu-

Io. 17 ris per eos Christo. Io. 17. Pater sancte, serua 6 eos in nomine tuo. & præmisit. Ego prō eis rogo, non pro mundo. Et item postea prō crucifixoribus suis orauit, dicens, Pater ignosce illis,

Lu. 23 quia nesciunt quid faciunt. Lucæ. 23. in quem

Aug. To. 9 locum homilia. 5. super canonicam Ioannis. AVGVS. Perfecta illa charitas est, ut paratus sit mori pro fratre, hanc ipse Dominus in se exB hibuit. Mortuus est pro omnibus, orans pro eis a quibus crucifigebatur, & dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed si solus hoc fecit, non erat magister, si discipulos non habebat. Secuti apostoli hoc fecerunt: lapidabatur

Act. 9 Stephanus, & genu flexo ait, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Amabat à quibus occidebatur & pro illis moriebatur. Audi & Apostolum paulum, & ipse, inquit, impendar pro animabus uestris. Inter illos. n. erat, pro quibus Stephanus deprecabatur, quando eorum manibus morieba-

tur. Hæc ille. AVCT. Et hic habes orationes uarias a Christo factas personaliter sub aliis uerbis ab oratione Dominica, & hoc docuit discipulos facere, Stephanum, atque Paulum, quorū neuter dixit sic orans orationem Dominicam: immo in scripturis non legitur q̄ oronē dñicam apostoli post Christi editionem orauerint, saltē in ea forma uerborum, quamuis in sensu uerboC rum ullam aliam nō orabant. Et illam ipsam tamen intuitu Christi sic iubentis eos frequenter orasse non dubitem. Illam dicam uerbis, & aliā item uerbis, sed ipsam semper sensu. Quam differentiam ponderantes, dicemus eādem semper orationem esse per quemcunque fiat: si non a sensu, quāuis a uerbis interdū Dominicæ orationis recedat. Sed hanc Witcleff non attendit unitatem, quando consequenter addidit supradictis in de oratione Dominica, quòd multas alias orationes fecit Deus per sanctos, ut catholica membra sua, sed istam orationem fecit, & docuit in propria persona. AVCTOR. Alias orationes ergo uult dicere, quas fecit Dauid in

Iudit. 13 psalmis, aut Salomon in dedicatione templi, aut Iudith coram lecto Holofernis, aut in nouo testamento, quas fecerunt Apostoli, aut item religiosi primitiui quotidie orantes in templo in actibus apostolorum. Aut si quæ aliæ fuerint, quas fecerint sancti patres citerioris ecclesiæ, aut saltem si Deus istas fecit per illos: quid impedit, q̄ non in propria persona fecisset per illas Deus? Cum secundùm philosophos actus sint suppositorum? Sed ne liberè Witcleff noster permittatur errare: aliàs orationes illas a dominica oratione non diceret, quę aliæ non erant, quanuis aliis uerbis orent, sicut in epistola ad Probam diffusè probat AVGV. His, inquiens, uerbis res ipsa memoriæ nostræ commē dari oportebat. Nam † quælibet alia uerba dicamus, quæ affectus orantis, uel præcedendo formet ut clareat, uel consequendo attendit ut crescat. nihil aliud dicimus, quàm quod in ista domi nica oratione positum est, si ritè, & congruenter oramus. Quisquis aūt id dicit, quod ad istam euangelicam partem pertinere non possit, etiā si non illicitè orat, carnaliter orat. Quod nescio quemadmodum non dicatur illicitè: quandoquidem spiritu renatos nisi spiritualiter non deceat orare. Qui enim dixit, uerbi gratia. Clarificare in omnib. gentibus sicut clarificatus Eccle. 36 es in nobis, ut prophetæ tui fideles inueniantur: quid aliud dixit, quàm Sanctificetur nomen tuū? Quid dicit, deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus, quid aliud dicit, quàm ueniat regnum tuum? Qui dicit, itinera mea dirige secundùm uerbum tuum, ut non do- Psa. 79 minetur mei omnis iniustitia: quid aliud dicit, quam Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra? Qui dicit, Paupertatem, & diuitias nē dederis mihi: quid aliud dicit, quam Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit, Memē to domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Aut, Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuētibus mihi mala: qd aliud dicit, quàm Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris? Qui dicit Auferà me concupiscentias uentris, & desiderium concubitus ne apprehendat me, quid aliud dixit, quàm Ne nos inferas in tentationē? Quid dicit, Erue me de inimicis meis deus meus & ab insurgentib. in me libera me. quid aliud dicit, quàm Libera nos a malo? Et si per omnia precationum sanctorum uerba discurras, quantum existimo, non inuenies, quod non ista Dominica contineat, & concludat oratio. Vnde liberum est aliis, atque aliis uerbis, eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. Hæc ille. AVCT. Quòd Augustinus iam concludit, Witcleuistæ perpendant, liberum (inquit) erit aliis atque aliis uerbis orando dicere, semper tamen ad Dominicæ oratio-

nis

Actus sunt suppositi

Aug. To. 2 c. 12.

Psa. 103.

Omne nimium uitiosum. Eccl 19 Eccl. 7

nis identica uerba, aut ad Dominicæ orationis A sensa, seu sententias respicere cogamur: si quidem non debet esse liberum alia dicere, quia quicquid oramus licitè idem semper oramus, quod dominica oratio, sicut palam edocuit.

AD ARGVMENTVM WITCLEFF quod facit contra orationes propter earum prolixitatem. C. XIIII.

SVMMA.

1 *Orationum prolixitatem damnat Witeleff.*
2 *Orationis prolixitas non omnis uitanda.*
3 *Oratoris improbi perseuerantia laudatur à domino.*
4 *Orationis extensio, & sanctæ precis prolixitas laudatur contra Witcleff.*
5 *Orare continuè quòd sit remedium contra peccata continua.*
6 *Orandi prolixè, & continuè rationes quædam.*
7 *Oratio quàm sit pretiosa: & quæ sit eius dignitas & uirtus, secundum Chrysostomum.*

POstquàm contra orationem ad deū absolutè pugnauit hic hostis fidei Christianæ, se transfert, ut quantum audet, pennas sanctæ orationis euellat: iurgium excitans contra rationes orandi, & appendices modos eius. Primò si sit prolixa, si sit cum cantu, uel alta, aut usu aliquo ordinatè sta tuta. Vnde in capitulo primo de oratione. deus, inquit, non uult nos esse in oratione uocali nimis prolixos, sed omnino ut iustitiæ uitæ, uel operis intendamus. Hæc Witcleff AVCT. Quod dicit nimis, hoc est refugium herinaciis eius, ut quis statim respōdeat, quid peccauit magister in sua sententia? Non enim dixit nos non C fore prolixos in oratione uocali, sed non nimis. Respondet orthodoxus: & post cùm subintulit, q̄ omnino iustitiæ uitæ, uel operis intendamus cur item non addidit ibi nimis, omne quod nimis est, uitium esse scimus. Aut forsitan securū esse putas, quia dixit, iustitiæ uitæ, uel operis. Et non aduertis dictum Ecclesiast. 19. Est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate. & Ecclesiastes. 7. Noli esse iustus nimis. Vel secundum communem literam, Noli esse iustus multum: neque plus sapias quàm necesse est. Cum ergo iustum nimis, aut nimis sapientem esse cōtingit: cur nō cauebat Witcleff tuus nimietatem iustitiæ tuæ, uel operis uitæ, quando de nimia prolixitate in orando cauebat? sed qui ad rem iustitiæ uitæ uel operis intendendum præcipit, & orationi uocali moderamen imponit ne nimis

siat: quid aliud, nisi iustitiam uitæ, uel operis ab orationis actione secernit: quasi opus orandi uocaliter sine uita, non sit aliquod opus uel uita iustitiæ? Et quid mirum tunc, si confulat plus cō fidendum in iustitia operis, quàm cuiuslibet orationis, puta, oblationis, eleemosynæ dationis, aut sationis agrorum, aut alterius forinseci operis, quod non sit oratio? Nec audit sapientem si bi contradicentem Ecclesiast. 7. Exorare, & facere eleemosynam ne despicias. Ne dicas in multi Eccl. 7 tudine munerum meorum respiciet deus, & offerente me deo altissimo, suscipiet munera mea. Exorare, & facere hic simul annectitur de nimieta te exortandi non admonet: sed de multitudine factorum, quæ in muneribus continentur, ne ual de confidatur, instituit. Sed † ut de prolixitate dicamus orandi, non omnis est nimia: plus cauē dum esse reputo inter hominum genera orationes breuissimas, quàm prolixas. Quid trepi- Orationis prolixitas non omnis uitanda. das timore, ubi non est timor? Aut ubi putas tur bam illam oratorum inuenies, cui breuis oratio non uidetur esse prolixa? Et non plurimos habes, quib. tædiosum prius uidetur orare, quàm orationem incœperint? Sed econtrario cerne periculum breuitatis, & uide si tale quid unquam de prolixitate contigerit. Ecce Saul à domino reprobatus est, & a regno deiectus, & ab æ- 1. Reg. 15 & 31 mulis Philistæis interfecto in prælio. Vniuersa autem mala hæc potuisset euadere per orationem extensam ad deum: quæ orationis breuitas importuna creauit. Refert hoc in commentario Hieremiæ libro secundo super hunc textum, Hiere. 31 Quamobrem hoc dicit dominus. Ecce ego inducam super eos mala, de quib. exire non poterūt. HIERON. Non exaudiret dominus in tempore necessitatis & angustiæ, quia & illi uocem domini audire noluerunt: quod & Saul passus est. Hier. To. 5 Cum enim Philistiim agmina reformidans, uerbum domini non meruisset accipere: conuersus est ad Phitonissam, ut ad idolis disceret, quòd in 2. Reg. 28. stantia orationis, ac fletuum à domino debuit extorquere. Per quæ discimus, etiam si dominus non exaudierit, nequequam esse cessandum, nec confugiendum ad dæmones, qui tulores suos adiuuare non possunt: sed ad dei auxilium, qui iratus citò flectitur, & mutat sententiam: si & hi quibus iratus fuerit, commouentur. Hæc ille. AVC. Sanctus Ecce Hieronymus culpam Saulis exponit, quod magis instantia orationis, ac fletuū a domino debuit extorquere quod in oratione breui non meretur ac cipere. Et si dominus (inquit) non exaudierit, nequaquam tamen erit ab oratione sancta cessandum. Hoc & sanctus Samuel primi Regum 12. respondit ad populum. Absit a me hoc pec- 1. Reg. 12 catum à domino, ut cessem orare pro uobis: & doce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

docebo uos uiã rectã, & bonè. Quia si res ardua aut ira minetur obstaculum, humili tamen, & perseueranti prece tollitur difficultas. Vnde † & perseuerantia improbi oratoris collaudatur à Domino, Lucæ. 18. & ille (inquit) si perseuerauerit pulsans, dico uobis si non dabit illi surgẽs, eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. & libro quinto commentari. Lucæ capit. 20. BEDA. Iuxta præmissam postulantis amici parabolam, per hanc perseuerantiam opus est ut accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quærimus, & quod pulsamus aperiatur. Nam si petenti datur, & quærens inuenit, & pulsanti aperitur, cui non datur, & qui nõ inuenit, & cui non aperitur, apparet quòd non bene petierit, quæsierit, pulsauerit. Hæc ille.

AVCTOR. Si ergo perseuerantia opus est in oratione, ut accipiamus quod petimus: ergo qui perseuerantiam iustam tollit, etiam ne utile aliquid ad salutem à Domino accipiamus, cupit efficere. Vnde eundem locum euangelii ad prolixitatem orationis agendam, & fortem instantiam nocte dieque continuandam, tangit cum magna seriositate super epistolam ad Hebræos, CHRYSOSTOMVS. * Spiritus non indigens oratione hac faciebat, sed & te uolens adducere, ut continuè intendas orationi impræter-missæ, ut uigilanter, & cum multa expergefactione hoc facias. Vigilare autem non surgere nocte solum dico, sed expergisci die in orationibus. Vigil est enim qui talis uocatur: quia est (idest contingit) & nocte orantem dormire, & in die non orantem uigilare. Qualiter cùm anima fuerit aliquantum deuota, tensa ad Deum, cùm intelligit cui loquitur, ad quem sermo ei est cùm susceperit intellectu quoniam angeli astant cum timore & tremore: ipse uerò accedit oscitans, & caput scalpens? Oratio magnum est scutum, si condecenti fiat mente. Vt discas eius fortitudinem, iniustitiæ, & crudelitatis, & acerbitatis, dominatur continua intercessio. Audite enim quid iudex iniustitiæ dicit, & pigritiæ rursus dominata est: & quod non fecit dilectio, hoc fecit intercessio continuata: & si non ut sit amicus eius (ait) surgens dabit ei, & indignum existentem, dignum fecit continua intercessio. Sequitur. Intendamus intercessioni, uel orationi: magnum scutum est, si cum extentione fiat, & ab anima syncera: hæc prælia deuincit: hæc gentem integram, seu totam, dignam uisitatione fecit. Audiui (ait) gemitum eorum, & descendi ut eripiam eos. Hæc ille. AVCTOR. Videtis quantum instat pro oratione continua, ut cõtinuò intendas, inquit, orationi impræter-missæ, ut uigilanter non solum, sed cum multa expergefactione de nocte. Hæc oratio continua fecit amicum surgere propter improbitatem, non propter amicitiam. Hæc totam gentem dignam fecit uisitatione diuina. Hęc magnum scutum est, non si fiat, sed si sit extensa. Ergo † laudanda est orationis extensio, & prolixitas sanctæ precis, quam Witcleff uituperat contra Christum, & Chrysostomum. Atque Christianorum doctrina orationum continuitatem semper hucusque laudauit, propter uarias rationes. Primò, quia cum omni tempore ferè contra Deum delinquimus, restat ut omni tempore iratum Deum per orationum suffragia compescamus. super Psal. 115. uersu, Domine clamaui ad te, exaudi me CASSIOD. Volens propheta humano generi affectum continuæ orationis infundere, duo tempora uidetur discrepantia posuisse. Dixit. n. de præterito, clamaui, quod perfectam signat orationem. Et iterum repetit, dum clamauero ad te, quod utique constat positum de futuro: ut si nullum tempus à culpis est uacuum, ita nec à deuotis precibus reddatur otiosum. Contra peccata siquidem continua, salutare remedium est iugiter pio domino supplicare. Nam quid proderit dimitti præterita, si uideantur obligare uetura? Finis ergo bonus quæritur Christiani: ut in extremis cum uenia pertranseat, ne uita ultima sit quæ delinquat. Hæc ille AVCT. Ecce † contra peccata continua, remedium est orare continuè. Vnde & apostolus docet hac oratione differre uiduam ueram à uidua delicata, primæ ad Timoth. 5. Quæ uerè uidua est, & desolata, speret in deum, & instet orationibus, & obsecrationibus nocte, ac die. Nam quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Et in epistola ad Probam de orando deo. AVGV. Antequam superna consolatio ueniat, quantacunque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut perfistas in orationibus nocte, ac die, desolatam te esse memineris. Non enim Apostolus qualicunque uiduæ tribuit hoc munus: sed quæ uerè (inquit) uidua est, & desolata, sperabit in domino, & pristet in orationibus die ac nocte. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † ergo est alia ratio orandi prolixè, & continuè: ad admonendum desolationem nostram pro prolongatione uitæ futuræ. Est & alia, expectemus in oratione angelorum aduentum, per quorum officium petitiones nostræ (ut ait Apostolus) innotescant apud Deum. Vnde in eadẽ epistola ad Probam, bene infrã. AVGVSTI. Illud, quod idem apostolus dicit, petitiones uestræ innotescant apud deum, non sic accipiendum est, tanquàm deo innotescant, qui eas etiã antequàm essent, utique nouerat, sed ut nobis innotescant apud deum per tolerantiam, nõ apud homines per iactantiam: Aut forte innotescant etiam

etiam angelis, qui sunt apud Deum, ut eas quodammodo offerant Deo, & de his consulant, & quod eo inbente inplendum esse cognouerint, hoc nobis uel euidenter, uel latenter apportent. Dixit enim angelus Tobiæ. Cùm orares, ego obtuli orationem tuam in conspectu charitatis dei. * Quæ cùm ita sint, etiam diu orare cùm uacat (.i. cùm alia bonarum necessariarum actionum non impediuntur officia, quamuis & in eis, ut dixi, est desiderio semper orandum) non est improbum, nec inutile. Hæc ille. AVCTOR. Attende quid concludit. Quæ cùm ita sint, etiã diu orare non est improbum, nec inutile. Quæ sunt illa? angelica præsentatio, & ad nos reportatio commodorum. Statim enim uisa Deum delectat, & commodum oranti reportat, unde thimiamati comparatur. Super Matthæum in imperfecto homi. 13. Chrysostom. Vis † scire quàm pretiosa sit oratio? Nolla iustitia thimiamati assimilatur, nisi oratio sola. Sicut in Apocalypsi, idest reuelatione Ioãnis ostenditur, quo modo angelus ante conspectum altaris processit, habens in manu thuribulum incensi odoramentorum: & dictum est ei, Istæ sunt orationes sanctorum. Sicut enim thimiama bene confectum delectat odorantem: sic iusta oratio suauis est ante Deum. Vis autem scire dignitatem eius? Mox ut de ore orantis processit angeli manibus suis eam susciperunt, & ante deum offerũt, sicut Angelus ait ad Thobiam. Ego sum, qui orationem tuam obtuli ante Deum. Vis scire uirtutem eius? Oratio trium puerorum fecit, ut ignis ardens non adureret eos, sed delectaret. Hæc ille.

Tobie. 12

* 2 Cor. 9.

Chr. To. 3

Apo. 8

Tob. 12.

Dan. 3

¶ AD ARGVMENTVM VVITcleff de prolixitate orationis propter multiloquium. Ca. XV.

SVMMA.

1 *Orationem arguit Witcleff propter multiloquium.*
2 *Orare diutius, quod non sit orare in multiloquio. Et quomodo Christus in orando pernoctauerit, & prolixius oranerit.*
3 *Deus quòd diligat in oratione ualidè instantes, et importunè auidos petitores.*
4 *Orationem continuam & diuturnam esse homini utilem ad assequendum quod optat docet Chrysostomus.*

1 COnfirmat tñ Witcleff sniam suam cõtra orationes prolixas ex uerbo Saluatoris contra multiloquium Ethnicorum, Matth. 6. qñ inquit, dicit. Orãtes nolite multũ loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim, q in multiloquio suo exaudiantur. & post multa. Hæc rõ, quare deus nõ uult nos esse in oratione uocali nimis prolixos. Hæc Witcleff c. 1. oronc. AVCT. Accedat ftarim* de loco prædictæ epistolæ ad Probam AVGV. Neq; enim, ut nonulli putant, hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud. n. est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam de ipso Domino dictum est, q pernoctauerit in orando, & q prolixius orauerit. Vbi quid aliud, q̃ nobis præbebat exemplũ in tpe precator opportunus, cum patre exaudidor æternus? Sequitur. Nam multũ loqui in orando, est rem necessariã superfluis agere uerbis. Multũ aũt precari, est cũ, quẽ precamur, diuturna, & pia excitatione pulsare. Hæc ille. AVCT. Attende iam q̃ unde Witcleff noster si uideat furẽ, currit cũ eo. Fuerũt tpe Augustini pueri sores illius loci Euangelii de multiloquio dicentes, diuturnam oronem ex eo esse culpatam, cõtra quos Augustinus. Neq;, inquit, ut nonnulli putãt, hoc est orare in multiloquio si diutius oretur: hoc hactenus & Witcleff putauit, quia hæc rõ eius est ad hoc quare deus non uult nos esse in uocali oratione prolixos. Fallax (inquit Augustinus) rõ quia aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nec. n. dixit Christus Orantes nolite diu, aut prolixè loqui: sed nolite multum loqui, i. tẽ nece ssariã superfluis agere uerbis: iõ opinor q non nimis prolixa est oõo, si in diuturna oratione prolixa seruetur affectio. Ipse. n. Christus prolixius deprecabatur: ipse decretum statuit, q oportet sp orare, & non deficere. Vnde lib. 5. sup Lucam, ca. 6. AMBR. Species tibi datur, forma præscribitur, quam debeas æmulari. Quid. n. te ,p salute tua facere oportet, qñ pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere cõuenit, cùm uis aliqd̃ officium pietatis adorari, qñ Christus missurus apostolos orauit. Hæc ille. AVCT.

* adlatum

Aug. To. 2 c. x.

Lu. 6. et 13

Multum loqui quid sit

Psal. 49

Nota

Lu. 11

Amb. To. 5

C Si ergo formam Christus nobis, quam æmulemur, præscripsit, quando in oratione pnoctauit, & orauit prolixius, quis prolixitatem in oratione condemner, si non debilitetur intentio? Fabulatur Witcleff ad ista libro de oratione c. 2. Luc. 6. Legimus de Christo, quem Christiani singuli debent sequi, q exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. & multæ sunt auctoritates huiusmodi mouentes hominem ad orandum. Sed caueat hic fidelis argutias* gulosorum, & intendat prudenti operi, non deceptus per istam argutiam. Oratio horalis multum prodest iusto & populo pro quo orat: ergo oratio in duplo diuturnior plus prodesset. Hæc Witcleff. AVCT. Concordet principiũ suo fini, si fieri potest. Quid enim concluderet quis ex pernoctatione Christi, quem singuli Christiani debent

* Legam glossatorum, nisi auctor aliter: tamẽ si uerba eius subsequẽtia legantur cognoscitur gulosorum legi debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent mitari, nisi quòd oratio diuturnior ubi A non ægrescit affectus, nec res impeditur ualentior, sicut in Christo: est duplo utilior, quàm subdupla, nec pernoctans. Hoc argumentum si guloſi formauerint, saltem acidioſi Witcleuiſtæ non ſaluant. In tantum, ut ideo Chriſtus fideles admonuerit ut nõ ſolum ad duplum, & triplum, Lu.21 ſed inceſſanter, & omni tempore orarent, Lucæ. 21. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt: & ſtare ante filium hominis. In quem locũ lib.6. ſuper Lucam. cap.3. BEDA. Qui ante filiũ Beda. hominis ſtare, eique iuxta Apocal. Ioannis die noctuque in templo eius ſeruire deſiderat: ne ab eius aſpectibus in ignem æternum maledictus abijciatur, debet non ſolum ab illecebris ſecularibus caſtigari, ſed & orare, & uigilare: & hoc non certis quibuſdam diebus, ſed omni tem Pſa.33 pore facere debet. Iuxta quod Pſalm. ait: Benedicam dominum in omni tempore, ſemp laus eius in ore meo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd non certis diebus, uel horis ſecundum proportionem duplam, uel triplam: ſed omni tempore B præcipimur orare: ergo ſi bonum eſt orare p horam, melius eſt orare per duas, quia orãdum eſt 4 per omnes, iuxta Chriſti præceptum. Reddidit autem rationem huius Chryſoſtom. quia Deus 3 † diligit in oratione ualidè inſtantes, & importune auidos petitores: ſicut declarat in tribus hiſtorijs de petente tam improbè panes de noctè, de muliere exigente opem ab iniquo iudice, & de muliere Chananæa, quæ clamore diuino ſalutem filiæ impetrauit à Chriſto. ſuper Matthæũ opere perfecto. Homil. 22. CHRYSOSTOchryſoſt. To.5. MVS. Siquidem Deus uehementer *iniacentẽ *Inſtãtẽ. uiderit eum, qui expetit ea, quæ non accepit à nobis, ſoluit. Si autem pigritanter, & ipſe retardat: non quia non uult dare, ſed quia libenter à Lu.11 nobis non expetitur. Propter hoc tibi & exem Lu.18 C plum dedit illius amici, qui accedebat, & panem petebat: & iudicis, qui Deum non timebat, neque homines uerecundabatur, & nõ ſtetit uſque ad hæc exempla, ſed & in ipſis operibus id oſtendit, cùm Phœnicen illam mulierem magno munere implens emiſit. Per hoc enim, quòd etiam Matth.15. quæ decentia non ſunt, expetentibus uehementer dat, oſtendit. Sequitur. Non ergo acceperunt aliquid illi. ſ. Iudæi: ſed quæ eorum ſunt, perdiderunt. Et hi quidem quia non petierunt, neque propria acceperunt: illa autem quia uehementer inſtitit, & quæ aliena erant potuit defendere, & quę filiorum erant, accipere. Canis ſi fueris inſiſtens, præponeris filio pigritanti. Quãcunque enim non expleuit amicitia, tanta expleuit aſſeſſio. Hæc ille. AVCTOR. Aſſeſſionem dicit, & inſiſtentiam, & irremiſſam ſine fatigatione, & interpellationem diuinam. Vnde ſubdit ibi CRYSOSTOMVS. Et ſi moleſto, & ſi irato acceſſeris: uel ſolùm ora, & reuertens omnia accipies, & iram, & condemnationem confeſtim extingues. Sed ecce ora, ait, & nihil fit amplius. Non enim ſecundùm illos oras, Phœnicen dico, & amicum importunè acceden tem: & uiduam, quæ continuè moleſta erat iudici: & filium, qui paterna conſumpſit: ſi enim ita Lu.11 orares, cito potireris. Sequitur. Accedamus igitur ad eum, & dicamus, utique domine, etenim canes de micis comedunt: accedamus opportunè, & importunè. accedere importunum enim, eſt non continuè accedere: concupiſcentem enim dare ſemper opportunum eſt petere. Sicut enim reſpirare nunquàm importunum, ita neque quærere: ſed non quærere eſt importunum. Etenim quemadmodum reſpiratio ne hac indigemus, ita & auxilio quod eſt ab ipſo. Hæc ille. AVCTOR. Quid † docet hic Chryſoſtomus, niſi continuam, & diuturnam orationem eſſe utilem homini ad aſſequendum quod optat? Quia rarò concedit Deus niſi diù orantibus ſalutem. Solus in oratione fructus eſt, orationem non ſoluere, quouſque receperis: quã ſicut oportet continuè reſpirare propter uitam, ita ſemper orare Deum propter beneficium. Ibidem Homil. 23. CHRYSOST. Quo itaque chryſoſt. To.2 oportet petere uehementer, & quæ oportet petere. Sequitur. Et quæ tu excogitaris, ne deſiſtas donec receperis, donec inueneris: ne receſſeris, ne diſſoluaris, donec aperiatur ianua. Si enim cum hac aduenerit mente, & dixeris, ſi non accepero non recedam, accipies omnino, ſi talia petieris, qualia & petenti dare decet, & tibi petenti conferunt. Hæc ille. AVCTOR. Hoc reſpicit Witcleff. Si enim ad orandum Deum pro beneficiis eius ſolitus eſſet, & ueniret cum hac mente, ſi non accepero non recedam, ſciret proculdubiò, quòd ſi orando per horam modicum aliquid ſi ſibi conferret, utilius eſſet orare per duas, ut plena ſequeretur utilitas.

DE

DE ORATIONIBVS, ET canticis altis. Tit. II.

¶DE ORATIONIBVS ALtis, & cantibus in Eccleſia quòd fiunt Catholicè. Capit. XVI.

SVMMA.

1 *Orationes altas, & cantus Eccleſiæ, & officia diuturna, horasquè Canonicas, & ſtudia modulationum in choro increpat Witcleff.*
2 *Orationis clamoſæ uitia deſcribuntur.*
3 *Anna oratrix, de qua in libro Regum, quare debuit orare ſecretè. Et ſacerdotes templi quare ſonanter orent.*
4 *Orandi diſciplina pro plebe ex Cypriano deducitur, ubi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus ſonus. Et quomodo alia eſt regula clericorũ, ubi B laus Dei ſonora requiritur.*
5 *Auctor inuehitur contra Witcleff proteruum, comparantem catholicos oratores ſacerdotibus Baal, ſi contingat propter plebem orare clamoſè.* 4
6 *Witcleuiſtæ hæretici quomodo clament in multiloquijs Ethnicorum.*
7 *Anna prophetiſſa, quæ prolixè orabat, quomodo Euangelica laude ſublimatur, & præco nouæ natiuitatis dominicæ ob id efficitur.*
8 *Cornelius Centurio ob prolixam orationẽ Apoſtolorum principis aduentum conſequitur.*
9 *Saulus oratione triduana iam facta, Ananiæ cõmendatur de cælo.*
10 *Witcleff, qui blaſphemat deuotos excitare Deũ qui non dormitat, neque dormit, confutatur.*
11 *Chriſtus omnium præſcius, quòd clamorem importunum oratoris expetat, contra Witcleff.* 3

1 SIC † poſtq̃ dehortatus eſt Witcleff fi- C delisſimos Chriſtianos ab aſſiduè orãdo Deum increpationes parat contra orationes altas, & demum labitur in errorem contra cantus eccleſiæ, & officia diuturna, horasquè canonicas, & ſtudia modulationũ in choro: ca. 2. de oratione In iſta (inq;) fide erãt plurimi, ac ſi cũ ſacerdotibus Baal audirẽt. uerbum Heliæ talibus ſtolidis eis dictum. Clamate uoce maiore. Deus. n. ueſter forſitan cum 1.Reg.18. alio loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere: aut certè dormit, ut excitetur. Et ex hoc conſiderent fideles, q̃ orationes multæ, & prolixæ, & cantationes cum uarijs ritib. in eccleſia ordinantur, & tñ non eſt fides, q̃ earum quantitas, uel qualitas placeat Deo. Hæc Witcleff. AVCT. Vt ecce q̃ ſimus de ſocietate Catholica ſancti Pauli. Pariter enim blaſphemamur, & obſecramus. 1. Corin. 4. Sed quid reſpondebimus blaſ- 1.Cor.4 phemos? Errores plurium in hac parte damnat mater eccleſia, nec tñ orationes oẽs clamoſas & altas cum uocibus pſeudoprophetarum enumerat. Sunt enim quædam orationes priuatæ ſm arbitrium perſonarum, ſunt & cões per uniuerſum cœtum eccleſiæ. Primæ ſub tecto alti ſilen *Orationum duæ ſunt ſpecies.* tij ſunt fundendæ pp orationes, quas Homilia. 13. imperfecti operis diſtinguit CHRYSOSTO *Chry. To.2* MVS. dicens. Poſſumus intelligere & oſtium domus os corporis, ut non clamoſa uoce oremus Deum, ſed deſiderio tacito. Nam † ex clamoſa oratione multa mala naſcuntur, maximè hæc tria. Primum, quia clamoſa uoce orans, nõ credit Deum ubique eſſe & ſecreta audire: & iõ Deum honorat, qui abſconſè orat, quia credit Deum audire abſconſa, ſicut & audit. Nam non clamoſa uoce eſt Deus pulſandus, ſed corde, & B ſancta conſcientia placandus: quia ſolius uocis non eſt auditor, ſed & cordis. Secundum malum eſt, quia myſteria tuarum ſecretarum petitionum, quæ fortè non oportebat alterum ſcire p̃terte, & Deum, in auribus bonorum & malorũ audienda committis. Et non ſolùm à deo, quia indiſciplinatè oraſti, non audiris, ſed etiam ab hominibus, quibus tua abſconſa manifeſtaſti, derideris. Tertium malũ eſt, quod clamosè orans, alterum iuxta te orare non permittis, tuis enim uocibus illius ſenſum ad tuos ſermones rapis: ideo non ſolum non audiris, quia malè oras, ſed adhuc peccatum colligis, dum alios orare non permittis. Sic ergo ora ſicut audiſti in libro Regum, Annam orantem, quæ eccleſiæ figuram portabat, de qua dictum eſt, labia eius mo 1.Reg.1 uebantur, uox autem eius non audiebatur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † Anna bene ad exemplum inducta eſt, quæ etiam priuata erat oratrix occultam agens cauſam ideo debuit orare ſecretè. Sacerdotes uero templi publicam agentes cauſam, ſonanter orent. Sic item in eccleſia ſubmiſſe docebat orare plebem in lib. de Dominica oratione CYPR. Sic aũt orantib. ſermo & prædicatio cum diſciplina, quietem continens, *Cyprianus* & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu dei ſtare. Placendum eſt diuinis oculis, & habitu corporis, & modo uocis. Nam ut impudentis eſt clamoribus ſtrepere, ita contra, congruit uerecundo modeſtis precibus. Denique magiſterio ſuo dominus ſecreto nos orare præcipit in abditis, & ſemotis locis, in cubiculis ipſis, quod maximè congruit fidei, ut ſciamus deum ubique eſſe præſentem. Hæc ille. AVCTOR. Cui mandauit Cyprianus hunc morem oran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

di priuatim, patet in principio, cum dicit. Qui in ter cætera sua monita salutaria, & præcepta diuina, quibus populo suo consuluit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit. Hæc ille. AVCTOR. Et post priorem processum subdit, ꝙ silenter orent in ecclesia, & subiicit item exemplum de Anna CYPRIANVS. Et quando in unum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, uerecundię memores esse debemus, non passim uētilare preces nostras inconditis uocibus, nec commendandam petitionem modesto Deo, cum uoluptuosa loquacitate iacere, quia Deus non uocis, sed cordis auditor est: nec ammonendus est clamoribus qui cogitationes uidet. Sequitur. Quod Anna in primo libro Regum ecclesiæ typum portans custodit, & seruat, quæ Deum non clamosa petitione, sed tacitè, & modestè, inter ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur occulta prece, sed manifesta fide. Loquebatur non uoce, sed corde, quia sic dominum sciebat audire. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † disciplina orandi est pro plebe, ubi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus sonus. Alia tamen est regula clericorum, uel plebeium, ubi laus Dei sonora requiritur. Sic in ecclesia item Paulus instituit, ut prophetantes, aut interpretes publicè ad cunctorum intelligentiam clamosa uoce sonarent. Cæteri tacitis uerbis orarent. primæ Corint. 14. Si non fuerit interpres, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur, & Deo. Vbi in expositione AMBRO. Sibi loquatur & Deo, hoc est, intra se tacitè oret. Quid loquatur Deo, qui muta omnia audit? In ecclesia enim ille debet loqui, qui omnibus prosit. Hæc ille. AVCTOR. Videte † iam proteruum Witcleff. Ex fundamento cœpit comparare catholicos oratores sacerdotibus Baal, si contingat eos propter plebem orare clamose. Et ex hoc considerent fideles, inquit, quòd orationes, & cantationes, & cætera, non placent Deo. Ex quo considerent hoc? Ex hoc, quòd Helias ad Baaliticos sacerdotes: clamate, ait, uoce maiore: quasi non sint oratores clamosi, nisi statim comparabiles Baalitis? Et quid dicis ad cantores Domini cantantes tunc etiam, & uociferantes, & ludentes in organis, & tympanis, & omnis genere instrumentorum musici instrumenti secundùm ritum Templi? Quid item ad pueros clamantes Osanna, in saluatoris obsequium? Aut quomodo Saluatorem nostrū non audis orare clamosè, cùm dixit in cruce: Deus meus ut quid me dereliquisti? Et iterum cum dixisset, Consummatum est: & clamans uoce magna, emisit spiritum. Et in suscitatione Lazari dicens, Gratias tibi pater, quia semper me audis, clamauit uoce magna, Lazare, uenifo

1. Cor. 14.

Amb. To. 5.

Io. 11.

Matt. 21.

Matt. 26.

Io. 11.

ras. Vnde & Apostolus ad Hebræos. 5. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad illum, qui posset eum saluum à morte facere, cū clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Dic item, quòd Christus errauit in fide, si audes, ideo quòd Helias per fidis ait, clamate uoce maiore. Non ita, sed si uis moderno tempore prophetas Baal, & sacerdotes eius audire, quibus dicat Helias, clamate uoce maiore: teipsum, & tuos intellige, qui hucùsque prophetatis in Baal, peruertentes populum à fide Christi. Sic enim lib. 4. Commentarij Hieremiæ, textu, Prophetabant in Baal, & decipiebant in Baal. HIERON. Ego prophetas Samariæ iuxta mysticos intellectus propriè hæreticos dici puto, & omnes, qui iactant falli nominis scię tiam. Quomodo enim prophetæ Samariæ quic quid loquebantur, prophetabant in Baal idolo, scilicet, dæmonibus consecrato: sic hæretici quic quid loquuntur in ecclesia, siue extra ecclesiam, loquuntur ut supplantent populum Israel, qui prius cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus. Vnde & signanter ait, Et in propheris Samariæ uidi stultitiam. Hæc ille. AVCT. Ecce uos hæreticos, dicit Hieronymus sacerdotes Baal, & prophetas Samariæ, qui olim altè clamantes, auditi estis nequaquàm: ideo & nunc orare despicitis, scientes uocem uestram inexaudibilē Deo ab origine: & canticum uestrum in auribus eius ad modum grunnientium pecudum, Sicut in Commentario Amos lib. 2. textu, Auferà me tumultum carminum. HIERONY. Iudæorum, (inquit) oratio, & psalmi, quos in synagogis canunt, & hæreticorum composita laudatio, tumultus est Domino: &, ut ita dicam, grunnitus suis, & clamor asinorum, quorum magnis carminibus Israel opera comparantur. Hæc ille. AVCTOR. Vos † igitur hæretici Witeleuistæ cum grunnitibus uestris clamatis in multiloquijs Ethnicorum, quod prohibuit Christus, quia sacerdotes idolorum estis, qui corde uestro confingitis, & longis sermonibus adoratis, sicut supra dicta Homilia. 13. CHRYSOSTOMVS. Orant, supple Ethnici, reges mortuos, Iouem, Mercurium, & cæteros, quorum crimina sunt manifestiora, quàm nomina, qui nec, si uiuerent, saltem addiuuare possent: orant idola insensata, quæ nec audire possunt, nec respondare. Iustè ergo dum clamant, non est qui exaudiat. Præterea cum sacerdotes Baal ad Deos suos clamarent propter sacrificia comburenda, deridens Helias ait, Clamate fortiter, forsan dormiunt dij uestri. sic & modo Deum quasi dormientem accusat, qui orationem suam longo sermone prosequitur. AVCTOR. Non dicit, longo deuotionis affectu, nè Christum accusa-

Hab. 5.

Hieron. 13.

Amos 5.

Chrys. To. 5.

3. Reg. 18.

accusaret, qui prolixius exorabat: sed ubi orantis affectus est aridus, & solo sermone prolongatur oratio, ibi etiam totam orandi moram in tus totus uacuus sermo hypocritarum conficit, & Baaliticis prophetis aptus, à multi oqo Ethnicorum non distat. Ipsi enim Gentiles sic orare cœperunt, ut uerborum sensu placerent, non fructu. Sicut item in expositione super Matthæū eundem locum describit RABAN. Sicut hypocritarum est præbere se spectandos in oratione quorum fructus est placere hominibus: ita Ethnicorum, id est, gentilium in multiloquio suo se putare exaudiri: Et reuera omne multiloquium à gentibus uenit, qui exercendæ linguæ potius, quam mundando animo dant operam: & hoc nugatorij studij, uel rogatorij genus etiam ad prece Deum flectendum transferre conantur: arbitrantes sicut hominem iudicem, ita uerbis Deum * abduci in sententiam. Nolite itaque fimiles esse illis, dicit unus, & uerus magister. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc fonte uerbi per cipere possumus, qua causa Christus cōtra has orationum nugas duxerit Ethnicos in exemplū, quia ab eis multiloquium uenit, & quadam arte loquendi credebant fallere, uel flectere infallibilem iudicem: prout homines flexissent ad sententiam. Quo contra Christianorum spes est animi pietate placabilem iudi. ē reddere: & quousque hoc senserint, uerbis, & gemitibus iam intercisis, iam extensis petere Saluatorem, Et si taliter orans, & instans quasi dormiat deus suus, clamare derisori uideatur hæretico, non sic tamen orthodoxo catholico, qui † Euangelica lau de sublimatam uidet Annam prophetissam filiā Phanuelis, quia non discedebat de templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

Rabanus.

* Adduci

Anna prophetissa pro diui erabat

Ob quam rem nouæ natiuitatis Dominicæ præ co esse commeruit. Lucæ. 2. Et † Cornelius Centurio APOSTOLORVM principis aduentum consequitur, ipso dicente, quia à nudiusquarta die usque ad eam horam orans erat hora nona in domo sua, Actuum. 10. AVCTOR. Et † Saulus oratione triduana iam facta, Ananiæ commendatur de cælo. Si tibi orationes huiusmodi non uidentur esse prolixæ, quid te offensum facit de uotorum ecclesiasticorum multo correptior deprecatio moderata? An † ipsius malignationis occasio te compulit ad exemplum, quia ibi audisti eos Deos dormientes excitare clamoribus, ideo Deum, qui non dormitat, neque dormit, blasphemat excitare deuotos? Noli ista attendere, sed ueram fidem scripturarum attende & uere dormientem Deum in naui uestris uerbis orantes excitabant Apostoli, & dormienti cum pueris in cubili se comparat, ubi tædio deprecantis excitandum se docuit, prout hunc locum

Lu. 2 Act. 10

Act. 9

super illum uersum Psal. 102. Qui * satiat in bonis desiderium tuum, edisserit AVGVSTIN. Mendicus ante ianuam eius sto, non dormit quem inuoco: det mihi tres panes. Sequitur. Non recordamini quendam inopem uenisse ad domum amici sui, & petisse tres panes: & ille, inquit, dormiens respondebat ei, & dicebat, iam requiesco, & pueri mei mecum intus dormiūt: ipse perseuerans petendo, extorsit tædio, quæ * potuit non * posset merito: Deus autem dare uult, sed non nisi petenti, ne det non cupienti. * Nam tædio tuo uult excitari. Non enim cum oras, tā quàm dormienti molestus es: ait enim, Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Semel Christus dormiuit, ut illi de costa lateris coniunx fieret: dormiuit in cruce, manifestum est: mortuus est enim ut diceret, Ego dormiui, & somnum cœpi: sed nunquid qui dormit non adijciet ut resurgat? Propterea sequitur, Et exurrexi, quia Dominus suscepit me. Quid uero iam Apostolus? Christus (inquit) resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Ipse ergo non dormit: uide ne fides tua dormiat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dormiens non dormiuit. Dormiuit intus cū pueris: dormiuit in naui cum discipulis: sed dormiuit ut tuis precibus excitetur, ut tuo tædio conuictus exurgat: non autem quin dare uult, sed non nisi petenti, & instanter petenti, instantia illa, quæ sufficit excitare dormientem. Ipse tamē non dormit, sed tibi uidetur si non statim ad uotum respondeat, dormiuisse. Tu ipse si non dormias, uide ne dormiat fides tua. Et qualiter occurret fidelibus petentibus argumentum de efficacia orationis clamosè? Id exponet nobis Euangelium Lucæ, de cæco mendico sedenti iuxta uiam: qui audiens præteriisse Christum, clamauit, dicens, Iesu fili Dauid miserere mei: & cùm increpraretur ut taceret, iterum atque iterum clamare non destitit, quousque diceret ei Iesus, Fides tua saluum te fecit. Quid in hoc loco perspicimus, nisi quòd † omnium præscius Christus, clamorem importunum oratoris expetijt: ut animositatem fidei eius probaret, quem sanaret? Vnde super illum locum li. 5. super Lucam BEDA. Quem turbæ increpant, ut taceat, magis ac magis clamat, quia quā to grauiori tumultu cogitationum carnalium præmimur, tanto orationi insistere debemus ardentius. Sequitur. Cum uero orationi uehementer insistimus, stat Iesus, & lucem restituit, quia dum Deus in corde figitur, lux amissa reparatur. Hæc ille. AVCT. Ecce quod assiduitas clamoris de fideli corde, cæco luccm reduxit. Vnde tantò uehementius orationi debemus insistere, quantò longius differt dona-

Ps. 102 * replet. Aug. To. 8

Lu. 11.

* potuit

* Non.

Ps. 120

Gen. 2

Ps. 3

Ps. 4.

Rom. 6

Matt. 8

Lu. 8

Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Et nũquid iste cæcus comparandus est facer A QVOD CANTVS ECCLESIASTI
dotibus Baal clamantibus ad Deos surdos, & de ci sunt instituti a Christo ordinante Apostolos concinere. Et primo de hæresibus contra Cantica. Cap. XVII.

Psal. 118 Cassiodorus

fide: quia uehementer insistit apud Deum attẽtum tantis clamoribus? O si clamorem item cordis eius audisses, cuius strepitus pluries & acriùs Christi auribus resonabant, quàm omnia eius uerba clamosa: de quo Psalmista, Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine. Vbi in expositione CASSIODO. Fidelium, atque deuotæ mentis clamor, affectus est, qui non tantum sermone promitur, sed magna cordis intentione profertur: clamabat enim populus Iudæorum murmurans, & non exaudiebatur à domino. Tacebat Moyses, & Dominus ei dicebat: Quid clamas ad me? Scilicet quoniam illas cogitationes exaudit altissimus, quæ pia intentione deuoluũtur. Additum est, in toto corde meo, ne putares aliud cogitandum quando clamatur ad Dominum. In sola enim religiosa cogitatione totus debet spiritus occupari, ne mens diuisa, effectũ nequeat impetrare, quem postulat. Hæc ille. AVCT. Benè dicit, non aliud cogitandum quando clamatur ad Deum, s. ore. Clamor enim internus, quasi anima est clamoris uocalis: atque ideo est clamor cordis, non oris, continuo adhibendus. Vnde in eodem uersu Psal. 118. AVG. Clamor ad Dominum, qui fit ab oratoribus, si sonitu uocis corporalis fiat, non intento in deũ corde, quis dubitet inaniter fieri? si autem corde, etiam silente corporis uoce, alium quemlibet hominem potest latere, non Deum. Siue ergo cùm uoce carnis id opus est, siuè cùm silentio: ad Dominum cùm oramus, corde clamandum est. Est autem clamor cordis magna cogitationis intentio. Quæ cùm est in oratione, magnum exprimit desiderantis, & petentis affectũ ut non desperet effectum. Tunc porrò in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Tales orationes raræ sunt multis, crebræ autem perraris: omnes uerò utrum cuiquam tales, nescio. Hæc ille. AVCTOR. Approbat igitur Augustinus clamorem oratoris etiam uoce carnis, C quando id opus est (inquiens) si intento corde hat in Deum. Altus erit clamor tuus, si erit alta deuotio. In cuius contrarium suggillat nos Witcleff de alto clamore prophetarum Samariæ, ut clamores, & cantus deuotos propellat ecclesiæ.

Clamor internus est quasi anima clamoris uocalis Aug. To. 8

Clamor cordis est intentio magna cogitationis.

SVMMA.

1 *Cantus ecclesiastici quòd instituti sint à Christo ordinante Apostolos concinere, contra Witcleff.*
2 *Hæreticam attentationem contra sacros cantus, unde acceperit Witeleff.*
3 *Hæreses contra cantica describuntur, & earum auctores.*
4 *Publiæ fœminæ factum contra Iuliani Cæsaris apostata impietatem.*
5 *Hæretici, & aduersarij cantuum laudum Christi narrantur.*
6 *Hymnus quid sit propriè.*
7 *Christus an docuerit quandoquè discipulos cõcinere, & simul consonanter orare.*
8 *Witcleff, qui conatur propellere cantus ab ecclesia, Augustini auctoritate redarguitur.*
9 *Paulus & Silas quòd media nocte in carcere hymnum Deo canebant. Et de duobus beneficijs Dei, quæ cantibus Apostolorum euenerunt.*
10 *Ecclesia quomodo plerunque mari comparatur secundum Ambrosium, & benè.*

COnsiderant (inquit) fideles, q multæ orationes prolixæ, & cantationes cũ uariis ritibus in ecclesia ordinantur, & non est fides, q earum quantitas, uel qualitas placet Deo, immo prolixitas orandi, & cantus alti, qui uni competunt, ab altero dissonant: & hinc conuentus plurimi congregantur contrarii domini uoluntati. Et ista creditur esse causa quare Dominus elegit Iudã Scarioth cum alijs apostolis undecim, & non ordinauit eos concinere, sed ad ædificationem ecclesiæ operari. Hæc Witcleff cap. 2. de oratione. Et in libro suo de oratione capit. 3. Glossator eius peruerse multa dicta sanctorum ad hanc partem exaggerat indiscusse. AVCT. 1 Videtis † qualiter causat immiscet prolixæ orationis & cantus ecclesiæ, & occasionem loquendi contra cantus ecclesiæ, ab o- 1
ratione sumit prolixa: nec cernit, uel negligendum ducit, quòd utrunque Saluator noster Christus in una nocte traditionis sui exercuit, tam dicente palam euangelista de cantico Christi post cœnam, quàm quòd statim in Olyueto orauit prolixius. Vtrunque ergo Saluatoris nostri confirmemus exemplo, quod procax hæreticus non uereatur arguere. Cantationes (inquit) cum uarijs ritibus in ecclesia

Matt. 26.

clesia ordinantur: & tamen non est fides, quòd A le. AVCTOR. Numerus hostium laudem
earum quãtitas, uel qualitas placet Deo. Quòd si retundamus hanc eius ratiunculam, q in republica humani generis innumeræ hominum turbæ ordinantur in orbe, quorum non est fides, q quantitas uel qualitas placet Deo: quid igitur, nunquid ideo male eas Deus condidit, & tollendæ erunt de terra? Imo tam hominũ sectæ suæ, quam uerborum, & rituum fides est, q nec quantitas, nec qualitas placet Deo, aut ad minus nõ est fides, q placeat. Tollat ergo prius qualitatẽ, & quantitatem perfidæ suæ gentis, aut ritus, ut orationem suam probet habere sequelam. At-
2 tentationem † autem istam hæreticam contra sacros cantus, ab Hilario quodam accepit, contra cuius errorem scripsit libellum AVGVS. pro- *Aug. To. 1*
ut ipse in 2. lib. Retractationum, ca. 9. sic tradit. Inter hæc Hilarius quidam uir laicus catholicus nescio unde aduersus Dei ministros, ut fieri assolet, irritatus, morem, qui tunc apud Carthaginem esse cœperat, ut hymni ad altare dicerentur, de psalmorum libro, siue ante oblationem, B
siue cùm distribueretur populo quod fuisset oblatum, maledica reprehensione ubicunque poterat, lacerabat, asserens fieri non oportere. Huic respondi iubentibus fratribus. Hæc ille. AVG. Nescio an Hilarius iste fuerit de Arianis, quorum inuidia fuit communis tempore persecutionis, cantibus sacris detrahere, quia his laudibus pars eorum non poterat respondere. Vnde lib. 8. * Epistola contra Auxentium de tradenda Basilica. AMBROS. * Audis nempe legi, quòd *li. 5 Amb. To. 3 Io. 12 Matt. 21. Lu. 19*
† cùm Christus super pullum asinæ sederat, clamabant pueri, & molestè ferebant Iudæi: denique interpellauerunt Iudæi Dominum Iesum ut faceret eos tacere: respondítque, si hi tacuerint, lapides clamabunt. Sequitur. Semper ergo Christi laudes uerbera perfidorum sunt. Et nunc cum C
laudatur Christus, dicunt hæretici, q eis mors paratur: & uerè mortem habent in laudib. Christi: quo modo enim eius laudes ferre possent, cuius infirmitatem prædicant? Itaque & hodie cũ laudatur Christus, Arianorum uehementia ueberatur * Geraceni presentiam Christi ferre non poterant, isti peiores * Geracenis, nec laudatores Christi sustinere possunt. Vident Christi gloriam pueros concinentes: quia scriptum est, Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Irridentistam ætatulam plenam fide, cum dicunt, Ecce quid clamant? Sed respondit eis Christus, si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc est, fortiores clamabunt, & iuuenes clamabunt, & maturiores. Clamabunt isti laudes ad illum iam solidati lapidem, de quo scriptum est, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Hæc il

Laudes Christi, uerba sunt peruersorũ.

** gerasseni.*
** gerasenis*
Psal. 8
Psal. 117

Aug. To. 1. lap. 4

Psal. 4

* 26. CASSIOD. Adijciam etiam super hæc * 26.
miracula fœminæ, quæ zelo diuino huius con- *Cassiod.*
tempsit impietatem. Publia quædam fuit illo tempore nominatissima, & pretiosis nitoribus exornata. Hæc cum nuptiale iugum adtempus suscepisset, fructum dignissimum obtulit creatori. Sequitur. Hæc habens apud se chorum conuersationem digna uirginitatem seruantium, cum eis semper laudabat factorem, saluatoremque Deum. Transeunte uero imperatore, clarius in commune psallebant: contemptibilem, & deridendum iudicantes erroneum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illaque maximè cantica resonantes, quæ idolo- A
rum præoptare uidentur debilitatem, dicebãtq;
Psal.113. çum Dauid, Simulacra gẽtium argentũ & aurũ:
opera manuum hominum. Et iterum, Similes il-
lis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt
in eis. Hæc audiens Iulianus, & ira uehementer
accensus, eas cùm transiret, tacere præcepit. Quę
Psal.62. eius legem paruipendentes, chorum maiori or-
dine compleuerunt: rursumque illo transeunte
psallebant, Exurgat Deus, & dissipentur inimici
eius. Tunc ille fæuiens, Magistram chori, quam
iussit adduci, cum uideret senectute maceratã,
nec corporis canitiem miseratus est, nec animi
studuit, honorare uirtutem, sed quibusdam spa- 6
tariorum iussit ut eam alapis cæderent. Quæ ue
luti summum donum illas contumelias exci-
piens, domum reuersa est, Deumque consuetè
*notabat *auctor melodijs spiritualibus * deuocabat: sicuti * con-
scriptor illius cantici malignum spiritum effu-
gauerat à Saul. Nam & Iulianus erroneos dæmo
nes sibimet applicans, contra donum pietatis in B
5 saniebat. Hæc ille. AVCT. Iam † colligas ad-
uersarios cantuum laudum Christi Pharisæos,
Geracenos, Arianos, Hilarianos, Manichæos,
Iulianos, Witcleff, ut non sine turba multa se-
quente cum fustibus, & gladijs, Christo prodi-
tor antecedas. Siquis autem præstoletur habere
fundamentum eius hæresis, iam Witcleff suo de
creto præfixit, ita inquiens Witcleff. Creditur
esse causa quare Deus elegit Scarioth cum alijs
sanctis. 11, & non ordinauit eos concinere, sed
ad ædificationem ecclesiæ operari. AVCTOR.
Quàm tallax, & quàm mendax sit hoc fundamen
tum à Christo, & apostolis, probat euangelista
Matt.26 Matthæus ca. 26. ubi describens sanctam cœnã,
Marc.14. addidit: & hymno dicto exierũt in montem Oli
ueti. Et iterum Marci. 14. Hymno dicto exierũt
in montem Oliuarum. At si nesciat Witcleff no
ster quid sit hymnus. lib. 6. Etymologiarum cap.
6 34. dicit ISIDORVS. Hymnus † est canticum C
Hymnus laudantium propriè, aut hymni sunt concinẽtes
laudem Dei: quòd si sit laus, & non est Dei, non
est hymnus: si sit & Dei & laus, & non cantetur,
non est hymnus. Hæc ille. AVCT. Et habet ab
Aug.To.8 AVGVS. super psalmum. 72. in titulo, ubi di-
cit, Hymni laudes sunt Dei cum cantico. Hymni
cantus concinentes laudem Dei: si sit laus, & nõ
est Dei, non est hymnus. Oportet ergo ut sit hy
mnus, ut habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & cã
ticum. Hęc ille. AVCOR. Et libro de officijs ca.
Amb.To.1 25. AMBROSIVS. Hymnus specialiter Deo
dicitur: hoc tanquam excellentius cæteris deco-
rum. Hæc ille. AVCTOR. Vnde & dominus
Iesus ibi uocaliter cantasse legitur unà cum disci
pulis, tradens formam cantandi. Vbi in commẽ
Hier.To.9 tario HIERON. Hymno dicto, exierunt in
montem Olineti, hoc est quod in Psal. legimus. Psal.39.
Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabũt do
minum qui requirunt eum. Hęc ille. AVCTOR.
Qualiter ergo dicit Witcleff, q̃ Saluator non or
dinauit discipulos suos concinere, audiens euan-
gelium affirmare, q̃ iam dixisset hymnũ post cœ
nam: qui si non cantetur in laudem Dei, non est
hymnus? Et quid potiùs Iesu Christo omnes erã
geret in Dei laudem? Et quos potiùs, quàm Apo
stolos suos sibi charissimos, & orbis, sui loco, ui
carios constitutos? An forsan timet sibi, q̃ non
consonarent cantantes, quia hoc est concinere?
Vnde Psalm. 72. uersu. Si dicebam narrabo sic. Psal.72.
AVGVST. Concinit enim, qui consonat: qui Aug.To.8
autem non consonat, non concinit. Hæc ille. AV
CTOR. Sed reuertamur ud id, an † Christus do
cuit eos quandoque concinere, & simul consonã
ter canere. Numeremus à diebus carnis suæ Za-
chariam sancti Baptistæ parentem, qui post pro Lu.1
lixum silentium, hymnum canere ordinauit. Et
Dominus in ipsa hora natiuitatis suæ, angelos Lu.2.
cum canta ab ipso cæli uertice uenire cõstituit. Matt.21
Pueros etiam ipse ad nouit diuinam sibi laudẽ
concrepaturos Osanna. Ac cùm inuidi Christi
laudibus Pharisæi in spiritu Witcleff, & errantis
Hilarijs, in pueriles uoces irruerent, cõprobans
eos Christus, Et si isti tacuerint (inquit) lapides
clamabunt. Ecce q̃ non semel, sed pluries, Chri-
stus Deus inspiratione sua diuina senes, & iune
nes hortatur, ut uocalibus canticis laudent no-
men domini. Sacratissimo choro apostolorum
suorum tantum meritum putas detrahere, ordi-
nans eis fixè ne concinerent? Audiat † qui uule,
qualiter magni huius mendacij magistrum Wit
cleff in libello de laude spiritualium canticorum
redarguit AVGVSTINVS. In euangelio (in- Aug. No
quiẽs) inuentes primùm Zachariam patrem ma e tat. ad
gni Ioannis post longũ illud silentium in hymni hist. ant
uoce prophetasse. Nec Elizabeth diu sterilis edi rum. Ob
to de promissione filio, Deum de ipso, anima tul. Fab
magnificare cessauit. Notandum etiam, q̃ in ter inscr. ad
ris ideo laudem sonuit exercitus angelorum Glo Lu.1.
ria in excelsis Deo, & annuntiantes in templo, Lu.2
Osanna filio Dauid clamauerunt. Nec Phari- Io.2
sæis liuore obstrepentibus Dominus ora inno- Matt.21
centium clausit, sed potiùs aperuit, eis dicens, Psal.8
Non legistis scriptum, Ex ore infantium &
lactentium perfecisti laudem propter inimi-
cos tuos? Et si isti tacuerint, clamabunt lapi-
des. Ipse dominus in uerbis doctor, & in san-
ctis consummator, ut hymnorum dictorum
gratissimum ministerium comprobaret, cũ disci
pulis, hymno dicto, exijt in montẽ Olineti. Quis Io.15
iam habito tali documento de psalmorum &
hymnorum religione dubitauerit, quando ille,
qui à cælestibus adoratur, & psallitur, ipse
cum

Apo.5. cum discipulis hymnum cantasse perhibetur? Et A
Ioannes in Apocalypsi refert se spiritu reuelan-
te uidisse, & audisse uocem aquarum multarum
& tonitruum multorum dicentium Halleluia.
Hæc ille. AVCT. Notetur quod dicit Au
gust. q̃ qui à cælestibus adoratur, & psallitur, ip
se cum discipulis hymnum cantasse perhibetur,
ne diceres euangelium tacuisse cantum Christi,
quia hymno dicto, inquit, in montem exiuit.
Sed q̃ hymnus illic dicitur, nunc Augustinus ex
posuit, q̃ cantatur, nec solus, sed Christus can
tauit cum discipulis. Quomodo ergo ausus est
Witcleff asserere, q̃ nusquam potuit inuenire.
quòd ordinasset Christus apostolos suos conci-
nere, qui & alios exemplo, & auctoritate conci
nere statuerit? dicente libro primo de officiis. c.
Isidorus 6. Isidorus. Itaque & in hymnis & psalmis canen
dis, non solum prophetarum, sed etiam ipsius
domini & apostolorum habemus exemplum, &
præcepta de hac re utilia ad mouendum piè ani
mum, & inflammandum diuinæ dilectionis affe B
ctum, Hæc ille. AVCT. Ecce quòd & domi-
ni, & apostolorum habemus tàm exemplum,
q̃ præcepta, pro hymnis, & psalmis canendis.
Et super Matthæum opere perfecto homil. 19.
Chri.To.2. CHRIS. Etenim prophetis psallentibus, & apo-
stolis hymnos canentibus, & Deo disponente,
extra ceramus, & uitæ huius negociorum introdu
cimus tumultum. Hæc ille. AVCTOR. Apostoli
igitur canunt hymnos, & prophetæ, & ad quid si
gnificat, ad mouendum. s. piè animum, & inflam
mandum diuinæ dilectionis affectum. Quid
possent apostoli amplius ad ædificationem ope
rari, quàm piè mouere animos hominum, & in-
flammare ad diuinæ dilectionis affectum? Dicat
mihi Witcleff operationem illam, quæ cantum
talem saltem aliquotiens in die non sustinuat, &
ad ædificationem ecclesiæ auxilietur uberius.
Magis autem dicat, si non ordinauit Christus a-
postolos suos cõcinere, qua auctoritate præsum
9 pserunt Paulus † & Silas apostoli Christi cantare
Act. 16 Deo laudes in carcere? Actuum. 16. Media no-
Paulus & cte Paulus & Silas adorantes laudabant dominũ
Silas media & audiebant eos, qui in custodia erant. Subitò
nocte in car uerò terræmotus factus est magnus, ita ut moue
cere himnũ rentur fundamenta carceris. Et statim aper-
dicebant. ta sunt omnia ostia, & uniuersorum uincula so
luta sunt. Vbi & alia litera secundum Be-
Beda dam habet, q̃ Paulus & Silas adorantes Deum,
hymnum dicebant. Vbi in expositione super
actus Beda. Deuotio simul apostolici pectoris,
& uirtus exprimitur oratiõis cùm & illi hymnos
in carcere cecinerunt, & eorum laus terram cõ-
mouerit, & carceris fundamenta concusserit, &
aperuerit ostia, atque postremò eius uinculorũ
catenas resoluerit. Aliter quicunque fidelium
omne gradlum existimat, cùm intentationes ua Luc.3
rias inciderit, libẽterque gloriatur in infirmitati 2.cor. 12
bus suis, ut inhabitet in eo uirtus Dei, hic profe
ctò cum Paulo & Sila inter carceris tenebras
hymnizat, & cum Psalmista Domino cantat, Tu
es mihi refugium à pressura, quę circundedit me
exultatio mea. Hæc ille. AVCTOR. In hac re Psal.31.
duo beneficia Dei Apostolorum cantibus euene
runt. Primum erat deuotio apostolorum, quam
cæteri imitantes fideles, cum eis hymnizant inter
carceris tenebras, quotiens omne gaudium exi
stimant, cum in passiones incidunt uarias.
Secundum, quòd per uirtutem altisonæ oratio-
nis, terrorum falsò eos prementium concussit
Deus custodiam, & resoluit catenas. Ecce si isti
iam apostoli congregabantur uoluntati Domi-
ni contrarii, & si non ordinauit eos Deus conci
nere in hoc carcere altas Dei laudes, ita ut qui
in custodia erant *audirent eos, & totam terram *adirent.
quaterent sacræ uoces, ostia cuncta uellentes à
repagulis, & cippos, & uincula resoluentes. Et
hæc hactenus cantib. cleri nostri proficiunt. A
qua item laude deuoti cantus plebei tàm quòad
auctoritatem, quàm quò ad fructum exortes nõ
sunt, quos magnifico stylo lib. Hexameron. 3. in Amb.To.1
fine, sub maris allegoria AMBR. Mare est er
go secretum temperantiæ, exercitium continen
tiæ, grauitatis successus, portus securitatis, tran-
quillitas seculi, mundi huius sobrietas cum fide-
lib, uiris, atque deuotis: ut cum undarum leniter
alluentium sono, certent cãtus psallentium, plau
dant insulæ, tranquillo fluctuum choro, hymnis
sanctorum personent. Sequitur. Et quid plura?
quid autem ille concetus est populorum? Vnde
10 † bene mari plærunque comparatur ecclesia, q̃
primò egredientis populi agmine totis uestibu-
lis undas uomit. Deinde in oratione totius ple-
C bis tanquàm undis refluentibus stridet cum re-
sponsionis, & antiphonis psalmorum, cantibus
uirorum, mulierum, uirginum, parunlorum, con
sonus undarum fragor resultat: nam illud ad q̃d
dicam, q̃ unda peccatum abluit, & sancti spiri-
tus auras salutares expirat? Hæc ille. AVCT.
Ecce non solum conuentum religiosorum, aut
clericorum cantus, sed utriusq; sexus plebis uox
in laudẽ Christi tẽpore constituto laxata,
cùm in responsoriis suis, psalmis, & an
tiphonis, tanquàm consonus unda-
rum peccata abluẽtium fragor
resultat, & sancti spiritus
aures salutares
expirat.

¶ De

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ DE INSTITVTIONE CANtuum, psalmorum, & hymnorum per primas ecclesias ab Apostolis, & quod ab eis trahebatur in alias ecclesias usque ad præsens. C. XVIII.

SVMMA.

1 *Cantuum, hymnorum, & psalmorum à primitiua ecclesia ad nos traductio.*
2 *Paulus quod ordinauerit cantum.*
3 *Psalmus, & hymnus an sint idem.*
4 *Paulus quod uocaliter cantare docuerit.*
5 *Celeuma sanctum quomodo docuerit Apostolus, & quid sit Celeuma.*
6 *Organum diuinæ uocis quando fiat homo.*
7 *Paulus apostolus quomodo constituerit uocales cantus exercendos, maximè psalmorum, himnorum, & spiritualium canticorum per famatissimas ecclesias Corinthiorum, Colossensium, & Ephesiorum.*
8 *Antiphonarum, & hymnorum in ecclesiis institutio.*
9 *Hymnos canendi antelucanos in dei laudem antiquus mos ab Eusebio narratur, & quid sit Semnion.*
10 *Hymnorum ecclesiasticorum auctores.*
11 *Cantus uocales quomodo tam sententia, quàm auctoritate Christi succreuerunt in ecclesiis in triplici specie sua, scilicet psalmis, hymnis, & canticis.*
12 *Cantus ecclesiæ, & Psalterium cum melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequẽtatum, ad quid proficiunt.*
13 *Vox cantus in ecclesia qualis esse debeat. Et quibus magis prodesse posset uox submissa, quàm alta.*
14 *Augustinus, & Isidorus quid de cantibus ecclesiæ dicant.*

1 POst † apostolos Christi ad plebes cõgregatas in ecclesiis ueniamus, quas apostoli docuerunt psalmos concinere, adhuc ecclesia Christi suas agente primitias, ut abundantius confundatur Witcleff dicens, Conuentus plurimi congregantur uoluntati domini contrarii, signo illo, ꝙ Apostoli ad concinendum non erant à Domino ordinati. Nam si ad hoc uenit Christi prouisio, cur apostoli ordinauerunt oppositum ordinationi Christi?

2 Cur † dico, apostolus Paulus instituit Corinthios canere psalmos in ecclesiis? Cur scripturarum expositiones? Cur prophetias, sicut modò cuncta hæc fiunt, instituit, primæ Corinth. 14. Cum cõuenitis, unusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiãt? Quem locum in expositione sua super hanc epistolam explanans Ambros. Cùm conuenitis, inquit, unusquisque uestrum psalmum habet. i. laudem Dei per canticum loquitur. Doctrinam, habet, hoc est, sensuum per spiritualem prudentiam habere expositionem. Reuelationem habet. i. subest ei prophetia occultorum, quæ ad omnium mentem perueniat, fauente spiritu sancto. Sequitur. omnia ad ædificationem fiant. Conclusio hæc est, ut nihil incassum in ecclesia geratur. Hæc ille. AVCTOR.

3 Ecce † ꝙ in fronte huius constitutionis apostoli cæ, unusquisque conueniens ad ecclesiam dicitur habere psalmum, qui & hymnus supra dictum est. Sumuntur enim ab antiquitate promiscuè, unde adhuc liber psalmorum, dictus est liber hymnorum. Et Ambrosius hoc exponens. i. laudem Dei per canticum, inquit. Et ibidem in hb. annotationum HIERONYMVS. Psalmum, laudem Dei per canticum, doctrinam, sensum spiritualem per prudentiam. Hæc ille. AVCTOR.

4 Si † ueniamus ad Ephesios, inuenire forsan possumus, qualiter docuit eos Paulus cantare uocaliter, dicens ad Ephesios. 5. loquentes uobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Quæ uerba palàm denuntiant eos ab institutione Pauli doctos exercere uocales cantus in sua ecclesia ad laudem Dei. Vnde in annotationum lib. super eundem locum HIERO. In hymnis & canticis spiritualib. non in actibus scenis, sicut ait Propheta, ut non loquatur os meum opera hominum, Cantantes, & psallentes in cordib. uestris Domino. Ne diceret hostiis sanctũ Paulum iussisse solum, hoc est, in mente psallere, nè ore tantum uerba Christi sonemus. Hæc ille. AVCT. Vide ꝙ ore resonant Dei uerba per psalmos, hymnos, & cãtica spiritalia: sed ut psallant item mente, subiunxit, Cantantes, & psallentes cordibus uestris domino, nè diceret hostiis sanctum Paulum iussisse solum de cantu mentali: non (inquit Hieronym.) sed ut psallerent item mente ait: cantantes cordib. uestris, aliter bis dixisset idem. Ideo † etiam sanctus Augusti. dicit in prædictis uerbis Apostolum docuisse Ephesios sanctum celeuma. 1. parte sermonum, sermone primo. AVGVSTINVS. Quando dicebat gratia salui facti estis, tutelam exorabat: quãdo dicebat in psalmis, & hymnis cantantes cordib. uestris Domino, celeuma sanctum docebat, & dicebat. Hæc ille. AVCT. Celeuma est (quod pauci ignorant) cantus nauticus alto clamore canentium pene delatus in cœlum. Celeuma ergo sanctum tradens Apostolus, altum cantum edocuit, non tantum uitæ aut mentis deuotione altum, sed canore uocis: sicut expositione epistola ad Ephesios AMBRO. Rationabilem utam diligit Spiritus sanctus: quia si bene uixerimus, implebimur eo, ut memorat ad confitendum, & extollendum Dei donum diuerso uocis canore, ut laus in Deum omni lingua canatur. In quo enim est spiritus, semp spiritualia meditatur, ut non in labijs tantum sit, sed & de corde prorumpat, propter uetus dictum Domini per Prophetam. Ait enim, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hæc ille AVCT. Attende processum. Si bene uixerimus, implebimur Spiritu sancto ad extollendũ dona Dei diuerso uocis canore, ut laus Dei nõ in corde tantum, uel uita, sed in omni lingua canatur, latina, uel barbara, uel græca. Sicut omnis lingua illud confiteatur, quod Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et in Hexamerone. * sermone. 6. Idem AMBROSI. Hoc est pretiosissimum (inquit) quòd homo Dei ueræ uocis sit organum, quòd corporalibus labijs exprimit cælestè oraculum. Hæc ille. AVCT.

6 Organum † diuinæ uocis fit homo, quando uocem exhibet corporalem, siue ad canendum Dei laudes, siue ad loquendum more Apostoli: Si quis loquitur quasi sermones Dei: hoc est pretiosissimum (inquit) Ambro. adiuncto eo, quod sequitur, ut non in labiis tantùm fiat, sed & de corde prorumpat. Tunc enim uox est, quia uiua est secundùm August. suprà, & pars uitæ Christianæ. Hoc pro Witcleff dico, qui uitam bonam ab his Dei laudibus separat christianis. Beatus enim Paulus instituit ut esset portio pretiosa uitæ christianæ, & conuersationis fidelis. Si bene uixerimus, implebimur diuerso uocis canore: laudate dominum, inquit, Ambro. Adeamus itẽ ecclesiam Colossensium, audituri, quid sanctus Paulus ibi de canticis instituit. In omni sapientia docentes, & commonentes uosmetipsos (id est, ut sapienter, & rationabiliter proferantur) in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus. Colossens. 3. In quem locum Apostoli lib. annotationum ait HIERONYMVS, Psalmis ut Dauid, hymnis ut trium puerorum, canticis ut Moysi, & cæterorum, quæ sunt spiritalia, ut non carnalibus, uel turpibus delectemini cantilenis. In gratia cantantes in cordibus uestris domino. Nusquam legimus sine uoce cantasse aliquem. Vnde necesse est hic in corde, & ex corde intelligi, ut .s. non solùm in ore, sed etiam in corde cantemus. Cõfitebor, inquit, Domino in corde meo. Hæc ille. AVCTO. Distincta ergo genera canticorum eis tradebat Apostolus ad canendũ uocaliter: psalmos Dauid, & aliorum hymnos, & alia cantica spiritalia: non hæc à corporalibus distinguendo, & à carnalibus cantilenis, sicut dicit Apostolus resurget corpus spirituale. Vnde quotiens Witcleuistarum glossa profertur ꝙ hi cantus intelligantur uitales, aut mentales, non cum canore uocales, obiiciatur ipsi in faciem id, quod ait Hieronymus de mente Apostoli. Nusquam legimus sine uoce cantasse aliquem: ideo dicit, necesse est hic intelligi in corde, & ex corde, ut non solum ore, sed etiam corde cantemus. Cùm tamen hoc dicens, habeat exponere, Cantantes in cordibus uestris domino. Per

7 † has ergo tres famatissimas ecclesias Corinthiorum, & Colossensium Græciæ, & Ephesiorum Asiæ, constituit Apostolus Paulus uocales cantus in ecclesiis exercendos, maximè horum generum in testamento ueteri fundatorum, psalmorum hymnorum, & spiritalium canticorum. Nec determinat singulariter quos, relinquens industriæ sequentium prælatorum, illos, quos propter ritus gentis, loci, uel temporis iudicẽt aptiores. Ideo dicit in psalmis, hymnis, & canticis. Et interpres eius Hieronymus in psalmis ut Dauid, in hymnis ut puerorum, canticis ut Moyti. Si enim dixisset in psalmis Dauid, uideretur eos excludisse à cantu ecclesiæ, quos dedit Asaph Idithum, aut Salomon, Esdras, uel alij. Si item notasset hymnis trium puerorũ, omnes alios uideretur alienos fecisse. Indeterminatè autem dicẽs hymnis, & canticis, electioni dimisit pastorum in plebe: ita ut uideantur Apostolico se conformare præcepto, qui in hymnis canendis sudant, ut nouos faciant, qui apud pastorum examen digni uideri possint laudi diuinæ. Deinde, quantũ

8 nouit, beatus † Ignatius antiphonarũ, & hymnorum usum celebrem introduxit ecclesiæ. lib. 10. historiæ tripertitæ CASSIODORVS. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post Apostolum Petrum Episcopus, qui etiam cum ipsis degebat Apostolis, uidit angelorum uisionem quomodo per antiphonas sanctæ Trinitati dicebant hymnos. Itaque modum uisionis Antiochenæ probatur tradidisse ecclesiæ, & ex hoc ad cunctas transiuit ecclesias. Hæc ille. AVCTOR. Hoc modo ad omnes ecclesias illas, quę ibi erãt, incipiebant antiphonæ decantari. Et hic ordo psallendi quàm erat catholicis usitatus, in suo refert Apologetico. cap. 2. cuius est titulus contra inquisitionem TERTVLLIANVS. Plinius enim secundus cum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tandem multitudine pertubatus quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad conferendum disciplinam: homicidium, adulterium,

Paulus ordinauit cãtum. 1.Cor.14

Amb.To.5

Esa.29 Mat.15.

*Thilip.1. *lib.*

Amb.To.4

1.Cor.14.

Coloss.3

Hier.To.9

Psal.119

Celeuma

Psalmus liber mnor.

Hie.To.3

Paulus uocaliter docuit. Eph.5

Psal.18

Aug.To.8

Cassiodorus cap.9. Antiphonarum institutio.

Tertullianus To.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

terium,fraudem,perfidiam, & cætera scelera ꝓ hibentes. Hæc ille. Et habet Eusebius lib.3. Ecclesiasticæ historiæ auctorem cùm uerbis. AVC.

9 Quàm †antiquus ergo mos erat ecclesiæ canere Deo hymnos etiam antelucanos ne hora transiret incassum, antiquus iste pater de primitiuis ostendit. Ita apud ecclesiam primitiuam primi penè religiosi uiri, per monasteria circa partes Alexandriæ quotidianam operam impendebant cõficiendis hymnis,& canendis: sicut scribit sapiẽs ille Iudæorum Philo in libro suo, quem de uita theorica attitulauit, uel supplicium. & recitat libro secundo. de ecclesiastica historia. ca. 17. Eusebius. Est, inquit, in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appellatur Semnion, id est, monasterium. Semnion autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum, in quod secedentes, castæ uitæ ministeriâ celebrant nihil illo prorsus quod ad cibum potumquè pertinet inferentes, uel ad reliqua corporis humani ministeria, sed legis tantum libros, & uolumina prophetarum hymnos quoque in Deum, cætera què his similia, in quorum disciplinis, atq; exercitiis instituti, ad perfectam beatamquè uitam studiis iugibus coalescunt. Hæc ille. AVC.

Ecce ꝙ isti conuentus congregantur cum hymnis,& canticis: nec iudicantur apud sanctos contrarii Domini uoluntati non tantùm in hymnis canendis, sed etiam edendis: nec hoc solùm, sed etiam allegoricis expositionib. in diuinam legẽ conficiendis, disputationibus exercendis: sicut supra beatus Paulus psalmos recensuit doctrinales,& expositiones propheticas recitat ecclesiæ. Vnde & prosequitur Eusebius. A b ortu diei usque ad uesperam omne spatium eis studiorum exercitiis dicitur, quibus ad diuinam philosophiam per sacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes.

C Sequitur. Habent autem etiam disputationes quasdam,& interpretationes ueterum uirorum qui ad auctores ipsius hæresis extiterunt quos eis allegoricæ, atque figuralis intelligentiæ normam quamplurimis scriptorum suorum constat tradidisse monumentis. Et uersus finem capituli. Et ut unus ex omnib. consurgens in medium, psalmum honestis modulis concinat: utque præcinenti ei uni uersiculum, omnis multitudo respondeat. Hæc ille. AVCTOR. Auctor iste, quem hic adducit Eusebius, Philo erat, qui secundum recitatum eius, beatum Petrum uidit oculis suis,& fruebatur eius alloquio.

Videte ergo quando hi uiri erant, quantæquè antiquitatis in ecclesia,& uicini Apostolis, quos ipse dicit concinere psalmos honestis modulis, sicut Paulus indixit ecclesiis, sed Witcleff dicit Apostolis denegatum. Demum non istis religiosis, sed sancti Marci tantum uidetur ad componendum hymnos ecclesiasticos concessa licẽtia: sed † & in ecclesia latina Occidentali cœperunt Hilarius, & Ambrosius eodem iure sancti Pauli hymnos edere modulandos: sicut testatur libro 1. de officiis. c. 6. ISIDO. Sunt, inquit, diuini hymni, sunt ingenio humano compositi. Hymnos auctores. Isidorus

Hilarius autem Gallus Episcopus Pictauensis, Pictauis genitus, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius episcopus, uir magnæ gloriæ in Christo & in ecclesia clarissimus doctor copiosius huiusmodi clarnisse carmine cognoscitur. Atque idẽ hymni ex eiusdem nomine, Ambrosiani uocantur: quia eius tempore primum in ecclesia Mediolanensi celebrati cęperunt. Cuius celebritatis deuotio dehinc per totius ecclesias Occidentis obseruatur. Carmina autem quæcunque in laudem Dei dicuntur, hymni uocantur. Hæc ille. AVICTOR. Videtis iam, quòd † tam sententia, quã

B auctoritate Christi, & Apostolorum, cantus uocales succreuerunt in ecclesiis, & crescente ecclesia, creuit & cantus ad laudem dei in triplici specie sua, secundum distinctionem Apostoli, psalmis, hymnis, & canticis. Hymni nomen generaliter conuenit uniuersis: sicut hic iam ultimò dixit Isidorus, ꝙ cuncta carmina laudis Dei dicuntur hymni. Secundùm uerò quòd est carmen tertium per Apostolum à psalmo distinctum & cantico, sic sancti patres in laudem Dei adimplentes iussum Apostoli, per sua tempora hymnis repleuerunt ecclesias. Ecce mi Witcleff cantus quos reprobas, instituebant Apostoli, sancti laudabant. Quid est quod te molestat in cãtu? An ꝙ altus est? An quòd secundum artificiũ regularis & duleis? Si tibi quia altus est displicet, quia sic dicis orandi prolixitas & cantus altus.

C Ex categoriis tuis noscere poteras altum & bassum secundum respectum rationis oppositos dici posse de eodem: sicut Athlas mons est altus in comparatione terræ, sed comparatus astris, est bassus: ita cùm secundùm tropum transferuntur ad uocem altam, uel bassam, dubium erit, utrum cantus ecclesiæ primitiuæ nostris fuerint blasiores, an æquales. Hoc † tamen primò

12 sciendum est, cantus ecclesiæ maxime ad eleuandum infirmorum animos, necdum uera animi sanctitate constantes, proficiunt: & secundùm hoc uocis perfectio est attendenda in cantantibus: quæ tunc requiritur esse alta, sicut libro de institutis clericorum *cap. 76. RABA. Psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatur, quo facilius animi ad cõpunctionem flectantur. Perfecta autem uox est alta, clara, suauis. Alta ut insufficiat, clara ut aures adimpleat, suauis ut animos audientium blã

dicer

diter demulceat: si autem ex his defuerit, perfecta uox non erit. Hæc ille, AVCT. Congruum

13 †ergo puto, ut perfecta laus Dei in publica ecclesia perfecta uoce formetur: ita ut uox cantus sit alta, suauis, & clara: hoc dico consulens multitudini. Non ignoro autem, quòd perfectis uiris, & iam amore Christi ex decantati uerbi sensu raptis ad Deum, posset magis prodesse uox submissa, quàm alta: sicut de se faretur libro. 10. cõfessionum. *cap. 34. AVGVSTI. Voluptates

Aug. To. 1. *ca. 33. 14 †aurium tenacius me implicauerant, & subiuga uerant: sed resoluisti, & liberasti me nunc in sonis, quos animant eloquia tua, quum suaui, & artificiosa uoce cantantur. Sequitur bene infra. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatius cauens, erro nimia seueritate: sic ualde interdum, ut melos omnium cantilenarum suauium, quibus Dauidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri uelim, atque ipsius ecclesiæ. Tutius quidem mihi uidetur, quod de Alexandrino Episcopo Athanasio sæpe B mihi dictum commeminimi: quia tam modico flexu uocis faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronuncianti uicinior esset, quàm canenti.

Verùtamen cum reminiscor lachrymarum mearum, quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ in primordiis tuis recuperatæ fidei meæ,& nunc ipse cùm commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur, quum liquida uoce,& conuenientissima modulatione cantantur, magnam institutiuis uti

Nota litatem rursus agnosco: ita fluctuo inter periculũ uoluptatis,& experimentum salubritatis magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare ecclesiæ: ut per oblectamenta aurium, animus in affectum pietatis assurgat. Et cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quàm res, quæ canitur, moueat, pœnaliter me peccare C confiteor, & mallem tunc non audire cantantem. Hæc ille. AVCTOR. Immoror adhuc huic uerbo Augustini, ubi reminiscitur lachrymarum, quas fudit ad cantus ecclesiæ in primordiis suæ fidei adeptæ. Sic dixi, quòd infirmis in fide Christi cantus huiusmodi plurimum ualent. Hinc, ut ad euocationem, & compunctionem lachrymas fundant: hinc, ut Deo suauius inardescant. Vnde libro de summo bono tertio cap. 7. Isidorus. Nihil est sola uoce canere sine cordis intentione: sed sicut ait Apostolus, cantantes in cordibus uestris, id est, non solum uoce, sed corde psallentes. Vnde & alibi: psallam spiritu, psallam & mente. Sicut orationib. regimur, ita psalmorum studiis delectamur. Psallendi enim suauitas tristia corda consolatur, gratiosas mentes facit, fastiditos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta inuitat.

Nam quamuis dura sint carnalium corda statim ut psalmi dulcedo insonuerit, ad affectum pietatis animum eorum inflectit. Dum Christianum non uocis modulatio, sed tantum uerba diuina, quæ ibi dicuntur, debeant commouere: nescio tamen quo pacto modulatione cantoris, maior nascitur compunctio cordis. Multi enim reperiuntur, qui à cantus suauitate commoti, sua crimina plangunt, atque ex ea parte maxime flectuntur ad lachrymas, ex qua psallentis insonuerit dulcedo suauissima. Oratio tantum in præsenti uita pro remedio peccatorum effundi tur: psalmorum autem decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat, & gloriam sempiternam: sicut scriptum est, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Cuius operis ministerium quicunque fideliter intentaquè mente exequitur, quodammodo angelis sociatur. Hæc ille. AVCTOR. Ad hunc contineãt digiti calamum, donec de cantib, ecclesiæ dixerim: *in libro de laude canticorum AVGVSTINVS. Suauiter, inquit, auditur psalmus cum canitur: penetrat animum cum delectat; facile psalmi in memoria retinentur, si frequenter psallantur. Et quod legis austeritas ab humanis mentib. extorquere non poterat, hi p dulcedinem cantionis excludunt. Nam quicquid lex, quicquid Prophetæ, quicquid euangelia ipsa præcipiunt, in his carminibus sua medicamenti dulcedine continetur. Hæc ille. AVC. In his omnib. suaues cãtus psalmorum & aliorũ canticorum extolluntur ecclesiæ, quia ab infirmis mentib. uitia, quæ per legis austeritatem nõ possent extorqueri, per dulcedinem cantionis cãtores excludunt. Et nescit Isidorus quo pacto modulatione canentis maior nascitur compunctio cordis. Et Augusti. reminiscitur lachrymarum, quas ad primum fudit cantus auditum; & iterum monitus est non cantu, sed rebus, quæ dum liquida uoce, & conuenientissima modulatione cantantur, magnam huius institutionis rursus utilitatem agnouit. Propter quæ omnia quamuis non irretractabilem ferat sententiam, consuetudinem tamen probat ecclesiæ, ut per oblectamenta cantandi infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Et quamuis statim subdat accidisse sibi unde mallet non audire cantantem, parcit tamen cantui sibi non placito propter infirmos, quibus forsan absentibus, sibi cõsuleret: sicut quidam deuoti feruntur, Dei nutu à syluis, quas incolebant, philomenas relegasse perpetuò. Et hoc debebat glossator Witcleff attendere libro de oratione capitu. 3. de oratione clamosa & cantu, ubi confundens uerba doctorum, cantus bonum damnare conatur cum uitio. Huic enim cantus altus plus proderit, huic

uerò

Ser. de utilitate, et cantu psalmorum.

Nõ habetur iste liber siue sermo, ipsum tamen citat auctor Mil leloquii. tit. Psalmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerò submissus. Et Athanasius submissa uoce pronuntiare fecerat lectionem: & hoc idem refert fuisse moris ecclesiæ primitiuæ libro primo de officiis cap. 1. Isidorus. Primitiua autem ecclesia ita psallebat, ut modico flexu uocis faceret resonare psallentem, ita ut pronuncianti uicinior esset, quàm canenti. Propter carnales, in ecclesia, non propter spirituales consuetudo canendi est instituta, ut quia uerbis non compungũtur, suauitate modulaminis moueantur: sic nanque & beatus Augustinus in libro confessionum suarum consuetudinem canendi approbat in ecclesia, ut per oblectamenta, inquit, aurium, animus, ad affectum pietatis assurgat. Nam in ipsis psalmis religiosius & ardentius mouentur animi nostri ad flammam pietatis cum cantantur, quàm si non canterentur. Omnes enim affectus nostri pro sonorum diuersitate, uel nouitate nescio qua occulta familiaritate excitantur magis, cum suaui, & artificiosa uoce cantatur.

Isidorus.

¶ QVOD CANTVS ECCLESIAstici sint ártificio debitè regulati. Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Symphonia quid sit.*
2 *Chorus quid, & unde dicatur.*
3 *Concinendi disciplinam exquisitè tradidit Augustinus.*
4 *Cantum regularem in hymnis, & psalmis quomodo in occidentalem ecclesiam Ambrosius secundùm orientis exemplum intulerit.*
5 *Anglicanæ ecclesiæ unde psallendi regula emerserit.*
6 *Vox sonora, uel alta, in laude Dei plena, quòd sit Deo placita.*

IAM ad hoc uerbum pulsamur, ut de artificio cantus dicamus: quia nescimus qualiter consona uoce multi canerent, si non arctis regulis cohærerent. Et hoc est, quod in ecclesiasticis nostris religiosorum conuentibus Witcleff eis improperat ca. 1. li. de oõne. Prolixitas, inquit, orãdi, & cãtus alti, q uni competunt, ab altero dissonant. Et hinc conuentus plurimi congregantur contrarii Domini uoluntati. Hæc Witcleff. AVCT. Vnde contrarij Domini uoluntati, quia alti cantus, qui uni competunt, ab altero dissonant? Nec hoc laudemus in cantibus: quia scimus scriptisse cantorem egregium, Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius inuicem Sicut habet secundùm Romanam litteram.

Psal. 33.

A CASSIOD. Quæuis communio iustissimæ regula, ut ab omnib. in unum fiat, quod sanctæ unitati consta offerri. Inuicem uero significat compositos choros, qui psalmodiam domini alterna sibi successione respondent. Hæc ille. AVCTOR. Tollatur uitium, quod sanctum Dei tantum denigrat, placet: sed non placet deprauare uirtutem. Tolle dissonantias, resecta simultates, & iurgia concinentium, ut non sint conuentus sibi ipsis & Deo contrarij, sed chori compositi, psalmodiam domini alterna sibi succesione respondeant, & tunc nil perperam dicis. Vnde in Epistola ad Damasum de prodigo HIERON. Et cùm ueniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum Illud, quod in quodam psalmo superscribitur pro Meleth, huic sensui conuenit. Siquidem Meleth chorus conueniens in unum dicitur. Male autem quidam de latinis symphoniam putãt genus organi, cum concors in dei laudem con
B centus ex hoc uocabulo significetur. Symphoniam putant genus organi, cum concors in Dei laudem concentus ex hoc uocabulo significetur.
1 Symphonia † quippe consonantia exprimitur in latinum. Hæc ille. AVCTOR. Sic enim ab initio constituti sunt, ut concinerent quasi in circulo cantus edere responsales. Vnde libro 1. de
2 officiis cap. 1. Isidorus. Chorum † aiunt, ab imagine coronæ fratrum, & ex eo ita uocatum. Vnde & ecclesiasticus liber scribit stantem sacerdotem ante aram, & in circuitu eius coronam fratrum. Chorus propriè multitudo canentium est. Quippe apud Iudæos non minus decẽ constat canentibus: apud nos autem incerto numero à paucioribus, à plurimis, sine ullo discrimine constat. Hæc ille. AVCT. Hi ergo chori sunt, qui multi concinunt, & tunc cum inuicem concinunt, sunt chori compositi. Cuius
C differentias bene in libro de laude spiritualium canticorum sic colligit AVGVST. Sonus, uel melodia credentium sancta religione psallatur: non quam fracta difficultas exclamet, sed quem inuocant uera christianitate demonstret: non quod aliquid theatrale redoleat, sed ad compunctionem peccatorum faciat: sed & uox omnium nostrum dissona non dẽt esse, sed consona. Non unus insipienter protrahat, & alter cõtrahat: aut unus humiliet, alter uocem exollãt: sed uitatur unusquisque humiliter uocem intra sonum chori concinentis includere: non extrinsecus extollentes, aut protrahentes, quasi ad stultam ostentationem indecenter offerre, neque hominibus placere uelle. Totum enim tanquam in conspectu Dei non hominibus placendi studio, celebrare debemus. Habemus enim & de hac uocis consonantia formam propositam, uel exẽplum:

Dan. 3

Cassiodorus

*Ep. 14. Hier. Tom. 1. in 15. Psal. 81. *Malachi.*

Simphonia

Isidorus

Aug. Tom. 3.

Non habet eum qui hic additur sermonem.

plum: tres illos utique beatissimos pueros, de quibus refert Propheta Daniel. Tunc hi tres quasi ex uno ore humiliter sanctèque laudauerunt. Et nos utique omnes quasi ex uno ore eademq; uocis modulatione æqualiter proferamus. Qui autem æquare se cæteris non potest, melius est eĩ tacere, aut lenta uoce psallere, quàm clamosa uoce omnibus perstrepere. Si & nostra omnium uox fuerit inoffensa uel consona: labiorum cymbalis benesonantibus, & nos delectabit, & audiẽtes ædificabit: & Deo nostro sanctior erit tota laudatio: qui in domo sua, sicut legitur, unanimes habitare facit. Hęc ille. AVCTOR. Quam
3 † exquisitè disciplinam concinendi tradidit Augustinus, quot amouet, quot recipit institutas? amouet omnia, quæ dissonantiam generant, protrahentes, frangentes, humiliantes, contrahentes inæquantes se cæteris, exclamantes uetat à cãtu. Omnes intra soni chorum iubet includi, ut quasi
B tres illi pueri, qui ex uno ore quasi pariles modulos iubilabant: sic omnium inoffensa, uel indissona uoce laudetur, qui nusquam est Deus dissensionis, sed pacis: sicut in omnibus ecclesiis Paulus edocuit. Si uero propter inæqualitatem negetur plurium, ars necesse est ut præstet suffra
4 gium: idcirco † uidens hominum uoces, & uolẽs Christus suis laudibus coaptare, in hanc occidentalem ecclesiam per seruum suum Ambrosium, eantum intulit regularem in hymnis, & psalmis secundum Orientis exemplum: sicut ait. 9. libr. confessionum AVGVSTINVS. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis suauè sonantis ecclesiæ tuæ uocibus commotus, & eliquebatur ueritas in cor meum, & æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Non longo tempore cœperat Mediolanensis ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare magno studio fratrum concinentium uocibus, & cordibus. Nimirùm annus erat, aut non multò amplius, cùm Iustina Regis Valentiniani mater, tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arianis. Sequitur. Tunc hymni, & psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partiũ nè populus mœroris tædio contabesceret, institutum est: & ex illo in hodiernum diem retentũ, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & p cæteras partes orbis imitantibus. Hæc ille. Avctor. Tunc incœpit ibi esse disciplina cantandi, & Hymnorum carmina faciendi. De quibus unum assumit ibi paulò post Augustinus, quod Ambrosij est. Vt eram (inquiens) in lecto meo, solus recordatus sum ueridicos uersus Ambrosii tui. Tu es enim Deus, creator omnium, poliq; rector, uestiens diem decoro lumine, noctem soporis gratia. Artus solutos ut quies reddat laboris usui, mentesquè fessas alleuet, luctusquè soluat anxios. Sed hos Hymnos deuotos, & Catholicos, hæretici Ariani tunc obiecerũt Ambro
* *Quinta oratione.* sio, sicut modo faciunt Witcleuistæ catholicis: prout* lib. contra Auxentium de tradenda Basilica commemorat idem. AMBRO. Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt planè, nec hoc ab uno: grande carmẽ est istud, quo nihil potentius. Quid enim potentius, quàm confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem ficere, patrem & filium & spiritum sanctum norunt uersibus prædicare, facti sunt omnes magistri, qui uix poterant esse discipuli. Hæc ille. AVCTOR. Posset fieri, ut illũ hymnum intelligat, quem eius esse de Trinitate compositum uersibus, iam Augusti. edixit, deus creator omnium. Quod autem iam dixerat Augusti.
B quòd pene omnes greges Christi cœperunt habere tunc psallendi regulas, refert † mea, qui Anglicus sum, dicere qualiter in ecclesiam Anglicanam emersit. Quod & Beda non omisit edicere li. 4. de gestis Anglorũ ca. 17. BEDA. Accepit, sup
5 ple, benedictus Abbas sancti Petri in Brittannia iuxta Ostumbriam a Papa Agathone susceptus Romæ Ioannem Archicantorem sancti Petri, & Abbatem sancti Martini in Britanniam perducẽdum, quatenus in monasterio cursum canẽdi annuum, sicut ad sanctum Petrum Romæ agebat, edoceret. Egitq; abbas, ut Ioannes institionem acceperat pontificis, & ordinem uidelicet, ritumq; canendi, ac legendi uiua uoce præfati monasterii cantores edocendo, & ea, quæ totius anni circulus in celebratione dierum festorum poscebat etiam literis mandando, quæ eatenus in eodem monasterio seruata a multis iam sunt circũquaque scripta. Non solum autem idem Ioannes ipsius monasterii fratres docebat, uerum de omni-
C bus pene eiusdem Prouinciæ monasteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti, confluebant: sed & ipsum per loca, in quibus doceret, multi inuitare curabant. Hæc ille. AVCT. His ergo se ita habentibus, & à tot tanquè sanctis patribus ita susceptis, cum tam diligenti cura ad regulariter canendum Dei laudes in ecclesia, frustra detrahit erroneus Witcleff, maximè cum pro parte sua, & Hilarii magistri sui uiri laici, solum habet hoc ad fundamentum erroris item mendosum, q Christus discipulos suos canere non instruxit. Iam enim plane deduxi quòd sic: quodquè Paulus apostolus cantus hymnorum & psalmorum instituit faciendos per ecclesias, & demum eos ab apostolorum temporibus per antiquos & citeriores patres hactenus ualuisse, tantùm ut digne Deo fiant, sicut docuit Augustinus, sine uocum dissonantiis

Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantijs, aut fractura difficili. Maximè autem in monasteriis,& cum uiris religiosis delicatos cantus cum triplis & quadruplis resonantes non existimem opportunos quia infirmi non sunt, aut esse non debent,propter quos solos cantus prouidentur dulcis soni,ut dicit Isidorus supra. Et rursum.Prorsus in omni cantu debent cantores, qui diuinæ uocis tunc organa erumpant, attendere monito August. nè uelint hominibus cantando placere,sed Deo:& quasi homo præsens non esset,soli Deo canere pleno corde. Scientes hoc ideo dictum ab Apostolo, Commonentes uosmetipsos in hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus uestris domino. ad Colos. 3. ubi in expositione AMBRO. Hæc meditanda semper monet,quæ sonent Christũ: hæc in corda habenda,quæ Deo patri semp gratias referant: ut uox canora illi seruiat, illum laudet psalmus,hymnus extollat,& huic soli notum sit,qui occulta peruidet mentis: à quo speratur & præmium.In cordibus illi cantari mandauit,ne fauore hominum fieret, & fructum amitteret,Hæc ille. AVCTOR. Vtrunq; moris genus comprehendit ista locutio, ut laus sonet Dei in publico,& intentio maneat in occulto. Sic enim habet textus Ambrosii:ut uox canora illi seruiat,laudet hymnus,& psalmus extollat.Sequitur.Et huic soli notum sit,qui occulta peruidet:secundum illud Matthæi 5.Sic luceat lux uestra coram hominibus,ut uideant uestra opera bona,& glorificent patrem uestrum, qui in cælis est. Vnde super Matth.lib.2. RAB. Si tantummodo diceret,Sic luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant bona facta uestra: finem constituisse uideretur in laudibus hominũ, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt honores,& captant inanissimam gloriam. Contra quos dicitur,Si adhuc hominibus placerem seruus Christi non essem.Et propheta. Qui hominibus placent,confusi sunt,qm̃ Deus spreuit eos. Et iterum. Deus confringet ossa eorum, qui hominibus placent Et sequitur.Non ergo tantum dixit: ut uideant uestra opera bona, sed addidit, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est: ut hoc ipso, quòd homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem sibi constituat ut hominibus placeat, sed hoc referat ad laudem Dei: & propterea placeat hominibus, ut in illo glorificetur Deus. Hæc ille. AVCTOR. Ista ergo uox sonora,uel alta, in laude Dei plena,est Deo placita, & ideo deprecari Dominum debemus, ut laudibus suis os nostrum replere possimus in confusionem hæreticorum,qui his laudibus inuidebunt, dicendo illud Psalm. Lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi, & reuereriti fuerint,qui quærunt mala mihi.Vnde in maiori breuiario ibidem HIERONY.Siuè uitia, siuè aereæ potestates,quæ mihi iniquas inferunt immissiones:nos uero deprecemur Dominum, ut repleto laudibus suis ore humano,ea semper meditemur in cordibus, quæ sibi placitis uocibus proferamus.Hæc ille.

Coloss.3
Amb.10.5

Matt.5

Rabanus.

Gal.1.
Ps.52
Ps.67.

Ps.54

DE HORIS CANONICIS. Titu. III.

¶ QVOD APOSTOLICA auctoritate statuenda fuit orandi forma in clero cum alternatione Psalmorum, Antiphonarum, Lectionum, Hymnorum, & cæterorum. Cap.XX.

SVMMA.

Pauli samosatæi hæresis ab Eusebio narratur.
Hymni & antiphonæ non reijciendi,eo q; de nouo humanitus essent facti.
Concilium Toletanum de Hymnis,& alijs Canticis ab hominibus factis aduersus eos,qui dicebant debere reprobari tanquam non existentes de scripturis sanctorum Canonum,uel apostolica traditione.
Obsecratio quid sit.Et quomodo Psalmus obsecrationem,cantus Antiphonarum postulationẽ collectæ orationem,& hymni gratiarum actionem,resonent in diuinis.
Antiphonæ unde cœperint oriri.
Lectionis gloria,quòd non sit prætermittenda,et quid de ea dicat Rabanus.
Responsoria quòd sint grauitatibus lectionumadhibenda.Et qui primò statuerint ea.
Lectiones,hymni,uel cantus,&c. quòd non debeant in commune duci iuxta uniuscuiusque sensum.Et quid super hoc dicat Concilium Mileuitanum.
Concilium Carthaginense circa scripturas, quæ debent legi in ecclesia sub nomine diuinarum scripturarum. Et quid de passionibus martyrum.

THIS aduersaturos sic esse, de certo nouerim Witeleuistas ut dicant, humanæ institõnis figmẽta sũt hæc:nec iõ tãtæ obseruationis adhibẽdã cautelã, ut nũc hi hymni hominum,nunc antiphonæ,nunc lectionũ celebrẽtur

historiæ,quasi cuncta Dei essent,quæ iusserit homo,uel fecerit.Hæc † est antiqua hæreticorum uesania, qua item laborauit uetus ille & imprudens hæreticus Paulus Samosatæus, adolescente adhuc ecclesia. De quo lib.7. ecclesiasticæ historiæ capit.30. antiquus pater referens ex communi multorum episcoporum epistola,EVSEBIVS. Psalmos uerò, qui in dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fecit,uelut neotericos,& nuper inuentos. In semetipsum uerò compositos, in diebus paschæ, in medio ecclesiæ canere mulieres, maximè quas ipse prius ad canendum pro more instituerat, faciebat: ita ut horresceret si quis audiret.Nam cùm ipse filium Dei negaret descendisse de cælis, sed à Maria incepisse, & initium habuisse de terra diceret, psalmi qui decebantur in ipsum, & quibus in populo laudabatur,angelum eum dicebant de cælo descendisse, & hoc ipse assistens,& audiens, non solùm dici non prohibebat, sed elato supercilio delectabatur audire. Hæc ille. AVCT. Ex quo tantæ ecclesiasticæ auctoritatis relatu, ut cumquè patet ex quàm antiquo usu scilicet insoleuit Christi & ecclesiæ certorum & electorum psalmorũ decantatio in dominum nostrum Iesum Christum per quos laudabatur modò descensus eius de cælo,modò de Maria natiuitas, aut iterum eius in cælum ascensio. Et item quàm antiquus mos erat hæreticis, sanctorum psalmorum in Deum inuidiosa distractio,tanquàm non essent & ideo inhibendi. Suos autem tractatus horrendos licet nouos, etiam per mulierum uoces lasciuas decantari instituunt in foris, in nundinis:nec tantum,sed etiam in ecclesiis, ueluti pol luti Pragenses,comptempta scriptura,extollunt suum confectum omni nouitate Bohemica codicem quendam suæ religionis uocabulo appellatum. Ast ego † respondeo nec ideo reijciendos hymnos,& antiphonas, quòd de nouo humanitus facti essent: sed potius attendendum puto, quòd tam subtiliter ait scriptura, psallendum in hymnis, & canticis spiritualibus Deo, quòd non designauit quos hymnos, uel quæ cantica, ideo solertiis hominum eos faciendos dimisisse. Quodquè magis euidens est, ex illo primæ ad Timoth.2.Obsecro omnium primũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate. Notetur hic, quòd Apostolus obsecrat Timotheum, ut primò omnium fiant obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones. Hæc autem quatuor sunt distincta genera deprecandi, nec uno modo fiunt omnes.Igitur ut ecclesia non uacet his omnibus,quibus diuersimodè Deus placatur, necessarium uidebatur apostolo eorum formam & institutionem committere Timotheo. Hoc modo apostolicum præceptum intellexit magnus Isidorus, & cœtus patrum ecclesiæ in concilio Tolentano. CONCILIVM TOLENTANVM. De † hymnis etiam canendis, & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo euangelista testante, Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Et Paulus apostolus ad Ephe.dicens.Implemini spiritu sancto,loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis,& canticis spiritualibus. Et quia à non nullis hymni humano studio in laudem Dei,atque apostolorum,& martyrum triumphos esse compositi noscuntur,sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt,quos tamen * quidem specialiter reprobant, pro eo, quòd de scripturis sanctorum canonum,uel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidiè publico, priuatoquè officio in fine omnium psalmorum dicimus, Gloria patri & filio,& spiritui sancto,i,secula seculorũ.Amẽ. Nam & in illo hymno, quem nato in carne Christo angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, reliquaque quæ ibi sequuntur,ecclesiastici doctores composuerunt: ergo nec isti in ecclesiis cantandi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur missæ, siue preces, uel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantentur in ecclesia, uacant omnia officia ecclesiastica. Admonet hęc fieri,atque hortatur Timotheum Apostolus, dicens: Obsecro ergo omnium primùm fieri orationes,obsecrationes, postulationes,& gratiarum actiones pro hominibus, pro regibus, & pro his omnibus, qui in sublimitate sunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem dei compositos, nullus nostrum ulterius improbet: sed pari modo in Gallicia, Hispaniaquè celebret, excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi. Hoc ibi ex libro decretorum pontificum AVCT. Bene probant patres huius sancti concilij,hymnorum sanctum usum institutum esse à Christo,& ab apostolis consecratum,& quãuis ab hominibus aliis componantur, in uenerationem tamen habendi sunt,eo quòd apostolus Paulus iusserit orationes fieri in omni specie:& intelligit fieri, pro componi, quia sic probat factos ab hominibus non

Eusebius.

Concilium. Tolet.4.ca. 11.

Matt.26.

Eph.5.

Lib.2.

1.Tim.2.

1.Tim.2.

fieri, sumitur in scriptura pro composui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo debere pelli. Componuntur, inquiens, A missæ siue preces. sequitur. Sic hortatur Apostolus Timotheum, Obsecro fieri orationes, postulationes &c. i. orationes in omni genere. Et statim subdit. Sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum ulterius improbet. Nempe genus orandi est hymnus, quia orat, uel obsecrat, postulat, interpellat, uel gratias agit. Has differentias in annotationibus super eundem textum apostoli, partim

Hie. To. 9 Obsecratio. 4 explanat HIERON. Obsecratio † impensior 7 est oratio, gratiarum actiones, pro eo q̃ nos dignos fecit etiam pro alijs impetrare. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ergo cura patrum ecclesiæ à diebus sancti Pauli, ut ita ordinentur laudes dei in ecclesia, secundùm q̃ instituebat apostolus in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus: & q̃uis unusquisque psalmus, aut hymnus, aut canticum, aliquam orationem, obsecrationẽ, postulationem, & gratiarum actionem (quas primò B omnium faciendas hortatur obseruari) continet: regulariter tamen psalmus obsecrationẽ: cantus antiphonarum, postulationem, & collectæ orationem, & hymni gratiarum actionẽ resonant in diuinis. Non enim est hora canonica, uel diurnum officium, quod his penè omnibus non repletur. Vnde † autẽ antiphonæ cœperint 5

Antiphona Isid. oriri lib. 1. de officijs cap. 7. describit ISID. Antiphonas Græci primi composuerunt duobus choris alternatim concinentibus* sint duo Seraphim, duo quoque testamenta inuicem sibi clamantia. Apud autem Latinos primus idem beatissimus Ambrosius antiphonas instituit, Græcorum exemplum imitatus.* Et hinc in cunctis occidentibus regionibus earum usus increbruit. Hæc ille. AVCTOR. Has enim hymnis, & psalmis immiscuit, ut dulcisono carmine, 6 & uario, Dei domus effulgeat. Nec † item ab hac uarietate prætermittenda est gloria lectionis, q̃ item celeberrimo usu uersari cœpit in templo, C & habet utilitatis plurimum. Vnde de institutis clericorum * ca. 80. RABA. Lectiones pronũtiare antiquæ institutionis Iudæorum esse traditio habet. Nam & ipsi legitimis ex lege, & prophetis in synagogis utuntur, & hoc de ueterum patrum institutione seruantes. Est autem lectio non parua audientium ædificatio: unde oportet, ut quando psallitur, psallatur ab omnibus: cum oratur, oretur ab omnibus. Cum uero lectio legitur, perfecto silentio audiatur à cunctis. Cum uolueris orare priuatim, sub obtentu orationis nè perdideris lectionem, quia non semper quilibet eam paratam habere potest. Et post 9 pauca. Quicũque enim legendi officium decenter, & ritè peragere uult, doctrina, & libris debet imputus esse, sensuumq̃, atque uerborum scientia perornatus: ita ut in distinctionibus sententiarum intelligat ubi finiatur iunctura, ubi adhuc pendeat oratio, ubi sententia extrema claudatur: discernendo genera pronuntiationũ, atque exprimendo proprios sententiarum affectus: modò uoce indicantis simpliciter, modo dolentis, modo increpantis, & modo exhortantis, modo miserantis, modo percunctantis, & his similia, secundum genus propriæ pronuntiationis exprimenda sunt. Hæc ille. AVCTOR. His † demum grauitatibus lectionum rursus adhibenda sunt de canticis spiritualibus responsoriorum solatia, quæ primo Italici clerici statuerunt. Vnde libro de origine officiorum ca. 8. ISIdorus. Responsoria, ab Italis longo ante tempore sunt reperta, & uocata hoc nomine, q̃ uno canente, chorus consonando respondeat. Ante autem id solus quisque agebat, nunc unus, interdum duo, uel tres communiter canunt, choro in plurimis respondente. Hæc ille. AVCT. In † his tamen omnibus modus est habendus, ut non uniuscuiusque sensu lectiones, hymni, uel cantus ducantur in commune, sed sicut Dominus dedit Beseleel, & Oliab de spiritu suo, implens eos omni sapientia ad faciendum opus tabernaculi in auro, & argento, uocans eos ex nomine. Et admisit deinceps omnem uoluntariè se offerentem, cui dedit dominus sapientiam, & intellectum, si tamen uocaretur à Moyse: ita Apostolos, & patres primæ ecclesiæ repleuit deus spiritusancto suo ad faciendum cantus in laudem Dei: nec tamen ij soli, sed & omnis sponte se offerens ad faciendum recipiendus est, si tamen sit uocatus à Moyse, duce ecclesiæ, uel admissus. Sic sapiebant patres antiquitus in concilio * Melenitano temporibus Archadii, & * Honorii augustorum, cui item Concilio beatus Augustinus interfuit. Et subscripsit se ibi cap. 12. CONCILIVM. Placuit etiam & illud, ut preces, orationes, missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ, uel approbatæ fuerint in synodo, ne aliquid contra fidem, uel per ignorantiam, uel per studium sit compositum. Hæc ibi. AVCTOR. Benè ponderat Concilium, dicens, nè aliquid contra fidem sit compositum: idcirco mos patrum obtinuit, ut omnia penè sumantur ex fide scripturæ, ut sunt psalmi, & lectiones scripturarum, & cantus. Cæterum 9 † in sanctorum festis licet sanè compositas lectiones ex eorum meritis assignare, scripturæ semper integritate seruata, non in tractatibus inutilibus. Vnde ex CONCILIO Carthaginensi.

*Raba. *li. 2. ca. 52.*

Ex.

tamo.

Concil.

Cone. Carthag.

si. 3. cap. 39. Item placuit, ut præter scripturas ca- 6 nonicas nihil legatur in ecclesia sub nomine di- A uinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ hæc, Genesis, & Exodi, & cætera. Li- 7 ceat enim legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur: Sequitur. Finaliter uniuersi episcopi dixerunt. Omnibus hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmabimus, & scripserunt. Aurelius Carthaginensis, 8 Epigonius Bullensis, Augustinus Hipponẽsis, & alii. 44. qui eidem Concilio interfuerunt. Hæc ibi ex antiquo libro decretorum pontificum, 9 AVCT. Et in his tamen passionibus sanctorum semper cauendum est, nè sicut in aliis precibus, aut præfationibus, aliquid contra fidem sit com 10 positum, ne coram altari blasphemias hæretico rum pro Dei laudibus offeramus. Vnde libro 11 primo de sermone Domini in monte super illud euangelium. Si offers munus tuum ad altare. AVGVSTINVS. Quodlibet enim 12 munus offerimus Deo, siue prophetiam, siue B doctrinam, siue orationes, siue hymnum, siue psalmum, & si quid tale aliud spiritualium donorum animo occurrat, acceptum esse non potest Deo, nisi fidei integritate fulciatur, & ei 13 fixè, atque immobili firmiter tanquam altari imponatur, ut possit integrum, atque illibatum esse quod loquimur. Nam multi hæretici non habentes altare, uel ueram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis uidelicet opinionibus aggrauati, uotum suum tanquam in terram proijcientes, sed debet esse sana etiam offerentis 15 intentio. Hæc ille.

Aug. To. 4. Matt. 5.

Orandi usum quòd Christus instituerit, & ad eius obseruantiam suos obligauerit discipulos, & post eos cunctos fideles.

Symbolum ut sequatur post orationem dominicã quomodo obseruat ecclesia, licet in uia generationis ad fidem, primo habeant fideles discere Symbolum, & post orare secundum Augustinum.

Symboli & orationis dominicæ secundum usum Christi & apostolorum antiqua a fidelibus obseruatio.

Ecclesia quòd in primæuis erat informis, & quo modo paulatim creuerit species operis eius ad perfectum.

Christus usquequo non regnet in corpore suo, quod est ECCLESIA.

Orandi usum, simpliciterà Christo acceptũ, quomodo paulatim augebant apostoli, adijcientes ei & Symbolum. &c.

Ecclesia adhuc penè iudaizans, non dedignata prout tunc usum capere Iudæorum, quomodo lectionem legis & prophetarum pro quodam usu officij Domini sabbatis nondum dominicis celebrauerit.

Iacobus quomodo primus in ecclesia in Ierusalẽ inchoauit officium, non sabbatis tantum sed omni feria fixum, legens, & designans officium de carminibus prophetarum.

Christus non aspernatus usum Iudæorum, quomodo regulariter gratias dixerit, cum prandaret.

Haymo quid de psalmis, hymnis, & canticis dicat.

¶QVOD ECCLESIA CHRISTI A primæuis fuit ad certam orandi formam astricta, & demum ecclesia creuit in officio, sicut patebit infra. Cap. XXI.

S V M M A.

1 *Obligare se ad certum modum canendi officium repugnat Christianæ libertati, dicit Witeleff.*

2 *Witeleff sub titulo suæ libertatis falsissimæ quo modo penè dissoluat totam ecclesiam.*

3 *Libertatis nomine quòd multi homines tempore Pauli errauerunt. Et quomodo alia est libertas à Deo, & alia à peccato secundum eundem.*

4 *Liber à Deo, quod sit seruus omnis turpitudinis.*

5 *Libertates falsæ Witeleff describuntur. Et qũo uincat Mahometum, perfidum, qui praua libertate prouocauit sectam Saracenorum.*

DENIQVE subiicit in secundo capitulo illius libelli de oratione contra actam obligationem ad canendum diuinum officium, secundùm aliquem usum limitatum, specificans usum Sa- 1 rum in Anglia. † Vt dictum est de confes- C sione, uidetur generalis obligatio sub tanta pœna ad usus talis obseruantiam: talis usus nõ est prudens, cum apostoli longè magis profuerint ecclesiæ sine obseruantia talis usus, ideo obligare tam generaliter, & tam strictè homines ad orationes huiusmodi, uidetur libertate Domini derogare. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hanc libertatem semper obtendit, ut plebem prouocet ad errorem, omni coactione cessante. Ibidem paulò suprà. Orationes tales debent prudenter dimittere, & orationi euangelicæ cum libertate Dei intendere. Et tractatu de quatuor sectis. 6. capitul. Hodie tantum ponderatur regula usus Sarum, quantum catholicus ponderat euangelium. Et sic ubi Christus libertat suam ecclesiam, Antichri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus ipsam callidè,& hypocriticè illibertat. Hæc A
2 Witcleff. AVCTOR. Sub† titulo huius falsiſ
simæ libertatis, penè dissoluit totam ecclesiam,
leges tollit, baptismum sensibilem, confirmatio
nem, unctionem, pœnitentiam exteriorem non
necessariam prædicat recusare uolenti, laxat cõ
iugia usque ad fornicationem, quæ nec auditur
inter gentes, cuncta dimittit incerta, quæ psal-
mista sanctus rogat in chamo, & fræno constrin
ge, ut cum maledicto Cayn uagus, & incertus ho
Horatius. mo discurrat in orbe: iactans illud Horatij, Nul
lius addictus iurare in uerba magistri. Quò me
cunque ferat tempestas, deferor hospes. De hac
libertate brutali dicemus i loco suo: iã restat so
lum punctum tangere, quantum petit huius errã
tis argutia, & tandem ad usum orandi Christi,
Ro.6. & apostolorum pede cito pergere: iuxta Aposto
3 lum ad Roman. 6. In† hoc nomine libertatis sui
temporis homines erraverunt, libertatem appe
lantes, quo libeat facere sine conscientia delicti
Libertas dup. uel ultione legitima. Quapropter libertatem di B
stinguens, dicit aliam esse libertatem à Deo, & a
liam libertatem à peccato. Cum (inquiens) serui
estis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Et citò post
subdit: Nunc liberati è peccato, serui facti estis
Amb.To.5 Deo. Vbi in expositione AMBROS. Manife
stum est, quòd qui liber est à Deo, seruus est pec
cati: dum peccat enim, recedit à Deo, & sit sub
peccato. Quales ergo sunt fructus peccati, in q.
bus conuersati, a discedentes bonam uitam, confun
dimur, eo quòd dudum turpiter uixerimus? Et
non solum hoc, quia & sententia paganorum
turpis, & fœda est, maximè quæ in Phrygia inue
ta est, in qua nisi spurcitijs interfit sacramentum
multum, torpescit religio. Ecce maculis plena
libertas, & squaloribus obligata: cuius opus tur
pitudinis mercedem habet, cuius finis est mors
4 Hæc ille. AVCTOR. Ecce liber † à Deo, ser-
uus est omnis turpitudinis, sicut sunt Phrygia sa
cramenta. Et in eundem locum super Epistolã C
Orig.To.2. ad Roma. lib. 7. ORIGEN. Cum quis pecca- 6
to seruit, iustitiæ liber est, hoc est, alienus à iusti
tia, hic enim liberum, alienum dicit. Sequitur, Il
lud sanè notandum esse laudabilem seruitutem,
& culpabilem libertatem: Nam liberum esse iu-
stitiæ, crimen est: seruum uero esse, laudabile.
Hæc ille. AVCT. Ecce ubi tu clamitas libertatẽ
isti, sancti clamitant seruitutem, quæ utique est
summa libertas. Christo enim seruire, regnare
est: & libertas à Christo, & eius officio, libertas
est, sed peccatrix, & pestima, & sicut dicit Am-
brosius. Ecce maculis plena libertas, & squalo
ribus obligata, cuius opus turpitudinis merce-
5 dem habet. Tali† libertate prouocauit sectã 7
Saracenorum perfidus Mahometus, uincit au-
tem eum Witcleff quanto plures prædicat liber

tates à baptismo (quem item quotidianum cum
Iudæis Mahometus obseruat) ab orando certis
horis, a statutis ieiunijs, a legibus, ab orando in
templo diebus statutis, à coniugijs cognato-
rum, & aliis pluribus, à quibus sectæ suæ præ-
dicat libertates, & in omni foro conscientiæ &
uiris commiscentes impunes, ideo (inquiens) ob
ligare tam generaliter, & tàm strictè homines
ad orationes huiusmodi, uidetur libertati Do-
mini derogare. Cur hoc? quia apostoli longè
magis profuerunt ecclesiæ sine obseruantia ta-
lis usus. Hoc uolo ut probes a catholico re-
spondente, semper probationes expostulas, &
scripturas extorques. Iam proba tu ipse quod
profers, proba quòd apostoli sine obseruantia
talis usus orandi amplius profuerunt. Et quous
que hoc nobis probaueris, ipse Christus tibi pro
bat, quòd usum fixum, & certum orandi apostо
lis suis instituit a primæuis, & eius obseruan-
tiam coarctauit, dicens, sic orabitis, Pater no
ster qui es in cælis. & cætera. Hoc enim apo- Mat.6
stoli Christum rogabant tradere eis usum, & for
mam orandi, quemadmodum Ioannes suis tra-
didisset discipulis. Ergo ante Christum Ioan-
nes usum orandi constituit, & post Ioannem
Christus, quem etiam apostolos transgredi fas
non erat. Vnde primo libro de officiis. cap. ffida.
8. ISIDO. Precibus Dominum deprecari,
Christus nobis & composuit, & cõstituit, Cum
ergo quærerent apostoli Deo, & nescirent quo
modo deprecarentur, dixerunt Christo, Domi
ne, doce nos orare, id est, compone nobis pre Matth
ces, statim Dominus de libro iuris cælestis do- Lu.11.
cuit quomodo orarent, uel quomodo Domi-
num implorarent. Ex hoc producta est con-
suetudo ecclesiæ Dominum precibus expos̃ce-
re contra ægritudines animæ, & uti precibus
ad instar earum, quas instituit Christus, quas
primi Græci cœperunt, cõponere quibus Do-
mino supplicaretur. Hæc ille. AVCT. Ec-
ce † quòd usum orandi Christus instituit, & 6
ad eius obseruantiam suos obligauit discipu-
los, immo & post eos cunctos fideles. Vnde &
Paulus & apostoli ad hunc usum primæ fideles 1
obligarunt in ecclesiis, sicut dicit Isidorus. Ex
hoc producta est consuetudo ecclesiæ. Et pri- 1.Cor.11.
mæ ad Corinthi. 11. Apostolus ad hoc ait.
Omnis uir orans, aut prophetans scilicet sym 3
bolum, quod iam ad usum Christi coniunxe- Amb.To.
runt apostoli. Vnde in expositione illius lo-
ci. AMBROSIVS. Orare dicit deprecari, prophetare autem fore aduentum Domini
uoce symboli post orationem effari. Hæc il-
le. AVCT. Sic † adhuc obseruat ecclesia, 7
ut post orationem Dominicam sequatur &
symbolum. Attamen in uia generationis ad
fidem,

fidem, primò habent fideles discere symbolum, A
& post orare Deum, propter illud Apostoli.
Quomodo inuocabũt in quem non crediderũt?
Ro.x. Prout exponit illum textum secunda parte ser-
monum sermo. 3 AVGVSTINVS. Quia inci-
Aug.To.x. debant ipsi Iudæi gentibus euangelium, etiam
illi, qui crediderunt in Christum, & dixerũt non
debere annuntiari euangelium Christi illis, qui
circunciſi non fuissent, ideo contra istos posuit
hoc testimonium Paulus: Omnis quicunque in-
uocauerit nomen Domini: saluus erit. Subiun-
Ioel.2. xit statim ad illos conuincendos, qui nolebant
euangelizari gentibus, & ait. Quomodo au-
tem innocabunt, in quem non crediderunt? aut
quomodo credent ei, quem non audierunt? quo
modo autem audient sine prædicante? aut quo-
modo prædicabunt si non mittantur? Quia ergo
dicit. Quomodo inuocabunt in quem non cre-
diderunt: ideo non accepistis prius orationem,
& post symbolum: sed prius symbolum, ubi set
retis quid crederetis. Et post orationem, ubi no B
sceretis quem inuocaretis. Symbolum ergo
pertinet ad fidem, oratio ad pietatem: quia qui
credidit, ipse audietur inuocans. Hæc ille.
8 AVCTOR. Vtrunque † ergo scilicet symbo
lum, & orationem Dominicam, iam obseruа-
bant fideles secundum usum Christi, & aposto-
lorum, & ad hoc quotidie obligabantur, ideo
in oratione sic canitur. Panem nostrum quoti-
dianum da nobis hodie. Et de symbolo dicit
ibi scilicet 3. parte sermone. 1. AVGVST.
Aug.To.x. Sacrosancti mysterii symbolum accepistis, &
singuli reddidistis. Sequitur. Recepistis er-
go, & reddidistis, quod animo, & corde sem-
per retinere debetis. quod in stratis uestris dica-
tis, quod in plateis uestris cogitetis, quod inter
cibos non obliuiscamini: in quo etiam dor-
mientes, corde, & corpore uigiletis. Hæc ille.
AVCTOR. Ecce orationis usum generalem,
ad cuius obseruantiam generalem, & strictam
tenentur singuli Christiani. Dicat Witcleff C
si Paulus derogauit libertati Domini instituens
fideles ad obseruandum usum symboli ultra
Christum? & ubi inueniet Christum edidisse
symbolum, uel item quando apostolos? Pleni si
mæ seductione sunt tales hæreticorum argu-
tiæ, melius egerant sine istis: & primis tempo-
ribus non agebantur, hæc & illa. In quibus
omnibus si semel dicatur, hoc proba. stupidus
nouitatis, & litigii cupidus reboabit. Tu ipse
proba quid tuerit per scripturas. De talibus
monebat apostolus Colossenses, & singulos
Christianos, dicens: Videte ne quis uos decipiat
per inanem philosophiam, & fallaciam secun-
dum traditionem hominum. Pro fundamen- 11
9 to tamen sciri oportet, quod† in primæuis eccle

siæ omnia pene erant informia: & sicut tempus
illud habeoat architectum optimum, sed opus
rudestia paulatim creuit species operis eius (si-
cut dicit Ambrosius) ad perfectum. Apostoli
Christi multò clariores post ascensionem, quàm
ante. Ecclesiæ Christi multo fertiliores, & fide
constãtiores sub magistratu Pauli (si fas sit dice
re) quã sub prima corporali præsentia Iesu Chri
sti: ipso agente profectum, qui semel dixit, Sine
me nihil potestis facere. Moram illam fecit Io.15.
carnalis indispositio hominis, qui nec reformari
protius potest, per artificem, etiam supremum
& quamquam a peccatis liber fiat, non tamen
repente ad Dei obsequia, & præconia laudum
eius ascendit. Probationem huius attendens
in primis Romæ fidelibus, quibus distincte scri-
pſit apostolus hunc ordinem ascensionis in gra-
dibus ad Romanos 6. Cum serui essetis peccati, 2
liberi fuistis iustitiæ. & cætera. Sequitur. Nunc Ro.6.
autem liberati a peccato, serui autem facti Deo
ubi in expositione libro sexto ORIG. Hoc, qđ
superius dixit, liberati a peccato, serui facti estis Orig.To.2
iustitiæ, nunc autem cùm similiter dixerat,
Liberati a peccato, non similiter dicit, serui fa
cti estis iustitiæ, sed serui facti estis Domino: nõ
distinctio otiosa est. Per hoc enim ostendit, q.
posteaquam quis liberatus fuerit a peccato,
seruire primò debet iustitiæ, & omnibus uirtu
bus simul, ut inde per profectu ꝫ ascendat ad
hoc, ut seruus fiat Deo. Est tamen ordo profe-
ctuum, & sunt profectibus, uel uirtutibus gra-
dus, & idcirco dicitur Christus regnare profectò
secundum hoc, quod iusticia est, donec in unо-
quoque compleatur plenitudo uirtutum: ubi ue
rõ mensura fuerit perfectionis expleta, tunc dici
tur tradere regnum Deo & patri ut iam sit deus 1.Cor.15
omnia in omnibus. Hæc ille. AVCT. Non
10 † ergo regnat Christus in corpore suo, quod est
ecclesia, donec de seruitute peccati ascendat fi-
delis ad seruitutem iustitiæ, & de seruitute iusti-
tiæ ad seruitutẽ dei per pulchros ritus, & cultus:
in quo perfectionis excessu dicitur Christus re-
gnare, q̃ regnum potius toto tempore suæ car-
nis ante resurrectionem prædixit, quàm ha-
buit. Vnde si non gloriosius regnaret in eccle
sia prædicantibus per orbem apostolis, Petrus
& Paulus cum illo pigro deputandi essent, qui
acceptum talentum a Deo sine lucro simplici
ter reportabat. Et tunc ubi illi sunt, quibus Matt.25
tradidit Dominus ecclesiæ spem pulchram,
& opulentam ut quinque, & ipsi perfectio-
nem eius augebant ad decem? Sic per seruos
suos continuè Christus complet ecclesiam iusti
tutis pulchris, & ritibus: ut possit tandem regnũ
11 pulchrum tradere patri Deo. Hoc † idem dica
mus de usu orandi, qui inter Dei cultus est par

magnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnis: quem à Christo simpliciter acceptum A paulatim augebant apostoli, ei adiicientes & symbolum ad communem usum orandi fidelium: deinde ut ministris orandi decus crebesceret, quod in stolido populo non ualebat, sabbatis lectioni legis & prophetarum cuncti iubebantur accurrere, simpliciter incitati per Iudæorum exemplum, qui solebant hoc facere, dicente Iacobo Actuum decimoquinto. Moyses à Act.15. temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Et in expositione super Actus: ubi dicitur abstinere debere Antiochenos à suffocatis à sanguine. BEDA. Hæc qui Beda. dem de gentili uita uenientibus pro ipsis fidei 13 rudimentis, & inueterata gentilitatis consuetudine, concessa sunt, sed ne putarentur eadem etiam perfectioribus sufficere, uigilanter adiunxit, ac ait, Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent B in synagogis: hoc est, & si præceptorum nunc acerbitate non grauentur à nobis, procedente tamen tempore dum frequentiùs ad lectionem legis prophetarum quia conuenerint, paulatim uitæ institura, & seruandæ in uicem dilectionis iura suscipient. Primitiuam enim adhuc iudai- 14 zantem ecclesiam, hæc sabbatis celebrasse pro certo est. Hæc ille. AVCTOR. Ad ista dicet Witcleff, quòd Iacobus intendebat aggrauare Antiochenos, & Syrianos præceptorum acerbitate in posterum, & institutis uitæ paulatim. Nunquid dicetur Iacobus Antichristus callidè, & hypocriticè illibertans ecclesiam? Sed 12 † & hanc lectionem legis & prophetarum pro quodam usu officii Domini sabbatis nondum dominicis adhuc penè iudaizans celebrauit ecclesia, non dedignata prout tûc usum capere Iudæorum: quem si alicui credendum est, in pro- Rabi. Moyses. priis exprimit RABI MOYSES de directio C ne perplexorum lib.1.cap.14. dicens. Capitula, Deut.6. quæ omni die debent legi, sunt tria in mane & in sero. ut.6. Deuteronomii circa principium in uerbo illo, dormiens, atque consurgens; & benedictio, quam quis debet facere ante prandium, & omne illud, quod pertinet ad ista, & benedictio, qua sacerdotes benedicebant Israel in omNu.6. ni die, ut.6. Numerorum in uerbo illo, Sic benedicetis. Et Hebræi bis in sabbato Domini, & in die expiationis, & similiter appensum, ut legitur.13. Exodi circa finem. Habent Iudæi ex traditione Moysi, quòd omni die feriali non festiuis debent portare quoddam appensum in manu, & quoddam in pectore suo de capite suo: & in signis illis fuerunt quatuor capita in uno signo simul iuncta, scilicet in manu, & in capite quodlibet capitulum diuisum. Et hoc, quia singulariter proferebatur in Hebræo, & appensum ferentes in plurali. Et primum istorum capitulorum fuit ab initio.13.cap.Exodi, quod sic incipit, Loquutus est dominus ad Moysen dicés: Exo.13 Sanctifica mihi omne primogenitum. usque ad illum locum sequentem eodem cap. Cumque introduxerit te in terram Chanaan. & incipit. 2. capitulum, & durat usque ad illud. Cumquè emisisset Pharao populum. Audi Israel. usque. Cûquè introduxerit te Dominus Deus tuus. & 4.capitulum incipit in. 9. Deuteronomii ferè circa medium, ibi, Si ergo obedieritis: usque illud. Quandiu cælum imminet terræ. & ista duo postrema capitula scribûtur in charta, & ponûtur in limine. Hæc ille. AVC. Hæc † si uerè sunt ita à Moyse tradita, quod putatur esse, Beda sic commemorante, hanc religionem priscam beatus Iacobus secundùm hunc ritum antiquum primus usus talis officium in ecclesia in Hierusalé inchoauit, non sabbatis tantùm, sed omni feria fixum, legens, & designans officium de carminibus prophetarum, pudore bono confusus, quòd ecclesia uacaret, synagoga omni die cantante. Moyses inquiens à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, & cætera, ubi per omne 14 sabbatum legitur. Vnde † Dominus Iesus non Christus gratiam xit. est aspernatus usum Iudæorum in dicendo gratias regulariter cum pranderet: sed nec Apostolus eius Paulus. Item tunc demum ecclesia super psalmorum usum adiecit carmina prophetarum, diuidens per ferias, ita ut Sabbato canticum Deuterono. saltem in quibusdam locis consueuit dicere, prout in commentario super Lucam. lib.2. super illud Lucæ.4. ubi Christus incepit legere Esaiam. BEDA. Confluebant autem die sabbati in Synagogas, ut iuxta id, quod dominus præcipit, Vacate, & uidete, quia ego sum Deus: feriatis mundi negotijs, ad meditanda le- Exo.1 gis monita quieto corde residerent. Cum eo deuotionis agendæ hactenus in ecclesia perdurat institutio, quæ ad memoriam priscæ religionis, canticum Deuteronomij, in quo uniuersis ueteris populi status, quid uidelicet offensio, quid proportio Deo meruit, continetur: nonnullis in locis dicere consueuit. Alioquin esset præposterum, ut prioribus septimanæ diebus pphetarum dictis carminibus, Moysi ultimum dicere tur. Hæc ille. AVCT. Hactenus ecce in ecclesia perdurat eius deuotionis indicium dicendi canticum Deuteronom. sabbatis carminibus prophetarum diebus aliis expeditis: sed hæc in Iudæa, & uicinis prouincijs, ubi persecutione sæuiente, & recente adhuc ecclesia Christi Græcorum prouincias usus effici cœpit haberi so- Eph.4 lennior, sicut dixi suprà apud Corinthios, Colossenses: apud etiam Ephesios Paulus instituit,

tuit, loquenter, inquiens, uobismetipsis in A psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Haymo. Vnde in expositione. Haymo. Nobismetipsis 15 loquimur, quando alternatim canimus psalmos. Psalmi dicuntur a psallendo, qui in psalterio inueniuntur. Hymnus græce: latino eloquio sonat laus Dei. Hymnus autem si compo nitur, & nõ cãtatur, non est hymnus: si componi tur, & cantatur, sed non in laudem Dei, non est hymnus. Si uerò componitur, & cantatur, & in laudem Dei, tunc est hymnus. Hymnos autem apud Latinos, Ambrosius, & Hilarius clarissimi uiri composuerunt præcipue. Bene igitur cum dixit, canticis, subiunxit, spiritualibus 15 quia sunt cantica, quæ non spiritalia, neque in laudem Dei cantantur, sicut sunt, cantica secularium hominum. Cantica spiritalia sunt, quæ 16 composuerunt, spiritu sancto prophetæ afflati, & repleti, ut sunt, canticum Moysi, canticũ Annę cãticum Delboræ, canticũ Esaiæ, canticum Ezechiæ, & cæterorum prophetarum. Hoc uerò distat inter canticum & psalmum, ꝙ canticum ore solummodo profertur, & decantatur, psalmus B autem addito quodam instrumento musicæ artis, ut psalterio. Hęc ille.

¶QVOD CLERICI ET SACERdotes ad certum usum officii teneãtur ex præcepto. C.XXII.

SVMMA.

1 *Canendi diuersitas per loca, unde cœperit.*
2 *Wicleff hæreticus, qui tantum iactat leges Christi, qualiter Christi leges conatur euertere, sub titulo libertatis effrænationis barbaricæ.*
3 *Magistrorum iussa discutere, & ad nostrum arbitrium eligere potiora, quòd non sit nostrum, cõtra Wicleff.*
4 *Sacerdotibus quòd non sit liberum canere, uel dicere quod nelint in choro, aut omittere quod nolint.*
5 *Officiandi usus in primæuis ecclesiis quomodo ex religiosis. S. Marci emerserit.*
6 *Sacerdotis inferioris & episcopi distinctio in ecclesia temporibus sancti Petri, & Euangelistæ Marci satis notanda.*
7 *Marcus primus Alexandriæ Pontifex.*
8 *Psallendi usus unde inolescere cœperit.*
9 *Hieronymus quomodo ad instinctum Damasi Papæ usum correxerit ecclesiæ, aptans lectiones et cantus locis sacris. &c.*
10 *Lectiones euangeliorum & epistolarum in missa quomodo ante Hieronymum annua obseruatione ingebatur.*
11 *Augustinus quomodo repererit secundum unamquamque consuetudinem ecclesiæ pro singulis diebus Dominicæ resurrectionis euangelia secundum singulos euangelistas suis signata diebus.*
12 *Officium missæ Dominicæ in albis unde desumptum fuerit.*
13 *Augustinus quomodo obseruat lectionum & cantuum rationes de Quadragesima, de Pentecoste, & alijs anni festis. Item & de sanctis. &c.*
14 *Alius apostolorum quòd pro magna consuetudine ecclesiæ legi incœperit à Dominico Paschæ secundum Augustinum.*
15 *Ecclesiæ Mediolanensis usus in die cœnæ secundum Ambrosium. Et de cereis accendendis in Paschа. Et de uersu. Hæc dies, &c.*
16 *Concilij Toletani, cui præsidebat Isidorus, decretum, ut unus ordo orandi atque psallendi. &c. per omnem Hispaniam atque Gallatiam conseruaretur.*
17 *Augustinus quomodo regulam generalem præscripserit circa usus obseruantiales ecclesiæ.*

1 EX † hac, ni fallor, definitione, & præcepto apostoli, ut fierẽt psalmi, hymni & cantica spiritalia, cœpit per loca esse canendi diuersitas. Tantaque, ut prorsus Christianorum deuotioni non congrueret, non tamen quæ tantum quãtum cupit Wicleff induceret, sub prætenso titolo libertatis et frænationis barbaricę, secundum quem nullum clericum ad usum aliquem pro hora uel officio censeat obligandum: libro de quatuor sectis nouellis capite. 6. Hodie tantum ponderatur regula usus Sarum, quantum catholica põderat euangelium. Sequitur. Ideo uidentes ordinationem Christi in talibus esse liberam, graniter ferunt talem consuetudinem tanquàm fidem C catholicam introductam: & sæpe ne scandalizent etiam fratres faciunt & approbant talia, dimittendo magis utilia: & illud est etiam conscię tiæ onerosum, qui libenter missas audiunt, & missas celebrant, dicunt matutinas, & horas alias ecclesiæ, in qua degunt: & tamen uidetur illis, ꝙ meliùs, & ecclesiæ utiliùs, & honori Deo placentiùs possent tempus suum expendere, & ad utilitatem ecclesiæ militare Hæc Witcleff. AVCT.
2 Iam † uidetis hunc hæreticum, qui tantum iactat leges Christi, qualiter Christi leges conat euertere. Videntis, inquit, ordinationem Christi in talibus puta cantibus, & precibus liberam, & dimittunt magis utilia, & uidetur eis, ꝙ meliùs, & ecclesiæ utilius, & Dei honori placentiùs possent expendere. Quid hoc melliores uidentur Naa- 4.Reg.4. man Syro, Abana & Pharphar fluuii Damasci omnibus aquis Israel ut lauetur, & mundetur

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eis,sed propheta iubet ex parte Dei,& obtinē A dæ salutis intuitu, ut Iordane lauetur septies.
Si minor est Iordanis cæteris facilius impleri potest quod iussit,quàm si rem grandem tibi dixisset.Iordanem tibi signat,& uices distinguit in septem,quot horæ canonicæ sunt, meliores sunt fluuii Damasci:melior lectio utriusque testamēti.Sit ita:sed quod propheta iubet, quod magistri iubent ecclesiæ hoc agas, aut circa salutem
Io.9. tuam sis negligens. Potuit cæcus natus dicere: melius est dicere orationem Dominicam, quā linire oculos luto. Poterant discipuli dicere: melius est ire prædicatum uerbum Dei ad suscitandum animas, quàm in Iudæam redire ad su- 4
Io. 11. 3 scitandum Lazari corpus. Non† nostrum est iussa magistrorum discutere,non ad nostrum arbitrium eligere potiora, scis melius esse prædicare,quàm comedere:melius orare,quàm dormire:nunquam ergo dormies? nunquam comedes? Sed uidentes,inquis,ordinationem Christi in talibus liberam. Quomodo liberam? an ut liberè omittatur?ergo Paulus erat Antichristus: ille primò libertans ecclesiam. Aut si dicas ideo liberam,quia quilibet ut uult canat, aut psalmum dicat,& nulli statuto usui se conformet: quales erunt hymni,& psalmi pleni strepitu,grunnitibus uiliores porcinis.Et ubi tunc erunt illæ lectiones euangeliorum, Apostolorum, & prophetarum in publico?Qui item in tempore Pauli in ecclesia dicebantur,secundum illud primæ ad Corin
1.Cor. 14. thios 14.Si non fuerit interpres,taceat in ecclesia,sibi autem loquatur,& Deo prophetæ duo, uel tres dicant,& cæteri diiudicent. Quòd si alii reuelatum fuerit sedenti,prior taceat.Et subdit. Prophetiæ autem non infidelibus:si enim conueniat uniuersa in unum ecclesia, & omnes linguis
Haimo. loquantur,intrent autem idiotæ,&infideles,non ne dicent q̄ insanitis? Vbi in expositione. Haymo.Prophetiæ,id est,scripturarum expositiones non infidelibus sunt, qui non audiunt scripturas C sed fidelibus, qui diligunt eas.Si enim uniuersa ecclesia singulis linguis loquatur,intrent autem idiotæ, id est,propria lingua contenti,& infideles,siue pagani:nonne dicent qnod insanitis, id est,in amentiam & phreneſim conuersi estis? Hæc ille. AVCTOR. Hoc turpe contingeret, si in ecclesia omnis laicus, & clericus, quòd sibi bonum uideretur, loqueretur, aut ageret. Iste lectionem legeret, ille alius prædicaret altè orationem dominicam:iste bigam tractaret,aut aratrum, & tunc si infidelis intraret, nonne merito iudicaret insanos? Ideò in opere perfecto super Matthæum, homilia decimanona.
Chr.To.1. Chrysostomus.Etenim prophetis psallentibus, & Apostolis hymnos canentibus, & Deo disputant,extra eramus,& uitæ huius negociorum introduximus tumultum, & neque tantam tribuimus Dei legibus quietem,quantam regis literis in theatris inspectores attribuunt.Silentium illic est,cum literæ illæ leguntur:& consules,& p̄fecti,& senatus,& plebs omnis arrecti stant cum quiete,audientes quæ dicuntur. Et si in medio profundissimæ illius quietis repente aliquis insiliens clamauerit,seù ad regem iniurians, ultimā dabit uindictam. Hic autem cum literæ, quæ ab excelso sunt,leguntur,multus undique fit tumultus:quamquam is,qui misit hac literas,multisisto rege est maior,& spectaculum hoc honestius.Hæc ille. AVCTOR.Si † ergo ad omne commodum tractandum non sunt laici liberi in ecclesia,quia propter dissonantiam rerum illici tum est,multo magis in choro sacerdotum non illa erit libertas,ut hoc canant,uel dicant quod uelint,uel quod nolint omittant, nam Paulus iubet loqui nobisipsis in psalmis,hymnis,& canticis spiritualibus:& quibus hoc mandat potissimum,si non presbyteris,& Clericis? & quomodo loquentur sibiipsis in hymnis, si nō notentur B hymni,uel psalmi de certo,in quibus concorditer sibiipsis loquantur,& psallant? Quid ergo obuiat libertati Pauli,uel Christi, q̄ ad hos hymnos,uel psalmos apte constringuntur, qui ad psallendum concorditer conuenienter obligantur? Nam prius quàm in identitatem officii conuenerunt ecclesiæ precum squalebat inculta
Relig.S. Marci diuersitas:idcirco† in primæuis ecclesiis usus officiandi est institutus communiter, cœpitquè in ter religiosos sancti Marci institutio quædam haberi solemnis, quam postea multę traxerunt
*cap.5. ecclesiæ:quam utique describit Philo, qui sancti Petri fruebatur alloquio, ut recitat uetus pater
Euſebius Eusebius li.2.ecclesiasticæ historiæ.*ca.18. dicens post pauca. Rursus etiam quod psalmos faciant nouos,ita scribit. Itaque non solum subtilius intelligunt hymnos ueterum, sed ipsi faciunt nouos in Deum, omnibus eos metris, & sonis honestatis uersuum compage modulantes Multa quidem,& alia in eodem libro enumerat, quæ a nostris,uel in ecclesia, uel in monasteriis exercentur.Et bene infra. Quid autem addere his opus est etiam de conuentibus eorum, quæ conscripsit,& ut seorsum quidam uiri, seorsum etiam in eisdem locis fœminæ congregentur,& ut uigilas,sicut apud nos fieri moris est,peragūt, & maximè diebus illis,cum passionis dominicæ solemnitas celebratur, cum in ieiuniis pernoctare,& lectionibus sanctis auditum præbere cō suescuimus.Quæ omnia supradictus uir eo ordine,eademquè consequentia, qua apud nos gerūtur,expressit.Et unus ex omnibus consurgens in medium,psalmum honestis modulis concinat, utquè præcinenti ei unū uersiculum: omnis multitu-

titudo respondeat.Sequitur. Addit adhuc his, A quomodo sacerdotes,uel ministri exhibebant officia sua, uel quæ sit supra oēs episcopalis apicis sedes. Hæc ille. AVCTOR. Videtis quàm maturè cœpit psallendi usus in ecclesia fixum habere officium,& fixè quidem uarium,& alteratum cum identitate secundum temporum uarietates, & horas,ut aliud quid in passionis dominicæ tēpore,aliud alias. Et in nocturnis qualiter psalmos concinere,& lectiones explanare solebant. Et ita ut unus psalmum suauibus modulis caneret, aliis uersiculum respondentibus.Nec dubiū, quia hymnos,quos fecerāt,cōmiscebant,sicut in ecclesiis,& monasteriis consequenter per trecētos annos diebus Eusebij facere consueuerunt.
6 Nec† præteriri uellem, quòd his diebus & tem 8 poribus sancti Petri, & euangelistæ Marci fuit in ecclesia distinctio notanda satis,sacerdotis in ferioris,& episcopi.Sic enim dicit,sacerdotes & ministri, qualia exhibebant officia,uel quæ sit supra omnes episcopalis apicis sedes.Post hæc tēpora fide crescente per populos fideles,maior cœpit urgere deuotio, uisumq; est multis officium ecclesię prętaxatum breue esse,& addēdos ideo psalmos uel cantus,è quibus nimia prodisset disparitas:si non Deus modum imponēs, cui tum suum iuuasset, prout libro.2.de institutis monachorum ca.5.annotat CASSIANVS. Cassianus. Cum in primordiis fidei pauci quidē, sed probatissimi qui sint,& à beatæ memoriæ euangelista
7 Marco, qui † primus Alexandriæ urbi pontifex præfuit,normā susceperе uiuendi.Et bene post. Cumq; pro suo unusquisq; feruore infirmitatis immemor alienæ,id statuit,deberet cēsere,quod contemplatione fidei ac roboris sui facillimum iudicabat,parum discutiēs, quid generaliter plenitudini fratrum possibile esset:in qua infirmo- 9
rum quoq; partē maximam experiri esset, diuersoq;modo enormem,psalmorum numerorum institueret pro animi sui uirtute certarent,& alii quinquagenos,& sexagenos,alij psalmos, nōnul C li uerò nequaquam hoc numero contenti, excedi eum debere censerent:effetquè inter eos pro religionis regula piæ contentionis sancta diuersitas,ita ut tempus sollēnitatis uespertinæ sacratissimæ succederet quæstionibus celebrationis, unus in medium psalmum Domino cantaturus exurgit.Cumq; sedentibus cunctis(ut est moris nuncusq; in Aegypto patribus)& psallētibus ad uerba omni cordis intentione defixis, undecim psalmos orationum interiectione distinctos,cō tiguis uersibus,pari pronuntiatione cantasset, 10 duodecimū sub alia responsione consummans, ab uniuersorum oculis repentè subtractus,quæstioni pariter,& ceremoniis finem imposuit.Et hinc uenerabilis patrū senatus intelligens angeli magisterio congregationibus fratrum generalem canonem non sine dispensatione dominicō stitutum, decreuit hunc numerum, tam in uespertinis, quàm in nocturnis concentibus custodiri: quibus lectiones geminas adiungentes, id est,unam ueteris,& alteram noui testamenti, tanquàm à seipsis traditas, & uelut extraordinarias uolentibus tantum, ac diuinarum scripturarum memoriam possidere assidua meditatione studentibus, addiderunt: in die uerò sabbati, uel dominico,utrasque de nouo recitant testamento,id est, unam de Apostolo,uel actibus Apostolorum,& aliam de euangeliis. Quod etiam tatis quinquagesimæ diebus faciunt hi,quibus curæ est lectio, seu memoria scripturarum. Hæc ille. AVCTOR. Hac † ecce dispensatione diuina usus quidem psallendi inolescere cœpit, ut duodecim orationes,duodecim psalmis alternatis uicibus concreparent: sed quia multos expergefacit sacrę lectionis historia,idcirco lectiones binas tot psalmis & orationibus applicabāt. B In aliis ecclesiis,quandoquè singulis psalmis totidem lectiones exponunt, prout habet in concilio Laodicensi citò post principium. CONCILIVM Laodicense. In conuentu fidelium Concil.Laodicense. nequaquam psalmos continuare conuenit: sed per interuallum,id est,inter psalmos singulos recenseri debent lectiones. Hæc ille. AVCTOR. Hanc ergo constitutionem Apostoli canendi in hymnis, & psalmis,& habendi sacros cantus in ecclesia sancti patres negligere non audentes, & certum non habentes usum ex traditione Christi, uel Pauli, uidentes hanc sicut & plures alias obseruantias suæ relictam industriæ, ex incerto ad certum usum uno uoluerunt assensu: non statim quidem, sed per uices temporum, sicut diuina suggestio eis inspirabant. Vnde † pro magna parte sanctus Hieronymus ad instinctum Damasi Papæ usum correxit ecclesiæ,aptans lectiones & cantus locis sacris,& diebus secūdum C circunstantias personarum, quandoquè sequens necessitates euentuum: sicut assumit illud Danielis, Quoniam domine imminuti sumus plus Dani.3. quàm omnes gentes,& sumus humiles hodie in uniuersa terra, propter peccata nostra. Vnde in expositione Danielis HIERON. His ueHier.To.5 siculis utendum est, siquando ecclesiæ propter peccata populi,sanctorum uiuorum, & magistrorum ecclesię,qui in Dei lege doctissimi sūt, penuriam sustinent, & quando in persecutionibus non offertur oblatio. AVCTOR. Nec 10 † ipse primus hæc fecit, sed diù ante eum lectiones euangeliorum, & epistolarum in missa annua obseruatione iungebantur. Quas ipsis diebus sicut non mutare, ita nec licebat omittere. Vnde super canonicam Ioannis in prologo. AVGVST.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug.To.9 GVST. Meminit sanctitas uestra euangelium secundum Ioannem, ex ordine lectionum nos solere tractare: sed quia nunc interposita est solennitas sanctorum dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, ut aliæ esse non possunt: ordo ille, quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non omissus. Hæc ille. AVCT. Ecce ꝙ facer antistes Augustinus non erat de uidentibus Witcleff ordinationem Christi, in talibus usibus liberam seruari, uel omittendam. Dicit enim certas ex euangelio lectiones pro illorum sanctorum solemnitate dierum sic esse annuas, ut aliæ esse non possint. Et nunquid talem consuetudinem acceptauit tanquá fidem catholicam, nec sibi melius uidebatur ordinem expositionis seruare, quem suscepit, & utilitati ecclesiæ militare, sed cedere potius statutis ecclesiæ, & ad expositionem suam remeare post festum? Hoc autem modo tã necessarium dicit ritum in lectionibus, & sacris cantibus statutis ecclesiæ, ut illum sequeretur, & inuiolabiliter obseruaret. Ordo, inquit, ille quem susceperamus, necessitate paululum intermissus. &c. Et pro festo Paschæ in tertia parte sermonum sermone. 71. AVGVSTI. Per hos dies sicut recolit charitas uestra, solemniter legimus euangelicas lectiones ad resurrectionem Domini pertinentes. Omnes enim euangelistæ quatuor, neque de passione eius, neque de resurrectione eius tacere potuerunt. Et sermon. 73. partis eiusdem, qui incipit, Resurrectio. AVGVST. Resurrectio domini nostri Iesu Christi hodie recitata est, sed de altero libro euangelii, quod & secundum Lucam. Primo enim est lecta secundum Matthæum: hesterna autem die secundùm Lucam, sic enim habet ordo euangelistarum. Sicut enim passio ab omnibus euangelistis conscripta est, ita dies isti septem uel octo dãt spatium, ut secundùm omnes euangelistas Domini resurrectio recitetur. Passio autem, quia uno die legitur, non solet legi, nisi secundum Matthæum. Volueram aliquando, ut per singulos annos secundum omnes euangelistas passio legeretur, & factum est: non audierũt homines quod consueuerant, & pertubati sunt.

11 Hæc ille. AVCTOR. Ecce † quod secundum consuetudinem antiquatam ecclesiæ, singulis dieb. dominicæ resurrectionis reperit Augusti. euangelia, secundum singulos euangelistas suis signata diebus. Quis Antichristus sic callidè illibertauit ecclesiam? aut quis Antichristus nisi Augustinus, qui uoluit primus passiones secundum omnes euangelistas dici? quod & factum est, cũ prius legebatur tantum secundum Matthæum. Necessitatem autem huius institutionis euange-

A liorum resurrectionis explanat in sermone 74. ibi. AVGVSTINVS. Resurrectio secundum Aug.To.2 omnes quatuor euangelistas legitur his diebus: ideo enim necessarium est ut legantur, quia singuli non dixerunt omnia, sed quæ alius prætermisit, alius dicit, & quomodo sibi dederunt locum omnes, & necessarii essent omnes. Marcus euangelista, cuius hodierna die euangelium recitatum est, breuiter dicit, quod Lucas uberius persequutus est. Hæc ille. AVCTOR. Item

12 † pro dominica in albis recolens officii missæ de epistola Petri prima, Quasi modò geniti infantes, tertia parte sermonum de dominica in albis qui incipit, Omnium quidem AVGVS. Nobis enim maxime per Apostolum Petrum sic diuinum blanditur eloquium. Deposita ergo omni malitia, & omni dolo, & adulatione, & inuidia, & detractione: tanquam modo infantes nati rationabiles, innocentes, lac cõcupiscite, ut in eo

B crescatis in salutem: si gustatis quoniam dulcis

13 est dominus. Hæc ille. AVCTOR. Ita † de quadragesima, de Pentecoste, & aliis anni festis lectionum, & cantuum rationes obseruat, quos eis dieb. frequentat ecclesia, & cunctis mutare non licet, quia ad congruentiam temporum fixi sunt. De sanctis item, & eorum diurnis officiis secundum ꝙ annuatim contingunt, grandem fecit cautelam, uelut & de sancto Stephano sermo Aug.To ne 22. eiusdem partis, beatissimus AVGVSTI. Cum aliorum martyrum gesta uix inueniamus, quæ in solemnitatib. eorum recitare possimus, huius passio in canonico libro est: actus enim apostolorum liber est de canone scripturarum. Ipse liber incipit a dñica paschæ, sicut se cõsuetudo hẽt ecclesię. In hoc ergo libro, cui titulus est Actus Apostolorum, audistis quomodo sunt electi, & ab apostolis ordinati septem diaconi,

C de quib. Stephanus erat: priores apostoli, sequentes diaconi: & prior martyr de diaconis, quã de apostolis. Hæc ille. AVCT. Et sermone eiusdem partis. 78. qui incipit, Memor. AVGV. In actibus apostolorum aduertite quomodo legitur, modò incipit liber legi. Ipse hodie cœpit liber, qui uocatur actuum apostolorum: qui uult proficere, habet unde possit. Hæc ille. AVCTOR.

14 Augustinus † ecce habet pro magna consuetudine ecclesiæ, qua legi incœpit actus apostolorum à dominico paschæ nec respuit item gesta martyrum in ecclesiis recitari, quæ non sunt de canone scripturarum, recolens illud ca. 30. Carthagi nen. concilii tertii, cui ipse subscripsit, ut suprà est habitum. Ambrosius item præsul apostoli cus usum suum explanat, uel quem in ecclesia reperit, uel quem ipse ediderit; secundùm quem dicit ipsum diabolum sciuisse librum illum tunc temporis esse legendum. 8. libr. epistolarum de tra-

traditione basilicæ epist. 77. AMBR. Audistis filii librum Iob legi, qui solenni munere est decursus, & tempore. Sciuit etiam ex usu diabolus hunc librum intimãdum, quo uirtus omnis suæ tentationis aperitur, & proditur: & ideo hodie metu maiore concessit: sed gratias Deo, qui nos ita firmauit fide, atque sapientia. Hæc ille. AVC. Et ibi uersus finem de libro Ionæ. AMBR. Cum fratribus psalmos in ecclesiæ basilica minore diximus: sequenti die lectus est de more lib. Ionæ, quo completo, hunc adorsus sum sermonem. Li 16 ber lectus est fratres, quo propheratur, ꝙ peccatores in pœnitentiam reuertantur. Sequitur infrà. Erat autem dies, quo se dominus pro nobis tradidit, quo in ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nuntiare milites irruentes in altari, ac osculis significare pacis insigne. Tunc agnoui, quòd uermem antelucanum percusserat, ut tota ciuitas seruaretur. AVCTOR. Hic B

15 † in die cœnæ recolit usum illius Mediolanensis ecclesiæ habere, ut legatur liber Ionæ, & pœnitentibus indulgeri. Item in libro de mysterio paschali. AMBR. Hoc paschæ bonum, hæc optabilis anni festiuitas. Sequitur. Hinc sub fidei arbore ab utero fontis innocui cereorum splendet ornatus. Et infrà. Hinc unius plebis gremio beatæ ecclesię nutrita fraternitas, unicæ diuinitatis substantiam, ac uirtutis trinum nomen adorantes, psalmum festiuitatis annuæ cum propheta concelebrant, Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Hæc ille.

AVCT. Et hoc de cereis accendendis in pascha & de uersu psalmi, Hæc dies. Item in apologia Dauid ad THEODOSIUM libro primo circa medium, AMBR. Suscepimus in nos gratiam Spiritus sancti die Pentecostes, uacant ieiunia, laus dicitur Deo, halleluia cantatur. Et supra Lucam legitur. 6. cap. 8. BEDA. Notandum, ꝙ sanctæ mulieres, astantibus sibi angelis, non in terram C ceciderunt, sed uultum dicuntur in terram declinasse. Nec quempiam sanctorum legimus tempore dominicæ resurrectionis, uel ipsi Domino uel angelis sibi uisis, terræ prostratum adorasse: unde mos obtinuit ecclesiasticus, uel in memoriam dominicæ, uel in nostræ spem resurrectionis, ut omnibus diebus dominicis, & toto* quin quagesimæ tempore, non flexis genibus, sed declinatis in terram uultibus oremus. Hæc ille.

AVCT. De singulis rebus disputare non possumus sufficit ut in quibusdam forma necessitatis astringat, ut hunc usum, uel illum, non quilibet sua sponte reijciat, sed fixum modum retinens omnino secundùm eum modum & usum oret horis canonicis, quem in illis locis tenet ecclesia: alioquin legem Apostoli qualiter obser- 17 uauimus, dicentis, Loquentes uobis metipsis in

Amb.To.3 A psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus? Si. n. unus psallat, & alius exhortetur, aut scribat, qua liter loquuntur sibiipsis in psalmis? Aut si unus prophetiam legat, alius orationem dominicã, aut quod ipse uoluerit, non quod communiter statutum est, qualiter sibiipsis colloquentur in psalmis? Idcirco ergo necesse erat usum aliquem figere, qui pluribus sit communis, tãm ut certi sint in quibus colloqui psalmis, aut canticis debeant, quàm ut turpis dissonantia saltem in eadem uitetur ecclesia. Ex † quo in concilio To- Isidorus. letano 50. ca. 2. cui præsidebat Isidorus primas Hispalensis & subscripsit se. ISID. Post rectæ fidei confessionem, quam in sancta Dei ecclesia prædicatur, placuit omnibus sacerdotibus, qa catholicæ fidei ueritatem complectimur, ut nihil ultrà dissonum, aut diuersum in ecclesiasticis sacramentis agamus: ne aliquibus nostra diuersitas apud ignaros, seù carnales, schismatis errorem uideatur ostendere, & multis extet in seã dalum uarietas ecclesiarum. Vnus igitur ordo orandi, atque psallendi à nobis per omnem Hispaniam atque Gallatiam conseruetur. Vnus modus in missarum solemnitatibus, unus in uespertinis officiis: nec diuersa in nobis sit ultra ecclesiastica consuetudo, qui una fide continemur & regno. Hoc enim & antiqui canones decreuerunt, ut unaquæque prouincia, & psallẽdi, & ministrandi parem consuetudinem teneat. Hæc ibi AVCT. Hęc identitas tamen officij non omnẽ uarietatem euitat, sed quæ sit tanta, ut apud ignaros schismatis errorem uideatur ostendere. Cæterum locorum alternus usus decori est, & ab institutione sectandus. Vnde libro ad inquisitio- Aug.To.5. nes Ianuarij. 2. uersus finem AVGVS. Miror sanè quid uolueris, ut de his, quæ uariè per diuersa loca seruantur, tibi aliqua scriberem: cùm & nõ sit necessarium, ut una in his saluberrima regula

Amb.To.4 teneatur, ut quæ non sunt contra fidem, neque C contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris, ubicunque instituta uidemus, uel instituta cognoscimus: non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impedit, ut maiora studiosorum lucra speranda sint, quàm calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maximè id, quod de scripturis defendi potest. Sicut de hymnis, & psalmis canendis, & ipsius domini & Apostolorum habemus exemplum, & certa præcepta de hac re tam utili ad mouendum piè animum, & accendendum diuinæ dilectionis affectum, uaria consuetudo est. Hæc

17 ille. AVCTOR. Generalem † nobis regulam præscripsit Augustinus: ut nulli usus obseruan-

*i. a paschate usque ad pẽtecosten.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiales prætermittantur ecclesiæ pp calumniatri ces linguas, ubi maiora sint speranda lucra bonorum, quàm timenda detrimenta, maximè si ex scripturis defendi possint. Et addit, sicut de hymnis, & psalmis canendis Christi, & apostolorum habemus exemplum: & tamen dicit, circa præcepta de re tam utili uaria consuetudo est, & nulla penitus omittenda.

¶QVOD CLERICI, ET SACERDOTES, non liberè omittant ecclesiæ officium ad orandum horis statutis. Cap. XXIII.

SVMMA.

1 *Ecclesia quòd certas horas habeat disputandi, prædicandi, operandi, feriandi, & inter eas orãdi primas, ad singula officia commode deputatas.*

2 *Christus quomodo ante quàm ad alia opera descenderet, semper oraturus intrabat in tẽplum in exemplum nostri.*

3 *Saul in regni primordio quòd cœperit psallere cum prophetis, quid denotet.*

4 *Daniel quomodo nõ inchoauerit soluere regis problema, nisi deuotæ precis spatio impetrato. Et quare Ananiam, Azariam, & Misael iunxerit ad preces.*

5 *Beati cum sint conditione & statu liberrimi, quomodo à diuinis laudibus celebrandis, certis itẽ uerbis & horis, uacare non possint.*

6 *Ecclesia quo certas horas laudum Christi præfixit, iuxta modum scripturarum.*

7 *Horarum canonicarum distinctio secundum Cyprianum, & Isidorum.*

FOrtis instantia contra orandi instantiam uagam prædicans libertatem. sequitur ibi ca. 7. de quatuor sectis. Si quis quærat quid talis presbyter ita de ratione faceret, cùm non debet Deum taliter deprecari? Dictum est, quod unus debet in casu, quo Deus inclinauerit, prædicare, alius dicere orationem dominicam, uel ædificare proximum, aut spiritualiter, aut corporaliter, secundum quòd Deus inclinauerit faciendum. Et sic standum est consuetudini loci, de quanto non repugnat regulæ Christi, uel etiam rationi. Hæc Witcleff. AVCT. Hoc ultimum sic intelligitur apud eius asseclas. Et sic non est cedendum consuetudini loci, de quanto sibi uidetur repugnare regulæ libertatis Christi, uel etiam rationi. Et sic ipse intellexit, ut patet per eadem dicta eius alibi, sed nube uerborum uoluit artificiosè uelare malitiam, & detegere: alias autem opportunè quid dicat, uideamus. Si presbyter non debet Deum taliter deprecari, unus debet in casu, quo Deus inclinauerit, prædicare, alius dicere orationem dominicam, alius quod uoluerit operari, ut Deus inclinauerit; quasi omnes obseruãtes horas orandi ecclesiæ, non inclinentur à deo & omnes Witcleuistæ sequentes libitum uoluntatis, inclinentur à Deo. Et cum tempus suum habeant uniuersa sub sole, inuocationes sanctæ apud Deum nullum tempus habent fixum, nisi quòd decernat uaga uoluptas: e contrario iubente Paulò primo omniũ fieri orationes in ecclesia, obsecrationes, postulationes, & gratiarum actiones pro regibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt, ita ut iuxtà legem Domini, omne opus alterum præcedat oratio. Sic enim deus temporum dat tempora, Expecta paulisper, & post tempus orandi, tempus erit aliud agendi. Et beatus Paulus horas sibi distinxit prædicationis, disputationis, & operationis seorsum, & fixè, ne tempora ipsa nunc hac re, nunc illa, importuna uarietate confunderet. Qualiter lib. de operibus monachorum ca. 18. approbat AVG. Ipsi apostolo quomodo uacaret operari manib. nisi ad erogandum uerbum Dei certa tempora constitueret? Neque enim Deus hoc latere nos uoluit: nam & cuius artis opifex fuerit, & quibus tpibus uacaret dispensando euãgelio, sacra scriptura non tacuit. Nam cum eum urgeret profectionis dies in Troade constitutis, et in una sabbati congregatis fratribus ad frangendum panẽ, tanta fuit intentio, & tàm necessaria disputatio ut sermo produceretur ad noctis medium, tanquam excidisset eis, quod non esset iciunũ. Qũ autem alio loco commoratus quotidie disputauerit, quis dubitauerit eũ horas habuisse ad hoc officium deputatas? Hæc ille. AVCTOR. Multò † magis quis dubitauerit totam ecclesiam horas certas habere disputandi, prædicandi, operandi, feriandi: & inter eas orandi primas ad singula officia commodè deputatas? Christianorum hucusque fuit ista religio, quam utique etiam Paganorum superstitio laudabilem reputauit, ita ut apud deos suos falsos prius quã sererent, deam placarent Ceremem: ante nauigationem Neptunum, & nymphas, ante certamen bellicum Iouem & Martem primò hostis, & demum uictimis obtenta uictoria. Et non uult Witcleff ante prædicationem, aut aliam operationem corporalem, aut spiritualem, tantum orationis, uel sancti sacrificii apud Deum uerũ Christianus primò efficiat sacerdos, quantum apud Deum falsum per sacerdotes prophanos rogabat paganus auxilium. Videte quàm anxia res est loqui cum errore peruersis. De quo libro contra epistolam fundamenti * capit. 16. AVGVSTIN. Non inuenio quid faciam cũ erro-

errore peruersis, & consuetudine implicatis A miserrimis animis: non enim sciunt homines isti quid loquantur, cùm hoc loquuntur: non enim attendunt. Sequitur. Intuemini paululũ sine animositate, & amaritudine, omnes homines sumus, nõ nos, sed errores per falsitates oderimus quæso. Intuemini paululum. Deus misericordiarum adiuua intuentes, & uerum quærẽtibus æternum lumen accendi. Quid enim intelligimus si non intelligimus rectum melius esse quàm peruersum? Hæc ille. AVCTOR. Quid † intelligimus, si non intelligimus hoc esse sequendum, quod Christus iussit, & Apostoli, de horis dicendis primò in ecclesia, & demum ad alia opera descendendum, sicut Christus post laudes susceptas à plebe & pueris, Osanna clamantibus ante prædicationem, uel alia opera, primò oraturus intrauit templum: & hoc quidem in exemplum nostri, dicente super illud Marci. 3. lib. in expositione cap. 9. BEDA. Et introiuit Hierosolymã in templum. Quòd ingressus ciuitatem Christus B primò templum adiit, formam nobis religionis, quam sequamur, demonstrat: ut cùm fortè uillã, aut oppidum, aut alium quemlibet locum, in quo sit domus orationis Deo consecrata, intremus, ad hanc diuertamus: & postquàm nos Domino per orationum studia commendauimus, sic deinde ad agenda, propter quæ uenimus, temporalia negotia secedamus. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo erat obseruantia personalis in Christo, sed quasi formam nobis præstituit generalis exempli, ut quotiens illam intramus, aut oppidum, prius pro oratione fundenda, intremus ecclesiã, ut quidquid acturi sumus, à laude diuina, & ab oratione sumat originem: sicut Saul † in regni primordio cœpit psallere cum prophetis, unde exiuit prouerbium: Num & Saul inter prophetas? Habebant enim antiqui prophetæ certum usum concinendi per horas fixas, ita ut sciret C Samuel ei dicere, Post meridiem &c. Cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosquè prophetantes: & insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, 1. Regum. 10. Propter † hoc autem Daniel cum esset propheta, & religiosus tanti temporis, non inchoauit soluere regis problema, nisi de uotæ precis spatio impetrato. Super quem locum Danielis. 2. in commentario HIERONYMVS. Daniel ingressus rogauit, ut tempus daret ad solutionem meditandam regi. Tempus postulat, non quo tractatione, & sagacitate mẽtis occulta perquireret, sed quo occultorum precaretur dominum, & ideo Ananiam, Azariam, & Misael iungit ad preces, ne solus de suo meriBeda.

1. Reg. x.

Beat. 1. Hier. To 9.

to uideatur præsumere, ut quorum erat commune discrimen, communis esset oratio. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ne solus de suo uideretur præsumere, comites in oratione coniunxit. Et sacrilegus Witcleff confidit in merito suo quando orat, & despicit orationem alienam. Et item sanctus Daniel tempus postulat, orationem operi præferens, etiam in ædificationem proximi ualituro. Sed hæc dicet Witcleff ideo facienda, ut libertas Christi seruetur: ut orãs nec arcteturad usum, nec ad horam. Nescio quid prædicat libertatem, cum hæc uita plena sit difficultatibus legum, ne sit plena difficultatibus operũ uitiosorum. Quid putas mi Witcleff ut tua nos facias libertate beatos? Scio libertatem Christi esse in hac uita, secundum quam per patientiam expectamus. Vnde libro. 2. ad inquisitiones Ianuarij AVGVSTINVS. Si quid non uidemus sperA mus, per patientiam expectamus, quod memento quàm commemorem. Neque iam nunc in istâ uita nos beatos fieri debere arbitremur, & ab omnibus difficultatibus liberos, ac si in angustiis rerum temporalium ore sacrilego murmuremus, quasi non exhibeat quod promisit. Promisit quidem huic uitæ necessaria: sed alia sunt solatia miserorum, alia gaudia beatorũ. Domine (inquit) Psal. 93. secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuæ iocundauerunt animam meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem libertatis. Hæc ille. AVCTOR. Murmuras mi Witcleff in difficultatem orandi certis horis, & tuos presbyteros dicis habere cõfidentiam, quod possent aliter utiliter occupari, & ideo libertate magna eos donasti, ut quod uelint orent, & quando: sed desinite murmurare in his Christi difficultatibus, nè perdatis latitudinem libertatis etiã beatorum. Qui † cum conditione, & statu sint liberrimi à diuinis laudibus celebrandis, certis item uerbis, & horis, ut ita tua libertate fruantur, uacare non possunt, dicente scriptura Apocal. 4. Apo. 4. de sanctis animalibus, q requiem non habebãt die ac nocte, dicentia; Sanctus, sanctus, sanctus dominus omnipotentes. Et in præfatione missæ tota ecclesia cohortatur seipsam, ut quemadmodũ cæli cęlorumquè uirtutes Cherubim quoque & Seraphim socia exultatione concelebrãt. Cum quibus & nostras uoces (inquit) ut admitti iubeas deprecamur, suppliciter confitentes, dicentes, Sanctus &c. Argue iam quos potes propter celebrationem diuinorum illiberatos, aut angelos beatos, aut homines in ipsa precum celebratione proximos iam beatis: in quo si homines à laudando sic celebriter cessant laudes cum angelis Deo dicere, angeli nunquàm cessant Dei laudes in eius celebritate cantare

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum clericis. Vnde libro. 2. de Epiphanijs, siue de natali domini, uersus finem GREG. Cum pastoribus uenerare, cum angelis hymnũ dicito, cum archangelis choros ducito: sit nobis ista communis solennitas terrestribus cũ cælestibus: certus sum etenim, ꝙ etiam cælestes uirtutes hodie nobiscum pariter in hac solennitate gloriantur, diligunt enim & illi & homines Deum, Hæc ille. AVCT. Respondent ergo angeliciues in tali celebritate ad horas omnes hominibus sine suæ præiudicio libertatis. Quid nocet libertati hominum, ut qui non possunt semper, saltem certis horis, angelis respondere? Sic
6 † enim certas horas laudum Christi, iuxta modulum scripturarum præfixit ecclesia, cuius potissimum sacerdotes uices suas, & populorum exoluant, qui faciente carnis infirmitate, aliter non possent adimplere, qđ iussit Christus, semp orare, & non deficere: aut item apostolus eius, Sine intermissione orate. Iuxta quod unum sensum elicit in expositione Luc. BEDA. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet B
semper orare, & non deficere. Dicit & apostolus, Semper gaudete, sine intermissione orate. Quis autem potest ita semper orare, & sine defectu, & sine intermissione precibus insistere, ut nec alimentum sumendi, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicendum est eum semper orare, & sine defectu, uel intermissione, qui horis canonicis iuxta ritum ecclesiasticæ traditionis, Ps. 33. psalmodijs, precibus consuetis, dominum rogare, & laudare non desistit. Et hoc est quod Psalmista dicebat: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aut certè omnia, quæ iustus secundùm dominum gerit, & dicit, id orationem esse reputandum. Hæc ille: AVCT. Disiunctiuà textus prædictos exponit, ut ministros altaris comprehendat in primo & cunctos item fideles excusset generaliter in secundo. Notandum tamen est, ꝙ horis canonicis iuxtà ritum ecclesiasticæ traditionis, psalmo
C dijs, & precibus consuetis laudandum sine intermissione Deum exponit, Has horas canonicas à primæuis suis distinxit ecclesia. Quibus autem occasionibus sic distinxerit ecclesia, puta, Tertiam, Sextam, Nonam, sancti patres non omiserunt edicere, Vnde li. de oratione dominica uersus finem sanctissimus CYPR. In † orationi- Cyprianus. Horarũ canonicarum distinctio.
7 bus uerò celebrãdis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiui tate uictores, horam Tertiam, Sextam, Nonam sacramento. s. Trinitatis, quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat: nam & prima hora in tertiam ueniẽs, consummatum numerum Trinitatis ostendit. Itemquè ad Sextam, quarta procedens, declarat altera Trinitatem. Et quan-
A do à septima, nona completur, per ternas horas Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarũ spatia iam pridem spiritualiter determinantes adoratores Dei statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant. Et manifesta postmodum res est, sacramenta olim fuisse, ꝙ sic iussi antea precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritussanctus, qui gratiam dominicæ promissionis impleuit. Item Petrus hora sexta intectum superius ascendens, signo pariter, & uoce Dei monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de immũdis gentilibus anteà dubitaret. Et dominus hora sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra sanguine suo abluit, & ut redimere, & uiuificare nos posset, tunc uictoriam suam passione perfecit. AVCT. Optimè declarat sanctissimus Cyprianus efficaciam orationis ecclesiasticæ per horas legitimas celebratæ, quas item sancti comites Danielis secundum instituta legalia, de more tẽpli ipsi obseruauere nocte captii: & perspicuè docet qualiter in misterio Trinitatis istæ tres horæ Tertia, Sexta, Nona, à se inuicem trium horarũ interstitiis semotæ iacuerant. Conformiterquè & dominus eas & in suis gestis, non tàm ante passionem, quàm in passione, & post resurrectionis gloriam obseruauit: & post eum Petrus, & ita in ecclesiam fluxit ab eis. Et sequitur hũc Isidorus passum Cypr. li. 1. de officiis c. 19. ISID. Horam tertiam, & sextam, & nonam Daniel, & tres pueri supplicationibus deuouerunt. sut ab ortu diei in tempus deprecationis, tres horæ correctæ Trinitatis nobis reuerentiam declararent: pariter cum tertia ad sextam, atque inde ad nonam, atque per paria lucis interualla certis dimensionibus terminata, Trinitas ter die rogata colere tur. Illud etiam occurrit ad probationem uenerabilis Trinitatis, ꝙ spiritussanctus hora tertia hoc suo loco, & munere, & tempore descendit ad terras, impleturus gratiam, quam christus promisit. Nã etiam sexta hora Christus passus
C est, & in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim sacramento legitimis ad precem temporibus per trinas horas trinitatis perfectio, aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur: licet computetur diurna celebritas, per quaternarium usque in uespertinũ officium, hoc in quaternario significatur, quia mundus quadrifariè diuisus in trinitate saluatur. Hæc ille. AVCTOR. Et hic ecce legitimam obseruantiam horarũ distinguit Isidorus, dicens eas à patribus ueteris testamenti obseruari, & ab eis in nostras missam ecclesias. Sub sacramento itaque trinitatis, trinis horis ab inuicem unaquaque semota ab alia, ut ab hora tertia usque ad horam sextam horologij, fiant

Lu. 11. 1. Tessal. 5 Beda

Isidorus

tres

tres horæ: ab hora nona usque in horam uesperarum item tres horæ: sicut ab ortu diei, quam horã primam uocamus, usque in horam tertiã tres horæ interceptæ sunt. Nec in his horis orãdi Deum primæua est contenta ecclesia: nisi ẽt abundaret iustitia sua plusq̃ Scribarum, & Pharisæorum, & alias horas tam diei quàm noctis cœpit adiicere, puta matutinam, primam, completorium, prout dicto libro de oratione dominica, scribit CYPR. Sed nobis fratres dilectissimi præter horas antiquitus obseruatas orãdi nunc & spatia, & sacramenta creuerunt. Nam & manè orandum, ut resurrectio domini in matutina oratione celebretur: quòd olim Spiritus sãctus designabat in psalmis, dicens, Quoniam ad te orabo domine, manè exaudies uocem meam Manè astabo tibi, & contemplabor te. Et iterũ per prophetam loquitur, dicens, Diluculo uigilabunt ad me, dicentes. Eamus, & reuertamur ad
B dominum Deum nostrum. Recedente item sole, ac die cessante, necessario rursus orandũ est. Nam quia sol Christus uerus est, & dies uerus, sole, ac die seculi recedente, quando oramus, & petimus ut super nos ueniat denuo lux Christi,
2 precamur aduentum lucis æternæ gratiam præbiturum. Hæc ille:

Mat. 5

Cyprianus.

¶ HORAE ORANDI ECCLESIASTIcæ, qualiter cœperunt distingui. Ca. XXIIII.

SVMMA.

1 *Horæ matutinalis uespertini officij qualiter sue creuerint.*
2 *Vigiliæ quatuor describũtur, quas stationes Isidorus appellat.*
3 *Vigilia una quomodo tres horas habet. Et sic nox habet quatuor uigilias, quas à tempore Christi obseruauit ecclesia.*
4 *Cantus tres nocturni, & quartus laudum, quare in festis solenniter celebrentur.*
5 *Iulianus apostata quomodo ad decus paganicum ampliandum transtulerit christianorum ritus canendi & psallendi in ecclesia, & horas canonicas in templa funesta.*
6 *Laudes Psalmorum quo sint temporis creatori exoluendæ, ubi dies terminum, nox sumit initium, exemplo autem, secundum Ambrosium.*
7 *Christus Deus sol uerus, & dies uerus, ꝙ omni hora die noctuquè à Christianis frequenter sit adorandus, & precibus orandus.*

1 Valiter † autem hæ horæ matutinalis, ac uespertini officii succreuerunt, tãgit Isidorus li. 1. de officijs ca. 2 ?. faciens de Cassiano memoriam, qui u-

Isidorus

A tique scribit l. 3. de institutis monachorum, c. 4. Cassia. CASS. Sciendum hanc matutinam, quæ obseruatur in occiduis uel maximè regionibus, canonicam functionem in nostro tempore, nostroq; monasterio primitus institutam, ubi dominus noster Iesus Christus natus de uirgine Maria humanæ infantiæ susципere erementa dignatus est nostram quoque religionem adhuc teneram, & lactentem infantiam sua gratia confirmauit. Vsque enim ad illud tempus matutina hac solennitate, quæ explectis nocturnis psalmis, & orationibus, post modicum interuallum temporis solet in Galliæ monasteriis celebrari, cum quotidianis uigiliis pariter consummata, reliquas horas refectioni corporis deputatas a maioribus nostris inuenimus. Hæc ille. AVCTOR. Hic inchoationem officii matutinalis, cuius causa diu præcessit, expressit: ubi item de nocturnis cum suis psalmis eloquitur. Hi quidẽ nocturni pp solennes uigilias, & dominicas habebãtur: sin qua
B tuor uigilias noctis quatuor horis separatim apud antiquam ecclesiam celebratæ: quia & omnis populus tunc totam noctem uigilando transegit. Quatuor ergo uigilias distinguẽtes, quas milites in exercitu, aut nautæ seruant in nauí, tres nocturnis cantibus, & quartum matutinis laudibus donabant: prout Isidorus scribit, appellans stationes ca. 19. libri primi de officiis. ISIDOR. Siquidem & in nostis stationes, & uigiliæ militares in quatuor partes diuisæ, ternis horarum spatiis secernuntur: ut in ipsis nocturnis mundialibusquè officiis, Trinitatis mysteriũ uneretur. Hæc ille. AVCTOR. Bene pronuntiat quatuor stationes cum suis interstitiis trium horarum, sicut se habent uigiliæ militares: quemadmodum & Lucanus. Tertia iam nigiles commouerat hora, sacerdos. Et saluator in euangelio Marci quasi has horas instituens in ecclesia post
C modum obseruandas, Nescitis (inquit) quando dũs domus ueniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an manè, & si uenerit in secunda uigilia & siin tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit &c. Et AVGVSTI. de uerbis domini sermone. 14. Venit ergo dominus ad uisitandum discipulos suos, qui turbabantur in mari quarta uigilia noctis. Quarta uigilia noctis est extrema pars noctis. Vigilia † una tres horas habet, ac per hoc nox quatuor uigilias habet. ternas horas per quatuor uigilias distributas. Hæc ille. AVCT. Has a tempore Christi obseruauit eccles. i. Vnde & libro primo de officijs ca. de matutinis officijs.* Valeri. Diebus dominicis, & sanctorum natalitijs genua in ipsis non flectimus horis, stando proficentes libertatem & gratiam. Et sequitur. Tunc & uigilias tribus horis dispertimus nocturnis, ut non solum uerbo, sed & facto

Lucanus. Mar. 13. Aug. To. 4. uigilia una habet tres horas * Valerianus.

Bibliotheca Facultatis Philosophicæ Provinciæ Cast. Orientalis S.I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres uigilias prædicemus: de quibus ait dominus, Beati sunt serui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes: & si in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Tunc legendi, atque canendi officia, quæ ad ædificandam ecclesiam instituta sunt, numerosius concrepant, ut nos preparemur ad aperiendum Domino quacunque hora pulsauerit, ad modum diuinarum ueteris testamenti tubarum, quæ castra commouere concisso clangore iussa sunt. Ipsa autem pluralitas lectionum non eadem in omni ordine est. Nam clerici. 9. monachi. 12. legant: ille uouenarius est tetragonus, & æquus undique quadris lateribus. hoc innuit, quòd uerbum, & opus prædicatorum æqualia semper debent esse. Hic uero duodenarius inæqualibus constans lateribus (nam ter quatuor, uel quater tria, duodecim faciunt) hoc insinuat, quòd in uno magis extendantur, & exemplo Iacob cum domino luctantis claudicent. ſ. minus operantes, ut amplius meditari queant hi, qui fidem Trinitatis mundo quadrifido prædicant. Nam in utroque ordine pluralitas lectionum pluralitatem signat prædicatorum, qui extempore plures in mundum missi sunt. Hæc ille. AVCTOR. De mysteriis omnium horarum non uacat omnia scribere, quæ auctores in suis locis latè pronuntiant: sufficit grossiora colligere quæ rationes horarum apertius largiuntur.

4 Cur †. ſ. tres nocturni cantus in festis, & quartus laudum solenniter celebrantur: quia. ſ. hic antiqua ecclesia totas noctes in laudibus expendebat, diuidendo noctem in quatuor distinctas uigilias cum intercisis spatiis trium horarum, sicut de horis diurnis iam dixi. Vnde si omnes horæ cum suis interuallis trium numerentur horarum, in fine tertiæ horæ hora succedit cantus canonici per totum circulum diei ac noctis: sed quia hoc pondus laboris infirma caro iugiter & continuè ferre non potest, redacti sunt omnes nocturni cum laudibus ad unam ipsorum uigiliam, ut quidam deuoti prima noctis uigilia totum decantant officium, plurima pars ecclesiæ, ut cathedrales tenentes ecclesias, monachi nigri, fratres canonici, ad secundam mediæ noctis uigiliá: alij ut monichi albi, & cæteri religiosi quidem in tertia noctis uigilia gallicantum obseruant. Clerici uerò cum populo per minores parochiales ecclesias, quarta uigilia canunt de mane, quæ & hora prima nuncupatur: ut euangelica regula, quæ de diuersis non obseruatur ab oibus, saltem integrato officio, teneri possit à singulis, ut sic à summo diluculo Christi seruus Christum canat semper, & ante omne opus habeat horam horandi canonicè, quæ opus humanum omne præcedat. Quòd si murmuret Witcleuista, quòd aliud melius ad ædificationem proximi tunc præferret officio, si alta urget necessitas: Respondeo, quòd incumbens alta necessitas differre potest officium, non auferre. Igitur ubi talia interuenire solent officiis, moderatè præuenire liceret obsequium, præueniendo horam, prout sanctus Psalmista cuncta opera sua sui securus oratione præueniens, Præuenerunt, inquit, oculi mei ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua. Super quod in octonario. HILARIVS. Qui in maturitate clamorem præuenerat, nunc ipsos dies meditationibus præuenit. Vigilat ille diluculò, non expectat, ut grauatos somno oculos lux infusa perturbet. Vigilat ille, & ipsum redeuntem lucis ortum, orationibus operitur. Nunc prophetarum dictis occupatus, nunc psalmorum hymnis intentus, nunc patriarcharum & sanctorum gestis negotiosus, omne eloquium domini omni tempore & assiduitate meditatur. Hæc ille. AVCTOR. Vbi nunc est Witcleff cum actibus suis melioribus ad ædificationem proximi, qui orationes istas, & meditationes impediant? Et nunquid audiuit Christum dicere, quòd hæc oportet facere, & illa non omittere? Et nunquid potest Witcleff nobis ostendere sacerdotes suos abundantiores in opere proximorum, quòd hæc omiserunt orandi officia, quàm nos exhibeamus ipsi sanctos Augustinum, Ambrosium, Hilarium, Cassianum, Gregorium, & cæteros innumeros, qui horas obseruabant orandi canonicas, & tamen plus omnibus sacerdotibus cum Lollardis suis, circa ædificationem proximorũ scribendo, prædicando, corporaliter uisitando, aut miraculis profuerunt? Et isti sunt, de quibus iam dixit Hilarius, & eorum quolibet, quòd nunc patriarcharum, & sanctorum gestis negotiosus, nunc prophetarum dictis intentus, omne eloquium Dei in omni tempore & assiduitate meditatur. Nec in uiris tantùm, sed has horas pro orando seruare extollendam sanctitatem prædicat in sexu fœmineo, epitaphio sanctæ Paulæ HIERON. Manè hora tertia, sexta, nona, uespera, noctis medio per ordinem psalterium canebant, nec licebat cuiquam sororum ignorare psalmos, & non de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Hæc ille. AVCT. De sancta Paula hoc dixit, & uirginibus sacris cum ea collectis. Sileamus † de sanctis, & ipsos paganos ducamus in confusionem hæretici, imò magistrum eius Iulianum apostatam, qui ad decus ampliandum paganicum, transtulit in eum ritus nostros psallendi in ecclesia, & horas canonicas in templa funesta, ut non esset honestas ecclesiæ tanta plus admiranda gentilibus. prout lib. 6. cap. 29. refert. CASSIODOR. Arbi-

Gen. 28.

Psal. 118.

Hier. To. 1.

Cassiod.

Arbitratus. ſ. Iulianus Christianitatis statum ex uita bona & conuersatione consistere, studuit ubique templa paganorum constructione, & ordine Christianæ religionis ordinare, sedibus, atque professionibus, paganorum dogmatibus, atque monitio nibus, lectores suæ superstitionis instituere: & ut instar clericorum horas etiam certas, & orationes, & dies solenniter obseruarent, præcipiens pariter habere curã uiros atque mulieres philosophari scientes, de habitaculis peregrinorum, & pauperum, aliaq; prouidentia circa egenos exhibita, paganorumquè religionem componere, & pietatis habere nomen. Si quis autem sponte, uel inuitè peccaret in traditionem Christianorum, post pœnitẽtiam mediocrem constituit sustinere correctionem: præcipuè uerò zelatus dicitur notas litera rum episcopalium, quibus solent alterutris scribentes commendare peregrinos, & quò proficiscuntur, & à quibus ueniunt, modis omnibus indicare solatia promereri, & tanquàm noti, & amici sint testimonio directi signaculi. Hæc considerans festinabat, ut pagani Christianorum assuescerent officiis. Hæc ille. AVCTOR. Subiungit illic in probationem istorum literas Iuliani propter hanc causam directas Arsacio pontifici Galatiæ. Inter cætera uerò pietati inuidet Christianorum, qui etiam Iudæis benefaciant, & eos non abiiciant, etiam & Paganis. CASSIODO. Turpe nãque est, inquit, ut iudæos quidem non abiiciant, sed potius nutriant impij Galilæi, & suos pariter, nec non etiam nostros, nostri uerò nostrorum solatio desolantur. Quapropter doce etiam collationes facere Paganos ad talia ministeria, Paganorumquè uicos offerre diis primitias frugũ, eosquè eiusmodi benefactis instituc, docens eos olim hoc fuisse opus nostrorum. Homerus enim hoc probat, introducens Eumeniũ talia facientem. Hæc ille. AVCTOR. Annectit item honorem, quem sacerdotes templi uoluit habere suprà præsides intra ambitum suum. CASSIODOR. Præsides prouinciarum rarius domi suscipe, frequenter eis scripta transmitte. Ingredientibus illis ciuitatem, sacerdotũ nullus occurrat. Cumquè ad templa uenerint dominorum intra ianuas eis nemo præcedat militũ fortè, aut præcedentibus officiorum, sed qui uoluerit, subsequatur. Cùm ad ipsum limen templi peruenerit, priuatus existat. Tu enim, sicut nosti, tuus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio uidetur exigere. Hæc ille. AVCTO. Multa de institutis nostris honestis hic latè descripsit, quæ Iulianus ille apostata transferre uoluit ad Paganos, ad eorum decus nostro coæquandum decori. ut ab oratione horis canonicis ad susceptiones peregrinorum dilapsi simus & pauperum ad oblationes & primitias, ad defendendos honores ministris deorum. Et proh dolor, quàm turpe est inter Christianos nutrito, has honestates censere abiectas, quas inimicus horrendus si dei christianæ, christianis inuidit, & Paganis addidit ad ornatum? Sed † ueniamus ad officij cõplementum, & ubi dies terminum, nox sumit initium. Psalmorum laudes conditori temporis exoluamus, ne aues illæ minutæ nos ipsos obsequẽdo deo præcedãt. De quibus lib. hexaemerõ de opere quinti diei tractatu primo de auibus habet AMBRO. Vbi omne negotiũ expeditũ putaui, & absolutum me esse credidi, & diẽ quintũ eõ summatum arbitratus sum, uenit in mentem recordatio auium, quæ, cum eunt cubitum, quasi peracto lætæ munere æthera cantu mulcere consueuerunt: quod uelut à surgente & occidente die semper instaurare consuerunt, ut uel decurso, uel adorto nocturno diurnoque tempore iustas laudes suo referant creatori. Magnum igitur incentiuum excitandæ nobis deuotionis omiserã. Quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine psalmorum celebritate diẽ claudere, c ũctiam minutissimæ aues solenni & ducisono carmine ortus dierum ac noctium prosequantur? Hæc ille. AVCT. Quid post hæc restat, nisi ut has aues laudiseras creatoris, quæ horas ita canendi pro omni subuentione pullorum, aut generis non omittunt, nec pro suo concentu item ab opere desistunt, ad redarguẽdum mittam nostrum hæreticum, ut qui scripturas, aut sanctorum antiquorum traditiones non audit, natura uictus abscedat. Nosquè uelut Christi discipuli sensum gerentes, auxilium humanũ erubescamus sine psalmorum celebritate diem claudere: nec tantum hoc, sed si diem, noctemq; laudibus, ut possumus, non dedicamus diuinis: hoc sanctum, hoc Christianorum laudabile & prædicandum per omnia documentum, prout in libro de oratione dominica uersus finem docet CYPRIANVS. Si † in scripturis (inquit) sanctis sol uerus, & dies uerus Christus est, hora nulla christianis excipitur, quo minus frequenter ac cedat Deus semper adorari, ut qui in Christo, hoc est, in sole, & in die sumus, insistamus per totum precibus, & oremus. Et quando mundi lege decurrens uicibus alternis nox reuoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orationibus damnum potest: quia filiis lucis etiam in noctibus dies est. Quando enim sine lumine est, cui lumen in corde est? aut quando sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est? Quia autem in Christo, hoc est in lumine, semper sumus, nec noctibus ab oratione cessemus. Sic Anna uidua sine intermissione rogans semper & uigilans perseuerabat in promerendo Deo: sicut in euangelio

Amb. To. 1.

1. Reg. 1.

Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelio scriptum est, Non recedebat (inquit) de templo ieiuniis, & orationibus seruiens nocte ac die. Hæc ille.

¶ DE DICENDIS MATVTINIS ad mediæ noctis uigilias. C. XXV

S V M M A.

1 *Vigilantius hæreticus, qui & Dormitantius à hieronymo appellatur, quem sequitur Witteff, quomodo fuerit primus, qui contra uigilias sacras disputauerit.*

2 *Somniculosorum & Letargicorum hæreticorum error circa sacras noctis uigilias.*

3 *Witcleff, qui matutinas, & sacras noctis uigilias damnat. sanctorum auctoritatibus confutatur.*

4 *Religiosus uir, & fortis, quomodo prophetæ monitu debeat regulariter surgere, & media nocte præcipue uigilare.*

5 *Monachi æquiparantur martyribus à hieronymo, in eo, quod die noctuque psallunt domino.*

6 *Hieronymus quomodo sacræ uirgini eustochio inuixerit regulam noctu surgendi ad orandum.*

7 *Witcleff tanquam mendax & stolidus in scripturis deprehenditur.*

8 *Vigilias corporales qualiter nobis exemplarit Christus, frequenter in oratione pernoctans, totamque noctem ducens insomnem.*

9 *Christus, quod uerbo & facto a prima electione apostolorum, usque ad uiciniam passionis, docuerit fideles nocturnas frequentare uigilias continuè.*

QVod tamen matutinarum uigiliarum celebritatem iam diximus noctibus frequentandam Witcleff indignè cõtrectat, increpãs ex ea religiosos nostros tractatu suo secundo, de sermone domini in monte cap. 65. ubi sumens textum Matthæi: quomodo media nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit: & deinde expositionem Hieronymi, quòd subito intempesta nocte, & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium formidinem Christi resonabit aduentus, & sic Christum uenturum in similitudinem Aegyptii temporis: ita reor, inquit Hieronymus, traditionem apostoli iam permansisse, ut de uigilia paschæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi. Sequitur. Vnde & psalmista dicebat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Subdit & Witcleff. Patet ex dictis istius sancti, quam leuis

Matt. 14.

Psal. 118

A euidentia est in medio noctis surgere, & dicere matutinas, modo, quo religiosi nostri priuati faciunt. Ex isto sermone nudo psalmistæ psallimus. Ac si nostri religiosi fatui sic arguere nt psalmista sic fecit semel ad minimum, sicut de Aegypto exiuit populus Israeliticus semel in medio noctis, semelque ueniet Christus ad iudicũ ergo illi debent regulariter surgere, & dicere illa hora matutinas. Hæc ille. AVCTOR. Quemadmodum † mihi mos est, primo ingressu erroris libet auctorem eius & parentem ostendere. Et quantum uideo, Vigilantius monachus patronus peculiaris ordinis Lollardini primus contra uigilias sacras disputabat audacter. Qua occasione sanctus Hieronymus confutans eum, peruerso nomine de Vigilantio Dormitãtium appellauit, epistola ad Riparium presbyterum. HIERON. Quod dicis eum execrari uigilias, facit & hoc contra uocabulum suum, ut uelit dormitare Vigilantius, & non audiat Saluatorem dicentem sic: Non potuistis una hora uigilare mecum? AVCT. Et in epistola sequenti ad Riparium & desiderium contra Vigilantium in fine. Hieronym. Quòd si Dormitantius in meam rursus maledicta uigilat, & eodem rore blasphemo, quo apostolos, & martyres lacerat, de me quoque putauerit detrahendum, nequaquàm illi breui lucubratiuncula, sed tota nocte uigilabo. Hæc ille. AVCTOR. Re † autem uera, seù ante eum, seù post, error quidem uirorum huiusmodi subrepsit in ecclesiã damnantium sacras noctis uigilias, pro eo, q̃ noctem dedit eis dominus ad quietẽ, qui ab erroris affectu iuxta antiquos dicti sunt somniculosi, de quibus libro primo de officiis. c. 22. Isidorus. Est autem quod dam genus hæreticorum, superfluas existimantium sacras uigilias, & spiritali operi infructuosas, dicentes iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem sicut diem ad laborem, qui hæretici græco sermone Lethargici, hoc est somniculosi, uocantur. Hæc ille. AVCTOR. Iam † res exigit, ut pergamus ad dicta. Patet (inquit) ex dictis istius sancti, quàm leuis euidentia est in medio noctis surgere, & dicere matutinas modo quo religiosi nostri faciunt hoc regulariter. Si ex dictis sancti Hieronymi pateat euidentiam fore leuem, attendantur hæc dicta. Traditio (inquit) est Iudæorum Christum media nocte uenturum in similitudinem Aegyptij temporis, & ex hoc traditionem apostolicam, permansisse, ut die uigiliarum paschæ ante noctis mediũ populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi. Cùm hic aduentus Christi semel tantum erit, sicut Aegyptiis semel fuit priusquàm ad religiosos nostros peruenerit, patebit ex uerbis sancti Hieronymi quàm leuis

Matt.

Psal. 6.

Matt. 25

Vigilantius

Stimul.

Psal. 118.

Hilarius.

Isidor.

Lethargici

erat

erat euidentia. Fuit apostolicæ traditionis ducẽtorum annorum paschalibus noctibus usque ad hæc tempora Hieronymi & deinceps: imò ad tempora ferè nostra populum nocte media uigilare expectando aduentum Christi, qui semel tantùm uenturus est sic. Ecce quòd eadem blasphemia, qua religiosos nostros deridet, euidentia tali pulsari, quòd regulariter media nocte consurgant, eadem apostolos tetigisti, qui mediæ noctis uigilias nocte paschæ tot annis in ipsa plebe regulariter seruari fecerunt. Sed si dicas hoc ex nudo sermone Psalmistæ, psal. 118. Media nocte surgebam: statim te conuicero mendacij, quòd non ex nudo sermone illius, quando commaticè arguendo subiungis. Ac si fatui sic arguerent. Psalmista sic fecit ad minimum semel, sicut exiuit semel populus in medio noctis de Aegypto, & Christus ueniet semel ad iudiciũ. Hic ergo ex bono sermone domini, non ex nudo sermone psalmistæ psalm. 118. eos approbas arguisse. At quod de psalmista quòd semel sic fecit ad minimum (inquis) pro te facis, dicens ad minimum: pro religiosis, quorum argumentum usurpas, diceres magis, quòd egit ad maximum, ut augeres frequentiam. Sed & contra teipsum inferres, si affirmares Psalmistam dicere de seipso: Lauabo per singulas noctes lectum meum. Miser hæretice, dormitansque, qua fronte dicis ex semel facto Psalmistæ, assumere religiosos nostros incitamentum surgendi regulariter media nocte ad orandum, quando ipse de seipso pronuntiat non semel, sed per singulas noctes, & regulariter sic fecisse? Quod CASSIODORVS. factum exponit ad literam, & multò magis extendit, exponens illam uersu illo: Memor fui nocte nominis tui domine, super psalmum. 118. sanctus pater HILARIVS. Scit præcipuè nocturno tempore diuini esse à nobis nominis recordandum. Scit tùm maximè custodiam Dei legis à nobis esse retinendam, cùm subrepunt animo impuræ cupiditates, cùm stimuli uitiorũ per recens assumptum cibum corpus exagitant. Tùm Dei nomen recordandum, tùm custodienda eius lex est: pudicitiam, continentiam, timorem Dei statuens. Nouit hoc præcipuè tempore Dominum esse orandum, deprecandum, promerendum: dicens in alio loco, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Non est periculoso nocturnarum uigiliarum otio animus relaxandus, sed in omnibus deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: ut cùm maximè corporeis uitiis datur opportunitas, tum præcipuè eadem uitia, diuina legis recordatione frangantur. Hæc ille. AVCTOR. Peccasti Witcleff, & Christi iudicio te feciſti reum gehẽnæ ignis, quia fratri tuo dixisti, fatue, sine causa, & ex doctrina tua consequenter es præscitus. Ac si fatui (inquis) sic arguerent. Psalmista surrexit semel media nocte: ergo & ipsi surgere debent sic regulariter omni nocte. Sed si uis argumentum audire tibi insolubile, audi ex Hilario, sciuisse Psalmistam præcipuè nocturno tempore Deum orandum, & Dei legem contra uitia meditandam, & quia nouit hoc præcipuè tempore Deum prædicandum, idcirco regulariter non semel, sed per singulas noctes lauit lectum suum. Huius † quoque prophetæ monitu & exemplo, non est periculoso otio nocturnæ uigiliæ animus relaxandus: ergo uir fortis, & religiosus debet regulariter surgere, & media nocte præcipuè uigilare, Item obiicio tibi factum istud regulare ex eodem psal. quasi in hac regula iam habituato ex actibus, Bonum est (inquit) confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. Non exponatur per Witcleff, sed dicat in minori breuiario super eodem loco, HIERON. Si confiteris Domino, annuntias manè misericordias Domini. Quando enim confitemur Domino, speramus misericordiam. Nunc enim psallimus, operamur uirtutes ad annuntiandum manè misericordiam tuã. Vbi sunt, qui secundùm literam scripturas intelligunt? media die misericordiam annuntiare nõ possumus. Et certè Christianorum, & monachorum ex maximè in noctibus peccata sua confiteri. Hęc ille. AVCTOR. Et iam ecce sanctus Hieronymus non leuem putat euidentiam surgendi cum Psalmista media nocte per regulam. Certè (inquiens) Christianorum, & monachorum est maximè in noctibus confiteri peccata. Et adhuc pro eiusdem facto Psalmistæ super illum uersum, Dirupisti domino uincula mea, tibi sacrificabo: in minori breuiario idem HIERON. Sicut, † inquit, martyres laudant Deum purè in regione uiuorum: ita & monachi, qui die, noctuque psallunt Domino, debent eãdem puritatem habere martyrum: siquidem & ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cælo, hoc monachi faciunt in terris. Hæc ille. AVCTOR. Iam ecce uideris, quàm leuis est mendosa euidentia Witcleff, quam dixit esse Hieronymi contra sacras monachorum uigilias: quos quia psallunt Deo die noctuquè, Hieronymus martyres dixit, & angelos imitari, & † hanc regulam sic surgendi sacræ uirgini inuixit Eustochio in epistola ad eandem de uirginitate seruãda. HIERON. Semper ingemina, Super lectulum meum in noctibus quæsiui quem diligit anima mea. Sequitur. Esto cicada noctium, lauapet singulas noctes lectum tuum, lachrymis tuis

Psal. 118.

Psal. 6.

Matt. 5

Psal. 115.

Hier. To. 8

Cant. 3.

Psal. 6.

stratum

Universidad de Deusto
Biblioteca

stratum tuum riga. Vigila, & efficere sicut passer in solitudine: psalle spiritu, psalle & mente, Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes
Psal. 102. retributiones eius. Hæc ille. AVCTOR. Quis dicet hoc docuisse Hieronymum cõtra seipsum? Apprehendamus residuum argumentum, quod Psalmistæ connexuit. Sicut de Aegypto, inquit Witeleff, exiuit populus Israeliticus semel in me
7 dio noctis. Hæc Witeleff, vbi cõiunxit scriptura diuinam mendacio suo, notanter considerans, & seipsum magistrum maximum computantẽ ostẽdens stolidum in scripturis. De Aegypto exiuit populus Israel semel in medio noctis. Iterum qa atque iterum dico tibi, quod Augustinus contra Petilianum mentiris, mi Witeleff, omni seculo altius. Non exiuit ille semel populus Israel medio noctis de Aegypto, sed in figura resurrectionis Christi, & eductionis patrum ab inferno de mane: dicente ibi scriptura. Nullus uestrum egre-
Exo. 12 diatur ostium domus suæ usque mane. Et ideo B etiam de sero cœperunt mutuò uasa, & monilia, expoliantes Aegyptios: & de sero paschā celebrabant, nẽ occasione aliqua exirent usque manẽ propter exterminatorem angelum, qui media nocte percussit Aegyptios, parcens Hebræis tingentib. sanguine agni postes. Vnde super illum uersum psal. 118. Media nocte surgebam ad confite-
Psal. 117 dum tibi. Amb. Itaque ut tempus hõe habile tentamentis, ita etiam tempus est pœnæ, quod ex lectione diuina possumus edoceri. Non enim otiose dominus Deus noster cum posset quocunque momento primitiua Aegyptiorũ extinguere, hoc tamen tempus dolori, & luctui peccatoris opportunius iudicauit. Sic enim scriptum est, q̃ media nocte primogeniti Aegyptiorum liberi, ab exterminatore sunt interempti: iõque sanctus Moyses propheta ut hoc præueniret C tempus ac fine Hebræorum fraude transiret, ante agnum immolauit, hoc est, uespere: ut manducantes eum & domini pascha celebrantes, non occuparentur exterminationis insidiis: nẽ inermes, & uacuos spiritualis alimenti, nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent. Hæc ille. AVCT. Sufficit contra nostrum Witeleff, q̃ media nocte populus Israel exterminatorem angelum saluus euasit, intra domos suas manens agni sanguine dedicatas. Quòd si quis contumax Witele
Exo. 12 uista dicat ibi scriptum. Exo. 12. Nox est ista obseruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti: respõdeatur ei, cur non attendat illi; q̃d statim prædicitur, Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti? Die ergo exiit populus, sed de nocte Phase fecit: quasi inchoans domini transitum. Et statim post noctis medium & exterminium angeli percussoris, urgebat Pharao, & serui eius populum ad egressum: dicẽs: Nocte surgite, & egredimini à populo meo: & ita nocte causaliter, sed effectualiter facto manè surrexit, & abiit. Demum adiungit Witeleff suasionum tertium argumento, dicens. Et Christus, inquit, ueniet in medio noctis semel ad finale iudicium: ergo debent illi regulariter surgere, & illa hora dicere matutinas. Sequitur. Bonum esset eis modo, quo fecit Christus, & eius Apostoli talibus ritibus alterna re. Nam ex cautela diaboli sunt in talibus iudaizationibus plus Iudæis perfidis profundati. Hæc Witeleff. AVC. Iam hora est dicendi, proba quod dicis: quid tempus occupas garrulis? Cum apud catholicos agis, nihil est validum, nihil sanctum quantumcunque ab apostolis & patribus institutũ ecclesiis. Sed statim exclamas aut scriptura uel ratione probetur: iam hæc omnia sine scriptura, sine ratione, sine cõsuetudine, aut sancti patris assertione dixisti. Quis nisi demens tali credet, auctori, Christo spreto, & omni choro sanctorum? Tu dicis leuem euidentiam ex facto Psalmistæ? Ego dico, proba. Tu dicis populum exisse media nocte. Ego dico, q̃ falleris, & mentiris, ignorans scripturas. Tu dicis Christum uenturum semel media nocte ad iudicium, & ideo non sequi uigilaturos nos illa hora. Ego dico q̃ planè mentiris intentionem Christi etiam hoc ipso peruertens, qui ideo ultimam horam uoluit nobis esse occultam, ut semper suspectã habeamus, semperque parati uigilemus secnndum Luc. Gregorium. Vnde & Saluator Lucæ. 12. Vigilate omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Vbi in expositione Lucæ lib. 6. c. Beda 3. Beda. Qui ante filium hominis stare, eiq̃ iuxta Apocalypsin Ioannis die noctuq̃ in templo eius seruire desiderat, nẽ ab eius affectibus in ignem æternum maledictus abiiciatur, non solum ab illecebris secularibus castigari, sed & orare, & uigilare, & hoc non certis quibusdam diebus, sed omni tempore facere debet. Iuxta Psal. quod Psalm. ait, Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Hæc ille. AVC. Videte ergo qualis prædicator euangelii extet Witeleff, qui dum euangelium clamet, & intenẽ moneat uigilare, ipse econtrario monet dormire. Sed glossat hic Lucam, quòd intelligit de uigilia allegorica bonæ uitæ: & hanc eius glossam non spernimus, dùm per hanc non damner, quas Christus, quas Apostoli, quas tota laudat ecclesia, uirtuti accommodas continuas corporales sine interpellatione uigilias: de quibus, non dubium est, ait, Vigilate omni tempore. Et orantes, dicente Beda, non solum ab illecebris castigari, sed orare, & uigilare debet. De qua uigilia intermissa increpauit apostolos di- Mar.
cens,

cens: Non potestis una hora uigilare mecum? Quam ob languorem soporiferæ carnis consequenter laxauit eis, dicens, Dormite iam, & requiescite. Non enim à uigili circunspectione
8 uitæ dormire concesserat unquam. Et † hanc item uigiliam corporalem exemplauit nobis frequenter in oratione pernoctans, totamque noctem ducens insomnem, sicut item Luc. 6. erat (inquit) pernoctans in oratione Dei. Vbi in expositione libr.
Amb. To. 5 5. capi. 8. Ambros. Species tibi datur, forma præscribitur, quam debeas æmulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Hæc ille. AVC. Si igitur hæc corporalis Christi uigilia forma nobis præscribitur, quam æmulari debemus, quis ni si Christi doctrinæ aduersus hanc formam nobis tollat, dicens sufficere si uitaliter uigilemus? Sed dicet Christum, & suos apostolos uices alternasse taliter uigilandi. Quid refert hoc, inquit, quia frequentia uigilandi iudaizatio quædam est. B Vnde hoc? aut ubi legeris hunc ritum uigiliarum continuatum Iudæis in templo? Has uigilias proprie Christianorum, & monachorum suprà dixit Hieronymus. Quòd autem fuerint sub frequentia iudæorum, hoc peto, hoc exigo ut tu probes: maximè cum hactenus te traximus, ut non ipsas mediæ noctis iam damnes uigilias, si alternatim fiant, & non sæpe, uel sæpissimè. Quod item lentum offendiculum, grande factum, magister tuus Vigilantius adinuenit. Et in epistola contra blasphemias eius, quæ incipit, Multa in orbe monstra, respondit ipsi Hierony. Apostolorum fidem Hier. To. 2 Iudæ traditio non destruxit: ergo & nostras uigilias malæ aliorum uigiliæ non destruent: quin potius pudicitiæ uigilare coganeur, qui libidini dormiunt. Quod enim semel fecisse bonum est, non potest malum esse, si frequentius fiat. Aut si aliqua culpa uitanda est, non ex eo quòd sæpe, sed ex eo quòd fit aliquando, culpabile est. Hæc 1 ille AVC. Ecce mi Witeleff dormitanti tibi, qui C crebras, & toto ante te mũdo laudabiles damnas noctis uigilias si sæpe fiant, Hieronymus tibi di- 2 xit, quod si culpa est uitanda, non ideo quia sæpe, sed quia aliquando, etiam si alternatim fiant, erũt 3 culpabiles. Et adhuc te pulso, qui tibi peritus uideris in scripturis, ut probes si possis, quando 4 Christus dormiuit media nocte, ut sic posset ad sensum tuum alternare uigilias imminente noctis 5 tempore. Vt super Marcum notatur à Rabano dormiuit Christus super ceruical in puppi: non ergo media nocte tunc dormiuit, quia necdum 6 plena nox fuit, sed noctis crepusculum. Sed ut
9 agam satis. A † prima electione apostolorum 7 cum eum pernoctasse legitur, per lineam te duco usque ad uiciniam passionis, quando item noctibus plurimis pernoctasse dicitur, & populus ad eum audiendum manicabat in templo, quasi alto mane diebus conueniens, non iam alternatis, sed singulis, quantum ex ipso dicente perpenditur. Quotidie apud uos eram in templo docens. Si ergo totis noctibus pernoctaui in monte, quo- Ly. 18 tis prædicabit diebus in templo, non noctes uidebitur alternasse, sed continuasse diebus. Et hoc, quia imminente tempore passionis, plus his orationib. & prædicationibus instate, quàm uacare uolebat. Vnde super illud Lucæ lib. 6. capit. 3. in Beda expositione. Beda. Erat autem docens in templo, nocte uerò exiens morabatur in monte. Sequitur. Quæ dominus suis confirmat exemplis. Nam qui nos ante repentinum iudicii uniuersalis aduentum, ante incertum singulorum nostrorum exitum sine deliciis & curis huius uitæ, & sine lectis ad uigilandum hortatur, & orandum; & ipse impendente suæ tempore passionis, doctrinæ, uigiliis, & precibus instat, pariter & exemplo B insinuans hoc esse Deo uigilare, uel dicto, uel facto proximis quibusque utam ueritatis ostendere. Hæc ille. AVC. Christus ergo uerbo & facto docuit fideles nocturnas uigilias frequentare cõtinuè ad explorandum aduentum eius ad iudiciũ, qui hora ueniturus est incerta. Ne cùm uenerit, Mar. 13. inquit, repente, inuenier nos dormientes. Contra ipsum suggerit hostis noster diabolus per seruum suum Witeleff, iubens non semper uigilare, sed dormire, quandoque alternare uigilias, ut illos simul Christus aduenies, dormientes inueniat, & ut hostis eum rapiat, qui dormiuit.

¶QVOD RELIGIOSI SVRGVNT ad orandum media nocte Christi consilio, & exemplo. C.XXVI.

SVMMA.

1 *Witeleff qui dicebat non esse surgendum media nocte ad orandum Deo, quomodo Dauid, & aliorũ sanctorum auctoritatibus confutatur.*

2 *Vigilias noctium continuas quomodo fecerit Paulus orando. &c.*

3 *Pauli assiduitas orandi per singulos dies & noctes à Remigio notatur.*

4 *Hilarius quid dicat super illud dictum Dauidis, Media nocte surgebam. &c.*

5 *Deprecatio diurna quòd non sufficiat. Et quare sit surgendum nocte, & media nocte, secundum Ambrosium.*

6 *Christus quomodo trans torrentem pergens, ad orationem media nocte pergit.*

7 *Christus, Apostoli, Patres omnes Testamenti ueteris & nouelli, quomodo horam media noctis supra modum orationibus commendent, & psalmis.*

8 Hæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Hæretici quomodo lupis comparantur.*
9 *Diabolus quomodo cum meretrice hæresi Witeleff sibi coniuge desponsata, cupit quasi per Euam efficere, quod per seipsum non prævalet.*
10 *Vigilandum quòd sit media noctis, quomodo soleter moneat, instet, & hortetur Ambrosius.*
11 *Christus, & sanctus apostolus quòd sacras uigilias antiquas usque in nos transmiserint.*
12 *Psalmista quare dixerit, Media nocte surgebam. &c.*
13 *Ioannes Constantinopolitanus episcopus quare auxerit primus in nocturnis hymnis orationes.*
14 *Ariani quomodo uno & eodem spiritu, quo Witcleuistæ, contra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt.*
15 *Vigiliæ tres nocturnæ mediæ noctis ab initio synagogæ iussione domini per trinas semper horas à se distantes, quas in exemplum traduxit mater ecclesia, describuntur ab Augustino.*

A git enim ad confitendum Deo. Confessio enim non semper ad peccata referenda est, uerùm etiã in Dei laudibus intelligenda est. Hæc ille. AVCT. Videat noster Dormitantius, & somni culosus Witeleff, si propheta Dauid tantum iactasset de una surrectione media, quam fecerit nocte ad minimum, ut item perenni tempore legendum relinqueret in scriptura, dicens, Eia una nocte media surgebam ad confitendum tibi. At quot moderni fideles noctibus mille consurgunt, & trinis, aut denis mensibus noctes extendunt in dei laudes? Beatus † Paulus continuas uigilias noctium fecit orando, cum totos dies tristatiè diuisisset operibus sanctæ uitæ, ne per intercisionem tanti temporis oues Christo acquisitæ, exponerẽtur periculis, uacarent. Vnde in expositione primæ ad Corinthi. textu, gratias deo meo semper pro uobis, REMIGIVS. Quare † se dicit gratias agere deo semper pro salute eorum, cum nemo hominum semper possit intentus esse in oratio- B nibus, aut gratiarum actionibus? Nam sicut in scripturis patrum legimus Apostolus ab hora prima usque ad horam quintam, labori manuum insistebat: ab hora autem quinta usque ad decimã, prædicationi operam dabat: post decimam procurabat pauperum peregrinorum hospitalitatẽ, suiquè corporis necessitatem: per noctem uerò orationi attentissimè insudabat. Igitur propter assiduitatem, qua per singulos dies, & noctes deo gratias, laudesq; referebat, tã pro Corinthiis, quã pro omnibus, quos Christo acquisierat, dicit grãtias se deo referre semper pro illis. Hæc ille. AVCTOR. Iste ergo Apostolus non contentatur semel orare de nocte, quod Witeleff imponit sancto Psalmistæ. Audite † item fideles HILARIVM, ut Witeleff rideatis: quia in commemorationem sancti Dauid dicit non tota una nocte, sed non uacat (inquit) totis noctibus somno, sed nocte C media consurgit. Et his horis non laxatur in somnũ, ne cladi admisceatur Aegypti. Quæ cùm olim semel aduenit, singulis noctibus hora media est timenda uenire: & semel adueniente sponso, potest cum stultis pro semper excludi, nisi illa una hora omnibus horis uenturum sponsum expectet: maximè cum hæc ipsa hora soleant mali spiritus uexare fideles, & luctam adhibere & habere licentiam malignandi. Vnde super illum uersum psal. 118. AMBRO. Non † satis est dies ad deprecandum, surgendum est & nocte, & media nocte. Ipse enim dominus pernoctabat in oratione, ut te proprio ad deprecandum inuitaret exemplo: & utique peccatis tuis ille indulgentiam postulabat: Postulabat à patre, operabatur propria uoluntate. Non tibi dicit Propheta tantum modò ut media nocte surgas, sed ut nocte surgas, & maximè media nocte. Nocte enim ante surgendam præmisit,

REVRIT Witeleff contra Christi uigilias mediæ noctis, dicens tractatu. 2. de sermone domini in monte cap. 16. Religiosi nostri recenter, præter ordinationem domini introducti habent tria, quibus populus est deceptus. Habent enim primò politos ordines, sed frigidos à charitate, ut saxum marmoreum. Habent obseruantias hypocriticas, ut cantum in mediis noctibus, & ieiunium electis temporibus, & alia signa, quæ non sonant in regione Domini nostri Iesu Chri. Hæc Witeleff. AVCT. 1 Cætera † transeamus, & hic de cantu sancto mediis noctibus aduertamus. Non dubium, siue de uigilia cordis, siue corporis hic Witeleff admonuit, oppositum Saluatori nostro christo docet, 4 qui pro salute nostra simul utrunque mandauit. Quod item Dauid apud nos eius instinctu, & eisdem de causis propheticè obseruauit, cùm diceret: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. In huiusmodi expositione antiqui patres ecclesiæ hoc festiuè, & concordi penna describunt. Vnde in expositione Psal. 11. HILA. Non uacat totis noctibus somno, nec otiosus lecto continetur, sed ad confitendum deo, non solùm nocte, sed etiam nocte media consurgit. Meminit hoc esse tempus, quo primitiæ Aegyptiorum meritissima impiæ obstinationis clade percussæ sunt. His ergo horis non laxatur in somnum, nè cladi Aegypti admisceatur. Hoc noctis tempore introeunte sponso sapientes uirgines in nuptias cum lampadibus introibunt. Vigilat ergo, ne cùm stultis meretur excludi: hoc tempore, psallentibus Paulo & Sila apostolis, catenæ, & uincula resoluuntur, Non dormit itaque cum uinctus sit; nec habet cum totus nocturni temporis somnus, nec obliuio officij sui requie mediæ noctis obrepit. Sur-

misit, dicens: Memor fui nocte nominis tui domine. Potest unusquisque memor esse, & non surgere: potest unusquisque surgere, & cum surrexerit, quæ proprio arbitrio sederint, postulare. Addidit, media nocte: nec otiosum est quod adiunxit, ad confitendum tibi: hoc est, ut illo maximè tempore deprecari Deum, & propria debeamus peccata deflere: nec solum præteritis uenia postulare, sed & præsentia declinare, cauere futura. Multa enim illo tempore tentamenta proserpunt. Tunc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit, coquitur cibus, potusque digeritur, stomachus æger, mens somnolẽta, animus occupatus est. Itaque aut quiescenti calor soporis augetur, aut uigilanti nondum plenus refusus uigor est, qui errorum cauere possit incursus. Tunc igitur tentator insistit, tunc retia iacit, quibus turbare possit mentem improuidam: tunc spirituales nequitiæ tenebras offundunt: tunc omne nefas suadere contendunt, quando nullus culpæ arbiter, nullus criminis conscius, nullus potest esse testis erroris, Tunc uarias disceptationes peccatori dormitanti infundunt, ut primò de statu mentis deijciant reluctantem, & aliquorum, qui sancti habentur, proponatur exemplum, quòd illi aliquando deliquerint, sed postea uenium sint adepti, & texerint superiora delicta. Nam & si omnem emendationem nostri inimicus exosus sit, tamen ad tempus, ut sobriæ mentis uirum possit elidere, prætendit futuram indulgentiam, ut præsentia peccata persuadeat: & cũ impulerit aliquem ad erroris assensum, si uiderit eum iam non ex amore uirtutis à culpa sed pœnæ contemplatione reuocari, inserit uarias disceptationes, dicat ut sibi, quis me uidet? & tenebræ circundant me, & parietes. Hæc ille. AVCTOR. O bone Iesu quàm multum dissensit à tuis sanctis uigiliis insolens iste Witeleff, Bone C domine, pasce fragilibus tuis, quòd contra molitiones eius hæreticas non eo fortiùs surgimus, ut cautelas, quibus blanditur carnalibus, aspernemur atrocius: nec tantum sic surgamus, sed & memores tui simus: sicut illic tangit secundum Psalmistam Ambrosius, Memor fui nocte nominis tui domine. Potest enim unusquisque memor esse, & non surgere: & surgere, & non memor esse. Plus ergo est memorari, & surgere. Surgamus ergo corpore, surgamus & mente: sed adhuc potest quilibet surgere, & quæ sibi sederint animo cogitare, & meditari, ideo dicit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Quia nocte surgendum est, & maximè media nocte Hæc hora supradicta est orandi præcipua. Vnde etiam idem Psalmista de hac ipsa hora dicit, præueni immaturitate, & clamaui. secundum aliam A literam hebraicam, Præueniebant oculi mei uigilias. Litera Augustini habet, Præueni intempestã, & clamaui. Vbi AVGVS. Plures codices non habent, intẽpesta nocte, sed immaturitate. Vix autem unus inuentus est, qui haberet geminatã propositionem. i. immaturitate intempesta. Immaturitas hoc loco nocturnum tempus est, quo non est maturum, i. opportunum ut agatur aliquid uigilando. Quod etiam uulgo dici solet hora importuna. Nox quoque intempesta, i. media, quando quiescendum est, hic proculdubio nuncupata est: quia importuna est actionibus uigilantium, tempestiuum est opportunum. Hæc ille. AVC. Ecce Psalmista quàm assiduè mediæ noctis horis obseruat horam intempestam, horam nostris actionibus immaturam, & mediæ nocte surgendum indicit, & maximè media nocte: Sic † Christus trans torrentem pergens, ad orationem pergit mediæ noctis: prout notat super illud Ioannis, Egressus Iesus trans torrentẽ B Cedron, ubi erat hortus Chrysost. Sciebat autẽ Iudas qui tradebat eum locum, quoniam multotiens conuenerat illuc cum discipulis suis: media nocte uadit, & flumen pertransit, & properat: ad locum proditori cognitum, abscindẽs iis, qui insidiabantur, laborem. Hæc ille. AVCTOR. 7 Hanc † ergo horam Christus, hãc apostoli, hanc patres omnes testamenti ueteris & nouelli supra modum orationibus commendant, & psalmis. Solus noster Witeleff auctoritate Vigilantii, & somniculosorum suorum consilio contra totum orbem terrarum, aut damnat integram, aut alternat, qua auctoritate? nulla, quia nullam habet. Qua utilitate? nulla. Nam quid eum nocturnæ preces offendunt? gentilium esset hæc ejiciras, aut perfidiæ Iudæorum, sicut in li. orationis dominicæ in fine Cypr. Viderunt uel Gentiles, qui necdum illuminati sunt, uel Iudæi, qui deserti in tenebris remanserunt: nos fratres dilectissimi, qui in domini luce semper sumus, qui meminimus, & tenemus q̃d esset acceptum, gratum cepimus, compuremus noctem pro die: ambulare nos credamus semper in lumine, non impediamur a tenebris, quas euasimus: nulla sint horis nocturnis precum damna, nulla orationis pigra & ignaua dispendia: per dei indulgentiã recreati spiritualiter, & renati, imitemur quod futuri habiturus sumus in regno sine interuentu noctis solum diẽ. Sic nocte quasi in lumine uigilemus oraturi semper, & acturi gratias deo, hic quoque orare, & deo gratias agere non desinamus. Hæc ille. AVCT. Quid ergo miramur, si hæreticus Witeleff religiosorum ritus quosdam maledicta lingua peruadat plus sanctis insolitos, aut ab alta præfectione remotos, uelut est silẽtium, & forma habitus, uel regularis incessus, uel abstinen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia singularis, quando tam cunctis scripturis & sanctis laudabilem ritum contaminat, & ponit sanctum uigilem in custodem cucumerum? Stupẽr multi graues, quid ipsi, ut antiquæ huic sanctitati detraheret, uenit in mentem. Putatur autem quia cum ipse & sui conciliabula nocte concelebrent, exploratores odiant, arbitros detestẽtur, ut soli peruigilent. Nam & Christus ipse, pIe. 18. pheticè de eis dicit, Hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Et ideo in auctoritate euangelii lupis eos comparat libro. 6. super Lucam ca.

Amb. To. 5 181. AMBROS. Nonne† lupis istis hæretici comparandi sunt, qui insidiantur ouilibus Christi, tremunt circa caulas nocturno magis tempore, quàm diurno? Semper enim perfidis nox amica est, qui lucem Christi sæpe nebulosis interpretationibus obducere, & quantum in ipsis est, fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent. Hæc ille. AVCT. Profecto lupi sunt, & magna

1. Pet. 5. Christi membra, de quibus Christus ait: Veniunt in uestimentis ouium, intus sunt lupi rapaces. Sunt catuli leonis, qui rugiens circuit quærens quem deuoret. Vnde & contra eum uigilare iubemur (si quidem domestici inimici

Matt. 13. hominis) qui nocte, patrefamilias dormiente, uenit superseminare zizania. Quis inimicus homo? Non alius, quàm diabolus, qui si per se diceret inanes esse nostras uigilias, non tantum non crederetur ei, sed cum conuicio fugaretur. Ideo

9 † cum meretrice hæresi Witcleff sibi coniuge desponsata, cupit quasi per Euam efficere, qđ per seipsum non prævalet s. obruere somno malo improuidos, ut cunctis malis, quæ hora illa solet imittere secundum Cyprianum, Ambrosium, & patres suprà memoratos, incautos possit inuoluere. O fraus diaboli, ò dolus & astutia inimici: iam ipse dicit per eos Witcleff, si quis media nocte dormierit, saluus erit. Qui ore

Gen. 3. serpentis protulit: Quacunque die comederitis, eritis sicut dij. deus ipse hoc scit, sed Christum C Iesum, qui te excitabit, & si mortuus fueris uelut ipse scribit super illum uersum psalmi. 118.

Psal. 118. Amb. To. 4 Act. 16. AMBR. Excitabit ipse dominus Iesus, ammonebit ut surgas, & eo tempore arma orationis assumas, quo solet incursare tentator. Vnde non otiosè Paulus Apostolus & Silas trusi in carcerem cum in neruo pedes haberent, media tamen nocte surgebant, mentis uestigio exorabãt dominum, eique laudis sacrificium deferebat: ideoquè ubi non defuit deuotionis officium, affuit & absolutionis remedium. Subitò enim media nocte terræmotus factus est magnus, ita ut mota sint fundamenta carceris, ualuæ apertæ, omnium uincula soluta sint. Audis quemadmodum si ligatus fueris, quibus manibus, quibus o-

peribus te ipse absoluas: quemadmodum custodes timere non possis. Surge igitur ad deprecandum. Ea hora est qua tentator nocere consueuit, & irruere. Ea hora est, qua solet aduersus tẽtationes graues remedium uenire cœleste. Excubandum tibi est, nè qua fraude uincaris. Prouidendum ut eo tempore, quo potes uincere, nequaquam tempus tui uincendi admittas. Hæc ille. AVCT. Ecce† quàm solerter monet, instat, & hortatur Ambrosius ad uigilandum media nocte: docuit mala cauenda, quæ in illam horam affluenter conueniunt. Docet auxilia diuinitus promerenda, quæ illis horis abundanter occurrunt: & solus Witcleff timidus sibi, ne dormitantes, & somnolentos suos Anglia perdat & breuis uigiles fiant omnes, opponens se auctoritate apostoli, Hora est, inquit, iam nos nullo modo de somno surgere: quia promisit dominus coronam. Et ironiam prophetæ in assertionem commutans, Vanum est, inquit, uobis ante lucẽ surgere: quia promisit dominus coronam dor-

B mientibus. Si scripturas Christi, & apostolorũ, & antiquorum patrum ea rẽuerentia & affectu temeritatis acciperet, quam iactare solet, nullo modo tàm planis uerbis Christi & sensibus, suos

11 impios sensus, & uerba præferret. Nam † & ipse Christus, & sanctus Apostolus sacras istas uigilias usque in nos transmisit antiquas: prout ex patrum scripturis lib. 1. de officiis, cap. 22. pro-

Isidorus. bat ISIDORVS. De uigiliarum antiquitate. Tit. 18. Antiqua est uigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus sanctis. Dauid Propheta denique exclamabat ad dominũ dicens: Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Hoc namque tempore uastator angelus transiens, primo genita Aegyptiorum percussit. Vnde & nos uigilare oportet, ne periculo Aegyptiorum admisceamur. Hisdem etiãm horis uenturum se esse in euangelio saluator astruxit. Vnde ad uigilandum auditores suos suscitans dicit:

C Beati serui illi, quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes. Et si uespertina hora, inquit, uenerit, & si media nocte, & si gallicantu uenerit, inueniet eos uigilantes, beati sunt; itaque & nos parati estote, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Siquidem nec solùm docuit uerbis uigilias, sed etiam confirmauit exemplo. Nã testatur euangelium, q̃ erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Paulusque & Silas in custodia publica circa mediã noctem orantes, hymnum audientibus cunctis dixisse memorantur. Vnde repẽte terræmotus factus, & cõcussis carceris fundamẽtis, & ianuæ sponte apertæ, & omniũ uincula sunt soluta. Vñ oportet his horis psallendi, orãdiq; frequẽtiã nos in sanctis habare officiis, finemque nostrum uel si aduenerit, sub tali actu

Luc. 12.

Act. 16.

expectare securos. Hæc ille. AVCTOR. Cuncta scribit Isidorus secundum dicta priorum sanctorum patrum: & hoc quoque notandum, qđ concludit finaliter. Vnde oportet, inquit, his horis psallendi, orandiq; frequentiam nos in sanctis habere officiis. Dicat hic Witcleff, quare oportet nos his horis. s. mediæ noctis orare frequenter: num quia Psalmista semel media nocte surrexit? quia angelus semel media nocte percu-

14 sit Aegyptios? quia Paulus & Silas semel media nocte decantabant? immo sicut oportet frequẽter & annualiter resurrectionem Christi celebriter colere, quia semel Christus illo die surrexit: & qui ad Christi festinaret præconia, semper

Psal. 118. surgere non tardaret. Et hoc notat in Psalmista quia dixit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. super eundem uersum in ex-

15 positione CASSIOD. Non† uacat quod dicit, media nocte surgebam. Scit enim hoc tempore primogenita Aegyptiorum fuisse percussa: scit ea tempestate Petri & Pauli & Silæ in carcere positorum uincula resoluta: scitquè sponsum media nocte esse uenturum: ideoquè eodem tẽpore surgit ad laudes, ne inter fatuas uirgines in-

Cassiodo. Luc. 12. Act. 16. nua clausa remaneat. Nec uacat quod dicit, surgebam: quia semper surgitur, cum ad domini præconia festinatur. Hæc ille. AVCTOR. Audiat hoc Witeleff, ideo dicit Psalmista, surgebam, q̃ non alcernis uicib. aut intercisis hebdomadibus aut mensibus, sed semper, inquit, cum ad domini præconia festinatur. Hoc quoque non est silentio prætercundum, q̃ dicit Isidorus, antiquã esse uigiliarum deuotionem à primæua. s. deuotione patrum traductam. Qua deuotione prætensa, multos sibi allexit Ariana perfidia: & ideò antiquæ deuotioni quædam circa orationes & hymnos ad ipsorum obscurandam hypocrisim addebat ecclesia. Ioannes Constantinopolitanus episcopus hoc fecit. ut lib. 10. historiæ triper

Cassiodo. 13 titæ. cap. 8. scribit Cassiodo. Cum † hæc in Aegypto fierent, Ioannes Cõstantinopolitanus doctrina florebat, & apud cunctos fauoribilis habebatur. Auxitque primus in nocturnis hymnis orationes ad huiusmodi causam. Ariani (sicut dictum est) extra ciuitatẽ collectas agebãt. Sabbato autem, atque dominica intra portas, & per porticus congregati, hymnos, & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant: & hoc maxima parte noctis facientes, diluculò cũ ipsis antiphonis per mediam ciuitatis portam egressi, ad suam ecclesiam concurrebant. Cumquè hoc crebrò quasi ad uituperationem orthodoxorum non cessarent, frequenter etiam hoc cantabãt, Vbi sunt, qui dicunt trina uirtute unũ? Tunc Ioannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suum populum,

ut & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, quatenus & illorum obseruaretur opus, & fidelium professio firmaretur. Studium ergo Ioannis nimis utile cum turba periculisquè hnitum est. Nam cùm clariores hymni homousianorum nostris apparerent, sequitur. Tunc Arianizelo tracti, usque ad neces insurgunt. Hæc ille, AVCTOR. Vno † & eodem spiritu, quo & nunc Witcleuistæ contra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt: nempe, ut dixi, ipsi nocte latebras cum discipulis suis replent, sed cum omni mundo clariores hymni nostri resultant, q̃ grunnitus illorum & detestabiles lectiones, omniuodè tabescunt, & cum tacere nõ possunt, blasphemiis inardescunt. Hoc unum iam in fine huius tractatus audiant Witcleuistæ, q† tres diæ noctis sint & tres aliæ nocturnæ uigiliæ, per trinas semper horas à se distantes ab initio synagogæ iussione Domini, quas in exemplum traduxit mater ecclesia. Quem processum à scriptura Num. 3. sic colligit AVGVS. Loquutus est dominus ad Moysen, dicens. Accipe tri- Aug. To. 4

B bum Leui, & statues eos in conspectu Aaron sacerdotis. & ministrabunt ei, & custodient custodias eius, & custodias filiorum Israel ante tabernaculum testimonii. Quas phylacas Grecus dicit, has nostri interpretes, alii custodias, alii excubias interpretati sunt: sed uigiliæ melius dicuntur, quæ solent in castris trinarum horarum spatium habere. Vnde scriptum est, Quarta autem uigilia uenit ad eos ambulans super mare Marc. 6. hoc est, post horam nonam noctis, post tres uidelicet uigilias. Et multis locis scripturarum nostri uigilias interpretati sunt, quas Græci phylacas uocant. Vbi nulla dubitatio est spatia nocturni temporis significari: quod puto & hic accipiendum. Quomodo enim Leuitæ iubentur seruare custodias Aaron, & custodias filiorum Israel, id est, phylacas, ut dictum est, ne putarent ab obseruandis uigiliis, quæ propriè in castris obseruari solent, propter honorem, quo seruiebant tabernaculo, immunes esse debere, cum & ipsos oporteret propter opera tabernaculi uicissim obseruare uigilias, quæ obseruarentur in aliis circumquaque castris filiorum Israel. Hæc Augustinus in quæstionibus Numerorum cap. 4. AVCT. Ergo iuxta rypologiam huius legis terrerentur catholici si non per quadras tabernaculi uicissim omnes quatuor, ut supra distinxi, uigilias uicissim obseruent: quia & Leuitæ ipsi carnales instar cæterorum filiorum Israel carnaliter uigilias suas obseruantes in castris stringebantur sanctas circa tabernaculum uigilias frequentare, quantò magis ecclesiastici, & religiosi moderni circa tabernaculum non manu fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ãũ,q introiuit Iesus semel in sanguine,uicissim suas excubias per quatuor partes nulla libertate ex reuerentia eximente contra zabulum obfirmabunt?

¶QVOD RELIGIOSI, ET CLERICI obseruare debẽt horas publicas die ac nocte secundùm morem ecclesiæ, in qua degunt. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Religioso uiro quòd in conuentu sit simpliciter amplectenda precum obseruantia media nocte, cæterisque horis publicis. Et quòd idem dicendum sit de omni clerico.*
2 *Psallendi disciplina monachorum, quam commendat Ambrosius, quòd non dissonet cultui Christiano.*
3 *Pauli regula quomodo commendat ut cantemus, & psallamus totis præcordijs.*
4 *Psalmodia quòd cum magna delectatione sit agẽda. Et quomodo refert a dei laudibus uitiosos cantus excludere.*
5 *Hieronymus quid dicat de cantu, exponendo locum illum Apostoli, Loquentes nobismetipsis in psalmis, &c.*
6 *Cantus quales concesserit Lactantius Christianis in ecclesia.*
7 *Cantus sancti, & Cantores ecclesiæ ab Ambrosio probantur.*
8 *Horæ ad orandum per scripturas expressæ, quòd nocte dieque sint seruandæ.*
9 *Horæ omnes canonicæ à Hieronym. enumerantur.*
10 *Orandum quid censeat ecclesia pro horis canonicis sub pœna contemptus.*
11 *Witeleff triformis proteruia circa horas canonicas condemnatur.*
12 *Augustinus quomodo in multis, quæ ad ecclesiæ ritus & mores pertinent, semper amplexabatur Ambrosij sententiam.*

REligiosorum obseruantias sacras tantò acrius insectatur hæreticus, quantò arctiùs ad orandum Deum incumbunt, & in eorum uirtutes irruit tanquam in peccata: quia delicta non inuenit, nisi quæ effingit ibidem. s. cap. 65. de sermone domini in mõte. Si (inquit) surrectio illorum antiqua ta solidat continuè eorum fidem ac deuotionem plusquam opus aliud faciendo, regularis huius horæ obseruatio est laudanda: sed constat ex eorum uita, atque operibus, quòd sunt ampliùs cæteris in securitate mundi, atque prosperitatibus profundati. Hæc Witeleff. AVCT. Si deductio ista scintillam habet ingenij, quid sit ingenium hominis non agnoui. Nam quid pertinet ampliùs eorum securitas & profundatio in prosperitatibus seculi ad eorum surrectionem anti quatam, quàm ad sobrietatem gestus, uel eorũ refectionem post famem, uel quidlibet aliud? quomodo ergo tolletur eis huius horæ regularis obseruatio plus quàm corporalis refectio, aut prædicatio: quia constat ex eorum uita, & operibus, quod sint prosperitatibus profundati? Si enim opus aliud facerent, aut uerbum Domini prædicarent, posset tibi uideri constare ex eorum uita, quòd sint prosperitatibus profundati cum pseudo apostolis Pauli æmulis. Tantùm ergo agis contra quodlibet eorum opus extrinsecum præscindendum & tollendum, quantùm contra surrectionem antiquatam, & tunc est deductio: estis prosperitatibus profundati, ergo nihil agatis boni. Sed ad rem. Contra † hanc turbulentam uesaniam Witeleff obseruantia precum media nocte cæterisquè horis publicis in conuentu religioso uiro est simpliciter amplectenda, & secundùm usum ecclesiæ, cui incumbit omni clerico omni fide sectanda. Hæc norma decus christianitatis adauget. Hæc lux fratres serenat: hic splendor sanctorum clericorum acies oculorum Gentilium tantopere reuerberat, ut se surdas bestiolas in christianorum comparatione cognoscant. Vnde in epistola ad Vercellenses. AMBR. Exitus matutini & uesperæ delectabis. Parasti cibum illorum, quia ita est præparatio eius. Sed satis de magistro dictum puto: nunc discipulorum uitam prosequamur. Qui in illam se laudem induxerũt, hymnis dies ac noctes personent. Hęc nempe angelorum militia est semper esse in Dei laudibus, oratonibus crebris conciliare, atque exorare dominum. Studeant lectioni, uel operibus continuis mentem occupant, separati a cœtu mulierum, sibi inuicem tutam præbent custodiam: qualis hæc uita, in qua nihil sit quod tibi timeas, quod imiteris plurimum? Adest ieiunium, labor compensatur mentis placiditate, leuatur usu, sustentatur otio aut fallitur negotio. Hæc ille. AVCT. Non † dissonat cultui Christiano disciplina psallendi monachorum, quam commendat Ambros. ip qui in illam se laudem induxerunt, (inquiens,) dies & noctes personent. Et hæc est angelorum militia, continuo cantu, & ratione canonica laudes celebrare diuinas. In horum typum qui uirtutem huius sanctæ disciplinæ non sapiunt, Dominus Iesus. 7. ca. Marci, muti & surdi uinculum linguæ soluit, ut uirtute agnita cantici regularis in laudem Christi prorũpant, quã tacere non poterunt. Vnde in commentario Marci eodem

eodem loco HIER. Statim apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur rectè, aperiens aures ad hymnos, & cantus, & psalmos, soluit linguam, ut eructet uerbum, quod non possunt minæ, & uerbera cohibere. Hæc ille. AVCT. Ecce Hiero. supponit fidem ac deuotionem spiritualiter psallentium hymnos sollicitam continuè, ita ut suauè cantãtes cohiberi non possint, quod in cor obturati hæretici non ascendit. Vnde in collationibus patrum collatione prima Isaac. CASS. Nonnunquam etenim psalmi cuiuscunque uersiculus occasionem orationis ignitæ decantantibus nobis præbuit. Interdum canora fraternæ uocis modulatione, ad intentam supplicationem stupentiũ animos excitauit, Nouimus quoque distinctionem, grauitatemque psallentis, astantibus plurimum contulisse seruoris. Hæc ille. AVCTOR. In his tam nobis cantantibus occasionem feruendi capit sancta deuotio, quam in cantus audientibus, & † ideo regula Pauli commendat, ut cantemus, & psallamus totis præcordiis: prout in uersi. Psalm. 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. CASSIODOR. Cum dicitur, cantabiles, significat psalmodiam cum magna delectatione peragendam: sicut dicit Apostolus, Cantantes, & psallentes in cordibus uestris Deo. Cãtus enim semper releuat labores, & non facit animo surrepere tædium, qui contemplationis magna suauitate mulcetur. Hæc ille. AVCT. Docetur hic, quòd † cum magna delectatione psalmodia agenda est, ut distinctione, & grauitate sua, secundum Cassianum, orationis ignitæ occasionem dispenset. Refert tamen à Dei laudibus uitiosos cantus excludere, qui potiùs mulcent animum ad terrena, quàm cælestia contemplandum. Qui enim sic psallunt ut delectent, nõ cordibus suis Deo cantant, aut psallunt. Quapropter huius rei cantus exponit hunc textum super illum locum Apostoli, Loquentes nobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes. li. 3. commentarij super Epistolam ad Ephesios HIERONYM. Certè † aut propter simpliciores manifestius quod uolumus eloquamur. Psalmus ad corpus: canticum refertur ad mentem. Et psallere igitur, & laudare deum magis animo, quàm uoce debemus. Hoc est quippe quod dicitur, Cantantes, & psallentes in cordibus uestris deo. * Audierant hoc adolescentuli, quibus psallendi in ecclesia est officium, deo non uoce, sed corde cantandum: nec intragœdorum modum guttur & fauces dulci modulatione colendas, ut in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica, sed in timore, & opere, & in scientia scripturarum sic cãtet seruus Christi, ut non uox cantici, sed uerba placeant quæ leguntur, ut spiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his, qui ab eo similiter possidentur. Hæc ille. AVCT. Vult Hieronymus, quòd qui cantat tantum ut hominibus placeat, uoce tantum psallit, non corde, non deo, quia corde deo psallitur, homini uoce. Non se fugit ut uoce cantetur, sed cordium cãtum præfert. Vnde laudare magis uoce quàm animo debemus (inquit) & sic cantet seruus Christi, ut nõ uox cantici, sed uerba placeant, quæ leguntur. Hæc erat regula cantus apostoli, & primitiuæ ecclesiæ, quòd si nouiter accedentes ad fidem hi cantibus mulcebantur ecclesiæ, statim motionem acceperant, ut cantus quidem audirẽt, sed ut dei cantus, & laudes, non ut humanæ applausus: prout libro sexto diuinarum institutionum cap. 22. LACT. Carmen compositum, & oratio cum suauitate decipiens capit mentes, & quòd ita fuerit, impellit: unde homines lubricam ad religionem dei accesserint, ab aliquo imperito doctore fundati nimis credunt. Assuescunt rudibus, sine politis oratoribus, si est de carminibus, diuinarum literarum simplicem, communemque sermonem prosordido aspernantur. Id enim quærunt, quòd sensum demulceat. Persuadet autem quicquid suauius est, & animo penitus quod delectat, infidet: Sequitur infra. Itaque † si uoluptas est audire cantus & carmina, dei canere laudes, & audire, iocundum fit. Hæc est uoluptas uera, quæ comes & socia uirtutis. Hæc non est caduca, & brevis, ut illæ, quas appetunt, qui corpori uelut pecudes seruiunt, sed perpetua, & sine illa intermissione delectans. Cum terminos si quis excesserit, nihilque aliud ex uoluptate petierit nisi ipsam uoluptatem, hæc meditetur. Hæc ille. AVCTOR. Non ergò negauit cantus Christianis in ecclesia, sed quibus uoluptas est audire cantus, inquiunt patres, audiant laudes Dei, sacra carmina meditentur. Item &. AMBROS. sanctus pater super illum uersum psalmi. 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. Quæ enim (inquit) bene tenemus, cantare consueuimus, & quæ cantantur, melius nostris adhærent sensibus. Sequitur. Hymni nobis, canticum nobis, psalmus nobis, iustificationes domini sunt. Psallamus spiritu, psallamus & mente, & nè si obliti fuerimus, in tempore necessitatis dicatur, unicuique nostrum, abiecisti sermones meos, posite, ideoque ut expelleretur, & eliminaretur oblitum à domo sua sancta, cantores fecit sibi uerus Salomon, qui toto spiritu acquirenda recognitioni diuinitatis intenderent, ne psallentes, deessent ecclesiæ suæ, quorum cantu nequam spiritus fugaretur, sicut Dauid sancti exemplo docemur, quo psallente malus ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Reg. 16 spiritus expellebatur, qui Saul regis cor deuexabat. Prophetæ quoque ut prophetarent, psallendi peritum iubebant psallere, quo sua mutata dulcedine spiritualis infunderetur gratia. Et in Euangelio legimus, in domo patris illius filium recuperantis percrepuisse symphoniam, quæ epulantes delectabat fideles. Perfidus autem impatienter audiebat. Dulcis igitur cantilena, quæ non corpus effœminat, sed mentem animumq; confirmat: ideoque canticum dicitur Domini testamentum, quia remissionem omnium peccatorum, & iustitias in scriptura euangelij suaui mentis exultatione concinimus. Ipse quoque Dominus non dedignatus est dicere, Cantauimus uobis, & non saltastis. Hæc ille. AVCT. Intedit †Ambrosius, quod & ego festino probare, cantus sanctos, & cantores ecclesiæ, dicens etiam uerum Salomonem, qui præter Christum nullus est, instituisse eosdem, ne (inquit) psallentes deessent ecclesiæ suæ, quorum cantu nequam spiritus fugaretur. Hæc ecclesiastica musica quacunque arte polleat, uirtutem semper habet consimilem, non ita Pythagorica, quia non est spiritus innixa uirtuti, sed dulcibus cantilenis, circa cuius differentias phantasmata sua spargunt hæretici quidam negando, quidam assequendo, quia medium aspernantur uirtutis. Vnde lib. 5. contra Iulianum cap. 4. AVG. Commemorans quòd in expositione consiliorum suorum Tullius posuit quòd cum uinolenti adolescentes tibiarum etiã cantu, ut fit, instincti mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur, quod cum illa fecisset, tarditate modorum, grauitateque cantus, illorum furentem petulantiam resedisse. Sequit. Debuisti sanè homo ecclesiastica musica potius quàm Pythagorica commoneri, quid Dauidica cithara egerit in Saule, quando malo spiritu uexabatur, ut tangente citharam sancto ab illa molestia respirabat, ne ideo bonum aliquid existimes concupiscentiam carnis, cp nonnunquam musicis cohibetur sonis. Hæc ille. AVG. Bona sunt hæc hortamenta Witcleff, ne cantus ecclesiæ musica arte compositos, aut resonantes musicis instrumentis, uelut cymbalis, aut organis, calumniari attentet. Ne dicatur ei sicut iam Iuliano August. obiecit, cp potius musicam ecclesiæ probaret sibi acceptam, quàm Pythagoræ, quia cùm geometriam Euclidis perpendiculis, & perspectiuam a iacenda uisuali Paramyde canonizet, etiam ut fidem obijciat, intendet alias præferre quadriuium. Verum sanctus pater Ambrosius, cum ex præfecto processit Episcopus, non se erubuit dici Psalmistam lib. 2. de pœnitentia uersus finem. AMBROS. Dicetur enim (inquit) ecce ille non in ecclesia nutritus, non ei

Luc. 15.

Luc. 7

7 bis,

Augustin. To. 7.

1.Reg. 16.

8

Ambros. To. 1.

A donatus a puero, sed raptus de tribunalibus, abductus à uanitatibus huius seculi, a præconis uoce ad Psalmistæ assuefactos canticum in sacerdotio manet. Respondet non uirtute sua, sed Christi gratia inter conuiuas mensæ cælestis recumbit. Serua domine munus tuum, custodi donũ, quod contulisti etiam refugienti. Ego enim sciebam, cp non eram dignus uocari episcopus, quoniam dederam me seculo huic, sed gratia tua sum id quod sum. Hæc ille. AVCT. Ad Psalmistæ assuefactus canticum, in sacerdotio manet Ambrosius in libertate Christi ad quodlibet agendum, quod fuerit ad ædificationem proximi: præferri tanto patri contendet hæreticus? Sacerdotes Christi sciunt sibi esse debitum pensum psalmorum, & orationum reddere deo quotidie, dicente illud Psalm. Vespere, mane, & meridie narabo, & annuntiabo. Et hoc, ut prædixi secundum legem Pauli primùm omnium, ut aliena utilia proximo consequantur hæc oportet facere, & illa nõ omittere. Vnde Paulus. Obsecro primò omnium facere obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones &c. Alloquens in hoc uerbo præcipuè sacerdotes, prout hunc locum in eandem epistolam exponit. Chrysost. Quid autem est hoc primum omnium? hoc est in cultura quotidiana, & hoc primum sciunt presbyteri, qualiter per unamquanque diem fiunt, & sero & mane, qualiter pro omni mundo, & regibus, & omnibus, qui sunt in præeminentia, facimus intercessionem. Hæc ille. AVCTOR. Nec dicat Witcleff de hoc apostoli Pauli, quòd hoc uoluit semel fieri, ideo bene exponit Chrysostomus hoc eum bene statuisse pro cultu quotidiano, mane, & sero: hoc officium sacerdotũ, hic cultus sanctorum, quorum uita ut abstrahit à seculo, sic deducit uitam Deo. Hæ †horæ ipsæ ad orandum per scripturas expressæ, sunt nocte diequè seruandæ: quia & si semper orare præcipimur, horæ tamen ipsæ peculiariter ad orandum inuitãt, prout monuit uirginem sacram Eustochium in epist. ad eandem de uirginitate seruanda Hieron. Christo copulata cantabis, Pars mea domine. Post hæc quandoquidem apostolus orare nos iubeat semper, & sanctis etiam ipse somnos oratio sit, tamen diuersas orandi horas debemus habere, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat: horam tertiam, sextã, nonam, diluculum quoque, & uesperam, nemo est qui nesciat. Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa, nec recedatur à mensa, nisi referantur gratiæ creatori. Noctibus bis terquè surgendum reuoluenda de scripturis quæ memoriter retinemus. Hæc ille. AVCTOR. Singula huius institutionis uerba aut respondent nostro

Psal. 54

1. Tim. 2

Hier. To. 1. 1. Thess. 4

B

C

stro Witcleff, aut eum impugnant. De oratione eius, quam appellat uitalem, mentionem agit in capite dicens: & si sanctis ipse somnus oratio sit sed eum oratio talis præuenit horis facta canonicis, ita ut ex opus ad aliud assumptum in ædificium proximi intermittatur, & curratur ad horã ut iuxta constitutionem Apostoli primùm omnium obsecrationes fiant à sanctis: quod ita intelligendum est, nisi extrema proximi ualetudinarii orationem interim omitti petat necessitas. Tunc.n. seruiendum articulo censent patres, & postea recurrendum ad omissum officium: ne audiamus dici nobis à Christo, cp unusquisque nostrum bouem iuuat in sabbato, & hora cõtemplationis internæ, & filiam Abrahæ in sabbato orationis non soluimus. Enumerat † Hieronymus item horas nostras tertiam sextam, nonam, uesperam, & completorium. Noctibus bis, terquè monet surgendum, ne semel una nocte sustineret iuxta Witcleff: & ut esset uirgini usualis resurrectio, parsimonia esculentorum, ante præmonuit in eadem epistola Hieronym. Ad orationem ter nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quàm plurima. Teneri tibi coditè somnis surrepat, cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Hæc ille

Hier. To. 1.

10 AVG. Verum ex his omnibus liquere oportet, quid pro horis canonicis orandum censet ecclesia: quia non omittendæ sunt sacerdotibus, & religiosis, & clericis oones serò taxatæ, uel mane, aut item ubi regula iubet in nocte: & maximè usus ille seruandus est pro dicendo officio singulis horis sub pœna contẽptus, quem sibi seruandum, aut scripturæ series expressa, uel post eam uniuersalis ecclesia, aut tertio loco quem & scriptura, & et uniuersalis ecclesiæ illius locali instituendum dimisit, prout in casu de celebrando

Aug. To. 2.

mane uel sero feria quinta cœnæ domini respõdet libro primo ad inquisitiones Ianuarii AVG. Ad hæc, inquit, ita respondeo. Quidquid horum faciendum sit, si diuinæ scripturæ præsciuit auctoritas, non sit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus, ut iam non quo modo sacramentum intelligendum sit, disputemus. Similiter si quid horum tota per orbem frequentat ecclesia. Nam & hic quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ est. Sed quid si neque auctoritas scripturæ, nec usus uniuersalis ecclesiæ, neque hoc, neque illud est in eo, quod tu quæris? Restat igit ut de illo tertio genere sit, quod per loca ecclesiarum, regionumquè uariatur, faciat ergo quis quod in ecclesia, in quã uenit, inuenerit: non enim quicquam eorum contra fidem est, nec contra mores sit. Hæc ille AVCT. Ex hac definitione Augustini Witcleff nostri triformis absque ulla excusatione proteruia

Rota

11

A condemnatur, cùm nec usum dignatur admittere horis institutum canonicis suæ Saribiensis particularis ecclesiæ, nec usum aliquem intendit obseruare de certo ad orandum eisdem horis, si cur uniuersa per totum orbem Christi iubet ecclesia: sed nec eisdem horis orare se stringẽdum putet more Christi, & sanctorum in scriptura, sed omnino ait se liberum omni hora ad orandum, uel aliud faciendum, quicquid naga sibi dicter conscientia. De huiusmodi uiris gentium efficit paulò superius AVG. Tu, inquiens, ad quam fortè ecclesiam ueneris, eius morẽ serua, si cuiquam non uis esse in scandalũ, nec quẽquam tibi. Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexata est. Et ego uero de sententia et cogitatus, ita sp habui, tanquam cælesti oraculo ea acceperim. Sensi enim sæpe dolens, & gemens infirmorum perturbationes fieri per quorundam fratrum contentiosam obstinationem, & superstitiosum tumiditatem, qui in rebus huiusmodi quas neque sanctæ scripturæ auctoritate, neque uniuersalis ecclesiæ traditione, neque uitæ corrigendæ utilitate ad certum possunt terminũ producere, tantùm quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consueuit, aut quia alibi uidit in peregrinatione sua, quæ quò remotior est à suis, eò doctiorem factum putant, tam litigiosas excitant quæstiones, ut nihil rectum putẽt, nisi quod ipsi faciunt, nihil rectum putẽt. Hæc ille. AVG. Dominum ergo deprecor Iesum Christum, ut tandem fideles & uideant, & prospiciant qualiter nostrum Witcleff iam agitat Augustinus. Cũ scilicet dolet infirmorum turbationes super consuetudinibus ecclesiæ uariandis propter quorundam fratrum hæreticorum contentiosam obstinationem, uel superstitiosam superbiam, tantùm quia fauet eorum proposito qualiscunque ratio, dùm quis cogitat, aut quia sic uidit alibi, & eò doctiorem talis se reputat, quò est inuentione suæ nouitatis à uicinis suis extranior, tamque litigiosas quæstiones isti mouent, ut nihil rectum putant nisi quod ipsi faciũt Hi sunt planè nostri Witcleuistæ moderni, qui cunctos ritus ad suum sine ulla auctoritate turbant arbitrium. Nec hos deflet Augustinus, sed infirmos ecclesiæ, qui eos auscultant: quo

12 † contra ipse pertissimus scripturarum, & omnium rationum uiuentium, in his & similibus sententiam semper amplexabatur Ambrosii, tanquam cæleste oraculum sibi factum dicentis. Tu ad quam ecclesiam ueneris, eius morem serua. Quò pergis? quò ascendit superbia tua ò hæreticæ? Humilis & sapiens Augustinus, humilis Ambrosii iussionem admittit, regulam ueneratur. Tu tibi ipsi ne obedias, de libertate blandiris. Ille cælesti compensat oraculo, tu

asper-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aſpernandum deputas humanitus inſtitutum, hoc ſolum te præcipitauit in hæreſim: non tantùm q̃ uni ſancto patri nequaquàm ceruicem inclinas, ſed q̃ totius eccleſiæ quacunque per orbem diffuſæ cõſuetudines paruipẽdis, leges exuſflas tanquàm humanas, cùm nec diuina ſit tua ſuperba ſententia, nec humana. In hanc manſuetudinem Auguſtini, exhortatio currit Hieronym. epiſtola ad Lucinum uerſus finem. HIERONYMVS. Ego breuiterte admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas præſertim q̃ fidei non officiant, ita obſeruandas, ut a maioribus traditæ, ſint, nec aliorum conſuetudinem contrario more ſubuerti. Sequitur. Ita unaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu, ut præceptà maiorum leges apoſtolicas arbitretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qualiter ſententiæ ſanctorum iunctæ tibi ſunt unius ad alterum, præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur, inquit Hieronymus, & de hac ſententia cogitans ita ſemper habui tanquã cœleſti oraculo eam acceperim, fatetur humilis Auguſtinus, ſed & cum matri renuntiaſſem, libenter amplexata eſt, & ſic hi tres quaſi uno ore deum in eccleſiæ ſuæ profeſſione collaudant, ſi mulque decernunt traditiones eccleſiæ, quæ à maioribꝫ traditæ ſunt, ſeruandas, ita, ut unaquæq; prouincia ſuo ſenſu licenter abundet; & ad quam eccleſiam ueneris, eius mores, & uſus iuniorum, orationum, feſtorum, & officiorum obſerues.

De inſtitutione miſſæ.

Titulus. IIII.

¶ DE INSTITVTIONE miſſæ, & de ſacramentalibus ac ritibus principalibus eius. Capit. XXVIII.

SVMMA.

1 *Miſſæ præſtantia, & quomodo omnium ſolennitatum Chriſti in terris hæc ſit maxima.*
2 *Witeleuiſtæ hæretici Paganis aſſimilantur qui in timore perdendi uanam et uagam licentiã, ſuam prædicant libertatem.*
3 *Pragenſium Witeleuiſtarum error circã officii miſſæ.*
4 *Witeleuiſtæ, qui modũ celebrãdi miſſam, quo utitur eccleſia orbis terrarũ nolunt recipere, quia ipſum non legant in euangelio, aut apoſtolorum ſcriptis, ecce Pelagianis ſimiles, & hæreticos eſſe conuincuntur.*
5 *Chriſtus quòd multa reliquerit ſuis apoſtolis pro ſui captu temporis in melius reformanda, &c. Witeleuiſtarum audacia, & ſuperba hæreſis notatur.*
6 *Chriſti apoſtoli, quos diuinos duces appellat Dionyſius, qũo nobis leges dederint de ſacris ritibus & obſeruantiis, & ſacramentalibus ordinibus, &c. ſiue ſcriptis, ſiue non ſcriptis.*
7 *Miſſa figuratio in myſterio cœnæ dominicæ.*
8 *Epiſcopus quare tangit aures & nares baptizandi, & non os.*
9 *Chriſtus oraturus quare auulſus fuerit à cœtu apoſtolorum.*
10 *Paulus qũo modernum ritum in myſterijs ſacræ miſſæ tam factum uniuerſalem per orbem, prout à Chriſto, & ab apoſtolis ipſe accepit, tradebat eccleſiis.*

RAtionẽ omniũ fideliũ ſumma & ſpecialis ſolẽnitas ad ſacroſanctæ miſſæ ſolennia conueniens, quotidianũ ſiſtat deo ſimulatum, iõ nihil feciſſe ſibi tiſus eſt Witeleff, q̃diu ſolennia miſſæ nõ tugat è medio. Sic igitur hẽc eius ter damnata concluſio. 21. Vtile foret eccleſiæ poni in priſtina libertate & ſic ceſſarent miſſarum ſolennia ſuperaddita, & orões, & cum horis canonicis adinuenta: licet.n. iſtæ res adinuentiones humanæ per accidens profint eccleſiæ non tñ tantũ quantũ peccatũ diabolo. Hæc Witeleff. Et accipitur à libello eius ad 18. argumenta troodæ, in rñſione ad articulum. 15. AVC. Eccę Dñe teſtã quõ quibuſque uerbis gloriati ſunt inter ſe, qui oderunt te in medio ſolennitatis tuæ: omnium ſolemnitatum tuarum in terris hæc eſt maxima ſacra miſſæ, ratione ſacrificii corporis tui ueri, quod in ſacris illis myſteriis eſt ſelecta ſelectarum, communionis nomine inter omnes communiões dignißima, ut ſupra probat Dionyſius lib. 5. de ſacramento euchariſtiæ ultimo: & inter articulos ſimboli, ubi dicitur, credo ſanctam communionem inſigniter prædicta. Qualiter igitur eccleſia tua in primæuis paſtoribus ſine ſolemnitate ritus uel officii hoc ſolemne tractauit; quia Witeleff dicit utile foret eccleſiæ poni in priſtina libertate, & ceſſarent miſſarum ſolemnia ſuperaddita? Audite fideles, qui non multis decipi, quæ ſit uera libertas eccleſiæ: non enim eſt hæc, quam iactat hæreticus, ſed, ut dicit Auguſtin. ea eſt una licẽtia paganorũ de agone Chriſtiano. c. 12. AVGVSTIN. Pauci adhuc murmurant, & inani liquore torquentur, aut qui ſua quærunt in eccleſia, quamuis uideantur catholici, aut ex ipſo Chriſti nomine gloriam quærẽtes hæretici aut

aut peccatum impietatis ſuæ defendere cupientes Iudæi, aut curioſitatem uanæ licentiæ perde re timentes pagani. Hæc ille. AVCTOR. Hoc † autem tempore ſecundi quartis iunguntur hæretici Witeleuiſtæ paganis in timore perdendi uanam & uagam licentiam, ſuam ptædicant libertatem, de qua diſtinctiõi forma loquẽdum eſt infrà; nunc autem iuſtum eſſet ab eo requiri ubi hoc inueuerit, q̃ in priſtina libertate eccleſiæ ceſſabant miſſæ ſolennia: & an hæc uidetur magna libertas, miſſarum non intereſſe ſolẽnijs, cùm tamen audit, q̃ uiæ Sion lugeant, quando non eſt qui ueniat ad ſolennitatẽ? Non (inquit) Witeleff, ritus laudabiles criminor, ſed onus rituũ, qui illibertant, & grauant eccleſiã, & quos tamen præponderant ultra mandata decalogi, in tantum, ut dicit capit. 11. de Papa, q̃ quidam in ipſis tam uanè ſubtiliant, q̃ totum officium miſſæ & ſacerdotalis officij cum ſignis ſuis ac etiam partes Baſilicæ cum ſuis accidentibus myſticè moralizant, ut uentilogium in ſummite cãpanilis eccleſiæ dicant ſignificare curatum illius eccleſiæ, qui debet conuerſatione eſſe ſuperior. Hæc ille. Avc. Innocẽtiũ fortè iã alloquitur, & * Emalericum Altiſiodorenſem, & eos, qui uniuſcuiuſque ritus, aut geſtus apud auditores pios dant myſticas rationes: qui cum apoſtolicum uirum Dionyſium habent in exemplum, quo nullus ſanctius, nullus diligentius cunctos ritus & officia ſacerdotum propter quid, fuerint, ad mores exponit: ſed inſipido hæretico nihil præter fel ſapit. Ego igitur eccleſiæ patres pro huiuſmodi ritibus ad uera fundamenta requiram: qui eccleſiam Chriſti per uarias ætates, & continua tempora orbis eccleſiæ partes his ritibus inſtauraũt, ſatagens inuenire ſi poſſim ſi non his preceptis, his ritibus, aut paucis exceptis, pro ſuis ſacramentis celebrandis uſi ſunt. Vt autem hãc rem congruenter exordiar, tu prius proba mihi quid aſſumpſeris ut probatum, q̃ in primæuis eccleſiæ liberè ceſſabant miſſæ ſolennia; puto q̃ de ſit tibi omnis probatio canonica, quouſq̃ extra canonem, extra fidem ad illam tuam præſtigiatricem ducaris, de qua epiſtola ad Cyprianum. FIRMIAN. Illa mulier, quæ prius præſtigias, & fallacias dæmonis multas ad deceptionem fidelium mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, ut & in uocatione non contemptibili ſanctificare ſe panem, & euchariſtiam facere ſimularet, & ſacrificium domino ſine ſolitę ſacramẽto precationis offerret: baptizaret quoque multos, uſitata, & legitima uerba interrogationis uſurpans, ut nihil diſcrepare ab eccleſiaſtica regula uidere tur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce uſa eſt libertate, quam dicis fuiſſe eccleſiæ, quando ceſſauerunt miſſarum ſolennia, & orationes: quia & ſacrificium domino quaſi Euchariſtiam ſimulans, ſine ſolitæ ſacramento præcationibus offerre auſa eſt: ideoq̃ placuit tibi iſta libertas, ne ſectæ tuæ ad celebrandum, ſicut una Londonijs cõperta eſt, fœminæ grauarentur. Sed proba libertatem iſtam à ſcripturis, aut ſine ſcripturis probabilem fuiſſe de more eccleſiæ primitiuæ. Forſitan autẽ, ſicut ſoles, expectabis probationem iſtam à nobis: tamen uideris conſuetudinem antiquatam eſſe nobiſcum, quæ utique tibi deeſt. Ipſi enim dicere ſolent: inſtar Chriſti & eccleſiæ primitiuæ ſacrificemus, & uiuamus, qui iſtos mores, & has preces non habuit. Vnde † & Pragenſium Witeleuiſtarum quidam feruntur pro miſſæ officio euangelium totum dicere ſecundum Ioanẽ, Ante diem feſtum paſchæ: quidam, Qui pridie, quidam aliud: à quibus omnibus ſi peteremus probari ſic fuiſſe de more primitiuę eccleſiæ, aut ſic orare in miſſa, muti ſilerent. Et cur ergo patrum traditionibus, aut ſcriptis non credunt? quia inquiunt, non ſic feciſſe Chriſtus, aut diſcipuli, ſed ſequaces eorum in eccleſia dicuntur. Vnde hoc noſtis? ſi non noſtis, ſed autumatis, hæc eſſe grandi periculo ueſtro contra totam eccleſiam orbi terrarum inexcuſabili ritu per nos inuento, deſipitis. Breuiter, aiunt, Si noſtra forma ſit Chriſti formis, hoc ubi uos legitis? ſi nõ legitis, non credemus, hoc utuntur paralogiſmo Pelagiani planè hoc ſemper utuntur. ut ſua, quam appellant, libertate fruantur. Reſtat libro de natura & gratia uerſus finem. cap. 39. AVGVSTINVS. Magna planè ſententia. Pelagius concluſit hunc locum, cum ait, Credamus igitur quod legimus: & quod non legimus, nefas credamus aſtruere, quod de cunctis etiam dixiſſe ſufficiat. Contrà ego dico, nec omne quod legimus credere nos debere, propter illud quod ait apoſtolus, Omnia* legite, quæ bona ſunt tenete: & aſtruere etiam aliquid quod non legimus, nefas non eſſe. Poſſumus enim aliquid bona fide* teſtes aſtruere quod experti ſumus, etiam ſi fortè non legimus. Hic fortè reſpõdet, Ego cum hæc dicerem, de ſcripturis ſanctis agebam. Outinam non* dico aliud quàm in illis literis legit, uerum contra id, quod legit, nihil uellet aſtruere fideliter & obedienter* auderet. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, &c. Hæc ille. AVCTOR. Quid aliud dicunt Witeleuiſtæ hæretici, † qui modum celebrandi, quo utitur eccleſia orbis terrarum, quia ipſum non legunt euangelio, aut apoſtolorum ſcriptis, & alium, quo nunquam utebantur apoſtolinec primæui patres præſumpſerunt attingere, modo

Salutco-

Hier. To. 1.

Miſſæ ſtantia.

Aug. To. 7.

Thren. 1.

Firmianus.

Amalarium.

Aug. To. 7.

probate

1. the. 5.

teſtibus

dicat.

Rom. 5.

audi et quod ſcriptum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saluatoris usurpant: nunquid ferè clamant illud Pelagii, Credamus quod legimus, & nefas quod non legimus credamus construere? O vtinã non aliud, quàm quod in illis legunt, uel contra id, quòd legitur, nihil construerent: quanquam multa dicta, & facta Christi, & apostolorum in sua consuetudine antiquata eisdem scriptis sanctis æquè libranda tenet ecclesia, quæ in sacris illis libris ipsi non legunt. Quod si uerum in scripturis patrum nos, dante Christo, probemus, ipsi cõuincuntur hæretici. Tanto ecclesiæ periculo se exponunt, qui ecclesiæ consuetudines paruipendunt. Et item uos arguo Witcleuistæ: hoc modo, quo patres nouiores reiicitis, & ad apostolos curritis: cur item non discipulos abiicitis, & scripturas eorum, & soli Christo fidem uestram donatis, more paganorum? de quibus libr. 1. de concordia euangelistarum capit. 10. *Aug. To. 3 *7.

AVCTOR. Solet nonnullos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, ut aliis de illo scribentibus necesse sit credere. Sequitur. Cùm ergo quærunt quare ipse non scripserit, uidentur parati fuisse hoc de illo credere: quod de se ipse scripsisset, nõ quod alij de illo pro suo arbitrio prædicassent. Et in cap. 28. sequente. Isti ita disputant, quod hæc euersio templorum, & damnatio sacrificiorum, & *8. *confractio simulacrorum non per doctrinam Christi fiat, sed per discipulorũ eius, quos aliud, quàm ab illo didicerunt, docuisse contendunt. *Contra factio.

Ita uolentes Christianam fidem Christum honorantes laudantesque conuellere, quia utique per discipulos Christi & facta & dicta Christi annuntiata sunt, quibus constat religio Christiana, adhuc istis iam paucissimis, nec tam oppugnantibus, sed tamen musitantibus *munita. Hæc ille. *Inimica

AVCT. Nonne isti Witcleuistæ de discipulis apostolorũ arguunt, sicut illi de discipulis Christi: quibus sine scripto non credunt, quòd hæc celebratio missarum, aut ritus orationum, uel necessitas, scũ ueritas sacramentalium traditionũ non per doctrinam Christi fiat, aut discipulorũ eius, sed longè post per adinuentiones antistitũ? & sic prætendentes honorare Christum & discipulos eius, ipsum, & totam eius fidẽ conuellunt, qui non meruit habere successores fideles, sed fraudantes homines adinuentionibus friuolis, & illiberaliter premẽtes eos oneribus importunis. Et quia sic ad ecclesiam primitiuam recurritis, 5 nunquid † putatis reliquisse Christum multa suis Apostolis pro sui captu temporis, in melius reformanda? non quia ipse aut nesciuit, aut noluit, sed quia auditorum infirmitas statim singulis non sufficit. Lege Euangelium secundùm Marcum, ubi Dominus domus peregrè profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiuscunque operis, etiam nondum scripti: alioquin cur super quinque talenta tradita alia quinque uendicat non sic data? Nec discipuli erant domino meliores. Si Paulus superædificauit in fundamentum Christi aurum & argentum cultuum diuersorum in ecclesia, cur non post eum Timotheus uel Titus? Cur item iussit ut ea, quæ ipse imperfecta dimitteret, Titus suppleret? Huius, inquiens rei, gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerant, corrigeres. In quem locum capituli primi in commentario Titi HIERONYMVS. Ostendit necdum eos ad plenam uenisse scientiam ueritatis, & licet ab Apostolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. Omne autem, quod corrigitur, imperfectum est. nam & in græco præpositionis, superadiectio non idipsum sonat, id est, corrigeres, sed (ut ita dicam) supercorrigeres, ut, scilicet, ea quæ à me correcta sunt, & necdum ad plenam ueri lineã sunt redacta, à te corrigantur, & normam æqualitatis accipiant. Hæc ille. AVCTOR. Planè dicit, quòd Titus supercorrigeret, quos correxit apostolus: quia correctio eius eos ad ueri lineam non reduxit, ideò à Tito illam normam æqualitatis acciperent. Cur item non poterat Titus hoc dicere suo discipulo, & ille alteri, & sic usque nunc, ut semper habeatur Christi seruus in domo, cui ipse dedit cuiusque operis potestatem? Veruntamen cæcitas ex parte cecidit in Israel: ex parte uidelicet Witcleuistarum, quòd † tam audacter spernunt, & mutant sacras obseruantias etiam in missarum celebratione, quas antiquissima consuetudine in toto orbe traxit ecclesia: superba hæresis, quæ tot simul spernit præsules millenos, & plebes, ut reuereantur Christum solum, & eius discipulos. Cum tamen ipsæ ecclesiæ præpositis ait: Qui uos spernit, me spernit: & qui honorat missum, manifestum est eum honorare mittentem: uberior est enim honor, quo non tantum dominus utitur in seipso, sed qui gratulanter exhibetur & seruo. Sed ingens superbia eorum, ingens traxit periculum, quia dum contemnere putant antistites & summos pastores ecclesiæ, quos credunt hos ritus statuisse sacrorum, ipsos Apostolos Christi, & primæuos patres de facto contemnunt, qui & ritus ipsos in ecclesiis addiderunt: Petrum dico, Paulum, & Iacobum, & successores eorum. Audite & unum discipulum sancti Pauli Dionysium quid dicat in libro ecclesiasticæ Hierarchiæ uersus finem primi capituli, DIONYSIVS. Necessariò primi eiusque secundùm nos Hierarchiæ duces ex supersubstantiali thearchia, & ipli repleti sacro dono, & in quod deinceps ipsum producere à thearchia bonitate mis si, sed

*Cur christus nõ omnia docuit apostolos. Mar. 12.

1. cor. 3. Ad Tit. 1.

Hier. To. 9

Luc. 10

Dion. 3

si, sed & ipsi copiosè amantes, ut Deum suum, qui post ipsius reductionem & deificationem sensibilibus imaginibus supercælestia uarietate & multitudine connexuit. Vbi in expositione LINCOLNIEN. Licet enim eloquiorum intelligentiam à Deo haberent illi priores, nisi à Deo missi non auderent, nec nisi nostram deificationem amantes, uellent eandem scientiã scriptis, & non scriptis doctrinis nobiscum communicare. AVCTOR. Et iterum in textu, quòd hæc scientia sacrorum traditur nobis ab eis, non tantum scriptis, sed etiam non scriptis, tàm ut occultaretur hæreticis & malignis, quàm ueniret ad nos in sacris. DIONY. Scriptis suis & non scriptis doctrinis sacras nobis dederunt leges: nam execratorum causa solùm quibus nec symbola est tangere fas, sed quoniam & symbolicà quædam est. LINCOLIEN. Hæc, inquã sit, dederunt, & tradiderunt nobis & scriptis suis & non scriptis doctrinis non solùm causa execratorum, & ut uidelicet non daretur sanctũ canibus, nec margaritæ spargantur ante porcos, quibus neque symbola tangere fas est: quia nec sub figuratum uelaminibus sunt execratis sacra proponenda: sed quoniam & Hierarchia, quæ est secundum nos uteris symbolis, id est, sensibilibus figuris, & ita quas tamen rationes non est licitum denudare his, qui nondum participãt & communicant ecclesiasticis sacramentis, & maximè non est licitum neque fas eos facere quæ sciunt: quod præfati sacræ perfectores & positores legis sacrorum, qui. s. leges posuerunt de sacris sacramentis, uidelicet ordinibus, dignitatibus, potestatibus, uasis, uestimẽtis, & ecclesiasticis domibus seu fanis, & si qua similia ordinauerunt Hierarchiam nostram unicuique particulari Hierarchiæ sub nostra Hierarchia communi conuenientes, & proprias, & inuariabiles tradendo constitutiones, & ordines in singulis particularibus Hierarchijs. Hæc ille. AVCTOR. 7 Hic † ergo docet Dionysius nobis leges dedisse de sacris ritibus, & obseruantijs, & sacramentalibus ordinibus, potestatibus, uasis, & uestimentis, domibus, & alijs sacris rebus, ipsos Christi apostolos, quos diuinos duces appellat, siue scriptis, siue non scriptis. Qualiter sanctus Iacobus frater domini in ecclesia Hierosolymitana, & ex eo sanctus Basilius in scriptis tradiderunt missæ celebrationem Christicolis, prout ex canonibus: 6. synodi habent decreta, de consecratione distinctione prima. cap. Iacobus. SACROSANCTA SYNODVS. Iacobus frater domini, cui primum tradita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsarien. episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis, nobis *addiderunt missæ celebrationem. Hæc ibi. AV- 8

*Cur aliqua in Ecclesia seruãtur, quæ scripta non sunt.

*Sexta synodus. De consec. d. 1. Iacobus. *cur addiderint, habes ibi glossa. 1. ad decorem solẽnitatem.

AVCTOR. Beatus item Petrus forsitan ea forma missam suam primam scribit Antiochiæ celebrasse: prout scribit Hugo. & item libr. de officio missæ REMIG. Celebratio missæ in commemorationem paßionis Christi, peragitur, sicut ipse præcepit apostolis, tradens eis corpus suum, & sanguinem: Hoc facite in meam commemorationem. Sequitur. Hanc missam primò beatus Petrus in Antiochia dicitur celebrasse, in qua tres tantum orationes initio fidei proferebantur, incipientes ab illo loco, ubi dicitur: Hãc igitur oblationem. Hæc ille. AVCTOR. Vnde uerò processit hæc fabula, quòd beatus Petrus & apostoli has tres tantum orationes cecinerũt in missa? quis dicet? Nisi fortè quia post missam Petri, subiunxit ibi historia de illis tribus orationibus, non tamen, q̃ ipse Petrus sic dicitur celebrasse deinceps, sed quia initio fidei sic celebratum est, q̃ pũsmodum per Petrum & Iacobum potuit reformari, probant hoc modo celebrãdi, quem ex apostolis notat Dionysius, qui officiũ, lectiones, & euangelia cum certa integritate canonis continet, qui & ipse comes apostolorum erat. Probaret item hoc ipsius institutio Sancti Pauli de missa, quam docuit Timotheum, & Græcos. Probaret item hoc, quòd modus, quem in celebrando nunc totus tenet mundus, à sancto Petro dicitur effluxisse lib. de officijs primo. cap. 15. ISIDOR. Ordo autem missæ, uel orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primò à sancto Petro est constitutus: cuius celebrationem uno eodemque modo uniuersus peragit orbis. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo unum modum, quo iam orbis uniuersus peragit, missam tradidit sanctus Petrus, cõsequens erit, quòd ipse hunc modum in celebrando tenuerit, quem ipse instituit. Sed quomodo dicit ergo synodus, q̃ sanctus Iacobus instituit fieri: aut si alium modũ habuit, qualiter dicitur nobis eum modum celebrationis tradidisse? Potest dici, quòd Petrus instituit nõ cum apostolis, sed Iacobus tanquàm 8 loci episcopus promulgauit, docuit, & facto primus exposuit: sicut item aliàs in actibus apostolorum in decreto Antiochenſiũ ca. 15. ubi sic ex orsus est loqui. Viri fratres, Simon narrauit quẽ admodum &c. Attestatur autem huic, quòd Basilius ei scriptor adiungatur, cuius missam aliam non legimus, quàm missam orbis. Sed si lenter, aut patule scio, quòd hostis ecclesiæ dicet Witcleuista Pragensis, uel orphanus. Cur formam missæ non tenemus, quam Christus instituit? Ipse omniscius præ alijs omnibus erat optimus legislator. Respondeatur ei, quod ait HIERON. Non omnia, quæ Domino competunt, seruulo conuenire. Alioquin cur non corpus proprium conficit hæreticus,

*Remigius. idem habet Hugo de s. Victo. lib. 2 Sacram. p. 8. c. 14.

*Isidorus.

*Act. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticus, sicut Christus corpus proprium obtulit? Cur non item statim in missa raptim se disponit ad crucifigendum post missam? Cur nō prius legale pascha manducat, & tandem celebrat, & in termino uitæ semel? Cur nō de traditore prophetat? Cur discipulum suū charissimum supra pectus suum discumbere non permittit, ut toto pectore hauriat uerbum Dei? hæc enim omnia Christus in missa sua compleuit. Attendat item hæreticus, & audiat cum pauore, q̄ apostoli, qui formam istam ediderāt, sicut suprà scripsit Dionysius, eam secundum sacras nobis dederunt leges. i. in sacris legibus traditas secundum Lineolien. & sicut ipsi didicerūt immediatè à domino Iesu Christo per doctrinam uitæ nostris secūdū Thomam. Quā igitur audacia spernit formam apostolicè celebrandi arrogans, & demens hæreticus, præripiés formam Christi ab illo loco, Ante diem festum paschæ, usque ad illum Ioannis, Egressus Iesus trans torrentem Cedron, ut qui B dam, aut tantum illum locum, Qui pridie, ut breuius celebrent quæ alij. Quod simpliciter dico primæ ecclesiæ patres hactenus quod Christi discipuli quod apostoli non audebant: aut si hoc eos dicis fecisse, scriptis eorum hoc exhibe. Certo ergo mysterio hoc uoluit Christus fieri etiā uel ab ipsis apostolis, qui sacræ legis tabulas uiciniùs inspexerunt: sed eos præscindere tabulas alias Christus iussit, instar priorum, quas indubiè digito Dei suo. s. spiritu, ut proprias ipse cō

8 scripsit. Attende † missam Christi, ubi tantum in uenies lectiones nouæ legis, præconij lectionē, gratiarum actionem antecedētem per modum præfationis, gratiarum quoque actionem sequētem consecrationem, orationem ad patrem, sanctorum memoriam, & pacem, & omnia ad quorum instar missa tenet ecclesiæ, quousque Christus claudat officiū dicens, Surgite, eamus hinc.

Missæ significatio in mysterio cœnæ dominicæ.

Cuius uice canit ecclesia. Ite missa est: q̄ singu C la; ut Christus dabit, sunt dicenda. Ad eius ergo exemplum decreuerunt apostoli uiri formā præcis prærogatiuæ, parcentes uocari magistri, nec se audentes priuilegio capitis sociare. Lege Ioā.

Io. 4.

4. exemplum introisse ciuitatem Samaritanorū, & post fœminæ credulitatem, per duos ibi dies plurimos conuertisse. Hoc forsan non licuisset apostolis, quibus ante resurrectionē iussum est, in uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad

Matt. 10.

oues quæ perierunt domus Israel. Et quidem in baptismi mysterio sacerdos tangit aures, & nares, non autem os: quod Christus tetigit, concedens Christo priuilegium ipsum. Vnde lib. 1. de

Amb. To. 4 cap. 1.

sacramentis AMB. Sed dicis mihi, quare nares? Quia surdus erat, Os tetigit ut quia non poterat loqui sacramenta cælestia, uocem acciperet A à Christo. Sequitur. Et non eadem puritas seruī, quanta & domini. Cū ille peccata cōcedat, huic peccata donentur, quæ potest esse comparatio? ideo propter gratiā operis, & muneris non os tangit eps, sed nares. Quare nares? ut bonū odorem accipias pietatis æternæ: ut dicas, Christi enim bonis odor sumus Deo. Hæc ille. AVCT. 2. Cor. 2.

9 Ecce † eps non tangit os baptizandi, sed pareti, reuerentiā agēs Christo, qui ipsum tetigit, & sanauit, & hoc facit eps propter gratiam excellentem operis Christi, & muneris. i. capitis officij. Hoc igitur æquè recordari oportet, ut dixi, non omnino ad omnia ea precē tenendam à nobis, quā redemptor ediderat: sicut non in pastione,

10 ita nec in precē. In † cuius signum Christus a cœtu apostolorum auulsus est quantum factus est *Matth. 26.* lapidis, dicens, Sedete hic donec uadam illuc, & orē: & nec cū tribus maioribus apostolis, sed ad modicū cū pcessisset, orauit. Cuius cāni reddit *Marc. 14.* B in expositione huius loci Marci, HIERO. Sedete hic donec orē. Separantur in oratione, qui separantur in passione, quāu ille orat, illi dormiunt. Hæc ille. AVCT. Et CHRYS. in perfecto homi *Chrys. hom. 83.* lia. 83. Propter hoc ait manete hic donec abeā, & orem. Cōsuetudo enim ei erat sine eis orare. Hæc ille, AVCT. Quos ergo separauit Christus,

11 quis audebit coniungere? Cæterū † modernū ritum in mysteriis sacræ missæ iam factum uniuersalē per orbē prout à Christo & ab apostolis ipse accepit sanctus Paulus tradebat ecclesiis, sicut ipse se his uerbis facturum promisit ad Corin. *1. Cor. 11.* thios dicens. Cætera omnia cùm uenero, * ordinabo. Vnde in annotationibus. HIERON. Cætera aūt cū uenero disponam. Cætera. s. de ipsius misterij sacramentis. Hæc ille. AVCT. Et libro **disponam.* ad inquisitiones Ianuarij epistola. 118. c. 6. AVGVS. *Aug. Ep.* Cum uerò ait apostolus de hoc sacro loquens: Propter quod fratres cū cōuenitis ad mā *1. Cor. 11.* ducandum, inuicē expectate: si quis esurierit, domi manducet, ut non ad iudiciū conueniatis. statim subtexuit. Cætera aūt cum uenero, ordinabo. Vnde intelligi datur quia * intellectum erat ur in epistola totum illis agēdi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbē obseruat ecclesia, **multum* ab illo * ita ordinatum, q̄ nulla, * horum diuersitate uariatur, Hæc ille. AVCT. Attende q̄ dicit **morum* ordinem illum in celebratione huius sacramenti per orbem seruat ecclesia ita ordinatum ab illo, q̄ nulla horum diuersitate uariatur. Hinc ergo periculo perfidæ rebellionis cōtra apostolos Christi se exponunt hæretici, qui ordinem celebrandi peruertunt, quem ecclesia tota sine scriptis apostolicis dignatur accipere, cui soli sine scriptis apostoli tradiderunt. Nec minus rei tenebuntur, quia non uiderunt in scriptis, cum etiam de non scriptis credere teneātur ecclesiæ.

¶ De

¶ DE SACRIS VASIS, ET VESTIbus, quibus sacerdos intrat ad missam. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 *Sacerdotis officium circa solemnia sacræ missæ, unde sumit initium.*
2 *Vestes domini, & sacerdotis celebrantis describuntur.*
3 *Bissina uestis prima sacerdotis legalis. Et quid significet secundum Dionysium.*
4 *Zona sacerdotis quid denotent.*
5 *Amictus, primum sacerdotis indumētum. Et quid representet.*
6 *Alba, secundum sacerdotis uestimentum. Et quid significet.*
7 *Cingulum, tertiū quo sacerdos induitur. Et quid significet.*
8 *Manipulus, quartum sacerdotis uestimentum. Et quid representet.*
9 *Stola, quæ & orarium dicitur, quintum indumentum. Et quid denotet.*
10 *Columna, ad quam alligatus dominus. Et quid de ea dicat Beda.*
11 *Dalmatica sextum sacerdotis indumentū. Et quo modo sit facta. Et quòd fuerit indumentum Leuitarum.*
12 *Euphrosius Pamphiliæ episcopus, quomodo quando accedebat ad sacrificandum Christi mysteria collobio sancti Iacobi induebatur.*
13 *Collobium diui Iacobi memoratur. Et à quo illorum usus sumpserit initium presbyteris & diaconis. Et quomodo postea Collobia in Dalmaticas commutata sunt.*
14 *Casula, quam Græci Planetam uocant, septimum sacerdotale indumentum, unde dicatur. Et quid per hanc intelligatur.*
15 *Pallium, & Pallij concessio primatibus. Et de illius origine. Et de quorundam præsulum præeminentia.*
16 *Christus, quomodo & quando ter obtulit corpus suum.*

1 SAcerdotis † officiū circa solēnia sacræ missæ ab illo loco sumit initiū, ubi fm euangeliū Ioānis Christus deponēs ue stimēta sua ut pedes discipulorū lauet

Ioan. 13. iterū sumit uestimēta ut sacramēta cœnæ pficiat, qualiter itē de celebrāte missam, pcessum inchoat. ca. 3. ecclesiasticæ Hierar. DION. Hierarcha qdē oronē sacrā sup diuinū altare pficiens, ex ipso thurificare incipiens, ad oēm uenit sacri chori ambitū. Vbi i expositione LINCOL. Enarrat mysteriū eucharistiæ fm modū, quo tunc fiebat in ecclesijs illius loci. Cōprehendit. n. in my

Dionysius.

sterio ea, q̄ fiebāt in solēni celebratione ante corporis Christi beatissimā cōsecrationē, & in ipsa post cōsecrationē. Primò aūt pcedebat Hierarcha ad altare, credo q̄ indutus sacris, & Hierarchicis uestibus, & ornamētis. Hæc ille. AVCT. Ra

Psalter domini. Lu. 2. Matt. 17. Ioā. 13. Matth. 26. Esa. 63. Marc. 16.

2 rō † n. Saluator solēne q̄q̄ aggredit, q̄n de cultu uestitus eius mētio q̄dā fiat. Nascēs in mūdū, pānis inuoluit: trāsfiguratus in monte, niueis uestibus ornatus describit: sacerdotiū nouū acturus i cœna, uestes sacras reijcit ut resumat: & triūphaturus in cruce, ornat regia purpura: cōfligens cū morte, linteis cōdit, & undone: ascensum eius in cælos, sine tinctis uestibus, ppheta nō explicat: & resurrectiōis sacra solēnia, q̄ post mortis spolia suis nō uoluit, angelicis uestibus declarauit: ubi scribit: uiderūt iuuenē sedentē in dextris coop tū stola cādida. Vbi in homil. paschę GREG. Sto *Greg. To. 2.* la cādida cooptus apparuit, q̄ festiuitatis nīæ gaudia nuntiauit. Cādor etenim uestis, splēdorē nīæ denūtiat solēnitatis. Nīæ dicamus, an suæ? sed ut fateamur uerius, & suæ dicamus, & nīæ.

3 Hęc ille. AVCT. Hac † rōne byssina tunica, quā sibi sacerdos legalis, p̄ suo sacrificio celebrando primā assumpsit, nec i nouo sacrificio deesse poterit sacerdoti: alioquin nec ad nouæ solēnitatis gloriā angelus reduxisset cādē, ut sic candor uestis, splēdorē nīæ denuntiet solēnitatis. Nīæ dicemus & suæ, sed ex ligno uestis prius transfert ad angelos ut qū aliquid sacerdotaliter faciāt, in uestę clara, & cādida, & sacerdotali zona pcincti cōpareant: q̄ put c. 15. cęlestis Hirarchię describit DION. Sacerdotalē uerò uestē autumo significare ductū, uel ducatū, siue directionē ad diuina, & mystica specularia, & signare uotū totius uitæ. Vbi i expositiōe HVGO. In sacerdotali uestę signi ficatę, q̄ duplices sūt ad specularia. i. cōtēplatiōes diuinas, & mysticas, subiectos erudientes ad cognitionē, & q̄ illorū uitā Deo dedicant, exhortā tes, & cōfirmantes ad boni operis deuotionē. Et

Byssina. *Dionysius.* *Hugo.*

4 de zōnis DION. Zonas † quoq; dicūt significare *Dionysius. Zona.* custoditiū ipsarū diuinarū uirtutū, & significare habitū cōgreganti eas. COMMEN. Sensus ē, q̄ zona, q̄ lūbos, & umbilicū, in quibus est seminariū ppagationis, ambit, & cōstringit, signat custodiā fœcundarū uirtutū: q̄ custodia ipsas uirtutes ambit, & custodit, uel cōstringit, nē i sua multiplicatione extra metas iustitiæ relaxent, aut defluant. Hæc ille. AVCT. Et huius acceptionis efficax euidētia sumit, q̄ uir ab Ezechiele cōspectus, indutus lineis, & atramētariū scriptoris hūs ad renes, iuxta altare stare describitur: q̄d ad gradus & offiū sacerdotis ex ipso habitu pinere dinoscitur. Post hæc itē ab ipso summo sacerdote Christo, q̄ tpe sui sacrificij habituū differentias sumimus, in quē omnis uestis regalis pro sua significatione cōplenda percurrit, & à quo eo re-

Ezec. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciùs ueſtis noui ſacerdotij originē ſuā traxit, prout libro de officio miſſæ deſcribit de ordine prædicatorū HVGO. Primū† ueſtimentū, quo ſacerdos induitur, eſt amictus quo caput tegitur. de hoc apoſtolus ad Ephe. 6. Galeam ſalutis aſſumite. Repreſentat aūt illud cooperimentum, quo uelabant Iudæi faciē Chriſti, dicentes Matthæ. 26. Prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſsit? Secundum† ueſtimentum, quod regit corpus à ſurſum uſq; deorſum, eſt Alba, qua ſacerdos induit: & ſignificat gratiā, quæ ex ſpe pœnenit eccleſiæ ſurſum, & meritis eccleſiæ deorſum. Vnde Apoſtolus ad Rom. 8. Spe ſalui facti ſumus hæc repreſentat ueſtē albā, in qua illuſit Herodes Chriſto, Lucæ. 23. Tertiū, † quo ſacerdos induitur, eſt corrigia, uel cingulū: per hoc ſignificatur iuſtitia, Eſai. 16. Et erit iuſtitia cingulū lūborū eius. Hæc corrigia ſignificat flagellū, quo cæcidit Pilatus Ieſum. Quartū† ueſtimentū quo ſacerdos induitur, eſt manipulus, qui ponitur in læua manu. Sequitur. Iſte manipulus repreſentat funē, quo ligatus fuit Ieſus à Iudæis cōprehenſus. Ioan. 18. cōprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eū. Quint ū† eſt ſtola, & orariū. Sequitur. Hęc ligatura repreſentat, qua ligatus fuit Ieſus ad colūnā. Hæc ille. AVCT. In† hac colūna dominici cruoris uſq; nūc apparēt ueſtigia. Vnde lib. 6. ſuper Lucā. cap. 6. BEDA. Hanc correctionē, qua populo ſatisfacere ne uſq; ad crucifigendū Saluatorē ſæuirent, ſummopere ꝙrebat, non mō eū obtuliſſe rogitando, ſed & deridēdo, & flagellando nefandorū deſideriis exhibuiſſe, & uerba euangeliſtæ Ioannis, & ipſa teſtatur colūna, cui alligabatur. Sequitur. Quæ uidelicet colūna in eccleſia montis Sion poſita, dñici cruoris uſq; hodie cernentibus ueſtigia certa demonſtrat. Hæc ille. AVCT. Ab hac ſacra colūna qua ſi ſtolā accipimus ſuaue iugū Chriſti in noſtris humeris. Hæc ſtola, uel orariū, eſt Chriſti ſacerdotio in nouo teſtō extra oēs ueſtes antiqui ſacerdotij præcipuè reſeruata. Vnde lib. 2. ca. 10. quartæ partis de ſacramēt̄is, HVGO. Hęc ſunt, q̄ ueteribus nouis inſtitutio adiecit. Stola, q̄ alio nomine orariū uocatur, q̄ collo ſacerdotis ſuperimponitur, ut eū iugū dñi aſſumpſiſſe ſignificet, q̄ a collo per anteriora deſcendēs, dextrū latus ornat, & ſiniſtrū, ut doceat ipſum per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, i. in proſperis, & aduerſis debere eſſe munitum. Hæc ille. AVCT. Et de dalmatica ſequitur in lib. de inſtituris clericorū RAB. Sextū† nāq; eſt, qđ dalmatica dicitur. Hæc ueſtis in modū crucis eſt facta, & paſſionis domini indiciū eſt: hēc quoque purpureos tramites ipſa tunica à ſummo uſq; ad ima ante & retro deſcendentes, necnon & per utranq; manicā, ut admoneatur miniſter Domini per habitus ſui ſpecie, cuius muneris particeps eſſe ut cū per myſticem oblationē dominicæ paſſionis cōmemorationē agit, ipſe in eo fiat hoſtia ꝺ̄o acceptabilis Hæc ille. AVCT. Hæc uerò dalmatica quanuis in magnorū ſacerdotū uſu ponatur, leuitarū tū inuenitur eſſe aſſignata uſui, à collobio tracta apoſtolico, & ab ipſis apoſtolis longo uſu ſeruata. Vnde lib. 2. parte. 4. de ſacramentis cap. 13. HVGO. Vtuntur præterea leuitæ alio indumento, qđ dalmatica dicit, à regione quadā, ubi primus eius uſus inſtitutus putatur, nomen, à collobio uerò, quo apoſtoli, & quidā apoſtolorū ſucceſſores uſi fuiſſe leguntur, adiectis manicis formā trahens. Signat aūt dalmatica propter ſui latitudinē curā proximorū, qua ſe extēdit per dilectionē, ut pluribus proficiat. Hæc ille. AVCT. Quod dixit Hugo apoſtolorū habitū hanc fuiſſe, & eſſe collobiū, hiſtoriā ſequitur de geſtis Syluestri, ubi ſcriptū reperi EX HISTORIA Sylueſtri Papæ. In tempore illo Euſtoſius† Epiſcopus pamphiliæ Romā uenit, dicēs imperatū ſibi eſſe per reuelationē, ut ad apoſtolorū limina properaret; ut quod ſe ēt uouiſſe ī infantia memorabat, ſolue ī eēs adimpleret. Iſte iā pro nomine Domini multis fuerat flagellis & exiliis comprobatus. Tātaq; eū uirtutū efficacia comitabatur, ut ſi à ſudario eius tactus fuiſſet infirmus, mox recuperata ſanitate gauderet. Sequitur. Hic† quando accedebat ad ſacrificandū Chriſti myſteria, candidiſsimo collobio inducebatur, quod collobiū ſancti Iacobi apoſtoli fuiſſe perhibebat. Dicebatq; iuſtam eſſe reuerentiam, ut dum diuinis miniſteriis ſacerdos aſſiſtit. his utatur ueſtibus, quæ habitum apoſtolicum in ſacerdote exhibeant. Itaq; factum eſt, ut à ſancto Sylueſtro præsbiteris & diaconibus collobiorū uſus ſumpſiſſet initiū, quo Marcus, & Iulius, & Liberius ex ordine uſi ſunt. Sed quoniam brachiorum nuditas culpabatur à quibuſdam, poſt hæc collobia in dalmaticas commutata ſunt. Viſumq; eſt meliùs ad hoc propoſitum conuenire, quod accuratiùs magis aſpectibus placere ualeat populorum. Hęc ibi. AVCT. Quid hic oportet addere de noſtris, ut confundantur hæretici Wicleuiſtæ, ſi contra ueſtes Chriſti, & apoſtolorum uerba proferant importuna? a Chriſti & apoſtolis temporibus trahuntur ea quæ dicimus. Quod autem dixit Hugo dalmaticam à regione dici, exponit libro. 25. de naturis rerum RABANVS. Dalmatica ueſtis primùm in Dalmatia prouincia Græciæ texta, eſt tunica ſacerdotalis candida cum clauis ex purpura. Hæc ille. AVCTOR. Non repugnat hic Rabanus prædictis, quòd dixit tunicam ſacerdotalem eſſe Dalmaticam, ſed maiorum ſacerdotum, ſcilicet epiſcoporum, tunica eſt:

5 Hugo. Amictus. Eph. 6.
Matt. 26.
6 Alba.
Re. 8.
Le. 13. Cingulum.
Eſa. 16.
7
8
Manipulus
9 Io. 18. Stola & orarium.
10 Columna Bedæ.
11 Rabanus lib. 1. ca. 19 Dalmatica.
12 Euſtoſius
13 Collobium S. Iacobi
Rabanus inquitur ueſtē dalmaticā lib. 1. de inſtit. cleric. cap. 19.

& quantū legi, fuit ab initio diaconis cū epiſcopis largita ad uſum. Vnde libro de quęſtionibus ueteris ac noui teſtamenti ca. 46. AVGVS. Sed hinc (inquiūt,) uidetur ſacerdos fuiſſe Samuel, quia ueſtitus erat ephod: quaſi non hodie diaconi Dalmaticis utantur, ſicut epiſcopi. Hæc ille. AVCTOR. Poſtremò autem presbyteri caſulam ſuperponunt: de qua libro de inſtitutione clericorum ca. 20. RABA. Septimum† ſacerdotale indumentum eſt, quod caſulam uocant. Dicta eſt autem per diminutionem à caſa, ꝙ totū hominem tegat, quaſi minor caſa. Hanc Græci Planetam nominant. Hæc ſupremum omnium indumentorum eſt: per hanc ergo ueſtem intelligere poſſumus charitatem, quæ cunctis uirtutibus ſupereminet. Et infrà. De hoc itaque ſpirituali ueſtimēto uirtutum Coloſenſibus ita ſcribitur. Induite uos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, uiſcera miſericordiæ, humilitatem, benignitatem, modeſtiam, patientiā: ſuper omnia hæc, charitatem habentes, quod eſt uinculum perfectionis. AVCT. Præter indumenta ſacerdotum communia, ſunt alia, quæ ſolis ac cunctis incumbunt epiſcopis, ut mitra, baculus, anulus, ſandalia, & alia, quorū rationes nullus penè ſilet, qui de officiis ſcribit; ueruntamē de pallij uſu ſi loq̄ libeat, ꝑdicto libro de inſtitutis clericorū ca. 22. dicit RAB. Super † hæc omnia ſummo pontifici, qui archiepiſcopus uocatur, propter apoſtolicam uicem pallij honor decernitur. Quod genus indumenti crucis ſignaculum purpureo colore exprimit, ut ipſo indutus pontifex, à tergo, & pectore crucem habeat. Hæc ille. AVCTOR. Originem uerò huius pallij tangit paucis Rabanus dicens, propter apoſtolicam uicē. Expræſsiùs uerò lib. 1. de officiis. WALrannus. Eſt octauum: archiepiſcopis indumentum pro aurea lamina, quod dicitur pallium, ab apoſtolica ſede datum, quod à collo circa pectus dependens, ſitu ſuo illam, quæ ualde condecet epiſcoporum patrem, & eorum concilij principem, patenter deſignat ſapientiæ torquem. Quam hoc illorum priuilegium habeat rationem, non uidetur prætermittēdum. Poſtquam duodecim apoſtoli Chriſti, per uniuerſum mundum diſperſi, ſingulis ciuitatibus prædicarent, tām ipſi, quām ſucceſſores eorum miſerunt per contiguas ſuis ſedibus prouincias prædicatores, quos & epiſcopos ordinauerunt, ut ubi recepti fuiſſent, omnia Chriſtianitatis ſacramenta uelut ipſi apoſtoli peragerent, & per orbes comprouinciales Epiſcopos ordinarent. Sequitur. Initium ergo fidei habentes ab apoſtolica ſede, hanc regulam Metropolitanæ obſeruant eccleſiæ, ut neminem habeant pontificem, niſi ab eadem ſede miſſum, à qua primus illis prædicator fidei miſſus eſt, illa

Augustin. Ze. 4.
Caſula.
Rabanus. 14
Planeta.
Cole. 3.
Rabanus. 15
Pallium.
Walrannus.

A autē miſsio, ſupradicti pallii largitio eſt, quod, ut dictum eſt, à collo dependens, auctoritatem domini ſignificat dicentis, Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Inter cæteros uerò Gallorum archipræſules meritò Remenſis authoritate præeminet. Sequitur, ꝙ eius miſsionem Ormiſda pontifex Romanus à beato Petro quinquageſimuſquartus ut debuit approbans, eidem Remenſi pontifici uires ſuas delegauit. Sequitur. Treuerēſi uerò eccleſiæ Maternus a beato Petro apoſtolo miſſus, hæreditatem pallij & ſuis ſucceſſoribus dereliquit. Maguntiæ Creſcentius beati Pauli diſcipulis prædicauit. Traiecto ſanctus Willebrordus à Sergio papa miſſus, ſed priuatim Colonia Metropolis obtinuit, ea maximè cauſa, quòd Creſcentius prædictus Coloniæ quoque apoſtolicam uerbi dei uiſitationem primus intulit. Cantuariæ uerò nobili Anglorum metropoli Auguſtinus a beato Gregorio miſſus primus eſt pontifex, qui toti Anglorum genti, ut Chriſtum agnoſceret, ſtrenua prædicationis ad
B miniſtratione ſubuenit. Hæc ille. AVC. Has omnes ueſtium ſpecies ipſe peſtifer doctor cum tali auctoritate reſpuit libro ſuo de papa cap. 11. Et poſt interpretationem fidelem ſanctorum patrum, ipſe amaritudines ſuas immittit peſtimarum interpretationum, indicans peſſima, ſecundum propriam coniecturam in quolibet uſu, obſeruantia, atque ritu: & concludit. Sic peruertuntur mendaciter ſigna generationis adulteræ. Et ſubiicit. Cùm ſigna iſta non ſint niſi gratia ſignatorum, ſignata per ſe ſufficiunt ſine ſignis. Nec morarer circa hæc ſigna ad onus eccleſiæ in ornamētorū ſacerdotaliū legis ueteris &c. Ad conuincendū mendaciū phariſaicæ ſigno iſta gerentiū. Hæc Witeleff. AVCT. Iſte, ut indubitāter in illo loco ſe cōprobet, ſtellā illā, quæ ſm Apocalypſim Ioānis ca. 8. uocabatur abſinthiū, quæ cadens in tertiā partē fontiū & fluminū fecit ritus illorū ſacramentales cū
C miniſtris in abſinthiū: & multi homines auditores amariſsimorum ſcandalorum eius mendaciū mortui ſunt de aquis, quia & amaræ factæ ſunt. Nā & ipſi thaboritæ Bohemi ab ipſo exorti, eodē mō purgatoriū, ſuffragiaq; ſanctorū derident, eccleſias, altaria, chriſma, oleum, ritus & ceremonias fugiunt tanq̄ uana ſigna, & omnis altaris ceremonias, præter ſuas. Et quo ad ornamenta iā dicta ſacerdotaliū ueſtiū habēt ſuum Witeleff dicentē libro de papa ca. 12. De ornamētis aūt corporalib. nō legi Chriſtū, uel apoſtolos, legē particulariter tradidiſſe, ſed ſine diſſenſione, uel ſcādalo nūc unū ornamētū, nūc aliud acceptaſſe, docendo nos ut faciamus ſimiliter. Hæc Witeleff. AVCT. Hic breuiter docet nos Witeleff de mutatione ſacerdotaliū ueſtiū ſe-

Le. 6.
Io. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti Christi, qua induit eũ benedicta mater eius, puta tunica inconsutili desuper contexta per totum, & ea, cui insuta erat fimbria exilis iuxtà legem Moysi. Vnde lib. 4. commentarij cap. 1. super Matthæum. HIERON. Iusserat quoque Moyses, ut in quatuor angulis palliorum, hyacinthinas fimbrias facerent ad Israel populũ dinoscendum: ut quomodo in corporibus circuncisio signum iudaicæ gentis daret, ita uestis haberet aliquam differentiam. Et infra. Istiusmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta, quam & mulier illa, quæ sanguine fluebat, tetigit in pallio Domini, sed non est compuncta siperstitiosis* sensibus pharisæorum, magisque sanata ad tactum. Hæc ille. AVCT. Si Christus hanc uestem abiecit, & aliam in sacrificiis, & sacramentis exercendis assumpsit, doceat modo Witcleff, imò sciat Saluatorem nõ se ab hac aut illa inconsutili leuiter auuellisse, sed continuò tetuisse: nisi forsan dum pedes discipulorum laua ret, & statim eam resumeret sacrosanctam ad consecrationis officium peragendum. Quòd si uerum dicit Witcleff, hoc fecit docendo nos, ut faciamus similiter. Ergo nec sine sacris uestibus adeunda sunt sacramenta, quas ad hæc sancta peragenda aptas accepimus, iuxta formam ecclesiæ: sicut nec Christus sacra sua uoluit exercere sine pallio synagogæ. Sacra, inquam, illa diuina, quibus † ter obtulit corpus proprium uno die. Primò in cœna agni paschalis in figura iudaica. Secundò post cœnam ipsum iam corpus in natura sub imagine tantum panis & uini, utrobique nudè corpus suum non obtulit, sed signis uestitum: utique & sacerdos in uestibus sacris celebrauit. Tertiò uerò eum post meridiem nudè idem corpus sine tegumento figuræ obtulerat, nudos. Idem sacerdos noster non uestitus in ipsa sancta intrauit, ipsa hora forsan, qua primus homo se primò nudum cognouit. Si autem hæc congruitas capitis erat bona, consequenter noster Witeleff solis signis uestium sine signatis uirtutibus uterur in missa, sicut sola panis & uini signa sine natura carnis & sanguinis confecrat in hostia consecrata: & eò potiùs, quia sacras Christi uestes dissuit à sensu condentis, conficiés suæ hæresis simulacra, ut Ezechiel uaticinatur hæreticis. Et in eum locum homilia. 6. ORIG. Vestes diuinæ scripturæ sunt, & sensus, qui est in eis. Consciderunt has uestes hæretici, & consuerunt dictum dicto, uerbis uerba *integrãtes, sed non cum opportuna aptaque iunctura: & consuentes impia sibi simulacra fecerũt, quibus* illicuerunt quosdam credere, & consentire ad cultum suum, & fictam susciperc disciplinã. Deus uerò omnes nos ab his & ab aliis liberet simulacris, ut magnificemur in Christo Iesu cui est gloria & imperium in secula seculorũ Amen. Hæc ille. AVCTOR. Igitur uestium institutiones quis Christianus non uenerantur accipiat, quas in ministerium tanti sacrificij non impares apostolis Christi institutores habere reperimus?

Bin. To. 3

* Sentibus.

Christus ter obtulit corpus suum.

Ezech. 16. Origenes To. 1. in fine hom.

*iungentes

* illexerunt

¶ DE SANCTO ALTARI, CORPORALI, CALICE, THURIBULO, & PHIALIS, & OMNIBUS NON UIOLANDIS, NEC IN USUS PUBLICOS ASSUMENDIS CAP. XXX.

SVMMA.

1. *Altare sanctum, & ad ipsum pertinentia ornamenta, ut corporale, calix, &c. unde à Christianis omnia fuerint uendicata.*
2. *Altare spiritaliter sumptum, quid denotet.*
3. *Calicis usus unde desumptus. Et illius præparatio & honesta custodia, ad quem pertineat. Et de illius forma inuariabili, & nomine. Et quid denotat.*
4. *Instrumenta sancta qualiter sint tractanda.*
5. *Vasa sacra qualiter conseruanda, & quomodo nunquam exire iubentur de templo, sed esse semper in sanctis.*
6. *Vestimenta ecclesiastica, quomodo debeant esse sacrata, & honesta, & in templo.*
7. *Balthasar regis ultio, ob abusum uasorum templi, recensetur.*
8. *Consecrata domino quando possent in opera pietatis conuerti.*
9. *Templa, idola, Luci &c. si potestate data euertuntur, quomodo non possint in usus priuatos & proprios conuerti.*

SVnt tamen & alia, quæ in misteriis à Christi corpore cœpimus, ut eidem corpori in sacramento subseruiãt, uelut † est altare ipsum, quod locum tenet sepulchri, & corporale linteum, quod uendicamus à syndone lib. 6. cap. 7. super Lucam. BEDA. Sepulchrum illud uenerabile, figuram dominici habebat altaris, in quo carnis eius, & sanguinis solebant ministeria celebrari. Vnde regula ecclesiastica tenet eadem mysteria non in serico, non in panno tincto, sed instar syndonis, qua Ioseph eum inuoluit, in linteo puro debere consecrari: ut sicut ipse ueram terrenæ mortalisque naturæ substantiam pro nobis morti obtulit, ita & nos in commemorationem eiusdẽ tremendi ac uenerabilis sacramenti purum de terra germẽ candidatum, & multimodo quasi mortificationũ genere castigatũ, altari lumen imponamus. Hæc ille. AVCT. Euangelica ergo rõne Sylucster papa nõ curuit, q in lino puro sacerdotes nostros omnino celebrare constituit. Ratio uerò altaris hæc est historica. Est alia ratio mystica, secundùm quam altare fidem significat: quia sicut ab altari omnia offeruntur ad Deum, ita omnis actio nostra, quam Deo offerimus, irrita est, nisi in fide fundetur unde libro primo de sermone domini in monte, textu, Si obtuleris munus tuum ad altare AVGVST. Altare † itaque spiritaliter, in interiore Dei templo, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare uisibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue prophetiam, siue doctrinam, siue orationem, siue hymnum, siue psalmum, & siquid tale aliud spiritualium donorum animo occurrerit, acceptum esse non potest Deo, nisi fide† synceritate fulciatur, & ei fixè, atque immobile, *tã quàm imponatur, ut possit integrum, atque illibatum esse quod loquimur. Nam multi hæretici non habẽtes altare, id est, ueram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis uidelicet opinionibus aggrauati, uotũ suũ tãquã in terrã prosicientes. Hæc ille. AVCTOR. Sub hac tropologia loquuntur scripturæ, & doctores, quando unum dicunt altare ecclesiæ tanquàm unam fidem: hæreticorum uerò plura, secundùm illud Osee. 7. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: quia fidem Dei diuidũt, quia iam aberrant. Vnde libro primo super Amos textu, In die cũ uisitare cœpero præuaricationes Israel. HIERON. Quando uisitare cœperit dominus præuaricationes Israel, q prius Deũ mente cernebat, uisitabat & sup altaria Bethel: non unũ altare, quod hẽt ecclesia, sed altaria hæreticorũ plurima: tot enim altaria habent, quot & schismata. Amputabit & cornua altaris, qđ per superbiam unũ habere se iactant: Cadentque eorum cornua id est, arrogantia in terram & percutiet domũ hyemalem, eos hæreticos, qui laborant continentia, & ieiuniis cerophagis: è quibus Tatianus est, & Manichæus: & domũ æstiuam; ut Nicolaitas, & Eunomianos, &* ueteres hæreticos, nouosque sectatores, qui propter uẽtris ingluuiem omnem recipiunt* uoluptatem. Hæc ille. AVCT. Ecce pulchra hæreticorum altaria errores sequuntur: quia omnes hæreses ritus suos in altari ab ecclesia semper immutant. Calicẽ † uerò ab ipso Christo celebrante nos accepisse quis neget? Eius autem præparatio, & honesta custodia, ad subdiaconum pertinet: quem in secunda ad Iacobum fratrem domini generali nomine ministrum appellat CLEMENS, dicens. Calicem ad perferendum sanguinem domini præparatum cum tota ministerij munditia minister præparet, ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerenti. Hæc ille. AVCT. Huius autem calicis non tam usus quàm forma à primis inuariabilis est tenenda, sicut libro de corpore & sanguine domini libro. 20. PASCHAS. Calicem illum dicamus esse, de quo Christus: Hic ex calix meus noui testamenti &c. propter quod & mos bene inoleuit, quòd sanguis Christi nunquàm in cato, nunquam in cratera, in alio uase quàm in calice consecratur. Sed neque alio nomine, ut fieri solet in aliis quibusdam; nisi semper iuxta proprietatem linguarum calix uocatur, ut exinde omnibus calix passionis Christi ad memoriam reducatur. Hæc ille. AVCT. Non discum ergo, uel paropsidem, sed calicem Christi fuisse forma ipsa distinguit simul & significatio, quia prę omnibus uasis significat passionem, dicẽte Christo: Potestis bibere calicem &c. Et in epistola ad Marcellam de muneribus. HIERON. Calices mortificationem carnis ostendunt semper, & animum ad martyrium præparatum. calix quippe deo inebrians quàm præclarus est. Hæc ille. AVCT. Hæc quædam uasa cum uestibus licet ex ministerij sui genere sacra sint, peculiariùs tamen consecranda sunt, atque benedictione episcopi instianda in usum tam egregium, prout psal. 113. uersu. Simulacra gentium argentum & aurum cõcione. 2. post medium recolit. AVGVS. Sed enim † & nos pleraque instrumenta, & uasa ex huiusce modi materia & metallo habemus in usum celebrandorum sacramentorũ, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur in eius honore, cui pro salute nostra inde seruitur. Et sunt profectò etiam ista instrumenta uel uasa quid aliud, quàm opera manuum hominũ? Veruntamen nunquid os habent & non loquentur? Nunquid oculos habent & non uidebunt? Nunquid eis supplicamus quia per ea supplicamus deo? Hæc ille. AVCT. Optimè instruxit filios suos egregius Augustinus, qualiter celebri usu ecclesiæ uasa pro celebrandis sacramentis erant tunc sancta, quia consecrata in honorem Christi, cui seruitur in eis, nihilominus tamen hæc & alia ideo sancta sunt, quia in eis deo tantùm seruire licebat: nec sunt ad alios usus hominum transferenda, prout libro. 11. super Leuiti cum exponit ORIG. Inuenimus † & uasa ministerij sancta uocitata, & uestimenta sancta dici, & loca nihilominus, quæ in urbibus, uel suburbibus posita sunt, & sacerdotibus deputata. Sequitur. Dicitur, Ne facias, (inquit,) in eis opus ullum, quoniam domino sanctificata sunt. Super uasis autem cum in tabernaculo testimonij uasa ministerij thuribula, uel phialæ, uel cætera huiusmodi uasa sancta appellantur. Super uestimentis etiam, cùm stola pontificis Aaron, & tunica linea, & cætera huiusmodi uestimenta sancta dicuntur. Et infrà. Item patenæ, uel phialæ, quas dixit sanctas ille sanctus, quæ nunquàm

August. To. 4. cap. 2.

atque sit non.

Osee. 7.

Amos. 3.

Mier. To. 6

* & uetus hæreseos. nouos sectatores. * uoluntatem.

Bede.

Origenes To. 1. Vasa sancta

Matt. 26

Psal. 21.

Augustin. To. 3.

Instrumenta sancta.

Psal. 113.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm exire iubentur de templo, sed esse semper in sanctis, nec ullis penitus humanis usibus ministrare. Similiter † & uestimenta sancta quæ nominantur, non iubentur intra domum usui seruire pontificis, sed in templo esse: & ideo omnino nusquam offerri, sed ad hoc Deo tantùm consecrata esse, ut his Deo ministrans pontifex induatur, & sint semper in templo: ad cæteros uerò usus communes utatur communibus indumentis. Similiter & patenis, ac phialis his, quæ sanctæ appellãtur, ad humanos & communes usus uti non licet, sed tantùm ad diuina ministeria. Hæc ille. AVCT. Hac igitur ratione legis Dei bene fretus de uasis & uestibus sacrosanctis dignè Deo dignis officiis sanciuit cap. 3. sui decre
6 uestimenta sacra. TI STEPHANVS. Vestimenta uerò ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus & aliis in usibus nõ decet uti, quàm ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacris hominibus: nè ultio, quæ Balthasar percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes ueniat diuina, & corruere eos faciat ad ima. Hæc ille. AVCT. Benè † tangit ultionem Balthasar, qui temulentus audebat in uasis templi, quæ rapuit, potare cum concubinis suis, & optimatibus regni. Et eadem hora pendente ipso pœnas, quas meruit, appensum fuit regnũ eius, numeratum, & diuisum. Non memini permisisse Deum hoc genus raptus sacrorum uasorum inultum dimitti. Insuper hanc historiam ad hunc finem prosequitur super Matthæum in opere imperfecto Homili. 11. CHRYSOST. Si enim sanctificata uasa ad priuatos usus transferre peccatum est, sicut nos docet Balthasar, qui bibens in calicibus sacratis de regno depositus est, & uita: si ergo uasa transferre ad priuatos usus periculosum est, in quibus non est uerum corpus Christi, sed corporis eius ministerium continetur: quantò magis uas corporis nostri, quod sibi Deus ad habitaculum præparauit, non dabit locum diabolo agẽdi quod uult? Hæc ille. AVCT. Hanc tanti sancti sententiam, cùm magistrum suum Witcleff uident libro de sermone domini in monte, capite. 37. assumere tanquàm sacram, qualiter prædones Lollardi audent locа sacra diuellere, sacra eius uasa diripere, & seruos eius, quos Christus templa sua constituit, conculcare, & ad omnem iniuriam trahere & ad mortem? Qualiter autem Iuliano adhærent apostatæ in his factis, declaraui superius libro. 5. Debebant enim miseri scire, de uasis & uestibus sacris præceptum esse domini. Ne facias in eis opus ullum, quoniam Domino sanctificata sunt: opus maximè ad usus profanos.

8 Sed † & in opera pietatis liceret iussu prælati, si his opus esset, uestes, aut uasa præponere: sed non initiata, aut non consecrata potiùs, si subsit facultas parcere consecratis. Vnde in libro. 2. de officiis uersus finem moderatur AMBROS. Opus est, ut de ecclesia mystici poculi forma non exeat, nec ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur: ideo initia ecclesiam primùm quæsita sunt uasa, quæ initiata non essent, deinde comminuta, postremò conflata, & per minutias erogationis dispensata egentibus, captiuorum quoque pretiis profecerunt: quòd si desint noua, & quæ nequaquam initiata uideantur, in huiusmodi usus, quos suprà diximus, omnia arbitror piè posse conuerti. Hæc ille. AVCTOR. Sicut autem consecrata Domino aliter, quàm prædictum est, in usus humanos trãsferre nefas est, ita ab impiorum usibus etiam dæmonum ad usus communes domini liceret ea conuertere, non autem in usus nostros priuatos, ne uideremur auaritiæ in eorum raptu magis, quàm pietati seruire. Vnde in epistola ad Publicolam AVG. Et cùm † templa, idola, luci, & si quid huiusmodi potestate data euertuntur, quamuis manifestum est cùm id agimus non ea nos honorare, sed potius detestari, ideo tamen in usus nostros priuatos duntaxat & proprios non debemus inde aliquid usurpare, ut appareat nos pietate ista destruere, non auaritia. Cùm uerò in usus communes, non proprios, ac priuatos, uel in honorem Dei uero conuertuntur, hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis & impiis in ueram religionem mutantur, Hoc Deus intelligitur docuisse illis testimoniis quæ ipse posuisti cùm de luto alienorũ deorum iussit ligna ad † holocaustum adhiberi, & de Hiericho, ut omne aurum, & argentum, & æramentũ inferretur in thesauros domini. Quapropter etiam illud, quod in Deuteronomio scriptum est, Non concupisces argẽtum uel aurum illorũ nec accipies inde tibi, ne excedas propter illud, quoniam abominatio est domino deo tuo & non conferes execratum in domum tuam & eris anathema, sicut & illud est, & offensione offendes, & coninquinatioue inquinaberis abominatiõe illa: qa anathema est: satis apparet, aut ipsos priuatos usus in talibus esse prohibitos aut ne sic inde aliquid inferatur in domum ut honoretur, tunc est enim abominatio, & execratio. Hæc sanctus Augustinus in epistola ad Publicolam.

¶ DE INTROITV MISSAE CVM CANTV, PSALMIS, THURIFICATIONE, KYRIE ELEISON, GLORIA IN EXCELSIS, DOMINUS VOBISCUM, CUM COLLECTA, PER CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Cap. XXXI.

SVMMA.

1 *Sacerdotis ad introitum pro missæ celebratione quare sonat omnis chorus in uoce exultationis. &c.*
2 *Institutores rituum missæ, quòd non sint recentes, ostenditur.*
3 *Psalmodiam ecclesiæ unde inceperit Hieronymus ducere*
4 *Incessum ecclesiæ ad altaris ingressum, unde habuerit ortum, & quid denotet.*
5 *Kyrie eleison, quare dicant Latini Græcè & Græci Latinè.*
6 *Trinitatis adoratio per Kyrie eleyson denotatur.*
7 *Gloriam in excelsis hymnum cælitus factũ quis statuerit dicendum in ecclesia.*
8 *Maria quomodo non uereatur à pastoribus addi scere, contra Witcleff.*
9 *Collecta, quæ est communis oratio missæ, quare sic nuncupetur.*
10 *Dominus uobiscum, salutatio ad plebem secundum morem apostolorum. Et, Pax uobis, secundùm morem Christi, unde fuerit desumpta.*
11 *Oremus, quomodo dicatur in missa, & ad quid.*
12 *Per dominum &c. finis orationis. Et Per Christum quomodo præmittantur in fine collectæ, & quare.*
13 *Amen sæpe in missa prolatum, quid significet, & quomodo interpretetur.*

1 INtroibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. In † uoce exultationis & laudis altisonæ resonat omnis chorus ad introitum sacerdotis. Quid mirum? representat toti ecclesiæ introitum Christi in orbem: idcirco tunc Psalmi concrepant, thimiamata fragrant, uoces in omne melos liquescunt: prout cap. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ sic orditur missam sacram DION. Hierarcha quidem, orationem sacram super diuinum altare perficiens, ex ipso thurificare incipiens, ad omnem uenit sacri chori ambitum: resoluens autem rursus ad diuinum altare, incipit sacram psalmorum melodiam, concinente ipsi psalmicam sacrologiam omni ecclesiastica adornatione. Hæc ille. AVCT. Vbi in expositione LINCOL. Enarrat hic auctor mysterium, & symbola sacratissimæ eucharistiæ secundum modum, quo tunc fiebant in ecclesijs illius loci. Sequitur. Primò autẽ procedebat hierarcha ad altare, credo quòd indutus sacris, & hierarchicis uestibus, & ornamentis, & super ipsum altare aliquam dixit orationem: & tunc thurificato altari, iuit ad omnem sacri chori ambitum: credo ut astantes in circuitu turificaret, & rursus rediens ad altare, illud thurificauit, & sic incepit aliquam melodiam de psalmis, concinente cum ipso multitudine decenter ordinatorum in choro. Hæc ille. AVCTOR. Non omnia uno ritu reseruabantur olim per omnes ecclesias, nec iam seruabantur secundùm dispositiones magnarum rerum, qualiter apostoli, & primi patres statuerunt antiquitus. His notis aduertamus primò, quòd Psalmorum decantatio non est recenter adiecta per sacros Papas, & antistites: sicut nec orationes canonis, aut præfationes, thurificationes, & benedictiones, aut alij ritus missæ solennes, prout multi falluntur, qui sic putant. Vnde
2 † nec credendum censeo quibusdam legentibus Amalaricum, Waleranum, Innocentium, aut plures scribentes de officijs, q̃ Celestinus papa. 42. constituerat psalmos canendos ad introitũ missæ, gradualia, offertoria, & cætera: & quòd Gelasius. 47. præfationes instituit: q̃ Gregorius magnus orationem dominicam intulit: exinde dicentes, q̃ isti tal ia induxerunt toti ecclesiæ: quia reuera ante istos hæc erant ad missas in orbe communes, ut audietis in posteris. Nec ubiq; per cunctas ecclesias inchoabatur missa à simplici lectura, epistola. &c. Aderant præsules; q̃q̃ cum magna reuerentia susciendæ essent tales institutiones ad nos per eos missæ diuinitus, sed in suas forsan ecclesias ab aliis antiquam formam habentibus intulerunt. Aut sic per decretum oportuit ad antiquam formam arctare proteruos, ita ut illud Augu. secuti sint. 11. de ciui. Dei. Neque ipsi instituerunt ut ita esset, potius inuenerunt. Nam de psalmis canendis ad introitum sacerdotis, hoc probat non esse de institutione Celestini, quòd Dionysius apostolorum discipulos eos commemorat, ubi lieram Dionysii sic aperit sanctus THOM. Episcopus inchoans eucharistiæ celebrationem, secundùm consuetudinem apostolorum incipit à thurificatione, ueniens de altari ad chorum, & iterum reuertitur ad altare, incipiens decantare psalmos simul cum choro. Hæc ille. AVCT. Et in libro. 18. commentaris, super illud Esaiæ in fine. Quomodo si inferant filii Israel. HIERON. Quomodo solebant filii Israel dum eorum staret religio, & templi cerimoniæ seruarentur, * offeren-

Psalmodiam — *Dionysius.*
Psalmorum decantatio in missa nõ est recenter adiecta.
Institutores rituum missæ non sunt recentes.
Aug. To. 5.
Esa. 66
Hier. To. 5.
* *offerre.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

offerentes victimas cum psalmis in domo domini. Sequitur, quòd usque hodie offerunt in domo Domini, quæ est ecclesia, filii Israel, qui mẽte aspiciunt Deum, hostias spirituales cum fructibus atque uirtutibus animæ suæ in uasis mundis, hoc est, in sanctis corporibus. De quibus scribit Apostolus. An ignoratis quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in uobis? 1. Cor. 5.
Et sumam, inquit, ex eis sacerdotes, & leuitas dixit Dominus. Hæc ille. AVCTOR. Ab † historiis Iudæorum inchoat Hieronymus ducere psalmodiam ecclesiæ, quòd sicut in libro Paralipomenon legitur, Cunctis pariter & tubis, & uoce, cymbalis, & organis, & diuersi generis musicis concinentibus, & uocem in sublime tollentibus, longè sonitus auditur, ut cùm Dominum laudare cœpissent, & dicerent: Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, impleretur domus domini nube, nec possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem: maximeque hoc tempore canerentur psalmi Dauitici dùm sacrificia celebrarent: ita spirituales Iudæi Christiani secundù apostolum, usque hodie offerunt in domo Domini cum psalmorum cantu per medios sacerdotes, & leuitas, quos ex eis Dominus assumit.* Et Hieronymus hoc dicens, præcesit tempore Celestinum. Quod autem thurificat sacerdos, signum hortatorium est, vt præces, & laudum uota suauiter effundantur. Quòd in officium missæ non propter consequentiam tãtum legis antiquæ traxerunt Apostoli, sed quia plus conuenit Christianis sacrificijs. Vnde & specialiter attribuitur angelis noui sacerdotii in ecclesia, quòd habeant singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum in Apocalypsi Ioannis, sicut sermone. 4. super Apocalyp. docens AVG. Habentes (inquit) singuli citharas. i. chordas laudum, & phialas aureas. Hæc sunt uasa in domo domini, in quibus thimiama offerri consueuit, ideo orationes sanctorum bene* intelliguntur. Et * cantabant canticum nouum, id est, professionem suam publicè proferentes. Hæc ille. AVCT. Et † ortum habet hoc incensum ecclesiæ ad altaris ingressum, quo ad suum signum expressum, ab aromatibus mulierum ad sepulchrum dominicum. Vnde lib. 6. super Luc. cap 2. BEDA. Aromata autem, quæ mulieres deferunt, odorem uirtutum, & orationum, quibus altari appropinquare debemus, suauitatem signant. Vnde Ioannes in Apocalypsi sua, cum phialas in manu angelorum aureas, id est, mundas, in electorum corde conscientias plenas odoramentorum descripsisset, subiungit exponens, atque ait, quæ sunt orationes sanctorum, hæc ille. AVG. Idcirco imminẽ, te tempore orationis ecclesiæ, thus offertur in phialis, quibus thimiama offerri consueuerat secundum Augustinum, & maxime nunc, cum in exordio missæ professionem suam fideles publice profitentur secũdum eundem. Vnde & statim canitur lętania Kyrie eleison. Et sacerdos cõfitetur cum clero pro omni populo. Hoc ipsum enim loco moralis obseruantiæ iussit dominus fieri ad oblationem holocausti Leui. 19. Posita utraque manu super caput hirci, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta, atque peccata eorũ. Et in signum huius moralitatis apud incẽsum altaris per sacerdotem ecclesiæ. 24. seniores iuxta Apocalyp. Ioannis (quæ tota de statu ecclesiæ prophetizat) suam imperitiam confitentur. Vnde in prologo expositionis Abdiæ, HIERO. Viginti quatuor seniores habentes in manibus phialas, & citharas, & quatuor animalia plena oculis consurgunt de throno, suam imperitiam confitentur, gloriam agno cantant, & uirgæ de radice Iesse. Hæc ille. AVCT. Pulcherrimo ordine notat, quòd iste chorus sanctorum habens in manibus phialas, id est, thuribula nostra, & citharas laudũ, primò de throno suo consurgat: cui respondet in ecclesia nostra, & clerus simul à laude introitus consurgit, deponens coronas, & intonans, Domine miserere. Secundò imperitiam suam confitetur, & culpam. Tertiò post hæc gloriam agno cantat, & uirgæ de radice Iesse, resonans cum angelis, Glória in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vnde libro de institutione clericorum cap. 32. RABANVS. Post introitum sacerdotis ad altare, lætaniæ agantur à clero, ut generalis oratio specialem præueniat sacerdotis. Hæc ille. AVCT. Hoc cantu tota ab antiquo usa est ecclesia, quamuis Græci dissimiliter aliquantulum à nobis. De quo in libro de officiis missæ REMIGIVS. Ideo † dicunt, Kyrie eleison, & Latini Græcè, & Græci Latinè: quia & illorũ quædam Græca uerba honestius quàm Latina, & quædam latina honestius quàm Græca sonant, & ut unum eiusdem domini populum nos esse ostendamus, unumq; Deum utrunque populum credere Kyrie eleison, id est, domine miserere: Christe eleison, id est, Christe, qui unctus es non oleo uisibili, sed plenitudine diuinitatis, miserere. Hæc ille. AVC. Ter † dicimus Kyrie eleyson, id est, domine miserere, ad deum patrem, ut misericorditer dimittere dignetur suis supplicibus quicquid peccauimus mente, uel actione. Tertiò quoque iterum ter ad spiritum sanctum, simili ratione. Media autem uice filiũ inuocamus in germana nobis humanitatis natura, qualiter Psalmista ait, Benedicat nos deus, id est,

Nam Hieronymus uixit anno d. 410. Celestinus uero. 426. Ape. 5.

Aug. To 9.

In eis intelligimus.

Canentes canticum nouum.

Incensum quod offertur altari unde ortum habet.

Rabanus.

Remigius. Kyrie eleison.

Trinitatem adorare. Psal. 66.

id est, pater: deus noster, id est, filius: benedicat nos deus, id est, spiritus sanctus: & metuant eum omnes fines terræ. Ibi ait deus noster, ubi naturam nostram appellandi in Christo locus accessit. Ideo loco secundo Christe eleison dicimus uariantes, quamuis Kyrie eleison dicere possemus ut aliis, sed hunc iam clerici soli cantant: inter Græcos autem nec canitur Christe eleison: & antiquitus canebatur item à populo. Vnde libr. 9. registri, epistola octaua ad Ioannem Syracusanum episcopum GREGO. Kyrie eleison autem nos neque dicimus, neq; * dixinus sicut à Græcis dicitur: quia in Græcis omnes simul dicunt, apud nos autem à clericis dicitur, à populo respondetur: & totidem uicibus etiam Christe eleison dicitur: quia in Græcis omnes simul dicunt: apud nos autem à clericis dicitur, & à populo respondetur, & totidem uicibus etiã Christe eleison dicitur: quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem missis aliqua, quæ dici solent, tacemus: tantummodo Kyrie eleison, & Christe eleyson, dicimus, ut in his deprecationis uocibus Paulò diutius occupemur. Hæc ille. AVCTOR. Iam † testatur sacerdoti nostro ut instar. 24. seniorum in suprema ecclesia, tertium illud persoluat Hieronymi, uidelicet gloriam agno, & uirgæ de radice Iessæ. Hũc nullus ignorat hymnum cælitus factum, angelos ad ortum Christi detulisse de cęlis. Congruè igitur in eiusdem uerbi commemoratione solenni tenet principium, quod ad temporale principium allatum est principii incarnati. Hunc hymnum fertur statuisse dicendum in ecclesia Telesphorus sanctus papa septimus à beato Petro secundùm Augustinum, sicut in decretis pontificum, decreti sui cap. 1. TELESPH. Nocte sancta natiuitatis domini missas celebrent, & hymnum angelicum in eis solemniter decantẽt: quoniam in eadem nocte ab angelo pastoribus est nuntiatum, sicut ipsa ueritas testatur, dicens: Pastores erant in regione uigilantes &c. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Sequitur. Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro loco & tempore in missarum solennis celebrandus est, atque solenniter recitandus. Hæc ille. AVCTOR. Quibusdam uidetur hymnus iste si breuis esset tantum ille uersiculus, quem Lucas scribit, non tãm celebriter hymnus dicendus, & tanto pondere solenniter celebrandus, sed uel tunc introductus auctus à patribus, uelut de officio missæ INNOCENTIVS papa. Symmachus papa tãm die dominico, quàm natalitiis martyrum Gloria in excelsis deo ad missam cantari: quem hymnum Telesphorus *. 9. à Petro ad missam nocturnam natalis domini, quam idem instituit, cantari præcepit, & in eo angelorum uerba, quæ consequũtur, adiecit: quanquàm à pluribus asseratur, & ea beatus Hilarius Pictauensis adiecerit. Hæc ille. AVCTOR. Et auctor Witeleff de officiis, Walerãnus, dicit idem; his resultat hæreticus dicens, sed qualiter ad hanc institutionem hominis sine cælesti auctoritate flectemur? Dicatur hæretico, si diuinam auctoritatem in tanto patre non accipis, saltem pastores rudes, & post eos omnem populum ad hanc gloriam perenniter suis modulis resonandam prouocatos intellige, dicente angelo: Euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Nota, uobis & omni populo. Dicta uobis, statim impleuerunt pastores. Cantico enim alludentes angelico glorificabant, & laudabant deum in omnibus, quæ audierant ab angelis. Vbi BEDA capi. sexto. libro primo expositionis Lucę. Gloriam deo laudesque dei referunt. Et hoc enim illis facere dictum, & ab angelis, non quidem uerbo imperantibus, sed formam suæ deuotionis offerentibus, cùm deo in excelsis gloriã in annua exultatione resonarent. Nam & qui dicit, Euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, ad glorificandum utique dominum, laudandumque prouocat. Hæc ille. AVCTOR. Attende proterue, quòd gloriam deo laudesque referre dictum sibi ab angelo pastores cognouere subtiliter, non quidem eius imperio, sed prouocatione cœlestis exempli. Cur nõ omnes nos hoc idem intelligamus ut illi? Cũ nõ tantùm illis dictum est, sed omni populo. Et qualibus melius soluimus debitum, quàm uerbis & laudibus angelorum? Subtiliter igitur pensat scripturam sanctus pater Telesphorus, & debitum nostrum omnium etiam, qui modò sumus in facto pastorũ, & nuntio angelorũ agnoscit, & pia constitutione cauebat. Quid dedignaris hypocrita? nunquid flecti tanto patri, quẽ pastor simplex edocuit? Quid tu ergo docere præsumis, qui discere dedignaris cũ tanto patre, etiã cum Maria † Ipsa enim didicit à pastoribus, sicut euangelista ait. Maria conseruabat omnia uerba hæc. Vbi ca. 2. lib. 7. super Lucam. AMBROS. Si Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere a sacerdotibus? Si Maria ante cepta magis cupis docere, quàm discere? AVCTOR. Dementes homines, qui sic audire patienter nolunt hæreticum: qui nec apostolicum patrem, & orbis pastorem Telesphorum audiunt, cum tamen regina cœli ruralem non dedignatur audire pastorem. Omnium igitur ecclesiarum debitum ad canendum hunc hymnum accipimus, quia exemplo facti sunt cælestes spiritus ad hoc omnes populos prouocasse monuit sanctus Papa. Vnde & tertia parte sermonum,

*Greg. To 2 *dicimus.*

Gloria in excelsis.

Telesphe.

Luc. 2.

Innocent.

Alibi septimus.

Maria à pastoribus non uerebatur addiscere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num, sermone. 16. AVGVST. Angelorum A uoce, per quam dominus Iesus Christus natus uirginis partu pastoribus nuntiatus est, cùm euã gelium legeretur, audiuimus, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Festa uox, & gratulatoria, non unius seminæ, cuius uterus ediderat prolem, sed uni generi, cuius uirgo pepererat saluatorem. Sequitur. Dicamus ergo & nos & quanta possumus exultatione dicamus, qui non pecorum eius pastoribus nuntiamus, sed eius natalitia cum eius ouibus celebramus. Nos, inquam, fideli corde, deuota dicamus uoce, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et hæc uerba diuina, has dei laudes, hoc angelicum gaudium, quã tum ualemus consideratione, prospectu, fide, spe, & charitate meditemur. Si enim credimus, speramus, & desideramus, erimus & nos Gloria in excelsis deo, cùm resurgente corpore spiritali, rapti fuerimus in nubibus obuiam Christo in aëra: sic modò dum in terra sumus, eum bona uoluntate sectemur. Hæc ille. AVCTOR. Et in commentario Esaiæ libr. 13. super textum, Laudate cœli, exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum. HIERON. Præcipitur cœlo & terræ, uel his uirtutibus, quæ in cælo morantur, & terra, ut angelis, & hominibus ut dei concinant laudem, & qui in excelso uirtutum positi sunt, mentis lætitiam iubilo, & exultatione testentur. Hæc ille. AVCT. Quo facto ad orationem proceditur sacerdotis, quæ † Collecta dicitur: eoq; ad eam colligitur populus, quasi ad canonis initium in corpore Christi: & secundum Dionysium ad mysterium synaxeos, id est, communionis, seù congregationis. Et sequitur apud DIONYSI. Hierarcha quidem super diuinum altare orationem sacram perficiens, ex ipso thurificare incipit. AVCT. Vbi in expositione LINCO. Prius † autem ad initium collectæ salutat plebẽ sacerdos, dicens, Pax uobis secundum morem Christi: aut secundum morem apostolorum, Dominus uobiscum, & Pax uobis uicissim. De quo REMIGIVS. Hic salutationis sermo, non humano arbitrio compositus, sed ex diuinæ auctoritate scripturæ probatur sumptus: ubi frequenter & singulariter, & pluraliter legitur positus. Singulariter, sicut ait angelus ad beatam uirginẽ Mariam, Dominus tecum. Et ad Gedeonem similiter angelus salutando, Dominus tecum uirorũ fortissime. Pluraliter, Ruth. 2. legitur Booz dixisse messoribus suis, dominus uobiscũ. Et sic in Paralipo. propheta à deo missus legitur salutasse Azam regem Iudæ cum exercitu suo, cum uictor reuerteretur de prælio, dominus uobiscum, quia fuisti cum domino. Ecclesia ergo salutando orat, & orando resolutat, postulans, ut sicut orauit dñm esse cũ eis, ita sit & cũ ipso dicẽs, Et cũ spiritu tuo, id est, cum aïa tua, ut digne pro nostra salute eum exores. Et infrà. Sed & illa salutatio episcopalis, qua dicitur, Pax tibi, siue Pax uobis, similiter non humano sensu est inuenta, sed de scripturæ sacræ auctoritate reperta est. Similiter angelus Danieli, Pax tibi, & esto robustus. Et in euangelio penè semper legitur ita dominus apostolos salutasse, dicendo, Pax uobis. Et eisdem apostolis eandem salutationis formã commendauit dicens: In quancunque domum, aut ciuitatem intraueritis, salutate dicentes: Pax huic domui. Meritò ergo & apostolorum successores, id est, ecclesiarum præsules, hac salutatione utuntur, domum dei salutantes: ubi oportet omnes esse filios pacis, ut sit pax domini super eos requiescens, & ijs salutantibus & salutatis posit esse fructuosa. Hæc ille. AVC. Hunc salutationis & resalutationis ordinem apostolicũ non deerant qui turbarent hæretici: contra quos prouidit ecclesia, nẽ in modico Priscilliani subrĩ serent. Vnde in BRACARENSI concilio cap. 3. Item placuit, ut non aliter præsbyteri & aliter episcopi salutarent populum, sed uno modo salutent dicentes, dominus uobiscum sit, sicut in lib. legitur. Et ut respondeatur à populo: Et cum spiritu tuo. Sicut & ab ipsis Apostolis traditum omnis retinet oriens, & non sicut Priscilliana prauitas permutauit. Hæc ibi. AVCT. Benè notat concilium resalutationem illam sicut & salutationẽ ab Apostolis acceptam: qua ité & à senioribus accepta usus est Paulus ad Timotheũ scribens episcopũ, in fine. 2. epistolæ. ac dicens, Dominus Iesus Christus sit cũ spiritu tuo. Quo dicto statim deuotissimus sacerdos seipsum unà cũ populo colligit ad orandũ, Oremus † inquiens. Quo in loco quandoque per diaconũ admonendus est populus flectere genua, & aures ad orandũ erigere unitormes. Vnde de laude cantic orum in ecclesia AVGVS. Ideo enim diaconis clara uoce in modũ sancti præconij admonet cunctos, ut siue in orando, siue in flectendis genibus, siue in psallendo, siue in lectionibus solicitè audiendis unitas seruetur ab omnibus, quia unanimes homines deus diligit, & in sua domo eos efficit habitare. Hæc ille. AVC. Dehinc prosequitur sacerdos, & subiungit orationem cõem, ut res ecclesiæ exigit, aut instans festiuitas, aut cõtra procellosos schismaticos, & hæreticos, ut eos in pacem fidei suæ deus conuertat propitius, aut ut fideles suos faciat perseuerare constanter: sine cuiusmodi precibus alỗ initio non fuit ecclesia, prout magnificè recolit de bono perseuerantiæ uersus finem.

cap.

cap. 22. AVGVS. Atque utinam tardi* cordis, & infirmi, qui non possunt, uel nondum possunt scripturas, * & earum expositiones intelligere, sic audirent, uel non audirent in hac quæstione disputationes nostras, ut magis intuerentur orationes suas, quas semper habuit, & habebit ecclesia ab exordijs eius donec finiatur hoc seculum. Et infra cap. 23. quando.n. non oratũ est in ecclesia pro infidelibus, atq; inimicis eius, ut crederent quando fidelis quisquam amicum proximum coniungem habuit infidelem, & non ei* petunt à domino uentem obedientem in Christianam fidem. Quis autem sibi unquã non orauit ut in domino permaneret? Aut quis sacerdotem super fideles dominum inuocantẽ, si quando, * dicit Da illis domine in te perseuerare usque in finem, non solùm uoce ausus, sed saltem cogitatione reprehendere: & non potiùs super talem eius benedictionem, & corde credente, & ore confitente respondet, Amen? Hæc ille. AVCT. Ducit in medio illam collectam, Da nobis quæsumus domine perseuerantem in tua uoluntate famulatum: concludens populum respondentem, Amen. præmittitur † tamen in fine collectæ, per dominum nostrum Iesum Christum. At super uerisum Psal. 108. Oratio eius fiat in peccatum. AVGVST. Quoniam non est ista oratio nisi per Christum quẽ uendidit Iudas, scilicet immanitate peccati: oratio autem, quæ non * est per Christum, non solũ non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit in peccatum. Hæc ille. AVCT. Ordo igitur orationis ecclesiasticæ est eam primò dirigere ad patrem, impetrare per Christum, includere in spiritu sancto, scilicet, quia Apostolus ait: Ex quo omnia, pro patre, per quem omnia, pro filio in quo omnia, pro spiritu sancto. Vnde libro de amore Dei cap. 19. BERNARDVS. Ideò quia in oĩbus orationibus nostris subiicimus, Per Christum dominum nostrum: uel quia omnes orationes nostras, & sacrificia ad Deum Patrem dirigimus per eum, sicut per mediatorem nostrum; uel quia quicquid speramus à patre luminum, omne datum optimum, & omne donũ perfectum, non per aurem, non per nares, sed per ipsum petimus infundi os nostrum, & gustum nostrum, & sapientiam nostram, ut sumenti possit esse proficuum. Hæc ille. AVCT. Hoc igitur omni orationi ecclesiasticæ, quæ super populũ fit per sacerdotẽ, appensio recte confirmat populus uuoti sui ostensione orationẽ factã dicẽs, Amen, sub misse. Amen uice populi clerus astans. Vnde REMIGIVS. Ideo in omnibus collectis interponitur, Per dominum, ut omne qđ datur à patre, intelligamus, quòd per filium eius accipimus. Amen † Confirmatio est & oratio nis à populo. Interpretatur enim uerè ita, siue fideliter credimus, sicut dicit. Hæc ille. AVCT. Commemorat hoc responsum ecclesiæ ad orationem sacerdotis Apostolus primæ Corinth. 14. Si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicit Amen, super tuam benedictionem? Fuit ergo oratio talis benedicendi in ecclesia tempore apostoli, cui respondere solebat, non tantum clerus, sed omnis populus, Amen. In annotationibus ibi HIERÓ. Quis supplet locum idiotæ, laicum qui significat, qui nullo gradu ecclesiastico fungitur. Hæc ille. AVC. Et ibi in expositione AMBRO. Imperitus nescit finem orationis, non respondet, Amen. Adest, uerum sit, ut firmetur benedictio: per hoc enim impletur confirmatio præcis, quum responderit, Amen: ut omnia dicti rei testimonio in audientium mentibus confirmetur. Hæc ille. AVC. Maximè tamen post communionem sacram, quasi in cõmunionem tòtius mysterii corporis & sanguinis Dominĩ hac responsione usa est ecclesia antiquorũ, sicut in responsione ad quæstionem Orosij. 49. AVGVST. Sanguis Abel significat sanguinem Christi: quo accepto, uniuersa ecclesia dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat uniuersa ecclesia dum portatur sanguine Christi, & dicit, Amen, tu ipse si potes considera. Hæc ille.

¶DE LECTIONE, EPISTOLA, Halleluia, & quòd Euangelium stando audiatur. De symbolo, offertorio, de præparatione calicis, & de miscendo aquam cum uino. Capit. XXXII.

SVMMA.

Introitus missæ. Et quomodo in eo totus populus unà cùm clero gaudet in Domino. &c.

Lectio in missa. Et quomodo sit duplex, uel legis, uel apostolica. Et si ambæ concurrant, quæ earum antecedat.

Responsorium, quod Graduale uocant, quomodo sequatur posit lectionem.

Halleluia, quomodo tempore Paschali cantatur, per totam ecclesiam ab antiquo. Et quis introduxerit in Romanam ecclesiam.

Euangelium quomodo stando debeat audiri à plebe ex decreto Athanasij.

Symbolum quomodo in missa sequatur posit euangelium. Et quòd ecclesia nunc utitur Symbolo Niceno, antea uerò utebatur apostolico. 11 quid de eo dicat Isidorus.

Offerto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Offertorium, & offerenda in ecclesia. Et de cantu psalmorum tempore quo fiebat.*
8 *Ordines quomodo fuerint multi in primitiua ecclesia, contra Witeleff.*
9 *Aquæ cum uini commixtio in calice notatur, et quæ sit huius admixtionis ratio.*
10 *Aquarij hæretici unde dicti.*
11 *Christi in consecratione, quare tacitum sit de aqua.*
12 *Aqua cur calici admisceatur.*
13 *Corpus & sanguis Christi quòd sint uerè in eucharistia.*
14 *Magister Petrus notatur.*

Introitus

1 IN Vcusquè uenit tractatus de officio introitus † secundum scriptores de officio missæ, in quo totus populus unà 4 cum clero gaudet in domino super ingressu sacerdotis uice Christi ad un̄ celebrandū mysterium, & pro necessitatibus suis orationis ingressum prætentat. Iam uacat auditui sacræ lectionis, & recordationis intercisæ, ut ex his doceatur plebs qualiter se aptare possit futuris mysteriis. Procedit † igitur lector, uel legis, uel apo-
2 *Lectio* stolicæ lectionis, quarum si ambæ concurrant, legis lectio antecedit: non propter eius honorē, sed quia præcursor est nouæ legis, sicut & apo-
Lectio stolica lectio præcedit euangelium, quia Domi-
nus misit illos binos ante faciem suam in omnē locum, quo ipse erat uenturus. Sic enim legitur Actuum 13. q̄ Paulus & Barnabas Antiochiæ synagogam ingressi sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt ad eos principes synagogæ dicentes, Viri fratres, si qs est sermo in uobis exhortationis ad plebem dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium, in dicens, ait, Viri fratres &c. ubi in expositione
Rabanus Actuum apostolum RABAN. Synagogæ non tam ædificatio conuenit, quia multitudini, ut apud nos ecclesiæ die sabbatorum: quia consuetudinis erat conuenire, & legere in modum dominicæ diei apud ecclesias. Sequitur. Si quis est sermo exhortationis, non prædicationis. Et infrà. Surgens iuxta consuetudinem legentium propter multitudinem audientium. Hæc ille.
AVCTOR. Legentis ergo functus est officio Paulus, non prædicantis: hac ratione adhuc utitur ecclesia lectione legis antiquæ, aut loco eius interdum lectione apostoli, uel item lectione apostoli post lectionem legis, si utraque requiratur: quod & in temporibus apostolorum incœpit, ut ex illo patet ad Colossenses ultimo.
Colo.4. Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nymphā, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cùm lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensium est, uos legatis. Vtraque ergo lectio fuit hoc tempore apostolorum ecclesiæ consue
Dionys. ta. Vnde ca. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ DION. Deinceps igitur per ministros hagiographorū librorum lectio consequenter fit THO. Post ministri legunt lectiones de scripturis sanctis.
LINCO. His peractis, legebant ministri in auribus deuoti populi sacras lectiones de hagiographis literis & libris. i. de ueteri, & de nouo testamento. Hæc ille. AVC. Qua † lectione peracta, se
Responsorium graduale quitur responsorium, quod uocant graduale, eo Q ad gradum canitur. Est autem responsorium, quia recitando aliquem psalmum auditores sic lectioni respondeant, ut dicit ALMARICVS. Ruminantes enim quod lectum est, recor
Almarius dantur, & recordando dulciter correspondent. At † in pascha repente prorumpunt in laudē dei
4 & concinunt halleluia, quod per totam cantatur ecclesiam ab antiquo. In Romanam autē ec-
Hieron. clesiam halleluia Damasus Papa ab Hierosolymis per Hieronymum introduxit. lib. 9. regist. epistola 8. GREG. Nam ut halleluia hic diceretur, de Hierosolymorum ecclesia ex beati Hieronymi traditione tempore præcedente Dama
Aug. so traditur tractum. Hæc ille. AVCTOR. Bene dixit ut halleluia hic diceretur: longo enim tē pore præcedente Hieronymum habuit ecclesia per orbem usum cantandi per ecclesias halleluia, uelut super psalmum 106. in titulo. AVGUSTINVS. Est enim halleluia & bis halleluia, quod no bis cātare certo tempore solemnis mos ris est secundum antiquam ecclesiæ traditionem neque enim hoc sine sacramento certis diebus cantamus halleluia. Certis quidem diebus cantamus, sed omnibus cogitamus. Si enim hoc uerbo significatur laus Dei, semper sit in eorde, & si non in ore meo. Hæc ille. AVCTOR.
Dum ergo tunc fuit antiqua consuetudo psallere halleluia per ecclesias, quando fuit Augustinus conuictus & fermè æqualis Hieronymo, pa
1 tet diu ante Hieronymum hanc consuetudinem cantici usurpatam. Qualiter autem tempore paschæ hic cantus halleluia sit creberrimus, declarare possunt tractantes officia. Tractat item Augustinus in sermone de pascha. Quare autē in ieiunio quadragesimæ non canitur, & alias, quod intendebat Augustinus supra dicens, & si non ore canis, non deerunt qui exponant, mihi morari non licet. Sic autem edocti per prophe ticas, & apostolicas lectiones, & exhilarati paulisper cælica melodia, magno prouocante ministro sacrosanctam audiemus euangelicam lectionem, hoc erat quod Dionysius pluraliter loquebatur, dicens. Per ministros hagiographorum librorum, id est, noui & ueteris testamenti lectiones dicendas. Euangelia

Euangelium stando auditur.

etiam stando audiuntur à plebe ex decreto A- A
thanasij Papæ cap. 1. Athanatius. Significastis.n. quosdam sacerdotes in ecclesia dum euangelia leguntur, sedere, & dominī Saluatoris uerba nō stantes, sed sedentes audire, & hoc illi ex maiorum traditione se accepisse narrant: quod ut nul latenus deinceps fieri sinatis, apostolica auctoritate mandamus; sed dum sancta euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed uenerabiliter eu rui in conspectu euangelij stantes, dominica uerba intentè audiant, & feliciter adorent. Hæc ille.
AVC. Quo sonora & clara uoce perlecto, quis quis quod dictum est, clamet Credo, & iungatur Christo per fidem, ubi per antiquam ecclesiam exponebant sacerdotes populo fideli, & ap petentibus symbolum fidei. ubi in epistola de tradenda basilica contra Auxentium, secunda, quæ est. 33. AMBRO. Sequenti autem die e-
Amb. To. 3 rat dominica, etiam post lectionem, atque tra- B
ctatum dimissis catechumenis symbolum aliqbus competentibus in baptisteriis tradebam ba
6 silicæ. Hæc ille AVC. Idcirco † in eodem etiam loco citra tempus Niceni concilii cantatur Nicenum symbolum. Antea uerò symbolum
Symbolum cantabatur apostolicum, scribente eo. capitu-
Isidorus lo. 3. DIONISIVS. Præconfessi ab omni plenitudine uniuersalis ecclesiæ hymnologia.
THOMAS Decantato prius symbolo catholi cō à cuncta ecclesia. LINCO. Plenitudine tunc præsentium in ecclesia confitente & psallente hymnum fidei catholicæ. Hæc ille. AVCT
Idcirco clam dicitur symbolum apostolorum, & silenter, quia fidem in tempore persecutionis primæuæ ecclesiæ sufficit priuatim fidelibus aperire, clamosissima tum Arianorum hæresi debacchante: pacis autem conuenit tempore, ut hoc plenissimum symbolum rectæ fidei cuncti clamarent lib. primo de officiis, ca. 17. ISIDO-
C RVS. Symbolum tempore sacrificii populo duinorum inspectionem & communionem acprædicatur: trecentorum. 18. sanctorum patrū collatione apud synodum Nicenam editum, cuius ueræ fidei regula tantis doctrinarum mysteriis præcellit, ut de omni parte fidei loquatur: nullaque penè sit hæresis, cui per singula uerba, 8
uel sententias non respondeat: omnes enim errores impietatum, perfidiæ, & blasphemias calcat: & ob hoc in uniuersis ecclesiis pari confessione a populo proclamatur. hæc ille. AVC. 9
Offertorium. 7 Hoc † facto offerant munera sua fideles ad Dominum, quibus & laudare eum in solenni mysterio ac ministerio, & placare eum ualeant pro commissis. Medio tempore cantatur psalmus, ne quid desit deuotioni fidelium, quod is non sinebatur adesse oblationibus sudæorum. Vnde
1. para. 25 Paral. Constituit quoque leuitas in domo domini cum cymbalis, & psalterijs. & citharis secundum dispositionem Dauid. Sequitur. Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ Dauid rex reperterat, concrepare. De quo REMIGIVS. Sequitur Offeren-
Offerenda. da, quæ de hoc nomen accepit, quòd tunc populus munera sua offert. Sequitur. Susceptis interim sacerdos a populo oblata, ut ipse, qui est inter Deum & populum mediator, preces eorum, & uota offerat. Hæc ille. AVCT. Hæc quidem in figura oblationis huius ecclesiæ exercebantur in illis, ut impleretur in nobis, prout exponit ad literam Esaiam prophetam. 20. de
Aug. To. 5 ciuit. Dei capitul. 18. Augustinus. Comparauit autem illos dominus tanquam per similitudinem filiis Israel offerentibus ei suas hostias cum psalmis in domo eius, quod ubique iam facit ecclesia. Hæc ille. AVCT. Quantam autem necessitatem habet ecclesia implere ea quæ scripta sunt in prophetis, & psalmis, nemo ignorare potest, qui audit dicentem Christum, Oportet impleri omnia quæ dicta sunt in prophetis & psalmis de me. Et erat locus ecclesiæ primitiuæ, quo diaconus cum subdiacono præpararent panem & calicem in oblationem sacramenti futuri. Cæteri minores cereos accenderent, aut aptarent thuribula.
Eodem capitu. 3. Dionysius. Ministrorum
Diun. autem hi quidem stant iuxta templi portas, hi autem aliud quid horum, quæ proprii sunt ordinis, operantur. Hi uero ministratoria adornatione præelecti cum sacerdotibus super diuinum altare apponunt sacrum panem, & benedictionis calicem. Linco. Ministri ecclesiæ, ut pote diaconi, & subdiaconi, & si qui erant in minoribus ordinibus constituti, diuidebantur ad certa & diuersa sacra mysteria. quidam custodiebant introitus templi, ne extra facti, ad
Ordines multi ad sacri calicis præparationem subministrātes. Hæc ille. AVCT. Attendat † hoc Witeleff, plures ordines in ecclesia primitiua, q̄ sacerdotii, & diaconatus, cum, si bene nideatur, habet hic ostiarios ad ualuas, ceroferarios, acolitos, subdiaconos ad altare cum lectoribus. Attendat † itē hanc
Aquæ admixtio. Amb. To. 4 ca. 1 calicis præparationem cum uino & aqua; cuius rationem exponit, non autem inuenit, & libr. 5. de sacramento. AMBRO. Diximus ergo, quod in altari constituantur calix & panis, in calicem mittitur uinum, & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, Quomodo ergo Melchisedech panem & uinum obtulit? quid tibi nult admixtio aquæ?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationem accipe, primò omnium figura, quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? Quia cùm sitiret populus Iudæorum, & murmuraret, q̃ aquam inuenire non posset, iussit Deus Moysi, ut tangeret petram uirga, quæ guttã maximam fudit. Sicut apostolus ait, Bibebant autẽ de spirituali consequente eos petra, Petra autem erat Christus. Non immobilis petra, quæ populum sequebatur, & tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est propheta, uirga, hoc est uerbum Dei. Ergo sacerdos tangit calicem, & redũdat aqua in calice, salit in uitam æternam, & bibit populus dei, qui dei gratiã cõsecutus est. Didicisti ergo hæc, accipe & aliud. In tpe dominicæ passionis cum sabbatũ magnũ instaret, quia uiuebat dominus noster Iesus Christus, uel latrones missi sunt, qui percuterent eos: uenientes inuenerunt defunctum dñm nostrum Iesum Christum, tunc unus de militibus tetigit latus eius lancea, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis. Aqua ut emundaret, sanguis ut redimeret. Quare de latere? quia unde culpa, inde gratia. Culpa per fœminam, gratia per Iesum Christum dñm. Hæc ille. AVCT. Hic tãgit Ambrosius rõnem primordialẽ huius admixtionis, quia ab illo fluxu de latere Christi aquæ & sanguinis deriuatur eius auctoritas: unde post cœnam, non ad cœnam illam nec prius mixtum esse dicatur, sicut li. de definitionib. rectæ fidei, c. 42 AVGVSTINVS. In eucharistia non dẽt aqua pura offerri, ut q̃dam cã sobrietatis fallũtur, sed uinum cum aqua mixtum: quia & uinũ fuit in nostræ redemptionis mysterio cũ dicit, Nõ bibam amodò de hoc genimine uitis, hoc est aqua mixtum, non quod post cœnam dabatur, sed de latere eius, quod lancea perfossum est, aqua cũ sanguine egressa, uinum de uera carnis eius uite cũ aqua expressum ostendit. Hæc ille. AVC. Hic † primo notat aquarios hæreticos, qui sobrietatis cã decreuerunt sola aqua utendum esse, ut recitat lib. hæresi. hæresi. 67. GVIDO. Aquarij ex hoc uocati sunt, q̃ aquam offerunt in uasculo sacramenti, & non illud* omnia ecclesia. Hæc ille. AVC. Nec prætermitti possunt magister Petrus cum cœtu concomitante scholasticorum doctorum dicentium, facile credendum, q̃ Saluator noster postquàm cœnauit dicens, Hic calix &c. uinum propinauerit mixtum aqua. Augustinus enim palã dicit, non tunc instituisse Christum uinum mixtum, nec ab illo loco ecclesię forma cœpit originem, sed a fluxu sanguinis & aquæ de perfosso latere Christi, sicut suprà dicit Ambrosius. Et aqua mixtum, inquit Augustinus, non quod post cœnam dabatur, sed de latere eius. Et conformiter Augustino in expositione p fecta super Matthæum homilia 83. ait Chrysos-

1. Cor. 10.

Io. 19.

Aug. lib. de eccles. sti. dogmati. To. 3

Aquarii.

**uniuersa.*

Matt. 26

Chri. To. 2

A Demum postquàm tradidit calicem, ait, Non bibam de genimine uitis huius usque in illum diẽ, cùm id bibam in regno patris mei: quia enim de passione & cruce sua loquutus est, & cum, q̃ de resurrectione est, inducit sermonem, regnum in medium rememorans: & aliquanto post. Non itaque quia opus ei erat, post resurrectionem comedit, & bibit. Neque enim opus habebat de reliquo corpus eius, sed propter resurrectionis ei titudinem. Et cuius gratia non aquam bibit resuscitatus, sed uinum, ut aliam hæresim perniciosam euelleret: quia adsunt quidam in mysteriis a qua utentes, monstrans quoniam & cum mysteria tradidit, unum tradidit, & cum resuscitatus sub mysteriis nudam mensam apposuit, uino usus est. AVCT. Ex genimine ait uineæ. Vinea autem uinum, non aquam generat. Quàm B subtiliter & ex hac litera textus deducit iste sanctus Christum consecrasse mysteriis eucharistiam tàm ante, quàm post resurrectionem. Sicut ante resurrectionem non utebatur aqua, sic nec post, sed uino puro. Non bibam, inquit, de hoc genimine uitis. Non tantùm non utebatur tunc aqua sola, sed nec mixta: quia uinea, inquit, uinum, non aquam generat. Vnde & aquarios ex uerbis textus euellit, in quibus de aqua nihil dicitur, sed de uino solo, de genimine uitis. Hoc igitur loco ratio exclusa est dicentis: ideo tacitam esse aquam in scriptura de sancta cœna, ne uideretur esse necessaria ad substantiam liquidi sacramenti. Quasi ideo uirginitas beatæ Mariæ post partum sit intacta scripturis, & tres personæ in unitate essentiæ, ne de substantia fidei crederentur. Reuera maiorem necessitatem traheret ex facto primo Saluatoris, quàm ex attestatione scriptoris. Nobis † ergo potest uideri, sicut uidebatur Chrysostomo, & beato Augustino, ideo tacitum esse de aqua in consecratione C Christi, quia ea usus non est, sed de uino mero: a calice tamen illo dominico etiam præsens calix dominicus formam sumit secundum essentiam calicis, a latere autem eius formam habuit admixtionis. uelut ad hoc scribit super Marcũ in hũc locum HIERONYMVS. Accepit Iesus panem, benedixit, & fregit, tradens, ac figurãs corpus suum in pane, q̃d est ecclesia præsens, quę accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis, formans sanguinem suum in calice uino & aqua mixtum, ut altero purgemur a culpis, altero redimamur a pœnis. Hæc ille. AVC. Bene notat formans sanguinem suum in calice uino & aqua mixtum, siue intelligatur Christus formans, siue ecclesia, ne diceretur alius calix noster admixtus à calice Christi mero, sed mixtio nõ facit alicitatem rei, sed signi, eo quod

Mat. 26
Luc. 22

Nota missa ha omittun aut rem da.

Hie Ysa.

Aqua pura non offer.

*Aug. To. 9 * tractatu.*

non

non facit uel adimit substantiam sacramenti. Ipse ergo formauit calicem nostrum mixtum in nocte cœnæ, sed admixtionem eius in cruce. Vnde & baptismum nostrum præcessisse poculum nostrum probat libro super Lucam. cap. 9. AMB. Quæro etiam, cur ante mortem non inueniamus esse percussum, post mortem inueniamus? Nisi fortè ut uoluntarius magis quàm necessarius exitus ei us fuisse doceatur, & ordinẽ mysticum nouerimus, quia non ante altaris sacramenta quàm baptismum, sed baptismum ante, & sic poculum. Hæc ille. AVCTOR. Baptismum ante, quia ante mors, q̃ apertio lateris. Et apostolus dicit, Quicunque in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus: prius ergo baptismus noster in morte, q̃ calix noster de latere. Et super Ioannem homil. 85. Chry. Exiuit enim sanguis & aqua: Non simpliciter n. neque ut contingebat hi prouenere fontes, sed q̃a ex utrisque his ecclesia constituta est, ut nouerunt, qui mysteria Christiana edocti sunt. Per aquã quidem regenerati, per sanguinem uero et principium illic suscipiunt mysteria, ut cum accesseris horribili calici, ut ab ipsa bibens cœlita accedas: Hæc ille. AVCTOR. Quasi dicat, quia sic eundem sanguinem cum aqua bibiturus accedis, & principium illic suscipiunt mysteria, supple admixtionis. Et de institut. clericc. 33. AVGVS. Vinum, & aqua in calice, monstrãt sacra, quæ de latere domini in cruce fluxerunt, quibus nos potati sumus. Hæc ille. AVC. His patrũ dictis succedit rõ; quia omnib. est sanctis decretum, q̃ a lateris unione originem habet mixtio calicis, & ad sanctam cœnam non recurrũt pro eius scienda origine. Multò magis. n ad cœnam pro ea recurrerent, si Christus in ea miscuisset, ut ibi sumant initium, ubi totum sumitur sacramẽtum. Patet ergo, q̃ Christus tunc non habuit ãquæ usum. Vnde forma decretalis ecclesiæ de celebratione missarum cap. In quadam nostra. I N NOC. Papa III. Neque hoc posset argumento q̃ bari, q̃ in sacramento Eucharistiæ admiscenda sit aqua uino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset. Hæc ille. 12 AVCT. Hoc enim, quod patres asserunt, decretalis affirmat, quòd non esset aqua calici immiscenda, si non pura aqua fluxisset à latere Christi. Et in eodem loco secundùm Thomam Theophilus. Erubescant ergo, qui uinum in sacris nõ limphant mysteriis. Videntur enim credere, q̃ aqua de latere Christi non effluxit. Et super hũc locum Ioannis * sermone. 119. AVGV. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum. Hæc & lauacrũ præstat, & potum. Hæc ille. AVCT. Videtis, q̃ aqua illa de latere salutare temperat poculum,

Amb. To. 5

Ro. 5

Chrisost. To. 3.

**Rabanus.*

Innocen.

Aqua cur admiscetur.

Theophi.

*Aug. To. 9 * tractatu.*

A quæ simul potum præstat, & lauacrum. cur non magis aqua temperans poculum christi? Vnde formosa illa scientia decretalis hanc partem primum apte corroborat, dicens, nullo argumẽto posse probari aquam admiscendam in calice nisi pura fluxisset a latere. Certum autem est, quod argumẽto multò potiori posset admixtio aquæ probari admixtione Christi, si fecisset: igitur æquè certum, quod Christus non miscuit. Sed certa ratione primo puto miscuisse Apostolos, a quibus primo defluxit de miscendo statutum: uelut asserit libro de corpore & sanguine Domini, cap. 28. RAB. Et cum omni identitate sermonis Paschasius. Planè aqua in sanguine misceatur. Quare misceatur, dum in natalitio calicis factum fuisse non legimus? Illa maxime causa est, quia de latere Christi, ubi passio implet, sanguis pariter cum aqua manauit. Quod certe mysterium apostoli plenè intelligentes, faciendum in calice censuerunt, ut nihil deesset nobis in hoc sacramento ad commemorationem passionis, quod tunc extitit in cruce ad consummationem nostræ redemptionis. Nam postquã emisit spiritum, ueniens unus militum, accepit lanceam, & aperuit latus eius. Vnde quasi de uno fonte manauit sanguis & aqua. Et hic est uerus calix, quia ueraciter p salute nostra non minus sanguinem præbuit, quam undam baptismi fudit: & quod de carne fluxit, hoc modo credentes in calice bibunt. Hæc ille. AVCT. Et hi patres uerbo concordi cum ecclesia Christi, & patrib. confirmant, in natalitio calicis, si in prima eius institutione, à Christo mixtionem aquæ nõ factam sed a confluxu sacratorum humorum de latere apostolos eius fundasse originem. Quorum institutionem solennem continuare curauit se dicto duodecimus ab eis Papa capit. 4. sui decreti uenerandus ALEXAND. In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, passio domini miscenda est ut cuius corpus & sanguis conficitur passio celebretur: ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & uinum aqua mixtum in sacrificio offeratur. Non enim debet, ut à pluribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice domini, aut uinum, aut aqua sola offerri, sed utrunque permixtum, quia utrunque ex latere eius in ipsius passione profluxisse legitur. Hæc ille. AVCT. Hæc ex libro decretorum pontificum excepi. Vbi notandum censeo, quòd iste antiquus pater animosè confirmat modum nostrum loquendi modernum, quòd † in missa conficimus 13 corpus & sanguinem Christi Iesu, non nudas eorum figuras, ut Witcleff desipuit. Post hoc mixtionẽ aliquorũ decernit in calice, q̃ ipse rõ instituit, sed a patribus accepit, inqt, Et rõ docet

Alex. ad.

Pascasius.

Io. 19.

Corpus et sãguis Christi uere in Eucha.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ex eius latere sic legitur profluxisse. Hi patres erant apostoli, qui de fluxu utriusque è latere Christi ipsam institutionem acceperũt: simul ut scripturæ ueteris ritus sacrificium sequerentur, quo aqua mistum uinum domino solebat offerri, aqua sola sacrificari non debuit. Scriptura tamen dicit, qualiter Dauid sacrificauit aquâ domino periculo requisitam, primo Paral. 11. ubi in Hebraicis quæstionibus HIERON. Sacrauit eam domino gratias agens, quòd tam fortes uiros in Israel dederit. Et notandum, ꝙ uinũ quod in sacrificio offerebatur, aqua mistum erat. Hæc ille. AVG. Igitur congruè & hoc nos facimus, simul ueritatem in sua recolentes figura, ut denotemus hanc esse huius rei figurã, quam Christus sacrificando monstrauit, & quâ simili forma modò representat ecclesia: omnia enim in figura contingebant illis. Et in tropologiam confusionis hæreticæ de naturis in Christo in libro de fide ad Gratianum circa medium AMBRO. Verum Ariani uelut Iudaici caupones miscent aquam cum uino: quia diuinam generationem humanamquè confundunt, ad deitatem referentes, quod de carne sit dictum. Hæc ille. AVG. Ita hoc dicens, notat Iudæos de more uinum & aquam confundere. Nusquam igitur dicitur, ꝙ ideo facit ecclesia, quia sic fecit Christus in persona sua in cœna. Magister† autẽ Petrus cum uniuersis disputantibus quantuncunque excellant ingenio, necesse habent, ut tantæ auctoritatis moli succumbant. Et congruentius exponendum puto Cyprianum, cui soli innituntur, de consecratione distin. 2. Scriptura dicit, ubi concludit, ut calicem dominicum, quem dominus obtulit, aqua mistum offeramus: calicem dominicum nostrum in quo celebramus accipere. Accipiens hunc præclarum calicem dicit Canon, quem offerimus aqua mistum, secũdum quòd dominus in cruce obtulit. Sed frater & magister meus Robertus Walsingam adducit de suo. 4. ad hoc auctoritatem Damasceni in quarto, quæ fortius me pulsaret: si suspicione careret, uel scriptoris, uel interpretis, quia quidem codices illam non habent, sed pertranseunt ut ignotam.

1. Par. 11. Hie. To. 3.

Amb. To. 2

Magistri notat.

Robertus Walsing.

¶DE ORATIONE COMMENDANte oblationem, de osculo & prædicatione ad plebẽ, de nominibus nonrecitandis nũc palàm, & cathecumenis emittẽdis. Cap. XXXIII.

SVMMA.

1 *Oratio commendans oblationem apud ecclesiam quæ sit.*
2 *Pacis osculum sacerdotis & ministrorum se inuicem, refertur.*
3 *Carmelitarum ordinis in celebrando mos.*
4 *Prædicatio quo inter celebrandum post pacis osculum fiat, secundum Dionysium.*
5 *Witcleuistarum hæresis, habilitantium oes, quos appellant fideles, ad prædicandum in ecclesia uerbum Dei, omnino excluditur.*
6 *Conuocare populum quòd tantum sacerdotũ est, contra Witcleff.*
7 *Tubæ duæ argenteæ ductiles describuntur, et ad quid.*
8 *Prædicare, quòd non omnibus sit concessum.*
9 *Prædicatores quòd debeant à præpositis ecclesiarum examinari.*
10 *Nomina, pro quibus celebrantur, quòd non recitentur.*
11 *Dona sua ostentantium uanitas describitur.*
12 *Cathecumenorum emissio.*
13 *Missa unde dicta sit.*

HIs sic dispositis, quia propinqua est celebratio sacri, instat uenerabilis presbyter cum ministris præparare se & populum secundum antedicta per lectiones sacras, & sacros cantus exercitandam sacrosancti completionem mysterii: incipiens ab oratione super oblationem nouam sanctiorem futuram. Vnde præfato ca. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ DION. Superdiuinum ponunt sacrum panem, & benedictionis calicem. Sequitur. Cum ꝙ 1 bus diuinus hierarcha orationem sacram perficit. AVG. Hæc† oratio iam est apud ecclesiam, Suscipe sancta Trinitas deus hãc oblationẽ &c. DION. Et osculantibus adinuicem omnib. Thomas. Episcopus uero cum aliis orationem faciens, pacem eis annuntiat. LINCOLIEN. Tunc hierarcha sacram perficiebat orationem cum illis acclamantibus Amen, & deinde osculabantur se inuicem. AVG. Istud† osculum 2 est sacerdotis & ministrorum, & solet dari in pluribus ecclesijs secundum usum Hierosolymi tanæ ecclesiæ, quem hucusque retinent Carmelitæ† & post lectum sacrum euangelium fieri, eo quòd statim suggestione spiritus sancti concepta, per sacra uerba communicatur pax, dicente Christo, Ille suggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis, & infert, Pacem relinquo uobis. 3 ¶Acceditur† demum ad prædicandum apertius populo dignam congruamquè conuersationem celebrationi futuræ, & è diuinis libris tractatus assumitur, his præcipue, quos primæ lectiones habebant. DIONYSIVS. Osculantibus omnibus, mystica sacrorum uoluminũ prædicatio perficitur. LINCOLNIE. Et prædicabatur uel à hierarcha, uel alio de sacris- 4

Pacis osculum sacerdotis & ministrorum se inuicem, refertur.

Carmelitarum ordinis in celebrando mos.

Prædicatio quo inter celebrandum post pacis osculum fiat, secundum Dionysium.

Dion.

Gratianus.

1. Cor. 14

Paulus 1 ann.

Carmelitarum ordo. To. 16.

Prædicare.

Prædicare non omnibus licet.

eris uoluminibus noui & ueteris testamenti, A cerdotis, aut diaconi uice funguntur, sed Deo
5 AVCT. Sed† omnino excludatur hæresis Witcleuistarum nouorum, qui confundunt officia, ita, ut omnes, quos appellant fideles, ad prædicandum habilitent in ecclesia uerbum Dei. Maximè autem tempore solennis celebritatis missæ, soli, quibus lege decernitur, ipsi ministrẽt. Lege librum Num. ca. 10. & inuenies quòd tibi dixerit dominus, Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. & post aliquanta. Filii Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimũ sempiternum in generationibus uestris. Non mediocriter ca- Conuocare populũ tantum sacerdotum est. 6 piendum, ꝙ † non omni populo concessum est clangere tubis ad conuocandum multitudinem sed filiis Aaron sacerdotis. Reuera in Apoca. Ioannis, quæ est prophetia specialis de statu nouæ ecclesiæ, hi sunt sacerdotes ecclesiarum, & septem angeli, qui in lege caduca illa dicti filij sacerdotis magni, scilicet pontificis Christi Iesu uicarij per suas ecclesias deputati: sed ibi sine numero, hic septenario, qui uniuersitatem significat, comprehensi. Sed audiamus allegorizãtem Apo. 8. Ambrosium in lib. de septem tubis in Apocaly. Ioannis, qui incipit, Tempus autem arbitror.

Num. 10

Tubæ duæ

7 AMBRO. Faciatque† sibi rationabiles tubas duas ductiles ex argento probato, hoc est, pretioso uerbo compositas, & ornatas, quibus non raucum increpans terribili sonitu murmur instrepat, sed bonæ gratiæ Deo continua iubilatione fundantur: talium enim tubarum sonitu mortui suscitantur, non flatu utique aeris, sed uerbo ueritatis anima. Et fortasse duæ tubæ istæ sunt, per quas diuino spiritu Paulus increpuit dicens, Orabo spiritu, orabo & mente. Alterum enim sine altero nequaquàm euocationem uidetur habere perfectam. Nec tamen omnium est utramque canere tubam, nec omnium uniuersam colligere synagogam, sed solis sacerdotib. 9 & ministris Dei canentibus prærogatiua ista defertur: ut quicunque audierit, & secutus eos fuerit, ubi est Dei gloria, & ad tabernaculum testimonij præmatura intentione conuenerit, opera possit spectare diuina, & ad legitimum illud æternumque domicilium in suæ prosperitatis seriam promoueri. Hæc ille. AVG. Audiant 8 †hæc iam, auresque erigant Witcleuistæ: non omnium est utramque canere tubam & colligere synagogam, sed solis sacerdotibus Dei canẽtibus prærogatiua ista defertur. Sanctum esse scio ministerium prædicationis uerbum: tàm sanctum, ut non singulos deceat, non conueniat uniuersis. Sed quibus? num Angelis, qui sunt in ministerium fidei missi? solis sacerdotibus dicit Ambrosius & ministris Dei, puto 10 quòd diaconis, nec tamen omnibus his, qui sa-

1. Tim. 3.

Prædicatores examinentur.

centibus, quibus scilicet cantus diuinus iniungitur, & recta fides ecclesiæ suffragatur: prout exponit locum legis li. 3. de tabernaculo cap. 5.
BEDA. Et collocabunt eum Aaron, & filii eius: quia non omnium est sacramenta fidei prædicare in populo, sed eorum solummodo, qui & castitate fidei, & executione boni operis ad filios summi sacerdotis, Domini, uidelicet, & Saluatoris nostri pertinere probantur. Cæterum à puritate quisquis fidei dogmate prauo aberrat, aut integritatem cognitæ & seruatæ fidei neqꝙ quam operum improbitate commaculat, talis & si sacerdos nomine uel persona præeminere uidet, nihilominus auditurus est a Domino, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per ostium? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Quales & Iacobus a collatione lucernæ Dei, hoc est, a uerbo prædicationis, benigna exhortationis uoce prohibuit dicens: Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Illud, uidelicet iudicium, quod præmisimus iam dudum Psalmistæ uoce præmissum. Hæc ille AVG. Iam uidetis in specu lo scripturarum, quàm incongruè sibi uendicent hæretici Witcleuistæ prædicationis officiũ, qa sancti Dei sumus (inquiunt) atque legitimi sacerdotes, & urget nos conscientia dicẽtis scripturæ, Quasi tuba ex alta uocem tuam. AVCT. Sed si sanctus, si sacerdos, si rectæ fidei exors sis, quid tibi, & rectæ fidei ministris? quia non omnium est sacramenta fidei prædicare in populo, sed eorum solummodo, qui castitate fidei, & executione boni operis ad filios domini Saluatoris pertinent, ut dicit BEDA. Qui aliter facit, etsi sacerdotis persona, uel nomine præminere uidetur, nihilominus auditurus est: Quare tu enarras iustitias meas? Et attende ualde, quòd† præpositi C ecclesiarum respicere debent, ut sublima examinationis eos exacte probent, quos ad prædicandum fidem rectam emittant: quando apostolus Iacobus in sterili tunc prædicatorum ecclesia, & messe plurima, multos a prædicationis uerbo uoce suspendit: Nolite (inquiens) nolite, plures esse magistri fratres mei, scientes quoniam maius sumitis iudicium, ubi uobis lucrum obtenditis. De his autem aliquanto latius in libro secundo conscripsimus, ubi de prædicatorum officio loquuti sumus. Procedamus hic in nostris. Ad orationes publicas solent quidam sacerdotes plebes excitare præsentes, in qua re antiquitus decentia cauebatur, & meritum commendabat. De- 10 centia, † ne nomina recitarentur palam ad plebem ante consecrationis precem, ne su-

Psal. 49.

Jac. 3

Psa. 38

Prædicatores examinentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfluæ putaretur pro eisdem sequens oblatio: prout capi. 2. decreti primi ad Decentium episcopum Egubium contemporaneus Augustino INNOCENTIVS. De nominib. uerò recitandis antequàm precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt, oratione commendet, quàm superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis: ut cuius hostiam necdum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi in cognitum nihil sit. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt, edicenda: ut inter sacra mysteria nominẽtur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis uiũ futuris precib. aperiamus. Hæc ille. AVCTOR. Puto uelle eum, non ante omnem commẽdationem fidelium consecrationem eucharistiæ fieri, sed ne ante commendationem oblationis commendentur redimendi per eam. Quia prius togandum est, ut munus apud principem possit haberi pro grato, quàm illi sine munere commẽdandi: & ideirco in principio canonis, Supplices rogamus patrem ut benedicat & accepta habeat hæc dona, hæc munera, & subsequenter inferimus primùm pro papa antistite, atque rege, & sic inter sacra mysteria nominatim exprimi eos uult, non inter alia, quæ præmittimus ut iam futuris precib. aperiamus. Maximè item in hac re pudorem sacris ingerit celebrandis: si potentum offerentium nomina recitentur ibidem, non tàm ad infamiam sacerdotum ex lucro temporalium, quæ longè est omnino ibi uitanda, q̃ ad eorum rapinas fouendas: cùm laudem publicam ex oblatione iniqua susceperint. Quod suo tempore euigilanter exasperat lib. 2. commentarii super Hieremiam, textu, Quis est q̃ dilectus meus. HIERO. dicens: Dicamus istud capitulũ principib. ecclesiarum. Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Vel certè diuitib. qui cùm aliena diripiunt, & non auferunt malitias cordis sui, putant se Dei mereri clementiam. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quib. gloriata es? At nunc publicè recitantur offerentium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem. Nec memi nerũt uiduæ illius in Euangelio, quia in gazophylacium duo æra mittendo omnium diuitum uicit donaria. Hæc ille. AVCT. Rectè † obtundit sanctus pater Hieronymus hunc ambitum diuitum & mundi potentum, qui cum quantulumcumque ecclesiæ Christi contulerint, titulos erigunt, recitari nomina postulant, perennia onera flagitant sacerdotum, cùm ipsi pro tanta retributionis pensa uix aliquem laborem triduum exoluerint: & quod maiori donatur iniuriæ, redemptionem peccatorum suorum in suam laudem

Hiere. e. 11 Hier. To. 5

Marc. 12. Lu. 21

Dona sua ostentatiũ pauperũ.

commutant: pro spoliis. s. pauperum, pro depopulatione terrarum, pro defloratione uirginũ, pro strupatione uiduarum, pro uiolationibus ieiuniorum, pro mendaciorum, fraudum, periuriorum, detractionum, odiorum, irarum, pugnarum, homicidiorum, uiolentiarum incerta, quia inopinabili numerositate delenda, hoc exiguo medio, ut perdonet sibi Deus, exorent, & in eo pretium suum appretiantes, quasi Deo benefecerint, plus ponderant quantitatem oblati, quã pungantur ex horrore commissi. Reuera si maxima diuites donauerint, semper præcedet eos uidua paupercula ex oblatione quadrantis.

12 ¶ Circa hunc locum cathecumeni † emutũtur cum aliis: quod aliquantum anticipando capitulo prædicto scribit DIONYSIVS. Post hæc extra fiunt à sacro ambitu cathecumeni, & cum ipsis energumeni, & in pœnitentia existentes, manent autem in diuinorum inspectione & communione digni. Vbi LINCOLIEN. Post hæc autem extra fiunt à sacro ambitu seu extra sacrum ambitum cathecumeni &c. secundum textum. AVCT. Ab hoc facto nomen missæ primò incæpit, quia iam emittuntur indigni, ideo quod sequitur missa, quod præcessit officium continet, & præparationem ad missam. Vnde libro de officio missæ REMIGIVS. Missa † dicta est (ut Isidorus dicit) ab emittendo. Nam tempore quo sacerdos incipit consecrare corpus dominicum, dicẽdum est à diacono post euangelium: Si quis cathecumenus est, procedat foras. Et quia tunc emittuntur cathecumeni ab ecclesia, qui non debent interesse sacris mysteriis, quia nondum sunt perfecti, ideò dicitur missa ab emittendo. Hæc ille.

Cathecumeni non sic.

Missa à mittendo ecclesia.

¶ DE LOTIONE MANVVM SAcerdotis, & quòd stet orans uersus Orientem. Ca. XXXIIII.

SVMMA.

1 *Festus dies, quo Christus solus, non cum discipulis ascendit.*
2 *Forma quòd sit sumenda ab operibus Christi non identitas usurpanda.*
3 *Lotio manuum sacerdotis ad extremitates suas priusquàm sacra Christi contrectet, quid significet.*
4 *Eratum Witcleuistarum, curantium opus exterius, & orationem munditiæ interioris ducẽtiũ pro nihilo.*
5 *Celebrans quare statuitur ad mediũ altaris habẽs faciem ad Orientem.*
6 *Orientis prærogatiuæ describuntur.*
7 *Scripta quomodo non omnia, quæ nobis tradita*

ab Apostolis.
8 *Lutherus notatur.*
9 *Christus utrum stando consecrauerit.*
10 *Christus licet consecraus sederit, quomodo tamẽ standum sit aliis.*
11 *Standum quòd sit interdum laico tempore celebrationis.*

HOC modo plebe disposita sollicitudine sacerdotis & cleri, per lectiones legis, orationes, prædicationes, & cãtus, etiam sacerdos seipsum præparare aggredi celebrare mysterium, quod expectãt. Non omnino ad punctum ea forma uerborum & rerum, quibus Saluator accesit: quia, ut dixi suprà, alia forma incumbit opifici, alia cui tantũ iniuncta memoria facti. Alia cui dicitur, Sequere me, alia pastori qui præcedit oues, & oues eũ

Io. 7. Festũ quo Christus solus ascẽdit.

1 sequuntur. Hic † est ultimus dies festus, quo cum discipulis non ascendit, sed dixerat, Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. Ascendit autem, sed per se, non cum discipulis. Et in hac figura Apostolorum princeps Petrus sequebatur eunte ad patiendum à longè, cùm huius celebratio mysterij sit peculiaris memoria passionis. Vnde capitu. 6. libri ultimi super Lucam BEDA. Quòd ad passionem euntẽ dominum à longè sequitur Petrus, significabat ecclesiam sequuturam quidem, hoc est, imitaturam mysterium passionis domini, sed longè differenter. Ecclesia enim pro se patitur, sed ille pro ecclesia. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo eadem res aut forma ecclesiæ in hoc facto respondet, & capiti. Ipse pedes discipulorum lauit, qui pro discipulis pertulit, discipuli eum non lauerunt. Ipse sermones edocuit, ipse noctem insomnem duxit. Ab † his rebus forma sumenda est, nõ identitas usurpanda. Nisi uelit quis Orphanus post uerba Christi sustinere * uerbo, flagella, sputa, clauos, crucem, & lanceam, quia sic Christus. Ecclesia uerba Christi sumit cum iussu Christi, opus eius attingit consecrans idem corpus. Cæteris autem cedit, quæ non iubentur, sed cum Petro principe imitatur formam Christi à lõgè.

Beda.

*Forma sumenda ab operibus Christi. nõ identitas usurpanda. * uerbera*

2

Io. 13.

C ¶ Sacerdos autem iam imminente solenni mysterio, quasi ante diem festum paschæ, sciens q̃ uenit hora eius ut se transformaret, quasi transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erãt in mundo fideles, quorum, scilicet, animos per sacras exhortationes & cantus iam ad sacra celebranda commouit, in finem dilexit eos: commendans eorum hostias Christo, & gratias pro eis agens in finem. Sed † à lauacro Christi inchoat, & in linteo Christi manus tergit, secundum formam apostolicam: de qua c. 3. DIONYSIVS. Mystica sacrorum uolumi-

Lotio manuum.

3

A num prædicatio perficitur, & ablutis manibus à qua hierarcha & sacerdotibus, hierarcha in medio diuini altaris constituitur. Hæc ille. AVC. Docet autem Dionysius significationem istius lotionis, ab origine reducens eam ad hanc lotionem & supra ad figuralem lotionem ueterum sacerdotum: & docet non lauandas manus nisi ad extremitates suas: quia à solis phantasijs & infirmitatibus irruentibus iam se purgare significat, maioribus culpis per pœnitentiam ante lotis, secundum illud Christi, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, id est, affectiones puluere peccatorum aspersas. Vbi iam suprà in contemplatione uel in theoria, secundum Vercellen sem DIONY. Istis autem secundum legem dictam sanctificatis, stans hierarcha cum uenerabili sacerdotum ordine, ante sanctissima signa aqua manus lauat: quoniam quidem, ut eloquia dicunt, Qui lotus est, non indiget quadam alia, nisi summorum, id est, extremorum suipsius ablutione, per quam summam purgationem in casti simo deiformis habitu ad sanctam procedẽs benigne & teneri impotens & absolutus fiat perfectione uniformis. Sequitur. Igitur sanctum lauacrum in hierarcha secundum legem, nunc autem hierarchæ & sacerdotum manuum munda tio idem significat. Etenim ad sanctissimum cuntes sacrificium mundari conuenit, & ab ultimis animæ phantasijs, & ad ipsum accedere per similitudinem secundum quòd est possibile. Hæc ille. AVCT. Quàm clarè ponit hæc proles apostolica ritum abluendi manus sacerdotum priusquàm sacra Christi contrectẽt: quę forma abluẽdi tracta est ab apostolis tanquàm bona, quamuis Christus lauerit eis pedes. ¶ Adhuc enim inter utráque legem existens, & utranque cœnam nouam & typicam pro ritu nouæ cœnæ sibiipsi sacra celebraturo solas manus tingebat. Expletionem ueteris ritus discipulis non celebraturis, sed participaturis sacramenta lauit in pelui. Sed Exod. 30. scribitur. Facies & labrum basi sua ad lauandum: ponesquè inter tabernaculum testimonij, & altare: & missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes quando introgressuri sunt, & quando accessuri ad altare, ut offerant in eo thymiama domino, ne fortè moriantur. Hoc edictum signum, teste Dionysio, ad missæ perfectionem transtulerunt per dominum ferui illius, qui dicit, Non ueni legem soluere, sed adimplere. Nempe lib. 3. de tabernaculo in fide, BEDA. Mors etenim timenda est animæ spiritualis & æterna, si quis ad mysteriũ altaris electus thymiama orationũ Domino reddere negligit. Mors timenda est, quis ad sacra sancta mysteria absque spirituali ablutione cõpunctionis intrare, & sancta communibus manibus

Cur Sacerdos immissa tantum manuum extremitates lauat.

Dyonis.

Exo. 30.

Mat. 5. Beda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus tractare præsumit. Lauent ergo manus A suas ac pedes in aqua labri ænei, & sic ad altare accedant. Abluant ergo lachrymis actus & incessus, ac deinde manus ac contingenda Christi mysteria proferant, pedumque gressus in atria Dei ponant. Quod æquè præceptum reor his, qui eorundem sacramentorum perceptione mundandi sunt, ut cautiore cura prius cogitatus suos actusque discutiant, euentilent, purgent, & sic ad participanda fidei sacramenta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli, Quicũque enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini, id est, nequaquam edulium panis & uini à communium escarum utilitate cauta & sollicita mente secernens. Hæc ille. AVCTOR. Hoc insidians Witcleff uerbis obseruat, quod dixerit istic Beda edulium panis & uini: nec uult audire quod sequitur, à communi escarum utilitate secernens. Hic ergo panis de cælo, & uinum de uinea electa, qui sub his speciebus apparent, sed secundùm essentiam & naturam communis nostri panis & uini utilitatem transcendunt. ¶ Simulque notandum, quomodo participantes sacramenta commemorat mundandos esse per aquam, sicut & sacrificia consummantes, sequens uerba Apostoli ad Hebræos, ut dixi, libro quinto de communicando sub utraque specie. Cui conuenit illud Dionysij iam suprà, quòd simul cum episcopo sacerdotes astantes manus abluerent, eoq; in eadem missa participarent sancta: quia Græci (quantum recolo) unicam missam die concelebrant. ¶ Ablutionem ergo manuum secundum illud, quod significat, notat hic Beda omnino fiẽ dam tam à sacerdote consummante, quàm ab omni participante mysteria. Quam Apostoli ritu Christi & in signo suo. s. ablutione exteriori in formam missæ, redegerant, ut signum ablutionis exterius, continuè de mundatione intus C argueret. Fremet Witcleff scio, quod signa curemus, dicens, sine his signis consecrabitur corpus Christi plenissimè: & Deus illotis manibus manducare non despicit. Sed ad hunc Pharisęum hypocritam expressè dixit Christus Matthę. 23. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id, quod foris est, mundum. Non dicit Christus mundes intus, & quod exterius est negligas, sed primum fac, & secundum adimpleas. Ratio autem est, quia ad interiorem munditiam necessariò comitatur exterior. Vnde Homilia. 73. super Matthæum opere perfecto CHRYSOSTOMVS. ubi de purgationibus & immũdis disputat: Diuidit & ostẽdit ex necessitate interiorem munditiam, exteriorem sequentem. Et multo post. Non au- 7 tem dixit, quod extra est mundate, sed quod intus. Et omnino illud sequitur. Hic autem non de calice & paropside, sed de anima & corpore disputat. Quod extra quidem est corpus, quod intus autem, anima est. Hæc ille. AVCTOR. Contrarium † autem huius faciunt Witcleuistę, curantes opus exterius, & rationem mundi tiæ interioris ducentes pro nihilo, dicentes, quòd cogitationes nostras Deus non respicit. Ideo in hunc eundem locum secundum Thomam ORIGENES. Qui studet ea, quæ intus sunt, id est, cogitationes mundare, consequens est, ut etiam ea, quæ à foris sunt, faciat munda: sed omnes falsi dogmatis professores, calices sunt à foris quasi mundati propter speciem religionis, quam simulant, ab intus autem pleni rapina, & simulatione, dum rapiunt homines ad errores. Hæc ille. AVCTOR. Qui dicit omnes falsi dogmatis professores, planum est, quòd non excepit Witcleuistas, qui si mundare manus exterius celebraturi despiciunt, quia consequentiam Christi declinant, consequenter ostendunt, quòd & intus mundi non sunt, sed pleni rapinæ, hæresis, simulationis, & hypocrisis, & intus sordent, & extrà. ¶ Catholicus autem sacerdos his factis ad altare sanctum sese transferens, sub forma quadam & habitudine corporis collocatur, qualiter decet mysterium. DIONYSIVS. Postquam lauerint aqua manus hierarchæ sacerdotis, hierarcha in medio diuini altaris constituitur. Hæc ille. 5 AVCTOR. Et † secundum institutionem apostolorum faciem in oratione ad orientem conuertens. Conguè ad locum principalis situs cæli, ut ammoneatur mens ad naturam excellentiorem se conuertere, cùm se conuertit ad Deum. Qualiter Christus in monte Oliueti orationem explenit, qui mons est ad orientem Hierusalem, & orans in cruce, faciem ad orientem exposuit. 4. sententiarum DAMASCENVS Quia † Deus lumen est intelligibile, & 6 sol iustitiæ, & oriens in scripturis nominatur Christus, reponendum ei oriens in oratione. Omne enim melius Deo reponendum, ex quo omne bonum sit. Et sequitur. Tabernaculum Mosaycum secundùm orientem habebat uelum, & propitiatorium, & tribus Iudæ, ut honorabilior ex oriente castra * metabatur. Sed & Dominus crucifixus, ad orientem sursum ferebatur: & ita Apostoli eum adorauerunt, & ita ueniet, quemadmodum uiderunt eum euntem in cælum. Et ipse Dominus dicit: Quem admodum coruscatio egreditur ab oriente, & occupat usque ad occidentem, ita erit in præsentia filij hominis. Ipsum igitur expectantes, orientem expectamus. Non † est autem scripta hæc traditio Apostolorum, multa enim

1. Cor. 11.

Matth. 23.

Chrisost. Tom. 2.

Erratum Witcleffitarum.

Tho. in Catena.

Celebrans statuitur in medio altaris, faciem ad orientem.

Oriẽtis preces Damasc. lib. 4. fidei orthodo. ca. 15.

* ponebat

Act. 1.

Matt. 24.

Scripta nõ omnia quæ nobis tradita sunt ab Apostolis.

enim nobis non scripta trãdiderũt. Hæc ille. A V A CTOR. Non scriptam hanc traditionem ab apostolis, dicit, ẽm illud Basilii secundum Augu. Quæ literarum forma orientẽ uersus & in mediosed & stare ibi nos conuenit dum oramus.

Aug. To. 4

Vnde illud igitur. 2. lib. de sermone Domini in monte super Pater noster qui es in cœlis. AVGVS. Cum ad orationem stamus, ad orientem conuertimur, unde cœlum surgit: non tanquam ibi habitet Deus quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui ubiq; præsens est, & non locorum spatiis, sed præsentia maiestatis: sed ut ammoneatur animus ad naturam excellentiorem se cõuertere, i. ad Deum, cùm ipsum corpus eius, q terrenum est, ad corpus cæleste conuertitur. Cõuenit ẽt gradibus religionis, & plurimum expedit, ut omnium sensib. & paruulorum, & magnorum bene sentiatur de Deo. Et iõ qui uisibilib. adhuc pulchritudinibus dediti sunt, nec ponunt aliquid incorporeum, qnin cœlum p̃ferant terræ B rolerabilior est opinio eorum, si Deum, quem adhuc corporaliter cogitant, in cœlo potius credant esse, quàm in terra. Hæc ille. AVCTOR

Lutherus etiam hoc eodem iacu lo confodi potest. 8 Ad † multas blasphemias respondet hoc dictum doctoris egregii, quando fideles blasphemant orantes in ecclesiis, fideles item utuperant peregrinantes Romam pro indulgentiis, aut preces effundentes: quasi tota Dei potentia, inquit, ad talem locum, uel personam plus aliis limitata sit q̃, negat Aug. sed ut ammoneatur animus ad naturam, uel personam excellentiorem se conuertere: & hoc conuenit gradibus religionis, & plurimum expedit, ut omnium sensibus bene sentiatur de Deo. Quod aũt dicit ad orationem nos debere stare uersus orientem reuerenda forma in oratione maximè omnium excellente est arctius obseruanda. Mulsitant quidam, utrũ † Christus stando an sedendo confecit. Videtur autem q̃ in legali cœna stetit, dum agnum comederet, iubente lege, q̃ succincti starent tenentes baculos in manibus, & comederent festinanter. Quam solemnitatem non omisisset in cœna diuinori sequente. Econtrariò scriptura dicit. Post quã surrexisset à cœna, & discumbebat cum 12 Theophilus uidetur absoluere q̃nem, dicens, q̃ stabat, sed discumbebat ad alias communes escas, quæ nihil habuerant sacramenti: sup illud Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha &c. ẽm Theophilum. THEOPHI. Sed qualiter Dñs discumbere, dr, cũ Iudæi stantes pascha mãducarẽt? Dicunt ergo q̃ cũ manducassent legale pascha, accubuerunt ẽm cõem usum mandacãtes quasdã alios cibos. Hæc ille. AVC. Etenim Iudæi stabant, quasi parati ad iter in terrã sanctam nos quoque simili rõne stamus ad missam profe 1 cturi. Sed nos serui sumus, & spe uiuimus: Chrus 2

Stando an Christus cõfecrauit.

Sedit christus cõsecrans, stans dum sumeret.

Chri. To. 2

Laico quãdo in missa sedere liceat.

10 rius eius, nos stare cõuenit ut seruos mẽsæ dispositos. Vñ super Hebr. 13. AMBROS. Omnis sacerdos p̃sto est quotidie ministrãs: ministrare ãt famulorum est, sedere aũt dominorum. Vñ Symbolum dicit, sedet ad dexteram dei. Et Homilia. 82. super Matth. Chrysosto. Si enim Iudæi stantes, & calceamenta in pedib. & baculos habẽtes in manibus ẽdebant cũ festinatione, multò magis te uigilare oportet. Illi. n. in Palæstinam erant exituri, & iõ ambulatorum schema habebant. Tu aũt in cœlum es peregrinaturus, ideo q; te oportet undique uigilare. Hæc ille. AVCT. Nec sacerdos solus, sed & cleros, & populus deuotè, & reuerenter se dẽt componere, qualiter tãtæ præsentiæ in tanto negocio conuenit, & in tãti celebritate mysterij. Hoc. n. in omnib. dectionib. & in omni officio cauendum est, quantò magis cũ offerri cœperit sanctus sanctorum. Vnde. 1. par. sermonum sermone ut silentium p̃beatur, et notatur in decretis. 1. q. 1. in prologo Aug. Ante † aliquos dies pp eos, qui aut pedes dolẽt, aut ali 11 qua corporis inæqualitate labõrant, paterna pietate sollicitus consilium dedi, & quodammõ supplicaui, ut qñ aut passiones, plixæ, aut certæ aliquæ lectiones lõgiores leguntur, qui stare non pũt, humiliter, & cum silentio, sedẽtes, attentis aurib. audiant, quæ leguntur. Nunc uerò aliquæ de filiab. uestris putant, q̃ hoc aut oẽs, aut cetẽ plures, quæ sanæ sunt corpore, frequenter deberãt facere. Nã ubi uerbum dei cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere uolũt, atq; utinam uel iacerent, tantummõ, & uerbum dei tacentes sitienti corde susciperent, & non ẽt se ita otiosis fabulis occuparent, ut q̃ p̃dicatur nec ipsæ audiãt, nec aliis audire p̃mittant. Vñ uos rogo uenerabiles filiæ, & sollicitudine paterna commoneo, ut qñ aut lectiones leguntur, aut uerbum p̃dicatur, nulla se in terram proiiciat, nisi fortè, q̃ nimium grauis infirmitas cogit: sic tñ iaceat, ut magis sedeat, & attentis aurib. quæ prædicantur & auido corde suscipiat. Hæc ille.

¶ DE HORTANDO POPVLO AD orandum, de collecta * secreti, Sursum corda, Gratias agamus, De præfatione missæ solemni silentio in missa fidelium. Ca. XXXV.

* secreta

SVMMA.

Oratio, Orate pro me. &c.

Populus quid orare debeat, quãdo sacerdos conuertit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nertit se ad populũ, dicendo, Orate pro me. &c.
3 *Silentium primum in missa. Et quid denotet.*
4 *Oratio Christi, & secreta.*
5 *Silentium secundum in missa, & quid notatur per ipsum. Item & de tertio silentio.*
6 *Per omnia secula seculorum, cur altè dicatur.*
7 *Oratio secreta, & quomodo terminet eam alta uoce sacerdos, & quare.*
8 *Sursum corda, ad quid sacerdos in missa ante præfationem.*
9 *Verè dignum & iustum est, quomodo à sacerdote canit in missa.*
10 *Præfatio in missa officio ad quid fiat à sacerdote in ingressu precis solennis.*
11 *Trinitas quòd probetur, cùm ter Sãctus canitur.*
12 *Gelasius Papa quòd non instituerit præfationẽ primam.*
13 *Obsecratio à sacerdote cum silẽtio post præfationem. Et unde fuerit desumpta.*
14 *Missa quando sit secundùm Augustinum.*
15 *Missa quòd sit audienda tota.*

1 STans † ergo sacerdos ante altare aureũ q̃ est ante oculos Dñi, & oculis cõiectis ad deũ terribilem maiestatẽ, quãtũc oraturus accessit, ad populũm se cõuertit, exhortans, ut ẽt nomine suo orantes, petant cõe sacrificium acceptũ fieri apud deũ. Hoc.n. Christus monuit in missa sua discipulos facere, dicens, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis: petite & accipietis, ut gaudiũ uestrũ plenum sit. De quo REMIG. Conuertit se sacerdos ad populũ, postea ut preces suas præcibus suis adiungat, ut mereatur audiri pro salute eorũ. Hoc aũt dicendum a sacerdote in silentio, Orate pro me fratres, ut meum pariter ac uestrum sit acceptum in conspectu dei sacrificium, Acclamans † aũt populus orare dẽt ita. Si dominus in cordetuo, & de manib. tuis ac ceptet sacrificium tuum pro nostra omniumq; 2 salute. Hæc ille. AVCTOR. Hoc † est primũ silentiũ, & prima Christi uigilia, quã peracta cœna in horto fecerat relictis apostolis ad orandũ 3 accepit. Sic.n. in Matth. & Marco legitur. Procedens paululum orauit. Mi † pater si possibile 4 est &c. & ueniens dixit Petro. Non potuisti una hora uigilare mecum? Hoc est primum silẽtium quo sacerdos orat, & tandem in præfationẽ pro 5 rumpit. Finita præfatione, agit † ẽm silentium, & in illo prolixam orationem, quam Lucas notat: & rumpit iterum ad fideles pergens, silentium cum orone dominica. Tertiò iterum silenter orat cum Christo admodũm breuiter: quia imminẽte traditione, uenit tertio Christus ad discipulos. Sic fecit cum Christo tria silentia in oratione priuata, tres item agens uigilias secundum A Lucam, qui dicit, q̃ si in secunda uigilia, & in tertia uigilia uenerit, &c. & tres monitiones ad 6 populum, intonando Per † omnia secula, seculorum, quasi illud adimpleus, quod Christus dixit Matthei. 10. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. ¶ Ad † hoc ergo primum silentium 7 faciens primam in oratione uigiliam, subiungit presbyter orationem secretam super oblatam pro uniuersis exorans: & in hoc dilectionẽ suam exhibens, in qua orantes pro inuicem, se inuicẽ amplectuntur: sicut Christus dixit in missæ tractatu, Qui diliget me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Vnde super Ioan. Moral. 78. Chrisostom. Ipse rursus pro uniuerso orat orbe terrarum, quod maximum dilectionis est argumentum, propterea, & in mysteriis amplectimur adinuicem, ut qui multi sumus, fiamus unum. Et in mysteriis communes faciamus orationes, obsecrantes pro erogantibus, & pro fructibus orbis ter- B rarum. Hæc ille. AVCT. Terminat autem hãc orationem alta uoce sacerdos, dicens, Per omnia secula seculorum: & in laudes Dei omnes 8 hortatur, iubens † ut corda sursum erigam: & attentè respondetur ab omnibus sic se corda habere ad dominum. Vnde ca. 3, ecclesiasticæ hierarchiæ uersus finem DIÓN. Oportet enim nos si communicare ipsi desideramus, ad diuinissimam ipsius secundum carnem uitam respicere, & nosipsi assimilando in sancta immunitate peccati, ad deiformem, & immaculatum habitum recurrere. Hæc ille. AVCTOR. Quem habitum protestantur astantes, respondendo, Habemus ad dominum. Et hæc forma non recenter inuenta, qua uniuersus penè christianus orbis seruat ab origene. Vnde capit. 3. de uera religione AVG. Si tali pollicitatione atque sponsione per omnes terrarum partes, quas homines incolunt, sacra christiana traduntur: sic hæc quotidie in ecclesiis leguntur & à sacerdotibus exponuntur: si tundunt pectora, qui hæc implere conantur, ita, ut quotidie per uniuersum orbem humanum genus una pene uoce respondeat sursum cor se habere ad dominum, quia ad huc oscitamus crapulam hesternam? &c. Hæc ille AVCT. Quod arduum Dei donum est, non ultrà pertranslit sacerdos, donec exhortans omnes gratias agere Deo † asserat esse dignum, & iustum. De quo in epistola ad Dardanum circa medium AVGVST. Nosti in quo sacrificio dicatur Gratias agamus domino Deo nostro, a cuius sacrificii humilitate longè abest typus & cothurnus illorum. Hæc ille. AVCTOR. Et item libro de bono perseuerantiæ circa medium AVGVSTI. Quod in sacramentis fidelium

Orate pro me.
Populus quid orat.
Silentiũ primum.
Matth. 26
Marc. 14.
Oratio Christi.
Silentiũ secundum.
Tertium.
Per omnia secula seculorum.
Oratio secreta.
Aug. Tom.
Sursum corda.
Pere. Lomb. Aug. Tom.
Aug. Tom.

lium dicitur, ut sursum cor habeamus ad dominũ, munus est, de quo munere ipsi domino Deo nostro gratias agere à sacerdote post hanc uocem ij, quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum ac iustum esse respondent. Cùm enim nõ sit in nostra potestate leuare cor nostrum, sed diuino subleuetur auxilio, ut ascendat, & quæ sursum sunt sapiat, ubi Christus est in dextera Dei sedens: cui de hac tanta re sunt agendæ gratiæ, nisi hoc facienti domino Deo nostro? Hæc
Præfatio. 10 ille. AVCTOR. Prosequitur † demum sacerdos clarissimas Dei laudes, præfationem inde faciens in ingressu precis solennis, sequens in
Io. 17. hoc petitionem Christi dicentis: Ego te clarificaui super terram, & nunc clarifica me pater tu apud temetipsum claritate, quam habui antequam mundus esset apud te, id est, secundum deitatis naturam, quæ exuperat omnem laudem. Commemorat enim maiestatem eius laudari ab angelis, archangelis, thronis, & dominationibus, cherubim, ac seraphim continenter canentibus Sanctus, sanctus, sanctus in cælestibus: ut una uoce omnium fidelium, cælestium, & terrestrium resultet Deo gloria in his sacrosanctis solennijs altissimi sacramenti. Quam celebrem
Athanasius. præfationis laudem in argumentum fidei Trinitatis contra Arium antiquus pater ATHANASIVS affirmat dicens. Ecclesiæ autem Christi omnes ab oriente usque ad occidentem conuenienter patrem & seraphim laudari profitẽtur in mysteriorum relatione. Et post. Itaque & spiritus sanctus dominus Deus Sabaoth dicitur, & est cum patre, & cum filio à Seraphim adoratus:
Trinitas probatur cãter Sãctus canitur. 11 propter † quod dicant ter sanctus, sanctus, sanctus ut trinitatem pronuntiarent. Hæc ille. AVCTOR. Iam exprobret Witeleff nouellos ritus ecclesiæ sine Christi auctoritate inductos, & dicat hanc præfationem nullius esse momenti, ut sic soluat magistrum suum Arium ab Athanasij argumento, quod ipse Arius communi auctoritate orbis deiectus, pudore fateri non potuit. Non est recenter inuenta hæc præfationis religio, quæ tam longæua senectute senem præcurrit antistitem, ut omnes ecclesiæ Christi ab oriente in occidentem sine exceptionis obstaculo in mysteriorum relatione, id est missarum celebratione, in ea triplicis personæ simplicem maiestatem laudarent cum angelis cãtantes ter sanctus, & Sabaoth dominum inuocantes. Hanc inuocationem angelicam ex uaticinio Esaiæ & reuelatione Ioannis in Apocalypsi traductam quisnescit? Et quantò potius à nobis assumenda est in celebritate huius in toto orbe altissimi sacramenti, ad cuius obsequium ima summis, angeli sacerdotibus, & tota uotiuè concurrit frequentia patriq; supernalis? Accedit ad hoc ipsum

A Athanasij senis, libro * octauo de fide trinitatis ad Gratianum Augustinum post medium sacer AMBROSIVS. Ergo sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus sanctus, & non tres sancti: quia unus est Deus sanctus, unus est dominus. Vna est enim uera sanctitas, sicut una est uera diuinitas, una illa sanctitas naturalis. Et ideo omnia hæc, quæ sancta nos credimus, illam solã prædicant sanctitatem: Cherubim & Seraphim indefessis uocibus laudant, & dicũt, sanctus, sanctus, sanctus Deus Sabaoth. Non semel dicũr, nè singularitatem credas, non bis dicunt, nè spiritum excludas, non sanctos dicunt, nè pluralitatẽ existimes, sed ter repetunt, & idem dicunt, ut etiam in hymno illo, distinctionẽ Trinitatis, & diuinitatis intelligas unitatẽ. Hoc cum dicunt, Deum prædicant. Nos quoq; nihil prætiosius inueniemus, quo Deum prædicare possimus, nisi ut sanB ctum appellemus. Quodlibet aliud inferius est Deo, interius est Domino. Sequitur, Seraphim laudant, omnis beatorum chorus laudat, ut sanctum Deum dicat, sanctum filium, sanctum spiritũ sanctum. Quomodo igitur non omnia habet quæ Dei sunt, qui cum patre & filio à sacerdotibus in baptismate nominatur, & in oblationibus inuocatur cum patre & filio, & à Seraphim in cælestibus prædicatur? Cũ patre & filio habitat in sanctis, infunditur iustis, inspiratur prophetis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quomodo uterque sex doctor notat illud in præfatione, quod diximus, Per quem maiestatem tuã laudant angeli, ac beata Seraphim socia exultatione cõcelebrãt: & finaliter Sanctus. Hoc fecit Athanasius suprà. Modò item AMBRO. inquit, Seraphim Deum laudant, & omnis beatorũ chorus, sanctũ dicẽs, sanctũ, sanctũ, dominum Deum uocibus indefessis: sic à sacerdote in baptismate nominatur, & in oblationibus inuocatur, ad testimonium Trinita-
12 tis. Mirũ † igitur, quòd magni qui dam scriptores hanc exhortationis præfationem dicãt à Gelasio Papa compositam, qui per plurimos annos sequebatur hos patres Athanasium, & Ambrosium, qui plenè de ea testantur in missis. Potest autem esse, q̃ quasdam proprias pro contingentibus festis dictaret Gelasius, hanc autem ipsam primæuam dictasse non potuit. Et consequenter libro de officio missæ REMIGIVS. Hinc
13 sequitur obsecratio † post has laudes & gratiarum actiones, facto totius ecclesiæ silentio: in quo cessante omni strepitu uerborum, sola ad Deum dirigatur intentio, & cordium deuotio, sociatis ipsi omnibus uotis, ac desiderijs. Hæc ille. AVCTOR. Rationem huius solitudinis sacerdotis, & alti silentij totius ecclesiæ, ita ut nec cum ministris iam oret sacerdos, sed silentissimè per seipsum, accipit primitiua patrum

Amb. To. 2. lib. 3. de Spiritu. S. cap. 18.
Gelasius nõ instituit præfationem primam.
Obsecratio cũ silentio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trum institutio à recessu Christi de cœna priusquàm totum compleuisset officium: sed uicinam sui immolationem uisibilem in arta crucis secedens in hortum longè à discipulis cum tribus speculatoribus glorioſæ transfigurationis suæ Petro, Iacobo, & Ioanne: & his iterum pusillum relictis orauit, dicens: Pater mi &c. ita relicta tota plebe fidelium, assumit secum sacerdos diaconum, subdiaconum, & altaris ministrum, his relictis orat, Igitur clementissimè pater, & orat secretiùs per seipsum, pater inquiens. Hoc est quod ait Homilia. 83. opere perfecto CHRYSOSTOMVS. Consuetudo ei erat sine eis orare, hoc.n. faciebat erudiens nos in orationibus quietem constituere nobis ipsis, & solitudinem multam. Et assumit illos tres, & dicit illis, Tristis est anima mea usque ad mortem. Cuius gratia non omnes assumit? Non ut resupini maneant, sed hos qui gloriæ eius contemplatores fuerunt, sed tamen & hos dimittit, & parum cum processisset, orabat, dicens: Pater si possibile est. Hæc ille.

AVCTOR. Et nunc quidem ad missæ solemnia pergit sacerdos, commendans sancta dona panis & calicis Deo patri, & per ea omnem populum Christianum, qui est corpus mysticum filii eius in corpore eius uero iam statim signandus. Cætera quæ cantica sunt, aut lecta præambula, quædam erant aptantia & confortantia nos donis futuris, quibus non poterant immundi, & nondum fideles esse, præsentes.

Iam uero ad huius precis solemne decretum, missamque Christianorum totam usque in finem cum omni deuotione purgatæ mentis fideles oportet assistere, qui a Christi corpore, & eius sanctificatione solemni trepidant amoueri. Vnde in communibus sermonibus sermone. 19.

AVGVS. Si diligentius attenditis, cognoscitis, quòd missa non tunc est, quando diuinæ leguntur lectiones, sed quando fit consecratio, quia lectiones, siue propheticas, siue apostolicas, siue euangelicas etiam in domibus uestris legere uel audire potestis: consecrationem uero corporis & sanguinis Christi non alibi, nisi in domo Dei uidere, uel audire ualetis. Ideo † qui uult missam ad integrum cum lucro suæ animæ celebrari, usque quo oratio dominica dicatur, & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde se debet in ecclesia cõtinere. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ipso de missa solemni fidelium certi reddimur, quod ipsa solemnitas precis est, quam canonem dicimus, & ab eo ultra usque in finem. Cæterum totum lectionum & cantuum uariorum officiũ antemissale est, quòd item dicitur missa catheccumenorum: quòd item sine canone, cõmemoratio missæ, uel memoria nominatur, & in ipsis domibus aut agris, uel super mare dici fas est.

Matt. 26

Chri. To. 2

Aug. To. 2

Audienda missa tota.

¶DE VNICO CANONE PER ECclesiam distincto per quatuor portiones, iuxta apostolicum institutum. Cap. XXXVI.

SVMMA.

1 *Sebboleth quomodo interpretetur.*
2 *Chebboleth quid sit.*
3 *Te igitur clementissime. &c. ut est in canone missæ, exponitur.*
4 *Orationes Canonis septem.*
5 *Precationes, seu obsecrationes, quæ dicantur.*
6 *Orationes quæ sint.*
7 *Postulationes quæ sint.*
8 *Gratiarum actiones quæ dicantur.*
9 *Orationis Christi & ecclesiæ conformitas.*
10 *Witcleff, orphanus, uel Thaborita Pragẽsis, quo modo sint hostes altaris.*

TRius sacratissimi canonis preces sub integra forma sua sola orthodoxorũ quæ per uniuersum orbem diffusa ẽ, seruat ecclesia. Cæterum dignum est ne per polluta hæreticorum ora euangelicæ Margaritæ uoluantur, sed sicut sunt à fide sacri canonis, & hostiæ salutaris extranei, ita sint à sacro altari, & ecclesiastica prece præscissi. In huius argumentum primi sacerdotii inuasores in lege lethali pœna plectuntur super libr. Numerorum in Isagogis capi. 13. Isidorus Chore, Dathan, & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam uẽ dicantes, pœnas pro suis conatibus expenderunt, per quos itaque significantur ii, qui hæreses, & schismata facere conantur, & multos trahendo secum decipiunt, contemnentes sacerdotes christi, & se a clero eiusquè plebis societate segregantes, constituere audeant ecclesias, & aliud altare, preceməque alteram illicitis uocibus faciunt, dominicæ hostiæ ueritatem per falsa sacrificia profanantes: hiquè contra dei ordinationem nitentes, ob temeritatis audaciam, terræ cõpagibus ruptis, uiuentes profundo hiatu mergũtur: nec tantum hi, qui duces errorum sunt, sed & illi, qui consentiendo participes eorum effecti sunt, æterni in ignem iudicij præparata ultione peribunt. Hæc ille. AVCT. Ecce precem alteram illicitis uocib. faciunt, qui dominicæ hostiæ ueritatẽ per falsa sacrificia profanãt. Quid mirũ igitur, si Witcleuistæ Pragenses alterã sibi pcem missæ illicitis uocib. faciãt, qui dominicæ hostiæ ueritatem in figuram polluti Witeleff falsa

Matth. 2

1 sidorus

Num. 16

sa sacrificatione commutant? Crede mihi lingua eorum flexa perfidiæ, eos non sustinet fidelium uerba loqui, quia nec possunt dicere Sebboleth cum Iudæis fidem Christi confitentibus, sed chebboleth cum Ephramitis, quod iudicum lib. tradidit. Sebboleth † interpretat spica plena, quã ecclesiasticæ preces fatentur, hostiam. s. sanctam diuinitate plenam, & Christi corporis ueritatis, secundum essentiam. Ipsi autem perfidi hoc dicunt quod sentiunt, Chebboleth † spicam plenã paleæ, excusso iam grano, quod in terram cecidit, & eius esse tantum figuram protestantes inanẽ. Non sustinent hoc dicere, quod tota per orbem ex apostolicis institutis orat ecclesia, quia sic nec credunt. ¶ Incipit † sacerdos orare patrem, à quo omnia, per filium suũ, per quẽ oia, pro cunctis & singulis discipulis fidei orthodoxæ, dicens, Te igitur clementissime pater. Quẽadmodum Christus in officio missæ suæ secundùm Ioannem. Pater sancte, serua eos, quos dedisti mihi, usq; in finem protendit. Iste autẽ orationum ordo, uel distinctio, à beato Petro, non sine Iacobo tamen (ut dictum est) sumpsit exordium cap. 15. lib. 1. de officijs. ISIDOR. Ordo autem missæ, uel orationum, quibus oblata Deo sacrificia cõsecrantur, primò à S. Petro est institutus, cuius celebrationem uno eodemque modo uniuersus per agit orbis. Prima earundẽ orationum ammonitionis est erga populum, ut excitetur ad orandum Deum. Secunda inuocationis ad Dominum est, ut clementer suscipiat preces fidelium, oblationemque eorum. Tertia effunditur pro offerentibus, siue pro defunctis fidelibus, ut per idem sacrificium ueniam consequantur. Quarta post has infertur pro osculo pacis, ut per charitatem reconciliationis inuicem digni sacramento corporis & sanguinis Christi consocientur: quia non recipit dissensionem cuiusquãque Christi indiuisibile corpus. Quinta deinde illibatio in sanctificatione oblatiõis. in qua etiam ad Dei laudem terrestrium creatura, uirtutumquè cælestium uniuersitas prouocatur. Et Osanna in excelsis cãtatur, q; Saluatore de genere Dauid nascente, salus mundo usq; ad excelsa peruenerit. Porrò sexta ex hinc succedit confirmatio sacramenti, ut oblatio, quæ Deo offertur, sanctificata per spiritũ sanctum, Christi corpus ac sanguis confirmetur. Septima harum, & ultima est oratio, qua Dominus noster discipulos suos orare instituit, dicens, Pater noster. Hæc ille. AVCT. Diuidit † Isidorus canonem ex traditione apostoli in septẽ orationes, quarũ quinque in consecrationis officium protẽduntur: ita ut prima, qua populus excitetur orare, sit præfatio. Secunda inuocatio ad dominum, ut clementer preces suscipiat, Te igitur clementissime pa

Te igitur clementiss.

Isidorus.

Orationes Canonis septem.

ter. Tertia, quæ est pro offerẽtibus, & illa bipertita, semel ante consecrationẽ pro uiuis, & post modum pro defunctis: qualiter legalis Aarõ deprecaturus pro populo, stetit medius inter uiuos, & mortuos. Nume. 16. Et Iesus medius orauit inter Iudæos & Lazarum, propter populũ, inquiens, qui circunstat, dixi. Quarta pro osculo pacis, & reconciliationis charitate, & hæc si bene dixerim tripertita. Communicante autem, & iterum post consecrationem, & tandẽ ante sumptionem Eucharistiæ in oratione osculi terminatur: sed qa omnes istæ orationes sunt unius orationis, idcirco ubi habent principia, exinde incipiunt annotari. Quinta à sanctificatione oblationis ab illo loco, Hanc igitur, usque in cõsecrationem peractam. Sexta ab hinc ad orationẽ dominicam. Et septima usquequo missa clauda tur. Simulque notandũ, q; iste ordo sit ab apostolis institutus. Et notans illas orationes Isidorus, prima, inquit, earundẽ oratio, secũda, tertia, & deinceps, sunt cuiusmodi celebrationem uniuersus peragit orbis. Et eodem cap. in fine. ISIDO. Hæ sunt itaq; 7. sacrificij orationes euangelica apostolicaque cõmendatæ doctrina, cuiusmodi dinumeratio instituta uidetur, uel propter septenariã sanctæ ecclesiæ uniuersitatẽ, uel septiformẽ gratiæ spiritum, cuius dono ea quæ offeruntur, sanctificantur. Hæc ille. AVCTOR. Vbi ergo sunt, qui hatũ orationũ canonis quasdam dicunt tarda hora formatas, si Petrus Apostolus à præfatione incipiens, canonẽ istũ in finem usq; perduxit: & inde factũ, q; hoc modo uniuersus missas peragit orbis? Itaq; in hunc modũ instituisse Paulũ non ambigitur Græcorũ ecclesias, tradens inde regulã Timotheo episcopo in quatuor partes canonem diuidens, primæ Timoth. 2. Obsecro, inquiens, primũ omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt.

1. Tim. 2.

Audiatur, quod in hunc locum epistola ad Paulinũ, quæ est. 42. dixerit AVGVSTI. Multa quippe hic dici possunt, quæ improbanda non sunt: sed eligo in ijs uerbis hoc intelligere, quod omnis, uel penè omnis frequẽtat ecclesia, ut Precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramẽtorũ antequam illud, quod est in domini mensa, incipiat benedici. Orationes, cũ benedicitur, & sanctificatur, & ad distribuendum cõminuitur. Quã totam ferè petitionẽ fere omnis ecclesia dominica oratione cõcludit. Sequitur infrã. Interpellationes aũt, siue, ut uestri codices habent, postulationes, hunt, cum populus benedicitur. Tũc enim antistites uelut ad uocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimę offerunt potestati. Quibus p-

Aug. To. 2

Precationes.

Orationes.

Postulationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratiarum actiones.

actis, & tanto participato sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit apostolus. Hæc ille. AVCT. Ecce de multis sensibus bonis, qui bus posset apostolicum istum textum exponere, hunc elegit, quē omnis, uel penè omnis frequentat ecclesia: in quo sine omni allegoria sic literatim incedit, ut ad literam grammaticè pro expositione descendat, dicens Paulum intelligere has quatuor missæ partes, Præcationes scilicet eas orationes, quas facimus antequam de consecratione tractemus: Orationes, cùm benedicitur, & hostia deinceps cum oratione dominica concluditur, in cuius fine hostia frangitur, statimque postulationes, sequuntur ad benedictiones antistitum: & quartò iam cōmunicatis mysteriis, Actio gratiarum, quam notat apostolum ultimā ponere, sicut iam ultima uenit in ordine. Quis dicat iam si sic ista intellexerit Paulus, quin formam integram Timotheo, & ecclesiis Græciæ tradiderit canonis nostri Paulus, sicque tota ecclesia Paulum tunc intellexerit, ut asserit Augustinus. Vnde super eum locum habet AMB

Amb. To. 5

Exhortare ergo primò omnium fieri postulationes, deprecationes, gratiarum actiones &c. Regula ecclesiastica est tradita à magistro gentiū, qua utuntur sacerdotes nostri, ut pro omnibus supplicent. AVCT. Et lib. ultimo de sacramentis. AMBROS. Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, gratiarum actiones. Primò ergo omnium laudem debet habere dei, secundò supplicationem, tertiò postulationem, quartò gratiarum actiones. Non debes quasi famelicus ad cibum de cibo incipere, sed ante à laudibus dei. Vnde etiam oratores isti sapientes hanc habent disciplinam, ut iudicem fautorem sibi præstent, incipiunt à laudibus eius, ut beneuolum sibi faciant cognitorem. Deinde paulatim incipiunt rogare iudicem, ut patienter dignetur audire.

Ambros To. 4. cap. 5.

C Audēt tertiò postulationem suam depromere, quid petant exprimere. Quartò quomodo cœperint à laudibus, sic debent in laudem dei desinere. Habes hoc in oratione dominica, pater noster qui es in cœlis. Hæc ille, AVCT. In his ergo uerbis expressit beatus Paulus regulam ecclesiasticam sacri canonis, per quatuor partes cū diuidens à principio precis usque in finem, quæ cum gratiarum actione completur, clamante ecclesia, Deo gratias, & non alia forma, uel uerbis, quàm nostri hodie faciunt sacerdotes, dicente Ambrosio. Ecclesiastica regula est tradita à magistro gentium, qua utuntur sacerdotes nostri. Ad hoc uerbum quid dicunt Witcleuistæ Pragenses? Iam expergiscantur, iam excutiant oculos, hoc, quod Augustinus exposuit, firmat Ambrosius. Quos sic ad

A sensum uerbi intelligens in expositione eiusdem textus Pauli prosequitur HAYMO. Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, & cætera. Beatus apostolus dirigens hæc uerba Timotheo, in illo tradidit omnibus episcopis, presbyteris, omnique ecclesiæ formam, quomodo deberent missarum solemnia celebrare, & pro omnibus hominibus orare. Quam formam, uel exemplum, omnis ecclesia modò retinet. Nam obsecrationes † sunt quidquid præcedit in missarum solenniis, donec incipit sacerdos mysteria corporis & sanguinis domini, inquiens, Te igitur clementissimè pater petimus. Orationes † sunt, quas fundit sacerdos in consecratione Eucharistiæ usque ad fractionem corporis domini, uidelicet, quum particulam quandam ponit sacerdos in calicem. Postulationes † sunt benedictiones episcopales, quas dicit episcopus super populum, innuocans nomen domini super illud quod tractum est ex ueteri testamento. Per Moysen namque dicit dominus sacerdotibus, Inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Gratiarum actiones † sunt laudes, quas communicato populo refert sacerdos Deo patri, qui dignatus est mysteria corporis & sanguinis filij sui dare ad redemptionem & salutem. Hæc ille. AVCT. Vis item breuissima forma ista testantem Anselmum audire in annotationibus super epistolas Pauli cùm ad hunc locum peruenerit? ANSEL. Primò omnium, id est, ante omnia fieri obsecrationes, id est, ordo missæ est, quod est speciale genus orationis. Obsecrationes, id est illa, quæ fiunt ante consecrationem: orationes in ipsa consecratione, postulationes cùm populus ab episcopo benedicitur: uel postulationes, quasi ex debito, uelut quod hic geritur, in æterna uita perficiatur: gratiarum actiones, peractio, quę totum concludit quasi totum à deo: ut Benedicamus domino. Hæc ille. AVCT. Ecce tota penè ecclesia Dei quacunque per orbem diffusa, diebus Augustini utebatur hac præce, Te igitur clementissimè pater, usque in finem missæ per solitas & modernas portiones diuisæ: sciens hanc sibi apostolica auctoritate Petri & Iacobi editam, & à Paulo traditam Timotheo, & directam episcopis, sacerdotibus, & clericis Græciæ. Quis tantum superbus hæreticus, quis contumax Witcleuista istam spernit, quam sanctus Paulus apostolica institutione ueneranter suscipit, ecclesiis dirigit, & Timotheo cum diligentia tanta commendat? O sanctæ institutionis

Haymo.

Obsecrationes.

Orationes.

Postulationes.

Nota

Gratiarum actiones.

Anselmus

forma. Te † igitur clementissimè pater, hoc ipso

Matth. 26 Orationis Christi & ecclesiæ cū formam.

so uerbo Christus ad patrem orationem suam sacramētalem incœpit in mōte. Vnde Matthæ. 26. Procidit in faciē suam orans, & dicēs, Mi pater, si possibile est: & oratione peracta, demum ad discipulos uenit, monens eos ut orent, ne intrent in tentationem. Oratque secundò patrem appellans, & dicens: Pater si non potest hic calix &c. Sic & sacerdos prorumpit ad populum. Oremus, (inquiens,) Pater noster: terminatque orationem ne nos inducas in tentationem. Orat deinde Christus silēter, & sacerdos Christus tertiò uenit ad discipulos, & indicit eis requiem: & tertiò sacerdos uoce penit ad populum, imprecans ei pacem, & quietem uiuentium, sine qua homines item dormiendo laborant. Christus infert statim, & filius hominis tradetur in manus peccatorū. Et ad eum statim sacerdos infert precem suam, dicens, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Cur istam formam orandi non obseruauit Christus in cœna, ubi sacramentum? Ratio est, ut ibi solēnem missæ precem ediceret, ubi ipsum mundum sacrificium ordinaretur offerre corā omni mūdo. CHRYSOS. autem dicit, q̄ præturbatione discipulorum nō tunc uacauit. Suspicāties enim semper persecutores adesse, non deuotè attenderent. Vnde hoc loco super Ioannem. Surgite eamus hinc. CHRYSOS. Quia hæc & talia audientes turbantur, ut mox capiendi ducit eos in locum alium, ut existimātes se in cautela esse cum otio de reliquo audiant. Hæc ille. AVCTOR. O sacri huius mundi soles apostoli institutores eius, si dignè portatis iniuriam missæ uestræ ab eis, qui scripturæ Christi, & ipsi domino, & magistro nostro æquales corruptiones immittunt? & tamen talis iste corruptor, & negator uestri, præcipuum amicū uestrum se dicet. Sed in epistola contra hæreticos. CYPRIA. An esse sibi cum Christo uidetur, qui aduersum sacerdotes Christi facit? qui sēcessit cleri eius & plebis societate secreuit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat, hostis altaris, aduersus sacrificium rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, in obsequiis seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis uocibus facere, domini cæ hostiæ ueritatem per falsa sacrificia profanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina ani-

Ciprianus

10 maduersione punitur. Hæc ille. AVC. Et † uerè talis hostis altaris est Witcleff, qui uoto habuit omnes solennitates missales cessare. Talis omnis Orphanus, uel Thaboriſta Pragensis, aut ab hac sordida hæresi quomodolibet appellatus, qui contemptis episcopis, & dei sacer-

A dotibus derelictis, constituere audet aliud altare, alteram precem illicitis uocibus facere, & quam statuerunt apostoli, profanare; nec scire quoniam qui contra ordinationem domini nititur, diuina animaduersione punitur. Non, inquit Orphanus, quia precem Christi dico Antediem festum paschę, hoc Christus non iussit, sed hoc Christus quod Petrus, quod Iacobus, quod ille iussit, in quo loquitur Christus. Paulus. Et si secundùm hæresim tuam episcopi non sint illi, isti tamē sunt, quibus Christus dicit, Qui uos spernit, me spernit. Quid in quis periculi, qui hæc in scripturis non uideo, nusquam lego. Ergo sic pro nihilo ducis, quod Ioānes dixerit multa fecisse Iesum, quæ si scribantur per singulā, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros? aut tanti æstimas codicem, ut si in ipso non teneantur omnia Christi facta, negabis? Inter non scriptā, facta tamen apostolica, sunt hæ canonis regulæ constitutæ. Vnde AVGVSTINVS. Ex dictis Basilij, ut in

Orphanus.

Augustī.

B decretis. 11. distinctione, cap. Ecclesiasticarum. Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam uerò consuetudine roboratas approbauit usus: quibus par ritus, & idem utriusque pietatis debetur affectus. Et infrā. Quæ enim (ut inde exordiamur) scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Vel quæ tribariam digesta super calicem & panem prolixæ orationis uel consecrationis uerba commendauit? Nam non modo * in euangelio non continetur, uel ab apostolo quolibet in certis continetur, quod in secretis dicimus, sed & alia plura adiicimus magnam quasi uim commendā tia mysteriis. Quæ Orientem uersus nos orare literarum forma docuit? Hęc ille. AVC. Prolixam orationem totius canonis usque in finem dici, quam in secretis dicimus, quæ, ut inquit, nec in euangelio continetur, nec ab apostolo quouis in certis est scriptis, putà apostolicis, uel apostolorum actibus. Alia consecrationis uerba commendantur nobis in scriptis, sed non ut uteremur eis hoc ordine. Quibus omnibus par ritus est, ac si in scripturis traderentur expresse, & pietatis debetur affectus. * Per igitur est

* quod in euangelio continetur, uel quod ab Apostolo quolibet in certis continetur, quod in secretis dicimus.

C contemnentis impietas, quia siue scribitur, siue traditur, apostolorum est regula, ergo spernens eam, iam spernit apostolos. Ecce quantum non uitasti periculum: uelis, nolis, te probas hæreticum. Si probem apostolum, Apostolum, inquis, non approbat Augustinus. Hoc scio uitasses periculum, si tenuisses naniculam Petri, si audiuisses ecclesiam. Multa huiusmodi credenda mihi traditiones ecclesiæ continent, easque acceptas à Christo & apostolis sine scriptis commendat: in qui-

* Par

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus ambulat confidenter,qui simpliciter gradi- A
tur in fide ecclesiæ,quam qui spernit, mille hæ-
resum compedes non uitabit.

¶DE PRAECE PRIMA CANONIS in hoc silentio, Te igitur clementissime, Memento domine, Communicantes & memoriam uenerantes. Et ne hæreticorum nomina in missa recitentur. Cap. XXXVII.

SVMMA.

1 *Oratio sacerdotis ad Deum patrem per Christum in silentio describitur.*
2 *Crucis faciendæ in missa ratio. Et utrum sigillatim panis & uinum accipiant singulas cruces, an simul una cruce duo signentur.*
3 *Præcandi, seu orandi ordo.*
4 *Witeleff cum suis sequacibus quomodo non habeat catholicam ecclesiam.*
5 *Orandum quòd sit pro Papa, ut Christus pro Petro oranit.*
6 *Papa dictio quomodo interpretatur.*
7 *Papa quare debeat esse primus in deprecatione præcunctis fidelibus.*
8 *Orandum quòd sit pro regibus, & ijs, qui in sublimitate sunt constituti.*
9 *Orandum quòd sit pro omnibus Orthodoxis.*
10 *Sacerdotis orantis in missa cautio.*
11 *Hæreticorum nomina quòd non sint in missa recitanda.*
12 *Communicantes, & memoriam uenerantes. &c.*
13 *Patriarcharum & apostolorum nomina cur in Canone recitentur.*
14 *Martyrum series quare incœperit pleno Canone ad certum numerum deputari.*
15 *Martyrologium, Et quis illius auctor extiterit. Et quis etiam interpres.* C
16 *Nomina sanctorum, à quibus sint Canoni inserta.*
17 *Deo soli quòd fiat sacrificium, licèt sub memoria martyrum.*
18 *Sanctorum memoria quòd non sit parum utilis, ut quis exaudiatur.*

ITE igitur clementissime pater p Iesum Christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus, ac petimus. In † hoc secundo silentio facit 1
sacerdos orationem cum Christo prolixam, orans patrem, ut per Christum, qui sic in secunda uigilia secundi silentij prolixè orauit, ut sua, & 3
communis ecclesiæ petitio audiatur. Vnde de officio missæ REMIGI. Supplices rogamus, *Remigius.*
ac petimus per Christum, per quem omnis supplicatio, & petitio nostra dirigi debet ad Deum tanquam per uerum mediatorem & sacerdotem æternum, qui sedet ad dexteram patris, & interpellat pro nobis. Hæc ille. AVCT. Hoc sumpsit in officio missæ suæ Christus, dicens, Ego sum uia ueritas & uita: nemo uenit ad patrem nisi p me. Ioan. 14. Vti accepta habeas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Hæc 2
† sunt uerba trifariam digesta super panem & calicē, quæ Basilius dicit ab apostolis nobis nulla scriptura. s. euangelica, uel apostolica commē data, in quibus benedicentes hostiam salutarem ter cruce signamus offerendam patri per Christum. ad Hæbreos ultimo. Per ipsum. s. offeramus hostiam laudis semper deo. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostijs promeretur deus. Sed utrum sigillatim panis & uinum accipiant singulas cruces, B an simul una cruce duo signentur, lib. de sacramentis respondet ANSEL. Vbi autem dicimus, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, siue sigillatim pani & uino singulæ cruces assignentur, siue una cruce duo simul sanctificentur, non uideo in hac diuersitate reprehensibilem discordiam: nisi fortè conuenientiùs ambo una cruce notentur, sicut uno uerbo benedictionis sanctificantur. Hæc ille. AVCT. Benè dixit ubi uerbum benedictionis est utriq; commune: ubi autem corpus, aut sanguis, panis, aut uinum singulariter capiuntur, singulæ cruces suæ materiæ coaptentur. Valde autem attendendum est, q̄ in celebritate huius sancti sacramenti, crucis ordo non omittatur, sine qua nullū ecclesiæ sacramentum ritè perficitur. Vnde in sermone, 118. AVGVS. Quid est quod omnes cognouerunt signum Christi, nisi crux Christi? quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur, siue oleo quo chrismate unguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Quomodo ergo per illud, quod mali faciunt, nihil boni signatur, quando per crucem Christi, quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̄ opportuna est hæc crucis impressio in huius celebritate mysterij, quā tamen Christum fecisse in missæ suæ celebratione euangelica non prodit historia. Sed additur in primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris, toto orbe terrarum. Rectus † ordo est, ut capiti primo omnium corpus offerendo iungatur, distinguendum statim articulatim in membra. Vnde ad Colossen. 1. Factus sum ego Paulus Christi minister, qui nunc gaudeo

gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo A
ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesiam. Censere se debent sacerdotes loco ecclesiæ uniuersalem ministrum & organo eius utentem in his precibus, & pro nullo prius q̄ pro se, medio sacerdote, orabit ecclesia. Ex cuius ore tanta uirtus emanat pro hac uice, maximè ubi plebs ardet affectu hora sacrificij, ut quasi ignis egrediens sic deuoret obsistentes. Qualiter de pphetis Christi *Apo. 11.* Ioānes scribit in apocalypsi. Hi sunt duę oliuę, & duo candelabra in conspectu domini terræ stantes. Et si quis uoluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis uoluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Quem textum exponens sermone. 8. super *Aug. To. 9.* Apocalypsim AVGV. Si quis eos uult lædere &c. i. si quis ecclesiam uel lædit, uel lædere uoluerit, præcibus oris eius diuino igne aut in præsenti ad correctionem, aut in futuro seculo ad damB
nationem consumetur. Hæc ille. AVCTOR. Notanter aūt hic percussit textus & eius expositio errorem Witeleff, qui sæuit contra orationes uocales, quando dicit, q̄ ignis exiet de ore eorum, hoc est, quia præcibus oris ecclesiæ consumentur nocentes. Ergo hoc igne hæretici Witeleuistæ consumentur, nociui pendentur præcibus oris eius. Quid mirum igitur sit, si Witeleui stæ has præces non diligant, renuantq; in eis ora re cum celebrant, sed ex ratione relinquunt, q̄ 6
hanc ecclesiam non habent, sed ab ea in unā uulpis foueam ceciderunt? Non † potest Witeleui *Witeleff non habet catholicam ecclesiam.* 4
sta dicere ecclesiam suam catholicam. i. uniuersalem toto orbe terrarum, quia nec fides eius annuntiatur uniuerso mundo. Imò tam inaudita tamq; noua per mundi regna per eius satrapas nondum polluta, ut notior sit eis Mahometi perfidia. Christi enim euangelium & sacramentum nouerūt, audierunt, & perceperūt: perfidiā Hussianam nesciēt quousque studiosè didicerint, ita C
ut prius alchoranum scirent, q̄ trialogum. Noua ergo & inaudita perfidia particulam unā occupat, in quam ab ecclesia catholica recedens se recipit. Vnde lib. 1. contra donatistas. cap. 6. *Aug. To. 7.* AGVS. Alia causa est istorum, qui in istos hæreticos imprudenter incurrunt, ipsam christi. es se ecclesiam catholicam existimantes, alia eorū, qui nouerunt rem esse catholicam ecclesiam, nisi eam, quæ sicut promissa est, toto orbe terrarū extenditur & diffunditur ad fines terræ, & inter *Psal. 60.* Zizania & incendia scandalorum, requiem futuram desiderans, dicit in psalmis, A finibus terræ ad te clamani. Hæc ille. AVCT. Et in commentario Michææ HIERO. Illud quod hæretici semper in dogmatum suorum quasi sublimitate & ecclesiæ despiciant simplicitatem, in alio *Hier. To. 6* loco dicetur. Veh qui despiciunt Sion, & confidunt in monte Samariæ. De Sion enim egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem. Porrò Samaria fabricata est sibi de proprio sensu uitulos aureos, habentes quidem in superficie pulchritudinē, sed uitalem spiritum non habentes: & fabricata est in domo dei, quæ interpretatur Bethel. Non. n. recipere populus Israel deos, nisi de scripturis, & in domo Dei potuit. Et eius aūt conciliabula sua uocent Bethel: tamē post fabricationem idolorum desiit esse Bethel, & uocatur Bethenon, quod dicit dominus idoli. Hæc ille. AVCT. Ait ergo scriptura per expositionem Hieronymi hæreticos non habere domum domini, quæ est ecclesia, sed in cōciliabulis suis habent Bethenon, & domum idoli. Solus ergo orthodoxus sacerdos hanc præcem fundit, qui ecclesiam agnouit, & tenet toto orbe usque ad fines terræ diffusam. Hæretici dignum non dignē dicūr, quia non habent ecclesiam ubi dicāt. Seqt. Vnà cū famulo tuo papa nostro. christus † pro Papa Petro primus oranit, dicens, Simon ecce Satanas expetiuit ut cribaret te sicut tritici. Ego aūt rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & tu aliquā conuersus confirma fratres tuos. Ita 5
pr̄ cæteris apostolis oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deū pro Petro, dūm p Herodē teneretur in carcere. Actuum. 12. REMIGIVS. Quod adiungit, pro famulo tuo papa nostro. ipsius, & ecclesiastici corpus unitas fortiùs cōmendatur, quia religionis cultum sic Dominus instituit, ut in Petro apostolorum summo principaliter collocaret, atque ab ipso quasi quodam capite dona uellet in omne cōrpus manare. papa † autem secundùm quosdam dicitur 6
admirabilis, uel coronatus, uel (q̄d est melius) pater patrum, id est, episcoporū. Hæc ille, AVCT. Sequitur Remigius in hoc dicto chrysostomū sic exponentem dubium huius loci, cùm C
christus diceret de cunctis apostolis, q̄ expetiuit eos Satanas ut cribaret, cur pro solo Petro oraret? Quòd casus eius propter amplitudinem potestatis acceptæ fuit omniū difficillimus Sup Matth. in opere perfecto Homilia. 82. CHRYSO. Ego deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua: & pp quid * si omnes perit, non dicit, Pro oībus precatus sū? Nōne manifestū est q̄n ut antea dixit, tangens eū, & ostendēs q̄n difficilior aliis est eius casus, ad ipsum cōuertit sermonē? Sequitur q. n. ecclesiā in cōfessione eius ædificauit. & ita muniuit eam, ut decē milia pericula & mortes nō eā separarēt, q̄ cælorū claues ei dedit, & tātę potestatis fecit dūm, & nōne ad hęc oratione opus habuit? Hæc ille. AVCT. † Hac 7
ergo rōne papa hēt necesse, ut primus sit i deprecatione p cunctis fidelibus, qua rōne Petrus erat

Pro papa orādum, ut Christus pro Petro oranit.

Papa.

Chrif. To. 2

** Si pro omnibus.*

Act. 12. Remigius.

Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

singularis & primus in oratione Christi præcun A
ctis apostolis, quia super eum singulariter Chri
stus ædificauit ecclesiam: quia claues ecclesiæ ip
si dedit,& tantæ potestatis dominum fecit,& re
ligionis cultum in eo principaliter collocauit,
ideo si nõ eximiè seruaretur, omnes casum eius
lueremus difficilem. Et antistite nostro. Et lib.
2. de tabernaculo. BEDA. Præceptum apo-
stoli est dicentis, Mementote præpositorum ue
strorum, qui uobis loquuti sunt verbum dei,
quorum intuentes exitum conuersationis, imi-
tamini fidem. Hebr. 13. Hæc ille. AVCTOR.
8 Et † rege nostro. Hoc planè mandauit Apostõ-
lus fieri in capite missæ ad Timotheum, Pro re-
gibus, inquiens, & ijs, qui in sublimitate consti-
tuti sunt. Et supplet hic per expressionem, si con
cordia euangelistarum pensetur, secundum AV
GVSTINVM. quod dominus impensè roga-
uit in sermone sanctæ cœnæ priusquàm recede-
ret. Primo pro papa nostro, cum diceret, Simõ
rogaui pro te: postea pro uniuersis apostolis, q 9
tunc ibi erant, dicens, Ego pro eis rogo, non pro B
mundo pater sancte, serua eos in nomine tuo: &
in hoc loco rogat unaquæque ecclesia pro suo
antistite, qui succedit ei loco apostoli, ita ut uni
uersalis ecclesia roget simul pro omnibus, sicut
Christus fecerat sponsus eius. Tertio pro omni
bus orthodoxis credentibus secundum doctri-
nam apostolicam in ecclesia, dicens, Nõ pro eis
rogo tantùm, sed pro his etiam, qui credituri
sunt per uerbum eorum in me, id est, credentibus
uniuersis, sicut exposuit Augustinus super Toan-
nem. Veruntamen hanc præcem distinxit Apo-
stolus ad Timotheum in speciali dicens, pro re
gibus, cum prius addidisset, pro omnibus homi
nibus, non in hoc tollens ordinem, quo Chri-
stus speciale præposuit, & supposuit generale,
sed rem præcis explicans per extractionem spe
cialis à genere: ideo ecclesia uenerata præcem C
semper seruauit Christi & eius apostoli secundũ
suam substantiam, sed præcis ordinem seruat à
Christo. Vnde post apostolos, id est, antistites,
orat distinctè pro regibus, & principibus subli-
mioribus locorũ, qui omnes reges sunt officio
regiminis, quamuis non culminis dignitate. Et in
apologetico suo cap. 49. TERTVLLIA.
Oramus etiam pro imperatoribus, & ministris
eorum, & potestatibus, pro statu seculi, pro rerũ
quiete, pro mora finis. Hæc ille. AVCTOR.
Et hæc erat debita regula sacerdotum tempore
apostoli, & ab apostolo tradita. Vnde in exposi
tione solenni primæ Timoth. 2. AMBROS.
Hæc regula ecclesiastica est tradita à magistro
gentiũ, qua utũtur sacerdotes nostri, ut pro om
nibus supplicent, deprecantes pro regibus huius
seculi, ut subiectas habeant gentes, ut in pace po-

Beda. Hebr. 13

Pro Rege. 1. Tim. 2.

Ioa. 17.

Tertullia.

Amb. To. 5

siti, in tranquillitate mẽtis, & quiete, domino no
stro seruire possimus: orantes ẽt pro his, quibus
sublimis potestas est credita, & in iustitia, & ueri
tate gubernãt rẽpublicam. Hæc ille. AVCT. Sit
sic à primæuis ecclesiæ oratũ est pro his sublimi
bus nominatim secũdum qđ ecclesiæ acceperũt
mãdatũ eis factũ ab Apostolo, obsecrate pro re-
gibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt.
de quo ca. 31. TERTVLL. Quid ergo puta Tertullia.
ueris nos nihil de salute curare Cæsarũ? Inspice
Dei uoces has nostras, quas neque ipsi supprimi
mus, & pleriq; casus ad extraneos conferunt: sci
tote ex illis ꝓceptũ esse nobis ad redundãtiã be-
nignitatis ẽt pro inimicis Deum orare, & pro p
secutoribus nostris bona præcari. Nã qui magis
inimici & persecutores Christianorũ, q̃ de quo
rũ maiestate conuenimur in crimẽ? sed ẽt nomi
natim atq; manifestè: orate, inquit, pro regibus,
& principibus uestris, & potestatibus, ut omnia
trãquilla nobiscũ sint, nobiscũ. n. concutitur im- Pro omnibus orandum.
perium. Hæc ille. AVC. Deinceps † aũt tradi-
tione apostolica pro cæteris fidelibus orationis
locus instat, & oibus orthodoxis catholicæ atq;
apostolicę fidei cultoribus. Et dependet oratio-
nis ordo, ut nominatim possint cõdemnari fide
les, Memẽto domine famulorũ famulatũq; tua-
rũ, usque ibi: pro spe salutis, & icolumitatis suæ.
Nec tm̃ nõia personarũ, sed singula gerenda per
eos pãt ibi singulariter memorari. Nõ qdẽ uoci
bus sicut olim q̃dã ecclesiæ recitabant ex disper
titis sed notulis nostræ mẽtis. Vñ pro Ioãne Cõ
stantinopolitano epo Epiphanius solebat ibi o-
rare, ut ipse scribit in epistola ad eundẽ inter epi
stolas Hieronymi. EPIPHAN. Qñ autẽ com Epiphanius In epistola Hieron.
pleuimus orationẽ † m̃ ritũ mysteriorũ, & pro
oĩbus, & pro re quoque diximus, custodi illum,
q̃ ꝓdicat ueritatẽ, uel certè ita, Tu ꝓsta dñe, & cu
stodi, ut ille nerbũ ꝓdicet ueritatis, sicut occasio
sermonis attulerit, & habuerit oratio cõsequen-
tiã. Hæc ille. AVC. Et sicut series orationis ha-
bet, ꝓ se suisq; oĩbus ꝓ redẽptione aĩarũ suarũ,
ꝓ spe salutis & incolumitatis suæ in iã dicto lo-
co. AMBR. Hæc regula ecclesiastica est tradita à
magistro gentium infrã. Postulãtes uerò ꝓ his, crisõ. 961
qui in necessitate uaria sunt, ut eruti, & liberati,
Deum collaudent incolumitatis auctorem.
Hæc ille. AVC. Tangit orationẽ canonis in ver
bo, in columitatis. Et super Ioannem Mora. 68.
CHRYSOST. In mysterijs amplectimur ad
inuicem, ut qui multi sumus, fiamus unum, & in
secretis communes facimus orationes, obsecrã
tes pro * erogantibus, pro fructibus orbis ter- *egrotan tibus.
rarum, id est, & terræ & maris. Vides om-
nem amoris uirtutem positam in orationibus,
in mysterijs, in ammonitionibus. Hæc est
omnium causa bonorũ: si huic adhæserimus cũ

certi-

certitudine & fiducia, bene dispensabimus, & re A
gno fruemur. Hæc ille. AVCT. Quàm dulciter
hic sanctus pater sentit de hac oratione in my-
steriis, id est, missarum celebritate statuta dices:
omnem amoris uirtutem in his orationibus po
sitam, & hinc omnium bonorum esse causam.
Sancte pater quãtum chaos inter te & Witeleff
amarum, hæreticum, indeuorum, insipidum? Ca
10 uendum † tamen nè orantis affectus indiscretè
sumẽs noua cõmendata aliter ea disponat, quàm
canonis uerba taxabant, quæ huic memoriali
præbent introitum, & omnibus orthodoxis, at
que catholicæ, & apostolicæ fidei cultoribus. Nã
huius ad precis conformitatem est illud Leonis
decretum, cuius primum capitulum est de fide
11 Anatholij cap. ibidem. 3. LEO. De † nominibus
autem Dioscori, Iuuenalis, Eustathij ad sacrum
altare non recitandis, dilectionem tuam hoc de
cet custodire, quod nostri ibidem constituti sa
ciendum esse dixerunt, quodque honorandæ san B
cti Flauiani memoriæ non repugner, & à gratia
tua Christianæ plebis animos non auertat. Nã*
inimicum nimis est atque incongruum, eos qui
innocentes catholicos sua persecutione uexaue
runt, sanctorum nominibus sine discretione mi
sceri: Condemnatam impietatem non deserẽtes
ipsi se sua prauitate condemnent, quos cõ-
uenit aut procelli pro perfidia, aut laborare pro
uenia. Hæc ille. AVC. Ne autem per nos solos
præsumamus offerre Deo sacrificium placatio-
nis pro nostrototo genere, prudẽtiùs autumo,
meliorum, & maiorum nostrorum, qui iam bea
ti sunt, & amici principis, & secretorum eius par
ticipes, genus fateri, præsentiam quærere, & reci
12 tare memorias, dicentes, Cõmunicantes † & me
moriam uenerantes in primis glorioſæ semper
que uirginis Mariæ genitricis Dei & domini no
stri Iesu Christi, sed & beatorum apostolorum,
& martyrum tuorũ Petri, & Pauli, Andreæ. cau-
sa ut simul ad sacrificium congregati cũ his san- C
ctis nostri generis pro nobis peccatoribus non
reiiciatur oblatio, uolente Christo hanc unitio-
nem nostram in mysteriis suis. Ego claritatem,
quã dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut &
nos unũ sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint cõ
sũmati in unũ: pater sancte quos dedisti mihi uo
lo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant
claritatem meam. Ioan. 17. Quo ergo celebetri
mæ claritati tantorum mysteriorũ poterunt
abesse, aut non uocati adesse, ubi & Christus est,
& uult eos interesse, ut suam uideant claritatẽ?
Incessanter hoc ininnxerunt subiectis suis apo-
stoli, & post apostolos sancti ecclesiarũ patres
orationũ suarum internallis memoriis cõicare
sanctorũ cõicantes. Ad Rom. 12. aliàs habetur
memoriis sanctorũ cõicantes, sicut Hilarius hẽc

Leo Pap. cap. 2.

*iniquum

Ioa. 17.

Rom. 12.

in epistola contra constantiũ Augustũ, HILA. Hilarius.
Apostolus cõicare sanctorum memoriis nos dõ
cuit, tu eas damnare coegisti. Hæc ille. AVCT.
Reuera cũ orationi fideles instarent, priorũ san
ctorũ uitas & merita iubebantur mente recole-
re, tã ut eorum orationibus, q̃ etiam imitationi
bus iuuarentur. Vnde in eundẽ locũ expositione Origenes To. 2.
epistolæ ad Rom. lib. 10. ORIGE. Orationi in-
stantes. In quo enim non sufficit humana fragili
tas, auxilium Dei orationibus implorandũ est.
Vtibus sanctorũ cõicãtes, memini in latinis exẽ
plaribus magis haberi, memoriis sanctorum cõ-
municãtes. Hæc ille AVC. Et in expositione sua
AMB. Memoriis sanctorum cõicantes. Manife-
stũ, cp qui preces suas exaudiri uult, æmulus dẽt
esse uitæ sanctorum. Cũ imitatur enim, cõicat:
ut hoc sit memorẽ esse & cõicare, imitari actus
illorũ. Hæc ille. AVC. Necessaria est ergo obser-
uantia talis, quæ præcepto apostolorum cunctis
fidelibus quotidiana iam fuerat, ut orationi in
stantes, sanctorum cõicarent memoriis: multò
magis in oratione solennis sacrificij, quæ cun-
ctis fidelibus est cõis, nec poterat unq̃ omisisse
sacerdos. Ideo in eisdem uerbis Pauli plurali uo
ce sui & cunctorum fidelium iussum eius prose
quitur. Communicantes, (inquiens,) & memo- Communi-cãtes &c.
riam uenerantes: quasi ita uellemus, ut priores
sancti, ce Deum ac dominum promereri. In lib.
annotationum ibi HIERO. Quidam codices ha
bent, memoriis sanctorum communicantes: qđ
ita intelligitur, ut meminerint domini, & parti-
cipes fiant, eorum imitantes exempla. Hæc ille.
AVC. Tãm igitur ut eorum auxilio, q̃ etiam ut
cum gaudio gratias cumulemus Deo nostro, q
tantorum sanctorũ nos fecit esse participes. Ad Colo. 1.
Colos. 1. Cum gaudio gratias agẽtes Deo patri,
qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ, in
lumine. Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioãnis, Tho
mæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Si
monis & Thaddæi: hæc in prima parte canonis. C
12. apostolorum sunt nomina tanq̃. 12. patriar
charũ nõia, q̃ sacerdos legalis semper portabat
in humeris. Vnde lib. 3. de tabernaculo cap. 11.
13 BEDA. Tres † ob cãs Aarõ nõia patriarcharũ in Nomina patriarcharũ & apostolorũ cur recitentur.
ter sacrificia semp in humeris portabat, ut uide
licet ipse fidẽ, utramq̃; patriarcharũ meminisset
imitari, ut. 12. tribuũ, q̃ de his natæ sunt, in oro-
nibus & sacrificiis memor existeret, ut idẽ popu
lus scripta in ueste ꝓsulis sui patrũ nõia uideꝫ, cu
raret sedulò, ne ab illorũ meritis deficiẽs, ad er-
rorũ contagia declinaret. Sequit. Quæ uidelicet
aptè nõia patrũ i lapidib. ptiosis sculpi iussa sũt.
Lapides qppe ptioli opera sunt uirtutũ spiritua
liũ, hẽtq; sacerdos in humeris lapides ptiosos, &
in eis nõia patrũ inscripta: ut & ipse claritate bo
norũ operũ cũctis admirãdus existeret, & eandẽ

claritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

claritatē non à se inuentam, sed antiqua sibi patrum auctoritate traditā esse nouerit. Hæc ille.

AVCTOR. Causæ istæ morales, quæ idcirco nostris sacrificijs de patriarchis fidei nostræ recitandis omitti non debent, quin potius subsequenter in tabula inferiori. 12. martyrum Christi nomini sunt iungenda. Lini. s. Cleti, Clementis, Sixti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Grisogoni, Ioannis, & Pauli, Cosmæ & Damiani. Vnde in epistola ad Cromatium & Heliodorum episcopos HIERON. Sanctum est ut ita fieri iubente Constantino, Eusebius idoneus relator existens ecclesiasticam historiā texeret, & omnium penè martyrum gesta in omnibus prouinciis Romanis diligens historiographus declararet: quoniam omni die sacrificiū offerens Deo, eorum martyrum nomina commemorare studebat, qui eo die, quo sacrificium offerebatur, uictores diaboli extiterunt, & martyrii sui triūpho ouantes ad regem suum peruenerunt Christum. Hac de causa per singulos menses singulorum dierum festa perscripsimus, perennem nostræ prauitatis memoriam fore credentes: cùm diebus omnibus per tota anni spatia sanctorum fuerit nominum festiuitas celebrata: & quoniā per singulos dies in diuersis prouinciis, & in diuersis urbibus passorum martyrum plusquàm octoginta nomina sunt recitanda, ut nullus sit dies, qui non tot habeat ascripta nomina, excepto die Calendarum Ianuarii. Considerans inter innumeras turbas lectorum omnium intra unum mensem posse lassescere, ne idem eueniat, succinctè breuiterquè eorum nomina, quæ sunt in aliqua amplissima ciuitate, suis locis commemorem, ut amputato fastidio, unus de omnibus sufficiat libellus ascriptus. Sanè in prima parte libelli omnium apostolorum festa inscripsimus, ut dies uarii non uideantur diuidere, quos una dignitas apostolatus in cælesti gloria fecit esse sublimes. Hæc ille. AVCT. Hactenus de causa incœpit series martyrum pleno canone ad certum numerum deputari, quia omnium martyrum, qui eo die contigerant, ut sanctus fecit Eusebius in sacrificio missæ, quotidiè recitari non poterāt: descripsit ergo in martyrologio martyres Christi Eusebius, quos omnes Hieronymus interpretis officio in latinam linguam cōuertit, sicut ipse hic dicit perennem nostræ paruitatis memoriam fore credentes. Et libro retractationum in Actus apostolorum in principio BEDA. Astipulatē & liber martyrologii, qui beati Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, quanuis idem Hieronymus in libro illius, non auctor, sed interpres, Eusebius autem auctor extitisse narratur. Hæc ille. AVCT. Assumpsit ergo patrum ordo duodecim apostolos in prima parte

Hier. To. 3

Martyrologium.

Beda

A libelli, subiungens eis totidem martyres, qui in aliqua amplissima ciuitate famosissimè triumpharunt, sic amputato fastidio, unus libellus ex utrisque texeretur in canone: nec hanc regulæ claritatem quilibet sibi formaret ad uotum, sed antiqua sibi patrum auctoritate signatam. Nec 16 putet quis ab Eusebio, uel Hieronymo, quanq; sanctis, hunc ordinem exorsum esse, dicente ca. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONY. Scripturæ, id est, tabulæ canonis, quæ nobis commemorant sanctam uitam, & bonum finem sanctorum patrum, nos ad eadem inuitant, qui eosdem non ut mortuos, sed ut secundum animam uiuentes attendimus, iuxta id Lucæ: Deus autē non est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim uiuunt ei. Diuina siquidem memoria, in qua sancti reponuntur, non est phantastica, uel obliuiosa, sicut humana, sed cognitio intransmutabilis. Iuxta illud, Nouit Deus quæ sunt eius, & mors sanctorum est pretiosa in conspectu domini. Hæc ille. AVCTOR. Iuxta hunc sensum dicit Beda, sanctorum nomina portari in humeris sacerdotis: secundum quem Dionysius scripta nomina dicit in tabulis canonis, ut fidē, utamquè sanctorum quilibet meminisset, quos non esse deo mortuos, sed uiuos intelligat, cui omnia uiuunt. Et ita ante apostolorum nomina, forsitan ipsi apostoli sanctorum martyrum nomina fixerunt in canone, ut hic ordo Dionysii manifestat. Tandē post suis temporibus patres ecclesiæ præponebant apostolos, & post martyres ordinauerunt: & ideò hic est antiquus locus martyrum secundum ordinem patrum. Quem. 22. lib. de ciuitate Dei. cap. 10. sic tangit AVGVSTI. Non 17 †erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo & martyrum & nostro sacrificium immolamus. Ad quod sacrificiū sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione C uicerunt, suo loco & ordine nominantur, non à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur: Deo quippe non ipsis sacrificat, quanuis in memoria sacrificet eorum, qui Dei sacerdos est, non illorum. Hęc ille. AVCT. In memoria eorum dicit, quia sic ait sacerdos. Et memoriam uenerantes, primo loco apostolos, & demum loco suo & ordine collocans martyres. Et in sermone 34. tertiæ partis sermonum. AVGVSTINVS. Quando imus ad memorias sanctorum martyrum, cui offerimus, nonne domino? Habent honorabilem locum martyres sancti, aduertite: in recitatione ad altare Christi meliore loco recitantur, non tamen pro Christo honorantur. Hæc ille. AVCT. 18 Quorum †meritis precibusquè concedas, ut in omnibus tuæ protectionis muniamur auxilio. Benè meminerunt hi patres dixisse dominum Ezechiæ: Protegam domū hanc, & saluabo eam propter

Nomina sanctorum à quibus sint canonizata.

2. Tim. 2.

Psal. 115.

Aug. To. 7. Deo soli debetur sacrificium, licet sub memoria martyrum.

Aug. To. 3.

Memoria sanctorum non parum utilis, qua exhibeatur.

propter me, & propter Dauid seruum meum. A 7 *Witeleff error circa corpus Christi.*
Idcirco rogant per memoriam patrum, ut in 8 *Gratias cur egerit Christus.*
omnibus, protectionis suæ muniantur auxilio. 9 *Et simili modo, &c.*
Nisi enim memoria patrum precibus recordata 10 *Hostiæ exaltandæ & leuandæ ratio.*
celerius expediret apud Deum, non interposuis- 11 *Corpus Christi quòd sub speciebus uideatur.*
set eos Moyses, orans, & dicens, Recordare do- 12 *Deus ambulans dictus.*
mine Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum. Et Azarias in fornace. Nè quæsumus auferas à nobis misericordiam tuam domine Deus, noster propter Abraham dilectum tuū, & Isaac seruum tuum, & Iacob seruum tuum. Et in quo nos orando deferimus cōmunicantes & memoriam uenerantes genetricis Dei, Petri, & Pauli, Andreæ, ut illorum meritis & precibus protectionis diuinæ, per omnia muniamur auxilio.
Vnde libr. 3. de tabernaculo, cap. 11. textu Exodi, deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum. BEDA. Et quia propter merita, & intercessiones sublimium uirorū plerunque nostræ infirmitati dominus miseretur, rectè subiū- 2 gitur, & placabitur super eo in generationibus nestris sanctum sanctorum. Placat quippe Aarō B super altare incensi, quando propter iustitiam sanctorum, quā intercessorem & patronam nobis quærimus, nobis propitiatur Deus. Denique obsesso ab hostibus Ezechia, & auxilium eius inuocante, ait: Et ciuitatem hanc saluabo, & protegam eam propter me, & propter Dauid seruū meum. Sic & Moyses pro populo peccante intercedēs, memoria patrū placare curabat: quiescat (inquiens) ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum; quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo ubi semen tuū sicut stellas cæli. Hæc ille. AVCTOR. Et totus hic processus canonis est contra blasphemiam illam Witeleff: Deus intuetur uitam cuiusque, & secundum dignitatem suam ipsum remunerat, quasi nihil amplius faciat pro meritis oratorum sanctorum.

Exo. 34
Dan. 3.

Exo. 30
Beda

Exo. 34.

¶DE PRAECE CANONIS, HANC igitur, Qui pridie, Simili modo. De elecuatione Eucharistiæ in conspectu plebis. Cap. XXXVIII.

SVMMA.

1 *Hanc igitur oblationem &c.*
2 *symbola secundùm Dionysium, quòd sint panis, & uinum, quæ altari superponuntur.*
3 *Hæc dona, hæc munera, Canonis uerba.*
4 *Eucharistia quæ conficiat.*
5 *Qui pridie &c.*
6 *Corpus Christi post consecrationem, non panis est.*

1 MANC † igitur oblationem seruitutis nostræ. Hactenus sacerdos commendauit Deo patri corpus ecclesię, orās oblationem intentam ob merita beatorum fore sibi acceptam: iam sine interuallo oblationem panis & uini disponit, descriptioni sanctorum eam connectens, dicens: Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ. Quod designans dicto tertio ca. ait DIONYSI. Hoc sanè intellige, quòd superpositis diuino altari uenerabilibus symbolis, per quæ Christus significatur, & participatur, adest indistanter sanctorum descriptio. Hæc ille. AVCTOR. Symbola † secundum Lincolien. dicit panem & uinum, quæ superponuntur altari, quibus indistanter adiungitur sanctorum descriptio: designans ipsorum inseparabilitatem, & unionem per eucharistiæ cōmunionem ad Christum. In hac præce intercedit sacerdos placationem diuinam per dispositionem nostram fore pacificam, & ab æterna dānatione ereptionem, & in electorum grege annumerationem. Pro susceptis enim eorum muneribus, habet sacerdos hoc facere, idcirco dicit. Sed cunctæ familiæ mæ. Propter hoc de legali sacerdote dictum est. Portabit Aarō iniqui- *Exo. 28*
tates eorum. Vnde lib. 3. de tabernaculo in eundem textum. BEDA. Portabit namquè Pontifex iniquitates subditorum. Exportat & aufert, cum aut docendo ad pœnitentiam commissorum, prouocat, aut pro pœnitentibus supplicando gratiam eis iusti iudicis conciliat. Facit aūt hoc in muneribus, & donariis, quæ ipsi obtulerint domino, & sanctificauerint: cùm item pro C bonis operibus iustitiæ, & pœnitentiæ, à reatu scelerum, quæ quondam patrauerunt, absoluit. Hæc ille. AVCTOR. Et origenes planè dicit hoc fieri per sacrificia sacerdotum, & obsecrationes Pontificum, Homilia. 4. super Exodum. ORIGEN. Sanè in superioribus quædam prodigia per Aaron, quędam quæ per Moysen, quędam uerò per ipsum dominum ministrata intelligi eatenus possunt, ut agnoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum, & obsecrationes Pontificum, nos esse purgandos, quòd Aarō persona designat officium. In aliis autem sine dubio, quæ difficiliora sunt, ipsius domini egere uirtute. Hæc ille. AVCTOR. Propter hoc primū de persona & obsequio quòd ad sacræ missæ spectat officiū, agnoscere possumus (inquit)

Hanc igitur.

Dion.

Symbola.

Beda

Orig. To. 1

Origenes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Origenes)nos per sacrificia sacerdotum, & obsecrationes Pontificum esse purgãdos,quia hoc faciũt, dicit BEDA.muneribus & donariis,quæ ipsi obtulerunt dño,& sanctificauerunt,dicente putà presbytero:Hæc † dona hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata,& consequenter. Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ,quam ad purgationem plenam familiæ Christianæ commemorans,ipsam eandem oblationem properat consummare, resumens quod dixerit: Quam oblationem tu Deus quæsumus in omnibus benedictã,ratam, rationabilem. Hanc precem canonis exponit quarta parte sermonum, sermone qui incipit, Veritas quæ est Christus.Et habetur in decretis de consecratione,distinct.2.cap.utrum sub figura. AVGVS. Hãc oblationem Benedictam, per quã benedicamur:Ascriptam, per quam omnes in cœlo conscribamur:Ratam, per quã in uisceribus Christi censeamur: Rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur. Acceptabilẽ, ut qui nobis displiceamus,per hãc acceptabiles unico Dei filio simus.Hæc ille.AVCTOR. Et ne ista pensentur, ut leuia & edita uerba humanitus, AMBROS.notans illa,dicit ea cœlestia,lib.4. de sacramentis. Vis scire,q̃ cœlestibus uerbis consecratur?accipe quæ sunt uerba,dicit sacerdos.Fac nobis oblationem ascriptam,ratam,rationabilem,acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Hæc ille. AVCT. Iam bene & apertè dicit figuram corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, quia nondum rem,sed statim futurum rem, qualiter Dionysius suprà dicit, superposita diuino altari uenerabilia symbola,per quæ Christus significatur,& participatur. Symbola dicit signa panis & uini,quæ ante consecrationem sunt,uel quæ post consecrationem,Christum præsentem significant suo sacramento. Vnde ibi in commẽ IOLINCOLIEN.Forma†enim,& species sẽsibilis panis & uini,maxime post consecrationẽ transubstantiatorum in Christi uerum corpus, & uerum sanguinem quibus inest inseparabiliter ab eius incarnatiõe diuinitas,significat Christũ uerũ panẽ,& uerum potum,id est,ueram nostram refectionem spiritalem Christum,qui uerè est sub illa forma, & specie sensibili panis & uini, & in sensibili assumptione sensibilis sacramẽti uere participes efficimur domino nostro Iesu Christo, Significat etiam hoc sensibile sacramentum corpus eius mysticum,hoc est,unitatem fidelium,qui omnes in Christo per fidem & charitatem ei uniti sunt unum in Christo,& christus in ipsis esse dicitur. Cui cum uerè unimur,per eucharistiæ communionem coniugamur, uelut sub eodem iugo cum ipso effecti.Hæc ille. AVCTOR. Vbi iam sunt qui dicunt Gelasium Papam totum composuisse canonem,addentes principaliter? hucusque nõ potui de probabili reperire quid fecerit: quia omnia ab anteriore longè deduximus: & hanc precem(teste Leone)edidit sanctus Petrus.Et idem libro suo de corpore & sanguine domini,in calce.3.lib.Ecce habes.PASCHAS. Respice in sacramentorum libro instituẽte beato Petro (ut credimus)quid orat sacerdos in Canone, exceptis his,quæ post communionem dicuntur. At fiat (inquit) corpus & sanguis dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi.Qua prece expleta, consona uoce omnes,Amen dicimus: sicque omnis ecclesia in omni gente,& lingua confitetur,& orat.AVCT. Apostolicis igitur institutis nimium resultabit, qui quod apostoli omni ecclesiæ omnis gentis & linguæ orandum indixerant,inde audebit eiicere.Procedit ulterius diuinus sacerdos, & dicit, uerba tantùm assumens euangelij,Qui pridie†quàm paterctur, accepit panem.De quo,lib.4. de sacramentis. AMBR. Qui pridie quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem,respexit ad cœlũ, ad te sancte pater omnipotens æterne Deus gratias agẽs benedixit,& fregit,fractumque apostolis,& discipulis suis tradidit, dicens, Accipite, & edite ex hoc omnes:hoc est enim corpus meũ, quod pro multis confringetur. Similiter & postq̃ cœnatum est pridie quàm pateretur, accepit calicem,respexit ad cœlum,ad te sancte pater omnipotens æterne Deus,gratias agens,benedixit, apostolis discipulisque suis tradidit,dicens: Accipite,& bibite ex eo omnes, Hic est sanguis meus, &c. Vnde omnia illa uerba euangelistæ sunt usque ad,accipite,siue, corpus siue sanguinem. Inde uerba Christi sunt, Accipite,& bibite ex eo omnes, Hic est sanguis meus. Vide & singula. Qui pridie(inquit)quàm paretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequàm†cõsecretur, panis est:ubi autẽ uerba Christi accesserint corpus est Christi.Hæc ille AVCTOR. Quanta sollicitudine beatus Ambro. hanc consecratoriam precem huc & illuc uerba resoluẽs, & sacerdotis eam aptans & exponens officio, quæ sunt interea euangelistarum uerba, quæ itẽ dominica efficientia sacramentum seorsum distribuit,& signanter discernit. Hanc item precẽ concludens dicit,antequam consecretur, panis est:ubi autem uerba Christi accesserint, corpus est Christi. Quomodo†corpus si tantum in figura hoc erat ante consecrationis uerba?quare nõ æquè cum pane propositionis Iudæorum?Idem Ambrosius dicit iam suprà,fac nobis hanc oblationem ascriptam,ratam,quod est figura corporis & sanguinis domini.Hoc & Dionysius cum expo-

Hæc dona. 3 *Augustin.* *Amb.To.4* 4 *Eucharistia quæ cõsecratio.* 5 6 7 *Pascasius.* *Remigius.* *Qui prius dicebat cap.5.* *Corpus Christi non consecratum nõ potuit.* *Contra Wiclef & Lutherum.*

expositione Lincolien.Iam ergo corpus Christi est,non panis in essentia.Hanc eandem precem ab exordio ad consecrationis effectum ex traditione Christi & apostolorum beatus assumpsit Paulus cum tota ecclesia,dicit enim, Ego enim accepi à domino,quod & tradidi uobis quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,& gratias agens,fregit,& dixit. Vnde li. de officio missæ. REMIG. Hoc aũt, quod sequitur:Qui pridie q̃ pateretur &c.usque in meã cõmemorationẽ,apostoli in usu habuerunt post domini ascensionem.Vnde ergo ecclesia iugem sui memoriam redemptoris celebrat,ipse dominus apostolis,& apostoli generaliter omni ecclesiæ tradiderunt in his uerbis sanctis prædictis, sine quibus nulla lingua,nulla regio,nulla ciuitas, id est, nulla pars ecclesiæ potest conficere hoc sacramentum,ut apostolis manifestat,dicens,Ego enim accepi à Domino,quod & tradidi uobis:quoniam & dominus in hac nocte, qua tradebatur, accepit panẽ in sanctas ac uenerabiles manus suas. Christi ergo uirtute, & uerbis,iste panis,& calix ab initio consecratus est,& semp consecratur, & consecrabitur. Hæc ille. AVCT. Si ergo sine hac præce, sicut consonanter iam ait Paschasius,nulla gens, aut lingua,id est, nulla pars ecclesiæ potest conficere sacramentũ,qualiter conficiunt Thaboritæ Pragenses,uel Orphani,si illud euangelij Ioãnis, Ante diem festum paschæ,ut fertur,in suæ missæ tantum complementum & consecrationis assumant. Vbi de consecrationis historia nihil profertur. Non leuiter eos credo delirare tantisper. Vnde ordinẽ huius præcis cum Ambrosio ponderans. AVGVST. sermone dicto quarte partis: Veritas quæ est Christus,ait,Reliqua omnia,quæ sacerdos dicit,aut clerus canit,nil aliud,quàm laudes, & gratiarum actiones sunt aut certè obsecrationes fidelium,petitiones,postulationes. Vnde & sacerdos prius assumens euangeliorum uerba, dicit, Qui pridie quàm pateretur &c.usque,dedit discipulis suis dicens, Accipite & manducate ex eo omnes &c.usque,meum. In his uerbis creatur corpus Christi,Deinde in uerbis Christi dicentis:Accipite & bibite ex eo omnes &c. usque ad,facietis, sanguis Christi Dei nostri efficitur. Hæc ille. AVCT. Ecce Augustinus non dedignatur recolere huius præcis, quam dicit sibi sacerdotem assumere primò in uerbis euangelistarum,donec sequantur uerba Christi,in quibus consecrantur corpus Christi, & sanguis, & punctim notant in mysterijs tenda quæ fecit Christus. Quòd Christus elauatis oculis in cælũ ad Deum patrem gratias egit:ita sacerdos eleuatis oculis ad cælum gratias aget. Gratiarum actiones sunt,quas sacerdos citra obsecrationes, quæ ante secundam præcem erant,edixit. Vnde in hunc locum THEOPH Benedicens, fregit,id est,gratias agens fregit: quod & nos facimus,orationes superaddentes. Hæc ille. AVCT. Orationes superaddentes dicit, pro gratiarum actione,qua sancti patres iam dixerãt, Quã oblationem tu Deus. & Hanc igitur oblationẽ. Triplici enim ex cã Christus gratias egit priusquàm consecrauit,ut ait in hunc locum Matthæi opere perfecto homilia.82. CHRYS. Gratias† agit, docens nos qualiter oportet hoc mysterium perficere, monstrans quoniam uolens ad passionem uenit,& erudiens nos quæcunque patimur,cum gratiarum actione ferre.Hæc ille. AVC. Secundum primam causam ergo oportet gratias agere benedicentes in missis, quia hoc docuit Christus, ut nos in mysteriis faceremus. Secundò intelligere debemus, q̃ Christus uolũtariè passus est.Et tertiò patientes iniurias, benignè ferentes,gratias agamus. Vnde libr.2. Moralium,& assumit in expositione RABAN. Cum appropinquare passioni dicitur, accepto pane,& calice,gratias egisse perhibetur. Gratias itaq̃ egit,qui flagella alienæ iniquitatis suscepit: & qui nil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit, ut uidelicet hinc ostendat, ut unusquisque in flagello culpæ propriæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ,ut hinc ostendat,quid in correptione faciat subditus,si flagella patiẽs unigenitus patri gratias agit æqualis. Hæc ille. AVC. Hanc autem benedictionem cum gratiarum actione,quam sacerdos prosequitur,dicens,Benedixit, fregit, deditque discipulis suis, signanter notat in ritibus sacerdotis. cap. 3. DION. Laudans autem, & uenerabilem ipsarum & intelligibilem speculationem, & intelligibilibus oculis, inspiciens ad symbolicam ipsarum sacrificationem uenit, & hoc Deo tranden te(ibi ex græco) hoc est panem & calicem benedicens. LINCO. Diuinarum operationum sacrificationem,id est,ad sacrificationem panis & calicis ipsos benedicens, & in corpus & sanguinem Christi conuertens, & hoc deo tradente,id est, sicut Deus tradidit, & fieri præcepit. Ipsa autem sacrificatio panis, & calicis, symbolum est diuinissimarum operationum, quas fecit dominus, corpus suum, & sanguinem ex pane, & calice conficiens. Hæc ille. AVCT. Ponuntur uerba illa superexcellentis diuinæ auctoritatis, alta mentis deuotione præueneranda promulgantur, & semper effectrix Christi sententia, Hoc est enim corpus meum. Et † simili modo postea quàm cœnatum est,accipiẽs & hunc præclarum calicem,usque ibi, in remissionem peccatorũ. De quo homilia iam dicta.

Aug.To.x. 8 9 *Theophylus.* *Gratias cur egerit Christus.* *Rabanus.* *Dionysius.* *Et simili modo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chr. To.2

82. CHRYS. Rursus dicit mortis causam: q pro multis effundetur in remissionem, & ait, hoc facite in meam commemorationem. Videtis qualiter ammonet à Iudaicis consuetudinibus: quemadmodum illud faciebatis ait, in remissionem sanguinis pecorum fusi ad salutem eorum, qui fuerunt in Aegypto, ita & hoc facite in meam commemorationem. Illud sanguinis sacrificium effusum est in salutem *progenitorum, hoc est, in remissionem peccatorum uniuersi orbis terrarum. Hic sanguis meus, ait, qui effundetur in remissionem peccatorum. Hoc autem dicebat, & simul ostendens quoniam mysterium est passio & crux, & propter hoc rursus deprecans discipulis: Et quemadmodum Moyses de agno paschali, ait, Hoc memoriale erit uobis æternum, ita & ipse ait, in meam commemorationem. Hæc ille. AVCTOR. Dat Chrysostomus differentias & conuenientias traditionis Christi calicis & antiqui sanguinis pecorum uterque dicit, In memoriam. Sed ille, id est Moyses dicit, in memoriam sanguinis pecorum effusi in salutem primogenitorum, iste in memoriá B passionis Christi: & ideo, ut dicit, cõiunxit eam Christus mysteriis, & officio missæ nostræ. Sed

*primogenitorũ.

10 †hic habet mos ecclesiæ exaltare sacrificiũ sanctum, ut in alto prospiciatur à populo, sicut Aaron & filij eius leuauerunt panes cum colliridà & lagano ositos super adem & armum dextrum, sic & pectusculum leuabatur coram domino. Leuit. 8. Sanguis item typicus probatur in utroque poste & superliminari domus. Et de

Hostiæ exaltande & leuande ratio. Leuit. 8.

Io 3 hoc ipse dicit Christus. Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Non in ara crucis semel tantum, sed in altari quotidie, ut omnis qui credit in ipsum nõ pereat, sed habeat uitam æternam. Et ab apostolis manauit hic modus, ut in aspectu populi hostia leuaretur: sed hoc loco canonis id non plenè cognoscо. Vnde prædicto c. 3. DIONYSI. Sacrifica diuinissima, & sub usum ducit. Laudata eadem duce sub usum per sacrè proposita C symbola. Non enim corpus & sanguis domini in suis essentiis ibidem sub usum ducuntur corporeum, sed per species panis & uini. Hæc ille.

Diony.

11 AVCTOR. Perspicuè † ergo manifestat Dionysius corpus Christi posse uideri oculo corporali, cùm leuatur manibus sacerdotis, non secũdùm suam essentiã, sed per symbola, id est, sensibiles species panis & uini, ut Lincolien. exponit in quinto libro. Ad quæstionem additâ Witeleff respondit. Hæ tamen species nec subiectis prioribus in sunt, nec corpus Christi afficiunt. Nec ideo minus corpus Christi uisibile ibi redA tamen plus ab illis speciebus uisibilibus in natura distabat, quàm corpus Christi ab accidentibus separatis. Vnde libr. 2. contra Maximinum uersus finem. AVGVSTINVM. Quapropter uerum esse agnosce, quod dixi diuinitatem non per substantiam suam, in qua inuisibilis est, sed per creaturam sibi subiectam mortalium oculis apparuisse cùm uoluit. Non itaque sicut accipere uel accipi uerba mea uoluisti, ego diuinitatẽ sic patris ostendisse dixi tanquam eam uoluerim credi uisibilem, quam prius inuisibilem dixeram esse, sed dixi, quando se patribus diuinitas ostendebat, per subiectam creaturam se uisibilẽ demonstrabat. Sequitur. Ego diuinitatem patris & filij & spiritus sancti in sua natura atque substantia mortalibus oculis inuisibilem dico. Eam uerò in formas uisibiles *uertere absit ut dicam, quia & immutabilem dico: restat ergo, ut aspectibus humanis quando se ostendit ut uoluit, per subiectam hoc fecisse intelligatur creaturam, quæ potest oculis apparere mortalibus. Hæc ille. AVCTOR. Probat Augustinus diuinitatem B patris inuisibilem oculis mortalibus secundum diuinam substantiam & naturam: apparuisse tamen eis uisibilem inuisibilibus formis & creatu

Corpus Christi sub speciebus uidetur. Aug. Lib.

*Vertit.

12 ris subiectis, ita, † ut denominationẽ famosam ab illis formis acciperet ut ambulans diceretur, aut loquens uocaliter, sicut dici potest, quòd ille, qui ad auram post meridiem pedibus ambulauit, & uocalitet interrogauit, Adã ubi es? erat Deus pater, nec tamen Deus pater erat pedatus alicubi, uel uocalis. Sic illud album & rotundũ, leuatum & usum mortalibus oculis est corpus Christi: nec tamen corpus est ibi album, nec rotundum, nec panis hæreticus. Et hoc est quod Lincoli. eodem commento subiungit de mente Dionysij. LINCOL. Illæ sensibiles formæ nõ habent alias substãtias ipsas in esse tunc supportantes. Non enim est tunc sub forma panis & uini materialis substantia panis aut uini. Nec tamen sunt illæ formæ sensibiles in corpore & sanguine Christi, ut in subiectis ab eis denominatis. Non enim à sensibili albedine ibi uisa denominatur corpus Christi album, aut à rotunditate rotundum, aut à longitudine digitali digitale, & sic de aliis formis. Hæc ille.

Deus non uidetur.

¶DE PRAECE, VNDE ET MEMORES, Supra quæ propitio, Supplices te rogamus. Cap. XXXIX.

SVMMA.

1 *Vnde & memores &c.*
2 *Memoriæ panis cælestis figura.*
3 *Sacramentum dominici corporis, quòd non sit cõmunis*

munis cibus, sed sanctum sanctorum &c.
4 *Te petimus.* ET *supplices te rogamus &c.*
5 *Oblationes trium patrum, Abel, Abrahæ, & melchisedech, quomodo erant figuræ sacræ Christi eucharistiæ.*
6 *Angeli quòd missæ semper adsistant.*
7 *Sanctum sanctorum Christus, & altare, Christi corpus hostia, Christus ipse sacerdos æternus.*
8 *Benedictio omnis quòd sit a Christo.*
9 *Crucis signum quòd sit memoriæ mandandum.*

Vnde & memores.

1 VNde † & memores domine Deus. Ab apostolico instituto sub ungit sacerdos quasi humiliter excusans se, quod ad tantum complendum sacrificiũ sit ausus assurgere: tu iussisti ista facere in commemorationem tui, unde & memores ista compleuimus. DION. Religiosè simul, & Hierarchicè post sacras diuinarum operationum laudes B pro ea quæ supra ipsum est sacrificatione excusat, post sacre ad ipsum clamans tu dixisti: facite in meam commemorationem. Hæc ille. AVC. In qua quidem commemoratione amplissima supplicatio continetur, quam tenuiter exhibebant panes figurales, eo quod sit panis cælestis, non terrenus, in quo nostra commemoratio terminatur. Hinc li. 12. Leui. sub textu. Erunt * panes in commemorationem appositi domino

Dion.

*Panes

Leu. 23
Hom. 13
Orig. To. 1.
Memoriæ panis cælestis figura.

2 ORIG. Secundum † ea, quæ scripta sunt in 12. panibus, 12. tribuum Israel uidetur commemoratio ante Dominum fieri, & præceptum dari, ut sine cessatione duodecim panes in conspectu Domini proponãtur, ut & memoria duodecim tribuum Israel apud eum semper habeatur, quo ueluti exoratio quædam, & supplicatio per hæc pro singulis fieri debeat, sed parua satis & tenuis est huiusmodi intercessio. Quantum enim profi cit ad repropitiandum, ubi unicuiusque tribus per panem fructus opera consideranda sunt, sed C si referantur ad mysterii magnitudinem, inueniẽs commemorationem istam ingentis habere repropitiationis effectum: si redeas ad illum panẽ, qui de cælo descendit, & dat huic mundo uitam, inuenies illum panem *propitiationis quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine Christi. Et si respicias illam commemoratio 3 nem, de qua dixit dominus: Hoc facite in meam commemorationem, inuenies quòd ista commemoratio sola sit, quæ propitium faciat hominibus Deum. Si ergo intentius ecclesiastica mysteria recorderis, in his, quæ lex scripsit, futuræ ueritatis imaginem inuenies præformatam. Hæc ille. AVCTOR. Radicem huius commemorationis & effectum hic senex doctor aperuit, ut si

*præpositionis Mat. 26

A cut in esu illo duodecim panum commemoratio pro duodecim tribubus fiebat in lege: ita Christo iubente unus panis corporis sui commemorationem suæ faceret passionis, & propitiationem pro uno grege unius pastoris, & hæc (inquit) ecclesiastica mysteria recordantur. Quando nisi cum Christo iubente: Hoc facite in meã commemorationem ecclesiasticum officium in mysteriis prosequetur? Vnde & memores, tàm beatæ passionis domini nostri Iesu Christi, necnon & ab inferis resurrectionis. Sed in quo pane sit ista commemoratio? Origenes dixit panes propositionis Iudaicæ tenuiter supplicasse, sed si referantur ad mysterii magnitudinem, ad panem, qui de cœlo descendit, quem Deus propitiatorem posuit in sanguine eius, & pro illo respicias commemorationem illam, de qua dixit dominus: Hoc facite in meã commemorationẽ, & intentius illum requiras panem, & eius commemorationem inter ecclesiastica missæ officia ibi inuenies ueritatem, cuius lex præformauit solam imaginem, uel figurã. O sacratissima & beatissima hostia Christi carnis passæ, & nostris officiis memoratæ. Quàm amplam distinctionem inuenit iste antiquus doctor inter panes propositionis & panem huius hostiæ, panem corporis consecrati. Illos dixit imagines istum figurantes hunc ueritatem præformatam eisdem. Illos tenues in effectu, hunc habere ingentis repropitiationis effectum: illum panem fructus leuiter nominat, istum panem, qui de cælo descendit. Plane ergo non panem fructus figurantem imaginem, non leuem panem, nec cibum communem Qua in re seipsum declarat apertius ibidem in fine *libri ORIG. Simili etiam modo tibi lex *homeliæ ista proponitur: ut cum accipis panem mysticum, in loco mundo manduces eum, hoc est, ne in anima contaminata, & peccatis polluta dominici corporis sacramentum percipias. Quicunque enim manducauerit panem, & bi- 1. cor. 11 B berit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Sequitur. Sancta enim sanctorum sunt. Vides quomodo non dixit sancta tantummodo, sed sancta sanctorum sunt, ac si diceret, Cibus iste sanctus non est communis omnium, nec cuiusque indigni, sed sanctorum est. Hæc ille. AVCTOR. 3 Ecce † sacramentum dominici corporis non est communis cibus, sed est sanctum sanctorum, cuius passionem simul & resurrectionem in sancta prece mysteriis recordamur, facto sanctarum fœminarum admoniti, de quibus dixit Lucas: & recordatæ sunt uerborum eius. In quem locum libro sexto super Lucam capitulo octauo. BEDA. Mulieres, quæ in mo Lu. 24 Beda numento domini stantes, uerborum, quæ de

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua dispensatione præfatus est, recordantur, sor A mam nobis præbebant, ut inter ipsa dominicæ passionis mysteria celebranda non solum eiusdem passionis, sed & ab inferis resurrectionis, necnon & in cælos glorioſæ ascensionis digna semper ueneratione recordemur. Hæc ille. Avc. Hanc esse sanctissimam precem missæ in suis ter minis cum terminorum rõne fundauit. Et li. 4. de sacramentis AMBR. Quantum sit sacramen tum cognosce, uide quid dicat, Quotiensçunq; feceritis hoc, totiens commemorationem mei facietis, donec iterum ueniam. Et sacerdos dixit. Ergo memores eius glorioſissimæ passionis & ab inferis resurrectionis, & in cælum ascensio nis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hũc panem sanctum, & calicem uitæ æternæ. Hæc il le. AVCTOR Ecce hanc quasi responsoriam pre cem adiunxit Ambrosius mandatoriæ Christi sẽ tentiæ ad ecclesiam, Hæc quotiensçunque fece ritis: & statim submittit precem sacerdotis huic annexam. Supra quæ propitio ac sereno uultu re B spicere digneris, & accepta habere, sicuti acce pta habere dignatus es &c. Vbi AMBRO. Te † petimus, & precamur, ut hanc oblationem su scipias in sublimi altari tuo per manus angelorũ tuorum, sicut susçipere dignatus es munera pue ri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quòd tibi obtulit sacerdos tuus sum- mus Melchisedech. AVCTOR. Horum† trium patrum oblationes figuræ erant expressiores to to tempore naturæ, sacræ Christi eucharistiæ, dũ duo primi, qui uiuam carnem tertio. s. Melchise dech copulantur, qui speciem panis sacrificauit & uini: sicut in hoc altari terrestri uiuã agni car nem & sanguinem in panis & uini latentem spe cie immolamus, & deinceps oramus, ut nostra huius altaris mysteria in sancto sublimi recipiã tur altari. Supplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti angeli in sublime altare &c. Vnde in sermone quartæ C partis de corpore domini, qui incipit, Veritas q̃ est Christus, & recitatur de conse. dist. 2. cap. V- trem sub figura. AVG. Sacerdos dixit, iube hæc perferri per manus sancti angeli in sublime alta re in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid ea illuc perferenda deposcit, nisi ut intelligatur, quòd ista sunt in Christi sacerdotio? Ipse est sa cerdos, & sacrificium, quo quotidie interpellan te pro nobis ab altari eius deus pater susçipit cõ secratam cum passione hostiã passionis. Velut scripsit Homil. 7. in Leuit. ORIG. Quomodo po test iste, qui accedit ad altare, ut repropitiet me esse in lætitia, ad quem onus peccatorum meorũ semper ascendit? Et infrà. Neque. n. putandum est, q̃ Paulus quidem lugeat pro peccatoribus, & fleat pro delinquentibus, dominus autẽ meus Iesus abstineat a fletu cum accedit ad patrem, cũ assistit ad altare, & propitiationem pro nobis offert. Et hoc est accedentem ad altare non bi bere uinum lætitiæ, quia adhuc peccatorum no strorum amaritudines patitur. Hæc ille. AVCT: Hoc est iube per hæc ferri in sublime altare tuũ scilicet per manus angeli tui sancti, commemo rat angelum illum in celebratione, quem Lucas dixit confortasse Christum in passione, ut adsiste re non dubitemus illos altaris sancti mysteriis, quos astitisse legimus ad sepulchri iuges excu bias. Vnde li. 6. super Lucam. ca. 8. BEDA. Quo modo autem posito in sepulchro corpore Salua toris angeli astitisse leguntur, ita etiam celebran dis eiusdem sacratissimi corporis mysteriis tem pore consecrationis adsistere sunt credendi: mo nente Apostolo mulieres in ecclesia uelamen ha bere propter angelos. Hæc ille. AVCTOR. Et sicut petit oratio, ipsorum est offerre quod petimus, aut meremur in conspectu maiestatis diuinæ. Vnde * lib. 9. super Leuiticum ORIG. Stat ergo etiam nunc uerus pontifex Christus, & repleri uult manus suas incenso composito mi nuto: & ab unaquaque ecclesia, quæ sub cælo est, considerat ut offeratur quàm integre incensum suum, diligenterquè componat quàm minutum id faciat, id est, quomodo unusquisque nostrum opera sua ordinet, quomodo sensum ac uerba scripturarum spirituali explanatione discutiat: nec † angelorum efficia ab huiusmodi officiis desunt. Angeli enim Dei ascendunt, & descen dunt ad filium hominis, perquirunt, & curioſe agunt quid in unoquoque nostrum inueniãt qđ offerant Deo. Vident, & perscrutantur uniusçu iusque nostrum mentem, si habet aliquid, aut co gitat, quod Deo mereatur offerri: intuentur, & considerant, siquis nostrum ex his, quæ dicuntur in ecclesia, corde compungitur, & animum con uertit ad pœnitentiam: si his auditis corrigere cogitet uias suas, & obliuiſci præterita, ac præpa rare se ad futura. Hæc ille. AVCTOR. Vides quomodo angeli sunt parati ad perferẽdum om nia uota nostra, omnia piè facta, & sanctos affe ctus nostros in sublime altare Dei in conspe- ctum diuinæ maiestatis: quantò magis diuina sa crificia corporis & sanguinis saluatoris, cuius tunc in obsequium speciale deseruiunt? quam uis unus sit præcipue deputatus, & idem tamen ad nostram tutelam mandato eiusdem saluato- ris expositus, quemadmodum angelus, qui Chri stum in agonia confortauit, apostolos cum dor mirent, intuitionem acceperat. De quo li. 10. de trini. circa medium HILAR. Subiecit nobis Lu- cas post multam domini precem, angelũ astitis- se cõfortantem eũ, quo assistente, prolixius ora-

re cœpit, ita ut guttis sanguinis corporis sudor A defluere. Misso. n. ad tuitionem apostolorũ an gelo & p eum confortato dño, ne pro his tristis esset, iam sine tristitiæ metu existens, ait, Dormi te, & requiescite. Hæc ille. AVCTO. Non relin quit nos orphanos pater noster Christus, sed p- prium angelum, qui ad mysterium corporis sui iam uenit, ad nos dimittit: ut per eum repropi- tiationis munera, & uota sanctarum mentium nostrarum domino mandemus: non celebran tium tantũ, sed & participantium ore uel mente ita ut quotquot ex altaris participatione sacro- sanctum filii Dei corpus & sanguinem sumpse rimus. Sic. n. super altaris cornua precabatur Aa ron, ut placaret Dominum pro peccato totius populi in sanguine testamenti. Vnde lib. 4. de ta bernaculo ca. 21. BEDA. Super cornua altaris de precatur Aaron in sanguine, qui oblatus est pro peccato, & placat super eo, quando rogantes pro populo Dei, uel sua ignorantia sacerdotes B ipsorum, per unigenitum filium eius sese adiu uandos, & per sacramentum passionis illius sal uandos esse confidunt, monente Apostolo, ac dicente, Per ipsum quoque offeramus hostiam laudis, semper Deo, id est, fructum labiorum cõ fitentium nomini eius. Quod intelligitur de om 1 nibus etiam electis membris uidelicet summi sa 2 cerdotis, qui in spiritu, & ueritate orant patrem Cui† autem melius, quam huic altari conuenit 7 quod dicitur, sanctum sanctorum erit domino 3 de quo in mundo nascituro dixit uirgini matri eius archangelus. Spiritus sanctus superueniet 4 in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quod. n. ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. 5 Hæc ille. AVCTOR. Christus ergo in humana persona altare est, Christi corpus hostia est, 6 Christus ipse sacerdos est æternus. Ad ipsum er 7 go congruè transmittit temporalis sacerdos p C eius uernaculum angelum corpus eius & sangui 8 nem in sublime altare ipsius pro quotquot parti 9 cipantibus sacramentum passionis ex hoc altari in basso credentibus & orantibus hac se partici patione saluandos, ut omni benedictione cæle sti & gratia repleantur. Hoc tractum ab institu- 10 tione apostoli Ephesi. primo. Qui benedixit nos 11 in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu. Vbi in expositione AMBROS. 2 Adesi† non mundana sed cælesti benedictione, 8 neque corruptibili, sed æterna: quia gloria Chri stianorum non in terra, sed in cælo est in Iesu 1 Christo: omne enim donum gratiæ Dei in Chri sto est: ut si quis spreto Christo, benedici se à do mino putet, errare se sciat. Hæc ille. Av- CTOR. Omnino † autem recordetur sacerdos 9 signi crucis, cùm corpus Christi benedicit, & san guinem: quia corpus crucifixum, & sanguinem de cruce fluentem hac celebritate præcellenter recolimus. Et demum utriusque uirtutem trans- feramus p signum crucis in nos cum petimus omni benedictione & gratia cælesti repleri: illa benedicimus dignis laudibus extollentes, nobis petimus Deus benedicat. Idem ibidem AMBRO. Aliter benedicitur Deus, & aliter homines. Vnum si quidem benedictionis genus non est, sed pro merito personæ debet intelligi. Nam & facere Deus dicitur, & homines faciunt, sed nu tu solo Deus impassibiliter facit: homines autẽ manu, conatu, labore, sudore efficiunt. Deus er go benedicitur cum laudibus dignis extollitur, homines autem sic benedicit Deus, ut donũ gra tiæ suæ eis impertiatur.

¶DE MEMENTO PRO DEFVNctis. Nobis quoque peccatoribus. Per quem hæc omnia. ut terminetur ca- non cum oratione dominica. Capit. XL.

SVMMA.

Memento etiam domine &c. pro defunctis.
Incensum quomodo habeat oblationis typum & commemoratio ipsa thuribuli, & oratio terna respondet.
Defuncti quòd sint suffragiorum capaces contra Witeleff.
Defunctorum in missa memoria, q. fuerit ab apostolis instituta.
Augustinus quid dicat de Monica eius matre. Et quomodo faciat contra Witeleff.
Auctoris parentes recensentur.
Nobis quoque. Et partem aliquam. &c. quare dicantur in missa a sacerdote.
Martyres qui & confessores.
Martyrum Christi memoriam quotidianam quomodo in celebratione missæ habebant antiqui patres quidam sic, quidam uerò sic, &c.
Defuncti, quòd membra sint ecclesiæ.
Lætitia Christi plena in consummatione beatorum.
Intra quorum nos &c. & per quem &c. Canonis particulæ.

MEMENTO † etiam domine famulorum famularumque tuarum. Reminiscitur sacrificans, dicens etiã pec hæc eadem uerba orasse se deum ante consecrationis officiũ, sed tunc pro uiuis, nũc pro mortuis: ita, ut supra dixeram, Christus sacerdos i corpore cõsecrato iter uiuos & mor

Universidad de Deusto. Biblioteca

tuos medius collocetur, quia & semetipsum in eodem sacrificio constituit medium, dum penderet in cruce, uiuorum præponens memoriam dum adhuc corpore uiuens esset: Pater, inquiés ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et statim mortuus, mortuorum uincula reserauit, dicente euangelista, quòd petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Ita quoque Christus mediator noster in sacrificio missæ per æquè distãtiam inter uiuorum & mortuorum memorias medius collocatur, ternas habens orationes hinc usque ad uiuos, ternas item ad mortuos: sicut in eius item figura Aaron sacerdos inter uiuos medius stetit & mortuos, incensum & preces cum thuribulo inferens pro utrisque. Et hic locus eius fixus est a patribus, quem item in serm. 146. 3. partis exprimit AVGVSTINVS. Hoc, inquiens, à patribus traditum uniuersa obseruat ecclesia, ut pro eis, qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, ad ipsum sacrificium suo in loco commemoranter oretur, ac pro illis quoque offerri commemoretur.

2 HÆC ille. AVC. Incensum † ergo oblationis habet typum, & commemoratio ipsa thuribuli, & oratio terna respondet. Et nota bene quo tempore dixerat Augustinus hoc a patribus traditũ, uniuersa obseruat ecclesia. Iam ergo plus mille annis traditio ista sanctorum patrum fuit in ecclesia generalis: & hoc sufficit ad auctoritatem fidelium, quanuis in neutro testamento scripturæ ad liquidum sit compertum, ut habet libro

3 de cura pro mortuis agenda ca. 2. AVG. In † secundo Machabæorum libro legimus oblatum pro mortuis sacrificium: sed si nusquam in scripturis ueteribus omnino legeretur, non parua est uniuersæ ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas. Vbi in precibus sacerdotum quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locũ suum habet etiam commendatio mortuorum.

4 Hæc ille. AVCT. Hanc † orationem pro mortuis in sacrificij tempore statuerunt apostoli. Vnde li. 1. de officiis ca. 18. Isidorus. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, uel orare pro eis, quia per totum hunc orbem custoditur, credimus quod ab ipsis apostolis traditum sit: hoc enim ubiquè catholica tenet ecclesia, q̃ nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus uel eleemosynam faceret, uel sacrificium Deo offerret. Hæc ille. AVG. Dum autem hoc sacrificium offertur, solam hanc orationem pro defunctis fundit ecclesia. Cæteras collectarum more ante sacrificium orat, aut post: sed hora præsentis sacrificii, quo deletum est chirographum, efficacior semper, & Deo acceptior est memoria pro defunctis. Quam beatus August. matri suæ optauit iam in

A Christo defunctæ, & illa feruenter expetiit. Vnde li. 9 confessionum suarum in fine AVGVS. Nãque † illa imminente die resolutionis suæ, nõ cogitauit corpus suum sumptuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrum patrum: nõ ista mandauit nobis, sed tantum memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat. Vnde sciret dispensari uictimam sanctam, qua deletum est chirographum, quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis, computans delicta nostra. Sequitur. Ad cuius pretii nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam uinculo fidei. Nemo a protectione tua disrumpat eam, non se interponat nec ui, nec insidiis leo, & draco. AVCTOR. Moremur paulisper ad ista attentè considerantes: & utinam attenderent Witcleuistæ, quomodo laudat matrem suam sanctus pater, primò, q̃ cunctis spretis, tantummodo postulauit sui memoriam ad altare, quod agit sacerdos, dicẽs, Memento &c. cui (inquit) nullius diei prætermissione seruierat. Non desyderauit ergo hic sanctas

B solennitates missorum esse tollendas: Demum q̃ adiungit, unde sciret dispensari uictimam sanctam, qua deletum est chirographũ, non dixit panem sacramentum illius uictimæ, sed uictimam sacrm, & rem: unde subdit, ad cuius pretii sacramẽtum ligauit animam suam uinculo fidei. Nemo dicet ligasse animam ad panem putribilem. Sequitur. AVG. Inspira domine deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filiis tuis dominis meis, quibus uoce, & corde, & literis seruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc uitam, & quem admodum nescio. Meminerint cum affectu primò parentum meorum in hac luce transitoria, & fratrum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu usque ad reditum

C ut quod à me illa popposcit extremum, uberius ei præstetur in multorum orationibus tãm per confessiones, quãm per orationes meas. Hæc ille. AVCTOR. Quis expressius docet nos ecclesiasticam precem? quis deuotius eidem parentum animas nominatim immittit Patricium & Monicam? orans & instans apud Deum, ut meminerint ad altare Dei: ut meminerint omnes, ideſt, cum Memento protulerint, & hoc eis, quibus his literis inseruit, lectoribus earum inspiretur. Ergo Patricij optans inspirari diuinitus, ogo Deum, ut & Monicæ non meminisse non possim, cum ad altare eius carnem suam sacrificatu rus accedam. Cuius itẽ hortatu, ego † audax

fio pro meis, quamuis meritis impar, ad Dominum eandem orationẽ formare, dicendo, inspira seruis tuis fratribus meis, & filiis tuis dominis meis, quibus his literis exilibus seruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Ioannis & Matildis parẽtum meorum, per quorum carnem introduxisti me in hanc uitam, & deinceps legis tuæ docebas apicibus hac forma passim honorare parentes. Sic ad altaris cornu etiam nominatis fidelibus orandus est Deus, & 8 per eorum merita uera ad propitiationem trahendus hoc modo, Qui nos præcesserunt cum signo fidei, aut quorum tibi fides cognita est, aut nota deuotio. Imò uerius ipse ad sic nos orandũ trahit, & excitat, qui ad cornu altaris sublimis continuus pro nobis interceſſor existit. De quo super Exodum lib. 11. c. 11. textu, Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine, quod oblatum est pro peccato. BEDA. Deprecatur autem super cornua, quia & ip B se non solum inter homines cõuersatus, pro hominibus orauit, uerum etiam nunc ad dexteram patris in cœlestibus sedens, interpellat pro nobis, & in cordibus electorum per fidem inhabitans, dum eos ad prædicandum excitat, rectè ipse deprecari narratur. Deprecatur autem Aaron super cornua altaris, cum electos suos patri dominus per memoriam earum quas fecere uirtutum commendat. Denique quasi cornua tangẽs altaris aurei de deuotione discipulorum loquitur, Quos dedisti mihi, de mundo erant, & mihi eos dedisti, & sermonem meum seruauerunt.

Et deprecans adiecit, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi, quia 7 tui sunt. Hæc ille. AVCTOR. Quo † facto à memoria miserorum, sicut ante consecrationem fecerat, ascendit ad memoriam beatorum, dicens, Nobis quoque peccatoribus famulis tuis. Sed in conspectu tanti sacrificij cùm peccata commorat, horrore compunctus, pectus tundit. Vn de sermone de pœnitentia. j. parte sermonum, qui incipit, Quàm sit utilis. AVGVS. Simul omnia congregata uastant: quæ uiua sunt necãt, aut nostrum decus exterminant, ut ab illius sponsi speciosi præ filiis hominum castissimis amplexibus separent: nisi quotidie medicamento quodã pœnitentiæ deficcentur, quod si falsum est, unde quotidie tundimus pectora? quod nos quoque antistites ad altare assistentes cum omnibus faci mus. Hæc ille. AVCTOR. Partem aliquã, & societatem donare digneris cum sanctis tuis apostolis, & martyribus, cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba. Iam ne solus intret rex noster domum suam & supernam Hierusalem, conuocandi sunt Hierusalem sancti, & omnis populus etiã peccatorum hortandus, ut conueniat, sicut. 2.

A Reg. 19. scribitur. Sermo omnis Israel uenerat ad regem, ut reducerent eum in domum eius. Et infrà. Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes Cur uenitis nouissimi ad ducendum regem in domum suam? deſt in templum: quia templum Dei sanctum est, quod estis uos. Maiores uerò natu Iuda inter tribus alias requiruntur, quia Iudas confessio interpretatur: & hi primi regem comitantur in domum eius, qui martyrio suo Christi martyrium confitentur. Sic † enim antiquitus confessores dicti sunt, quos iam martyres appellamus. Iuxta illud. Qui me confiteturˢ corã hominibus, confitebor eum coram patre meo. Et hæc est ratio præcipua, quare soli martyres recitantur in canone. Sicut scribit AVGVS. 10. lib. de ciui. dei c. 10. Ideo tantũmodo martyrum animas commemorauit ecclesia, quia ipsi præciuè regnant mortui, qui usque ad mortem pro ueritate certauerunt. Sed accipientes à parte totum, etiam cæteros mortuos intelligimus, pertinentes ad ecclesiam, quod est regnum Christi.

Hæc ille AVCTOR. Ecce soli martyres appellantur, quia ipsi præciuè cum Christo regnant, quanuis non soli, & per figuram à parte totum cæteri omnes sancti mortui citantur in illis. Post quos, uirgines item secundum locum accipiunt. Vnde lib. de sancta uirginitate aliquantum à fine AVGVS. Nisi adsit tentatio, nulla doni huius sit demonstratio, puta martyrij. Hoc autem tam magnum est, ut ipsum fructum cœlestium quidam intelligant. Perhibet enim præclarissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, per quam fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramẽta recitentur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc loco canonis post septem martyres septem fœminæ recitantur, quædam uirgines, omnes autem martyres: sed ratione uirginitatis, aut sexus, martyribus maribus succedunt in canone. Vbi uidere potes, quantum in hoc canone auctoritati ecclesiæ Augustinus incumbit: præclarissimum, inquiés, testimonium perhibet ecclesiastica auctoritas, cum ipse, qui hoc dixit, non infimæ auctoritatis erat in oculis Augustini, Cyprianus scilicet in libro de uirginitate. Sed longè clarior apud Augustinum erat auctoritas ecclesiastici canonis. Sed & de hac memoria, quam in missis suis astiduè tenuit, in epistola, quam scribit ad clerum de Celerino confessore, recolit CYPRI. Veri, & spirituales Dei milites dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas à domino, & coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, quotiens martyrum passiones, & dies, anniuersaria commemoratione celebramus. Hæc ille. AVCT. Pro eis dixit, non tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro eis orando, sed pro eis gratias offerendo laudiferas Deo sacrificat, ut iofrà dicetur de celebritate sanctorum. Hanc† autem memoriã martyrum Christi in celebratione missarum quotidianam habebant antiqui patres: quidam sic, quidam sic, donec prouisione sanctorum redigeretur ad certum: uelut scribũt in epistola ad sanctum Hieronymũ CROMACIVS & THEODOR. episcopi. Religiosissimus imperator Theodosius Augustus Mediolanensium urbem ingressus, uniuersos episcopos Italiæ ad se inuitans, ob causam aliquorum episcoporum, qui ex Ariana fæce suas animas inquinassent, contigit & nostram paruitatem in idem deuenisse Conciliũ: in quo cùm quæ dicenda erãt, dicta essent: & quę definiẽda, definita, cœpit Christianissimus princeps sanctum Gregorium Cordubensis ecclesiæ in eo præferre antistitem, quòd omni die siue ieiunans, siue non ieiunans, matutinas, uesperas, & missas explicans, eorum martyrum, quorum natalitia essent, plurimorum nomina memoraret, factumque est, ut omnes pariter statueremus ad tuam nos scribere sanctitatem, ut famosissimũ feriale de Archiuis sancti Eusebij Cæsareæ Palestinæ sacerdotis inquirens martyrum ad nos dirigas festa, ut possit hoc officium per tuã sanctam industriam meliùs, & perfectiùs celebrari. Hæc ibi. AVCT. Attenta uerborum serie, sciri potest, q̃ prius hæc institutio celebrabatur à multis, quàm seruari cœpit ab omnibus, &, ut suprà deduxi, per Dionysiũ manare posset ab apostolis. Sed hoc sciendum, q̃ ab antiquis etiam hæc regula canonis seruabatur, qui nec regulæ nouerunt historiam. Audite iã inter omnes eminentem Gregorium * libro. 8. regi stri epistola. 27. ad Eulogium Alexandrinum. GREGO. Vtilis est semper docti uiri allocutio, quia aut discit audiens, quod nescire se nouerat, aut cognoscit, quòd est amplius, quòd se nescisse nesciebat. Qua in re ex audientium numero ego nunc factus sum, cui sanctissima uestra beatitudo scribere studuit, & eunctorũ martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt, transmittere debeam: sed hæc neque si collecta sint, neque si sint ante uestræ beatitudinis scripta cognoui. Ago ergo gratias, quia sanctissimæ doctrinæ uestræ scriptis eruditus, cœpi scire quod nesciebã, præter illa, quæ in huius Eusebij libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in archiuis ecclesiæ nostræ, uel in Romanæ urbis bibliothecis esse cognoui, nisi pauca quædam in unius codicis uolumen collecta. Nos autem penè omnium martyrum sanctorum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum ueneratione missarum solennia agimus, non tamen in eodem uolumine quis qualiter sit passus, indicatur, tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur: unde fit, ut multi ex diuersis terris atque prouinciis per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronati: hæc habere uos beatissimos credimus. Hæc ille. AVCT. Seorsum ergo à defunctorum aliorum præce distinctam habent martyres beati, ideo uicinius situantur ad corpus. Vbi enim est corpus, illuc congregantur & aquilæ. Defuncti autem mortui etiam membra sunt, alioquin ibi memorias non haberent. Vnde libro. 20. de ciuitate Dei, cap. 9. AVGVSTI. Neque enim piorum animæ mortuorum separantur ab ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi, alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi. Sequitur. Cur† enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra sunt eius? Quamuis ergo cum suis corporibus nondum sunt, iam tamen eorum animæ regnant cum illo, dum isti mille anni decurrunt. Et infrà, Regnat itaque cũ Christo nunc primum ecclesia in uiuis & mortuis: propterea, sicut dixit apostolus, mortuus est Christus, ut uiuorum & mortuorum dominetur. Hæc ille. AVC. Et quanuis omnia Deo uiuant, benè dictum est, quòd ut mortuorum dominetur, iam regnat cum Christo ecclesia in uiuis & mortuis: ideo utrorumque facta est memoria, ut iã supra dixi, ut per utrosquè ducatur ad regnum. Primò per uiuos ante consecrationẽ, consequente populo beatorum: deinde cum memoriis defunctorum cum chorea martyrum simul & uirginum. Isti uiuentes, ut Christi corpori huius temporis ferãt obsequium: isti mortui, ut per Christi mortem, qui est primitiæ dormiẽtium, uenire possint ad requiem. Isti Christum ducunt ad aram, isti subsequentes ad animam. Illi ad consecrationem, isti ad communionem: utrique ad communicationem, & regni dominici complementum in ecclesia, secundum illud Marci, Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes, Osanna benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid, Osanna in excelsis. Et introiuit Hierosolymam in templum. Corpora enim nostra templum sunt sancti spiritus. Et locum habet illud de uerbis domini sermone. 50. AVGV. In nomine Christi plebs dei estis, plebs catholica estis, membra Christi estis, non estis diuisi ab unitate. Communicatis membris apostolorum, communicatis memoriis sanctorum martyrum diffusorum per orbem terrarum, & partim pertinetis ad curam nostram. Hæc ille. AVCT. Et ut ampliùs aliquid dicam, non Christus perfectè decorus in regno suo, uel lætus, nisi caput commitentur & membra. Vnde Homi. 7. super Leuiticum ORIGE. Habebit lætitiam de hac uita discedens, si fueris sanctus: sed tunc erit plena lætitia cùm tibi nullum membrum corporis deerit. Expectabis enim & tu alios, sicut & ipse expectatus es. Quòd† si tibi, qui membrum es, non uidetur esse perfecta lætitia si aliquod desit membrum, quantò magis Dominus & Saluator noster, qui caput & auctor est totius corporis, nõ sibi perfectum ducit esse lætari, donec aliquod ex membris deesse suo corpori uidetur? Et propterea orationem fortè fundebat ad patrem dicens, Pater sancte, clarifica me illa gloria, quam habui apud te priusquàm mundus esset. Non uult ergo sine te recipere perfectam gloriam suam, hoc est, sine populo suo, qui est corpus eius, uel qui sunt mẽbra eius. Vult enim in isto corpore ecclesiæ suæ, & in istis membris populi sui ipse uelut anima inhabitare, & ut omnes motus, atque omnia opera secundum ipsius habeat uoluntatem: ut uerè compleatur in nobis illud prophetæ dictum, Habito in eis, & in uiis eius ambulabo. Hæc ille. AVCT. Intra† quorum nos consortium non æstimator meriti, sed ueniæ quæsumus largitor admitte. Quam particulam canonis assumit in expositione Psal. 72. uersu, Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion, ait HIERON. Per contemplationem enim spei, quam in Deum habet, sperat se induci in cælestis Hierusalem portas, ad capessendam futuram beatitudinem cum electis suis: in quorum nos consortio non meritis inspector, sed ueniæ largitor admittit. Hæc ille. AVCTOR. Tunc enim communicamus in Christi corpore, si cum electis eius communicaturi simus in lumine per Christum dominum nostrum, Per quem hæc omnia domine semper bona creas. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in unitate sancti spiritus omnis honor & gloria. Hæc Apostolus ad Col. primo. Cum gaudio gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & transtulit in regnum filij. Sequitur. Quia in ipso condita sunt uniuersa in cælis, & in terra: omnia p ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius. Vnde meritò in his apicibus cruce signamus ad gloriam & honorem eius, qui omnia pacificat per sanguinem crucis suæ.

¶ DE ORATIONE DOMINICA cum præfatione post secundùm silentium, & oratione sequente pro pace, & Pax domini, cum pacis osculo, & Agnus Dei, in fine tertij silentij. Cap. XLI.

SVMMA.

1 *Pater noster in missa.*
2 *Oratio dominica, quòd non fuerit instituta dici per Gregorium, sed per apostolos.*
3 *Præceptis salutaribus moniti audemus dicere, uerba posita ante orationem dominicam.*
4 *Oratio dominica, quòd sit quotidie dicenda.*
5 *Panis quòd non maneat post consecrationem, nec panis dicatur, sed corpus appelletur.*
6 *Libera nos à malo ultima orationis dominicæ uerba.*
7 *Pax in diebus nostris. Et Pax domini. &c.*
8 *Fractio specierum panis.*
9 ** Prædicatio tabularum quid sit.*
10 *Osculandi mutuò ritus, unde fluxerit.*
11 *Agnus Dei, & Agni figura.*

AD † finem sancti canonis properamus, ut secundum interrumpens silentium, in quo prolixè orasse Christum Lucas significat, prolixam item orationem canonis, quam dixit suprà Basilius, sacerdos consumet, quasi loco Christi ueniens ad fideles iam secundò, & monens eos uigilare, & instanter orare secundum orationem dominicã, quam & ipse terminat, dicendo, Et ne nos inducas in tentationem: sicut Christus cùm primò ueniisset ad discipulos, Non potuistis una hora uigilare mecum? uigilate & orate, ne intretis in tentationem: in ipso uerbo orationem perficiẽs, ad cuius effectum Christus orare præmonuit, scilicet, ne intrent in tentationem. Quòd† autẽ quidam scriptores dicunt beatum Gregorium primò instituisse orationem istam dominicam in

*Gregorius To. 2. * lib. 7. epi. 29. incipit utilis semper*

Augustin. To. 4.

Defuncti membra sunt uiuentis.

Apoc. 14.

Luc. 16.

Intra quæsumus &c.

Psal. 72.

Hieron.

Per quem &c.

Mat. 11.

Aug. To. 5.

Origenes.

Lætitia Christi plena in consummatione ut beatorum.

Io. 17.

Augu. To. 5.

Col. 1.

Pater noster. Mat. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio dominica non est instituta dici per Gregor.
Greg. To.2

in mysteriis dici, nescio quid mouet, dicente ipso Gregorio hoc statuisse Apostolos, & in primæuis simpliciter obseruasse. lib. 9. regist. epistola. 8. GREGO. Orationem uerò dominicam idcirco mox post præcem dicimus: quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrent. Et ualde mihi inconueniens uisum est, ut pacē, quam scolasticus composuerat, super oblationē diceremus, & ipsam traditionem, quam redemptor noster composuit, super eius sacrum corpus & sanguinem non diceremus: sed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos uerò à solo sacerdote. Hæc ille. AVC. Ipsam solummodo primò fortè dicebant, sed longo temporis interuallo Apostoli permanserunt, ita ut possent, quod in plerisque rebus defuit reformare, sicut de baptismo, de ordine, de eucharistia, ita & de canone. Quòd dicit aliquē scholasticum composuisse præcem super oblationem, uerum est, omnem Christi discipulum, quando ad eum comparatur, nec bonum esse scholasticum. Et quòd dicit Græcos per omnē populum orationem hanc dicere, modestiùs ordinauit sancta Romana ecclesia, ut solus in publica missa dicat eam sacerdos, propter strepitū indecentem, & uoces stridulas fœminarum.

1. Timo. 2. Quo fine dicit Apostolus, Volo uiros orare in omni loco, id est, ad sic orandum aptos. Vnde li.

Amb. To. 4. ulti. de sacramentis. cap. 4. AMBROS. Ergo uideamus. Volo autem uiros in omni loco orare. Qua ratione dicit uiros? Vtique communis oratio est & mulieribus & uiris. Quod non inuenio, nisi fortè sanctus Apostolus ideò uiros dicit, nè mulieres usurparent ubique clamare, quas in ecclesia sustinere non possumus. Volo autem uiros, hoc est, qui possunt seruare præceptum, orare in omni loco, leuantes puras manus. Quid est leuantes puras manus? nunquid debes in oratione tua crucem domini gentibus demonstrare? Illud quidem signum uirtutis est, non pudoris. Est tamen quomodo possis orare, nec figuram demonstres, sed actus tuos leues. Si uis operari orationem tuam, leua puras manus per innocentiam. Hæc ille. AVCT. Videtur hic pater Ambrosius monere fideles, ne cuncta pariter æmulentur cum sacerdote in ecclesia agere, uel orantes, uel signa pandentes. Primò, ne cum sacerdote eleuatis uocibus orent, maximè mulieres, quibus dicit Apostolus primæ Corinthios.

1. Cor. 14. 14. Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui altè, scilicet in populo, imò nec uiros, sed eos tantum, qui possunt seruare præceptum honestè cantando cum clero. Vnde

Cyprianus. in libro de oratione dominica ad principium CYPRIA. Quando in unum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum dei sacerdote celebramus, uerecundiæ memores esse debemus, non passim uentilare preces nostras inconditis uocibus, nec petitionem commendandam modestè Deo tumultuosa loquacitate iactare. AVCT. Potest ergo forsan plebs deuota orationem dominicam modestè & silenter loqui cū presbytero, ita tamen, ut intenta mens figatur cum ipso, qui solus tractat sacrificium. Vnde cùm ista dicit Ambrosius Paulum iussisse, uidemur plus quàm Græci Apostolo obedire. In crucis etiam signatura frequenti, & manuum leuatione cum aliis gestibus, quos sacerdos exercet, in tantæ maiestatis aspectu non est ipse passim imitandus ab aliis. Et quomodo possis orare, nec figuram demonstres dicit Ambrosius, actus leues maximè mentis intrinsecus: deinde igitur prosecuturus aliam orationem sacerdos præfationem ueneranter præmittit, insinuans se illam de Christi monito suscepisse. Oremus, inquiens, præceptis † salutaribus moniti. Si hæc prætacta ex institutione Gregorii præmissa est, quis scit? cum ubi cætera istius præcis dixerit, huius non meminit: sed prædicto lib. de oratione dominica pertractare eam uidetur CYPRIA. Oremus itaque fratres dilectissimi, sicut magister dominus docuit Amica & familiaris est oratio Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi oratione. Agnoscat pater uerba filii sui cùm præcem facimus. Hæc ille. AVCT. Ad aures patris ascendere cum Christi oratione audemus dicere, Pater noster qui es in cœlis, prius. s. præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, ut dicit Cyprianus, Oremus sicut magister dominus docuit. Et lib. suo de amore. cap. 7. BERNARDVS. Genus, inquit, sumus Dei, & filii omnes, cognatione quadam spiritali magnam apud te nobis uendicantes affinitatem, cùm per spiritum adoptionis filius tuus unum nomen nobiscum sortiri non dedignatur. Et cum ipso, & per ipsum præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere, Pater noster qui es in cœlis. Hæc ille. AVC. Hanc ergo cum expressa uoce formati oret sacerdos, & petitionum bona distinctione & pondere, eruditurq; populus diligenti corde notare, & præcipua fides petitionem quartam, qua petimus panem EPIVSION, id est, panem supersubstantialem sacræ. s. eucharistiæ, circa quam totum uertatur officium. Vnde. 4. parte sermonum, sermone de symbolo, qui incipit, Symbolum redditur. AVGV. Quatuor ergo ista propter uitam nostram quotidianam nobis necessaria sunt, tria uero illa propter uitā æternā: sed ora petimus, ut ad illa perueniamus, & hic oramus, ne ab illa separemur.

4 mur. Oratio † ista nobis quotidie dicenda est postquàm baptizati estis. In ecclesia autem ad altare Dei quotidiè dicitur ista oratio dominica, & audiunt eam fideles. Non timemus, ne minus eam diligenter teneatis, quia & si quis uestrum non potuit tenere perfectè, audiendo quotidie tenebit. Hæc ille. AVCT. Totam ergo 7 orationem fidelis quisque in sacris missæ tenetur omni deuotione mentis attendere, præsertim ipsam petitionem quartam de communione eucharistiæ, annectens illi petitionem quintā de dimittendo fratribus debita sua: quod omnino ibi requiritur, Christo dicente, Cùm offers munus tuum ad altare &c. uade prius reconciliari fratri tuo. & in hoc currit reliquum missæ officium, consequens orationem dominicam pro reconciliatione animorum & fœdere pacis: quia alioquin si nō dimittūr, nec Deus pater eis dimittit, & corpus, & precem contra se præsumunt. Idcirco quidam in ecclesia Græcorum B hanc petitionem cum aliis orare nolebant: prout in collatione. 9. abbatis Isaac de oratione scribit CASSIA. Tantum enim remittitur nobis quantum remiserimus eis, qui nobis quacunque 8 malignitate nocuerunt. Quod formidantes non nulli cum in ecclesia hæc oratio ab uniuersa plebe concinitur, hunc locum tacitè prætermittunt: ne. s. semetipsos obligare potius, quàm excusare sua professione uideantur: non intelligentes, quòd frustra cauillationes has iudici omnium prætendere moliantur, qui quemadmodum iudicaturus sit, supplicibus suis uoluit præmōstrare. Hæc ille. AVCT. Qualiter ergo non habebat ecclesia hanc orationem dominicam diu ante Gregorium, quando Ambrosius eam in prece sacerdotis usque in finem exponit. Non debes, inquiens, quasi familius ad cibum de cibo incipere, sed ante à Dei laudibus, & notat precem dominicam. Et item Augustinus in epistola ad Paulinum dicit: quod concludit & utriusque s. Ambrosij de * sacramentis, & Augu. de uerbis domini diuinitus inspirata sententia. AVGV. & AM- 5 BRO. Ante † uerba Christi quod offertur, panis dicitur: ubi Christi uerba deprompta fuerint, iam nō panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ posita sequitur ait sacerdos, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Panem quidem dicit, sed epiousion, id est, super substantialem. Non iste panis est: qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Hæc ille. AVCTOR. Sanctissima † igitur prece Christi cōpleta, & responso facto sacerdotis: sed libera nos à malo: confirmat dictum sacerdos, & resumit, Amen, inquiēs, Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris. Agit enim trinum Christi silentium orans in trina uigilia. Vnde sup illud Marci. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. HIERON. Trina domini uigilia, tres personas habere nos in orādo docet, & de præteritis, & futuris, & p̄sentibus ueniā rogare. Hæc ille. AVCT. Dedit † orationē conuertit ad pacem, dicēs: Da propitius dñe pacem in diebus nostris. Sicut Ezechias rex prophetæ nuntianti uerbū dñi de captiuitate futura bonum est (inquit) uerbum domini, quod loquutus est, Fiat tantum pax & ueritas in diebus meis. Et apostolus, Vt quietā, & tranquillam uitā agamus: & cōplet dicens, Per dominum nostrum Iesum Christū filiū tuū. Hucūsq; protēdit se oratio dominica. Vnde lib. 6. de sacramentis AMBRO. Quomodo cœpit a laudibus Dei, sic debet in Dei laudem desinire, habetur hoc in oratione dominica, Pater noster qui es in cælis, usq; illac, sed libera nos à malo. Quid sequitur? Audi quid dicat sacerdos, Per dominum nostrum Iesum Christū filium tuū, in quo est tibi laus, honor, gloria, magnificentia, potestas à seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum Amen. AVCTOR. Et † hic frangitur corpus Christi i hostiæ sacramēto: qualiter Christus ad communicandum fregit daturus statim discipulis, sed coram sacerdote sanguini commiscetur. De quo lib. de corpore & sanguine domini ca. 18. PASCASIVS. Patet sensui, quòd iā caro frangitur, quia sanguis est in calice, qui de corpore manauit: & ideo iam rectè sanguini sociatur, quia nec caro sine sanguine utique, nec sanguis sine carne iure communicatur. Totus. n. homo, qui ex duabus constat substantiis, redimitur & ideo carne simul Christi, & sanguine sagi natur. Hæc ille. AVCT. Sed immittens fragmentum hostiæ benedicit latera calicis sacerdos. Vnde de institutis clericorum ca. 23. RABANVS. C Crux, quæ formatur super calicem oblatæ particulæ, ipsum corpus nobis ante oculos ostendit, quod pro nobis crucifixū: ideo uero tangit quatuor latera calicis, quia per illud humanum genus per quatuor climata mundi ad unitatem unius corporis coniungit, & ad pacem ecclesiæ catholicæ & apostolicæ perduxit. Hæc ille. AVCT. Hæc dum fiunt, sacerdos silentium tertium soluit, & pacem, qua secretè rogauit, rogat super tecta, Per omnia, (inquiens) secula seculorum Pax domini sit semper uobiscum: conformans se Christo tertiò euigilanti discipulos, Dormite iam, & requiescite: quorum utrunque, scilicet somnus, & quies altam pacem adopta. Ideo Psalm. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Hanc pacem discipulis tradidit loco salutationis offerre. Vnde super Matthæ. 10. HIERONYMVS. Occultè

Oratio dominica quotidiè dicenda est.

Matt. 5.

Cassianus.

Libera nos à malo

** lib. 5. cap. 4. Amb. To. 4.*

Panis non manet post consecrationem.

Ἐπιούσιον

Amb. To. 4.

Fractio speciei panis. Paschasius

Rabanus.

Pax in diebus nostris.

Amb. To. 4.

Pax domini.

Hier. To.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tē salutationem Hebræi Syriáque sermonis Christus ait. Quod enim dicitur Græcè Chære, & Latinè, Aue, hoc hebraico Syroque sermone dicitur, Salaloth, quod est, pax tecum. Hæc ille. AVCT. Salutatio ergo ista diuinitus simul, & plebi pax est salutatio mutua: quòd pax ad sacram communionem in corpore eius (de quo dicit Apostolus, ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum) de necessitate exigitur, idcirco iam ad cōmunionem tendens, solicite prædicat plebi pacem. Vnde capitu. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS Cum ministris diuinus pontifex orationem sacram perficit, & salutantibus inter se omnibus, mystica sacrorum uoluminum prædicatio perficitur. Hæc ille. Vbi THOMAS Episcopus tunc aliis orationem faciens, pacem eis annuntiat, quibus inuicem osculatis, *prædicatio perficitur tabularum. Hæc ille. AVCT. Prædicatio† forsitan tabularum, est benedictio antistitis, quam formatam legit in tabulis: hoc enim in loco qui est postulatio episcopus bene dixit secundùm Augustinum suprà in ingressu canonis. Iterum ad quandam summam cuncta reuoluens, & pene ab initio canonis cuncta concludens in hoc ritu pacis: ut scribit. 3. parte sermonum, sermon. 66. de sacramentis, habito in die paschæ, qui incipit, Memor sum. AVGVSTINVS. Teneris sacramenta ordine suo. Primò post orationem admonemini su sum habere corsin hoc docentur membra Christi sequi ipsum in cœlum, ubi est caput nostrum: & ideo cum dicitur, Sursum corda, respondetis, Habemus ad dominum: & ne hoc ipsum, quòd cor habetis ad dominum sursum, uiribus uestris tribuatis, quia donum Dei sursum est habere cor, ideo subsequenter Episcopus, uel presbyter, qui offert, dicit cum responderit populus, Habemus ad dominum, & de hoc, Gratias agamus domino Deo nostro, quòd sursum cor habetis, & uos attestamini dicentes, Dignū & iustum est, ut & gratias agamus ei, qui nos fecit sursum ad caput nostrum habere cor. Deinde post sanctificationem sacrificii quasi nos ipse uoluit esse sacrificium suum: quod demonstratum est, ubi positum est illud sacrificium primū dei, & nos, id est, signum rei quod sumus. Ecce ubi peracta est sanctificatio, dicimus orationem Dominicam, quam accepistis, & reddidistis. Post ipsam dicitur, Pax uobiscum, & osculantur se Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis, ut sic quod ostendunt labia, fiat in conscientia: & quomodo labia ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum a corde eius non recedat. Hæc ille. AVCT. Ecce, quod cuncta per ordinem enuntiat Augustinus à præfatione post orationem primam secretam, quæ in primo silentio agitur per orationem dominicam post secūdum silentium sanctificationis aut canonis, usque ad hanc precem pacis & osculi sancti post silentiū tertium: quam utique donationem pacis per signum osculi Paulus ab apostolica cōstitutione edocuit REMIGIVS. Imprecata igitur pace, incipiens a sacerdote dat sibi mutuò omnis ecclesia osculum pacis, ut omnibus uera pace unitis, fiat in eis locus Domini. sicut in Psal. Et factus est in pace locus eius. Et hoc utique ex traditione apostolica seruat ecclesia, cui frequēter ab ea dicitur, Salutate inuicem in osculo sancto, pacifico, columbino, non ficto, non subdolo. Hæc ille. Aug. Bene notet Remigius locum Apostoli, ex quo fluxi ritus iste in mysteriis salutare inuicem in osculo. Et hoc merito esse, ut in eundem locum super epistolam ad Rom, scribit Haymo. Quia† ego non sum præsens, ut uos omnes possim osculari, osculamini nos inuicē mei amoris cā cum hanc acceperitis epistolam. Ex hoc loco, & aliis similibus mos traditus est ecclesiæ, ut conuenientes fideles in ecclesia ad audiēdum uerbum diuinum missarumquè celebrationem, post orationes osculo dilectionis suscipiant se inuicem. Hæc ille AVCT. Et hoc, ut dixi, pro communione sancta iam instante. Vñ & sacerdos dicit. Habete uinculum pacis & charitatis, ut apti sitis mysteriis Christi sacrosanctis Et ubi suprà DION. Datur autem osculum pacis ante sanctam communionem: quia duitis unctio sancta non cogruit, & ut diuinitus uniformes facti, ad uarias concupiscentias non decidamus: ex quibus proueniunt inter homines inimicitiæ, quæ sunt naturæ conformes. Hæc ille AVCTOR. Et in sermone de passione domini in fine CHRYS. Inimicum est Deo liuidum & tumidum pectus: audi quid dicat. Quando offers munus tuum ante altare, & ibi memor fueris astans ad altare, ср hēt frater tuus aliquid aduersum te, dimitte donum tuum super altare, & uade reconciliari fratri tuo Merito nostræ reconciliationis cā hoc sacrificium constitutum est: & si sacrificii pcepta contempseris, sacrificii remedium hīe non poteris. Comple illud cuius causa sacrificiū factū est, ut sacrificio pfruaris. Ideo n. Dei filius aduenit, ut humanā naturam dominicæ reconciliet pietati: ideo & nos cum hæc facimus, suo fecit uocabulo nuncupari, Beati, inquit, pacifici, quoniā filii Dei uocabuntur. Hoc. n. facis, quod Dei filius unicus fecit, si & tibi, & aliis pacis uolueris auctor existere. Ideo te uocat filium Dei & ideo in sacrificii celebratione nihil aliud nisi fratris reconciliationē commonuit. Sequitur. Hæc igitur in membris nostris hæreant, & in animis glutinata perdurent. Sanctum osculum teneamus, quod animos sociat,

Epi. 2.

Dionisius

**portatio*

Legendum uidetur portatio.

Aug. Non habetur in uestris codicibus.

Remigius.

Psal. 75

Rom. 16.

Osculandi mos antiquus.

Matt. 5.

ciat, reconciliat mentes, & unum corpus ostendit: quia unum corpus uidemur esse sortiti; & ideo misceamus nos in uno corpore, non corporum coniunctione, sed animali charitate deuincti, ut sic diuinæ mēsæ posimus fructibus sociari. Hæc ille. AVCTOR. Ecce de pace ad altare ad sanctum sacrificium, ut diuinæ mensæ posimus fructibus sociari. Et super Ioannem Mora. 78. idem. CHRYSOSTO. Propterea in mysteriis amplectimur inuicem, ut qui multi sumus, fiamus unum. Hæc ille. AVCTOR. Et bene instāte cōmunione fit pacis memoria: sicut & Saluator uersus finem officij sui conuersus ad discipulos, Pacem, inquit, relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et totum, quod Saluator ibi dixit, ad hūc finem pacis fecit: & totum, quod in sacramentis eius percipimus, in hoc cedit. Quòd notans in eūdem locum Ioannis* sermone. 104. AVGV. Postea quàm de conuiuio sancto ille, qui eum fuerat traditurus, est egressus, cauſam commendauit sermonis sui, ut in illo pacem haberēt, propter quod totū agitur, quòd Christiani sumus. Propter hanc igitur, sacramentis eius imbuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus, & sermonibus erudimur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ergo uera fides pacis in aduentu pacis, quam tamen quidam turbulenti ante consecrationē, uel post lectum euangelium nolebant, & iusserant dandam esse per populum: quibus satisfacit Innocentius ille Papa dicens quæ prædicat Augustinus, decreto suo primo, cap. 1. ad Decentium Eugubium episcopum INNOCEN. Pacem igitur asseris ante cōsecta mysteria quosdam populis imperare, uel sibi inter se sacerdotes tradere, cùm post omnia, quæ aperire non debeo, pax ne cessariò indicenda est, per quam constet populum ad omnia, quæ mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur. Hæc ille. AVCTOR. Dum† autem ista fiunt, cantatur Agnus Dei. Vnde ca. 32. de institutis clericorum RABANVS. Postquàm ad communicandum, & percipiendum corpus dominicum peruentum erit, pacis osculum sibi inuicem tradunt, cântantes Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis: ut pacificè sacramenta percipientes, in filiorum numero, remissis delictis omnibus, iubeantur computari. Hæc ille. AVCTOR. Recolitur iam in corpore suo agnus Christus, quem in figura huius agni, Abel obtulit patriarcha: quem nec ad domini placitū obtulisset, nec Ioannes tollentem peccata mundi prophetasset, nisi in eo agno per naturam diuinam gratia sacræ missæ resulgeret. Quam rationem tangit lib. 9. ad Gratianum imperatorē *de trinitate AMBROSIVS. Sciuit, inquiens, A Abel diuidere, qui ex primitiis ouium obtu'it sacrificium, docens non terræ munera placitura Deo, quæ degenerauerunt in peccatore, sed ea, in quibus diuina gratia mysteriis resulgeret, Prophetauit itaquè nos per passionem domini à culpa esse redimendos. De quo scriptum est, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vnde & de primitiis obtulit, ut primogenitum designaret. Ostendit ergo uerum sacrificium diuinum nos futuros, de quibus Propheta ait, Afferte domino filios arietum. Hæc ille. AVCT. Ecce terræ munera panis & uini non erant placitura deo, sed carnis oblatio Abel cui dici potest, Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Cuius gratia etiam per confessionem publicam in sacræ missæ resulget mysteriis. Nimirum nihil maius aduersus Witcleuistarum hæresim in mysteriis canitur, nihil suauius ad medicinam fidelium scientium, quòd eo ipso tollit eis peccata mundi, lauans à peccato sanguine suo. Vnde in Homilia super illud, Videt Ioannes Ipsum uenientem ad se, BEDA. Quomodo autem peccata mundi tollat, quo ordine iustificet impios, Apostolus Petrus ostendit, dicens, Non corruptibili argento & auro redempti estis, &c. sed prætioso sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Iesu Christi. Sequitur. Non solùm autem lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis: uel quando unusquisque nostrum mysterio sacrosanctæ passionis illius baptismo aquæ ablutus est. Verùm etiam quotidie à peccatis nostris in sanguine suo nos abluit, cum eiusdem beatæ passionis ad altaria memoria replicatur: cum panis & uini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione transfertur: sicque corpus & sanguis illius non in fidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur, & occiditur, sed fidelium ore suaui sumitur in salutem. Hæc ille. AVCTOR. Congruè ergo ad scripturam istam in missę officio canitur ibi, Agnus Dei, quia secundùm utrunque, Ambrosium, scilicet atque Bedam de pane & uino tanquam Cain abiectis muneribus, panis, & uinum in carnem & sanguinē agni transferuntur.

Item quotidie in sacris officijs missæ
benè canit laudatque ecclesia
agnum dei, mundi pecca
ta tollentem, dum
ibi fidelium ore
sumitur in
salu-
tē.

Chry. To. 3

Innocent.

Agnus Dei, Rabanus.

*Agni figura. *de fide.*

1. Pet. 1.

Beda.

Psal. 28.

¶ DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ DE COMMVNIONE CORPORIS Christi & sanguinis in natura sua, ut ieiuni communicent, & sacerdos prius se communicet ex utroque, quàm alios, sicut Christus fecit. Cap. XLII.

SVMMA.

1 *Communicationis ritus describitur.*
2 *Panis indiuisibilis diuiditur.*
3 *Error Witcleff.*
4 *Sensus quomodo in Eucharistia falluntur.*
5 *Christus quòd in Eucharistia tangatur, uideatur, & comedatur.*
6 *Corpus Christi, quomodo per species alienas uideatur.*
7 *Witeleff blasphemi quæstio; contra præsentiam Christi corporalem in hostia.*
8 *Orationes communionis præuiæ.*
9 *Communicantes quòd sint ieiuni.*
10 *Comedere quòd non liceat in ecclesia.*

Cõmunicationis ritus 1 MOdò ergo tempus communicationis est post laudes tanto congruas sacramento. Vnde & sacerdos primò sindonis sacræ uelamentum deponit, ut quantum poscit humanitus reuelet sanis sensibus sacramentum, quod tamen ne ab initio uelaretur, quidam murmurandi occasionem suscipiunt ex eo, q̃ Christus uerum sacrificium subdidit, i. cœlo nudum in cruce obtulerat. Vnde in epistola de sacramentis ecclesiæ Anselmus. Qđ uerò nonnulli ab initio calicem operiunt, quidã corporali, alii panno quadrato pp custodiam munditiæ, nec dimittunt nudum calicem, sicut Christus nudus crucifixus est, ut sic signis ostenderet se mundo reuelatum, non magis intelligo eos debere reprehendi pp nuditatem Christis q̃ non significatur ab illis in sacrificando, q̃ q̃p non demonstrat in sacrificio eum esse crucifixum extra ciuitatem, extra domum, & sub nudo cœlo, quæ tamen magna rõne nõ carent. Nã Christus qui passus est pro nobis exemplum relinquens ut sequamur eius uestigia, in his quoque dedit nobis exemplum pp iustitiam sustinẽdi incõparabilẽ contemptu, & paupertatem. Adeo.n.contẽptui habitus est, & execrabilis iudicatus ut nec morti dignus haberetur intra aliquã hominum habitationẽ. Et infrà. Nec habuit moriens uñ nuditatẽ suam tegeret, nec mortuus unde inuoluereturq̃ omnia sunt magis per effectum imitanda, cum rõ exigit, quam sit per nuditatem sacrificii Christi nuditas significanda. Nec coniectare possis, cur potius curandum sit ne panno operiatur sacrificium quia nudus passus est, q̃ ut nec sub tecto, nec intra ciuitatem fiat, quã Christus sub nudo cælo extra ciuitatem passus est. Si aũt usus non habet ut extra hæ pp turbationis aeris, similis cã uidetur, ut calix in sacrificando non discooperiatur propter quasdam, q̃ possunt contingere, incommoditates. Tutius itaque, ne aut musca, aut aliquid indecens in illum cadat, quod sæpe contigisse cognoscimus, operiatur, quàm discooperiatur, & contingentibus immunditiis exponatur. Hæc ille. AVCTOR. Breuis solutio patri sancti Anselmi, & fortis rõ respondendi. Quia si ideo nudum sine uelamento corpus Christi est immolandum in ecclesia, quia nudum immolabatur in cruce: ergo operiẽdum est in ecclesia, quia se uestitum obtulit, & consecrauit in cœna. Ab initio autem sindone uelabatur, & discoopertum communicantibus, reuelatur, prout docet capit. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Velatum & inuisibi Dionysius
B lem panem reuelans (supple sacerdos) & in multa diuidens, & unitiuum calicis omnibus dispertiens, symbolicè unitatem multiplicat, & distribuit, omnino sanctissimum in his sacrificium perficiens. VbiLINCO. Velatum enim & indiuisibilem panem, id est, eucharistiam sindone uelatam, & secundum corpus Christi, quod uerè sub specie panis & substantiam indiuisibilem reuelans seu discooperiens & diuidens illũ panem sic indiuisibilem in multa secundum speciem uisibilem, & dispertiens unitiuum calicis, id est, sanguinem domini uiuentem assumentes per charitatem adinuicem Hæc ille. AVCTOR In † hoc loco notetur Dionysius ex terminis, qui tam altus erat philosophus, uacare corpus Christi panem, sed indiuisibilem, & tamen postea fidelibus destributum. Et item uelatum postea reuelatum, quòd non posset dici de Christi corpore secundum unum modum naturæ: & est sententiæ, ideo bene dixit expositor uere indiuisibilem substantiam corporis Christi sub specie panis, diuisibilem tamẽ secundum illam uisibilẽ speciem & sic esse uelatam ibi sindone corporali, & postea reuelatum. Ita antiquus pater Chrysostom. dicit corpus Christi insensibiliter traditum, & tamen corporaliter manducatum, & uisum, nec tamen esse quod primò uidetur. s. panem. Quia † sic dicit Witcleff credendum esse uisui, quia iudicat esse panem, & est certissimus sensuum. Sed potius quàm sensibus credendum est uerbis Dei dicentis hoc esse corpus, non panem: sicut in opere perfecto suprà Matth. Homi. 82. Chrysostomus. Credamus itaque ubique Deo, neque contradicamus, & si contrarium uideatur nostris cogitationibus & oculis quod dicitur, sed sit & cogitationibus & oculis nostris principalior auctoritas eius. Itaque in mysteriis faciamus, ut nõ hæc, quæ præiacent, solum inspiciamus, sed & uerba eius detineamus, sermo enim eius non paralogizatur, sensus † autem noster facile decipitur. Ipse uero nunquã excidit, hic autem in amplioribus fallitur, Quia igitur sermo ait: Hoc est corpus meum, persuadeamus nobis, & credamus, & intellectualibus id inspiciamus oculis. Nihil.n. sensibile quidem in literis: omnia autẽ sunt intellectualia: ita & in baptismate per sensibilem, inquit, literam fit aquæ donum: nihil.n. sensibile tradidit nobis Christus: intellectuale autem est quod ablutum est, cuius est regeneratio, & renouatio, si enim incorporeus esses, nuda utique ipsa tibi tradidisset dona, quia uero connexa est corpori anima tua in sensibilibus 7
intellectualia tibi tradidit. Quod typum nunc dicunt. Vellem eius modò uidere typum. i. figuram, aut formam, uestimenta, calceamenta: ecce
5 † enim eum uides, eũ tangis, eum comedis: & tu
B quid uestimenta cupis uidere? Ipse autem semet ipsum tibi dat, non uidere solum, sed & manducare, tangere, & accipere intrò. Hæc ille. AVC. 8
Ecce contra oculos Witeleff, quibus plus credit renuntiantibus sibi panem & uinum, quam uerbo Christi dicenti solum corpus, non panem. Falluntur sensus eius, inquit Chrysostomus, non autem Dei uerbum: ideo in mysteriis sacræ inissæ non iis credamus, quæ iacent ante oculos, sed iis, quæ per fidem intelligimus esse præsentia. Nihil (inquit) sensibile tradidit nobis Christus, nec panem, nec uinum, nec aquam, id est, per se sensibile: quia statim subdit, quòd Christus seipsum nobis tradit uidendum, tangendum, comedẽdum, & intus suscipiendum, Ecce iste magnus philosophus, profundus theologus etiam secundum Witeleff ipse concedit illud, quod tibi uidetur & tangitur esse christum, cur hoc negabit fidelis, quia non uidetur per suam naturam, sed
6 extraneam? Sic † enim est ibi inuisibilis, intangibilis, inuidiuisibilis, irreuelabilis, reuelatus tamen, diuisus, comestus, tactus, aspectus sensibiliter per species alienas. Et mirum ergo, quòd adeo negant uiri quidam periti corpus Christi uideri per species alienas, quod indubie est inuisibile ibi per propias: quia (inquiunt) nõ potest cognosci per sensum esse præsens, quando uisio uel sensatio nõ est per se cognitionis causa quarto modò, nec quo ad quid, sed ualde per accidens, prout experientia probat de uiso a remotis, de quo tunc non habetur cognitio quid sit quò ad personam, nec quid quò ad naturam. ET Christus uisus est Mariæ Magdalenæ, nec tunc cognitus: sicut ait idem Homilia. 86. super Iohannem Chrysostomus. Sicut enim Iudæis quandoque immanifestus erat, & præsens, ita & lo-

Sensus in eucharistia falluntur 4

Christus in eucharistia tangitur, uidetur, comeditur. 5

Videtur corpus christi per species alienas

Primus error

Error Witcleff

Chr. Tom. 3

A quens cum uolebat, tunc notum seipsum faciebat. Etenim cum Iudæis dixit quem quæritis, non uisum, non uocem cognouerunt, donec uoluit, quod utique & hic contigit Mariæ, donec ad cognitionem magistri nomen eius solum uocauit. Hæc ille. AVCT. Ecce Christum uisum, non cognitum, quis non fateatur corpus eius per species in sacramento uisum, & omnino incognitum quoad sensum? Sic duorum discipulorum oculi tenebantur, ne eum agnoscerent, non autem ne eum uiderent. Hæc est philosophia scripturæ sacræ, hæc erat antiquorum philosophorum ecclesiæ Dionysij & Chrysostomi loquela famosa, quæ figuras, & tropos hæreticorum ualde consumit inuisibiles, intangi- Quæstio blasphemi Witcleff
biles, & insuper nec credendas. Cum † autem blasphemat Witeleff contra præsentiam Christi corporalem in hostia, quærens an ibi sedeat, an iaceat, nunquid iudicasset eum Chry
B sostomus unum ex illis, quos dixit uelle uidere formam Christi, typum, id est, figuram eius, aut gestum, aut utique uestimenta? ¶ Circa † communionem quædam non sine grandi mysterio seruat ecclesia: primò quòd orationes uotiuas communicantes præmittunt, quales quædam dirigũtur ad patrem, quædam item ad filium in spiritu sancto communiter, quas Paulus post Apostolos tunc dici instituit. Vt Aug. To. 2.
protestatur dicens in epistola ad Paulinum AVGVSTINVS. Porrò si usitatius, ut dixi in scripturis uotum appellatur euche, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda est oratio quam facimus ad uotum, Oratio.
id est, PROSEVCHIN. Vouentur autem προσ ἐυχή
omnia quæ offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum aliud maximum uotum, quo nos uouimus in Christo esse mansuros utique in compa
C ge corporis Christi. Cuius rei sacramentum est p unus panis, unum corpus multi sumus. Ideo enim in huiusmodi significatione & distributionis præparatione existimo apostolum iussisse proprie fieri proseucheis, ideſt, orationes, uel (ut nonnulli minus perite interpretari sunt,) adorationes, hoc est.n. ad uotum: quod usitatius in scripturis nuncupantur EVCHI, euche. ἐυχὴ
Hæc ille. AVC. Non est ergo reiicienda intentio, quã apostolus scripsit in euangelio suo orationem fieri pro distributione sacramenti. Ieiuni sint communicates
9 ¶ Aliud itẽ restat, ut potè quod † ieiuni communicent. Quam formam primo tradebant Apostoli, quanuis ipsi primò communicabant refecti. Vnde ad inquisitiones Ianuarii AVGV. Aug. To. 2
Neque.n. quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati ad illud sacrificium accipiendum conuenire debebunt. Aut sicut Co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rinthii faciebat,quos Apostolus arguit,& emendat mensis suis. Namquè Saluator quo uehemẽtius commendaret illius altitudinem, ultimum hoc uoluit iusigere cordibus & memoriæ discipulorum,a quo ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur,ut apostolis,per quos ecclesiam dispo sturus erat,seruaret hunc locum.Nam si hoc ille monuisset,ut post cibos alios semper acciperetur,credo quod eum morem nemo uariasset. Hæc ille. AVCTOR.Planè ecce Christus seruauit Apostolis hunc locum ordinandi communicare ieiunos.Et lib.1.de officiis ca.18.ISID. *Isidorus.* Sic enim placuit Spirituisancto per apostolos, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi:& ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur.Hæc ille. AVCTOR. Et benè commorat Augustinus iam suprà Corinthios redargutos ab Apostolo,quia cæteris cibis sacramenta miscebant in mensis,qui ideo non communicabant ieiuni: seducti enim erant in multis per falsos apostolos de fide & reuerentia sacramenti,ut in hoc loco notat Ambrosius.Et†quo ad illos,qui non sustinebant expectare ieiuni, donec communicarent,decreuit ibi Apostolus. Si quis esurit,domi manducet. *Non licet comedere in ecclesia.* AMBRO. Adinuicem expectandum dicit,ut multorum oblatio simul celebretur,ut & omnibus ministretur.Et si quis impatiens est,domi terreno pane pascatur. Hæc ille. AVCT.Erubescerent ergo merito omnes Witcleuistæ,& Husitæ hæretici istos ebrios, & gulones Corinthios subuersos ab hæreticis, & ab Apostolo redargutos in auctores præferre cõtra fidem ecclesiæ de celebratione aut essentia sacramenti. Qui sicut terreno pani illum miscebant,ita forsitan modicum ab illo differre credebant.

A

B

¶QVOD SACERDOS SEIPSVM cõmunicet,post ea alios:quibus detur liquor communis,à quo ipse se abstineat,si sit iterum celebraturus.Cap.XLIII.

SVMMA.

1 *Christus quòd sumpserit corpus & sanguinem suum in cœna.*
2 *Liquor quomodo sit sumendus post eucharistiam.*
3 *Oblationes tres quas obtulit dominus,describuntur.*
4 *Sanguis, quod etiam sub specie panis sumatur.*
5 *Christus Pontifex quomodo instituerit apostolos sacerdotes perfectos.*

6 Iudas eucharistiam sument,quomodo per eam saluari potuisset,si uoluisset.

ORdo iste sanctæ communionis ualde attendendus est,ut prius seipsum reficiat salubertimo sacramento, qui sacrificium consummauit:deinde participantibus ipse distribuat,imitando in hoc Christi factum,quem sic fecisse in sacra cœna,docet Homilia 82. super Matthæum operis pertecti CHRYSOS. Propter† hoc & desiderio desideraui (ait) hoc pascha manducare uobiscum. hoc est, traducere uobis nouas res,& pascha dare,secundum quòd sum uos spirituales facturus. Et ipse bibit ex ipso,ut enim non hoc audientes dicant,Quid ergo sanguinem bibo, & carnem manduco?& tumultum patiantur:tunc enim qñ eos,qui de his erant, mouebat sermones, ad uerba hæc multi scandalizabantur, ut ergo non tũc turbarentur, primus ipse hoc fecit, inducens eos sine turbatione in communionem mysterium.Propter hoc suum sanguinem ipse bibit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce nemo dicit planius isto patre, quod Christus suum sanguinem ipse bibit,ne formidaret dicere hoc, sed cum Witcleff signum sanguinis,uel sacramentum extrinsecum. Et primus ipse communicauit corpus suum & sanguinem:sicut & August.dicit,q̃ semetipsum manibus suis ferebat, ut alios induceret ad sumendum. ET ita capit.3. ecclesiasticæ hierarchiæ debere facere sacerdotem, cum sacrificat, scribit DIONYSIVS. Participatio traditionem præcedit, & mystica distributionum mysteriorum assumptio. Hic autem catholicus diuinorum bonus ornatus & ordo est, primum in participatione fieri & repletione sacrũ ducẽ,per ipsum diuinitus aliis donãdorũ,sicquè & aliis tradere. Vbi LINC. Hierarcha aũt,seu sacerdos sacrificans ẽm ordinis exigentiá primo participat eucharistiã,assumẽs eã & postea tradit circunstantib. assumendam. Hæc ille. AVC. Et†in sumptione liquoris contingit esse dña,tã ex parte sacrificantis, q̃ participantium sacrm:q̃ si sacerdos celebraturus sit iterũ & petiturus altare, cõtus erit liquido sacrato, ne p sũptionẽ liqui di nõ sacrati, naturæ soluat ieiuniũ. Hoc more Christus uino abstinuit in cœna:quia adhuc immolaturus erat statim idẽ corpus in specie propria,quod iam obtulit in figura.Discipuli autem utrunq; sumpserunt, quẽ admodum nostri sacerdotes,& naturale sacrm, & uinum seorsum loco sanguinis, qui post illã sumptionem ad aliud altare non accedunt. Vnde Homil.7.super Leuit. ORIGE. Quærimus quomodo dominus & saluator noster, qui est uerus Pontifex,cum discipulis suis qui sunt ueri sacerdotes,antequã accedat ad altare Dei bibat uinum,cũ uero accedere cœperit,non bibat,Venerat etiam in hunc modum Saluator noster,ut pro peccatis nostris carnẽ suam offerret hostiã Deo. Hanc priusquam offerret inter dispensationum,moras uinum bibebat,denique dicebatur homo uorax & potator uini, amicus publicanorum & peccatorum.Vbi uero tempus aduenit crucis suæ,&accessurus erat ad altare ubi immolaret hostiam carnis suæ accipiens,inquit, calicem,benedixit,dedit discipulis suis,dicens,Accipite,&bibite ex hoc.uos,inquit,bibite,qui modo accessuri non estis ad altare:dicit de se, Amẽ dico uobis, quia non bibam de hoc genimine uitis huius usquequò bibam illud uobiscum in regno patris mei. AVCTOR. In hac tropologia miscet antiquus Origenes ritum antiquũ ecclesiæ de non sumendo uino cum ad altare sit presbyter accessurus,propterea q̃ Saluator non bibebat,bibebant discipuli. Vinum enim istud,de quo loquitur, de prima cœna erat: quia tres †oblationes suæ carnis & sanguinis celebrauit hac uice.Saluator continuas.Primam typicam, & figuralem tantùm.Secundam in uera carne & sanguine secundum naturam,sed in imagine panis & uini.Et tertiam secundæ coniunxit in uera natura carnis suæ sine figura, secundum propriam speciem.De quo in libro de septem tubis in Apocalypsi Ioannis, post principium AMBRO. Iam legis umbra transiit, umbra Iudæis carnalib. imago nobis ueritas resurrecturis.

Christus

Liquor sacrificandus eucharistiã.

Aug.

Orig.

Luc.22.

Beda

Act.1

Oblationes tres quas obtulit dominus.

Nunc iste liber non reperitur.

Tria enim hęc secundum legem cognouimus esse,umbram,imaginem, ueritatem: umbram in lege,imaginem in euangelio, ueritatem in iudicio,sed Christi omnia,& in Christo omnia qnæ nunc secundum ueritatem uidere non possumus sed uidemus quasi in quadam imagine futurorum, quorum umbram in lege prospeximus. Hæc ille. AVCTOR.Oblatio ergo prima corporis Christi in cœna erit umbratilis in figura: Secunda, post cœnam in imagine, puta, panis. Tertia ueritatis secundum seipsam in historia passionis. Aliis uerbis dicit Augustinus hoc idem.Primam obtulit dominus in similitudinẽ. Secundam,in memoriam. Tertiam in ueritatem, libro 2.contra Faustum AVGVSTINVS Sacrificium laudis honorificauit me,& illic itet quo ostendam illi salutare Dei. Huius sacrificii caro & sanguis ante aduentum Christi per uictimas similitudinem præmittebatur:in passione Christi per ipsam ueritatem reddebatur: post ascensionem Domini per sacramentum memoriæ celebratur. Hæc ille. AVCTOR. Nec peruertat Witcleff utrumque doctorem in uerbo ueritatis, quasi ideò non sit sacrificium Christianorum sacrificium ueritatis; quia est memoriæ uel imaginis ipsa oblatio:sed (sicut dixi) ad sensum humanum oblatio carnis fiebat in passione secundum ueritatem naturæ apparentis in se:in sacramento memoriæ secundum ueritatem, sic naturæ,sed latentis in imagine,non autem in umbra, sicut in figura Witcleff, & iudaica uictima. In prima igitur dedit discipulis uinum. In secunda, sanguinem non uinum: sicut in prima: nec ipse erat sumẽs uinum,cum sanguinem biberet, secundũ Chrysostomum: quia iam dixerat non se bibiturum uinum tale cum eis, usque post resurrectionem completam. Hunc ordinem & Lucas exponit.Et ibi. BEDA. Potest quidem hic uersiculus esse simpliciter acti,quo ab hora cœnæ usq; ad tempus resurrectionis,quo in regno Dei erat uenturus,uinum bibiturus non esset, postea nãque Christum cibum potumquè sumpsisse testatur Apostolus Petrus,qui ait:Manducauimus,& bibimus cum illo postquàm surrexit a mortuis sed multò consequentiùs typicum agni esum sicut suprà, sic etiam potum paschæ negat se ultra gustaturum, donec ostensa resurrectionis gloria regni Dei fides mundo ueniat. Hæc ille. AVCTOR. Vtraque acceptio obruit Witcleuistas: quia nec Christus simpliciter uinum bibit ab illa hora usque post resurrectionem completam, nec item uinum typicum & figurale sanguinem sui, sed post illam horam dicit Chrysostomus,primum bibit sanguinem, quem in uini specie dedit Apostolis, habente sic ordine Lucæ. Dico enim uobis,quòd non bibam de generatione, &c. & statim subinfert Et calicem postquàm. Ergo quòd tunc prius bibit uinum, non erat simpliciter, sed nec typicum uinum figurale, quia secundum Origenem adhuc accessurus erat iterum ad altare: sed hoc uinum participantes sanctam communionem post corpus Christi sumant contenti,quod † in corpore sumpto, sanguinem habeant naturalem, donantes presbytero signum cum re, ob reuerentiam celebrantis uicariè loco Christi: sicut plenius suprà tractaui libro 5. de communicando sub utraque specie. Vnde super illud Lucæ, Hic calix nouum testamentum est, secundum THOMAM GRAECVM. Totum autem corpus domini & sanguinem suscipit, & si mysteriorum partem accipiat. Sicut enim unum sigillum diuersis totam figuram suam imprimit, & integrum manet post distributionem, & sicut una uox penetrat ad multorum auditus: sic nulli dubium corpus & sanguinem Domini totum in omnibus reperiri, fractio autem panis uenerandi passionem signat. Hæc ille. AVCTOR. Non multùm dubito, quin audiat Witcleui-

Sub specie panis etiam sanguis sumitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta doctorẽ nostrũ Græcũ dicere fractionẽ panis uenerandi signare passionem, dummodo audiat totum corpus domini, & sanguinem suscipi in acceptatione cuiusque partis mysterii, & totũ in omnibus reperiri. Sed hoc uellem eum audire & Pragenses suos hæreticos, qu òd corpus totum domini accipit, qui partem qualemcunque mysterii accipit. ne se reputent in recipiendo peiores, cum sint de facto tantum in solennibus sacris posteriores effecti, sicut latius declaraui, ut potui, in primo libro, superius. At dicit Witcleuista, Sed dominus omnibus propinauit in cœna calicis sacramentum dicens, Accipite. Respondeo, sed quibus omnibus? nonne Apostolis omnibus? & tantum Apostolis? quos iam uetus Origines ueros dixerat sacerdotes, cæteris exclusis discipulis, qui propter scandalum prætiũ, nec tanto mysterio digni erant. Vnde in sermone de passione domini, qui iam secundum quosdam intitulatur de passione Iudæ, & incipit. Pau cis hodie. CHRYSOS. Tunc abiit unus ex duodecim, & auget delictum detestabile proditoris. Nam & alii discipuli erant, qui fuerant numero. 70. sed illi non tam manifestè, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora secreta cõmissa sunt: isti autem duodecim fuerunt comprobati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est, de hac congregatione proditor malignus exiuit, & ideo non quemlibet discipulum arbitreris: dicto numero gradum discipulatus ostendit. Hæc ille. AVCTOR. Ergo instituit eos Christus Pontifex, ut iam dicit Origenes, sacerdotes perfectos, ut eo participarent sanguinis sacramento, quod aliàs facerent, & præ alijs, quia sacramẽtũ passionis eius præ aliis memorarent scilicet. 70. discipulis, aut sanctis mulieribus, quorum tunc nullius adfuit, sed apostoli soli, qui non abierũt retrorsum, & hac reor de causa cum duobus discipulis post resurrectionem corpus suum distribuit, ut in fidem sacramenti reduceret, quam negarant: quibus tamen non legitur tunc dedisse liquidum sacramentum, Iudas etiam inter alios sacerdotes eundem sanguinem Christi hausit, quem Petrus & alii apostoli, quanuis iam in peccato laborans, & traditione Christi finali non sanguinis tantum sacramẽtum, sed ipsum Christi sanguinem sumpsit, quem uendidit, & de quo dicit, Peccaui, tradendo sanguinẽ iustũ, sicut & in prædicto sermone uersus finem dicit CHRYS. Accepit calicem, & dixit, Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente, iste est sanguis. Die Iuda, quem triginta denariis uẽdidisti? iste est sanguis, de quo ante Pharisæis pacta fecisti. O Christi misericordia, O Iudæ dementia! ille enim triginta denariis pascisebatur ut uenderet, & Christus ei sanguinem, quem uẽ diderat, offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen ipsius existere uoluisset. Nã adfuit Iudas, & illius sacrificii communionem meruit, & pedes eius dominus, quando aliorum discipulorum lauit. Hæc ille. AVCTOR. In hoc processu pater sanctus interimit plures hæreses capitales Witcleff. Primò enim dicit, q̃ ibi non bibitur sanguis Christi typicus uel tropicus, quem ipse uocat uinum in natura & sanguinis sacramentum, sed Christi sanguis per naturam, quem tradidit Pharisæis. Secundò, quia† Iudas tunc homicida mortalis participauit rem sacramenti, non tantum exterius sacramentum. Et tertiò, quòd Iudæ tunc præscito Christus præsciens, suum sanguinem obtulit, sicut aliis in remissionem peccatorum, ita ut perderet impietatem, si uoluisset, & per consequens saluus esset.

Iudas in charistia sumpsit eam saluam potuisse.

Chr. To. 3.

Mat. 26

¶DE QVARTA PARTE MISSAE, scilicet gratiarum actione, cum oratione sacerdotis, Amen, & Deo gratias. Cap. XLIIII.

SVMMA.

1 *Hymnus post communionem, & de quarta parte missæ.*
2 *Pax nobis à sacerdote, seù episcopo prolatum.*
3 *Iudæorum error, & pœna.*
4 *Witcleuistæ omnes quomodo Cainitæ, & maledicti cum Iudæis.*
5 *Dominus uobiscum in fine missæ.*
6 *Abeundum quòd non sit ante finem missæ.*
7 *Ite missa est, in fine missæ.*
8 *Deo gratias, in fine missæ.*
9 *Constantiense concilium, & tesles contra Witcleff, de missa institutione.*
10 *Institutores missæ falsò creditι.*

Mat. 26

SAncta ista communione completa, quid demum sequatur, euangelium nobis ostendit, cùm dicit. Et hymno dicto, ebierunt in montem Oliueti. *Hymnus*

1 Hymnus† noster est cantus communis totius ecclesiæ, quasi gratiarũ actionis, & uox laudis. Ideo hæc est quarta pars, quæ totã missam perficit in gratiarũ actione, secundum augustinum iã supra. Incipit enim hæc pars cũ cantu post cõmunionẽ, & terminatur ubi dicitur ab uniuersis, Deo gratias: quasi sit ipse hymnus Christi cũ discipulis. Vnde in eodem loco, in commentario *Quarta pars missæ*

mentario HIERO. Hymno dicto, exierunt in montem Oliueti, hoc est, quod in quodam Psalmo legimus, Manducauerunt, & adorauerũt omnes pingues terræ. Iuxta hoc exemplum, qui pane Saluatoris, & calice saturatus, & inebriatus fuerit, potest laudare Deum, & conscendere montem Oliueti, ubi laborum refectio, doloris què solatium, & ueri luminis notitia est: Hæc ille. AVCTOR. Quod autem hic hymnus in diuinæ missæ mysterijs communiter agendus est, *Hilarius.* non tantum docet ratio a maiori, sed patrũ auctoritas, sicut in hoc loco secundum Thomam, Hila. Per hoc ostenditur, inquit, q̃ in uniuersis diuinorum mysteriorum uirtutibus gaudio & exultatione in cælestem gloriam efferũtur. Hæc ille. AVCT. Et hoc quidem instituit Christus discipulos facere, sicut dicit Origenes discipulos, qui acceperant benedictionis panem, & bibebant calicem, gratiarum actionis docebat dominus pro his omnibus hymnum dicere patri: unde dicitur: Et hymno dicto, exierunt in monteum Oliueti, ut de alto transirent in altum: quia fidelis non potest aliquid agere in cõualle. Hæc *Dionys.* ille. AVCT. Quapropter ex traditione Apostolorum, quos Christus edocuit hoc de complemento missæ ca. to. ies dicto tertio ecclesiasticæ Hierarchiæ sic scribit DION. Participans autem, & tradens thearchicham communionem, in gratiarum actionem sacram desinit, cum omni ecclesiæ sacra plenitudine. Vbi Lincoli. Peractis mysteriis, quorum prædictæ sunt theoriæ, & quorum ultimum est participatio, & traditio sacræ communionis Hierarcha circum astantibus compler hoc diuinum officium in gratiarũ
2 actione. Hæc ille. AVC T. Quod† autem sacerdos aut episcopus facturus est orans Deum, & *Pax uobis Lu. 24.* gratias agens inchoat, salutando populum, dicens, Pax uobis. Qualiter Saluator post communionem duorum discipulorum in Emaus remissis eis ad discipulorum cœnaculum in Hierusalem, hora eadem superuenit & ipse dicens eis, *Mat. x* Pax uobis: sic item denuntiat episcopus pacem, quam optauit eis in principio requiescere super eos usque in finem, secundum illud Matthæi. 10. *Remigius.* In quamcunque ciuitatem, aut domum intraueritis, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. De quo in libro de officio missæ. REMIGI. Meritò ergo & apostolorum successores, id est, ecclesiarum præsules hac salutatione utuntur, domum Dei salutantes, ubi oportet omnes esse filios pacis, ut super eos requiescens, & salutantibus, & salutatis posit esse fructuosa. Hæc ille. 3 AVC. Et submissa oratione super uniuersum populum, terminat eam sacrificans sicut prius, Per dominum. Ita ut respondeatur ab uniuersis, Amen: quasi coorantibus, & expressa uoce præcantibus, ut effectus sacramenti percepti apud eos resideat sine fine. Vnde lib. 13. confessionũ, ultra medium AVGVS. Iudicat enim, scilicet homo, & approbat quod rectè, improbat autem quod perperam inuenerit, siue in ea solennitate sacramentorum, quibus initiantur, quos peruestigat in aquis multis misericordia tua, siue in illa, qua ille piscis exhibetur, quem leuatum de profundo, pia terra comedit: siue in uerborum signis, uocibusquè subiectis auctoritati libri tui tanquàm sub firmamento uolitantibus, interpretando, exponendo, disserendo, disputando, benedicendo, atque inuocando te ore, erumpentibus, atque sonantibus signis, ut respondeat populus, Amen. Quibus omnibus uocibus corporaliter enuntiandis causa est abyssus seculi, cæcitas carnis, quia cogitata non possunt uideri, ut opus sit instrepere in auribus. Hæc ille. AVCT. Cœpit Augustinus dicere de piscibus maris, & ideò allegoriam extendit usque ad solennes ritus duorum sacramentorum, Baptismi, & Eucharistiæ, ad quos pertractatos, interpretando, exponendo, per sacras lectiones, aut disserendo per prædicationes, aut benedicendo, & inuocando Deum ore, ut facit sacerdos, strepentibus uocibus respondet populus, Amen: quia sine uocibus cogitata uideri non possunt, ita ut opus sit instrepere auribus uoces mutuas, non ut cuique libet confusas dissonas, sed subiectas auctoritati libri diuini, uel scripturæ, uel institutionis canonicæ. Et notanter dixit hoc fieri in solennitate putà, missæ, in qua exhibetur ille piscis, corpus Christi, quem figurauit piscis lonæ detinens illum per tres dies ac noctes in uentre, quem leuatum de profundo calicis pia terra, id est, homo, comedit non sacramentum illius solum, sed piscem corporis Christi, de profundo sepulchri prius & modo secundum institutionem apostolicam secundum portionem eius natantem in C sanguine proprio de profundo calicis leuatum secundùm naturam in solennibus sacramenti. Hic ergo piscis iam uentre suo nos continens, & à pia terra comestus clamorem facit ad Deũ de terra uocalem, quemadmodum uox sanguinis Abel figuraliter per sanguinem Christi haustum ab eadem terra, eandem uocem emittit. Vnde in quæstionibus Orosii. quæst. 49. AVG. *Aug. To. 4* Sanguis Abel, sanguinem Christi significat, quo ecclesia uniuersa percepto dicit, Amen. Nã qualem clamorem faciat uniuersa ecclesia, dum potatur sanguine Christi, & dicit, Amen, tu ipse si potes, considera, Iudæi† ergo, qui intelliguntur in Cain, quoniam non credentes in Christum, non potantur sanguine Christi, maledicti sunt *Iudæorum error & pœna* super terram illam, quæ aperuit os suum per confessionem, & bibit sanguinem fratris tui, id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est Christi, quem Iudæi non bibunt, ideo illi maledicti sunt. Hæc ille. AVCTOR. Eadem
4 ratione Witcleuistæ omnes sunt Cainitæ, & maledicti cum Iudæis, quia non bibunt sanguinem fratris sui Christi cum terra, quæ aperiens os suum clamat, & bibit, ea ipsa pia terra, quæ in superiori iam dicta, corporis sui piscem comedit, eo q; nec credunt in Christi corpus & sanguinẽ, & quæ sumerent ex altari, sed in panem & uinũ uilia per naturas, & uetera iudaica per figuras. Quid mirum ergo, si non clament Amen cum fidelibus, si nec laudem supremi cantent officij, qui ita nec credunt fieri, nec congaudent? Hoc autem responso facto de plebe, licentiat, ac dimittit eos presbyter ultimato uerbo dicens, Do
Dominus uobiscum. 5 minus † uobiscum, hoc protestans in fine officij, quod Christus promisit ecclesiæ, in fine uerborum Matthæi. Ecce inquiens uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Hic terminus est sicut uerborum Christi, B ita & sacerdotalis officii, & orationis pro gratiarum actione diffusæ: idcirco ante hunc finem
Ante finẽ missæ nõ est abeundum. nulli licet egredi, sed expectare promissum. Vnde in Homi. 82. operis perfecti Chrysostom.
6 Cum † hymnum dixisset, exierunt in montem Oliuarum. Audiant quicunque uelut porci mandu cantes similiter calcitrant mensam sensibilem, & surgunt cum ebrietate, cùm deceret gratias agere & in hymnum desinere. Audite quicũque ultimam orationem non expectatis mysteriorũ: hoc enim illius orationis symbolum gratias egit anteq; dedit discipulis suis, ut & nos gratias agamus, gratias egit, & hymnum dicit postquàm dedit, ut & nos hoc ipsum faciamus. Hæc ille. AVCTOR. Vtrumque commonet, hoc saluatoris exemplo, tam ut gratias agat sensibilis mensæ conuiua, quàm ut gratias agat, & hymni finem expectet, & orationis finalis gratiarum actionis in missa. Audite, inquit, quicunque ultimam orationem non expectatis, mysteriorum subiungẽs rationem: quia, hoc, putà, q; nos oramus finaliter in missa, illius Christi orationis post sanctã cœnam est symbolum, id est exemplum. Quòd autem clerus applaudenter loco populi respondet post precem sacerdotis. Amen, a templi ritu sine ruptura consuetudinis per apostolos usque 7 ad nos traxit ecclesia. Quia sicut in fine psalmorum, cùm cantabantur à cantoribus Leuitis
Psal.71 solebat populus respondere cum plausu Amen, Amen, uel fiat, fiat, secundum illud Psalm. Bene dictus dominus Deus Israel à seculo & usque in
Cassiodo. seculum, & dicet omnis populus fiat, fiat. Super quem locum in expositione. CASSIODOR. Hæc est laus, quam superiore uersu congregatos optauit populos personare. Hoc etiã nunc canit sancta ecclesia, qua se de tanto bono præsenti tempore consolatur, sed hoc dixit ab isto seculo usque ad aliud perpetuum seculum esse faciendum, ut continuata laus nunquàm deberet habere fastidium. Sed cum prædictos hymnos deuotus populus Iudæorum canat, quis est iste alter, qui dicit fiat, fiat? Is (ut mihi uidetur) populus ille præputii est, qui illo tempore in fide non erat, quando psalmus iste canebatur. Sequitur. Sic hodie quoque in ecclesiis orantibus sacerdotibus respondetur, Amen, id est, fiat, sic iam illis temporibus ipsi indicabãtur, qui nunc idem faciunt. Hæc ille. AVCTOR. Expectet ergo populus Christianus, ut uicem suã deo rependẽs, oranti sacerdoti respondeat. Amen, ne Iudæo probetur ingratior, maximè, ut
Christus. dixit Chrysostom. Oratio sacerdotis Christi monstrat exemplum: simul & quia ad hoc expectatur agendum. AVCT. A constitutione apostolorum traxit hoc mandatum Chrysostomus: quia de consilio apostolorum, cap. 10. hoc
Concilium apostolorum. est Concilium apostolorum. Omnes fideles, qui ingrediuntur ecclesiam, & scripturas audiũt non autem perseuerant in oratione, nec sanctã communionem percipiunt, uelut inquietudines ecclesiæ commouentes conuenit communione priuari. Hæcibi, & in decretis de consecratione, distinctione. 1. AVCT. Similem autem admonitionem huic apostolicæ adiecit, sermone. 19. in sermonibus suis communibus.
Aug. To. AVGVS. Moneo, inquiens, & paterna charitate conciliator, ut saltem quolibet Dominico die, & præcipuis festiuitatibus, donec sacra mysteria compleantur, de ecclesia nullus abscedat, nisi quos infirmitas, aut publica necessitas stare diutias non permittit. Itaque rogo, ut dum diuina celebrãtur mysteria, nullus se terrenis, aut ottosis fabulis occupet, sed humiliter, & deuotè, cum contrito corde benedictionem accipiat. Attendentes, quod si quis meum contemnit sermonẽ, C Christum sentiet iudicem. Hæc ille. AVC. Hoc animo & auctoritate apostolorum ad hũc finem sacræ missæ officium perductum est, per sanctorum patrum, & antiquorum tractum antistitum, ita ut iam proximo licentiet, ac dimittat plebem diaconus, dicens. Ite † missa est iuxta uerbum Christi ad Apostolos. Surgite eamus hinc. Perfectis quidem iam mysteriis sacræ cœnæ, & iam aliquanto ante sermone completum hymni officium, recedere noluit CHRISTVS. dicens eis, Surgite, eamus hinc, sciens, quod iam pauidos fecisset apostolos, & suspicantes malum, non posse esse dictis suis intentos. Compleuit igitur officium hymni, cum illinc surrexisset, alibi extendens in eo sermonem, usque ad illud in euangelio Ioannis, non pro his rogo tan *Io. 17.*

tum, sed pro his etiam, qui crediturí sunt per uerbum eorum in me, usque in finem sermonis. Vnde in illum locum super Marcum,
Beda. BEDA. Potest autem hymnus ille intelligi, quem dominus secundum Ioannem, patri gratias agens, decantabat, in quo, & pro ipso, & pro discipulis, & pro eis, qui per uerbum eorum crediturí erant, eleuatis sursum oculis, precabatur. Hæc ille. AVCTOR. Nec hic finis officij, sed ubi cũ tribus discipulis in monte patrem orasset, prophetans ad
Chrysost. To. 2. uentum Iudæ, dixit apostolis, Surgite, eamus. CHRYSOSTOMVS. in litera sua dixit, Surgite, eamus hinc, Homilia. 83. super Matth. opere perfecto. Surgite, eamus hinc, Ecce appropinquabit, qui me tradet. Et testatur Ambro. hoc eũ
Amb. To. 4 ita dixisse, ut finaliter sequamur eum, libro de fuga seculi. AMBROS. Dixit tibi euangelium, Surgite, eamus hinc: dixit tibi lex, Post dominũ Deum tuũ ambulabis, didicisti quomodo hinc B fugias, quid moraris? Hæc ille. AVCTOR. Et
Amb. To. 2 libro secundo, de fide, ad Gratianum Imperatorem, idem AMBRO. At homo est qui uadit, ipse qui uenit. Denique & alibi dixit, Surgite, eamus. In eo ergo uadit, & uenit, qui est commune nobiscum. Hæc ille. AVCTOR. Venit ad nos, uadit ad patrem, ut nos uadamus: cum eo ad quod inuitans nos, ait, Surgite, eamus hinc, ite cum eo, Missa est, ait minister eius sacerdos.
8 Quid ergo congruentius respondeat populus, quam Deo † gratias, totam solennitatem missę
Deo gratiat. cum gratiarum actione, uocis protestatione cõcludens, & cum Christi sacerdotibus & ministris præcũbus quasi cur, currat, & alacri gressu de Christo in altari, ad Christũ properet in gloria
Aug. To. 2 apparẽtẽ, uelut epist. 10. q̃ est ad Aurelium. AVG. Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, q̃ deo gratias? Hoc nil dici breuius, nec audiri lætius, nec agi fructuosius põt, Deo gratias, qui te in tam fideli pectore ditauit erga filios tuos. Sequitur. Eatur, ambuletur, curratur in uia domini: benedicãtur pusilli cum magnis iocundati in his quæ dicuntur eis, In domum domini ibimus: præcedent il-
Psal. 121. li, & sequantur isti imitatores facti illorum, sicut & illi Christi. Ferueat iter sanctarum formicarum, fragrent opera sanctarum apum, seratur fructus in tolerantia cum salute perseuerandi usque in finem, Amen. Hæc ille. AVCTOR. Gratias Iesu Christo, cuius corporis & sanguinis sacrum mysterium qualiter sit celebrandum à fidelibus per hęc patrum scripta me scriba ipse disposuit: nec forte sufficienti calamo cuncta, ut ipse dignabatur inspirare, suscepi, quæ cæteris dignioribus tranfundit uberiùs. Hæc autem catholica fide armatus exasperanti Witcleff contra uenerabilem Christi carnis naturam in altari, & uenerabilis huius missæ constitutionem fideliter obiicio: quia nec spiramen ulterius habeat, ut pro uero defendat, quod inter asserta eius Con
Constantien. Concilium. stantiense † sacrum Concilium dãnauit, his uerbis. Non est fundatum in euangelio, quòd Christus missam ordinauit. Hæc conclusio ibi quinta tãm uidetur damnanda fidelibus, quàm de institutis apostolorum iuxta ritus Christi. Beatus Paulus hanc missam tradidit Timotheo, & Dionysio illam formante. Origenes, Cyprianus, Ter
Testes contra Vvitcleff. tullianus, Ambrosius, Basilius, Augustinus, Hieronymus, traduxerunt eam per præcum portiones in scripturis. Qui quantum à nostra distant
De missæ institutione. ætate, & appropinquabãt eathenatim apostolis, tantò per filios descendentes, Bedam, Haymonem, Rabanum, Isidorum, & Anselmum, maiorem fidem, facerent, nos ueram partem habere de officio missæ, & falsam esse partem Wicleff, quæ sine probatione, uel teste fundatam in euãgelio negat, quam nos tanto numero testium ab ipsis apostolis deriuamus. Deprehendatur ergo inendax, cum sic præsumit in uerbis, & tanto perè conuincitur. Dicat audãcter fideliter. Proba quod dixeris, nisi iterum audiat supplantantẽ dicere, non ego probo, sed uos ubi si sit fundatum, edicite: & hoc erit nescienti probare suffragiũ, probantẽ tũ inuadere alienũ, cũ habeat ipse
10 nullũ. Quidã † aũt calumniari me ũlunt, q; tot scriptoribus, magnis occurrã, scribentibus, & testantibus, orationẽ dominicã dici instituisse Gregoriũ, Psalmos, introitus, Cælestinum, & canonem pene totum cum præfatione Gelasium, & osculum
Institutores missæ falsò crediti. pacis Leonem, cum similibus. Doctores attendant inductos, qui longo tempore, & quanto præcesserunt talem instituentem, siue talem. Perpendantq; doctorum historias, & quantum antiquitatis largitur Origenes singulis, & quàm celebri usu per cunctas orbis ecclesias seruabantur, & tunc planè sentiet antiquitati patrum cedendum esse simul, & credendum Paulum Timotheo, & Dionysio hanc formam dedisse, quam ex apostolorum traditione traduxit cunctis ecclesijs dispensandam: quam ideò cum tanta uniformitate remotissimæ gentes sine notanda singularitate sequuntur, & colunt. Nec item eos mẽdaces constituo, qui scribunt Gregorium instituisse orationem dominicam dicẽdam in missa: instituit, fateor, sed non primus, dicente seipso, q; in omni Græcia eã dicit populus cũ sacerdote: sed quia ipse executioni mandauit in hac forsan ecclesia, idcireo instituit more loquẽdi Christi in euangelio, Moyses dedit uobis circuncisiõ nẽ: nõ quia ex patribus, neque ex eis primò, quò ad legis conditionem, sed ex Deo, & tamen ex patribus: & item ex Moyse est, sed ex patribus. Ioan. septimo. Non ex Moyse inchoatiuè,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ex Abraham, & ex patribus: quia uerum est modo suo, quòd Moyses dedit nobis circuncisionem, non quia ex Moyse, sed ex patribus. Ita Gregorius dedit nobis in missa orationem dominicam, Cælestinus Psalmos, Leo pacis osculum, Gelasius de canone multum sancto. Non quia ex Gregorio, Gelasio, Cælestino, aut Leone primò, sed ex patribus & apostolis, immo a Christo primò condente. Et sic finitur sacræ missæ approbatio.

DE SACRAMENTALIBVS præcibus, & ritibus Baptismi.

Titu. V.

¶QVOD RITVS EVCHARIstiæ, Baptismi, & aliorum sacramentorum à Christi consuetudine, & apostolorum donantur ecclesiæ sine scripto propter hæreticos, execratos, & infirmos. Cap. XLV.

SVMMA.

1 *Scripta quod non sint omnia, quæ ad sacramenta pertinent, contra Wiccleff, & eius sequaces.*
2 *Mysteria sacramentalia quemadmodum sint tradita.*
3 *Occultandi mysterij ratio describitur.*
4 *Execrati, qui dicantur.*
5 *Occultandorum mysteriorum prouidentia narratur.*
6 *Christianis quæ fuerint priscis temporibus obiecta. & qualibus iniurijs premebatur Christianitas.*
7 *Auctor inuehitur in Witcleuistas. Et quomodo sint plebs Caath, quibus non licet nuda sacra prospicere.*

Psal.11. RINGVAS nostras magnificabimus, inquiunt Witcleuistæ, labia nostra a nobis sunt, donec dicant nobis clerici orthodoxi, rationes fundationesquè singulorum rituum & sacramentalium pcum. Vndeuix transit eos locus, uel tempus, qno ambiguis suis clericos & sacerdotes nõ pulsant, fundamentum omne sumentes ab hæretico & mendoso principio sui Witcleff, capit. 13. secundæ partis, de sermone domini in monte. Christus exemplar totius ecclesiæ, non fuit in persona sua taliter cõfirmatus, nec in baptismo suo chrisma huiusmodi, sed aquam simplicem requisiuit, nec sic dedicauit ecclesias, sed episcopi hoc accipiunt ex singulari opere Salomonis: & sic difficultatur ecclesia infideliter propter solemnizationem talis consuetudinis introductæ. Hæc Witcleff. AVC. Ecce quid sapuit noster Witcleff de scripturarum Medulis. O Witcleuistæ, sic difficultatur, inquit, ecclesia, propter solemnizationem talis consuetudinis. Nihil plus ponderat Saraceno de scripturæ sensibus, quos omnes a principio scripteres sancti dixerunt ad anagogiam toti mundo stupendam, & usque ad conuersionem de uanitatibus paganismi, non dico simplicium, sed qui eorum cæteris peritiores, & potentiores in clero, & regni partibus præfuerunt. Eamus ad eum. Christus (inquit) in baptismo suo non huiusmodi chrisma, sed aquam simplicem requisiuit. In uerbo, aquæ simplicis, omnes ritus tollit, nimirum, quia aquã B ipsam tollit à salute fidelium, ut suprà, libro quinto scriptum est. Sed planè dicas, omnium rituum sacramentales rationes expostulas, sicut ille qui Christum expostulauit didragma. At I †Christum audio mihi, dicentem, Vade ad mare. Quasi dicat, Multa feci, multaquè dixi, quæ scriptis non expressi. Volo autem, ut in eis uidẽtes non uideant, & audientes non intelligant, sed tu nade ad mare cuius sunt elationes mirabiles, ne scilicet scandalizemus exactores indebiti, ne demus Witcleuistis occasionem dicendi, q ecclesia in hoc uel illo Christi careat fundamento. Non soluam ex debito, quia clericis filii regis Christi, in his mysticis hæreticis, & in firmis rationis pensam non soluerent, sed nè scãdalizemus eos, uade ad mare, uade, si uis ad scripturas immeabiles, & inter medias undas piscẽ, qui ascendat, assume, & extractum de ore eius sta C therem, dabis pro me, & te. Inter undas scripturarum sanctarum natantem inuenies quandoque piscem Augustinum, piscem Hilarium, piscem Origenem, piscem Dionysium: saltem secundũ exigẽtiam quẽuis piscem, qui tibi primus ascẽderit, assume, & de ore eius confessionem ueritatis arripe, & pende tributum. Ipsi de mari scripturæ ueritatis non exeunt. Adeas ergo mare, 9 ad ipsos perge, & ibi uide quæ tibi uidenda non essent, si saltem esses de plebe Caath, de qua re Homilia. 5. super librum Numerorum uetustissimus Origenes. Ne exterminetis de tribu sua plebem Caath, quasi in eo exterminandi essent si sancta sanctorum nuda, & patentia contigissent, quæ non solum non contingere, sed nec intueri quidem fas erat non uelata. Si intellexisti quid

Matth.11 *Scripta non omnia sunt quæ ad sacramenta pertinent.* *Orig. Tom.*

quid historiæ ordo contineat, ascende nunc ad splendorem mysterii & legis spiritualis lumen, si tibi purus est mentis oculus, contuere. Si quis dignus ex his, qui Deo ministrant, diuina capere, & uidere mysteria, ad quæ contuenda cæteri minus capaces sunt, hic Aaron, uel filius Aaron esse intelligatur, qui ingredi potest ad ea, quæ adire aliis fas non est. Si quis talis ergo est, huic soli reuelata petet arca testamenti: hic uidet urnam intra se habentem manna, hic considerat, & intelligit propitiatorium, hic intuetur Cherubim utrunque, & mensam sanctam, & candelabrum luminis, & altare incensi: iste hæc considerat, & intelligit spiritualiter, id est, qui uerbo Dei, & misterijs sapientiæ operam dat, & Deo soli in sanctis uacat. Sciat sanè cui hæc reuelantur, & spiritualiter inspicienda creduntur, non sibi tutum esse aperire, & pandere, quibus non licet pandi: sed aperire debet singula, & operta cæteris minus capacibus tradere portanda in humeris, & ceruicibus imponenda. Cùm enim ex uerbis mysticis eruditi, & perfecti quique è doctores opera populis iniungunt, & plebs agit quidem, & impleꝛ quæ mandantur, non tamen eorum, quæ geruntur, intelligit rationem, quid aliud geritur, nisi quòd operta, & uelata sancta 2 sanctorum super humeros portantur? Et ut adhuc manifestius quæ dicuntur aduertas, exemplis te ex diuinis uoluminibus adhibitis, informabimus. Moyses intelligebat, quod esset uerum pascha: sciebat quæ essent ueræ neomeniæ, & quæ uera sabbata: & cùm hæc omnia intellexisset in spiritu, uerbis tamen ea per rerum corporaliũ species adumbrationesquè uelabat: & cum sciret uerum pascha immolandum esse Christum, 1.Cor.5. ouem corporalem mandat immolari in pascha. Cùmque sciret diem festum agi deberi in azymis synceritatis & ueritatis, tamen de farinæ azymis præcipiebat. Hæc ergo & huiusmodi erant sancta sanctorum, quæ Moyses portanda C cæteris traderet, id est, rebus & operibus implenda, cooperta tamen, & uelata communi sermonum tradebat eloquio. Humeri autem, quòd operum indicium teneant in multis sæpe ostendimus scripturæ locis: sed in ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec ratio eorũ tamen omnibus patet. Nam quòd, uerbi causa, genua flectimus orantes, & quòd ex omnibus cæli plagis ad solam orientis partem orationem fundimus, non facilè puto cuiquàm ratione compertum, sed & Eucharistiæ, siue percipiendæ, siue eruu, quo geritur, explicandæ, uel eorum, quæ geruntur in baptismo uerborum, gestorum 3 que, & ordinum atq; interrogationum, ac respõsionum quis facilè rationem explicet? non puto quisquam. Et tamen hæc omnia aperta licet & uelata portamus super humeros, cùm ita implemus ea, & exequimur, ut à magno Pontifice, id est, à Christo, & à filiis eius tradita, & commendata susceperimus. Hæc ille. AVC. Hæc ultima uerba Origenis antiqui, omnium orthodoxorũ aures, cum primum tangunt, edificant. Cùm dicit omnium precum obseruantiarum, & rituũ, qui in dispensando Eucharistiam, uel celebrando geruntur, omnique circa baptismum uerborum, gestorum, respõsionum, interrogationum, nemo facilè ueras rationes assignet. Et tamen hęc omnia nobis cur sic fiant occulta, synceriter facinus, ut à magno Pontifice: quo nisi Christo, & à filiis eius, id est, ab apostolis tradita, & commendata susceperimus? Omnes ergo iuxta hunc textum memorabiles & graues ritus, putà, qui apud omnes ecclesias ab antiquo, sine contrarij mentione, & sine uarietate seruantur, à magno Pontifice Christo, & filijs eius apostolis commẽ B datos, susceperimus. Sed hoc scriptis demonstra dicit Witcleff. Respondet sanctus pater Dionysius: sed qui scripturas nobis dederunt, hoc punctim per singula non scriptis, sed uiuo sermone certa de causa donarunt. cap. primo ecclesiasticę *Dionysius.* Hierarchiæ DION. Venerabilissima † autẽ eloquia hæc cùm dicimus quæcunque à diuinis nostris sacræ perfectoribus in hagiographis, nobis & theologicis donata sunt deltis. Sequitur. Veruntamen extra scripturam duces nostri edocti sunt. Neq; hæc diuinis hierarchijs ad sacrificij commune inuolatis intellectibus, sed in symbolis sacris tradentibus: est enim non omnis sacer, neq; omnium, ut eloquia dicunt, cognitio. Hæc ille. AVCTOR. Vbi ad intellectum termi norum, qui sunt diuini sacræ perfectores, qui nostri duces, ex Græco notantur. Sacræ perfectores quidẽ apostolos dicit, quos & duces dicit: theologicas autem deltas, libros ueteris, & noui testamenti: & super hunc locum in commento. LINCOLIEN. Venerabilissima eloquia hęc dicimus, quæcunq; à diuinis nostris sacræ perfectoribus, & sacrorum librorum sacræ scripturæ auctoribus nos sacræ sacros perficientibus dona ta sunt nobis in deltis, hoc est. Sequitur. Et quæcunq; alia, scilicet nostri duces, id est, doctores edocti sunt ab eisdem sacris ueris doctrina immaterialiori, quia interius absq; sermone exterius sonante facta, & ita per Spiritum sanctum angelico ministerio subdit. Sic itaque nostri duces edocti à sacræ scripturæ auctoribus edoctis interiori doctrina, docentibus autem per medium sermonem corporalem, non scriptum tamen. AVCTOR. Et † exprimit causam non tradendi per scripturam, sed per symbola, id est, signa extrinseca LINCOLIEN.

Mysteria sacramentalia quemadmodum sint tradita.

Subiun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Occultandi causa.

Subiungit autem rationem, quare in symbolis ad communem utilitatem suas fecerũt traditiones, ut uidelicet execratis occultarentur sacra, & ut non potentes intelligere spiritaliter spirituallia, manu ducerentur per materialia symbola. Hæc ille. AVCTOR. A duobus ergo intendebãt primi patres ecclesiæ occultare sacra mysteria, scilicet execratis, & infirmis. Execratis † hæreticis, & paganis, quib. sacri ritus essent ludibrio: idcirco nihil uidere sinebantur facto uel scripto quia porci sunt, & sacra suis pedibus conculcarent. Et † quia instinctu Spiritus sancti præsenserunt apostoli quadringentis illis annis post Ascensionem Christi, magnam persecutionem à tyrannide principum paganorum ecclesiam esse passuram, cum opprobriis, scandalis, irrisionibus, & imputationibus falsorum criminum in lege, in sacris, in moribus, & corporibus hominum infinitis: quid mirum si ad abbreuiationem malorum, sacros ritus, & mysteria magni regis nec substrahere disponebant, nec prodere? Legat † Tertullianum in apologetico suo, qui sufficit, legat & Eusebium in ecclesiastica historia ut dens oculis, si ualeat, qualibus iniuriis Christianitas permebatur, per falsam hominum interpretationem, & boni peruersionem, dicentium cœtus, & congregationes fidelium in ecclesia, illicitas factiones, & conspirationes esse: fratres quia se nominabant, malo studio depraubãt: filios si castigabãt, occidere dixerũt infructuosos, si diis stipem non dederunt, dixerunt: omnemq; mortalitatem & lunæ & aeris infectionem & intemperiem Christianorum imputauit consortiis. Posterius aliquanto Iulianus Cæsar, Celso, & Porphyrio sibi sociatis, omnem euangelii textum impugnauit, & exprobauit, ut ne unum qui dem capitulum relinqueretur intactum. Quid credis fecissent de tot ritibus & obseruantiis baptismi, uel alteries sacramenti, si comperissent in scripturis? Idcirco bene dixit Dionysius, quòd Apostoli, & magistri ecclesiarum post eos sine scripturis, uiuo sermone, & longa consuetudine has obseruantias sacramentales dederunt in symbolis, occultantes eas execratis. Origenes suprà dixit similiter Moysen intellexisse uerum pascha & non expressisse scripturis, sed sub umbris corporum posuisse. Et consimiliter ritus sacramentales circa baptismum uel eucharistiam, sicut flexiones, & adorationes uersus Orientem dixit nos agere, sicut a magno Pontifice Christo, & à filiis eius Apostolis tradebantur. Et tu † o miser Witcleff, consuetudo, quam blasphemas infideliter introductam in difficultatem ecclesiæ, ipsa est, quam à magno Christo Pontifice, & filiis eius traditam dixit Origenes: ipsam inspirauit Spiritussanctus Apostolis, qui uiua uoce sine scripturis doctoribus primarum ecclesiarum ulterius tradiderunt, dixit Dionysius. Hæc legisset infelix hæretice, & non sic blasphemasses in Christum, & Apostolos, propter consuetudinem introductam: propter te, & execratos Witcleuistas sic occultè dispensantur, plebs estis Canth, quibus non licet nuda sacra prospicere: immo propter quos iussum erat nè scriberentur, quæ septem tonitrua sunt locuta, sermone septimo. In expositione libri Apocalyp. AVGVSTI. Quod autem dixit signa, quæ locuta sunt septẽ tonitrua, propter obtusos dictum est, de quibus in euangelio dicitur, Nolite sanctum dare canibus, id est, ut non passim omnibus pateat uerbũ Dei. Alio denique loco propter suos seruos dixit, Ne signaueris (inquit) uerba prophetiæ huius: & ostendit quibus signari iussit, quibus nõ. Qui perseuerauerit (inquit) nocere, noceat: & q in sordibus est, sordescat adhuc. Ecce quibus signatum est uerbum Dei, propterea in similitudinib. (inquit) loquor illis, qui ut sanctiora, &c. Ecce quibus non est signatum. Hæc ille.

Execrati. 4

Occultãdorum misteriorum prouidentia. 5

6

Christianis obiecta.

7

¶DE OBSERVANTIIS BAPTISMI, in quo Christus plus aqua simplici requisiuit, & de patrinis, qui offerant baptizandum. C. XLVI.

SVMMA.

Witcleff confutatur circa baptismi obseruantias.

Argumenti subtilis conuersio aduersus Witcleff.

Christi unctio. Et quo chrismate fuerit unctus.

Christianus cur quis nuncupetur. Et quòd Christus dicatur unctus.

Aqua simplex quòd non solum requiratur ad baptismi perfectionem, contra Witcleff.

Baptismales ritus describuntur.

Patrinus, qui et Anadochus secundum Dionysiũ, & quod sit eius officium.

Patrini quot esse debeant.

NE ergo scandalizemur nos Witcleuistæ, iussu Christi uadam ad mare. Tu autem quod petis tributum, id est, quæstionem resume. Christus inquit, exemplar totius ecclesiæ, nõ fuit in persona sua taliter confirmatus, nec in baptismo suo chrisma huiusmodi, sed aquam simplicem requisiuit Audio. Quid igitur? Nouerunt omnes eum hoc intendere. Ergo nec ecclesia chrisma huiusmodi ad baptismum, nec ritus solitos, sed aquam simplicem iam requireret. AVCTOR. Sic ipse concludit post multa, libro de Papa, ca. 18 Cum.

Matt. 17.

Witcleff.

Cùm enim signa ista non sint nisi gratia signatorum, signata per se sufficiunt sine signis. Hæc 1 Witcleff. AVCTOR. Iuxta † hunc ergo sicut huius aquæ simplicitas excludit chrisma, ita & oleum, ita & uestem candidam, & interrogationes, & totum catechizandi ordinem, & solennes ritus, quos in aqua illa simplici de fluento Iordanis Christus non legitur requisiuisse. Propter hos omnes ritus probandos, necesse est, ut præsens quæstio renouetur, aut remoretur. Sed quid si petam Witcleff illa uerba euangelica, si propter aquam suam simplicem requirantur, dicen- *Matt. 28.* te Christo: Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritussancti? Cùm Christus exemplar totius ecclesiæ in baptismo suo præter aquam simplicem non requisiuit, cur requisiuit hæc uerba? Si concedas non requiri, iam Christi mandato repugnas, quo iussit hæc dici: si requisita concedis, tibi ipsi repugnas, qui huius oppositum conclusisti de chrismate. Quid item dicens ad confessionem pœnitentiamque peccatorum, quã Christus ad baptismum suum præter aquam simplicem non requisiuit? Cæteri tamen baptizati tunc qui hoc fecerunt, in scriptis laudantur, & 2 ut adulti hoc nunc agant, iubentur. Et † ut argumentum eius in affirmatiuam conuertam: Christus præter aquam simplicem requisiuit Spiritũsanctum in uisibili specie columbæ, & patrem in sensibili uoce, ergo nos requiremus hæc eadem præter aquam simplicem. Dices forsan Christũ propter deitatis suæ naturam meruisse hanc prerogatiuam: uerum dices, & ita prę nobis omnibus non nullius chrismatis, sed melioris infinito nostro uisibili & altioris chrismatis in suo baptismo meruit unctionem, unde ipse nostra non eguit, dicente Psalm. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quem textũ ad eum finem pertractat expositione sua super Lucam, lib. 2. ca. 1. textu, Spiritus domini super me, eo quòd unxerit me. BEDA. Non q dominus Deus habeat dominum Deum, sed q iuxta dispensationem carnis assumptæ dicat ea, quæ humilia sunt, ad quem Psalmista iam dixerat, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quando enim consortes nominantur, naturam carnis intellige, quia Deus consortes substantiæ suæ non habet: & quia erat unctio spiritalis, & nequaquam humani corporis, sicut fuit in sacerdotibus Iudæorum, idcirco præ consortibus, id est, cæteris sanctis unctus esse memoratur. Cuius unctio, illo expleta est tempore, quando baptizatus est in Iordane, & spiritussanctus in specie columbæ descendit super eum, & mansit in illo. Vnctus est igitur oleo spiritali, & uirtute cælesti, ut paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æternæ. Hæc ille. AVC. Ecce † quo chrismate unctus est Christus, scilicet spiritali tantum, non corporeo, sicut Iudaici sacerdotes, qui ungebantur oleo corporali corpore tantum, Christus oleo spiritali: nos chrismate corporali corpore, ut redundet in spiritum, & ita simus participatione Christiani ab eo, qui est Christus per essentiam, sicut ipsum nostrum chrisma partim continet in effectu gratiam spiritualem. Christi chrisma fuit gratia per naturam. Et attẽdant uigiles in scripturis, si Witcleff non intendat contra spiritumsanctum, & prærogatiuam capitis Christi, quòd dixit, Christus non chrismate huiusmodi, sed aquam simplicem requisiuit, quia sic nos hac ratione, nè solo signato chrismate sine signante ipso scilicet spiritussancto baptizari petamus cum Christo. Ergo aspirabimus ad similitudinem Dei, ne ipse ungatur oleo exultationis præ participibus suis, si nostro chrismate ungendum altare contendimus, etiam ne præ participibus, sed cum participibus suis ungatur, omnimodè suademus. Participes eius in hoc chrismate erant reges, & pontifices Iudæorum: participes omnes post eum baptizati fideles. Conari ergo deceret omnes fideles tantum reuereri caput suum, quantum Iudæi omnino si uidere facultas, differant Christo unctionem præ participibus suis ad illam per minorem tendentes, ut solus ipse sit Christus per essentiam, per participationem cæteri Christiani. Vnde libro. de uita Christiana, * circa principium AVGVSTINVS. Cur † quis Christianus nuncupetur, expono nam Christum unctum interpretari sapientum, & fidelium nullus ignorat. Vnctos uerò non nisi sanctos uiros, & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est: nec alios, quam prophetas, aut sacerdotes, aut reges. Et tam magnum fuit ipsius unctionis mysterium, ut in iudaico populo non omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere: & hoc usque ad aduẽtum domini nostri Iesu Christi, quem Deus oleo lætitiæ, id est, Spiritussancto præ cæteris suis consortibus unxit. Ex quo tempore credentes illi, & baptismatis illius sanctificatione purgati, non aliquanti, sicut prius sub lege fuerant, sed omnes in prophetis, & sacerdotibus unguntur, & regibus. Cuius unctionis quales esse debeamus, admonemur exẽplo, ut quibus tã sancta est unctio, sit nõ minus sancta conuersatio. Ex sacramento enim unctionis huius, & Christi, & Christianorum omnium, id est, in Christo credentium, uocabuli descendit, & nomen. Hæc ille. AVCT. Ecce mi Witcleff, Christum unctũ sine exceptione, sequentes ab illo tempore, illo Christi sacramẽto

Argumenti subtilis conuersio.

Vnctio Christi.

Psal. 44.

Lu. 4. Beda.

Christi unctio.

** cap. primo. & secundo.*

Aug. To. 9. Christus, id est, unctus.

to

Universidad de Deusto
Biblioteca

to unctionis uncti ex illo sacramento, uocabulũ Christianorum susceperunt nomen. Sub hac auctoritate producto Cornelio, producto Eunucho, & si lubet baptizato in Samaria sub diacono Philippo, producto, ut sine chrismate baptizati probentur, quia non legitur chrisma adhibitũ. Ego econtrariò dicam in baptismatis nomine contẽta fuisse singula requisita tunc, sicut & núc. Nec enim chrisma, aut renuntiationes, aut interrogationes nunc dicimus, sed cuncta in una appellatione baptisnum. Hoc item diceret Augustinus, qui omnes credentes, & non aliquantos, ut prius, a sacramento chrismatis in baptismo Christianorum uocabulum promeruisse, affirmat. Et addit ex parte unctionis Christi, unde nec hic uobiscum aqua simplex esse potest, per quam, gratiam consequamur, hoc absolutè docet nos libro de Gedeone, uersus finem. AMBROSIVS. Non omnes hoc poterant haurire mysterium. Lauare quidem uoluit Abraham, sed hospitalitatis causa: uolebat Gedeon lauare pedes angelo, qui apparuit sibi, sed uolebat quasi is qui deferret obsequium, non qui donaret consortium: hoc mysterium quod nemo cognouit. Denique & Petro dixit, Quod ego facio, tu nescis, cognosces postea: hoc, inquam, diuinum misterium est, quod etiam qui lauerunt, requirunt. Non est ergo simplex aqua, per quam consequimur ut partem cum Christo habere mereamur.

5 Hæc ille. AVCT. Attende †mi Witcleff, qualiter aquam tuam simplicem Christiani, ut cum Christo regnent, abnegent. Non est, inquit, simplex aqua, sed diuino etiam miyta mysterio, qđ qui lauerunt, in Christo requirunt. Hoc repræsentat chrisma, hoc oleum, sed & sine oleo, sine chrismate nostro uisibili inuisibilis gratia requisita adesse, quæ per consecrationem adest, ad nudũ adhæret elementum, ita ut nec, ut tu dicis, uerũ est, qꝑ Christus aquam simplicem requisiuit. De quo libro 1. de sacramentis AMBROS. Vidisti aquam, sed non aqua omnis sanat, sed quæ habet gratiam Christi sanat. Aliud est elementum, aliud consecratio, aliud opus, aliud operatio. Non sanat aqua, nisi spiritussanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit. Sicut legisti, qꝑ cum dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret, uenit ad Ioannem, & ait illi Ioãnes, Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Respondet illi Christus, Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Vide quòd omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo quare Christus descendit, nisi ut caro ista mundaretur? Caro, quam suscepit de nostra cõditione. Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit, sed nobis necessaria erat, qui peccato manemus obnoxii. Ergo si propter nos baptismi forma constituta est, fidei nostræ forma proposita est: descendit christus, Ioannes astabat, qui baptizabat. Et ecce quasi columba Spiritussanctus descendit. Hæc ille. AVC. Pondus suum habet unumquodque dictorum Ambrosii. Non aqua illa, quam simplicem uides, sanat. Nõ elementum (inquit) sed elementum cum alio commixtum, scilicet benedictione consecrationis cælestis, quia aliud est elementum, aliud consecratio, aliud ergo quàm elementum simplex requiritur ad baptismũ, & aliud requisiuit Christus in baptismo suo, ubi formam dedit nostri baptismatis. Quia Christus miscuit aquis corpus suum ad mundandum eas in futurum baptismum: & tunc superuenit spiritussanctus in completum consecrationis effectum. Vnde libro tertio, de luminibus Gregorius Nazanzenus. Ioannes baptizat, & accedit Iesus sanctificans quidẽ & ipsum qui baptizat, præcipue tamen ut & ueterem Adam sepeliat aquis, & ante omnia: ut per hoc sanctificentur aquæ Iordanis: ut sicut erat spiritus & caro, ita, & iis, qui baptizandi erant, in spiritu & aqua sanctificationis successio traderetur. Hæc ille. AVC. Vides aquas corpore Christi mundatas, habiles ad baptismum, & mixtas aquas spiritu, sicut Christus erat spiritus & caro. Vice ergo corporis christi, qui fuit chrisma uerum, & primum unde omnes dicimur christiani quasi chrismati, ipsum chrisma miscemus aquis, ut eas spiritussanctus consecret oleo unctionis. Sic ergo descendit christus, descendit & Spiritus, ut aqua consecratione permixta, baptizandos expurget, quod aquæ simplices non ualebant. Non ergo Witcleff aquæ simplices baptizant fideles, sed baptizant idololatras, ut exponit in commentario Esaiæ. 46. libro 18. textu. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis HIERONYMVS. Præceperat per Moysen Deus, ut si quis præuentus fuisset in peccato uaccæ ruffæ aspersus cinere, & aliis expiationum modis, per sacrificia, & uictimas rediret ad templum. Quòd illi negligentes, in locis deliciarum, & uoluptatum, hoc est, in hortis amœnissimis, uel baptisteria extruebant, uel piscinas ad areolas irrigandas, adulteria, & omnem libidinum turpitudinem simplicibus aquis abluere se putantes: quibus rectissimè & illud aptabitur, Et noctem flumine purgant. Hæc ille. AVCT. Ecce mi Witcleff, simplices aquas tuas, nonne sanctus pater Hieronymus execratur eas ut turpes, & turpibus applicatas? Inquit enim simplicibus aquis abluere se putantes, extruebant. &c. Et Ambrosius iam suprà, Non est (inquit) simplex aqua per quam cum christo partem consequimur, nec omnis aqua sanat, sed consecrata uerbo Dei. Quod idẽ assumit fermone. 3. primæ partis, de *catechismo AVGVS. Non omnis aqua mundat, sanctificatur autem hæc per consecrationem uerbi. Tolle enim uerbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum, uirtus enim Christi per aquam mundauit nos. Hæc ille. AVCT. Aqua ergo simplex, non ut aqua mũdat, sed aqua consecrata. De singulis ergo super additis elemento aquæ simplicis, sicut ea ab apostolis & patribus primitiuis traxit ecclesia dicendum est, ubi non omnia tamen lector ponderabit æqualiter, cùm uariæ sint ecclesiæ, & uarios usus parum differentes assumant: sed gaudeat in uenisse tot obseruantias, quot lecturus est à tanta antiquitate, & tot sanctorum patrum auctoritate diffusas in unam chartã simplicis lectionis.

6 ¶Primò † enim habet baptizandus, si sit adultus, petere sibi susceptorem, & ducem, qui eum instruat de fide, & moribus Christianis, & offerat sacerdoti, quem appellat DIONY. Anadochum, cap. 2. ecclesiasticæ hierarchiæ. Qui autem istorum uerè supermundanorum diligit sanctam participationem, ueniens ad aliquem Anadochũ mysteriorum, suadet quidem ipsum ducem fieri uitæ ad hierarcham: ipse autem totaliter se obsecuturum promittit his, quæ tradentur. Et rogat & adductionis ipsius, & uniuersæ secuturæ uitæ magisterium recipere. Vbi LINCOLIEN. Ducatus uerò ipsius ad hierarchã ab anadocho, signum est, qꝑ rationalis natura nõ præsumit quàm sanctum, aut ad Deum accessum ex proprijs uiribus, sed ex diuino dono, & superiori adiutorio. Hæc ille. AVCTOR. Officium † huius Anadochi puto iam habere patrinos, qui baptizandum ducant ad ecclesiam, de fonte quoq; suscipiant, pro ipso respondeãt, & tenẽtur instruere. Vnde ibi in fine commenti LINCOLIN. Dicitur Anadochus, id est, susceptor uiuificæ ambulationis ad ueritatẽ: quia ut in ministerio patet, suscipit alterum deducendum ad hierarcham, & per ipsum ad ueritatem. Hæc ille. AVCTOR.

8 Quòd † autem iam non unus, sed tres sint patrini alterutriusq; sexus, bene superaddit in quibusdam ecclesijs patrum industria, propter misteriũ Trinitatis: quod maximè in baptismi officio notandũ est, sicut mandabatur notanter à Christo, maximè post ampliationẽ numerosam fideliũ, ex quibus numerus ille nusquàm deerit baptizãdo. Alioquin unus solus erit, propter unius mysterium deitatis. Vnde lib. 6. secundæ partis, de sacramentis cap. 12. HVGO. Patrini illi uocãtur, qui parunlos ad baptismum offerũt, & pro ipsis *respondendo, quasi fideiussores ad Deum fiunt. propterea hi patrini uocantur: quia enim regenerandos ad uitam nouam offerunt, quodammodo adiutores fiunt ipsius regenerationis nouæ, de quibus placuit patribus, ut per singulos baptizãdos patrini singuli admitterentur, id est, unus tantum, siue uir, siue mulier. Propterea fortasis, ne spiritualis cognatio, cui reuerentiam exhibere oportebat, patrinis diffusa in matrimonij copula obesse posit. Sed quædam ecclesiæ hanc consuetudinem non obseruant, plures ad susceptionem parunlorum admittentes. Hoc simpliciter sancitum est, ut alium in baptismo, uel in chrismate, hoc est, in confirmatione filiolum non suscipiat, qui ipse baptizatus non est, & confirmatus. Hæc ille.

*Catechismus.

*Vide sect. 8. sub pio iiii. cap. 2. de formatione Matrimonij.

*Spondeo.

¶VT RITVS BAPTISMALES OBseruentur, cum posint & hoc regulariter, primò de traditione nominis, cum crucis signatione in fronte. Cap. XLVII.

SVMMA.

Ritus sacros, & sacramentales obseruantias quo modo iubemur reuerenter, ut traduntur tenere, &c.
Ecclesiæ præceptis etiam extra canonem, quòd parendum sit.
Ecclesiæ per scripturas commendatio, & auctoritas.
Testamenti noui laus. Et quomodo tenenda est nobis Christiana religio, & ecclesiæ eius communicatio, quæ catholica est, &c.
Catholicus quis dicatur.
Cathecumenus sit baptizandus.
Nominis in baptismate impositio.
Descriptio accedentis ad baptismum, & anadochi, seu patrini, in sacris memorialibus, expositio.
Witcleff obiectio, quòd non sit in potestate sacerdotis scribere baptizandum in sacris memorialibus, &c. Et auctoris ad eandem est responsio.
Cathecumenus, & Cathechizare quid sit.
Cathechizationis antiquitas.
Crucis signum in fronte baptizati.
Frontem non habere, quid sit.
Fons baptismi in medio ecclesiæ ostenditur uenisse à Deo, & Christo.
Exorcismus, & exufflatio in baptismo, ab Augustino annotatur.

1 RITVS † sacros, & sacramentales obseruantias reuerenter, ut traduntur, tenere iubemur, quos omnes, ut apostolicos colit Christiana fidelitas, quia ab apostolis, uel succedentibus

Amb. To. 4 cap. 5

Esa. 46.

Hier. 18

Matt. 3.

Greg. Naz.

Dionysius.

Baptismales ritus.

Patrini.

Patrini quot.

Nunc ex decret. Sacro. S. Concilij Trid. tãtum unus patrinus eligendus est, una quæ comater ad eundem spiritualem consanguinitatem.

Persius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eorum sedem episcopis indistinctè eos accepimus. Resultat autem huic pietati seditiosus Witeleff de *Papa duodecimo. Contemnemur inquiens, de paucis ritibus, quos de doctrina Christi seruauerunt apostoli, & omnino honestè superadditas uerè & modestè non præponderemus, uel hypocriticè obseruemus. Omnia. n. talia non expediunt, uel sunt licita, nisi de quantò iuuant ad obseruantiam mandatorum. Vnde uidetur adulterina degeneratio, quòd mandata Dei, quasi neutra respicimus, & cum traditionibus hominum sumus insolubiliter dispensati.

*li. de Papa. ca. 12.

Hæc impiissimus Witeleff. AVCTOR. Quod iubet contentari de paucis, quos ex doctrina Christi seruauerunt apostoli, quærere faceret audientem, qui sunt illi ritus, & quot. Et itẽ nun quid utentes eis possent præponderanter suprà mandata Dei, & sic eos hypocriticè obseruare. Et tunc uunquid dimittendi? Propter quas cãs ritus ecclesiæ quamlibet damnabiliter quæritur introductos, & simpliciter cancellandos, quia adulterina esset degeneratio, nedum cum traditionibus hominum, sed cum diuinis sic insolubiliter dispensari. Ecce fides est donum dei, hanc præponderanter supra charitatem posse accipi supponit apostolus. Quia dæmones credunt (inquit) sic traditio prophetiæ, sic eleemosynæ, sic martirii, sic prædicationis uerbi dei, sicut occasionaliter prædicantium, & ut Iudas traditor prædicauit. Sic de dono sapientiæ, timoris, & reliqs donis Spiritussancti, charitate seclusa: sic de linguarum uarietate, & miraculorum operatione: quos ritus Deus instituit ministeriis suorũ fidelium, quos tamen oẽs aliqui præponderarunt mandatis diuinis, & hypocritæ obseruarunt ut Iudas. & alij: quos & quales non impari numero forsan nostris in ritibus, si diligenter quæreres, inuenires. Et hos Christus Deus instituit, hos apostoli, hos fidelium præpositi, & subiecti insolubiliter ministrarunt. Hoc igitur argumentum quomodo suscipiam contra ritus modernos ecclesiæ: nisi id ipsum cogar admittere contra caput eius Christum & institutа diuina? Aut si arguam in forma Augustini, qualiter acuis argũtuum contra ecclesiam, nisi paganus quilibet ad idem eadem forma uerborum tenta acuet contra Christum. Videant ergo pij Christiani hoc mare, & fugiant. Iordanis enim eius conuertatur sic retrorsum. Et quousque sciant retrorsum docere fideles, quos ritus tradidit Christus apostolis obseruandos, quos item honestè superaddiderunt apostoli, & demum quos patres consequẽtes addiderunt, contententur, & teneant ritus illos cum Christo capite, quos eius uniuersa per orbem tenet, aut ad certa loca certis de causis tenendos esse decreuit ecclesia. Hãc enim ecclesiam, & auctoritatem eius quicunque Witeleui sta eius ditioni subiiciatur, sacrilegii conuictus est, cp non sequitur: scripturis sanctis obuius est, quæ eius auctoritatem approbant, quanuis non certum ab eis proferatur exemplum. Vnde li. 2. contra Cresconium capi. 36. AVGVS. Proinde quanuis huius rei certum de scripturis sanctis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum, etiam in hac re à nobis tenetur ueritas, cum hoc facimus, quod uniuersæ iam placuit ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas: ita quia sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sacra scriptura demonstrauit. Si autem dubitas utrum ecclesiam (quæ per omnes gentes numerositate copiosissima dilatatur) hæc sancta scriptura commendet (neque enim si non dubitares, adhuc esses in parte Donati) multis & manifestissimis testimonijs ex eadem auctoritate prolatis, te onerabo. Hæc ille. AVCTOR. Iam adducat Witeleff ritus sacramentales quosdam secundũ eũ necessarios, quosdam execrandos: utatur se donante, censoria uirgula, ut hos probet, hos resecet. Quis uni deliranti moderno, tantum fidei habebit ẽ ecclesiam toto orbe diffusam, cuius auctoritatẽ in obseruantiis, legibus, & ritibus sanctarum scripturarum (ut dixit August.) commẽdat auctoritas? Quanta dria? hoc censet Witeleff: prium tradit per uniuersum orbem ecclesia; cuius auctoritatem scripturæ sanctæ confirmant, & in quam, tanq̃ in totius fidei supplemẽtum, oẽs articuli symboli rediguntur. AVCTORITATEM autem Witeleff quis approbat, & non sustinet eisdem uiis, & mediis Arii, Manichæi, aut cuiuslibet capitalis hæretici partes dici probabiles? Hos ergo ritus sacramentales, quos uel tota, uel penè tota per orbem seruat ecclesia, si Christi sint, si apostolorum, hæreticus es dũ denegas. Quòd si uniuersalis ecclesiæ sunt, ut concors doctorum sanctorum pandet auctoritas, si repellas, es hæreticus: quia & eius auctoritatem scripturæ commendant: hoc si dubites, hæreticus Donatista iam es. Neque enim si non dubitares, iam adhuc esses in parte Donati, ut Augustinus decreuit: hæc sola uia inter omnes securitatem habet, ut sequamur ecclesiam orbis terrarum. Et quia hæc est, de qua in symbolo, Credo sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Reiiciatur Witeleff cum suis argutiis, qc quid contra istam inuoluit. Vt in libro de uera religione AVGVS. Repudiatis ergo omnib. qui neque in sacris philosophantur, neq; in philosophia consecrantur, & his, qui uel praua opinione, uel aliqua* simultate superbientes, à regula

Ecclesiarum canon canonum præpon parentium est. Aug. To. 8

Ecclesiam commendãs scriptura

Ecclesia florida

Aug. lib. ca. 5 Nouella uera Simulata

à regula & communione ecclesiæ catholicæ deuiarunt, & his, qui sanctarum scripturarum lumen, & spiritalis populi gratiam (quod nouum testamentum uocatur) habere noluerunt, quos 6 ẽta breuitate potui perstrinxi. Tenenda est nobis Christiana religio, & ecclesiæ eius communicatio, quæ catholica est, & catholica nominatur nõ solum à suis, uerumetiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintuè, ipsi quoque hæretici, & schismatum sũt alumni, qũ non cum suis, sed cum extraneis loquũtur, catholicam nihil aliud quàm catholicam uocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab uniuerso orbe nuncupatur. Hæc ille. AVCTOR. Hæreticos & Iudæos cõiunctim alloquitur, quorum primi ecclesiam, sicut Iudæi spernunt euangelium, quibus æqualiter repudiatis, tenendam dixit communicationem ecclesiæ, & fidem ecclesiæ: At ne Witeleff suam sectam sperare posset istam ecclesiam, quæ catholica est, & catholica 7 nominatur, id est, uniuersalis per orbem terrarum. Hanc autem sibi hæresis Witeleff uendicare non potest, quam nec orbis agnouit, nec decima pars eius, nisi quòd sit hæresis, qua contra ecclesiam docent Witeleuistæ, baptizare, orare, reconciliare, & cuncta facere, præter quæ licet in ecclesia per orbem facere. Vnde scire cuperem, quod symbolum dicant, qui contra totam hanc ecclesiam perfido Witeleff credunt? Reuera, Credo in sanctam ecclesiam catholicam, mentiuntur si dicant, cum uere dicant, Credo perfidũ Witeleff, & sectam eius contra totam ecclesiam catholicam. Repudiatis ergo his, quæ à regula, 8 & communione ecclesiæ catholicæ deuiarunt, de ritibus sacramentorum, & precibus, credamus ecclesiam catholicam, & obseruemus ecclesiam orbis terrarum. Vnde sermone. j. secundæ partis, qui est de symbolo AVG. Videte charissimi etiam in ipsis sancti symboli uerbis conclusionem omnium regularium, quæ ad sacramentum fidei pertinent, quasi supplementum quod dam additum, ut diceretur & sanctam ecclesiam Fugite ergo quantum potestis diuersos, & uarios deceptores, quorum sectas, & nomina præ 9 multitudine sui nunc longum est enarrare. Sequitur. Vnum uestris prudentiis commendo, ut ab eo, qui catholicus non est, animum, & auditum uestrum auertatis omnimode. Hæc ille. AVC. Catholicus dicitur, qui secũdum uniuersam ecclesiam docet, & credit. Si ergo iubet Witeleff liberè dimittere quod uniuersa tradit ecclesia, quomodo catholicus est? Cum ergo contra ecclesiam docet, nullo modo fidelis est, qui dixit, Credo sanctam ecclesiam, & contra eam credit Witeleff. Nam probemus ritus sacramentales p ecclesiam tempore & loco catholicam regulari ter obseruatos. Videamus quid sparsi per orbẽ patres ecclesiæ, & sparsis temporibus cõscripserunt. Primò omnium reperio accedentem ad baptismum debere catechumenum fieri, & hoc modo, ut quandam sanctitatem per crucis impressionem & orationem sub manus impositione suscipiat. Vnde li. 2. de baptismo paruulorũ. ca. 37. AVG. Non uniusmodi est sanctificatio. Nam & catechumenos secundum unum suum quendam modum per signum Christi, & oratio nem sub manus impositione puto sanctificari; Hæc ille. AVC. Hanc manus impositionem suscepit Paulus ab Anania in forma catechumeni, non ut confirmatus chrismate, ut autumat Arimanus. de quo supra li. 5. Vnde in expositione eiusdem loci ACTUUM. 8. Rabanus. Imponens ei manum, ut signaret catechumenum. AVCTOR. Et supra RABAN. Et erat ibi tribus diebus, hoc quoque triduano catechumenorum gradus dedicatur. hæc ille. AVC. Et hic baptizã di nomen exprimitur, quia nomen adultorum in primæuis ecclesiæ scribebatur. De quo cap. 2. ecclesiasticæ hierarchiæ DION. Interrogans scilicet sacerdos baptizandum sic, si conuersubitur post confessionem, imponit capiti eius manum, & signans illum, rescribere iubet sacerdotibus uirum, & susceptorem eius: illis autem rescribentibus, orationem sacram facit: & ipsa cũ omni ab eo ecclesia completa, discalceat eum, & expoliat per ministros. hæc ille secundũ translationem antiquam. AVC. Theoria sequente exponit quid ista designent. Et assumit LINCOLIEN. Descriptio uero accedentis, & anadochi, & scripti in sacris memorialibus expositio, significat nominum saluandorum descriptionem indelebilem in libro uitæ, & in cælis. Cuius descriptionis, & indelebilitatis, licet auctor, & factor sit Deus, ascribi tamen potest hæc descriptio & repositio angelis per sacerdotes significatis, qui singulorum merita in finem perseuerantium Deo annuntiant. Hæc ille. AVCTOR. Hunc sacrum ritum, & significationem eius refragari conabitur furor Witeleff, ut assolet quia scilicet non sit in potestate sacerdotis sic scribere baptizandum, cum ignorat si sit præscitus, quo dato, mendax dixit esse signaculum. Breuiter respondeatur hæretico, quod ritus iste sacramentalis, & exinde signum sacræ rei est, & si iam non subsit, quia forte fictus accedit, aut in futuro non suberit, quia tamen debeat esse signum, mendax non erit, unde ut talem uitam gereret, qualem promereri dignum uidebitur scribendum in libro uitæ, idcirco nomina iam traduntur, & antiquitus scribebantur pro certitudine conuersorum. Vnde libro. secundo de symbolo, in principio

Catechumenus sit baptizandus.

Aug. To. 8

Act. 8.

Nominis impositio.

Obiectio

Responsio.

Catholicus quis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVG. Nomina profitentium in libro excipiuntur uitæ,non à quolibet homine,sed a superiore cælitus potestate.Hæc ille. AVCTOR. Et per hoc ipsum inuitantur baptizati conuersationem ducere congruam.Vnde in libro, qui est de secundis epiphaniis Gregorius Nazanzenus. Discant ergo hi,qui subdolè deliberant nomina sua offerre ad baptismum, nec aliquid emendationis ad uitam,aut correctionis ad mores præparare conantur,quo possint aduentum diuinæ gratiæ bene composito in anima,& diligenter innouato susc ipere habitaculo.Quanuis enim remissionem, & indulgentiam habeat præteritorum baptismi gratia,peccatorum (gratia quippe est)tamen futuræ cautelæ securitatique prouidendum est,ne forte ad eundem uomitum reuertamur.Tùm deinde etiam illud docet,quò subiectos oporteat esse eos,qui accedùt ad gratiam,his,quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est,maxime etiam,si dignitate commissa sibi,uel sapientia præditi uideantur.Hæc ille. AVCTOR. Et hic ueneranda & uenerandus antistes duas largitur causas,quare baptizando rum in principio nomina recitantur: quia quorum nomina ad baptismum eorum æquè mores ad futuram gratiam sunt tradendi.Vnde Hom. 6.in Leuit.ORIGE. Vos qui sacrum baptisma desideratis accipere,& gratiam spiritus promereri,prius debetis audito uerbo Dei uitiorũ germina resecare,& mores barbaros, ferosque componere,ut mansuetudine,& humilitate susceptæ,postitis etiam gratiam Spiritussancti capere.Hæc ille. AVCTOR.Simul,& sponsio quædam sit subiectionis futuræ ad monita sacerdotis,cum uelut pastor bonus decernit eos uocandos nominatim,ut eos catechizandos in fide p̃cedat,ingrediens cum eis,& egrediẽs,ut pascua inueniant:propter hoc iam enim catechumenos appellamus.Vnde*lib.6.secundæ partis de sacramentis cap.9.HVG. Catechumenus†instructus, uel audiens interpretatur,Catechizare instruere est:quoniam baptizandi prius instruuntur,& docẽtur,quæ sit forma fidei Christianæ,in qua eos saluos fieri,& sacramentum salutis suscipere oportet,sicut scriptum est.Ite docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filii, & Spiritussancti. Prius docete ad instructionem, baptizate ad emendationem, docete ad fidem, baptizate ad remissionem peccatorum.Ideo docete,quia qui crediderit:ideo baptizate, quia qui baptizatus fuerit,saluus erit.Hęc igitur forma catechizationis à primis tpibus fidei Christianæ instituta est,quę tunc quidem necessariò seruabatur,quando adultis,& intelligentiam habentibus priusquam ad baptismi sacramentum accederent, regula fidei Christianæ nuntiabatur,ut sponte acquiescentes,digni regeneratione spiritali iudicarentur; uel credere nolentes, meritò acceptione sacramenti Dei uelut indigni repellerentur.Ad obtinendam quippe salutem idcirco arbitrium hominis consulendum est,quoniam opus salutis uoluntarium cẽ oportet.Et hoc quidem a principio factũ est. Hęc ille. AVCT.A principio fidei ecce hoc obseruatum regulariter erat,ut prius catechizati, postmodum baptizarentur.Sed†his ordo tum crucẽ domini suscipere iubet in fronte,qua uisa,uascu lum suum uetus diabolus repetere uereatur, & angelus exterminator non posit accedere. Vnde in sermone de *catechismo AVGVSTI.Accęperunt præceptum domini per Moysen, ut in occisione agni celebrarent pascha, ex cuius sanguine,postes domus suæ unusquisque liniret,ne timerent angelum uastatorem,qui signum sanguinis agni occisi in fronte suæ domus haberent. Sequitur. Demonstra & tu Israel spiritalis, fili Abrahæ, secundùm fidem, non secundùm carnem, demonstra & tu quomodo libes pascha. Habes agnum occisum,demonstra, Ecce agnus Deo, ecce qui tollit peccata mundi. In sanguine eius postes domus tuæ demonstra,& dic,Mihi autem absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hæc ille. AVCT. Et libro.12.contra Faustum AVGVS. Sanguine illiniuntur postes,ut pernicies depellatur. Signantur signo dominicæ passionis in frontibus populi,ad tutelam salutis.Hæc ille. AVCT. Ob salutem ergo nostram, crucem fronte gestamus, & ob confessionem Christi, nostri in loco pudoris,ne,scilicet,erubescat fidelis Christum confiteri coram hominibus.Vnde super Psalm.141. AVGVS. Insultet ille crucifixo Christo,uideo ego in frontibus regum crucem Christi.Sequitur.Vsqueadeò de cruce non erubesco, ut non in occulto loco habeam crucem Christi,sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter aliterque accipimus : quædam per totum corpus accipimus, quia uero in fronte erubescitur ille, qui dicit, Qui me erubuerit coram hominibus,erubescam illum coram patre meo,qui in cælis est: ipsam ignominiam quodammodo, quam pagani deridentes,in loco pudoris nostri constituit. Audistis hominem insultare impudenti, & dicere, frontem non habet.Quid est†frontem non habet?id est, impudens est.Non habeam nudam frontem, tegat illam crux domini mei. Hæc ille. AVG. Dulcis pater Augustinus quàm reuerenter crucem christi sibi figit in fronte ? quam se in sacramento accepisse commemorat: in baptismo scilicet, quod toto corpore accipimus ore eucharistiam.Nec omittet dicere,quis enim

Greg. Nazianz.

Orig.To.1

*Iux Catechumenos'. *parte 3 fecundi li.*

Matt. 28. Catechizate omnes gentes.

Aug.To.3

Ioan.1

Gal.6

Aug.To.6 cap.30.

Matt.15

frontẽ non habere.

in hoc sacramento fronti imprimendam instituit.Ille.n.(inquit)qui dicit, Qui me erubuerit coram hominibus,&c.ipse hãc ignominiam, in pudoris nostri loco fronte instituit. Quis hæreticus erga hanc audeat surripere, sacramento autem omitti iubere pro libito,quam Christus corporaliter imprimendam iussit,& statuit? Et quã Ioannes apostolus per totam descripsit ecclesiã Apoc.12.Ostendit mihi(inquiens)flumen aquæ sicut crystallum exiens a throno Dei,& agno in medio plateæ eius.Super quod sermone ultimo super Apoc.Ioan.AVGVSTIN.Fontem† baptismi ostendit in medio ecclesiæ uenientem a Deo,& Christo.Nam quale decus ciuitatis esse potest,si flumen per medium plateæ eius ad impedimentum habitantium descendat?Et ex utra que parte fluminis lignum uitæ faciens fructus. 12.per singulos menses,& reddens fructum suũ hoc de cruce domini dicit, Nullum est lignum, quod omni tempore fructificet,nisi crux, quam gestant fideles,qui rigantur aqua ecclesiastici fluminis,& reddunt fructum perpetuum omni tpe Hæc ille.AVCT.Hic habemus flumen baptismi in medio ecclesiæ,& lignum uitæ.i. crucẽ Christi,quã accipiunt baptizati ex utraque parte fluminis,quia tam ante baptismum,q̃ iam baptismo susceptο,cum chrismate crux Christi baptizatis imprimitur. Hæc ẽm historiam ad intẽtionem S.Ioannis August.exposuit. Quòd si tunc non iugiter,sed ut cuiq; placeret,uel facere, uel omittere obseruasset ecclesia,quo fluuiũ baptismi in ecclesia,aut lignũ crucis ex eius utraq; parte nunq̃ sine ligno,siue flumine,ut libertatẽ Witcleff,q̃ dicit tunc fuisse,detegẽs continuo inscripsit,imo quasi cõtinenter sine omissione docuit hanc obseruãtiã baptizandi custoditam à singulis,dum ait lignum crucis facere fructus.12.ſ.12 apostolorum,cunctis autem tpib. Qualiter pẽsat uerba illa postea in retractatione textus AVGV.Quod autem dicit,lignum sup fluuium 12. per singulos menses dare fructum,& crux nullũ, quæ p totum mundum,non solum oĩbus mensibus,sed ẽt oĩbus diebus in his, qui baptizantur, exhiber fructum Deo.Hæc ille.AVC. Ecce iam Witeleff,non dicit Aug.quibusdam dieb.ut baptizantibus aut baptizandis placuerit, sed ẽt in oĩbus his qui baptizantur crucis signaculo exhibet fructum deo.His igitur in obseruantiis non superuacuè utendum est traditione sanctorũ patrum,& ꝓphetia scripturæ:qa & credẽtibus sũt euidentissima signa liberationis fidelium a ptãte Satanæ:intantum,ut apertè tantis mysteriis alti hæretici publicè resistere non audebant. Prout scribit li.2.de gratia & peccato originali ca. 39. AVG.Denique ipsa ecclesiæ sacramenta, quæ tã prisc æ traditionis auctoritate concelebrant, ut

Apo.22.

Aug.To.9 ho.18

Aug.ibi in fine homelie.

Aug.To.7

A ea isti q̃uis in paruulis existiment simulatoriè potius q̃ ueraciter fieri,non tamen audeant aperta prolatione respuere.Ipsa in quã sanctæ ecclesiæ sacra satis indicant paruulos a partu ẽt recentissimos per gr̃am Christi de diaboli seruitio liberari. Excepto†enim,ꝙ in remissionẽ peccatorũ non fallaci,sed fideli mysterio baptizantur, etiã prius exorcizatur in eis,& exufflatur in eis potestas ꝫria,cui ẽt uerbis eorum, à quibus portãtur se renuntiare respondent.Hæc ille. AVC.Notate pii fideles,hæc ecclesiæ sacra, seu sacramentales obseruantias,quas,ut dicit Augustinus,ecclesia tam priscæ traditionis auctoritate concelebrat,& annotat,signanter exorcismum, exufflationem,abrenuntiationẽ diabolo per ora portantium, & demum baptismum paruulorum in remissionem peccatorum:quæ si tam priscæ cõ suetudines ecclesiæ fuerant Augustino, qui uix quadringẽtis annis distabat à Christo, quid nos de tanta consuetudine uacillemus,qui iam sequmur Augustinum annis plus quàm mille? Et ista non audebant Pelagiani apertè respuere, sicut nec iam temporis Wiacleuistæ, quanuis illi in paruulis,isti etiam in adultis existiment simulatorie potius quàm ueraciter exerceri.Sed de his iam dicemus singillatim.

B

10

C

¶DE EXORCISMO SALIS, DE IMpositione salis,& exufflatione oris cum Effeta,cum crucis signatione. De mysterio apertionis. De iniunctione Symboli, & orationis dominicæ,scilicet, Pater noster, & Credo. Cap.XLVIII.

SVMMA.

1 *Exorcismus quomodo requiritur in baptismo.*
2 *Exorcismus quid sit.*
3 *Exorcismus,quòd fuerit à Christo commissus,& ab apostolis tractus.*
4 *Salis exorcismus. Et quare dabatur cum baptizabantur plures adulti in primitiua ecclesia.*
5 *Salis exorcizati mysteria,atque bona,describuntur.*
6 *Ioannis baptismus in Iordane in Ennon iuxta Salim uicum,quòd non fuerit sine grandi mysterio ostenditur.Et de fatione Salis.*
7 *Sacerdos quare orat salem in ore baptizandi,& saliuam in aure.*
8 *Crucis frequens signatio quare fiat in fronte baptizandi.*
9 *Exufflatio,quæ fit à sacerdote in baptismo, unde traxerit ortum.*
10 *Apertionis mysterium per Effeta,recensetur.*
11 *Saliua quare tangantur nares & aures baptizã*

Universidad de Deusto
Biblioteca

di,& eius efficacia.
12 *Competentes qui dicantur.*
13 *Symboli,& orationis dominicæ iniunctio, atque traditio.*

1 EXORCISMVS. † autem requiritur contra spiritum immundum, quē totiens increpans Christus quandoquè solo iussu,quandoquè rebus, uel aliis mediis priori destituebat hospitio. Hic ergo catechumenis opportunus est, prout scribit libro.2 de origine officiorum.capi. 20. ISIDO. *Isidorus.* Puto autem omnes à Ioanne baptizatos in pœnitentia catechumenorum prætulisse figuram. Exorcizantur autem hi primùm, deinde salem 2 accipiunt,& inunguntur. Exorcismus † autem *Exorcismus quid.* sermo increpationis est contra immundum spiritum in energumenis siue catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima uirtus,& inueterata malitia, uel uiolenta incursio expulsa fugetur.Hoc significat lunaticus ille,quem increB pabat dominus Iesus,& exiit ab illo dæmonium. Potestas autem diaboli exorcizatur, & insufflatur in eis, ut eis renuntiet,atque eruti à potestate tenebrarum,in regnum domini sui per sacramentum baptismatis transferantur. Hæc ille.
3 AVCT.Hic †aût ad exorcizandum ritus, nè in- *Exorcismus a Christo institutus.* ter humanas traditiones calumniaretur ab Witcleff, ab apostolis tractus, & à Christo noscitur esse commissus:ubi ascensurus in cælum,ait,Signa autem eos qui crediderint,hæc sequentur. *Marc. 16.* In nomine meo dæmonia eiicient,linguis loquētur nouis,serpentes tollent. Super quem locum Homilia.39. GREGO. *Gre.To.2.* Sancta quippe ecclesia quotidie spiritualiter facit, quòd per apostolos tantùm corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus 5 in eorum mēte contradicunt,quid aliud faciūt, C quàm dæmonia eiiciunt?Hæc ille.AVCT.Et lib. 2.de Symbolo in principio., Neophytos alloquens AVGVST.Quid(inquit)est dilectissimi, *Aug.To.9* quòd in uobis celebratum est. Quid est, quod hac nocte circa uos actum est, quod præteritis noctibus actum non est,ut ex locis secretis singuliproduceremini in cōspectum totius ecclesiæ?Ibi ceruice humiliata,quæ malè fuerat antea exaltata,in humilitate pedum,cilicio substrato, in uobis celebraretur examen,atque ex uobis extirparetur diabolus superbus,dum super uos innuocatus est humilis altissimus Christus.Omnes itaque humiles eraris humiliterque petebatis *Psal. 136.* orando,psallendo,atq; dicendo,Proba me deus, & scito cor meum:probauit,examinauit,corda seruorum suorum timore tetigit, diabolum sua 6 uirtute fugauit,atque ab eius domino suam fa-

A miliam liberauit.Hæc ille. AVCT. His obloquatur,his detrahat Witeleff,si unle suo fauere diabolo, celebrato examine, & baptizandi catechumeni nomine tradito,extirpatur diabolus superbis,dum inuocatur humilis altissimus Christus,Ipseq; fugauit sua uirtute diabolum, & ab eius dominio suam familiam liberauit. Sed *Sales exorcismi.* 4 † cùm sit salis sacrificium non minus aliis, & sine aspero condimento salis, nec conditur carnis corrumpendæ suauitas, nec item fugatur à cadauerum corruptela musca diaboli,idcirco primò sal præparari iubetur. Vnde super librum Regum in expositione BEDA, Sal cælestis sapientiæ quo modo initiantur catechumeni in eun- *Beda* ctis nostrorum operum sacrificiis offerre iubemur.Hæc ille. Et sumitur de consecratione.distin.4.cap.Sal. AVCT. Hac de causa primùm (ut reor)dabatur in primitiuis ecclesię,cum iam baptizabantur plures adulti,ut sal sapientiæ semper esset in ore, cum contingerent inter Ethnicos,inter quos in numeros connersabantur, habere sermonem.Sub qua metaphora dicebat apo- *Colos.4* stolus ad Colossen.4.nouiter baptizatis.Sermo uester in gratia sale sit conditus,ut sciatis quomodo uos oporteat singulis respondere. Super quem locum in expositione AMBROS. Quo- *Ambro* niam necesse est inter infideles nos ambulare,& colloquia miscerī causa conuersationis mundanæ,hoc est,quòd commoner, ut cum sapientia sit ipsa conuersatio,propter scandalum gentiliū, ne occasionem accipiant per nos blasphemandi, & incitentur ad persequēdum. Quid enim opus est loqui cum eo, quem scias intractabilem, & obstinatæ mentis, paratum ad contumeliam faciendam?Ideo hoc monet, ut oppotuno & loco,& tempore magistra modestia religionis uerba promantur.Hæc ille.AVCT. Habet † ergo *Sale exorcizatus.* hic sal exorcizatus sua mysteria, ut diabolum ab hac habitatione signata asperitate repellat,ut fluxū uerborū sapientiæ siccitate refrænet, & ut à fatua conuersatione uitā & sensum, quos iam Christo dedicauit,iugi aspersione coerceāt.Vn- *Isidorus.* de lib. 2.de officiis.ca.20.ISIDO. Sales autem in mysteriis catechumenis dandos à patribus inde est institutū,ut eorū gustu,condimentum sa- *Gen.19* pientiæ percipiant,neq; desipiant à sapore Christi,nec sint fatui, & retro respiciant, sicut uxor Loth,ne malū exemplū dātes Christi remaneāt, & alios condiant,quemadmodū illa,q̄ cum liberaretur à Sodomis, in uia posita retro respexit: ibiq; remansit facta statua salis, quo signo condirentur hi,qui per fide mūdo,& actibus, desiderijsquè eius renuntient,nè affectionis pristinæ recordētur, neq; ad seculi illecebras reuocentur. 6 Hæc ille.AVCTOR. Vnde † non sine grandi mysterio Ioannes baptizauit in Iordane in Ennon

Salis satie. non iuxta Salim uicum in octauo lapide à Scito A gis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipoli,dictum,ut quidam putant,à Salem ciuitate piendam.Dehinc iterum exorcizatur diabolus, Sichimorum,quam subuertit Abimelech, & se- ut suam nequitiam agnoscēs,& iustum super se minauit in ea salem,secundum Hieronymum li iudicium Dei timens,recedat ab homine. Hæc bro de distantiis locorum.Sicut mos erat uete- ille. AVCTOR. Et bene dicit, exorcizatur, nè rum ciuitates anathematizare destructas, cū du peruersus Witeleuista dicat ibi,Exorcizari creactu aratri,& seminatione salis:ita &mansionem turam Dei in paruulis,quod æque ponderans li diaboli desertam ipsi reddamus sancto sale, & bro primo de symbolo quasi in principio AV- Christo fœcundam. unde hunc sacrum ritum ad GVSTI. Ideo sicut uidistis hodie,sicut nostis, *Aug.To.9* baptismum annexum prophetando prædixit sā- & paruuli exufflantur,& exorcizantur, ut pellactus Ezech.ca.16. exprobando Hierusalem. Et tur ab eis diaboli potestas inimica quæ decepit aqua non est lota in salutem,nec sale salita,nec *Orig.To.1* hominem,ut posslideret homines. Non ergo inuoluta pannis. Quem textum exponens.6. homilia super Ezechielem. ORIGENES. Qui creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut accipimus gratiam baptismi in nomine Christi exufflatur:sed ille,sub quo sunt omnes,qui cum loti sumus:sed nescio quis lotus sit in salutem. peccato nascuntur(est enim princeps peccatoSimon lotus est,& baptisma consequutus,perse rum)ac propter hoc,q̄ per unum,qui lapsus est uerabat in Philippi societate:uerùm quia non omnes misit in mortem,missus est unus sine pec*Act.7* erat lotus in salutem,condemnatus est ab eo,q̄ cato,qui omnes in se credentes perducat ad uitā in Spiritu sancto dicit ad eum:pecunia tua tecū B liberans eos à peccato. Hæc ille. AVC. Et ibi sit in perditione. Ingentis est difficultatis eum, iterum exorcizando malignum, sacerdos bapti qui lauatur,lauari in salutem. Attendite cathe- zati frontem signo crucis signat, dicens. Hoc chumeni,audite,& ex his,quæ dicuntur, præpa- signum sanctæ crucis, quod nos fronti eius imrate uosmetipsos,dum cathecumeni estis, dum 8 ponimus.Totiens †enim signatur,ut non dubita necdum estis baptizati,ut uiuentes ad lauacrum ret nec erubescret crucem Christi. Vnde ser- *Crucis frequens signatio.* lauemini ad salutem.Et iterū.Neque sale salita. mone primo secundæ partis sermonum. AvEt hoc crimen est Hierusalem, quia non fuerat GVS. Denique ne dubitares, nec erubescres, *Matt.5* digna sale Dei.Ego si credidero domino meo quando primum credidisti, signum Christi in Iesu Christo,ipse me sal faciet,dicetquè mihi, fronte,tanquàm in domo pudoris,accepisti,reVos estis sal terræ. Si credidero spiritui, qui in cole frontem tuam,ne signa expaneseas aliena. *Colos.4.* Apostolo loquutus est,sale condior, & possum Qui enim,inquit ipse dominus,confusus in me præceptum custodire dicentis, Sermo uester sit fuerit coram hominibus,confundet illum filius semper in gratia sale conditus. Grande opus est hominis coram angelis Dei. Nolite ergo erubeita saluri.Qui sale conditur, gratia plenus est. scere ignominiam crucis, quam pro te Deus Nam communi prouerbio falsus dicitur gratio ipse non dubitauit excipere, dic cum Apostosus,& econtrariò insulsus, qui non hēt gratiam lo,Mihi autem absit gloriari,nisi in cruce domi *Gal.6.* Si gratia nobis à Deo uenit, & complemur do- ni nostri Iesu Christi. Et respondet ipse tibi no eius.sale salimur. Hæc ille. AVCTOR. Apostolus,Non me iudicaui aliquid scire in uo*Post* aquam igitur baptismalem ritum saliendi bis,nisi Christum Iesum,& hunc crucifixum, *1.Cor.1* aperuit,qui est gratia sapientiæ. Iterum post da- C Ille qui ab uno populo est tūc crucifixus, in omtum salem,increpatur diabolus, ut recedat que- 9 ni populo est tunc cordibus fixus. Hæc ille. Avmadmodum sacerdos noster Christus,cum iam CTOR. Quod † autem tangit supra Augusti*Matt.4* ascendisset de aqua,& tentasset eum diabolus, nus exufflationes baptizandorum,ueterem ritū *Exufflatio* ait,Vade Satana.Et reliquit eum diabolus. Et ecclesiæ detegit: secundum tamen Dionysium Marc.9.Ad surdum & mutum, Ego præcipio ti ipse baptizandus iubebatur ter exufflare mali*Dionisius* bi,exi ab eo.De quo dixit discipulis, Hoc genus gnum cap.2.ecclesiasticæ hierarchiæ. Dionydæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ie- sius. Inde ita stans, in occidentem attendentem iunio. propterea orat sacerdos † salem ponens & manus suberigentem atque ad ipsam regio- 7 in ore,& salinam in aure,ut dæmonum excludat nem conuertentem exufflare iuber Satanam, & *Ergo male dicit diabolo.* surdum,& mutum,orans,& adiurans, Ergo ma illius abnegationem confiteri, & ter ei abre- ledicte diabole recognosce sententiam tuam, nuntiationem testificantem,& confitentem. *Rabanus* & da honorem Deo uiuo. Vnde libro de institu- Hæc ille. AVCT. Non sunt ergo hi ritus notis clericorum ca.26.RABANVS. Tunc datur uelli, quos antiquus pater Dionysius à sancto ei sal benedictum,ut per sal typicum, sapientiæ Paulo contraxit:hanc exufflationem,&abrenunsale conditus, fœtore careat iniquitatis, nec a tiationem ter factam maligno,ipse describsit,& uermibus peccatorum ultrà putrefiat, sed ma- per Augustinum,& alios posteriores ad tempora usque nostra transmisit, quam uelut sanctæ

eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ acceptã,nec ipsi hæretici Donatistæ audebant omittere, sed audebant peruertere, ut quando debebant exufflare diabolum inter opera eius,ausi sunt Christi exufflare baptismum.

Aug.To.2. Prout inter plurima loca in epistola ad Chrispinum schismaticum quæritur AVGVSTINVS. Ergo istorum baptismus acceptatur, & illorum exufflatur, qui nec istorum est, nec illorum,sed

Matt.3. illius,de quo dictum est,Hic est ille qui baptizat

10 &c. Hæc ille. AVCT. Demum † in ordine

Apertio. faciendi catechumenum apertionis celebrandũ est mysterium,quod fit ex sputo sacerdotis misso ad aures & nares catechumeni : cuius rationẽ & exordium scribit libro primo de sacramentis AMBROSIVS. Quid egimus sabbato?Nem

Amb.To.4 pe apertionem,quæ mysteria apertionis celebrata sunt,quando tibi aures tetigi, & nares :quod significat in euangelio dominus noster Iesus Christus, cum oblatus ei esset surdus,& mutus,

Marc.9. & tetigit aures eius,& os eius. Aures,quia surdus erat : os,quia mutus,& ait, effeta. Hebraicum uerbum est, quod dicitur latinè, aperire. Ideo tibi sacerdos aures tetigit, ut aperirentur aures tuæ ad sermonem & eloquium sacerdotis. Hæc ille.AVCTOR. Hic sacer antistes non dignatur allegoriam adhibere in obseruantiam baptismalem,quam Witeleff subsannat, imò exponit, & per euangelium Christi,confirmat: aures(inquiens)sacerdos tetigit dicens ut Christus effeta.i. aperire,ut aures sint apertæ ad sacerdotis eloquium,non modò tantum ad mysterium, sed deinceps ad usum. Prout libro de mysteriis

Amb.To.4 in principio idem AMBROSIVS. Aperite ergo aures, & bonum odorem uitæ æternæ in allato uobis munere sacramentorum carpite. Quod uobis significamus,cum apertionis celebrantes mysterium, diceremus, Effeta, quod est aperire, & uenturus unusquisque ad gratiam quid interrogaretur cognosceret, quid responderet meminisse deberet : hoc mysterium celebrauit in euangelio Christus, sicut legimus cum mutum curaret,& surdum. Hæc ille. AVCT. Notate fideles, quod dicit Ambrosius hoc mysterium celebrauit Christus in euangelio, sic & cætera omnia sed sparsim tum pro captu temporis, quæ iam ad unum mysterium tanquam fragmenta miraculi nè aperirent redegerunt apostoli,& tenet ecclesia.Simul & quod generali uerbo sine-distinctione dicit ad omnes.Vobis significauimus,cum diceremus Effeta. Et quia Dionysius & Augustinus de exufflatione,& de crucis signatione,& sale,& exorcismis dederunt sine quacunque exceptione cuiuslibet baptizati regulas generales, palàm est,quòd libertatem Witeleff, uel,secundum Augustinum,uanam, & paganam licentiam liberè respuendi hos ritus, usA que ad sua tempora non admisit ecclesia, sed nec diu post eos Rabanus unquàm audierat,qui item indistinctè,ut illi,scribit libro de institutione clericorum cap. 26. RABANVS. Postea *Rabanus.*

11 † tanguntur ei nares,& aures,cum saliua, & dicitur ei,Effeta,quod est aperire.Hoc enim sacramentum hic agitur,ut per saliuam typicam sa- *Saliua.*

cerdotis,& per tactum sapientiæ uirtus diuina salutem eiusdem catechumeni operetur,ut aperiantur ei nares ad percipiendum odorẽ notitiæ Dei:ut aperiantur illi & aures ad audienda mandata Dei,sensuque interiori cordis reponenda. Deinde sacerdotali benedictione munitur,ut ad *Benedictio sacerdotis.*

sacrum baptisma cum fide accepta custodiatur. Hæc ille. AVCT. Hanc benedictionem ultimò dat sacerdos tanquàm catechizandi terminum,& baptizationis initium. Et ideo eam præ

B cedit competentium mysterium per traditionẽ symboli,& orationis dominicæ. De quo libro. 2.de officiis cap. 21. ISIDORVS. Competen-

12 tes † sunt, qui post doctrinam fidei, post pœnitentiam uitæ,ad gratiam Dei percipiendam festinanti : ideoque appellantur competentes, id est,gratiam Christi petentes. nam catechumeni tantùm audiunt, necdum petunt. Sunt autem quasi hospites,& uicini fideliumde foris audiunt mysteria, audiunt gratiam, sed adhuc non appellantur fideles : competentes iam petunt, iam accipiunt,iam catechizantur,id est, imbu- *Symbolũ traditum.*

13 untur instructione sacramentorum. Istis † enim salutare symbolum traditur, quia communitorium fidei & sanctæ confessionis indicium: quo instructi,agnoscant quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant. Hæc ille. AVCTOR. His ergo dat mater ecclesia pabulum symboli post aliorum rituum alimenta, quoùsque parere possit lauacro baptismali. Vnde li. *Aug.To.*

C 4. de symbolo in princi. AVGVSTI. Dum per sacratissimum crucis signum uos suscepit in utero sancta mater ecclesia,quos sicut & fratres nostros cum summa lętitia spiritualiter parit nouam prolem futuram tãtæ matris,quoùsque per lauacrum sanctum regeneratos ueræ luci restituat,congruis alimentis eos, quos portat, pascat in utero,& ad diem partus sui lætos læta perducat. Et infrà. Omnia sacramenta, quæ acta sunt,& aguntur in uobis per ministerium seruorum Dei exorcismis,orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicũ, humilitate pedum,pauor ipse omni securitate appetendus: hæc omnia, ut dixi, efficæ sunt,quæ uos reficiunt in utero,ut renatos ex baptismo,hilares uos mater exhibeat Christo.Accepistis & symbolum protectionem parturientis contra uenena serpentis. Hæc ille.AVCT. Ecce tamen, quòd omnia sacramenta,quæ agũtur

tur per ministerium seruorum Dei presbyterorum,inquit,exorcismis,orationibus, canticis spiritualibus,insufflationibus,&cætera omnia escę sunt,quæ nos reficiunt in utero,donec parturiat 4 nos mater nostra in utero baptismali. Sed quis est Witeleff, qui tanta urgenti spirituali fame, qua nulla est maior,nos iubet ab omnibus escis 5 istis propter libertatem illam Paganica sua tantum securitate stare iciunos?Et istæ, inquit Augustinus,uos reficiunt in utero:sed subdit, Accepistis & symbolum protectionem parturientis. 6 Idcirco in primæua ecclesia dabatur symbolum 7 repetendum una cum oratione dominica sabbato in Ramis palmarum, ut idem redderent ad 8 octo dies. EX CONCILIO AGATENS- *Concilium agatense.*

s 1.Symbolum etiam placuit omnibus ecclesiis una die,id est,ante octo dies dominicæ resurrectionis publicè in ecclesia competentibus prædicari.Hæc ille. AVCTOR. Hoc habetur de consecratione dist nct. 4. cap. Symbolum. Quod ad 1 punctum consequens Augustinus sermone 59. tertiæ partis,qui est feria. 3. de oratione dominica,quæ incipit,Reddidistis AVGVSTINVS prius symbolum didicistis,ubi est regula Dei & B fidei uestræ breuis & grandis. Breuis numero uerborum grandis pondere sententiarum : oratio autem,quam hodie accipitis, retinenda, & ad octo dies reddenda,sicut audistis euangelium cum legeretur ab ipso domino data est discipulis suis,ab ipsis peruenit ad nos,quoniam In omnem terram exiuit sonus eorum. Hæc ille. AVCT.Et iterum in sermone quartæ partis, qui incipit, Symbolum reddidistis AVGVS. Tenete & hanc orationem, quã reddituri estis ad octo dies,quicunque autem uestrum non bene symbolum reddiderint,habent spatium. Teneantq; die sabbati nouissimo, quo die baptizati estis : ad octo autem dies ab hodierno reddituri estis C orationem,quam hodie accepistis.Hæc ille.AVCTOR. Loco autem huius iniungit sacerdos modernis diebus,patrinis,ut dicant loco paruuli orationem dominicam cum symbolo,quia paruulo ad dicendum ætas non sufficit.

¶QVOD CONSTITVATVR BAptizandus ad fontem sanctum, & renuntiet Satanæ. Ca. XLIX.

SVMMA.

1 *Baptizandus quomodo constituatur ad fontẽ sacrum.*

2 *Abrenuntiationis actum quòd ubique solenniter exhibeat occidẽtalis ecclesia.Et quomodo apostolorum traditione ad eam peruenerit.*

3 *Dominus desponsaturus ecclesiam,quomodo primò omnium iubet eam abrenuntiare diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius.*

Abrenũtiare diabolo,& omnibus operibus eius ac pompis,quòd Christus nos præcipiat, ostenditur.

Timotheus,& primæui,quomodo tenebãt formã baptizandi cum renuntiatione Satanæ ex apostolica traditione.

Baptismum quod nõ possit adipisci quis,sine renũtiatione Satanæ,contra quosdam.

Pompæ diaboli quæ sint.

Baptismalis ritus,de abrenuntiando Satanæ, & pompis eius,quomodo per apostolum Paulum fluxerit per orbem.

IErminatur ordo catechizandi, & donec intro ducatur baptizandus ad sacrum fontem,sub hac sanctitatis norma suspenditur.Cùm † autem iussu sacerdotis illuc inducitur,iuxta formam quãdam orientalis ecclesiæ baptizandus adultus exueretse,& nudus,& discalceatus occidentem aspiceret, ut uersus ad regionem mortis, abrenuntiet diabolo,manibus erectis,& tandem ad oriẽtem ductus,confiteretur Christum. De quo capit. 2. *Dionisius* ecclesiasticæ hierarchiæ Dionysius. Accedentẽ uelut orientem uitam exuens,& usque ad eas, quæ secundum illas extremas habitudines spolians,nudum,& discalceatum statuit ad occidẽtem aspicientem,& manuum erectione obscuræ malitiæ renuentem communiones:& ingenitum ipsi dissimilitudinis habitum,tanquam exuflantem,& totales confitentem ad deiformis cõtrarium abrenuntiationes.Sic perfectè in habitudinalem ipsum & incommunicabilem factum ab orientem traducit.Hæc ille.LINCOLIE. Postquàm hæc fecit,statuit ipsum accedentem nudum,nondum tamen omnimodè,& discalceatum, aspicientem occidentem, & manuum ad hanc regionem erectione,obscuræ malitiæ renũtiantem,seu exprobantem communiones, hoc est,prædicto corporali aspectu,& manuum erectione significantem se renuere omnes huiusmodi communiones,& exufflatione corporali tanquàm exuflantem habitum dissimilitudinis. Sequitur.Et confitentem totales,hoc est,omnimodas,& perfectas abrenuntiationes ad contra 2 rium deiformis.Hæc ille. AVCT. Hanc † for- *Amos.6*

mam sequitur exponendo hunc textum Amos, Nunquid currere quærunt in petris equi libr.3. commentariorum HIERO.In mysteriis pri- *Hier. To.*

mum renuntiamus ei,qui de occidente est, nobisquè moritur cum peccatis,& sic uersi ad oriẽtem,pactum inimus cum sole iustitiæ, & ei seruituros nos esse promittimus.Hæc ille. AVCT.

Quamuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quamuis autem totam hanc formam in occidē tali ecclesia non seruemus, ubique tamen abrenuntiationis actum solemniter exhibemus. Apostolorum enim traditione peruenit ad nos. Quòd item Paulus sub aliis uerbis dat intelligi ad Colossen. 2. dicens, Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquàm mundo uiuentes decernitis? Quod exponens AMBRO. Omnis, inquit, qui baptizatur in Christo, moritur mundo. Cunctis enim superstitionum erroribus abrenuntiat, ut solam colat fidem Christi. Sequitur. Moritur autem his, quibus subiectus fuerat per errorem, dum negat illos, quos præsumpserat esse. Et ita fit, ut per inimicitiam abrenuntiationis inuicem sibi mortui dicantur homo, & elementorum cultura. Hæc ille. AVCT. Iuxta hanc ergo expositionem ad literam, quod Paulus dicit mortuos esse Colossenses Christo ab elementis huius mundi, hoc intēdit abrenuntiasse illos diabolo, qui spiritualis nequitia est in cælestibus. Et hoc quidem ab institutione Christi processit prout exponit illū textum Tobiæ, partem iecoris super carbones lib. super Thobiam BEDA. Dominus acceptu rus ecclesiam de gentibus, in primo dispensatio nis eius initio iubet eam in singulis credentibus abrenuntiare Satanæ, & omnibus operib. eius, etiam omnibus pompis eius. Ac deinde confiteri fidem sanctæ trinitatis in remissionem peccatorū, ꝙ ē intima piscis uiscera uiuis cōcremare carbonibus, quibus actis, angelus apprehendens dæmonem liganit: quia post abrenuntiationem diaboli, post confessionem rectæ fidei, sequitur remissio peccatorum, expulso dæmonio per aquam baptismi. Hæc ille. AVG. Validum pōdus habet, quod uir prouidus uerborum Beda dicit, quod † dominus desponsaturus eam, id est, ecclesiam, primò omnium iubet eam abrenuntiare diabolo, hoc est enim quod primò omnium ad sacrum fontem sacerdos interrogat, Abrenuntias Satanæ? Et iterum, & omnibus operib. eius? Et tertio, & omnibus pompis eius? Respondente ipso continuè, Abrenuntio, dedit eo ipso chirographum baptismale professione solemni, quo coram Deo retineatur obnoxius. Vnde libro 1. cap. 2. de sacramentis. AMBROSIVS. Quando te interrogauit, Abrenuntias diabolo & operibus eius, quid respondisti? Abrenuntio. Abrenuntias sæculo, & uoluptatibus eius? Abrenuntio. Memor esto sermonis tui, & nunquàm tibi excidat tuæ series cautionis. Si chirographum homini dederis, teneris obnoxius: ut pecuniam eius acceperis, teneris astrictus, & reluctantem te fœnerator astringit, atque illic tua cautione conuinceris. Vbi promiseris confidera, uel quibus promiseris. Leuitam uidisti, sed minister est Christi. Vidisti illum ante altaria ministrare, ergo chirographum tenetur tuū, non in terra, sed in cælo. Hæc ille. AVCT. Is ergo abrenuntiationis actus & professio solemnis, qua ad Christum incipit pertinere, quod est. Et hoc iuxta quosdam est pactum, quod, Christus nos dixit facturos esse cum aduersario, dum sumus cum in illo in uia. Vnde super illum locum Matth. 5. libro commentarii Hieronymus. Quidam cautius disputant in baptismate singulos pactum inire cum diabolo & dicere, Renuntio tibi diabole, & pompæ tuæ, & uitiis tuis, & mundo tuo, qui in maligno positus est. Si ergo seruauerimus pactum beneuoli, & consentientes sumus aduersario nostro, & ne quaquam in carcerem recludendi: sin uerò quid quàm transgressi fuerimus eorum, quæ diabolo spoponderimus, trademur iudici, ac ministro, & mittemur in carcerē, & non exibimus ex eo, donec reddamus nouissimum quadrantem. Hæcille. AVCTOR. Sed ꝙ Ambrosius abrenūtiationem secundam confirmat sæculo, & uoluptatibus eius, hac ratione æstimo, qua dicimus nos & omnibus operibus eius & pompis. Ipse est enim princeps huius mundi, & sic eiicitur foras, cui nullus plenè renuntiat, qui mundo non renuntiat. Ideo iubens Christus reddere quæ sunt Dei Deo, præmisit quæ sunt Cæsaris Cæsari, prout notat li. sup Lucā c. 10. AMB. Benè prius quæ Cæsaris Cæsari sunt reddenda decernit. Neque enim potest esse quis domini, nisi prius renuntiauerit mundo, sed omnes renuntiamus uerbis, non omnes renuntiamus affectibus. Nam cum sacramenta suscipimus renuntiamus: quàm grauia uincula promittere Deo, & non soluere? Hæc ille. AVCTOR Ergo libertas Witcleff non erat libertas ecclesiæ ante dies Ambrosii, ipse enim generali uerbo dicit, omnes renuntiamus uerbis, quia cum sacramenta suscipimus, renuntiamus, non autem affectibus omnes: ne dicat Witcleff eos renuntiasse mentaliter, sed uerbis inquit. Quis ergo tunc libere utebatur his ritibus libereq́ue dimisit, iam Witcleff exponat: maximè si præcepto Christi huic ritui omnes erant astricti, ut ait Beda. Et item super hunc textum Gene. Nequaquam interficitur, ultrà aquis diluuii omnis caro. BEDA. Intelligendum quia priscæ nostræ conuersationi dominus quodammodo maledicat, & in baptismo hanc disipet, cū abrenuntiare nos diabolo, & omnibus operibus eius, ac pompis præcipiat, acsi demum noua confessione mundati, ad benedictionis æternæ gratiam mereamur attingere. Hæc ille. AVCT. Ecce † quòd Christus nos abrenuntiare diabolo, & omnibus operibus eius, ac pompis

pis præcipiat: & hæc ideo trina abrenuntiatio facta prædicatur in primæua ecclesia. capit. 2. ec clesiasticæ hierarchiæ in principio DIONY. Deinde statuens ad occidentem attendentem & manus erigentem ad eandem conuersus regionem exsufflari quidem ipsi ter iubet Satanam, & adhuc quæ abrenuntiationis consiteri, & ter ipsi abrenuntiationi testificatus confessum ter hoc traducit ad orientem. Vbi LINCO. Hoc est insuper consiteri ea, quæ abrenuntiationi Satanæ, & operibus eius, & confessum ter hoc, id est, expressam eam abrenuntiationem traducit ad orientem. Hæc ille. AVCTOR. Et sicut dixi sæculo & pompis eius, qualiter fecit Timotheus in baptismo suo. Quòd item commemorat sanctus Paulus. 1. ad Tim. 6. dicens, Apprehende æternam uitam, in quam uocatus es, confessus es bonam confessionem coram multis testibus. Super quod ad literam in annotationum libro NIGRO. Confessus es bonam confessionem in baptismo, renuntiando sæculo, & pompis eius coram multis testibus, coram sacerdotibus, uel ministris, uirtutibusquè cælestibus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc † ergo formam tenebant ex apostolica traditione Timotheus, & primæui, pro ut conformiter eundem textum in expositione sua tangit AMBROSIVS. Fidei uictoria est, cum omnia uitia, & crimina subiugantur, ut ad æternæ uitæ præmia ueniatur. Cuius confessio inter ipsa rudimenta fidei, teste interrogate & respondente monimentis ecclesiasticis continetur. Hæc ille. AVCTOR. Scripsit ergo Apostolus confessionem, & nomen baptizati, relinquens illud monimentis ecclesiæ, & ita demum scribenda erant in memoriis angelorum, & in libro uitæ conformiter ad Ambrosium iam suprà. Hæc ipsa, scilicet abrenuntiatio, confessio nostra est in angelorum concione scripta est. Vnde lib. 2. de Symbolo citò post principium AVGV. Adiutorium nostrum in nomine domini. Si adiutorium nostrum est in nomine ipsius, renuntiemus diabolo, pōpis, & angelis eius. Videte dilectissimi, quia hanc professionem nostram in curiam profertis angelicam. Nomina professionum in libro excipiuntur uitæ, non à quolibet homine, sed à superiore cælitus potestate. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd professio nostra hæc est, quando renuntiamus diabolo, & in libro uitæ, excepta à superiore cælitus potestate. Hanc ergo renuntiationem quidam secū dum prætensam libertatem Witcleff, uolentes effugere, conabantur sine hac renuntiatione adi pisci baptismum, dicentes solam requiri fidem, non opera, ut quis baptizetur, dicente domino, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Contra quos librum suum de fide & operibus edidit Augustinus. Et tandem in finem. AVGV. De † his tribus quæstionibus satis, quantum existimo, disputaui, demonstrauiq́ue sic tolerandos in ecclesia malos, ut non negligatur ecclesiastica disciplina, sic catechizandos eos, qui baptismum petunt, ut non solùm audiant atque suscipiant quid credere, uerùm etiam qualiter uiuere debeant. Sequitur. Non itaque culpantur dispensatores fideles, non sua negligentia uel pigritia, sed quorundam potiùs contumacia, qui peculiam dominicam recusant accipere, & adulterinam suam cogunt seruos dominicos erogare, dum uolunt saltem tales mali esse, quales sanctus Cyprianus commemorat sæculo, uerbis, & non factis renuntiantes: quando nec uerbis renuntiare diaboli operibus uolunt, cùm se in adulterio permansuros uoce apertissima profitentur. Hæcille. AVCTOR. Ecce Witcleff professores libertatis tuæ, uolentes scilicet uerbis tātùm sæculi & diaboli renuntiare operibus, sed uoce apertissima in adulterio se permansuros profitētur. Contra quos petit non culpari presbyteros, qui tàm mali esse nolint, ut sine hac professione eos recipiant: & tandem regulam generalem indicens, iubet, nè sine ea quisquam ad baptismum accedat, libro. 3. de symbolo in principio AVGV. Apostolus Petrus alloquens fidelesuos (inquit) tanquàm lapides uiui ædificamini in domum spiritualem. Quisquis huic ędificio iungi desiderat, renuntiet diabolo, pompis, & angelis eius. Pompæ † diaboli sunt illicita desideria, quæ turpant, non quæ exornant animam: ut sunt desideria carnis, desideria oculorum. Ambitiones sæculi ad concupescentiam carnis pertinent, illecebræ uoluptates ad concupiscentiam oculorum. Nugacitas spectaculorum ad ambitionem sæculi, & insana superbia, ubi est fumus inflatus: ut homo positus in aliqua potestate hominem se esse non agnoscat, cum de homine iudicat. Hæc ille. AVCTOR. Hoc est quod dixi in pompis sæculi uoluptates & ambitus sæculi contineri. Quibus omnibus necesse est, ut accedens ad baptismum renuntiet, ita ut his mortuum se esse respondeat, ut Christo resuscitatus appareat: quo instituto cunctos fideles Apostolus Paulus admonuit ad Colossenses, 2. dicens: In quo & circūcisi estis circumcisione non manufacta, in spoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi unà cum ipso sepulti in baptismo, in quo & simul resurrexistis per fidem. Super quod AMBROSIVS. Illic enim uetus homo deponitur, & nouus assumitur: peccatis moritur, ut iustitiæ uiuat, elementis abrenuntiat, ut Christo societur: resurrectionis futuræ tenens pignus exemplo Saluatoris, qui resurrexit à mortuis. Hæc igitur commonuit, ut perseuerarent in abrenūtiando

Amb. To. 5 — Matth. 5. Hie. To. 9 — Tob. 3 Beda — Amb. To. 4 — Gene. 9 — Matth. 10 — Amb. To. 1 — Dion. — 1. Tim. 6. — Amb. To. 5 — Aug. To. 9 — Mar. 16. — Aug. To. 4 — Aug. To. 9 — 1. Pet. 2. — Colo. 2. — Amb. To. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiando pompæ,& præstigiis Satanæ:qui idcirco elementorum suadet cultum,ut à Deo auocet, participes apostasiæ suæ uolens efficere homines. AVCTOR. Ex hoc nosse poterit noster
8 Witeleff ritum †istum baptismalem de abrenũtiando Satanæ & pompis eius per Apostolum Paulum fluxisse per orbem, dicente Ambrosio eum commonuisse populos Colossen. per uerba prædicta,ut perseuerẽt in abrenuntiando põpæ,& præstigiis Satanæ,quam ante fecerant in baptismo. Quod si liberum fuisset tunc cuilibet baptizando ipsam abrenuntiationem non facere in susceptione baptismi,non scripsisset eos generaliter perseueraturos,quos nesciret abrenuntiasse de certo.

¶QVOD BAPTIZANDVS VNGAtur in pectore,& in scapulis,& de professione credendi. Cap. L.

SVMMA.

1 *Vnctio in baptismo. Et quomodo à primæuis sit seruata ecclesiæ.*
2 *Athletarum unctio describitur.*
3 *Agon et certamen Christiani. Et quomodo unctio fiat ad agonem.*
4 *Interrogatio de fide quomodo fieri debeat ante baptismum.*
5 *Aqua munda quomodo exhibeatur in baptismate.*
6 *Parentum pro liberis sponsionis origo.*
7 *Nominis in baptismate impositio.*

Vnctio in baptismo.

ABrenuntiatione facta, & solenni professione completa ungitur†baptizandus. De qua unctione propheta Ezechi.exprobranter tangit uirum apostatam,dicens,Oleum meum,& incensum meũ posuisti ante faciem eorum.Ezechi.16.Vbi Homil.7.ORIGENES.Oleum, quo ungitur uir sanctus,oleum Christi,oleum sanctæ doctrinæ. *Orig.To.1*
Cùm ergo acceperit quis hoc oleum,id est,scripturam instituentem quomodo oporteat baptizare in nomine patris & filii & spiritus sancti, & pauca commutans,unxerit quempiam, & quodammodo dixerit,iam non*est cathecumenus, *es.*
consequutus es lauacrum secundæ generationis 3
talis homo accipit oleum Dei, & incensum, & ponit illud aute faciem idolorum. Hæc ille.
AVCT.Hoc dicit pro uiro hæretico,qui cordis proprii coniectura, quam ibi idolum appellauit formam baptismi per scripturas expressam commutat. Talis enim quamuis ritus quosdam, ut unctionem, obseruet,tamen sanctum oleum coram idolo suo posuit:qui autem formam tenet A ecclesiæ,oleum coram Deo ponit, quam formam quia uetus Origenes testatur, Et quòd à primæuis seruata sit in ecclesia, Et de significatione eius scribit ca.2.ecclesiasticæ hierarchiæ. *Dionys.*
DIONYSIVS.Non oportet recedere solùm à malitia uniuersa,sed & uiriliter inflexibilem esse, & intrepidum semper,& aduersus eam, quæ ad ipsam pernicioſa est,remissionem. Et infrà. Vides horum diligentes imagines in his, quæ hierarchicè fiunt? Deiformis enim quidam hierarcha incipit sacram unctionem, sacerdotes autẽ in ipso perficiunt unctionis ministrationem, ad sacros in typo eum,qui perficitur, agones euocantes,secundum quos athleta Christo effectus est,quia ut Deus athletiæ conditor est, ut sapiẽs autem leges ipsius posuit. AVCT. Vbi COMMENTATOR. Nõ.n.solũ oportet recedere à malitia uniuersa, sed & uiriliter, hoc est, fortiter inflexibilem esse,& intrepidum,ut uidelicet nec
B propria relaxatione,nec alterius terrore retrahatur,& hoc semper incessanter. Et infrà. Hæc autem non fiunt,nisi fortiter agonizando contra carnem,mundum, & diabolum: immo hæc facere, est fortissimè agonizare. Solebant
2 †autem athletæ agonizaturi unguento odorifero,& confortatiuo ungi,ut unguenti lubricitas *Athletæ unctio.*
eos faceret irretrahibiles,& non impedibilis ab aduersariis:& odor cerebrum, & per consequẽs sensus confortaret,& ipsius penetratio neruos, & ossa irrigaret,& spiritus motiuos multiplicaret, & sic athletam roboraret. Vnde & athletæ dicuntur,quia aliptes est unctor, & uerbum, alipho ungo.Sequitur. Dictæ itaque spiritalis agonizationis & expeditionis symbolum est sacra unctio, quam hierarcha typum, uicem, & personam Christi gerens incipiet,& sacerdotes typum angelorum gerentes perficient. Hæc ille.
AVCT.Ecce sanctus pater Dionysius totum ritum sacræ unctionis exponit,& typos eius: ita,
C ut pateat tunc baptizatos fuisse regulariter prius unctos ut sciant se abrenuntiationem præactam non nisi agonizando defendere, quam declarationem Dionysii posteriores patres penè cuncti sequuntur. Vnde sermone tertio primæ partis AVGV. Baptizatus es, mundatus es, unctus *Aug.To.9*
oleo,restauratum est corpus tuum ad priorem statum prioris illius hominis ante peccatum,noli postmodum malè securus esse. Ad †agonem
3 perduceris,contra diabolum & uitiorum principem: dimicabis in arena huius mundi utriusq; *Actus Christi.*
partis,Christi scilicet,& diaboli:infinita populi multitudo te expectat luctantem, & uter uincat uide omnem turbam nimia intentione pendentem,non de te triumphet pars diaboli. Si uis uincere noli de te præsumere,sed illi assigna uictoriæ gloriam,qui tibi donat,ut uictoriæ per-

feras palmam. Vis uincere? caput prius contere A stam confessionem fieri, ut baptizaturis, & baptizandi,& interrogandi, & manifestandi, & confitendi præberetur exemplum. Hæc ille.
AVCTOR. Primitiuæ ergo ecclesiæ patres hunc ritum confitendi nobis tradidere seruandum,sic enim apertè facta renuntiatione principi peccatorum, & suscepto contra eum certamine,scutum fidei præliator assumat. De quo libro. 3. de symbolo ad principiũ AVGVSTI *Aug.To.9*
NVS. Postquàm autem homo renuntiando diabolo excludit pessimum inuasorem, introducat optimum possessorem &c. Credat in Deum patrem omnium, omnipotentem &c. Magnum donum est gratiæ, credere, & intelligere Deum. Sed quid Propheta dicit, Nisi credideritis, non intelligetis. Credamus ergo, ut intelligamus, sed oremus, ut mereamur uidere quod credimus. Hæc ille. AVCT. Interrogatur autem uicissim de fide trium personarum, si credat in patrem, si credat in Iesum Christum, si credat in spiritum sanctum, quia in nomine harum trium personarum baptisma expresse contequitur. Vnde in libro de *Amb.To.4*
mysteriis* circa medium AMBR. Vbi duo, *ca.5*
uel tres sunt cõgregati in nomine meo, ibi sum *Matth.8.*
in medio eorum: quantò magis ubi est ecclesia, ubi mysteria sua sunt,ubi dignatur suam impertiri præsentiam? Descendisti,ergo recordare quid responderis. Quòd credas in patrem, credas in filium,credas in Spiritum sanctum, nõ habes illic,credo in maiorem,& minorem,& ultimum,sed eadem uocis tuæ uocatione cõstringeris ut similiter credas in filium,sicut in patrẽ credis.Similiter in Spũm sanctum credas,sicut credis in filiũ.Hoc solo excepto,q̃ in cruce solius dñi nostri Iesu Christi fateris ubi esse credendũ Hæc ille. AVCTOR. Hæc est ergo secunda professio, qua credit in deum,prima erat diffiteri diabolũ.Et li.7.* de fide ad Gratianũ idem *secundo de spiritu S.*
AMBR.Aduerte q̃ tertio repetita figura mysterii operationẽ trinitatis expressit.Et ideo in mysteriis interrogatio trina defertur, & confirmatio trina celebratur:nec potest quis nisi trina cõfessione purgari.Hæc ille. AVC. Quanta huius celebritatis necessitas, ut non possit quis nisi hac trina professione purgari? Cum autem paruuli offeruntur,qui credere nesciunt corde ad iustitiam,patrini rũdeant,in quorum fide saluentur.
¶Exhibetur†& aqua munda. De qua apostolus *Aqua munda*
indifferenti usus sermone pro singulis. Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala,& ablati corpus aqua munda. Ad Hebræos 4. Supra quem locum *Heb.4*
in expositione AMBROSIVS. Lauacrum *Amb.To.5*
baptismatis in hoc loco dicit. Baptisma enim corporis mundatio non est, sed animæ,si fides

Pſ.19.

2.*Timo.*2

Amb.To.4 ca.1.& 2.

*colligitur.
*sequetur.

Cre.To.2

Interrogatio de fide.

Rabanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adest baptizato, siue parentum, siue ipsius, si ipse ad rationabilem ætatem peruenerit. Hæc ille. AVCTOR. Nec est ista consuetudo ecclesiæ modo recens, imò apostolica traditio si non esset, longè ante temporibus spreta fuisset: ut probat Augustin. lib. 10. super Genesim ad literam ca. 30. AVG. Consuetudo matris ecclesiæ de baptizandis paruulis nequaquam spernēda est, neque ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi apostolica esset traditio. Hæc ille. AVG. Et à factis Christi quidam patres traductum probant exemplum, uelut cùm mulier Cananæa dixerat in persona filiæ, Miserere mei domine fili Dauid. In quem textum* secundùm Tho. REMIGIUS uerbis datur nobis exemplum catechizandi, & baptizandi pueros, quoniā hæc mulier non ait, domine salua filiam meam, aut adiuua filiam meā, sed miserere mei, & adiuua me. hinc † etenim descendit consuetudo in ecclesia, ut fideles pro suis paruulis fidem deo promittant, quando ipsi non sunt tantæ ætatis, & rationis, ut fidem Deo promittere per se ualeant. Nam sicut fide illius mulieris sanata est filia eius, ita & fide catholicorum uirorum peccata paruulis relaxantur. Hæc ille. AVGVST. Sed quid si tales ferentes paruulos alia fide ueniant, quam communi ecclesiæ: nunquid proderit paruulis quos gestabunt ipsorum oblatio ad regenerationis effectum? Respondet Augustinus q̄ sic, epistola ad Bonifacium, quæ est. 12. Aug. Nec illud te moueat, quod quidam non ea fide ad perficiendum baptisma paruulos ferunt, ut in gratia spiritali ad uitam regenerentur æternam, sed quod eos putent hoc remedio temporalem retinere uel recipere sanctitatem. Non enim propter ea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrātur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet paruulos demoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritaliter sunt homicidæ. Nam in illa dem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt. Et rectè illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, Nolite occidere paruulos uestros. Non autē recte his dicitur, Nolite uerba sacrorum sine quib. consecrari paruulus non potest recitare. Spiritus aūt ille sanctus, q̄ habitat in sanctis, ex quib. una illa columba deargētata charitatis igne conflatur, agit q̄d agit, ēt per seruitutem aliquando nō solum simpliciter ignorantium, uerum ēt damnabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli ad percipiēdam spiritalē gratiā, non tā ab eis, quorum gestantur manib. quanuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, q̄ ab uniuersa societate sanctorū ac fidelium. Ab omnibus nanque recte offerri intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quibus sancta, & indiuidua charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. Hæc ille. AVCT. Obtinuit ergo uim suam consuetudo ecclesiæ, ut respondeant parentes pro paruulis, & ipsi saluentur in fide parentum ab institutione Christi primæua, saltem ubi facultas deest eis respondendi pro se: qualiter huius filia pro uexatione dæmonii, & filius habens spiritū mutum Marci nono, pro quo requisiuit Christus si dem parentis si posset credere: ipse autem cum lachrymis exclamās: Credo domine, adiuua &c. Non interrogauit de filio si credit, nec respondet pater, quòd crederet, sed ab ipso patre fides exigitur, & in eius salutem respondit, Credo. Hac ratione nulla est iniuria sacramenti, si sacerdos offerentem interrogat, Credis in Deum? & ipse loco baptizandi respondet item, Credo: ita ut sacramentum salutis susceptus obtineat in pia fide & credulitate sanctorum. Nec † solum tunc interrogabat sacerdos de fide, sed item de nomine: pro quo respondeant patrini, & astantes confitentes, & nomen baptizandi propositum. Vnde capitulo priori secundo de ecclesiastica Hierarchia in prima parte DION. Hic quidem a sacerdotibus ad aquam ducitur ad Hierarchæ manuductus manum, Hierarcha uero desuper stans nomen quærit, reclamantibus illis quidem ter, ipsum Hierarcha baptizat. Hæc ille.

¶ DE CONSECRATIONE SACRI fontis, & trina immersione habentis caput primo ad orientem, cuius uertex post baptismum chrismate inungatur.

Capit. LI.

SVMMA.

Fontis consecratio quomodo exigitur fieri antequam baptizatum abluat sacerdos, & quare.
Ecclesia primæua quomodo prius cōsecrauit fontem, quàm baptizatum immitteret.
Christus quomodo ante Spiritum sanctum descendit in aquas. Et qua ratione.
Christum in quibus imitari non possumus.
Baptizandus antequam immergatur quare orientem uersus respiciat.
Baptizandus quomodo ter debeat immergi, et nō semel tantum, ut quidam erronei ueteres dixerunt.
Symboli articulos quare commiserit sigillatim cum immersionibus Ambrosiana ecclesia.
Chrismatis unctio quomodo fiat post trinā immersionem in uertice. Et quæ sit ratio.

Mat. 15 † in catenā Remigius.

Parentum pro liberis sponsionis origo.

23. incipit Quæritur. Aug. To. 2

De Consec. d. 4. c. quærit.

Conse

Gen. 1.

CONsecratio † item fontis exigitur fieri priusquàm abluat baptizatum: quia prius necesse est ut Spiritus sanctus feratur super aquas, & terra nuda humanæ carnis appareat satis aptata germinibus.

Dion.

Quam quidem fontis consecrationem prædicto sæpe. 2. cap. notat DION. Ipse scilicet sacerdos ad matrem filiorum adoptionis uenit, & huiusmodi aquam sacris inuocationibus sancti ficans, & tribus sanctissimi unguenti cruciformibus effusionibus perficiens ipsam, & unguenti sanctissimis immissionibus æquali numero sacrum Deo acceptorum prophetarum inspiratione melodima simul supernūtians. AVCTOR. Vbi in expositione LINCOLIEN. Ipse uenit ad matrem filiorum adoptionis, & sanctificans sacris inuocationibus aquam huius matris prædictæ scilicet fontis, & perficiens ipsam, hoc est eius complens sanctificationem tribus sacratissimi unguenti, id est, chrismatis cruciformibus effusionibus in aquam scilicet fontis & unguenti. Sequitur. Simul cum his superenuntians sacrum melodima, seu sacram melodiam inspirationis Deo acceptorum prophetarum. Melodima, q̄d per inspirationem diuinam cecinit Dauid. Melodima enim, quod tunc dixit Hierarcha est. 28. psalmus cum hallelaia: quod melodima non est aliorum prophetarum, sed solius Dauid.

Mar. 9.

Hæc ille. AVCT. Ecce † quòd primæua ecclesia prius consecrauit fontem, quàm baptizatum immitteret, & ubi opportunitas affuit, Spiritū sanctum inuocat, cruce signando sanctificat, trina immissione sancti chrismatis ad modum crucis aquam perficit, & enunciat propheticum melodima: pro nunc autem illum Dauidicum uersum

Ps. 28

Vox domini super aquas: ita ut uerum semper erat ab initio aquas non sanctificare nisi sanctas (ut secundum Ambrosium & Augustinum in 5. libro deduxi) & aduentu Spiritus sancti emundatas. Quanquam Christus in aquas nondum sanctas, sed quas ipse corpore suo sāctificaret, prius descendit, & tunc Spiritus sanctus aduenit: prout notat processum, & largitur causam libro primo de sacramentis uersus finem AMBRO. De

Amb. To. 4 Mat. 3

scendit † Christus, descendit & Spiritus sanctus: quare prior Christus descendit, & postea Spiritus sanctus, cum forma baptismatis & usus hoc habeat, ut ante fons consecretur, & tunc descendat qui baptizandus est? Nam ubi primùm ingreditur sacerdos, facit exorcismum. Secundò super creaturam aquæ inuocationem: postea & precem defert, ut fons sanctificetur, & adsit præsentia Trinitatis æternæ. Christus autem ante descendit, sequutus est spiritus. Qua ratione? Vt non ipse quasi egere dominus Iesus sanctificationis mysterio uideretur, sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus. Ergo descendit in aquam Christus, & Spiritus sanctus sicut columba descendit. Pater quoque Deus de cælo loquutus est. Habes præsentiam Trinitatis. Hæc ille. AVG. Egregio sensu ecclesiæ definit ista pater egregius Ambrosius, scilicet, quod ante Spiritum sanctum descendit Christus in aquas: quia ipse descendit sanctificaturus aquas, ne baptismo propter se uideretur egere. Nos prius inuocamus Spiritum sanctum, qui sanctificatis aquis egemus, nec sanctificare ex nobis sufficimus. Hæc ergo alia ratio satis grandis, ne Witcleuistæ semper & ad omnem pedem Christo conformentur in ritibus, ne sic inferiora membra se esse contemnant, qui prærogatiuæ eminentiam inuident. Ab initio ergo huius tractatur de obseruantia baptismali, hoc ipsum sæpius habuisti probatum. Habes † primò non imitandum Christum in insensibili chrismate & signato, quia sic ungi debuit ipse solus totius consilio trinitatis præ cunctis participibus suis. Habes non imitandum eum in apertione oris. Habes nec æmulandum Christum descendentem in aquam nondum sanctificatam, quia hæc omnia sibi reseruauit ex priuilegio capitis: sed ipse prius sanctificandas aquas instituit, ut omnem sanctificationem non ex nostris meritis, sed emanare sciamus ex spiritu. Sicut ipse contra uaecillantem Witcleff de cooperante Spiritu sancto ecclesiasticis sacramentis adducit euangelium libro 6. de fide ad Gratianum circa medium AMBROS. Habes in euangelio, quod angelus secundum tempus descendebat in natatoria, & mouebatur aqua, & qui primus descendebat in natatoria, sanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, nisi ostensionem sancti spiritus nuntiabat? qui nostris futuras temporibus aquas sacerdotalibus inuocatus precibus consecraret? Ille ergo angelus Sancti spiritus erat nuntius, eo quod per gratiam spiritualem medicina nostris esset animi ac mentis languoribus deferenda. Hæc ille. AVCTOR. Ecce angelus descendit in natatoria tempore constituto ad mouendum aquas, & qui primus descendisset, non dicit, qui optimus, ipse saluus fiebat: & sic ritè dicit iam descendere Spiritum sanctum ad sanctificandum aquas baptismate fanaturas etiam cum fide modica descendentes, a quibuscunque, uerbis tamen euangelicis, consecratas. Sicut libro. septimo contra Donatistas capitulo sexto AVGVS. Verumtamen si quis me fortè in eo concilio constitutum, ubi talium rerum quæstio uersaretur, ne præcedentibus talibus, quorum sententias sequi mallem, urgeret, ut dicerem quid ipse sentirem, si eo modo affectus essem, quo eram cum ista

Christum in quibus imitari nō possumus.

Amb. To. 4 lo. 5

Aug. To. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictarem, nequaquàm dubitarem habere baptiſ A ca doctrina myſticè docet in aqua tribus demer
mum eos,qui ubicunque, & a quibuſcunque il sionibus & emerſionibus thearchicam trium die
lud uerbis euangelicis conſecratum ſine ſua ſi rum & noctium ſepulturæ Ieſu uitæ datoris imi
mulatione,& cum aliqua fide acceptaſſent.Hæc tari mortem,ut poſsibilis iuris Dei imitabile,in
ille.AVCT. Extenſiuè loquitur Auguſtinus, ut quo ſecundum eloquii myſterialem & occultã
arduæ neceſsitatis caſum non uideatur exclude traditionem nihil inuenit mundi princeps. AV
re,in quo tamen conſecratio aquæ cum uerbis CT. Vbi in expoſitione Linco. Oſtenſo quàm
euangelicis omnino requiritur, quæ item ſunt appropriata ſimilitudine totalis uelatio baptizati per aquam baptiſmi,quæ eſt imago mortis
forma baptiſmi.Conſecratio autem, quæ extra humanæ,& maximè Chriſti per ſimilitudinem
neceſsitatem per precem euangelicam prius ſit mortis,qua morimur peccato cum Chriſto,cõ
ſuper aquas,quàm baptizandus in eas deſcen ſequenter manifeſtat,quòd trina immerſio in a
dat,ſecundum Ambroſium conſuetudine longa quam baptiſmi,& emerſio ab illa, ſymbolũ eſt
eccleſiæ alia fuit,quàm illa breuis, Ego te bapti huius theoriæ,uidelicet, quod baptizatus pro
zo &c.cum illa baptiſmum nulla ratione præce poſsibilitate humanæ infirmitatis imitatur mor
dit,iſta cum fit omnino præcedit,& baptiſma cũ tem Chriſti tribus diebus & noctibus ſepulti.
euangelicis illis uerbis ſubſequitur.Vnde lib.de Hæc ille.AVCT.Ad hoc autem accedit,quod ha
inſtitutionibus clericorum cap. 28.RABAN. bet li. 2.de ſacramentis,intermiſcens tamen in
Poſt hæc igitur conſecratur fons, ut ad ipſum terrogationem de fide alternatim ad immerſio
baptiſmum catechumenus accedat,& ſic in no nes AMB. Poſsibilitas uitæ noſtræ non admit- 7
mine ſanctæ trinitatis trina ſubuerſione bapti- 5 zetur.Hæc ille. AVC. Quod † autem reſpicit B
ad orientem cùm immergendus eſt, primò Dio ad orientem uerſus re-
nyſius ſecundum primæuam eccleſiam ſic ſta ſpiciat.
tuit de adultis præfato.2.cap. eccleſiaſticæ hie
rarchiæ.DIONYSIVS. Sic perfectè inhabitu
dinalem ipſum & incommunicabilem factum
ad orientem tranſduxit. Hæc ille. AVCTOR.
In eccleſia autem occidentali hoc ſeruatur eiuſ
dem ratione myſterij,ut Chriſtum reſpiciat ſo
lem iuſtitiæ poſtquam renuntiabit diabolo. De
quo libro. de myſterijs ſtatim poſt principium
AMBROS. Ingreſſus es igitur ut aduerſarium 8
tuum cerneres,cui renuntiandum mox putares, ad orientem conuerteris. Qui enim renuntiat
diabolo,ad Chriſtum cum uertitur, illum direc
to cernit obtutu. Hæc ille. AVCTOR. Sic
6 † itaque ad orientem uerſa facie baptizandum
ſacerdos immergit, perficiens trina immerſio
ne myſterium. Quod item Apoſtoli ſtatuerunt,
ut habet cap.primum in canonibus Apoſtolo
C rum. CANONES Apoſtolorum.Si quis Epi
ſcopus,uel presbyter non trinam immerſionem
unius myſterii celebrat,ſed ſemel mergit in ba
ptiſmate, quod dari uidetur in domini morte,
deponatur.Non.n.dicit nobis dominus,In mor
te mea baptizate,ſed,Euntes docete omnes gen
tes baptizantes eos in nomine patris, & filii, &
ſpiritus ſancti.Hæc ille.AVC.Hoc dixerunt er
ronei ueteres,quia mors Chriſti ſignificatur in
baptiſmo. ergo ſicut una mors eius,ita & una
immerſio.Sed iſti non attendebant baptiſmum
noſtrum eſſe imaginem,non tantũ mortis Chri
ſti,ſed & ſepulturæ. Vnde ſicut ſepultura eius
fuit triduana uelatio eius ſub ſuperficie terræ,
ita & ter ſub undis regitur baptizatus, Prædicto
ca.2.DION. Sacrè igitur baptizatum ſymboli-
qua

Rabanus

Orientem uerſus re-
ſpiciat.

Amb.To.4 ca.2

Immerga-
tur ter.

Can. Apo.

Matt. 28.

Amb.To.4 ca.6 & 7.

Aug.To.4 ca.6

*In.

Compara-
tes.

qua cura pendeant. Si tunc tempus non eſt A perpendi poteſt, quia hæc ipſa unctio chriſma
dicendi,quæ uita congrua tanto(quod accipere tis ſicut fuit regularis per Chriſti eccleſiam die
deſiderant) ſacramento,quando erit?Hæc ille. bus AUGUſtini & AMBROſii,ita nec deſuit ei tem
§ AVCTOR. Facta † autem trina immerſione poribus apoſtolorum,ut liquet uerſus finem ca
cum inuocatione Trinitatis iam fundens ſuper pit.2.eccleſiaſticę hierarchiæ.Vbi DION. Vn Dion.
emerſum precem ſacerdos incipit ungere chriſ guenti autem perfectiua unctio bene olentem ta
Amb.To.4 Chriſmatis unctio. mate baptizatum,dicens,Deus pater omnipo cit,perfectum, ſacra enim diuinæ generationis
tens.Quam precem recitat libro.2. de ſacramẽ perfectio unit perfecta thearchica ſpiritum.
tis in fine AMBROS. Veniſti ad ſacerdotem, Vbi Lincolien. Formificatum, & ſplendifica
*Vide ubi unctiones quid tibi dixit? Deus inquit,pater omnipotẽs, tum ungit hierarcha ſancto chriſmate,quod ſu
qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto,cõ perius uocauit auctor unguentum deiſicentiſi
ceeſsitque tibi peccata tua,ipſe te intingat in ui mum. Quæ unctio bene corporaliter olens, ſi
tam æternam.* Vnde ibi unctus es in uitam,in militer bene olentem eſſicit baptizatum. Eſt au
quit,æternam,Noli hanc uitam illi uitæ antefer tem hoc unguentum corporale ſymbolum Spi
re.Hæc ille.AVCTOR. Et ungitur baptizatus ritus ſancti,qui eſt amor,& charitas, omnia quã
ca.1. in uertice,cuius rationem aſsignat ibi conſequẽ tumcumcunque aſpera lenificans,quantuncun
*Oculi. ter in principio libri tertii idem AMBRO. Ac que dura mollificans, quantumcunque amara
Eccl.2. cipis autem hoc myſterium,id eſt, unguentum dulcificans: unctio autem ſymbolum eſt unifi
ſuper caput.Quare ſuper caput?quia* ſenſus ſa cationis baptizati per ſacramentum cum ſpiri
pientis in capite eius Salomon ait.Friget.n. ſa tu ſancto.
pientia ſine gratia,ſed ubi gratia acceperit ſapi B
entiam,tunc opus eius incipit eſſe perfectum. ¶DE VESTE CANDIDA, QVAM
Apo.6. Aug.To.9 Hæc regeneratio dicitur.Hæc ille. AVCT. Hu accipit baptizatus,& lampade ardente in ma
ius unctionis recoluit ſanctus Ioannes Apoca. nu,& quòd traditur patrinis uel parentibus
6.cum diceret,Vinum,& oleum nè læſeris.Vn in cuſtodia ad ſeptennium, & cum commen
de ibi in expoſitione ſermone. 5. AVGVSTI. datione ſymboli.Cap.LII.
Quod dicit uinum & oleum ne læſeris, in uino
ſanguis Chriſti,in oleo tinctio chriſmatis intel
ligitur. Hæc ille.AVCT,Quaſi tradidiſſet ma SVMMA.
ligno præceptum Chriſtus, ne Chriſtianos læ
deret,quos ritè peruncto Chriſti chriſmate cer 1 *Veſtis candida baptizati, qua induitur poſt ſan-*
neret, aut ſanguinis Chriſti ſacramento pota *ctum lauacrum,et chriſmatis munctionem,quid*
tos.Ideo autem tinctio iſta odoriferi chriſmatis *denotet.*
traditur Chriſtianis in uertice,ut odore uirtutũ 2 *Stola immortalitatis denotata per ueſtem candi-*
capitis ſui Chriſti commoniti,currere poſteum *dam baptizato traditam.*
Amb.To.4 ca.6 non differrent,cum cœperit trahere. Vnde lib. 3 *Cerei ardentis à baptizato acceptio.*
de myſteriis infrà AMBR. Poſt hæc utique a- 4 *Patrinis cur tradatur baptizatus.*
Cantico.1. ſcendiſti ad ſacerdotem,conſidera quid ſequu- 5 *Symboli acceptio. Et quid ſit.*
tum ſit:nonne illud quod ait Dauid, Sicut un
guentum in capite,quod deſcendit in barbam, 1
barbam Aaron?Hoc eſt unguentum, de quo & C
Salomon ait,Vnguentum exinanitum eſt nomẽ
tuum,propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, &
attraxerunt te.Quantæ hodie renouatæ animæ
dilexerunt te domine Ieſu, dicentes, Attrahe
nos poſt te, in odorem unguentorum tuorum
currimus,ut odorem reſurrectionis haurirent.
Quare hoc fiat,intelligeſquia oculi ſapientis in
capite eius:ideo in barbam defluit,id eſt,in gra
tiam iuuentutis.Ideo in barbam Aaron, ut ſias
electum genus,ſacerdotale pretioſum. Omnes
enim in regnum Dei &* conſacerdotium in
unginur gratia ſpiritali.Hęc ille.AVCT. Hoc
cum accepi ab Ambroſio li.5.pro unctione cõ
firmationis,non animaduerti unctionem iſtam
uerticis in officio ſancti baptiſmi: ideo autem

Circa † fidem huius myſterii,aſſumpta, Veſtis can
uel aſcendens noua proles de ſancto dida.
lauacro, & inuncta chriſmate, indu Ro.12.
mentum album accipit de candore ſi
ne macula, audiens dicentem apoſtolum, In
duimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ti
mens impropterium nuditatis, quam impro
rauit EZECHIEL capit.16.Non es aqua lota in ſa Ezec.16
lutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Ba
ptiſmi immerſionem intelligens per aquam, &
in catechiſmo ſalis myſterium, & talibus ad fi
nem ſacramenti inuolutione pannorum, pan
num candidum, quo baptizatus inuoluatur, Ori.To.1
intelligens. Vnde in eundem locum Homi
lia ſexta, ORIGENES. Rurſum pecca
trix Hieruſalem non es inuoluta pannis. Ob
ſerua quod dicimus. Anima renaſcens, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

primùm in lauacro edita, inuoluitur pannis. Ipse dominus meus Iesus pannis in uolutus est, ut scriptum in euangelio secundùm Lucam refertur. Oportet ergo qui renascitur utique in Christo renascentem rationabile & syncerum lac desyderare: & prius quàm sine dolo rationabile lac desyderet, debet sale saliri, & pannorum inuolucro colligari, no dicatur ad eam, Sale non es salita, & pannis non es inuoluta. Hæc ille. AVCTOR. Necessariò igitur oportebat impleri in mysterio, quod Propheta prædixit in uaticinio. Quòd sequentes apostolici uiri non neglexerũt inferere, ut cap. 2. ecclesiasticæ hierarchiæ ad finem DIONYSIVS. Deiceps autem luciformes uestes imponunt ei, qui perficitur. Vbi LINCOLIEN. Ostendit quam theoriam significat uestis alba, & per albidinem uestis luciformis, qua induitur consequenter baptizatus: significat autem baptizatum splendificatum, & clarificatum gratia, & donis Spiritus sancti secundum omnes uires. Hæc ille. AVCTOR. Et libro suo de mysteriis circa medium AMBROSIVS. Accepisti post hæc uestimenta candida, ut esset indicium, quòd exueris inuolucrum peccatorũ, indueris innocentiæ casta uelamina, de quibus dicit Propheta, Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Qui enim baptizatur, & secundum legem & secundũ euangelium uidetur esse mundus. Secundum legem, quia hyssopi fasciculo Moyses aspergebat sanguinem agni. Secũdum euangeliũ, quia Christi candida erant uestimenta sicut nix, cum resurrectionis suæ gloriam in euangelio demonstraret. Super niuem dealbatur, cui culpa dimittitur. Vnde & per Esaiam dominus dicit, Si fuerint peccata uestra sicut Phœnicium, ut niuem dealbabo. Hæc uestimenta habens ecclesia per lauacrum regenerationis assumpta, dicit in Canticis, Nigra sum, & decora filiæ Hierusalem. Nigra per fragilitatem conditionis humanæ, decora per gratiam. Sequitur. Hæc uestimenta cernentes filiæ Hierusalem, stupefactæ dicunt, Quæ est hæc, quæ ascendit dealbata? Hæc erat nigra, unde nunc subitò dealbata? Hæc ille. AVCT. Dicens prius secundum historiam, quòd hæc sit uestis candida induenda, statim in allegoriam eius ascendit, sic de isto ritu sicut de singulis aliis agens. Quod item facer Dionysius non omittit, ut sic retundatur indignatio Witcleff, qua indignatur contra moralitates, ut ipse appellat, obseruantiarum sacramentalium domus Dei. Et quamuis indignetur, ut Iudas fremens, & dicens, Vt quid perditio hæc? ualde tamen uidebitur congruè designare stolam primæ immortalitis in baptismo perceptæ, cum qua uelatur iumentum Christi, apostolorum industria.

Exo. 24. Heb. 9. Matt. 17. Esa. 1. Cant. 1. Dionysius. Amb. To. 4 cap. 7. Psal 50. Io. 12. Matth. 21.

A Qualiter super hunc locum Marci in commẽtario. HIERON. Imponunt uestimenta sua, id est, stolam primæ suæ immortalitatis per baptismi sacramenta afferunt, Hæc ille. AVCT. Stolam † immortalitatis in ultima resurrectione futuram intelliges in mysterio inchoatam: prout libro de institutis clericorum. cap. 28. RABANVS. Post baptismum traditur Christiano candida uestis, quæ signat innocentiam, & puritatẽ Christianam, quam post ablutas ueteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet ad præsentandum ante tribunal Christi. Cuncti uero renati, albis induuntur uestibus ad mysterium resurgentis ecclesiæ futurum. Vtuntur uestibus albis, ut quorum primæ natiui tatis infantiã uetusti erroris pannus fuscauerat habitus secundæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur enim post lacram unctionem caput eius mystico uelamine, ut intelligat sediadematis regii, & dignitatis sacerdotalis portionem. Hæc ille. AVCT. Ecce ab his signis in antiqua ecclesia non abstinebant aliquiquum uolebant, utentes libertate Witcleff in signis, dicente Rabano, Cuncti renati albis induuntur uestibus. ¶ Atque † statim accipi baptizatus cereum ardentem in manum, dicente ipsi presbytero, Accipe lampadem ardẽtem, custodi baptismum, serua mandata, ut cum dominus uenerit ad nuptias, possis ei occurrere. Vnde *libro. 6. secundæ partis de sacramentis. HVGO. Ad ultimum datur cereus accensus in manum eius, quatenus implere illud doceatur euangelicum, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem, qui in cælis est. Hanc igitur lampadem si inextinguibilem seruauerit, inter uirgines sapientes cum sponso cælesti ad nuptias introibit. Hæc ille. AVCTOR. Gloriosum indicium Christiani, qui iam uolauit ab aquis, adeptus nouam uitam in Christo, quã perdidit in protoplasto, ut non amplius desperet de uita, si Christum uelit lucem tenere per resurrectionem uitæ. Et in opere suo de mysterio paschæ AMBRO. Hoc paschæ donum, hoc optabilis anni festiuitas, hæc exordia gignentium rerum. Hinc uitalis lauacri sacræ ecclesiæ editi puerperio infantes paruulorum simplicitate renati, baratro innocentis perstrepunt conscientiæ. Sequitur. Hinc sub fidei arbore ab utero fontis innocui cereorum splendet ornatus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc in resurrectione dicit, quo solebat ecclesia solenniter baptizare in nomine Christi, qui ad hoc uenit, & hoc in omni mysterio, & ministerio ecclesiæ satagit, ut à tempore in tempus, de hora in horam illuminet omnem hominem uenientem in hunc mundum.

*Stola immortalitatis. Rabanus. Cereus baptizatorum. *par. 6. lib. 2. c. 15. Hugo. Matt. 5. Io. 1. Amb. To. 2 cap. 5.*

mundum. Vnde libro tertio, qui est de secundis ephiphaniis in fine GREGORIVS NAZANZENVS. Quoniam quidem omnia geruntur pro hominis salute, & in hoc occurrit diuinæ dispensationis omne mysterium, ut efficiamini sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes ad gloriam, ut & alios illuminetis, ut efficiamini lumen perfectum de æterno lumine participium sumentes, sanctæ Triniratis splendore fulgentes, ut clarius, & illustrius lux uestra fulgeat coram hominibus per Christum Iesum dominum nostrum. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ergo uice Dei sacerdos trãdens eis lucis lampadem, sicut Deus ipse semper assistere paratus ẽ cum lumine. Sicut ait sæpe dicto capitu. 2. DIONYSIVS. Ad hãc diuinus Hierarcha informatur imitationem, luciformes ipsius diuinę doctrinę splendores copiosè ad omnes expendens, & accedentem illuminare ad Dei imitationem paratissimus existens. Hæc ille. AVCTOR. His peractis, patrinis baptizatus committitur, tam ut seruetur illæsus, quàm ut informetur moribus & credulitate. Vnde libro 6. secundæ partis sacramentorum Hugo. Patrini fideiussores sunt pro his, quos in baptismo susceperint, ut eos cũ ad legitimam ætatem peruenerint, admoneant fidem rectam, & conuersationem bonam custodire: ante omnia symbolum, & orationem dominicam, & ipsi teneant, & eis insinuent, pro quorum fide sponsionem fecerunt. Hæc ille. AVCTOR. Hoc idem fiebat in primæua ecclesia si baptizarentur adulti, capitulo. 2. ecclesiasticæ hierarchiæ. DIONISIVS. Assumentes ipsum sacerdotes tradunt adductionis anadocho, & duci. Hæc ille. AVCTOR. Anadochus erat qualem nunc patrinum accipimus, ut suprà dictum est, cuius tutelæ commendandus est paruulus, ut conseruetur à noxiis usque in completum septennium. Puer & senex pro addiscendo symbolo uel mysteriis fidei ac comodis, & oratione dominica. Limitatur aũt septenne tempus, quasi tempus sufficiens ad instinctum doli, ita ut tunc symbolum traditum eis reddere ualeant, & si tunc contingeret baptizari, pro seipsis ad interrogationes de nomine & abrenuntiatione & pro desiderio baprizandi presbytero responderent. Iuxta quam ecclesiæ regulam librat sententiam suam de paruulo Diuocrate frater sanctæ Perpetuæ septenni defuncto, libro de anima, & eius origine ad Renatum post principium AVGVST. De fratre autem sanctæ Perpetuæ Diuocrate, nec scripturæ ipsa canonica est, nec illa sic scripsit uel quicunque illud scripsit, ut illum puerum, qui septẽnis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctum, pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, ut a pœnis transferretur ad requiẽ. Nam illius ætatis pueri, & mentiri & uerum loqui, & confiteri & negare iam possunt. Et ideo cum baptizantur, iam & symbolum reddunt, & ipsi pro se ad interrogata respondent. Hæc ille. AVCT. Vsque ad hanc igitur ætatem septenariam iubentur instrui, & seruari, ut non ante annos ad hoc maturos uel negligantur, uel fide uel corpore, tunc, inquit, symbolum reddunt, tunc pro se respondent, quia illius ætatis pueri & mentiri, & uerum loqui possunt, & confiteri, & negare iam possunt. Et resumit libro 1. de origine animæ capitul. 9. ad Vincentium Victorẽ. AVGV. Diuocrates autem septennis puer, in quibus annis pueri cùm baptizantur, iam symbolũ reddunt, & pro seipsis ad interrogata respõdent cur non tibi uisus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre ad gentilium sacrilegia reuocari, & ob hoc fuisse in pœnis, de quibus sorore orante liberatus est, nescio? Hæc ille. AVCT. Quòd item septennes pueri iam regulas sacramentales confessionis attentiùs doceantur incipere, non deuiaret à iusto: cùm, sicut dixit Augustinus in hac ætate septenni confiteri & negare iam possunt. Si confiteri pro disciplina domestica, cur non pro animæ suæ curaẽ sed redeamus ad symbolum, ꝙ paruuli accepturi aut item reddituri sunt ualidi competentes, de quo quantum ad eius originem petendi essent & apostoli, qui id fecerunt. Vnde libro 2. de origine officiorum capitu. 22. ISIDO. Symbolum † autem quidam competentes accipiunt, quòd tali ratione institutum nostri maiores dixerunt. Tradunt. n. uerbis his, quòd post ascensionem Domini & Saluatoris nostri ad patrem, cùm per aduentum Sãcti spiritus discipuli eius inflammati, linguis omnium gentium loquerentur, prædagio constitutum est, ut nulla illis gens extera, nulla lingua barbaris inaccessa, uel inuia primum loqueretur, præceptum eis a domino datum ad prædicãdum eis uerbum ad singulas quasquè nationes abire. Discessuri itaque abinuicem normam amplius sibi futuræ prædicationis constituunt in commune, nè hoc aliter ab inuicem dissidentes, diuersum aliquid, uel dissonum prædicaretur his, qui ad fidem Christi ineitabantur. Omnes enim in uno positi, & Spiritu sancto repleti, breue sibi prædicationis indicium conferendo, in unum sentiebant, quid putabant. Sequitur. Indicium autem, uel signum dicitur, idcirco, quia in illo tempore (sicut apostolus Paulus habet, & in actibus apostolorum refertur) multi erant simulantes se esse Apostolos Christi, nominantes quidem Christum, sed integræ traditionis lineis nõ nuntiantes. Idcirco igitur istud indicium posuerunt, per quod agnosceretur is, qui uere Christum

Gregorius Nazanz. Dion. Anadochus Aug. To. 7 Patrini cur tradantur baptizatus. p. 6. lib. 2. in fine cap. Isidorus Simboli acceptio, & quid sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum secundum apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus obseruatur, quoniam & armorum habitus par, & sonus uocis idem, modus unus est, atque eadem instituta bellandi: Symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, & quæ latinè nel signa uel indicia nuncupantur, ut si fortè occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat, utrũ sit hostis, an socius. Hæc ille. AVCT. Hoc ergo symbolum compilarunt apostoli tanquàm breuiloquium fidei, & indicium armatorum fidelium, quo dinosci possint in spiritualibus armis ab hostibus. Hoc in sermone. 54. qui est de traditione symboli, prima parte sermonum asserit AVGVS. Cum apud patres nostros, sicut liber Iudicum refert, quidam Israelitæ ciuili ad uersum se prælio decertarent, nec propter consimilem populi unius habitum inter bellantes posset esse discretio, tribus illa, cuius maior erat peritia pugnandi, & quæ meritò per Dei auxiliũ uictoriam sibi præsumebat, signum sibi certo in sermone constituit, ut quos una armorum facies confundebat, secretioris uerbi distingueret sacramentum. Quod beati Apostoli, ut reor, exẽplum sequentes ecclesiæ Dei, quam aduersum militiam diabolici furoris armabant, mysteriũ symboli tradiderunt: ut quia sub uno Christi nomine credentium erat futura diuersitas, signaculum symbolicum inter fideles perfidosque secerneret: & alienus a fide, hostisquè appareret ecclesiæ, qui aut tanquam non baptizatus, nescisset, aut tanquam hæreticus corrupisset. Hæc ille. AVC. Est ergo symbolum institutione apostolica ab euangelio deriuatum, & ab eis nouitiis legis Christi, ut eo imbuantur, traditum. Quemadmodum & Paulus tradidit Timotheo, ipso dicente primæ Timoth. 4. Enutritus uerbis fidei, & bona doctrina, quam sequutus es. Vbi in annotationibus HIERONMVS. Quia sacræ legis literis ab infantia fuerit eruditus, uerba fidei propria sunt traditio symboli. Hæc ille. AVCT. Ita ergo ab institutione apostolica ipsum symbolum est primum donum, quod baptizatus tanquàm signum proprium retinebit: & hoc corde quidem, non scripto prout idem sermone. 58. tertiæ partis notat AVGVSTI. Hunc ergo breuem sermonem de uniuerso symbolo uobis debitum reddidi. In quo symbolo quòd audieritis, totum in isto sermonem breuiter collectum agnoscetis: nunc ut eadem uerba symboli teneatis, nullo modo scribere debetis, sed audiendo perdiscere, & memoria semper tenere, atque recolere. Hæc ille. AVCT. Corde ergo pueri, corde & ore non scripto adulti baptizati symbolum tenebunt, & reddent tanquàm signaculum fidei, & compendium quoddã credendorum, quicquid enim credi oportet, in hoc symbolo continetur, prout iam prædicto libro de officiis, & signato cap. ISIDORVS. Est autem symbolum signum, per quod cognoscitur Deus, quod quoque proinde credentes accipiunt, ut nouerint, qualiter contra diabolum fidei certamina præpararent: in quo quidem pauca sunt uerba, sed omnia continentur sacramenta. De totis enim scripturis hæc breuiatim collecta sunt ab apostolis, ut quia plures credentium literas nesciunt, uel qui sciunt, præ occupationibus seculi scripturas legere non possunt, hæc corde retinentes, habeant sibi sufficere in sententiam salutarem. Est enim breue fidei uerbum, & olim à Propheta dictum, Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Hæc ille.

Aug. To.8

Isid. li. 2.

Esa. 10. Ro. 9

¶CONTRA NOVELLOS HAERETICOS, ꝙ paruuli de necessitate salutis baptizentur aqua sensibili. C. LIII.

SVMMA.

Hæresis Lollardorum de non baptizandis paruulis.

Pelagij hæresis circa baptismum paruulorum.

Vincentij cuiusdam error circa baptismum.

Error quorundam circa fidelium filios iam à mũdis parentibus genitos.

Witcleuistarum hæresis circa baptismum ecclesiasticum.

Paruuli fidelium, quod sint et iam baptizandi aqua sensibili.

Baptistæ quidam in utero sanctificari paruulos fidelium mentientes.

HIs itaque discussis, celeri pede me disposui tractaturum de cæteris: & subitò uox noui rumoris ad aures insonuit, ꝙ de septem capitibus bestiæ in Apocalypsi Ioannis ascendentis de mari reuera nostro Oceano, cuius ingens insula Anglia est, cuius germen spineum Wircleff erat unum caput: quòd cum quasi occisum erat, in morte se extulit rediuiuum, & plaga mortis eius curata ẽ per quosdam Lollardos syluestris Scotiæ iam in præsentiarum sub Henrico Cantuariensi Archiepiscopo deprehensos, & iterum ipso anno per alios sub Gulielmo Noruicensi sacris præsulibus iudicatos. Nomen blesphemiæ capitis huius, hoc est, quòd † fœtus a fidelibus propagatus, non sit sacramentaliter baptizandus. Immo paruulis dixerunt inutiliter baptisma conferri, secũdum ritum quem seruat ecclesia, pro eo, quòd quàm cito anima est corpori unita, infunditur gratia Spiritussancti, per quam sufficienter parulus baptizatur, & cum ad annos peruenerit maturiores, ita, quod intelligere sciat uerbum Dei, est sufficienter confirmatus. Recitaui superiùs in libro quinto de sacramentis, circa centesimum capitulum uarias hæreses, quas malo suæ mẽtis uarii arbitrio hoies circa hũc articulũ ediderunt. Pelagius † dixit baptismum necessarium paruulis ad inducendum eos in regno cœlorum, non ad remissionem primæui delicti, ꝙ secundum ipsum nullatenus contraxerunt. Vincentius † dixit eos trahere originale delictũ, sine baptismo tamen duci posse in regnum cœlorum, in resurrectione finali. Dixerunt † & quidam, quod saltem fidelium filii iam a mundis parentibus geniti, nullum haberent peccatum, baptizandi tamen sunt, ut fideles, & Chirstiani nascantur. Quarti sunt nostri Witcleuistæ † baptismum ecclesiasticum inutile iudicant paruulis, contra omnes prædictos: sed sufficienter eos esse dicunt mundatos, & sanctos, quia de sanctis parentibus, & Christianis nascuntur. Cum ultimis hæretici olim Albigenses dicti publicani, hanc inuenere uesaniam, prout in quodam sermone de synodo, qui incipit, Sic nos existimet homo quæritur PETRVS Blesen. Noui, inquit, Amorrhæi, & noui Philistæi nos oppugnãt noui quia & recentes hæretici succreuerũt, quos publicanos aut paterinos nominant. Hi sunt, qui nec in paruulis baptismum admittunt, nec in altari sacramentum corporis aut sanguinis Domini, nec in sacerdotibus gratiam Spiritussancti, nec in laicis fidelibus consortium copulę coniugalis. Isti hodie multiplicati sunt super numerum, & si hæc hæresis alicubi extinguitur, alicubi sicut capita hydræ multipliciùs rediuiuit. Hæc ille. AVCTOR. Ista hæresis ducentis annis quasi repens sub terra, in nostris Witcleuistis erumpens, incipit scaturire de nouo. Ipsos quidem tertios in errore tam uehementer Augustinus admirando conspexit, ut nec in mẽtem sibi omnino uenerit quemquam posse talia cogitare, uel dicere. Quid ergo dixisses de quartis, qui omnem contra legentium, scribentium, aut credentium ordinem à Christi tempore errorem proferunt hactenus inauditum, quòd paruuli fidelium mundi sine peccato nascuntur de mundis, & idcirco baptismus eis ut inutilis. Horum † tractatum non dum uidi, nec quid eis ad hoc moueat, auctoritate scripturæ prospexi hoc duntaxat, quòd transeunter audieram illos hoc apostolicum proferre constanter primæ Corinthio. 7. Sanctificatus est uir infidelis in muliere fideli, & sanctificata est mulier infidelis per fidelem uirum. Alioquin filii uestri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt. Ex quo conficiunt filios fidelium mundos, sanctosque prodire ex utero. Qui autem mundus est, non indiget nisi ut pedes lauet, id est, extremos uenialium delictorum affectus. Cur item non sustinent isti nedum filios, sed & maritos, & coniuges non baptizandos fideliter, sed solo accessu infidelis ad fidelem uxorem, uel uirum Christianum Christianamvè cũ filiis suis sanctos fieri atque mundos? Sanctificatus est, inquit, uir infidelis in muliere fideli, ꝙ si infidelis discessit, discedat: quo discessu non esset ultra fidelis, & lex per discessum soluta coniugii, quod fidelibus non permittit. Et tunc hac regula data, frustrà baptizauit apostolus Philemonem & Appiam coniugem, secundum Hieronymum & Anselmum, quia ex sola conuersatione alteruter sanctus esset. Frustrà item Archippum Diaconum, eorumque filium, & quia ipse sanctus esset, iustis hærens, dicente Paulo, nunc autem sancti sunt: frustrà autem Timotheum episcopum, qui iam ex matre, & auia sanctus erat, scribente magistro eius Paulo in principio secundæ epistolæ ad eundem, Recordationem fidei eius accipiens, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Vnda libro annotationum HIERON. Quæ ad te ex auitæ successionis institutione quasi hæreditario iure descendit. Hæc ille. AVCTOR. Ad quid ergo baptizaretur secundum istos, si fidei sanctitas descenderit in eum quasi hæreditario iure per matrem ex auia? Idcirco respondet eis libro 3. ad Marcellinum, de baptismo paruulorum, capit. 15. adducens secum sic exponentem per prædicta Pelagium AVGVS. Proinde quod ait apostolus, cum fideles moneret, ut se ab infidelibus coniugibus non disiungerent, sanctificatus est, inquit, uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis *in fratre, & alioquin filii uestri immundi essent nunc autem sancti sunt: aut sic accipiendum est, quemadmodum & nos alibi, & Pelagius cùm eandem ad eosdem epistolam tractaret, exposuit, quòd exempla iam præcesserant, & uirorũ, quos uxores, & fœminarum, quas mariti lucri fecerant Christo, & paruulorum, ad quos faciendos Christianos, uoluntas Christiana etiam unius parentis cuicerat. Aut si quod magis uerba apostoli uidentur sonare, & quodam modo cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabatur uir uel mulier infidelis in coniuge fideli, & qua sancti nascebantur filii fidelium, siue quia menstruo cruore mulieris a concubitu continebat quicunque uir uel fœmina id in lege didicerat: nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figuratè

Aug. To.8

Hæresis Lollardorũ de nõ baptizandis paruulis.

Petrus hic sensit.

Paruuli fidelium baptizandi sunt.

Ioan. 13.

2. Timo. 1

Hier. To. 9

Aug. To. 7 cap. 12.

uiro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

guratè accepta sunt, siue propter illam quamlibet, quæ ibi apertè proposita non est ex ipsa necessitudine coniugiorum, atque filiorum sanctitatis aspergine. Hæc ille. AVCTOR. Fœmina ergo sanctitatem trahere potest infidelis ex coniugio, uel procreatione fidelis, quia infidelis exẽplo sancto, uel sermone fidelis prouocatur ad fidem, uel filij sanctificantur iam nati. Hoc modo exponit item locum illum dicens ita sæpius contigisse in annotationum libro HIERONYMVS. Sanctificatus est uir infidelis in muliere fideli, &c. Vnde & beatus Petrus ait. Qui non credunt uerbo per mulierum conuersationem, sine uerbo lucrifiant, id est, cum uiderint eas in melius commutatas, cognoscant omnes Dei legem ita à consuetudine ueterata potuisse ministrare. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Si non ita esset, ut dico: filij uestri adhuc infideles permanerent. Sæpè enim sic contigerat, ut filij illum parentem, qui B crediderat, sequerentur, sub qua spe credi uoluit alterum saluari posse, tàm liberorum exemplo, quàm coniugis. Hæc ille. AVCTOR. Alio modo per abstinentiam ab immunditijs sanctificantur, & mundantur contrahentes, & nascentes. Quam expositionẽ dixit Augustinus esse secundam. Tertiam addit in expositione eiusdẽ loci AMBROSIVS. Alioquin filij uestri immundi essent. Immundi essent filij eorum, si dimitterent uolentes habitare secum, & alijs se copularent: essent enim adulteri, ac per hoc & filij eorum spurij, id est, immundi. Nunc autem sancti sunt. Sancti sunt, quia de coniugijs licitis nati sunt, & quia sub creatoris ueneratione nati sunt propensiore ex parte: quia sicut quicquid per dicationem idolorum fit, immundum est, C ita & quicquid sub dei creatoris professione fit, sanctum est. Hæc ille. AVCT. Hæc tertia sanctitas, quã traxit fidelis parẽtis à partu, scilicet, quòd sit legitima, alioquin si non spontè dimissa proles nasceretur immunda oportet, & spuria. Sed quæ sunt hæ sanctificationes & sanctitates? Verùm legimus sancta, quæ suos non disponunt ad cælos, nec eorum dimittunt offensas: sicut sancta erant thuribula Chore, & clientum, qui iam sorbebantur ab inferis. Et Apostolus dicit cibos sanctificari per uerbum Dei, & orationem: sicut libro primæ partis sermonum, locum hunc soluit Apostoli AVGVSTINVS. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt. Et quomodo hoc accipit? Quomodo intelligis de fidelibus natum ita sanctum, ut baptizari non debeat, quomodolibet accipias istam sanctitatem? Multi enim modi sunt sanctitatis, & multi modi sunt sanctificationis. Non enim omne quod sanctificatur, ad regnum A cælorum mittitur. De esca nostra dixit apostolus. Sanctificatur per uerbum Dei, & orationem. Nunquid quia esca nostra sanctificatur, nescimus quò mittatur? Disce ergo esse aliquẽ modum, & quasi umbraculum quoddam sanctificationis, quod non sufficiat ad perceptionẽ salutis: distat, & quid distet, Deo notum est. Tum cum filio fidelium curratur ad baptismum: non sic errent parentes, ut iam putent eum fidelem natum. Natum enim possunt dicere, non renatum. Hæc ille. AVCT. Ecce demus paruulum fidelibus natum aliquam etiam ex parte trahere sanctitatem, sanctitas ista modus quidam est, & umbraculũ sanctitatis, dicit Augustinus, quia nec exinde renati sunt filij, sed nati: sed filij, non Christiani, non uiam salutis adepti. Sed mundi sunt (inquis) imò mundi sunt, & munda sunt animalia in lege, quæ ruminant, mundi pisces, quis quamas habent, & sacerdos immundus, qui super mortuum suum ingreditur nec tamen illa per munditiam suam ad regnum cælorum perueniunt, nec hi per istam immunditiam repellũ turà regno. Et nonne apud nostanetum ualet mundum esse, quantum sanctum? Ideò super lib. Nume. Homil. 10. ORIGENES. Non enim (ut putant quidam) statim ut quis sanctus esse cœperit, peccare iam non potest, & continuò sine peccato putandus est. Si enim sanctus non peccaret, non utique scriptum esset, Sumetis peccata sanctorum. Si sanctus sine peccato esset, non diceret dominus per Ezechielem prophetã ad angelos, quos mittebat peccatores punire, Et à sanctis meis incipietis. Si enim sancti sine peccato sunt, quomodo ipsi primi succumbunt in supplicijs peccatorum? Si sancti sine peccato essent, nunquàm diceret scriptura, Quia iustus principio sermonis sui ipse sui accusator sit. Hæc ille. AVCT. Sine causa ergo ducis apostolum dicentem, quòd fidelium filij sancti sunt, Nempe sancti sunt uerbo, uel exemplo parentũ, sancti quoque in abstinentia, & deuotione parẽtum. Et in ueteri lege, Omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum uocabatur domino. Sed ante circuncisionis octauam si decederet ab hac uita, periisset anima eius de populo. Hoc ergo proba per scripturã, quòd sanctus est ab omni imputatione delicti, priusquam renascatur ex lauacro, qua sanctitate donari conceditur in baptismo: aut cum eius periculo tulisti ipsi baptismum. Nec item hos ad plenum intelligo, qui dicunt, quòd quàm citò anima est corpori unita, infunditur gratia Spiritussancti, per quam sufficienter paruulus baptizatur. Si gratia Spiritus sancti infunditur, sub quo paruulus baptizatur, non à parentum munditia, sed de foris accipit, quo purgatur. Quòd dicis eum ita sufficienter purgari,

Hier. To. 9

Amb. To. 5

1. Tim. 4.

Aug. To. 8

Orig. To. 1

Ezech. 9.

Leu. 12.

purgari, illuniem cõfiteris peccati, à quo purgari cum necesse est per gratiam Iesu Christi. Quòd autem sufficientiam huius gratiæ prædicas absque baptismo sensibili, sufficientior est ergo grã paruuli cuiusliber, q̃ erat gratia Pauli: sufficientior gratia Centurionis, sufficientior gratia Pauli, Sergii, Timothei, Crispi, Caii, & Titi, & trium milium gratiam Spiritussancti accipientium usque ad confessionem nominis Christi, & compunctionem durissimam ꝓ peccatis, quam paruuli nondum accipiunt: nec eis sufficit gratia ista, uel ad tollendum eis originale, uel minimum actuale delictum, quousque curterint ad baptismum. Et nisi sufficientior esset gratia Spiritussancti, quam isti peccatores ante baptismum acceperant, quàm sit gratia pauluorum in solo originale nascentium, non esset uerum illud Pauli, Vbi superabundauit delictum superabundauit & gratia: si aũt superabũ dauerit gratia Pauli, frustrà Paulus ad Ananiam mittitur baptizandus: frustrà baptizari Centu- B tionem iubet Petrus, & trium millium pœnitentes, quia cũ multo minori gratia ita ut baptizari superfluat purgandis paruulis. Sed ad fontem auctoritatis curramus, ex quo per cunctos fideles cœpit sub necessitate salutis stare baptisma. Nicodemus, qui iam cupidus erat de regno cœlorum audire, pro primo fidei rudimento, suscepit ab ore Christi, Nisi quis natus fuerit denuò, non potest uidere regnum Dei. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est, quod natum ex spiritu, spiritus est. Oportet enim uos nasci denuò. Vtrũque ex hoc errantem redarguo, siue qui dixit baptizatis parentibus, siue qui dixit à gratia spiritus de foris in prima natiuitate purgationem delictorum accipere sic nascentem. Natiuitas ex utero matris tantum est una: quæ est ergo altera & secunda C natiuitas, per quam renascatur ad gratiam, dicẽte nobis Christo, oportet uos nasci denuò? Quod dicis nasci per gratiam, est secunda natiuitas: non dicis cum Christo esse ex aqua & spiritu: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Similiter qui dicis ex parentibus Christianis necdum dicis, hoc enim est nasci uel nasci, non renasci denuò: aut si dicas, immo quia semel ex carne eorum nascuntur, quia homines sunt, & iterum ex spiritu, quia fideles sunt, sed priùs gratiam suæ Christianitatis à parentibus, aut ex Spiritusancto proles in prima animatione participat, quã nascendo procedit. Prius ergo renasceretur hac uia, quàm nasceretur. Dum hæc mecum contra hos hebetes iugiter ruminarem, cecidit quasi cœlitus Augustinus in manus, in epistola A sua ad Dardanum, hanc insaniam multò mordaciùs per membra discerpens, uersus finem epistolæ AVGVS. Excepto lapide angulari, non uideo quomodo ædificentur homines in domum dei ad habendum in se inhabitantem Deum, nisi cũ fuerint renati, quod non possunt esse antequàm nati. Quamlibet itaque sententiam de prægnantibus: immo de hominibus habeamus adhuc intra materna uiscera constitutis, utrum existimemus eos necne donari posse aliquo sanctificationis modo, Vel propter Ioannem, qui nondũ editus in hanc lucem, tamen exultauit in gaudio quod utique nisi operatione Spiritussancti fieri potuisse quis credat? Vel propter Hieremiam, cui dominus dicit, Priusquàm exires de uulua, sanctificaui te: Tamen illa sanctificatio, qua effi cimur & singuli templa Dei, & in unum omnes templum Dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homines esse non possunt. Nullus autem uitam, in qua natus est, bene finiet, nisi renatus antequam finiat. Quòd si quisquam dicit iam esse natum hominem, etiam cum adhuc in utero matris, testimoniumquè adhibet ex euangelio, quia dictum est ad Ioseph de prægnante uirgine Domini matre, Quod enim in ea natum est, de Spiritusancto est. Nunquid nam huic natiuitati accedit secunda natiiuitas? Alioquin non erit iam secunda, sed tertia. Dominus autem cum hinc loqueretur: Nisi quis (inquit) renatus fuerit denuò, eam scilicet computans primam natiuitatem, quæ sit matre pariente, non concipiente atque prægnante, quæ sit ex ea, non quæ sit in ea. Neque enim renatum dicimus hominem, quem mater peperit, tanquam iterum natus sit, qui iã semel natus fuerat in utero. Sed illa natiuitate non computata, quæ grauidam facit, natus dicitur homo partu, ut posset renasci ex aqua & Spiritusancto: secundùm quam ex matre natiuitatem, etiam ipse dominus in Bethleem Iudæ dicitur natus. Si igitur homo regenerari per gratiam spiritus in utero potest, quoniam restat illi adhuc nasci: renascitur ergo antequàm nasci tur, quod fieri nullo modo potest. Hæc ille. AVCTOR. Quid ad hęc dicent nouelli baptistæ, si conceptione prima hominis primo nasci tur homo, ut possit denuò nasci de spiritusancto ergo natiuitas eius ex utero erit tertia, & ex aqua cum spiritu erit quarta natiuitas: uel si in prima hominis conceptione computetur nasci de spiritu, cum postea nascitur, prius renascitur, quàm nascatur, & nasci de foris ex aqua & spiritusancto, non erit ulla natiuitas, ipsa (inquam) quam in Iordane suscepit, qua sine negatione saluator egebat, & si non pro se, tamen pro plebe, ipse enim uenit quærere, & saluum facere quod perierat. Baptistæ nostri nec pro se, nec

Rom. 5.

Act. 9. Act. 10

Io. 3

Aug. To. 2

Leu. 1.

Hier. 1.

Leu. 2.

Baptista, i. in utero sanctificatus

Leu. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec pro aliis indigent baptizari. Vnde faciunt ut minus quam Christus indigeant.

¶ AD ARGVMENTA HAERETICORUM prohibentium paruulos baptizari fide parentum pro eis uouentium. Cap. LIIII.

SVMMA.

1 *Auctoris responsio ad argumenta hæreticorum, prohibentium paruulos baptizari fide parentũ pro eis uouentium.*
2 *Regeneratus quòd non regeneret filios carnis, sed generet, &c.*
3 *Circumcisus quòd sicut non nascitur de circumciso, sic nec baptizatus nascitur de baptizato.*
4 *Fideles parentes quomodo uitium suum transfundant in prolem, à quo olim purgati fuerunt per baptismum.*
5 *Baptismus aquæ nostris nascentibus quòd tàm sit necessarius, quã erat necessaria circumcisio Ioãni, Abrahæ, Isaac, & cæteris Patribus.*
6 *Christi dominatus quando fuerit primò exaltatus.*
7 *Christus quare dixerit apostolis, Prædicate omni creaturæ.*
8 *Baptistæ nouelli ab auctore reprehenduntur.*
9 *Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis, & nequaquam sit spernenda.*

1 MODO † tamen recenseamus, quas faciunt rationes. Tertio libro de baptismo, qui est ad Marcellinum, cap. 3. *Aug. To. 7* AVGVST. Deinde aiunt, si baptismus mundat illud antiquum delictum, qui de 3 duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato Hæc ille. AVCTOR. Quasi sic arguerent, quòd de duobus sapientibus, siue iustis, omnino qui nati fuerint, debent carere peccato C insipientiæ, & omnis iniustitiæ carere delicto: si ergo non de necessitate in se traijcit proles ab alterutro suo parente prudẽtiam, sobrietatem, artem, uel peritiam qualecunque: quia nec grammaticus grammaticum, aut sophista sophistam, uel medicus medicum statim gignit, cur ad hoc arctatis fidem Christi, aut gratiam Spiritussancti, ut carnalis parens eam carnali concubitu in prolem de necessitate diffundat, & reatu eius absoluat? Idcò libro secundo contra Pelagium, & *Aug. To. 7.* Cælestium, cap. 36. AVGVST. Regeneratus 2 † quippe non regenerat filium carnis, sed generat: ac per hoc in eos non quod regeneratus, sed quòd generatus est, traijcit. Sic igitur siue reus infidelis, siue fidelis absolutus non generat absolutos uterque, sed reos: quomodo non solùm A Oleastri, sed etiam oleæ semina non oleas generant, sed oleastros: sic itaquè in damnatione hominem prima natiuitas tenet, unde nisi secunda nõ liberat. Hæc ille. AVCTOR. Ita ergo baptismus mundat antiquum delictum, quod iam adesse reperit, non quod nõ inuenit, sed quod restat futurum. idcirco regeneratus non regenerat filios carnis suæ, sed generat: sicut & HIERONY. *Hier. To. 1* contra Vigilantium ait, Non nascuntur, sed renascuntur Christiani. Sed iterum ad hoc arguũt: Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quòd ipsi minimè habuerunt. Ex Augustino, ubi prius, ad Marcellinum. AVCT. Hoc etiam in *Gen. 31.* carnali tractatu peruertitur, quia ex Geneſis testimonio unicolores oues, Iacob curante, maculosas generabant, & uarias. Quomodo ergo maculas poterant in fœtus transmittere, quas ipsæ non habebant? Quid oportet epilentias, quid lepras, quid ora retorta, uel cæcos oculos, & cætera mala enarrare, quæ quotidie parentes ab illis incolumes transmittunt in posteros quæ non habent? Comparationes istæ sunt bonæ, B quia utrobique carnalis est actio. Submittit item alia exempla ad idem probandum, sermone primo primæ partis AVGVST. *Aug. To. 6* Miraris quare peccator nascatur de semine iusti, nec te delectat mirari, quare oleaster nascatur de semine oliuæ. Accipe aliam similitudinem ad iustum baptizatum: pone granum purgatum, non attendis, quòd de grano purgato frumentum cum palea nascitur, sine qua seminatum? Demum cùm sit in propagine natorum generatio carnalis nõ spiritalis, uis ut de baptizato baptizatus nascatur, cum uideas de circunciso non nasci circuncisum? Certè carnalis est ista generatio, carnalis est ista circuncisio, & † tamen de circunciso non nascitur circuncisus: sic ergo non potest de baptizato nasci baptizatus, quia nemo renatus antequam natus. Hæc ille. AVCT. Contra quosdam Pelagianos suscitauit pater egregius hæc motiua, quæ cum directius sanciarent nostros baptistas, qui tantam significationem fidelium paruulis donant in utero, ut renasci in baptismo sensibilis aquæ contra Christi euangelium, uel putent superfluum, uel non necessarium à salutem, Pelagiani autem ad tantum insanire non ausi, dixerunt paruulos baptizandos, ut fideles fierent, aut Christiani, & sanctificari in Christo. li. 2. de baptismo paruulorũ, ca. *Aug. To.* 11. AVGVS. Si aduersus eos mihi cẽt causa ista susceptа, qui oĩo paruulos baptizari, phiberẽt, aut supfluo baptizari cõtẽderent, dicẽtes eos ex fidelibus natos parẽtũ meritũ necessariò cõseq, tunc deberẽ ad hanc opinionẽ cõuincendã laborioſius fortaſis, & operoſius excitari. Tũc ſi mihi apud obtuſos, & cõtentioſos, pp rerũ naturæ obſcuri-

obscuritatẽ difficultas refellendi falsa, & persuadendi uera resisteret, ad hæc fortè, quæ in usu atque in promptu essent exempla confugerem, uicissimque interrogarem, ut quia mouent quò peccatum, quod mundatur per baptismum, maneat in eis, quos genuerint baptizati, nisi explicarent, quomodo præputium, quod per circuncisionem auferetur, maneat in eis, quos genuerunt circuncisi? Quomodo etiam palea, quæ opere humano tanta diligentia separatur, maneat in fructu, qui de purgato tritico nascitur? His, & talibus forsitan utcunquè conarer exemplis persuadere hominibus, qui mundationis sacramentum superfluè filijs mundatorum crederent adhiberi. Hæc ille. AVCTOR. Sufficienter isto rum infringitur opinio, in natura, qua multipliciter demonstratur, quòd † uitium suum trãsfun 4 dant fideles parentes in prolem, à quo purgati olim fuerunt per baptismum. Et quid est, quòd B per unam uiam propagationis carnalis, & eisdẽ ministris, per quam primum descendit delictũ, primam gratiam, & purgationem, & ab eodem *Io. 3.* delicto concedunt, quando separatim ipsam Christus assignat, Quod natum est ex carne, inquiens, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est: duobus effectibus longè inter se cõ *1. Cor. 3.* trarijs, diuersas nationitates assignans, ut non sit ulla societas lucis ad tenebras, aut Dei ad Belial? Quomodo item erit gloriatio fidelis in Christo 5 Iesu, ut secundum Apostolum primæ Corinth. *1. Cor. 1.* 1. Non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis à Deo sapientia, & iustificatio, & sanctificatio, & redemptio: quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur? Iã data purgatione, & sanctificatione prolis in utero ad salutem, propagationem fidelium, ipsa parentis fidelitas, & carnis propagatio concurrens erit proli iustitia, & sanctificatio, & redemptio, C ut contra textum apostoli, omnis caro talis glorietur in cospectu eius: quia non tantum ex ipso 6 Iesu uos estis, sed ex parentum propagatione fideles. Ita ut dicant filij seipsos gloriantes in carne parentum, Ego sum Pauli, ego sum Ioannis, ego ex sanctiori parentela christianior alijs, & in duplo roborabitur hæresis Corinthiorum ex hac duplici generatione & regeneratione fideliũ in propagatione parentum. Et cum nisi uacent ad tempus parentes à concubitu, non concedit eis apostolus, ut possint seipsos sanctificare oratione, hi concedit coniugibus sanctificare alios sanctitate prima, & purissima ab omni cõtagione originalis delicti. Hanc sanctificationi, emiquantus in utero sanctificatus esset, & a sanctis, iustis, & circuncisis parentibus (Euangelio teste) editus, sine circuncisionis tamen sequentis signaculo fuisset anima eius (iuxta legis edicta) de populo peritura. In promptu habent Lollardi nostri dicere: sed illa erit seruitus ueteris legis sacramentum, ut sine illo & sanctificatio Dei, & parentum, ipso sacramento sanctificatorum sanctitas sanctificare prolem non potuerit ad salutẽ, quantò magis huius sacramenti figuralis ueritas aquæ baptismalis uerbo Christi, & sanguine consecrata omnem sanctitatem parẽtum cassam facit à prole, si non ipsam capiat manifestè. Manifesta. n. sacramenta edidit Christus pro salute fidelium, sicut ipse manifestatus uenit. De hoc in epistola ad Dardanum AVGVTINVS. Sacramentum porrò regenerationis nostræ mani *Aug. To. 2* festum esse uoluit manifestus mediator. Erat autem antiquis iustis aliquid occultum, cum tamen & illi eadem fide salui fierent, quæ fuerant suo tempore reuelanda. Non enim audemus fideles temporis nostri præferri amicis Dei, per quos ista nobis prophetata sunt, cum Deum Abraham, & Deum Iacob, & Deum Isaac, ita se Deus esse commendet, ut hoc dicat suum nomen in æternum. Quòd si circuncisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur, quid respondebitur de his, qui antequam hoc præceptum esset, Deo placuerunt? Hæc *Baptismus est necessarius.* ille. AVCTOR. Hoc † exisio dicto doctoris accipimus, quòd circuncisio erat patribus pro baptismo: tàm necessarius erit baptismus aquæ nostris nascentibus, quàm necessaria erat circuncisio Ioanni, Abrahæ, Isaac, & cæteris patribus: quia talibus Dei amicis non audemus præferre temporis nostri fideles, ut possint ipsi occultè ad salutem prolem occultè sanctificare; cum Abraham, Isaac, & Iacob, & Zacharias paruulos suos sanctificatione quacunque non saluent sine circuncisionis manifesto, & publico sacramento. In ipso ergo baptismo sensibili primò appareat Christi seruitus, & Chri- sti † dominatus tunc primò exaltatur, quãdo no *Christi exaltatio.* men Christi baptizatus exaltat per professionem *Orig. To. 1* palàm in populo. Vnde Homilia. 4. super Iosue ORIGENES. Quanta antè gesta sunt, mare rubrũ pedibus transitũ est, manna de cælo datum est, fontes in eremo dirupti sunt, lex per Moysen data est, signa & prodigia multa in eremo gesta sunt, & nunquam dicitur exaltatus esse Iesus: ubi uero Iordanis transitur, ibi dicitur ad Iesum Inhac die incipio exaltare te in cõspectu populi. Neq; n. ante mysterium baptismi exaltatur Iesus, sed exaltatio eius, & exaltatio in cõspectu populi, inde sumit exordiũ. Si. n. oẽs qui baptizantur in Christo Iesu, in mortẽ ipsius baptizantur, mors aũt Iesu in crucis exaltatione cõpletur, meritò unicuiq; fideli tunc primùm Iesus exaltatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm ad mysterium baptismi peruenitur: quia & scriptum est, ꝙ exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum. Veruntamen per sacerdotes deducitur populus, & iter agit ad terrā repromissionis magisterio sacerdotum. Hæc ille. AVCTOR. Fides ergo erat ecclesiæ tpe Origenis in antea, quod unusquisque fidelis fieret, non ad suam maximè utilitatem accipiendo gratiā suæ purgationis à scelere, sed magis ad exaltationem Christi Iesu, profitēdo ipsi debitam seruitutem in plebe: ideo in euangelio de baptismo oportet (inquit) exaltari filium hominis, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. Aut quomodo aliter hoc posset aptari præmissis? Hanc autem exaltationem baptistæ nostri refugiunt, quā baptizati sui tacent in utero. Neque enim ante mysterium baptismi exaltatur Iesus (inquit Origenes) sed exaltatio eius exaltatio in conspectu populi inde sumit exordium, non à conternati ultus deiectione in ergastulo uteri. Alias cur iussit Christus baptizare omnes gentes in nomine patris, & filii, & Spiritussancti? Dixisset enim, baptizate tantum primas gentes, ut in sua fidelitate cæteræ baptizentur occultè. Et item non† dixisset Christus prædicandum euangelium, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, omni creaturæ humanæ. Non scilicet solum quæ tunc erat, sed in finem seculi duraturæ, quia primis baptizatis, cæteræ nascentur fideles. Igitur a uerbis Christi, & obsequiis apostolorum semper hactenus regula fuit ecclesiæ, omnes admittendos ad baptismum aquæ sensibilis, omnesquè necessariam hēre hanc suæ inchoationem salutis, qui uolunt esse fideles. Sed forsan Witeleff interrogat, quid ut renascatur in Christo tantoperè requiritur aqua? Et ego iterum interrogo, ꝙ ut fiat primus homo, tantopere requirebatur terra? De terra primus homo est reuersurus in terram. De aqua secundus homo iam recreandus in spiritum. Spiritus enim domini ferebatur sup aquas. Vnde in cap. 3. Ioannis, ibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c. CHRISOST. Si uero quis interrogat qualiter ab aqua, interrogo ego qualiter a terra? Qualiter enim lutum in diuersas partes diuisum est, qualiter quod subiicitur uni formæ. Terra enim erat sola, quæ uero ex ea facta sunt, uaria & omnimoda: unde ossa, & nerui, & arteriæ, & uenæ, & membrana, & nasa officialia. Et infra. Si igitur quæ quotidie fiūt, & palpantur, fide indigent, multo magis quæ ineffabiliora, & spiritualiora his sunt. Sicut enim terra, quæ est inanimata, fortificata est uoluntate Dei, & tot ex ipsa facta sunt miracula, ita & spiritu aqua adueniente inopinabilia hæc, & ex-

Ioan.3

Omni creaturæ prædicare, &c.

Ioan.3 Chrisost. Ho.24. nō longe a principio.

A cogitationem superexcedētia facilè omnia fiūt. Hæc ille. AVCTOR. Necessario ergo de aqua, Spiritussancto fouente eam, quanuis super sensū nostrum, secundùm tamen fidem rectam reficitur omnis homo: sicque decreuit Ecclesia cōtra Pelagium, prout habet in Dialogo Attici, & ctobeli contra ipsum HIERO. Frater charissime hæc fuit in concilio nostra sententia, a baptismo & gratia Dei, qui omnib. misericors, benignus, & pius est, neminem per nos debere prohiberi: quod cum circa uniuersos obseruandum, & retinendum, magis circa infantes ipsos, & recenter natos obseruandum putant, qui hoc ipsum de opere nostro, ad diuinam misericordiam plus merentur, quòd in primo statim natiuitatis suę ortu plorantes, aut flentes nihil aliud faciūt, quàm deprecantur. Scripsit dudum uir sanctus & eloquens episcopus Augustinus ad Marcellinum, ꝙ postea sub inuidia tyrannidis Heracliane ab hæ B reticis innocens cæsus est, duos libros de infantibus baptizandis contra hæresim nestram, per quam multis asserere baptizari infantes non in remissionem peccatorum, sed in regnum cælorum. Iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit, &c. Tertium quoque ad eundem Marcellinum contra eos, qui dicunt *(id est nos) posse hominem sine peccato esse si uelit, absque Dei gratia. Et quartum nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam multa aduersa fingentem. Alios quoque specialiter tuo nomine, cudere dicitur, qui nec dum in nostras uenere manus, unde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur illud mihi Horatii, In syluam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex superfluo, aut si noua uoluerimus dicere, à clarissimo ingenio occupata C sunt meliora. Hoc unum dicam, ut tandem finiatur oratio: aut nouum uos debere symbolum tradere, ut per patrem, & filium, & Spiritumsanctum baptizetis infantes in regnum cœlorum, aut si unum, & in paruulis, & in magnis habetis baptisma, etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos in similitudine præuaricationis Adæ credatis. Hæc ille. 8 AVCTOR. Quid† mihi ergo reliquum est, ut contra nostros nouellos baptistas, qui inter dolores maledictionis Euæ, & humores mēstruos, nondum natos baptizant, & prædicant esse renatos, arguam? Quos facer Hieronymus ad Augustinum remittit, ne audiat illud Horatii, In syluam ne ligna feras. Nisi item cogam eos modo nouum condere symbolum, nouum construere baptisma, & æquiuocum sacramentum. Etenim oportet esse paruulum ad occultum baptisma in lauacro, & ad baptismum in utero, baptismum tam alti silentii, ut nulla sit ibi uox, siue sensus ad baptismum, ubi tres perso-

Ioan.3 *idem qd̄ ante.

Horatius.

næ

næ diuinæ tanta necessitate dicuntur, ut una taci A tus est, cui nullum audeo in præsenti comparare nostrorum fidelium: sed eius sanctitas, & fides prodesse non potuit filiis, si ipsi circuncisi non ęssent corporibus propriis. Et pretiosius faciunt Witcleuistæ circuncisionis signaculum, quàm Christi baptismum, dicentes baptismum laticis suppositione necessarium, reliquum absolute, intantum, ut non temporalis mors, sed æterna infligebatur ad pœnam, huic autem nec temporalis, sed merito tollitur parentelæ. Cuius dogma est ergo negligere paruulos ad baptisma. Facta.n. sequacium Witcleff magistri abdita cō mentantur. Et unde tibi o procacissima hæresis, audet tanto superbia, cum tam erecta ceruice, antiquam cum uexillo reportare malitiam, & unum argumentis dare Augustini responsum, aut (quod multo maius est) totius ecclesiæ Dei tibi aduersantis in facie, non timere sententiam? Frōs meretricis non iam est facta tibi, sed ipsæ meretrices te iudicaturæ sunt in regno cælorum. Me Hier.3 retrix enim Pelagiana hæresis uerecundata erat Matt.2 contra antiquam ecclesiam ista proferre, cum tamen antiquior tibi ipsa etiam facta est iam mille annis, quàm erat Pelagio. Vnde & li. 3. de Aug.To.7 baptismo paruulorum, c. 4. AVGVST. Vides ne obsecro, quemadmodum hoc totū Pelagius non ex sua, sed ex aliorū persona indiderit scriptis suis: usque adeò sciens hanc nescio quam esse nouitatem, quam contra antiquam ecclesiæ opinionem sonare nūc cœperit, ut eam ipse cō fiteri aut uerecūdatus, aut ueritus fuerit. Hæc ille. AVCTOR. Verecundatus erat Pelagius, quòd item sopitum iam resuscitare noster Witcleff non est uerecundatus, aut ueritus. Et in sermonum libro primæ partis, de natali sancti Ioannis AVGVST. Dic mihi obsecro te, paruu- Aug. To.x lis baptizatis Christus aliquid, an nihil prodest? Necesse est ut dicat, prodesse premitur mole matris. Fortè quidem uellēt dicere non, nā ratiocinationes eorum ad hoc uidentur compellere, sed auctoritate reprimuntur ecclesiæ, ne non dicam sputis hominum obruantur, sed ipsorum in fantium lachrymis tanquam fluuio pertrahantur. Hæc ille. AVCT. Hoc ingemisco, hoc mente condoleo, inueniri modò tàm tepidos Christianos, ut audaćter clamet in medio eorum nouus hæreticus antiquam perfidiam, nec eum prohibeant pugnis, aut gladiis, quos nec mutire pasti essent antiqui fideles, sed eos obruerēt suis sputis, maximè quòd tanta est in fide substantia, & de certissima apostolica traditione credenda, prout asserit li. 10. super Gene. ad lite- Aug.To.3 ram, cap. 30. AVGVS. Consuetudo † matris ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est, neque ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi apostoli-

Athanas.

Aug.To.7

Ro.4.

Tomus III. f 2 ca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea esset traditio. Habet etenim illa parua ætas magnum testimonij pondus, quæ pro Christo meruit sanguinem fundere. Hæc ille. AVCT. Audiat Guilielmus, audiant Wircleuistæ, q̃ hæc consuetudo matris ecclesiæ de baptizandis paruulis, nec spernenda, aut superflua iudicanda, sed credenda apostolica extat traditio, nec tantum propter paruulum, sed pp paruuli credentis in Christo prolatum testimonium, habet. n. inquit, illa parua ætas magnum testimonii põdus sic in baptismo, sicut in martyrio.

DE SACRAMENTALIBVS precibus, & ritibus sacramenti Confirmationis.

Titu. VI.

¶ DE CONFIRMATIONE

baptizati post sacrum fontem, si ad sit Episcopus, & quòd communi et corpus Christi, & audiat euangelium in complementum mysterio rum. Cap. LV.

SVMMA.

1 *Confirmationis sacramentum uenerabile, quomodo peracto solenni baptismo debeat subsequi, si Episcopus adsit.*
2 *Dona Spiritussancti recensentur, quæ ad inuocationem sacerdotis in confirmatione infunduntur.*
3 *Virtutes omnes quomodo ad Spiritumsanctum pertinent.*
4 *Confirmandi modus recensetur.*
5 *Gradus ad communionem quod sint secundum Origenem.*
6 *Communionis figura ostenditur. Et de lectione Euangelij.*

1 COnfirmationis †uenerabile sacramẽtũ, peracto solenni baptismo, si eps adsit, subsequitur. Quæ ecclesiastica regula modò seruatur, copulans sacramenta sicut Apostolus Paulus ipsa coniunxit, Hebræ. 6. Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum. Vbi statim baptismo sacramẽtum impositionis manuum per confirmationem annectit. Et iterum

Heb.6

A Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt et donum cæleste, & participes facti sunt Spiritussancti. Vbi in expositione solenni AMBR. Non sufficit pœnitentia mundos facere peccatores, nisi confestim baptizentur, sicut in actibus Apostolorum Petrus respondisse legitur, Pœnitentiam agite fratres, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu. Quia qđ impossibile est operari per se, hoc p dei gratiã accipere in baptismate potest. Sequitur. Impositionis quoque manuum mysterium, per qđ Spiritussanctus accipi creditur post baptismum ad confirmationem unitatis in ecclesia Christi, à Pontificibus fieri soler. Hæc ille. AVCTOR. Ex his ergo uerbis apostolicis Pauli, patet hanc obseruantiam copulandi sacramentum confirmationis ab episcopo sacramento baptismi, tunc ex usu celebri fuisse continuatm, quapropter qđ resumit ibi apostolus, si semel illuminati estis p gratiam Spiritussancti, & gustastis donum cæleB ste, hoc est, remissionẽ peccatorum accepistis, & participes facti estis Spiritussancti AMB. Participes facti estis Spiritussancti in distributione *bonorum dei, quæ in epistola ad Corin. beatus Paulus enumerat. Hæc ille. AVC. In hoc uerbo precem ẽpalem, quæ Spiritussancti dona seorsũ numerata in susceptum suum flagitat, euenire insinuat, cum dr, Domine, da ei spiritũ sapientiæ, & intellectus. Amen: spiritum consilii & fortitudinis. Amen. spiritum scientiæ & pietatis. Amẽ. adimple eum spiritu timoris tui. Ita ut prius sacramentum chrismatis designauit ad substantiam, cum diceret, Impositionis quoque manũ una cum sacramenti illius ritibus impositionis manuum & unctionis ad confirmationem unitatis sicut dicit Amb. Hic aũt non omittit Apostolus addere sacramentalem precem, cùm dicit esse Spiritussancti factos participes in distributione. s. donorum eius. Vnde lib. 7. de Trinitate, in responsione ad tertiam interrogationem ATHAN. Rogo quemadmodum sepriformẽ habeC bent *unitum sapientiæ, & intellectus, spiritum consilii & uirtutis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris Dei in manu impositionis crisma te consequi merentur, quem de unica plenitudine diuinitatis consistere nos confitemur. Hæc ille. AVCT. Et item lib. suo de Trinitate, & spiritusancto uersus finem idem ATHAN. Omnes sancti in nomine patris, & filii, & Spiritussancti per impositionem manuum sacerdotum, spiritum Dei consequuti, ad antiquum restituuntur statum, in quo erant ante præuaricationem Adæ. Et hoc spiritu legem dante in ecclesiis gentium, nos neque carnem circuncidimus, neque carnaliter legem Moysi custodimus Hæc ille. AVCTOR. Multum ponderandum, quod

donorũ.

Athanas. in

**spiritũ.*

quod antiquus iste dicrum scribit Spiritum sanA ctum dedisse legem istã impositionis manuum sacerdotum, per quam Spiritumsanctum consequuti, ad antiquum restituuntur statum innocẽtiæ primi Adæ. Vnde li. 3. de sacr. AMBR. Sequitur spirituale† signaculum, quod audistis hodie legi, quia post tantem supereſt ut perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis Spiritussãctus infunditur, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii, atque uirtutis, spiritus cognitionis, atque pietatis, spiritus sancti timoris, septẽ 3 quasi uirtutes spiritus. Et †omnes quidem uirtutes ad Spiritumsanctum pertinent: sed istæ quasi cardinales sunt quasi principales. Quid enim tàm principale, quam pietas? Quid tàm principale quàm cognitio Dei? Quid tam principale quàm uirtus? Quid tam principale q̃ consilium Dei? Quid tam principale quàm timor Dei? Sicut timor seculi magna est infirmitas, ita timor Dei magna est fortitudo. Istæ sunt septem uirtutes, quando consignaris. Nam, ut ait apostolus B sanctus, quia multiformis est (inquit) sapientia 5 Dei, ita multiformis est Spiritussanctus. qui habet diuersas, uariasque uirtutes, unde & Deus uirtutum dicitur. Hæc ille. AVCT. Hæc sunt dona, per quæ Spiritussanctus datur in prece, & participem sui uariè efficit hunc, aut illũ. Istæ sunt (inquit Ambrosius) septem uirtutes, quando cõ signaris. Hoc dicẽs, recolit huius, quod dicit ibi 4 sacer antistes, Confirmo, † & consigno te signo sanctæ crucis, & chrismate salutis. Tunc consignatur, tunc confirmatur, non ut Witcleff maligC natur: episcopus confirmat ibi Spiritussancti donum, sed susceptum fidelem ad ecclesiæ unitatem, quod sine Spiritusancto non fieret, quanuis sine Spiritusancto baptismum antè susceperit, ideo frequentissimè datur, si adsit episcopus, hoc confirmationis sacramentum statim post baptismum. De quo tertia parte sermonum, serm. 97. AVGVSTI. Desinant insipientes sibi blandiri, & nobis dicere, Quid accepturi sumus, cùm ad uos accesserimus, cum nos iam baptismum habere fateamur? Respondemus eis, habetis baptismum Christi, uenite ut habeatis spiritum Christi. Timete quod scriptum est, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Induistis Christum forma sacramenti, induite imitatione exempli, quoniam Christus pro nobis passus est, exemplum uobis relinquens, ut sequamini uestigia eius. Hæc ille. AC T. Bene dicit augustinus, Habetis baptismum Christi: ad hæc restat, ne forte fictè, aut si nõ fictè, tamẽ ut spiritũ Christi accipiatis donorum eius participatione plenaria. Vnde libro suo de mysteriis AMBROSIVS. Charitas tua nulla persecutione minuatur, quam multa aqua excludere, flumina inundare non possint: unde repete, quia accepisti signaculum spirituale, Spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilii atque uirtutis, spiritũ cognitionis & pietatis, spiritum sancti timoris, & serua quod accepisti. Signauit te Deus pater, confirmauit te Christus dominus, & dedit pignus spiritus in corde tuo, sicut apostolica lecti ne didicisti. His abluta plebs diues insignibus ad Christi tendit altaria, dicens, Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Depositis enim inueterati erroris exuuiis, renouata in Aquila iuuentute, cæleste illud festina adire conuiuium. Venit igitur, & uidens sacro sanctum altare compositum, clamans ait, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Hanc loquentem inducit Dauid, dicens. Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Hęc ille. AVCTOR. Re enim uera, si adhuc esset ecclesiastica regula, ut adultus, uel adulta statim unctio B ne sacra peracta ad altare ductus communicet, 5 sed non seruatur. Non†enim subito, sed p gradus sunt inducendi fideles ad tantum mysteriũ. Quòd ponderauit hos gradus recensens in expo C sitione super Cantica, lib. 2. uersus finem ORIGEN. Engaddum autem ager terræ Iudææ est, non tantum uineis, quantum Balsamis florens. Hic ergo historicus sensus sponsæ loquentis ad adolescentulas, ut intelligatur, dicens, Primò quidem, Nardus mea odorem mihi sponsi mei reddidit. secundò uero alligamentum guttæ effectus est mihi. Tertio, botrus Cyperi ex uineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus, & floribus suauitatis. Sequitur. Sicut ergo hos, quibus efficitur sapientia & scientia nõ ad subitum, sed per profectus quosdam, & gradus pro studiis, & intentione ac fide eorum, qui ei uel in sapientia, uel in uirtute participantur, sapientes eos & scientes reddit, uigentesque uirtutibus, ita & in quibus uitis uera efficitur, non eis ad summum botros maturos producit dulces, nec repente eis uinum efficitur suaue, & lætificans cor hominis, sed producit eis suauitatem tantum odoris in flore. Et demum maturitatis eis dulcedinem præbet, usque dum per ducat eos ad torcularia, ubi effunditur sanguis uuæ, sanguis noui testamenti, qui bibatur in die festo in superioribus, ubi stratum magnum paratum est. Sic ergo per singulos hos profectus graduum incedere oportet eos, qui per sacramentum uitis, & botrum cyperi, initiati ad perfectionem feruntur, & calicem noui testamenti ab Iesu susceptum bibere contendunt. Hæc ille. AVCTOR. Tres ergo gradus Origenes distinguit, ita ut a uineis Engaddi, id est, fonte hœdi, ueniamus ad florem, & botrum flo

Virtutes omnes ad spiritum s. pertinent.

2. Cor. 12.

Aug. Tom.

Rom. 8. 2. Pet. 2.

Amb. To. 4 ca. 7

Dona spiritus. Esa. 11.

Amb. To. 4 ca. 2.

Alb. 2

Gradus ad communionem. Can. 1. Orig. To. 1 hom. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentem,& fragrantiam unctionis. Ac tertio ad communionem sanguinis magnæ uuæ. Quod item præfato loco post baptismum sanctum ter tio loco beatus Paulus annexuit,ita dicens,Gustauerunt etiam donum cæleste.ubi in expositione HAYMO,hoc est,remissionem peccatorum perceperunt in baptismate, siue communicauerunt corpori & sanguini domini post baptismũ. Hæc ille. AVCT. Quod docente magistro tradit item in fine capituli.2.de ecclesiastica Hierarchia DIONYSIVS. In fine autem omnium, hierarcha ad sacratissimam eucharistiam uocat perfectum,& perfectiuorum mysteriorum ipsi tradit communionem. AVCTOR. Vbi LINCOLIEN. In fine omnium agendorum, uidelicet uniformiter, & condecenter ad plenum bene esse baptismi, hierarcha uocat perfectum, id est,baptizatum ad sacratissimam eucharistiam, & tradit ei communionem perfectiuorum mysteriorum. Hæc ille. AVCTOR. Figura † antẽ huius communionis,ut tradunt patres, Naamã Syrus in libris Regum,post perceptum lauacrũ, post confessionem Dei Israel tulit secum partẽ terræ sanctæ.Qualiter exponit mysterium lib.2. super Lucam cap.1. BEDA. Vt cuncta hic baptismi scires sacramenta præmonstrata, in quo abrenuntiare Satanæ fidem confiteri præcipiatur,negat se Naaman ultrà Dijs alienis libaturum,soli Domino seruiturum, partem quoque terræ sanctæ secum tollere gaudet:quoniam baptizatos oportet dominici quoq; corporis participatione confirmari. Hæc ille. AVCTOR. His peractis, legit sacerdos ad placitum in ecclesia Anglicana Euangelium secundum Marcum. Respondens unus de turba, Magister attuli filium meum. In antiqua quidem ecclesia post catechizationem factam legebantur quatuor euangeliorum initia:qualiter libr.2. de tabernaculo super hunc textum,In introitu atrij siet tentorium. BEDA. In introitu atrij,quatuor sunt columnę, quia non nisi per fidem, & sacramenta euangelij,quæ quatuor libris continentur,unitatem sanctæ ecclesiæ quis ingredi poterit. Vnde pulchrè in ipla ecclesia mos antiquitus inoleuit, ut his, quicunque cathechizandi,& Christianis sunt sacramentis initiandi,quatuor euangeliorum principia recitentur, ac de figuris, & ordine eorum in apertione aurium suarum solerter eruditur: quo sciant exinde, ac meminerint, qui, & quot sunt libri,quorum uerbis maximè in fide Trinitatis debeant erudiri. Hæc ille. AVCTOR. Sic ergo de ritibus sacri baptisterij sumus progressi, ut penè patere possit omnia ab apostolorum traditione procedere,& quod iuxta formam domini à Christi formis sparsim exempla contraxerint.

Heb.6.
Haymo.
Dionys.
Communionis figura. 4.Reg.5.
Beda.
Marc.9.
Euangelij lectio.

¶DE CONSECRATIONE SANCTI*BAPTISMATIS. CAP. LVI.

*christmatis.

SVMMA.

Chrismatis consecratio,& quomodo fiat. 1
Telete quid sit. 2
Chrismatis in consecratione quæ obseruentur. 3
Chrismatis usus descriptio. 4
Crux quòd portitorem præcedat,& sequatur, incensum quid significet. 5
Oleum unctionis,quod chrisma dicitur,quomodo contineat in se plures materies aromaticas, & quid figuret. 6
Christus chrisma & unguentum. 7
Christus oleũ chrisma est. Et quomodo à Christo dicantur Christiani. 8
Christi olim dicti reges,insti. 9
Ecclesia omnis quare unctione chrismatis consecretur. 10
Vnguẽti ex quatuor speciebus aromatũ cõfectio. Et quomodo nihil plus balsamo nostro designet. 11
Engaddi locus, ubi balsamus crescit, quomodo interpretetur. 12

ONSECRATIO† autem,& confectio sancti chrismatis, quod in sacramento confirmationis est materia sacramenti, nec utiliter pertransitur, nec postponitur ordinatè: sed prius de constitutione & consecratione eius ordo tractatum exigeret:tunc autem quæ circa distributionem eius aut usus,utcunquè autem possumus modũ exordiamur consecrationis huius,quem fluxisse primùm ab apostolis libro suo de ecclesiastica hierarchia ca.4.nos certos reddit DIONYSIVS. Est huic coordinata altera perfectionis operatio unguenti, TELETEN† ipsam duces nostri nominant. AVCT. Duces apostolus nominat, qui sacramentum unguẽti nominant, cuius operatio huic,id est,sacræ eucharistiæ coordinatur. Et sequitur. DIONYSIVS. Secundum eundem synaplios modum imperfectorum soluuntur ordines pcedentibus, uidelicet, hierarchica ad omne sacrũ,bene olẽte circuitione,& psalmica sacrilogia,& diuinissimorũ eloquorũ lectione, deinde unguẽtũ hierarcha sumẽs,superponit diuino altari circumuelatum à duabus & decẽ alis sacris,clamãtibus omnibus sãctissimis sacrũ deo acceptabiliũ propheticarũ in spirationũ melodima,& ipso facto orationẽ adimplẽs insanctissimis cõsecratorũ Teletis,ipso utitur ad omnẽ fere hierarchicã perfectionis operationẽ. Hæc ille. AVCT. Primò dicit,qp † in cõsecratione chrismatis obseruat chori thurificatio, & psalmorũ decãtatio,& lectionũ sanctarũ enũtiatio, ac tũc imperfectorum exclusio, scilicet energumenorum,catheeumenorum,& in pœnitentia existentium,priusquàm ad eius consecrationem proceditur,sicut in consecratione eucharistiæ: ideò hodie p Anglicanas ecclesias penè ad finem canonis ita inchoatur,ut præcedat eam decantatio facta à choro,qualiter in hac litera dicit, sanctis clamantibus sacrum melodima. THOMAS. fidelibus concinentibus, sanctus,sanctus,&c.& Halleluia. Hæc ille. AVCTOR. Vbi item in commentario LINCO. His peractis, & remanentib. cum hierarcha solis diguis uisione secretorum, hierarcha sumens unguentum coopertum duodecim operimentis in modum alarum fortè formatis,ponit illud super altare, omnibus astantibus resonantibus Halleluia. Deinde consecrat illud hierarcha per sanctam orationem, & utitur illo in plerisquè sacramentis perfectiuis, Is itaque erat ordo mysteriorum huius Teletæ in primitiua ecclesia, in locis,quibus iste sanctus conuersabatur. Sequitur. Vtitur† ipso sanctissimo in sanctissimis teletis consecratorum, ut pote baptizatorum,confirmatorum, ordinatorum in sacerdotes,& episcopos,&transeuntium de hac uita ad uitam alteram,& altaris,& ecclesiæ,& calicis,& patenæ. Vtitur,inquam,ipso ad omnem ferè(quia non uniuersaliter ad omnem) hierarchicam perfectionis operationem. Et considera qp non distinguit hic plures species sacri unguenti,sicut modò distinguuntur,& habentur in ecclesia,sed simpliciter agit de unguento sacro. Hæc ille. AVCTOR. Modicum est ad substantiam consecrandi,si uariemus in paruis,ubi tunc episcopus posuit unguentum super altare, modo diaconus communicante archidiacono illud adferat,ubi in ecclesia Dionisii uelabatur unctio duodecim alis,quasi alis Seraphim, quarum erant sex alæ uni,& sex alæ alteri,secundum Lincolien.& Thom.hic in quibusdam locis assistãt duodecim presbyteri sacri unguenti sindone velati portitoribus, qui item omnes sint sub uno umbraculo,seu pallio,secundum Guilielmum. Quòd† autem portitorem præcedat crux, & sequitur incensum, hoc signum unctionis nostræ in regale sacerdotium,&tunc in bonum odorem & famæ optimæ sanctitatem. Sic in figura huius summus sacerdos, cum intraret tabernaculum, ubi erat uirga Aaron, offerebat thimiama. Vnde libro.4.de sacris. AMBROS. Vt intelligatis quid sit secundum tabernaculum, in quod uos introduxit sacerdos,in quod semel in anno sumptisterium,ubi uirga Aaron floruit. Antè arida erat,postea refloruit. Et tu aridus eras, & ecce pisti in fonte irriguo reflorescere. Sequitur. Sed forte dicas,Quid hoc ad populum,si uirga sacerdotalis aruerat,& refloruit? Populus ipse qui est nisi sacerdotalis? Quibus dictum est, Vos autem genus electum,regale sacerdotium,gens sancta ut ait Apostolus Petrus. Vnusquisq; ungit in sacerdotiũ,ungit in regnũ. Sed spirituale regnũ est &sacerdotiũ spirituale. In sedo quoq; tabernaculo est thimiamaterium. Thimiamateriũ est, qđ bonum odorem fragare consueuit. Ita & uos iam bonus odor Christi estis, iam nullæ in uobis sordes delictorum,nullus odor grauioris erroris. Hæc ille. AVCTOR. Sic & in oratione quæ iam ad modum præfationis canitur.

PRAEFATIO. Et cum mundi crimina diluuii quondam expirarent effusione, similitudinem futuri muneris columba demonstraus per Oliuæ ramum,pacem terræ redditam nuntiauit. Quod in nouissimis temporibus manifestis est effectibus declaratum, cum baptismatis aquis omnium criminum commissa delentibus hæc olei unctio uultus nostros iocundos efficiat, ac serenos. AVCTOR. Ita enim tota hæc series literæ apud primitiuos patres in huius sacramẽti memoria tenebatur. Qualiter item lib.4.senten.cap.1. DAMASCENVS. Oleum autem in baptismate assumitur,chrisma,id est,unctionem annuntians,& Christianos nos operãs, & Dei nobis annuntians per spiritumsanctum misericordiam:quia & festucam oliuæ his, qui ex diluuio saluati sunt, columba attulit. Hæc ille. AVCTOR. Istud † autem oleum unctionis,quod chrisma nostrum (secundum Damascenum)annuntiat,sicut non simpliciter unum, sed ex odoriferis pluribus est admixtum,figurat dominum nostrum Iesum Christum, ex multis naturis,& pluribus uirtutum resultantem odoribus,prout dicto iam capitulo theorizat DIONYSIVS. Dicimus,quod unguenti compositio, congregatio quædam est bene spirantium materierum, in seipsa large habens qualitates bene olentes,qua participantes bonis odoribus replentur. Sequitur. Credimus autem esse thearchicum maxime Iesum superstantialiter bene olentem intelligibilibus distributionibus intellectuale nostrum adimplentem diuina delectatione. Hæc ille. AVCTOR. Eundem pene textum hunc etiam uersat in expositione THOMAS. Chrisma continet plures materies aromaticus, quæ se olfacientes grata odoris suauitate afficiunt, secundum quod magis aut minus eis participant, unde sanctum chrisma dominũ Iesum significat, mentis spiritalis delectationis influxionibus adimplentem. Hæc ille. AVCT. Hæc † unguenti acceptio in significatione Iesu famosa erat apud patres. Quam item* lib.2. super Cantica exponens hunc textum, Nardus mea dedit odorem suum. Sequitur. ORIGE.

Crux,et in censum.
Amb.To.4 ca.1.
Damascen.
*homel. Christum unguentũ. Cant.1.

Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec mirum uideri debet, si Christus quemadmodum fons est, & flumina aquæ uiuæ de eo p-
cedunt, & quemadmodum panis est, & uitã dat
ita & nardus est, & odorem dedit, & unguentũ
est, quo qui uncti fuerint, Christi fiant. Sed dixit
in Psalmo, Nolite tangere filios meos. Et fortasse secundùm illud, quod dixit Apostolus, iis
qui exercitatos habent sensus ad discretionem
boni uel mali, singulis quibusquè sensibus animę
singula quæque Christus efficitur. Idcirco enim
& uerum lumen dicitur, ut habeant oculi animę
quo illuminentur: idcirco & uerbum, ut habeãt
illæ aures, quod audiant: idcirco & panis uitæ, ut
habeat gustus animæ quod gustet. Idcirco ergo
& unguentum, uel nardus appellatur, ut habeat
odoratus animæ fragrantiam uerbi. Hæc ille.
AVCT. Ecce nomen Christi est unguentum odoriferæ nardi: quia & Christus chrisma est. Qui
ergo Christum unguentum appellat, à re nomi
nis non recedit. Vnde & scriptura, Oleum effu-
sum nomen tuum. Quam tractans in expositio-
ne Canticorum CASSIODORVS. Nomen† tuum
ò Christe, oleum effusum est. Chrisma enim grę
cè, unctio latine. Inde Christus, nomen Christi
ab unctione uocatum est. Solet autem spiritus-
sanctus olei nomine appellari. Iuxta qđ Psalm.
ait, Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, idest,
spiritusancto, hoc autem oleum effusum est, qñ
hæc gratia, quam Christus singulariter habuit,
data est omnibus electis. Vnde & à Christo
Christiani dicuntur, & est participatio nominis
Christi: & bene non stillatum, sed effusum dicitur oleum, quia abundanter quia hæc gratia om
nibus data est in Christo credentibus. Hæc ille.
AVCT. Ingens ergo causa apostolis ac primæ
uis patribus erat huius olei, & chrismatis usus,
ut nobis cum semper odorandum præsentet, cu
ius nomen est oleum. Quòd item Iudæi non o-
miserunt in sacris ritibus odorantes tantũ Chri
stum à longè futurum, quem nos Dominum &
Saluatorem nostrum præsentem aspeximus, &
præteritũ retinemus, sed multò longius Iudæis
hæretici, qui Christi nomen dedignantur in pro
prio signo, & nec cum Iudæis in ritu chrismatis
Christum prophetant uenturum, nec cum Chri
stianis autem præsentem. Ex institutione enim
Domini præceptum est eis uaticinari uenturum
Christum, cuius nomen esset unctio in unctio-
nis sacramento, in tantum, ut Reges, & Pontifices, prophetæ, & sacerdotes, & cæteræ personæ
illustres Christo profiterentur obsequium, un-
ctionem eius accipientes in ipso dignitatis ingressu. Petius ergo ab auctore salutis Iudæo degenerat, qui unctionis eius participium in sacramento ferre recusat. Vnde Exodi. 30. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Sume tibi aro
mata primæ myrrhæ, & electæ quingentos ci-
clos, & cinnamomi medium, id est, ducentos
quinquaginta ciclos, calami similiter ducentos
& quinquaginta ciclos, Casiæ quoque quingen
tos ciclos in pondere sanctuarii, oleum de oliue
tis in mensura huius, faciesquè unctionis oleum
sanctum unguentum compositum opere unguẽ
tarii, Vngesquè ex eo tabernaculum testimo
& arcam testamenti, mensamquè cum uasis suis
candelabrum, & utensilia eius, altaris thimiama
tis, & holocausti, & uniuersam supellectilem,
quæ ad cultum eorum pertinet: sanctificabisq;
omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit
ea, sanctificabitur. Aaron, & filios eius unges,
sanctificabisquè eos, ut sacerdotio fungantur
mihi. De hoc unguento loquitur li. 2. de officiis.
ca. 25. ISIDORVS. Chrisma unguentum Moy-
ses in Exodo, iubente Domino composuit, &
confudit, quo primò Aaron, & filii eius in testi-
monium sacerdotii & sanctitatis perunctí sunt.
Denique† iusti, & reges chrismate sacrabantur,
unde & Christi nominantur: sicut scriptum est,
Nolite tangere Christos meos. Eratque in regi
bus eo tempore tantum, & in sacerdotibus my-
stica unctio, qua Christus figurabatur. Vnde
& ipsum nomen à chrismate dicitur. Sed† post-
quàm Dominus noster uerus Rex, & sacerdos
æternus à Deo cœlesti & mystico est delibutus
unguento, non solum Pontifices, & Reges, sed
omnis ecclesia unctione chrismatis consecratur
pro eo, q membrum est æterni regis, & sacerdo
tis. Ergo quia genus regale, & sacerdotale su-
mus, ideò post lauacrum ungimur, ut Christi no
mine consecremur. Hæc ille. AVCT. Hoc bene
ut unumquodque per participationem tale, re-
ducatur in suum principium, primò & per se ta
le. Christus enim non est unctus participaliter
ut nos: sed ipse est per se unctio, & per hoc mo-
uens, non motum, & unctionis nostræ principiũ
unde, Ego sum alpha & omega, principium, in-
quit, qui & loquor uobiscum. Et Apostolus Ioã
nes. Et uos unctionem quam accepistis ab eo,
maneat in uobis. Et non necesse habetis, ut
aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet
uos de omnibus. Nimirum igitur Messias iam
uenit, ipsa unctio in abstracto, cuius fortis o-
dor redolens in omni membro Iudæis abstulit
unctionem. Qui uero huius unctionis professio
nem portat, iam uenisse ipsam unctionem lõgè
ante promissam facto, uoto, & extrinseco signo
probat. Quòd† autem quatuor species, legale
contecerunt unguentum, scilicet myrrha, cinna
momum, calamus, & casia, nihil plus balsamo
nostro designat, sed utraque humanitatis Chri-
sti locum adimplent, oleum deitatem, qua idem
est spiritui sancto Deo. Vnde de illis quatuor ex
ponens

Psal. 105.
Heb. 1.
Cant. 1.
Cassiodor. Oleũ effusum.
Psal. 44.
Isidorus
Christi. Psal. 104.
Vnguentum ex quatuor speciebus aromaticis.

*homel.
ponẽs sensum suum * lib. 1. super Cantica ORI A
GENES. Videte quòd istæ quatuor species
unguenti illius, formam tenebant incarnationis
uerbi Dei, quod ex quatuor elementis compagi
natum corpus assumpsit: in quo corpore myrrha
illa, quam siue ut Pontifex pro populo, siue ut
sponsus pro sponsa accepit, seruat indicia. Hæc
ille. Et exponit ibi per singula. AVCTOR.
12 Hanc † ipsam eius humanitatem etiam Balsa-
2. Cor. 5. mus noster designat, qui crescit in locis Engad-
di, qui fons hœdi interpretatur, putà Christi,
qui factus est pro nobis peccatum, secundum
apostolum, & tãquàm carnes peccatrices baptis
mo immersit, aut saltem nostram immergi præ-
Cant. 1. cepit, quæ est peccatrix. Vnde super textum
Canticorũ. Botrus dilectus meus mihi in uineis
Cypri, hallucinatur interpres, quia Cyperi legi debet, quæ est aromatica herba, ut etiam ex homeliis origines colligi potest. Engaddi, CASSIODORVS. * Cyprus insu-
la est, ubi uites nobiles esse feruntur, maximos
botros procreantes. Engaddi autem fons hœdi
interpretatur, per quod significatur baptismi sa-
cramentum, in quo peccata omnia abluuntur. B
Hœdus nãque peccatores significat: baptismus
ergo fons hœdi est, quia peccatores suscipit, sed
emundatos, & immaculatos ab omnibus peccа-
tis reddit. Hæc ille. AVCTOR. Prosequamur
hanc allegoriam, qui item fons hœdi arbuscu- 1
las gignit liquorem balsami defudantes, quia sa
crum baptisma baptizatos sanctis replet instinc-
tibus, ut in omni uerbo & actu Christi spon-
deant unctionem.

¶QVOD HI RITVS SACRAMEN
tales non paruipendantur ut noui, sed ho-
norentur ut apostolici, quanuis ad
punctum in eorum literis non
sint expressi. Cap. LVII.

SVMMA.

1 *Ecclesia diebus Augustini qualiter non cesserit ritibus baptismalibus quin interrogarent & re sponderent, facerent cætera sacerdotes, & susceptí, &c.*
2 *Ritus sacramentales quòd sint antiqui, licet non omnes scripti.*
3 *Baptismatis figura.*
4 *Augustini officiosa, & sollicita perquisitio de baptismo, & ritibus eius.*
5 *Wiclefficarpitur, qui dixit sufficere baptismum flaminis, sine lauacro, sine sale, &c.*
6 *Danielis, & trium puerorum, simul & Machabæorum gloriosa prædicatio: quòd illi de mensa regis cotaminari noluerint: isti uerò quia escas, quibus Christiani nunc licitè utuntur, attingere noluerunt, &c.*

C VO ergo tẽdunt impij Witcleuistæ,
qui ritus istos apostolicos arbitran-
tur tanquàm nouos & alios ita procu
rant arbitrari? Quid agere conantur,
cum dicunt istos non suscepisse apostolos, aut
ecclesiam priuitiuam, & obtendentes libertatẽ
præsumptam in uariatione signorum, usque ad Act. 2.
sublationem baptismi? Petrus autem (inquiunt)
ait, Credite, aut interdum, pœnitentiam agite,
& baptizetur unusquisque uestrum. Nihil de ca-
techismo, uel abrenuntiatione diaboli dixit. Nõ
chrisma in uertice, non unctionem requisiuit in
scapulis. AVCTOR. Has, & huiusmodi nugaces
argutias fecerunt ante eos hæretici, contra quo-
rum aliquos Augustinus librum suum edidit de
fide & operibus. Dicebant enim onerari bapti
zandum, abrenuntiando diabolo, & cæteris mo
ralibus institutis, sed rectiùs, & melius cum eo
agi, si solum crederet baptizãdus, allegantes scri
pturam illam de Eunucho, & de Petro, & Paulo
baptizarunt. His Augustinus occurrit B qualiter
dicens, tacita esse in scripturis ea quæ commu-
niter gerebantur: sed ramen in uerbo secundum
aliquid hæc ipsa posse intelligi, libro de fide &
operibus, bene ante medium AVGVST. Spa- Aug. To. 4
do † inquiunt, ille, quem Philippus baptizauit, ca. 9. Act. 8.
nihil plus dixit, quàm credo filium Dei esse Ie-
sum Christum, & in hac professione continuò
baptizatus est. Nunc ergo placeat, ut hoc so-
lum homines respondeant, & continuò bapti-
zentur, nihil de Spiritusancto, nihil de sancta ec
clesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de
resurrectione mortuorum, postremò de domi-
no nostro Iesu Christo nihil, quia filius Dei est:
non de incarnatione eius in uirgine, non de pas-
sione, de morte crucis, de sepultura, de tertij diei
resurrectione, de ascensione, & de sede ad dexte-
ram patris aliquid dicendum est * catechizandis * Catechi
C ac profitendum credenti? Si enim Spado, cum zanti
respondisset, credo Dei filium esse Iesum Chri-
stum, hoc ei sufficere uisum est, ut continuò ba
ptizatus abscederet, cur non id sequimur? Cur
non imitamur atque auferimus cætera? Quid
etiam necesse habemus cum ad baptizandum
temporis urget angustia exprimere interrogan-
do, ut baptizandus ad cuncta respondeat, etiam
si ea memoriæ mandare non uacauit? AV-
CTOR. Hic paulisper attende, qualiter ec-
clesia diebus Augustini non cessit ritibus
baptismalibus, quin interrogarent, & respon-
derent & facerent cætera sacerdotes, & su-
scepti, ut requirit ordo ecclesiæ, etiam cum im
mineret temporis angustia baptizatis. Tandem
quòd intendit, prosequitur AVGVSTINVS.
2 Si † autem scriptura tacuit, atque intelligenda Ritus sermonis sed nõ scripti.
dimilit cætera, quæ cum illo baptizando Spa-

done

Universidad de Deusto
Biblioteca

done Philippus egit, atque in eo q̄ baptizauit eum Philippus, intelligi uoluit omnia impleta, quæ licet taceantur in scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda: pari modo etiam quod scriptum est euangelizasse Philippum Spadoni dominum Iesum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse, quæ ad uitam moresquè pertinent eius, qui credit in dominum Iesum: hoc est. n. euangelizare Christum, non tantùm dicere quæ sunt credēda de Christo, sed etiam quæ obseruāda sunt ei, qui accedet ad compagem corporis Christi: immo uerò cuncta dicere, quæ sunt credenda de Christo, non solùm cuius sit filius, unde secundū diuinitatem, unde secundùm carnem genitus, quæ perpessus, & quare, quæ sit uirtus resurrectionis eius, quod donum spiritus promiserit deritque fidelibus. sed et qualia membra, cuius sit caput, quærat, instituat, diligat, liberat, atque ad æternam uitam honoremque perducat. Hæc B cùm dicuntur, aliquando breuiùs atque constrictius, aliquando latiùs & uberiùs Christus euangelizatur, & tamen non solum quod ad fidem, ue rumetiam quo ad mores fidelium pertinet, non permittitur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce mi Witcleff in primæua libertate ecclesiæ cuncta, quæ ad catechismum pertinent & baptismum, li quidè sint obseruata: quæ etsi scriptura tacuit, atque intelligenda dimisit, in eo tamen, q̄ Philippus Spadonem baptizauit, cætera omnia intelligi uolebat impleta, quæ licet taceantur gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda. Non ergo traditio apostolorum tanta breuitate succincta fuit, quanta literam illam breuem apocrypharunt hæretici. Sed sicut modò dicimus, sacerdos manè Deum orauit, & statim ad consecrandum corpus Christi ascendit, intelligentes cuncta in uerbo orandi, quæ ad officium matutinale per seriem institutionis accurrunt, in uerbo consecrandi, officium, lectiones apostolicas, & euangelicas cum textu præfationis, & canonis, quæ omnia ad consecrandū serie traditionis scimus implenda, dicit Augustinus quoque in uerbo euangelizauit, catechizandi officium, & in uerbo baptizauit, cūcta quæ baptismi concernunt ordinem, quæ modo serie traditionis scimus implenda, tunc quantumcunque breuiter expressa sciamus, non omissa. Hoc probat ibi posteriùs Augustinus longo spatio apostolum Paulum fecisse cùm diceret, Nihil me di xi scire in uobis, nisi Iesum Christum, & hūc crucifixum. Hoc item factum probat per figurā baptismi cum per mare rubrū Deus liberauit Israelem AVGVSTINVS. At, †inquiens, populus Israel primum per mare rubrum ductus est: quo significatur baptisma, & postea legem accepit:

1. Cor. 1.

Exo. 14. Baptismatis figura. ibi ca. 11.

3

A ubi discceret quemadmodum uiueret. Cur ergo baptizandis, uel symbolum tradimus, uel ab eis reddēdum reposcimus? Nihil enim tale factum est erga illos, quos per mare rubrum Deus ab Aegyptiis liberauit. Si autem rectè intelligunt hoc significari præcedentib. mysteriis de sangui ne ouis postibus illito, & de azymis synceritatis Exo. 12. & ueritatis, cur non ēt illud consequenter intel ligunt ipsam ab Aegyptiis separationem significare discessionem à peccatis, quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet, quod à Petro dictum est, Agite pœnitentiam, & baptize- Act. 2 tur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Tanquam diceret: recedite ab Aegypto, & per mare rubrum transite. Vnde & epistola, quæ ad Hebræos inscribitur, quum eorum, qui baptizabantur, commemorarentur initia, posita est ibi pœnitentia à mortuis operibus sic enim dicit, Ideò remittētes initia Christi uerbum in consummatione respiciamus nō iterum iacientes fundamentum pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in Deum, lauacri doctrinæ, impositionis quoq; manuum, resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum, satis apertè scriptura testatur. Quid est autem à mortuis operibus pœnitentia, nisi ab his, quæ oportet, mortificari ut uiuamus, quæ si adulteria, fornicationesquè non sunt, quid iam inter opera mortua nominandū est? Sic aūtem non sufficit professio recessionis à talibus, nisi etiam lauacro regeneratio nis cuncta præterita, quæ uelut prosequuntur, peccata deleantur: sicut non sufficit Israēlitis recedere ab Aegypto, nisi quæ insequebatur hostium multitudo, eiusdē fluctib. maris interiret, C qui Dei populo transituro, liberandoquè patuerunt. Hæc ille. AVCTOR. Quàm † officiose, quamquè sollicitè perquirit Augustinus scripturas, & ueteres, & nouas, & figurales, & apostolicas de baptismo? & ubique inuenit ritus nostros esse seruatos de tradendo symbolo, de abrenuntiando diabolo, de discessione à peccatis per professionem: & tandem perquirens apostolum ad Hebræos, commemorantem in baptizandis neophytis pœnitentiam ab operibus mortuis per confessionem uocalem, interrogationem, & assertionem fidei, credendo in Deum: tandem lauacri immersionem, doctrinam euangelicam, impositionem manuum, resurrectionis quoque mysterium per Christi resurrectionem significatæ, applicans ad mysterium de fonte, hæc omnia (inquit) ad initia neophytorum satis pertinere scriptura testatur. Si † hæc omnia simul & lauacri sancti immersio, sine qua omnis professio præcedens non sufficit, ubi tunc est libertas, quam prætendens Witcleff, dixit sufficere baptismum

4

3

ptismū flaminis, sine lauacro, sine sale, sine cate- A & omnis illa actio corporalis, quæ agitur, cum
chismo. i. doctrina, sine manuū impositiōe: quas baptizamus, & fit, & transit, æterna est. Vbi
ceremonias omnes expresse apostolus suscepis tetiam illæ rursus syllabæ celeriter sonantes &
se baptizandi fideles, aliis tacitis, quæ intelligunt ranseuntes cum dicitur Deus, nisi dicantur, non
tur in istis, sicut & istæ alibi intelliguntur in aliis. consecratur. Hæc omnia fiunt & transeunt, so-
Non satis ergo uidit in scripturis, quæ diceret, nant & transeunt, uirtus autem, quæ per ista o-
non satis cauebat ne tantum errarer, ne sacra- peratur, iugiter manet, & donum spiritale, quod
menta Christi blasphemiis exufflaret, dicens per ista insinuatur, æternum est. Hæc ille. AVC T.
Christi fideles profundatos signis iudaicis, quia Ecce sicut eadem est passio Christi iam transa-
ritos sacramentorum celebratione inconcussos cta, quæ olim erat futura, sed cum futura erat,
obseruant. Quàm impius, quàm detestandus cō alio uerbo, aliisquè syllabis annuntiabatur, purā
tra sancta sacramenta, quàm blasphemus? ne- patietur. Cum autem præterita, alio uerbo, i. pas
sciens, aut non aduertens sacramenta Christia sus est. Sine quorum diuersa pronūtiatione nō
na sacramentis iudaicis præsignita, talibus sacra sic discretè & sic ueniret in mentem: ita nimirū
mentalibus, & ritibus celebranda, quæ rei imple aliis sacramentis corporalibus, & sacramento-
tæ, & præsenti ueritati conueniant, sicut cum sa rum ritibus, quæ uerba quædam sunt sensibus
cramentalibus, & ritibus adhuc implendæ, & fu nostris, aliter eadem Christi passio iam manife-
turæ ueritati congruis sacramenta sua Iudæi di- statur expleta, aliter & aliis manifestabatur ex-
uinitus celebrabant. Et utinam Christiani plenda. Nec hæc ergo, nec illa erant usquam ha-
tàm firma fide colerent ueritatem præsentem, B benda contemptui: quia quamuis uisibilia sunt
quàm Iudæi futuræ ueritatis figuram. Vnde lib. & erant, sacrosancta tamen semper temporibus
19. contra Faustum ca. 14. AVGVS. Si ergo illi suis ratione signati, & quamuis mutabilia sunt
Aug. To. 6 iusti pro illis prænuntiatis sacramentis, & rerū & erant, dixit August. sicut aqua illa & omnis il
nondum impletarum figuris omnia dura, & hor la actio corporalis quæ agitur cum baptizamus
6 renda perpessi sunt: si † tres pueros Daniele mq; scilicet interrogatio, professio, abrenuntiatiō,
Dan. 1. prædicamus, quod de mensa regis contaminari aurium tactus, signatio frontis, manus impositio, exorcizatio: hæc omnia (inquit) fiunt & tran
noluerunt, q̄ erat contra illius temporis sacra- seunt, donum tamen & uirtus, quæ per ista ope-
mentum: si Machabæos cum ingenti gloria præ ratur, iugiter manet: sicut hæc dictio dissyllaba,
dicamus, quia escas, quibus Christiani nunc licitè utuntur attingere noluerunt, quia tunc pro Deus, sonat & transit, sine cuius tamen enuncia
tempore prophetico non licebat: quantò magis tione consecrat ibi nullus. Non igitur ipsi, p̄tun
nunc pro baptismo Christi, eucharistia Christi, damus nos signis iudaicis, sicut nec ipsi se Iudæi
pro signo Christi ad omnia perferenda para- signaculis Christianis. Immo ipsi suis, figurātib.
tior debet esse Christianus, cum illæ omnes rem absentem & futuram, non autem Christi &
fuerunt promissiones rerum complendarum, Apostolicis ritibus rem factam designantib. &
hæc sint indicia completarum? Hæc ille. AV- præsentem: nec ab his tamen uisibilibus signis sa
C TOR. Et pro uariatione sacramentorum, & cramentalibus p̄cisè salutem nostram finaliter Matt. 27
sacramentalium, secundum uarietatem condi- C expectamus, quamuis sine illis nos cōsecrari dif
tionum eiusdem rei implendę prius apud Iudeos fidimus: quia nec Christus auctor baptismi sine
& impletæ postea inter Christianos subdit Av sensibili præsentia patris in uoce tonante, Tu es
cap. 16. GVS. Si enim soni uerborum quibus loquimur 3 filius meus dilectus: aut sensibili descensu spiri-
pro tempore commutantur, eademquè res ali- tus sancti in specie columbæ, aut attestatione sē
ter annuntiatur facienda, & facta, nec parib. mo sibili, Hic est qui baptizat, aut sensibili lauacro
rarum interuallis, nec iisdem, nec totidem lite- & ministratione Ioannis baptismi sacramentum
ris syllabisquè sonuerunt, quid mirum, si aliis mi admisit, qui sacramenti commodū non accepit.
steriorum signaculis passio, & resurrectio Chri Multum spiritualis factus est noster Witcleff si
sti promissa & futura, & aliis iā facta nuntiatur? per filium Dei, & super apostolos, & super om
Quandoquidem ipsa uerba futura & factū, pas nes primos credentes, qui sacrosancta cor
surus, & passus, resurrecturus, & resurrexit, nec poralia tantoperè paruipendit, & sine
tendi æqualiter, nec similiter sonare potuerunt. signis solo pulsu spiritus sui de
Quid enim sunt aliud quoque corporalia sacra cœlis Spiritum sanctum ir
menta nisi quædam uerba uisibilia sacrosancta tuere in seipsum
quidem, ueruntamen mutabilia, & tempo- facit.
ralia? deus enim æternus est, nec tamen aqua,

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SACRAMENTALIBVS Ordinis.

Titu. VII.

¶VT PROBENTVR ORDInandi,& excludantur fœminæ propter sexum. Ca. LVIII.

SVMMA.

1 *Quæstiones Witcleuistarum circa susçipientem ordinem,& circa ordinantem,recensentur.*
2 *Sacerdos quare nominetur ante matrem à diuo Paulo.*
3 *Cataphrygarum error circa ordinationem mulierum.*
4 *Pepuziani hæretici,assignantes mulieribus dominari,& sacra ministrare.*
5 *Fœminæ quòd nusquam reperiantur fuisse sacerdotes.*
6 *Diaconissæ unde dictæ.*
7 *Viduarum electio. Et quare eligebantur ut diaconissæ.*
8 *Bigamus, seu potius digamus, quòd repellatur à dignitate & sacerdotio, & ab eleemosyna ecclesiæ.*

1 IN Probentur primùm, & sic ministrent, ait apostolus primæ ad Timoth. 3. Sed †statim ad ingressum huius tractatus laqueum parauerunt pedibus Witcleuistæ, terrentes catholicos gemina quæsti one. Prima sit circa susçipientem ordinem. Secunda circa ordinantem. Prima mouet de sexu, si exigitur de necessitate uirilis. Forsan conatur pluries laborare pro fœmina, ut sit apta sacerdos ecclesiæ, episcopus, siue Papa. Pudet rem dicere de uiro Christiano, quæ Iudæis agnita, erit irrisio fidei, & scandalum Saracenis, sed contrario rantæ uoragine fœditatis occultare formido: maximè tamen ex hoc loco sectatores eius putem auctoritatem sumpsisse ordinandi fœminas sacerdotes, missas & sacramenta cætera celebrantes, lectrices utique scripturarum, & prædicatrices in cœtibus Lollardorum. Sic enim monet libro suo de papa capit. 9. uersus finem Witcleff. subtiliantes in Dei potentia absoluta dicunt ꝙ sicut Deus potest communicare nedum laico, sed & fœminæ, ac animali irrationali potentia conficiendi ac ministrandi quæli-

Quæstiones Witcleuistarum.

A bet sacramenta, sic & ipsum *potest ministrare huiusmodi sacramenta: nec credo quod aliquis impugnabit istum articulum: quia tamen multa sunt absolutè necessaria, quæ est inefficax populo prædicare, grosse procedo in ista materia, limitatè loquendo de posse legali, & de Dei potétia ordinata, ideo dimitto scrutinium talium cõclusionum, detegens sententias catholicas quas credo prodesse ecclesiæ. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quid si quis fidelis ad mentem eius ducat uetus ipsius principium, Quòd Deus nihil potest facere nisi quod facit, statim concludat necesse est ergo si Deus potest communicare fœminæ siue bruto potentiam conficiẽdi aut ministrandi quælibet sacramenta, iam ita communicat, & erit in eo eadem ordinata potentia & absoluta. Quantum est de fœmina, uideatur posterius, consequenter si ita non sentiat ubi ꝓmittit se loquuturum limitatè de posse legali &

B Dei potentia ordinata sententias catholicas, quas credit pro futuras ecclesiæ. Postquam enim de laico dixit, subdit pro fœmina Witcleff. Videtur quòd plus obesset monstruositas peccati in præscito masculo ad recipiendum uel ministrandum legitimè quælibet sacramenta, quàm foret quantacunque corporalis monstruositas, uel distinctio sexus in fœmina prædestinãta, & uirtutibus præornata: siue ad recipiendum, siue ad ministrandum quælibet sacramenta, & tamẽ in pœnam peccati multi de generatione adulteria sic pharisaicè seducuntur, quòd præponderant signum uisibile humanitus institutum signato inuisibili, quod Deus præponderat: ut in casu & facto Romanæ ecclesiæ: & ibi de puella Agnete, & subdit. In isto casu saltem possibili dicunt leges hominum ipsam non fecisse actus papales, nec electam fuisse legitimè propter indispositionem corporis: licet fuerit iam beata.

C Sed graue est hoc fundare, uel fugere quin generaliter desit electio quando eligitur inhabilis quo ad Deum, unde angustiatur institutio humana describere uerum papam. Hæc Witcleff AVCTOR. Ita uidetur certamine ex animo, quòd prædestinata fœmina repelli non debeat propter sexum, quin poterit ordinari ad ministrandum quælibet sacramenta. Item in episcopum, siue papam, uel generaliter deficit electio, quando eligitur inhabilis quo ad Deum, quod quia regulariter nos latet, continuè de ordinato, uel electo quocunque remanemus incerti, ni si possit fœmina ordinari. Mira res, quod Christus primus pontifex sic pharisaicè seductus est, præponderans signum uisibile humanitus institutum, ne matrem suam prædestinatam & uirginem in sacerdotem eligeret, sed potius elegit Iudam masculum coniugatum, tanta peccati mõ

posse.

Act.6. struositate perditum, & præscitum. Mirum itẽ, quòd synodus apostolorũ plenaria nullam fœminarum instituit, cùm septem uiros diaconos ordinauit. Quantum item gloriosus Paulus contra hanc ordinationem fœminarum omnium laborauit, quando omnem ordinandum ad uiri sexum indispensabiliter limitauit. Oportet ẽpm, inquiens, irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum: non dixit, unius uiri uxorem, sed uirũ, sobrium, ornatum, pudicum: & diaconi sint unius

1.Tim.4

Ad Tit.1 Sacerdos nominatur ante matrẽ 2 uxoris uiri. Et ad Titum, Constitue per ciuitates presbyteros. si quis sine crimine est unius uxoris uir. Et †ipse Paulus ideo in salutatione filiũ Ruffum matri suæ præposuit, quia sacerdos erat.

Amb.To.5 Vnde in expositione. 15. ca. ad Roman. AMBR. Salutate Ruffum electũ in domino, & matrem eius, & nostram. Ideo istum præposuit matri propter electionem administrationis gratiæ, in qua mulier locum non habet. Electus. n. erat. i. promotus à domino ad res eius agendas, matrẽ tamen tam sanctam habuit, ut apostolus suam

B quoque matrem hanc uocaret. AVCT. Ecce mater Rvffi quia mulier locum non habet in administratione sacerdotii, cum tamen adeo sancta fuerit, ut apostolus eam adoptaret in matrem. Et ut apostolus omnino ineptam sacerdotio fœminam redderet, culmen ei surripuit potestatis illius insignis in sacerdotio, ne doceret in ecclesia, sed in silentio remaneret. 1. Tim. 3. Mulier in

1.Tim.3 silentio discat: docere autem mulieri non ꝑmittitur. Vnde in expositione huius epistolæ textu. Mulieres similiter pudicas, AMBR. Quia sanctum præcepit creari episcopum, adæquẽ & diaconum, non utique disparem nulli esse plebem, quippe cum dicat dominus, Sancti estote quia ego sum sanctus: ideo etiam mulieres, quæ inferiores uidentur, sine crimine uult esse, ut munda

Amb.To.5

Cataphrygæ. 3 sit ecclesia dei. Sed †Cataphrygæ occasionem erroris captantes propterea quod post diaconos

C mulieres alloquitur, et ipsas diaconas debere ordinari uana præsumptione defendunt, cùm sciãt apostolos septem diaconos elegisse. Nunqd nulla mulier tunc idonea inuenta est, cum inter undecim apostolos sacratas mulieres fuisse legamus? Sed ut hæretici animũ suum uerbis, non sensu legis, astruere uideantur, apostoli uerbis contra sensum nituntur apostoli: ut cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere ꝑcipiat, illis isti econtrario etiam auctoritatem in ecclesia uendicent ministerii. Hæc ille. AVCTOR. Hi Cataphrygæ nondum tam immaniter errauerunt, ut Witcleff, petentes diaconas consecra-

6 ri, cum Witcleff petat presbyteras, sed habuit ex his alios prodeuntes erroris sui magistros, quos Pepuzianos lib. hæresum AVGV. appellat.

Aug.To.6

4 Et idem testatur li. 1. ca. 49. DAMAS. Ex †ipsis quidem sunt Cataphrygarum, & qui altera præter illos dogmatizant Pepuziani, ciuitatem quã dam dexteram intermediam Galatiæ, Cappadociæ, & Phrygiæ sanctificantes, & hanc utique Hierusalem existimantes. Est autem alia Pepuza, mulieribus autem assignantes dominari, & sacra ministrare. Hæc ille. AVCT. Libro autem hæresum* 32. AVGVST. Tantũ dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Hæc ille. AVCT. Præter† hos & consimiles ab orthodoxis pro tam nefanda hæresi singulariter exprobratos nusquam inuenimus ĩ populo ab initio protoplasti fœminas sacerdotes, sed eas omnes ex sexu tota lege currentis naturæ (usque ad Moysen dico) a Moyse quoque usque ad Christum, a Christo quoque & apostolis eius & omni ecclesia primitiua per patres huc usque tam sacro ministerio continuè denegatas: sed quid immoror, & probationes ab eo de scripturis sanctis non exigo? factator iste, qui nihil citra scripturarum fundamẽta permittit ecclesiæ: cur tam inauditæ nouitati & horrendæ scripturas sanctas non attulit? Sed Cataphrygæ eum in ipso præcedunt, fingentes saltem textum apostoli, quia post diaconos alloquitur mulieres, qua si uelit ibi eas ordinare diaconas contra apostolos, qui nusqnam hoc fecerunt, contra etiam auctoritatem suam, qui eis uerbum in ecclesia sustulit, ipsi econtrario ministerium etiam uerbi commendant. Forsitan obiicere incipiet illud apostoli de probatione diaconorũ 1. Tim. 3. Hi autem probentur primùm, & sic ministrent nullum crimen habentes. Similiter & mulieres oportet esse pudicas. Respondet iam Ambrosius, apostolum ibi composuisse plebem, ꝙ autem de plebe coniungit diaconis fœminas diaconorum, fœminas, quas ante ordinationem habebãt instituit, ut ipsi diaconi nullum crimen habẽtes in se, similiter & mulieres suas prẽter plebẽ opotet habere pudicas, ne scandalizent ministerium ecclesiæ, quemadmodum Nicolaus. Et has mulieres ab officio mariti consuetudo sequẽs diaconissas dixit, non alio ministerio, sed mariti. Vnde in expositione ibi HAYMO. Quidã uoluerunt intelligere diaconissas, sed non est illud, ut beatus Augustinus dixit. Hæc ille. AVCT. Et in libro annotationum epistolarum Pauli sup hoc uerbum HIERON. Mulieres similiter pudicas similiter eas ut dixconos eligi iubet. Vnde intelligitur, quod de his dixit, quas adhuc hodie, marito moriente diaconissas appellant.

6 Hæc ille. AVCTOR. A† maritis ergo diaconis mulieres eorum post obitum diaconissæ, dictæ sunt, sicut uxor regis regina. Sed dubitas forsan quid uelit earum electio, quia dixit Hieronymus ipsa eas eligendas. Ad hoc respon-

1.Tim.3

Haymo.

Diaconissa

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.5

Electin uiduarum

det posterius,ubi apostolus iubet cap.5.dicens. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum.

7 HIER. Tales †eligi noluit diaconissas,quæ omnibus essent exempla uiuendi, quæ fuerit unius uiri uxor,in operibus bonis,sed quæ ex tempore uiduitatis suæ omnia ista custodiuit, testimonium habens sicut Thabita.Hæc ille. AVCTO. Talis uidua de diaconissis eligi iussa est, ut esset matrona piis fidelibus,& ipsam uiduitatem ꝓfitentes in sinum reciperentur ecclesiæ. Ab hac cõsecrationis prærogatiua uiduæ,adolescentiores 8 repulsæ sunt,& iussæ nubere,filios procreare,& de labore manuum uiuere: subditque causam apostolus,ꝙ multæ iam cõuersæ sunt retro post Satanam,habentes damnationem,quia primam fidem fecerunt irritam.Planè ergo professæ uiduæ illæ erant,quarum motus periculo sexagenarias uiduas eligi iussit, quæ ecclesiæ sumptib.

*saluinã Hie.To.1. & incipit uereor.

alerentur.Vnde in epistola ad* Siluinam de uiB duitate seruanda HIER. Vidua eligatur nõ minus annorum sexaginta,quæ unius uiri fuit uxor in bonis operibus habens testimonium, si filios educauit,si hospitalis fuit,si sanctorum pedes lauit,si afflictis abundanter præbuit,si omne opus bonum subsequuta est.Didicisti catalogum uirtutum tuarum.Quid debeas nomini tuo,quibus meritis secundum pudicitiæ gradum posfideas. Nec te moueat, quòd sexagenaria allegatur uidua,& putes adolescentulas ab apostolo Christi probari,& te credi eligi ab eo, qui discipulo

1.Tim.4. dixerat,nemo adolescentiam suam contemnat, non continentiam,sed ætatem,alioquin omnes quæ ante sexaginta annos uiduatæ sunt, hac lege accipient maritos:sed quia rudem Christi ecGal.2 clesiam instituebat, & omni ordini prouidebat, præcipuèque pauperibus, quorũ ei cura cũ Barnaba fuerat, de mandato illas opibus uult ecC clesiæ sustentari,quæ propriis manibus nequeũt

*probat. laborare,quæ ueræ uiduæ sunt,quas ætas*probauit,& uita.Hæc ille.AVCT. Ecce quare uiduæ eliguntur,ut dixit Hieronymus,diaconissæ, ut in sinus ecclesiæ recipiantur,atque tam fm imbecillitatis corporis aspectum, quàm uitæ meritum prærogatiuam consequantur annonæ. Facta aũt electione,scriptura de ea nomen continebat electæ:sicut scribebatur nomen ordinandi, & ad hue scribuntur nomina ordinandorum ecclesia

Amb.To.5 sticis monumentis. Vnde super hunc locum in expositione eiusdem epistolæ AMBRO.Si prærogatiua præteritorum operum uidua commendatur,eligendam hanc docet.Domini enim iudicio nomen eius ascribitur ecclesiasticis monumentis,quam dignam uita uetus declarat.Imbuta enim diuinis obsequiis, & in his uitam atterens,susciptenda est in sinus ecclesiæ,cui olim se uouit legitimis seruitiis.Hæc ille.AVCTOR.

Et in illo assimilatur electio ecclesiasticæ uiduæ electioni diaconi,uel sacerdotis, ut eligatur unius uiri uxor sicut diaconus, unius uxoris uir, quod si bigama fuerit, ab hoc emolumento & honore præcluditur, prout tractat hunc locum * agerucapostoli epistola ad* Geruntiam de monogachiam amia HIERO. Simulque considera ut eligatur H e.To.1. uidua,nõ nisi unius uiri uxor,& nos putabamus sacerdotum tantum hoc esse priuilegium, ut nõ admittatur ad altare,nisi qui tantum unam habuerit uxorem.Non† solum ab officio sacerdo 3 tali bigamus excluditur,sed ab eleemosyna ecclesiæ,dum indigna putatur stipe,quæ ad secunda coniugia deuoluta est.Quanquam in lege sacerdotali teneatur,& laicus qui talem se præbere debet,ut eligi possit in sacerdotium. Non Digamus rectius scribatur, est. enim eligitur,si bigamus fuerit.Porro eliguntur que commuex laicis sacerdotes,ergo & laicus tenetur mannis generis dato,per quod ad sacerdotium peruenit. AVhic fœminiCTOR. Probat autem hanc regulam apostoli ex antiquis literis testamenti simul & consuetudinibus uariis Ethnicorum, à quibus & honore primi huiusmodi bigami repelluntur, cito post HIERON. Legimus in ueteri testamento pontifices semel maritatas filias sacerdotum, si uiduæ fuerint, uesci debere de sacerdotalibus cibis,mortuisquè sicut & patri & matri exhibendum inferiarum officium.Sin autem alios uiros acceperint,alienas eas & à patre & à sacrificiis fieri,& inter externas debere reputari. Quod quidem obseruat & gentilitas in condemnationem nostri,si hoc non exhibeat ueritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo,qui & castitatem reperit perditricem. Hierophanta apud Athenas euiratur,& æterna debilitate fit castus. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur C Flaminea quoque unius mariti uxor eligitur. Ad tauri ęgyptii sacra,semel maritus assumitur. Hæc ille. AVCT. Sufficit saltem tantis literis ostendisse nostro Witcleff electionem uiduarum, quam designauit Apostolus,non ad ecclesiasticum ordinem,& sacrum mysterium pertinere, quanquam diaconissæ quædam uulgariter dicerentur, sed nec eas, ut nunc sacræ uirgines in choro ad euangelium legendum assumptas,ut quidam somniant,quia nunquam diaconissæ uirgines, sed post maritos singulos uiduæ eliguntur, nec in eis soluitur unquam lex apostolica illa, Mulieres in ecclesiis taceant, non permittatur eis loqui.

1.Tim.3 1.Cor.14

¶AD

¶AD ARGVMENTVM VVITcleff probãtis fœminas sacerdotes fieri, quia de lege Dei à sacerdotio proprio in ecclesia non sunt exortes.
Cap. LIX.

SVMMA.

1 *Fœmina quòd in ueteri testamẽto nusquam sacerdotio donata est,nec ministrare permissa.*
2 *Sacerdotes omnes quodammodo Christiani,quòd membra sint unius sacerdotis.*
3 *Origenis locus de sacerdotibus.*
4 *Hæretici moderni quomodo excedant Dathanitas.*
5 *Sacerdotũ contemptores,quòd peiores sint,quàm Dathan,& Abiron.*
6 *Sanctitas triplex describitur.*
7 *Witcleff blasphemia in episcopos, de mundano honore,quem eis imponit, quando honorantur* B *sublimiter,refutatur.*
8 *Mulieres quod lex diuina exortes effecerit ministerij sacerdotalis,contra Witcleff.*
9 *Prouerbium in rectos a fœminis.*
10 *Mulier semel docendo, quomodo subuertit omnia.*
11 *Muliebris sexus totus,ꝙ officio regiminis animarum cedat necesse sit,contra Witcleff.*

SEd perfunctorio quodam motiuo utitur Witcleff pro sacerdotio fœminarum in respondendo ad quoddam argumentum prædicto ca.11.de papa. Oportet,inquiens,esse Christum,& suos apostolos,immo oẽs sacerdotes sacramẽrales, & deuotũ populũ. Sequitur.De quibus Apostolus Petrus ait plebs sancta & legale sacerdotium.&idẽ ait Chrysostomus.Ex istis patet primò quod fę C mina est sacerdos,& sic,ut dictum est,non probabitur ex iure canonico,uel ciuili, ꝙ supradicta fœmina non sit papa,uel quod non ualeant opera eius papalia.Hæc Witcleff.AVCT.Cuncta penè uerba eius sunt recurua, & sub fallaciarum qũocunque uertantur, ambigua.Cur nõ ꝙ babitur ex iure canonico,uel ciuili ꝙ fœmina ꝑ dicta,quam dicit Agnetem,non sit papa?Nũqd

1.Pet.2. pro eo ꝙ Apostolus Petrus ad Christianum populum dicit,Plebs sancta,regale sacerdotium,in tantum ex isto suades fœminam sacerdotem,ut ẽt papam probes,& Romanum episcopum? Et

1 †sic uetus rectamentũ sicut hæc iura corrũpes, 2 quo toto fœmina nusquã sacerdotio donata est nec ministrare permissa.Vnde li.6. dialogorum

Chri.To.5 Basilii c.9.CHRYSOST.Et quid de uitiis loquar, qui participes sacerdotalis ministerii erant:filię quoq; sacerdotũ,quæ nihil habebant cum ofticio commune,tamen pp honorem parentum, multò pro peccatis suis maiorem q̃ fœminæ sustinent ultionem.Hæc ille. AVCTOR. Planè dicit filias sacerdotum nihil cum uiris in officiis templi habuisse cõe.Cum tñ sexui inter reliquũ populum hoc dictum est ab ore domini,Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Exodi.19. Quàm auctoritatem signanter notãs in expositione illius apostoli Petri BEDA.Vos Beda genus electum,inquit,regale sacerdotium,gens sancta.Hoc laudis testimonium quondam antiquo dei populo per Moysen datum est, qđ nũc rectè gentib.dat apostolus Petrus quia uidelicet in Christum credidere, qui uelut lapis angularis in eam,quam in se Israel habuerit salutem gẽris aduauit. Quod genus electum uocauit,ꝑpter fidem ut distinguat ab eis,qui lapidem uiuum reprobando,facti sunt ipsi reprobi. Regale autem sacerdotium,quia illius corpori sunt uniti, qui rex summus, & sacerdos est uerus, regnum suis tribuens, ut rex, & ut pontifex eorum peccata sui sanguinis hostia mundans. Regale sacerdotium eos nominat, ut regnum & sperarent perpetuum, & hostias immaculatæ conuersationis Deo semper offerre meminerint. Hæc ille. AVCTOR. Audiat modo Witcleff procurator sacerdotii generis minimi, quòd hoc laudis testimonium,quod Petrus iam toti ecclesiæ Christi ut sint reges,& sacerdotes in regno sacerdotali, aut sacerdotio nunc regali ,dedit itẽ Moyses ex ore dñi antiquo populo Iudæorũ.Eat ergo,curratq; uelociter ad sacerdotiũ Iudæorũ,referens nobis uel auctoritate legis, uel exẽplo, quo iure fœminæ Iudæorũ põtificatu illo, uel sacerdotio tũc pollebãt.Qđ si nullam in tẽplo administrantem sacerdotiũ à Moyse usq; ad Christũ inuenerit fęminam sacerdotem,qua legis uiolẽtia contra auctoritatem dei honore sacerdotii priuatæ sunt,ut libertati oppositæ christianæ fœminæ reformentur.¶Tu dicis Augustinũ testari populũ deuotum in sacramentales sacerdotes assumptũ.Vnde exclamans patet,inquis,ex his, ꝙ fęmina est sacerdos,ita ut nõ probabit ex iure canonico,uel ciuili,quin Agnes fuit uera papa.Vn de illo loco,s.20.de ciuitate Dei cap.10. sic scribit AVGVSTINVS. Erunt sacerdotes Dei & Aug. Christi,& regnabunt cum eo mille annis. Non utique de solis episcopis ꝓsbyteris dictum est qui propriè iam uocantur in ecclesia sacerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic † omnes sacerdo- Sacerdotes omnes,quo dammodo tes quoniam membra sunt unius sacerdotis. De Christiani. quibus Apostolus Petrus,Plebs, inquit, sancta, regale sacerdotium. AVCTOR. Hæccine est auctoritas unde dicas fœmina est sacerdos?Sed cur non audis non ut episcopi,aut presbyteri,q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Jam in ecclesia uocãtur propriè sacerdotes, quo modo alias impropriè abusiue cum populo?
Quomodo ergo puella Agnes erat Papa? Erat ut ualerent opera eius papalia. Hoc ne est eẽ papam, & Romanum episcopum proprie uelut modò sunt in ecclesia Romana papa, uel pontifex? Exteriori scilicet functione auctoritate capitis supra uirum. Non ita, inquit Augustinus, impropriè ut ecclesiæ sacerdotes: imo ita dicit Witcleff. Videte quomodo conueniant falsus procurator, & uerus auctor. Sed si hac lege com muni sunt fœminæ sacerdotes quia erunt secun dum uaticinium Ioãnis sacerdotes Dei, & Christi: nunquid hac item lege sunt uiri & paruuli sacerdotes? Non, inquit ibidem, nisi ordinentur,
Qualiter ergo arguis ex hoc sacerdotio statim sacerdotem fœminam esse Papam, ac si subintelexeras ordinationem? Ergo sine noua ordinatione nec fœmina, nec laicus erit sacerdos papalis.
Quid igitur iuuat sacerdotium communis christianitatis fœminam esse Papam proprie ecclesiasticæ ordinationis: nisi sic Iudæa fuerit capax ordinationis iudaicæ ueteris: in qua tamen ipsis fœminis sacerdotalis familiæ interdictum est propter sexum comedere de oblatione quacunque, uel sacrificio pro peccato tantum, non licuit fœminis tunc, quod licuit maribus. Nume. 18. Omnis oblatio, & sacrificium, & quod pro peccato, atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, tuum erit, & filiorũ tuorũ. In sanctuario comedetis illud, mares tantum ex eo edent, quia consecratum est. De quo Homi. 4. in Leuit. ORIG. Illud obseruari uoluit, ut soli masculi edant ex eo, fœmina nulla contingat. Hæc 4
ille. AVCTOR. Sicut ergo fœmina ex sexu redebatur tunc inepta sacerdotio, quia non poterat ut masculi de sacrificio edere: ita in nouo testamento, quia non potest in ecclesia loqui, sed tacere. Allegoriarum enim usu escas ruminare C
mandibiles est mente concepta mãdare. Sed ad primum ideo debuisti intelligere Augustinum sic esse omnes christianos. Propter chrisma sanctum item Christi dicuntur, sed nunquid Christus filius Dei secundum diuinam personam?
Sic nec sacerdotes per officii celebritatem solen nem, sed qualiter dicit Beda ut hostias immaculatæ conuersationis deo semper offerrent. Et sic 5
li. 9. Leuitici in principio ORIGEN. Aut † si ignoras tibi quoque. i. omni ecclesiæ Dei & credentium populo sacerdotium datum: audi quomodo Petrus dicit de fidelibus. Genus, inquit, electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem. Habes ergo sacerdotiũ, quia 3
gens sacerdotalis est, & ideo offerre debes hostiam laudis, hostiam orationis, hostiam misericordiæ, hostiam pudicitiæ, hostiam iustitiæ, hostiam sanctitatis. Hæc ille. AVCTOR. Iam uides sacerdotium populi, & eius officium sibi ipsi popularis sacerdos erit uita non obsequio deditus alieno. Offerre, inquit, debes Deo hostiã laudis, hostiam orationis, hostiã misericordiæ, hostiam pudicitiæ, hoc est sacerdotium populi & uiri & fœminæ. Sub hoc tamen nullo ausu debes appetere non concessum, quanuis Witcleff te incitet, dicens prædicto ca. 9. Patet secundò ex dictis, quòd sic omnes sancti uiri & fœminæ membra Christi sunt sacerdotes, quia sacrũ dantes. Hæc Witcleff, AVC. Sic sunt sacerdotes ut membra, sed non sacrum dantes p officia ecclesiæ publica, sacerdotibus propriè designata. Cane uocem Chore contra Aaron sacerdotẽ, Omnis, inquit, multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus. Cur eleuamini super populum domini? Hæc est iam uox Witcleff, ut omnis populus sit sacerdos, & ne ideo eleuetur presbyter ordinatus, sed ait Moyses, Mane notum faciet dominus qui ad se pertineat, & sanctos applicabit sibi. Totus populus sanctus est. Scio, singuli sacerdotes in Christo: sed si ita fueritis sacerdotes uos mares & fœminæ, ut cunctis passim liceat ordinari, & sacramenta singula ministrare Dominus notum faciet, & ex sanctis singulariter istos sanctos applicabit sibi. Saltem etiam non minore auctoritate estis reges, quia sacerdotes super terram Apoc. 7. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus sup terram. Vsurpent ergo temporale regnum terretium contra regem, qui non timent cum sacrilego Hieroboam usurpare sacerdotium publici ministerii contra Christum. Excedunt † tamen moderni hæretici Dathanitas, qui in omni seditione sua mulieres nominatim *non petierunt in *abiudicium meo.
stitui. Excedunt item, quia Dathanitæ propinq tate generis ultra totum populum, qua sacerdo tium tunc posit eis pertinere, gaudebant. Erant enim & ipsi leuitæ per Caath.
¶ Præsumptores Witcleuistæ sola suis fœminis communi sanctitate uendicant potestatẽ. Qualiter notat locum contra temerarios in sacerdotes 3. li. dialog. ca. 5. CHRISOS. Propter quod 5
† qui despiciunt scilicet sacerdotes, magis mihi rei, quàm Dathan, & Abiron uidentur, digniq maiori supplicio, quoniam illi & si indebitum honorem usurpare uoluerant, tamen magnam habebant ministerii æstimationem, cuius se uel le fieri participes uel temeritate docuerunt.
Hi uero quantò huic officio plus honoris accessit, & in gloriam promouit amplissimam, tantò plus ex aduerso quam Dathan & Abiron atque ausu maiore delinquunt. Hæc ille. AVCTOR. Multum honoris & gloriæ amplissimæ addidit Christus nouo sacerdotio supra

Sacerdotũ contemptores peiores sunt, quam Dathan & Abiron.

Nu. 18.

Orig. To. 1

Origenis locus 1. Pet. 2

uetus, & tamen in ueteri sacerdotio nulla fœmina ministrauit, quanquàm de regno sacerdotali tunc esset & ideo tunc sancta uel si cum reliquo populo tangeret offerendo sanctum tabernaculum unctum, tunc peculiarius esset sancta, nunquàm tamen ut sanctus sacerdos. Quod notat in hunc locum Exod. 30. Omnis qui tangit illud, sanctificabitur. lib. quæstionum Exo. quæstione 119. AVGVST. Per hoc quod ait, sanctificatio erit uobis: cum hoc populo Israel uniuerso dici iubet, non uideo quid intelligam, nisi quòd licebat eis, quando ueniebat cum suis quisq; muneribus tangere tabernaculum, & tangebatur, & 8
signabatur propter illud oleum, quo cuncta sunt peruncta, & hinc dictum, Omnis qui tangit sanctificabitur, non tamen sic quemadmodum sacerdotes, qui ut sacerdotio fungerentur, *ungerentur ex illo. Hæc ille. AVCTOR. Triplex
6 † ergo distinctio sanctitatum. Sunt sancti primò professione uitæ, qua se regunt, & deo dedicant tanquàm reges & sacerdotes priuati. Sunt sancti accessu publico, & sanctarum rerum attactu. Et item sunt sancti unctione & ordinatione publici ministerii: & hac sanctitate non pollẽt sancti priores quantalibet uigeant sanctitate uitæ, & operum deuotorum. Omnis qui tangit sancti
fungerẽtur, ungebantur. ficabitur, inquit lex, non tamen sic quemadmodum sacerdotes, ut exponit Augustinus, qui ẽt ut sacerdotio * fungebantur, ungerentur. Pul-
7 cherrimè † contra blasphemiam Witcleff de mũdano honore, quem nostris imponit episcopis, quando honorantur sublimiter. Et toram litem retorquens in uitam humilem & abiectam uitã solam laudat, ordinationis sublimitatem non aspicit, sed dicit seditiosè cum Chore. Omnis multitudo sanctorum est. Cur eleuamini super populum per mundanum honorem? Non ita mi Witcleff. Hic honor est honor ordinationis, honor ecclesiasticus, non mundanus, honor, quẽ doctor gentium profitebatur se nolle unquàm negligere, dicens, Quandiu Apostolus sum gentium, ministerium meum honorificabo. Quod Chrysostomus iam supra notanter designans, Huic, inquit, officio multum honoris accrescit, & in gloriam promouit amplissimam. Ecce honor officii, & gloria, hoc honore seipsum eleuã dum cognouit Vincentius laicus. Vnde libr. 2. contra eundem humilis. AVGVST. Quamuis enim nos insignitius uidearis attingere, eo quòd dixit, Homo cum in honore esset non intellexit: quia in quo tu non es honore sumus ecclesiæ, tamen etiam tu es in honore naturæ ut pecoribus præferaris. Hæc ille. AVCT. In homore sumus ecclesiæ, in quo tu non es: nos sumus propter summum sacerdotium, tu non es propter laicatum. Et libro registri epistola 32.

Exo. 30.

Aug. To. 4

Nu. 6

Re. 11.

Aug. To. 7 2. 8.

ad Ioannem Rauennatum episcopum GREGO. *Gre. To. 2*
Mouere autem nos non debet præfati excellentissimi uiri Romani Patricii animositas, quia nos quantum eum loco, & ordine *premimus, *præ-
tantum si qua sunt eius delicta leuiatolerare ma *mus.*
turè & grauiter debemus. Hæc ille. AVCTOR.
Hunc honorem nullus non sic ordinatus potest attingere, quia inæstimabiliter transcendit omnem uitam huius temporis, quam de condigno mereri non possumus uel uita uel moribus, sed sola gratia largientis: qua gratia diuinæ legis dispensatione, non ut Witcleff iam dixit propter signa humanitus adinuenta. Sed † de natura sexus cunctæ mulieres redduntur exortes, si uerbum absolutum non recipis, audi quid eque absolute li. 3. dialogorum Basilii c. 8. definit CHRI *Chr. To. 5.*
SOS. Hæ omnes bestiæ, hisquè plures in illo scopulo nutriuntur, a quibus si simul quispiam captus fuerit, in tantam necesse est eum pertrahi
B seruitutem, ut studio etiam mulieribus placendi ea nonnunquam faciat, quæ referre quoque turpe sit. Nam cum illas diuina lex exortes ministerii sacerdotalis effecerit, illæ tamen se conantur inferere. Et quoniam per se agere nihil possunt, per talios cuncta sufficiunt, tantumquè potentię uendicant, ut & criminari, & expellere, quos liberit, audeant sacerdotes: sicque peruertunt omnia, ut illud prouerbium uideamus impleri,
9 Rectores † iis, qui regebantur, subiici. Atque *Prouerbiũ in rectas a fœminis*
utinam uel uiri id auderent solum. Nunc autem illæ id faciunt, quibus nec dicendi facultas permissa est, quid dicam docendi? quas nec in ecclesia loqui sinit beatus Paulus. Ego autem audiui loqui de his referente quodam, quòd tantũ confidentiæ sibi uendicent, ut corripiant etiam ecclesiis præsidentes, & magis illis abutantur, q̃ domini mancipiis suis. Hæc ille. AVCTOR.
Quod dixisti non posse probari de toto iure ca
C nonico & ciuili, de iure diuino audi probatum: illas, inquit, diuina lex, exortes ministerii sacerdotalis efficit. Vbi autem lex hoc effecerit, audi quid dicat, Quibus nec dicendi facultas permissa ust, & quid dicam docendi? quas nec in ecclesia loqui sinit beatus Paulus. Hac lege usus erat contra eas supra beatus Ambrosius reprobans Cataphrygas. Cum apostolus, inquiens, mulieres in silentio in ecclesia esse doceret, isti eis docendi adhibent potestatem. Audi iterum quali *Chr. To. 4.*
ter in hac lege probat hoc mentem Hom. 9. super primam ad Tim. idem CHRYSO. Dicit, quo
niam loqui eas nolo. Vndique igitur uolens eis abscindere occasionem loquelæ, vt neque doceant ait, sed ordinem discentium habeant. Ita iniungens silentium & subiectionem ostenderat loquax quodammodo hoc genus esse. *1. Tim. 2.*
Propterea ipsum undique contrahit. Adam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulier semel docēdo subuertit omnia.

enim,ait,primum psalmatus est,demum Eua. Et Adam non deceptus est,Eua autem decepta, in transgressione facta est. Sequitur. Edocuit 10† scilicet mulier,quandoquè uirum, & omnia subuertit,& inobedientiæ obnoxium fecit. Propterea subiecit Deus,non quia principatu, magis autem quia paritate honoris malè usa es ad uirum tuum,erit auersio tua. Et infrà. Simpliciter edocuit semel mulier,& omnia subuertit: ꝓpterea ait,nè doceat. Quid igitur ad reliquas, si illa hæc passa est,& ualde grauius hoc imbecille & leue,hæc igitur de reliquo:de natura hæc fœminæ disputat. Non enim dicit hic,sed Eua decepta,immo,sed mulier,quod est communis generis magis quàm Eua. Quod ergo omnis natura in transgressione facta est per illam, sicut de Adā,ait,in transgressione similitudinis Adā,qē typus, & forma futuri:ita & hic,hoc est mulicbre genus transgressum est,hoc est humanum. Quid igitur non habet salutem? Vtique ait. Quam utique ait habet? Eam quæ per filios. Et B sequtur. Acsi diceret,nè anxiemini mulieres quoniam generi uestro detrahitur. Dedit uobis deus & aliam occasionem salutis, filiorum educatio- 1 nem,ut non solum per uosipsas,sed & per filios saluemini. Hæc ille. AVCTOR. Bene di- 2 scussit Chrysostomus intellectum Apostoli de silentio mulierum, quod eis iniunctum est communiter quo ad sexum,simul & subiectio: propterea, inquiens, subiecit eam Deus, quia non 5 principatu,sed iam paritate malè usa est, probatque hanc pœnam sexus esse per uerbum illud, mulier decepta est, & ibi, de reliquo seu de cætero de natura disputat. Fœmina, quæ hanc 6 pœnam recepit in sexu sicut Adam secundùm speciem,totam infecit naturam: salutem tamen 8 suam procurare concessum est mulieri per filiorum educationem,& partum corporeum: sicut 9 uiro filios spiritualiter parere per sacerdotis ob 10 sequium. Quod simpliciter est in prima femina, C per hanc legem Pauli secundum sexum totum fęminis interdictum. Ideo libro. 2. dialogorum *Chr. To.5* Basilii cap. 2. CHRYSOSTOMVS. Cum uerò quæritur quis ecclesiæ præponatur, & cui gubernatio credatur tantarum animarum. Totus † pri- 11 mum muliebris sexus cedat necesse est magnitudini huius officij, uirorum quoque pars maxima relinquetur. Hæc ille. AVCT. Totus ecce muliebris sexus cedat necesse est officio regiminis animarum. Qualiter ergo contra ius diuinum concedit Pepuzianus iste Witcleff puellæ suæ papatum,& bene propter suā prædestinationem ualere facta papalia,quam Deus suspendit ab initio,& secūdùm totum sexum decreuit ineptam? Et quem sexum totum excepit beatus Petrus tunc caput ecclesiæ,limitans omnem eccle- *Act. 1.*

siam in electione Mathiæ ad uirum tantummodo eligendum,cùm ibi mulieres deesse non possent in numero centum uiginti hominum. Oportet,inquit, ex his uiris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore,quo exiuit, & intrauit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis,usque in diem,qua assumptus est a nobis,testem resurrectionis eius fieri nobiscum unum ex istis Actuum. 1. Si oportet ex his uiris assumi testem Apostolum, non uidetur si testem Magdalenam,aut aliam quamlibet fęminarum ad hunc apostolatum assumeret,testimonium toti mundo ualeat fęmininum,prꝫter apostolica gesta plura.

¶ QVOD SACERDOS SIMPLEX non ordinat sacerdotem, nec secundum Dei legē & ecclesiæ sanctiones hoc potest,si episcopus non fuerit CAP. LX.

SVMMA.

Ordinare presbyterum quòd solis episcopis pertineat contra Witcleff. 1
Diotrepes hæresiarcha tempore diui Ioannis euangelistæ. 2
Witcleff alter Diotrepes. 3
Ambitio,& uanagloria ex opere bono. 4
Sacerdos simplex sacerdotem non creat. 5
Christus caput,& summus pontifex,quòd apostolos suos ordinauerit presbyteros,et ipsi præfecerunt episcopos. 6
Presbyteri ꝙ non nisi ab episcopis fuerint creati etiam in primitiua ecclesia. 7
Responsio ad Armachanum dicentem,secundum sacerdotem in lege constituere summū pontificē. 8
Hierarchia quid. 9
Episcoporum officia, quæ presbyteris exercere non licet,describuntur. 10

1 QVi † iam incumbit ordinare presbyterum? Recens est hæreticorum promotio,postquàm ab Apostolorum temporibus hucusque nil aliud,nisi quod solis episcopis pertineret,sciuit ecclesia, quorū *Tim.5.* uni Paulus dixit,Manus citò nemini imposueris neque communicaueris peccatis alienis. Econtrariò disceptat Witeleff, contra fidem hoc licere simplici sacerdoti,ita ut ab eo ordinatus, sine omni trepidatione ministret,capit. 11. de papa uersus finem. Vlterius,inquit,notandum finaliter,ꝙ deficiente quocunque papa cæsareo, uel quocunque eius prælato usque ad simplicem sacerdotem, ipse sufficeret ministrare qualiacunque sacramenta in scriptura sacra fundabilia, uel

uel etiam sacramentalia,quæ post dotationē ecclesiæ licitè sunt adiecta. Hæc Witcleff. AVCT. A
8. Io.2. Dicant papa & episcopi,dicant antistites orthodoxi cum Ioanne in canonica tertia. Is qui amat primatum gerere in eis Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc si uenero commoueam eius o-
Beda pera quæ fecit uerbis malignis garriens in nos. Vnde in expositione huius loci Beda. Diotrepes ut uidetur,erat hæresiarcha temporis illius aliquis superbus,& insolens, malens noua docendo primatum usurpare scientiæ, quàm antiquis sanctæ ecclesiæ,quæ Ioannes prædicabat,humiliter auscultare mandatis. Vnde bene Diotrepes speciosus,insulsus,siue decor insaniens interpꝛtatur,ut perfidiam cordis etiam nomine signet.
3 Hæc ibi. AVCT. Talem † nostrum Witcleff iam habent episcopi,qualem Ioannes Diotrepē qui primatum Apostoli affectat. & ideo primatum quantum potest subtrahit à ueris primatib. Totum ait quod potest,ne seipso habeat melio- B
Chr. To.1. res,ne clariores in scientia, nec in sacris exercendis mysteriis potiores. Qualiter Iudæi Christum zelabant, prout Homilia. 40. imperfecti CHRYSOSTOMVS. Inomni re ex ipsa re
5 nascitur, quod rem exterminet,ut pote in ligno ex ipso ligno nascitur teredo uermis, ipsum lignum exterminans:ex uestimento nascitur tinea uestimentum comedens:ex holeribus nascitur uermis,holera corrumpens:sic etiam in spiritualibus ex ipso eorum in spirituali proposito inimicus occasionem sumit, unde eis retia tendat qa à seipso nihil agere pōt,nisi occasionē ex nobis accipiat. Ideo unumquemque hominem secundum conditionem & statum, quem inuenit circa eum, sic inde aggreditur contra eum.
Ambitio et uana gloria ex opere bono. 4 Vt putà bellatores de uirtute nascitur contentio,inter dignitosos de ambitione honoris surgit inuidia,inter diuites de acquisitione fit zelus. Quid dicam? Inter ipsos *melicos, qui uana & ludibria exercent,de ipsis ludibriis sibi inuicē aduersantur,ut qui peiùs deridetur, melior existimetur. Inter sacerdotes, qui ad ornamentum populi, ad ædificationem sanctitatis positi sunt, ex ipso eorum ministerio diabolus colorem accipit,& eorum bonum ministerium corrumpit,ut hoc ipsum bonum, malum fiat, dum propter homines fit. Tolle ergo hoc uitium de clero,& ne hominibus iusti apparere uelint, & sine labore omnia uitia resecantur. Ex hoc enim uitio nascitur, ut ne uelint inter se habere meliorem, sicut nec Iudæi Christum. Hæc ille. AVCTOR. Ex uitio ergo ambitionis pestiferæ est,ꝙ Witcleuistæ nolint habere meliorem simplici sacerdote episcopum,nec ipsum habere ministrum a sua simplici potestate diuersum. Ipse,inquit Witcleff,sacerdos simplex sufficien- C ter ministraret qualiacunque sacramenta in scriptura sacra fundabilia uel etiam sacramentalia quæ post dotationem licitè sunt adiecta. Timeo nulli dicere sacramentalia nostra non passim esse licita,& non nisi post dotationem inuenta. Quod quàm dixit falso, in superius iam dicti digessi, & adhuc dicam in posteris. Quod autem dicit hic de potestate simplicis sacerdotis, ne intelligeretur solùm uerum in tali casu dato, ipse uersus finem capituli subiungit, notando peccata ordinantium, & dicta sanctorum de simonia episcopi ordinantis. Pauci,uel nulli forent clerici à prælato cæsareo ordinari, ideo nō debemus timere de talibus, dum secundùm puram conscientiam de iustis operibus obseruamus ordinem clericalem,quia tunc Deus supplet uicem episcopi. Et subdit pòst. Ordinatum per unum simplicem sacerdotem non oportet timere de presbyteratu uel aliàs ordinari, dum tamen ritè fecerit officium clericale, quia sufficit prudens reputatio cum diligenti officio, Deus enim tunc supplet: quia aliter quilibet recipiens sacramentum de suo præposito fluctuaret. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nouum † hoc, & recens 5 in terra, quòd per simplicem presbyterum ordinatus sacerdos ministraret intrepidè, requirit ualida probamenta. Requirit enim ptobari, quod simplex sacerdos habeat potestatem ordinis,aut officii taliter ordinandi. Quòd si habeat, quid oportebit dominum in ordinatione sua supplere uicem episcopi? Quòd enim est plenum,supplemento non indiget. Non est ergo potestas illi taliter ordinādi, si requiratur ꝙ suppleat ordinationi eius uicē epi. Et unde tanta libertate promittis supplementum diuinum ei, qui sic ordinare conatus, potestati resistit episcopi? An ne audisti quendam magnum episco- C pum dicere, Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit? confer ista simul, & securum *Rg.12.* reddis istum, quem decipis, quòd Deus aderit ei promptus,qui Dei ordinationi resistit. Si autem non habet simplex tuus sacerdos potestatem taliter ordinandi, qualiter sine ordinatore ministrabit ordinatus intrepidè, nisi confisus in insensibili Dei ordinatione mundo abscondita, quam tu denegas consequenter, dicens potius debere hominem pati simoniam præpoliri? Primò igitur exigo à te, quod tu semper requiris a nostris, qua auctoritate scripturarum hæc sustinēs, maximè cùm contra consuetudinem ecclesiæ catholicæ ista doces? Exigo a te, qui contra consuetudinem peremem ecclesiæ presbyteros ordinas, quod exigit Augustinus à Cresconio contra ecclesiam denuò baptizante. libro primo contra eum capitulo 34. AV- *Aug.To.7* GVSTINVS. Ab hæreticis uenientem probā

Sacerdos simplex sacerdotē nō creat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ba te in scripturis denuò baptizatum. Nam & A
Io.13. nos præferimus Petro dictum, Qui lotus est semel, non opus habet iterum lauari: sed etiã uos dicitis, quòd Petrus non fuerit apud hæreticos baptizatus, Proinde quia uos nec potestis proferre de scripturis, quarum nobis est communior authoritas. Sequitur infrà. Neq; enim parui momenti habendum est, ꝙ cùm inter episcopos anterioris ætatis quàm esse incepit pars Donati, ista quæstio fluctuaret. Sequitur. Hoc per uniuersam catholicam, quæ toto orbe diffunditur, obseruari placuit quod tenemus. Hæc ille. AVCT. Ita dico ex quo nihil de scripturis affertis, non parum esse debet, ꝙ primis ecclesiæ hoc placuit quod tenemus. Hortor ergo si quid potes ut auctoritatem sufficientem adducas, aut in scripturis sanctis, saltem sancti dicas exemplum. Nos de
6 hac re nihil hucusque suscepimus, nisi ꝙ† Christus caput & summus pontifex Apostolos suos ordinauit presbyteros, & ita ipsi præfecerunt B
episcopos.

¶Paulus instituit Titum presbyterum & episcopum Cretensem, ipsumque uoluit ordinare episcopos deinceps, & sacerdotes, dicens in epi-
Ad. Tit.1. stola ad eum. Huius rei gratia reliqui te Cretæ. Sequitur. Vt constituas per ciuitates presbyteros. Paulus instituit Timotheum episcopum Ephesi, dicens ad eundem in epistola. Sicut rogaui te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam.

¶ Et Eusebius lib. 3. ecclesiasticæ historiæ utrũque docet, quomodo, & quo ritu constituat episcopos, & diaconos. Ipse quoque & Barnabas
Act.14. iam Apostoli constituti euangelizantes Derben, & reuersi in Listram, Iconium, & Antiochiam cõstituebant illis per singulas ecclesias presbyteros. Actuum. 14. Et illos iam constituerant epi-
Act.20. scopos, quos solebant per ciuitates constituere: C in una autem ciuitate multos presbyteros. Cùm item esset Paulus Mileti, mittens Ephesum, conuocansque ad se presbyteros ciuitatis, ait illis, Attẽdite uobis, & uniuerso gregi, in quo spiritus sãctus posuit uos episcopos, id est presbyteros secundũ Hieronymum, quia in una ciuitate non poterant plures esse episcopi, ut dixi suprà lib. 2. Et regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo: Actuum. 20. Sic quòd ubi omnia promiscuè agebantur in primitiuis ecclesiis, ut dixit 7
Ambrosius, nunquàm licuit presbyteris simplicibus ordinare sacerdotes. Nec dicit Paulus presbyteris Ephesinis, ordinate presbyteros, sicut Timotheo & Tito episcopis, sed solùm quòd sibi, & gregi attenderent. Et ne quis uacillet de in-
Act.13. stitutione Pauli & Barnabæ, de quibus dixerat Spiritus sanctus discipulis Antiochiæ, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos: putans eos non ab episcopis, sed à simplicibus sacerdotibus Apostolos ordinatos ab eis, qui tunc morabãtur Antiochiæ, auscultandi sunt Petrus Comestor hic, & maiores, dicentes istos duos post Sancti spiritus missionem missos Hierosolymam ad Apostolos Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui gauisi sunt audito mandato Spiritus sancti: & ipsi ieiunantes, & orantes, imposuerunt eis manus ad modum ordinandorum, & hoc circa annum, 13. post ascensionem Christi: & post hæc iterum ascendit Paulus illuc ad annum Christi. 14. ut ait Beda in libro retractionum Actuum. & de quo ait Apostolus ad Gal.2. Galath. 2. Deinde post annos. 14. iterum ascendit Hierosolymam, & tunc apostolus factus ibi, iterum uenit Antiochiam. Vnde in expositione Rabanus. Actuum RABANVS. Apparet eos ab Hierosolymis Antiochiam reduisse in opus apostolatus. Hæc ille. AVCTOR. Et super hunc textum primo Paralip. 26. Porrò Zachariæ filio 1.Para.26
eius uiro prudentissimo &c. consonanter ait GLOSSA. Significat, inquit, doctores gentiũ, qui à primis prædicatoribus ad prædicandum ordinati sunt. Vnde orantibus discipulis, & ieiunantibus ait Spiritus sanctus. Segregate mihi Act.13.
Paulum & Barnabam. Hæc ille. AVCTOR. Et libro secundo de origine officiorum capit. 5. Isidorus. ISIDORVS. In actibus Apostolorum ex præcepto Spiritus sancti Paulo & Barnabæ ab Apostolis manus impositæ sunt ad euangelizandum. Hæc ille. AVCTOR. Quod iam dictũ est de primis prædicatoribus, Isidorus exprimit de Apostolis. Quod autem obtendit LIRA nõ sic esse de textu, ideo potius putandum aliquos episcopos illic fuisse de Hierosolymis, & ipsis ordinasse, sed nec hoc est de textu: ideo potius est putandum patribus in historiis esse credendum. Maximè cùm exemplum præcesserit de Mathia in cœtu apostolico constituto, qualiter & dicta auctoritas canit, quòd à primis prædicatoribus ad prædicandum ordinati sint primi, non erant nisi Apostoli. Sed esto quòd erant ab ipsis ordinati, pro nobis hoc est. Quòd autem fuerant simplices sacerdotes, pro deductione Witeleff, restat probandum. Restat inueniendum item alicubi per scripturas, aut ex orthodoxorum monumentis, quòd quis præter episcopum ordinauerit sacerdotes. Quòd † quidẽ in primitiua ecclesia non licuit, cum esset rudis ecclesia, & penuria ministrorũ: imò semper episcopis singularis erat prærogatiua dignitatis, annexa iam aliis. Sed ob
licit Armachanus Ricardus libro. 11. quæstionum Armenorum. Secundus sacerdos in lege constituit summum pontificem, aliter cùm esset unus tantùm, ipso mortuo, quis eum constitueret? cùm ipse semetipsum non posset sanctificare,

Presbyteri non ordinabãt episcopi, creati enim in primitiua ecclesia.

ficare, uel ungere: sicut post Aarõ successit Elea
3 zarus, Eleazaro filius eius Phinees. Nouerit † qui
Responsio ad Armachanum. Heb.7. sic obiicit, solam electionem, & successionem carnis tunc uim ordinationis habuisse: secundùm illud Apostoli ad Hebræos. 7 Lex enim homines constituit sacerdotes in principio. Post Aaron autem quia iam erant pauci, potest non absurdè dici, quòd ungebatur pontifex, & uestiebatur à secundi gradus sacerdotibus per eorum obsequium, non excellentiam. Post modùm uerò sub Dauid ideo instituebantur multi, ut ea facerent nouo pontifici, & ne contenderent. Apostolus ad Hebræos. Plures facti sunt sacerdõtes secundùm legem, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: plures non successiuè tantùm, sed simul: & non sacerdotes præcisè simplices, sed 24. magni suis uicibus ministrantes, à quorum semper quibusdam summus pontifex poterat conscrari, eo quòd singuli morte prohiberentur permanere. Hoc autem tempo-
B re Dauid erat, in primordiis autem legis aliter. Vnde quæstionum lib. Liuiti, quæstio. 18. Au-
Aug.To.4 GVSTINVS. Quæri etiam potest post mortem Moysi quis ungebat successorem summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto non utique poterat? An qui iam unctus erat inter secundos sacerdotes, idem quippe fuit oleum, quo summus & secundi ungebantur. Vestem tantùm sumebat ille pontifex, qua eius summitas appareret: & si ita est, utrum ipse sumebat, an cum alius induebat, sicut & post eius mortem Moyses filios fratri sui? Si ergo ab alio uestiebatur nunquid non poterat à secundo summus, præsertim quia talis erat uestis, ut eam ab alio indui necesse fuerit. An sic induebatur priùs ut etiam postea? Non enim semel indutus non eam ponebat, aut cùm posuisset, non eam resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, ut secundi uestirent primum, scilicet, obsequendo, non ex
Nota. C cellendo. AVCTOR. Hoc ergo fixo, secundus, aut simplex sacerdos non ordinat aliquem sua auctoritate legitima. Interroganti ergo quis pontificem præordinasset, aut quomodo in notitiam uenire debuerat quis ita succederet, respondit ibi AVGVSTINVS. Vnde autem appareat quisnam filiorum summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitum,
9 aut maiorem scriptura definit: nisi intelligamus aliquo diuino indicio fieri solere, siue per prophetiam, siue quolibet alio modo, qui consuli Deus posset, quanquam ex eo peruenisse res uideatur, ut postea plures fuerint propterea summi sacerdotes, quia contendentibus excellentioribus, litis finiendæ causa, pluribus honor ipse tribuebatur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc sufficiat, quòd summum sacerdotem inferiores possent instituere obsequendo, non propterea excellendo, sicut hodie episcopi possent archiepiscopum inuestire: & ut dicit Hostiensis, Cardinales dominum nostrum Papam nulla sua ordinatione promouentes, sed simpliciter induẽtes, aut decenter præparantes canonicè ordinatum. Et quæ consequentia ut ideo ordinent sacerdotem, & sua nuda auctoritate sacerdotij dignitatem constituant? Notanter ideo distinxit Augustinus iam, quòd infimi sacerdotes uestiebant pontificem obsequẽdo, non excellendo: imò nec excellendo, nec coæquando, sed solummodo obsequendo. Quæliter ergo sufficit Armachani ratione summus sacerdos alios simplices sacerdotes, nec dignitate præcedat, quando eos instituendo non eum æquiparant, sed ei obsequuntur ut paruuli: sicut dixi supra libro secundo. Pater est qui filios procreat. Et habet conceptum differentiæ & substitutionis sacerdotum. Episcopos habebant Apostoli, & primitiuæ patres ecclesiæ. velut docet parte. 6. capit. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Hie- *Dionys.* rarchicæ autem manus quidem impositio simul manifestat teletarchicam protectionem, sub qua ut pueri sacri circunsequuntur, paternè ipsis quidem habitum & uirtutem sacerdotalem tribuente. & ibi in Græco. Signa qualiter pueri dicuntur. Hæc ille. AVCTOR. Cuncti autem secundum sanctos sacerdotes simplices episcoporum filij sunt, secundum spiritum, sicut secundi sacerdotes legaliter instituti erant filij Aaron primi pontificis secundum carnem: idcirco nec his nec illis incumbebat unquàm ordinare presbyteros, sed omnia referuntur in patrem diuinæ generationis episcopum: sicut & ipse omnia ordinabat in Christum: prout capi. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Vt enim *Dionysius.* omnem hierarchiam uidemus in Iesum terminatam, sic unamquamque in proprium diuinum hierarcham. AVCTOR. Vbi in commento LINCOLIEN. Etenim dominus Iesus est terminus initialis, & principium efficiens, & terminus finalis omnis hierarchiæ, & ipse est qui omnia operatur, & adimplet. Sic unusquisque Hierarcha se habet ad propriam suo principatur subiectam multitudinem. Dicitur itaque Hierarchia † in hoc loco, multitudo uni Hierarchæ subiecta in quãtum habens Hierarchã caput: hic *Hierarchia.* autem ordo prius omnes inferiores ordines & eorũ potestates in se contineri, & omnia opera tur, quæ illi: & illi nõ operãtur, nec possunt nisi in eius uirtute & potestate: plura uero potest & operatur hic ordo, quæ non possunt ordines inferiores. Sequitur. Quod enim inferiores faciũt secundùm proprias uirtutes suorum ordinum, hoc in eis, & per eos facit Hierarcha, qui ordi-

Nota quomodo Cardinales ordinãt summũ Pontificem.

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Episcoporũ officia.

10 nes eis tribuit. Plura autem facit per se solum, quæ alii facere non possunt, ut pote sanctificat sacrum unguentum, & eo confirmat baptizatos consecrat altaria, & ecclesias, ordines celebrat, quæ presbyteri facere non possunt. Hæc ille.

AVCTOR. Ecce episcopus ordines celebrat, & alia, quæ presbyteri facere non possunt. Quòd si dubites commentatoris alloquium, auctorem audias per se loquentem: dixit ipse DIONYSIVS. Sed neque ipse sacerdos erit nisi ab hierarchicis perfectionibus ad hoc sortitus. Vnde diuina legis positio Hierarchicorum ordinum sanctificationem, & diuini unguenti perfectionem, & sacri altaris perfectionis operationem diuinorum Hierarcharum perfectiuis uirtutib. singulariter in hæreditatem segregauit. Hæc ille

AVCTOR. Iam iudicet Witcleff si rectè dixerit, quòd dotatio Cæsarea hanc episcopis sanctis sublimem potestatem induxit ad ordinandum clericos, ad confirmandum noviter baptizatos, ad dedicandum altaria, & sacras ecclesias, ad sacrum item oleum consecrandum. Attendat patrem Dionysium si eum agnouit. Audiatque docentem, quòd ipsa lex diuina sanctis episcopis & hierarchicis perfectiuas uirtutes ista faciendi singulariter in hæreditatem segregauit ante dotationem. Nonne Dionysius ante dotationem? nonne diuina lex? ergo post dotationem simpliciter Witcleff mendax.

¶AD PRIMVM ARGVMENTVM Armachani, quòd simplex sacerdos potest ordinare episcopum uice episcopi. CAP. LXI.

SVMMA.

1 *Witcleff argumentum, quòd simplex sacerdos suppleat episcopi uices in ordinando presbyteros.*

2 *Armachani ad secundum argumentum solutio, dicentis simplicem sacerdotem posse ordinare episcopum.*

3 *Sacerdos summus, quod sacerdotes minores instituat, sacerdos autem minor parem sibi non ordinet.*

4 *Ordinatus à non episcopo, quomodo non habeatur pro ordinato, & ut ritè ordinetur, quod ad suum currere debeat episcopum.*

5 *Witcleff peruersum dogma. Non oportere ordinatum per unum simplicem sacerdotem timere de presbyteratu, &c. confutatur.*

A 1 HANC hæresim, q̃ simplex sacerdos suppleat episcopi uices in ordinando presbyteros, arguit Witcleff illo. 11. ca. probans hoc ex tribus. Primò ex hoc, q̃ sacramenta, & ritus, quos Deus singulariter summo sacerdoti instituit, potuit, & debuit inferior sacerdos in defectu summi sacerdotis perficere: sed longè minoris ætatis sunt traditiones humanæ post dotationem in istis adiectæ, ergo multo magis ipsas supplere sufficit sacerdos simplex inferior. AVCTOR. Hæc Witcleff ex Armachano. Armachanus sic habet in libro 11. de quæstionibus Armenorum, cap. 6. Quando ille summus sacerdos erat infirmus, aut somno nocturno, aut alia causa pollutus, ita ut fieret immundus usque ad uesperam, sicut Leuitici 15. Deutero 22. aut usque ad septimum diem Ezechielis. 45. alius eo minor offerebat super altare incensi uesperè, & manè: quoniam oblatio
B præcipiebatur fieri per singulos dies manè & uesperè ritu perpetuo Exo. 30. nec omitti potuit. Vnde constat, quòd minores sacerdotes exercebant in casu maiorum opera sacramentalia.

Hæc ille. AVCTOR. Hist duobus peritis historiographis legis Dei si quis responsalis occurrat redarguens, atque probans hac uia, quòd simplex Diaconus posset missas celebrare, peccata dimittere, corpus Christi conficere, & huiusmodi singulariter incumbentia officio sacerdotum, quid isti reagerent? Nam secundi sacerdotes legis haberent sibi singulare offerre sanguinem uictimæ, fundentes per altaris circuitum. Item detrahere pellem hostiæ. Item artus eius in frusta cõscindere, Leuitici primo: & tamen Leuitæ in casu possent ea facere pro eis, aut cum eis: sicut in
C phase, *Ezechielis. 2. Paralipomenon. 29. Sacerdotes uerò pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus: similiter in Phase Iosue, capitulo 35. Asperserunt sacerdotes manus suas sanguine, & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorũ, & separauerunt ea. Ratio paucitatis sacerdotum erat, quia tempore Achaz idolis seruiebãt. Vnde redeuntes non statim admitterentur officiis, sed deprimerentur ad minima, iuxta illud Ezechiel. 43. Omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel, sed & Leuitæ, qui longius recesserunt à me in errore filiorum Israel, & erraverunt à me post idola sua, erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus. Ecce in hoc casu copiæ offerentium, & paucitatis sacerdotum Leuitæ supplebant officia sacerdotum, quæ eis erant singularia. Quare ergo diaconi simplices nostri non possent legitimè conficere corpus Christi, immo & loco eorum ordinare

Ezechiel.

Iosue 11.

A nare presbyteros, si contingeret, sicut supponitur de episcopis, raritas sacerdotum? Assumeret ergo Witcleff, quòd hoc possent simplices sacerdotes uice episcopi facere, quòd non esset episcopo simpliciter singulare, qualiter consecrare uirgines est ipsi singulare, quod cum eius mandato supplere potest sacerdos. Ordinare presbyteros, aut dedicare basilicas, est ipsi singulare simpliciter ratione dignitatis capitalis, & hoc ex lege Dei, dixit Dionysius. Sic est singulare presbytero baptizare in fantes, corpus Christi cõsecrare est per eminentiam singulare: primum ergo dato casu potest iuuare diaconus, nequaquàm uerò secundum. Vnde super prædicto Paralipom. in annotationibus suis Cantor parisiensis. Pelles holocaustorum detraherent. Ergo suppleat Leuita uices sacerdotis, præterquã in conficiendo, si minus poterit adesse sacerdos. Hæc ille. AVCTOR. In casu huius eminentiæ singularis singulariter stat argumentum Ricardi: quando (inquit) summus sacerdos erat in-
B firmus, aut aliàs carne pollutus, sacerdos minor offerebat pro eo super altare incensi. Magna audacia sic dicentis, sed nihil ex auctoritate probã tis. Beatus autem Augustinus has & consimiles inquirens cõtingentias sacerdotis, hanc conclusionem fugit à procul, propter illud apostoli ad Hebræos, In secundo autem solus pontifex semel in anno. & alias uias assignat ex textu. in libro quæstionum quæstione. 67. AVGVSTIN. Si uxores ducere, uel filios gignere, non uetabantur summi sacerdotes, magna oritur quæstio, cùm lex etiam coniugali concubitu hominem immundum dicat usque ad uesperam, etiá cùm abluerit corpus suum aqua, & iubeatur summus sacerdos bis in die quotidie intrare intra uelum, ubi erat altare incensi, nec quenquam immũdum fas erat ad altare accedere, quomodo id summus sacerdos implebat, si filios procreabat? Nam si ægritudo ei accidisset, quis loco eius fungeretur, si quis inquirat, Respondeti potest, q̃ gratia Dei non ægrotabat. Nunquid etiam de filiorum procreatione respondebunt? Vnde fit consequens, ut aut contiuens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum, aut si illud nõ intermitti posset, quia non nisi per summum sacerdotem necesse esset imponi, ipse non fieret immundus coitu coniugali merito præcipuæ sanctificationis suæ. AVCTOR. Continuat usque
in quæstione. 70. Vbi AVGVSTI. Ego dominus, & dices illud in progenies uestras. Omnis homo quicunque accesserit ab omni progenie uestra ad sancta, quæcunque sanctificauerint filij Israel domino, & immunditia eius in illo, exterminabitur anima illa à me. Ego dominus Deus uester. Ablata est omnis dubitatio, nemi-
C nem sacerdotum, uel summorum, uel secundorum debuisse accedere ad sancta, si immunditia eius in ipso esset. Erat ergo consequens continẽtia sacerdotis, uel quòd propter filiorum procreationem aliquibus diebus non imponeretur continuationis incensum, quod à solis summis sacerdotibus solebat imponi manè & uesperè. Quoniam quidem post coitum coniugalem etiã loto corpore immundus erat usque ad uesperã, à quo id necesse erat imponi. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd semper interdicit Augustinus secundis sacerdotibus, facultatem adolendi incensum loco summi sacerdotis: supponit casum ægritudinis, & soluit ipsum Dei gratia non ægrotasse aliquando, ne diceret aliquem loco eius fungi, imò semper interfecit incensum à solis summis sacerdotibus solere imponi, & quòd ab ipso necesse erat imponi. Libro autem retractationum. 2. capitul. 55. soluit, dicens non omnino consequens esse sacerdotem esse continentem, si incensum uesperè poneret, q̃a immundus erat nisi usque ad uesperam. AVGVSTINVS. In tertio libro, ubi de summo agitur sacerdote quomodo creabat filios, cum haberet necessitatem bis die ingredi in sancta sanctorum, ubi erat altare incensi ad offerendum incensum manè & uesperè, quò non posset, sicut lex dicit, immundus intrare: & eadem lex dicat immundum fieri hominem etiam ex concubitu coniugali, quem iubet quidem lauari aqua, sed & lotum dicit immundum esse usque ad uesperam. Vnde dixi consequens fuisse, ut aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: non uidi non fuisse consequens, potest enim sic intelligi, quod scriptum est, immundus erit usque ad uesperam, ut uespertino iam tempore incensum mundus offerret. Tum propter creandos filios post matutinum incensum mixtus esset uxori. Hæc ille. AVCTOR. Soluitur ergo argumentum commune Ricardi & Witcleff, quòd non propter immunditiam contingentem ex carne, non propter infirmitatem casualem occurrentem debuit sacerdos secundi ordinis illud sacrificium incensi facere loco primi: quanuis unicus esset primus tot annis usque ad Dauid: quo ergo iure Dei, aut quo iuris exemplo posset simplex sacerdos noster ardua sacrorum episcoporum facta præsumere, isti, qui tantum iuris, usurpant, probent uel semel. Fallor enim, si unquàm tempore ueteris legis, aut per nouæ legis primitias factum esse reperiant, aut unam auctoritatem directum. Summus autem sacerdos constituit regulariter sacerdotes minores, sicut breuiter in libro quæstionum Leuitici quæstione. 14. recitat. AVGVSTINVS. Hoc enim

Cantor Parisiensis.

Mal. 7.

Aug. To. 4.

Aug. To. 4.

Aug. To. 1.

Aug. To. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim sequitur,& dixit.In die,qua uxeris eum, A
non dixit,uxeris eos,cum a sacerdote sacerdotes ungi præcipiat.Hæc ille. AVCTOR. Sic
3 summus† sacerdos sacerdotes minores instituit, sacerdos autem minor parem sibi non ordinat ista lege: immo nec per totum tempus ecclesiæ sic factum est:& si esset factum,probaretur illicitum,sicut Hispalensis concilii gesta produnt, ut habetur lib.2.ca.57.Vnde ex definito cõcilii manauit edictum. CONCILIVM Hispalense.

Concilium Hispalense

Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest,solus auferre non potest. Hæc Ibi. AVCTOR. Sed inquit Witeleff,sic quilibet recipiens sacramentum fluctuaret de præposito, nè fortè ordinans non sit episcopus. AVCTOR. De illo,quem constat,uel constare debet catholicè ordinatum, quis fluctuat nisi Witeleff? Si
4 †autem ad tantum noluitur dubium,ut constare non possit,intantum illicitum est ei, qui non est episcopus,ordinare,ut pro non ordinato habebitur ordinatus à tali,& ut ritè ordinetur, ad B
suum curat episcopum.* ut habet distinctione. 66.Gregorius.Presbyteri,quos reperisti,si incogniti fuerint uiri illi,qui ordinantur, & dubium est eos episcopos fuisse an non qui hos ordina- 5
uerunt,si bonæ actionis uiri fideique catholicæ 1
sunt ipsi presbyteri,& in ministerio Christi, om
nique sancta lege edocti, ab episcopo suo bene 2
dictionem presbyterarus suscipiant, & consecrẽ
tur,& sic ministerio sacro fungantur. Hæc ille.

**ut habetur disti. 68.c.presbyteri ex Gregorio.*

5 AVC. Peruersè † ergo nimis Witeleff edocuit, 3
ordinatum per unum simplicem sacerdotem nõ
oportet timere de presbyteratu,uel alias ordi- 4
nari,dum tamen ritè fecerit officium clericale,
immo sic timeat,ut non ministret, sed si bonæ
actionis & fidei fuerit, aliàs ordinetur, inquit 5
Gregorius.Sufficit prudens reputatio cum diligenti officio dixit Witeleff. At iterum restat ut probes.Ecce cuncta penè de suis loquitur cõtra fidem iste tàm sciolus scripturarum.Si enim 6
ab illo quis putet se accepisse aliquid, qui dandi C
caruit potestate,qualiter hæc est prudens reputatio?Quòd autem hanc impotentiam deus supleat,quis tibi dixit tantum Dei consilium? Si non mihi credis,audi ecclesiam.Vnde Petro pastorienſi episcopo & Rustico Abbati Vallis umbrosæ,ut* habetur prima q.ult. Daibertum. VRBANVS SECVNDVS. Daibertũ à Neczelone licet à simoniaco nõ à simoniacè eiusdem confessiones reprimus in diaconum ordinatum.Beati Innocentii Papæ sententia constat declaratum, 1
quòd Neczelon hæreticus,quem constat ab hæreticis ordinatum,quia nihil habuit, dare nihil potuit ei,cui manum imposuit, nos ergo tanti pontificis auctoritate firmati, & Damasi Papæ testimonio roborati,qui ait,Reiterari oportere

**Habetur causa 1.q.7.c.Daibertum.*

quod malè actum est, Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum,atque utilitatib.ecclesiæ ingruentem Diaconum constituimus: quod non reiterationem existimari censemus, sed integram diaconii dationem, quandoquidẽ ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit:Hæc ille AVC. Delinat ergo Witeleff mentes fascinare fidelium, promittens ordinatis à non habentibus potestatem, quod quamuis ipsi non possint,Deus suppleat,nili probare poterit quòd Deus hoc suppleat in laico ordinante, uel fœmina immo in equo suo, dum ruminat paleas,aut si ipse se ordinet,Deus supplebit. Non est hæc prudens reputatio,q̃ ista sufficiant. Aut sic in Dei supplemento ipso confidere.Cuius in concilio amputat omne dubium dicens, quia q̃ nihil habuit,nihil dare potuit,&habet consequẽter Damasus in subsequenti capitulo.

¶AD SECVNDVM ARGVMENtum Armachani,& Witeleff, de æqualitate potestatis ordinis. C. LXII.

SVMMA.

Armachani,& Witeleff ad secundum argumentum de æqualitate potestatis,solutio.

Summi pontificis in lege ueteri consecrationis ritus describitur.Et in quo distabat ab aliis sacerdotibus ostenditur.

Potestas ordinis quòd sit æqualis,quomodo debeat intelligi.

Ordinare,aut chrismare,uel dedicare Basilicas, q̃ non sit potestas ordinis,sed dignitatis sacerdotij consummatæ.

Sacerdos,pontificum scilicet,& minorum argue re paritatem,quia olim omnes uno nomine sacerdotes,aut in commune presbyteri uocabantur,quàm parum faciat,ostenditur.

Antistes qui sit,& unde dictus.

SEcundò arguunt ad hoc Ricardus & Witeleff, Potestates ordinis sunt æquales, nec minuitur potestatis & iurisdictionis executio nisi de quanto rationabiliter est restricta: sed deficiente superiore pontifice non supereſſet,qui rationabiliter ista restringeret,ergo de communi lege Dei licet inferiori presbytero in casu posito, pficere ministerium assignatum. Hæc Witeleff eodem cap. 11. AVCTOR. Quòd† dixit, deficiente pontifice,& in casu posito hoc conatur efficere,quod sæpe proposuit, actu,scilicet,euacuare episcopos,quia tunc sufficient omnia facere sacerdotes. Armachanus autem hæret assumpto, q̃ potestas sacramentalis est æqualis, pro quo, inquit,

Argu.

Solutio.

Num. 20 inquit,uidetur operari factum Moysi de præce A
pto domini,de quo Numero.20.quòd Moyses spoliauit Aaron uestibus suis,& induit Eleazarum filium eius.Vbi nulla fit mentio de aliqua noua consecratione Eleazari, qui fuerat sacerdos antea ordinatus. Hæc ille. AVCTO. Quid autem hoc operatur,iam scire desydero. Nunquid hoc sufficit ad plenitudinem potestatis,aut parum tibi uidetur quòd nisi uestem patris accepit? Tu autem post disputationem prolixam incipis ipsi largiri capitis unctionem, quæ sum mis tantùm,secundis uero nullatenus concedebatur.Hoc certum est,quòd† omni eo ritu,quo
2 summus Aaron sacerdos consecratus est,& filii eius successiuè in ingressu sacerdotii summi sanctificari iubenturisic enim scriptura dixit, Vestem sanctam,qua utitur Aaron,habebunt filii eius post eum,ut ungantur in ea, & consecrẽtur manus eorum.Septem diebus utetur illa, q̃ pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonii ut B
Exo.29 ministret in sanctuario. Exod.29. Ecce uestem, ecce unctionem,& ritum. Vnus omnino est eiusdem Aaron & filiorum eius succedentium ipsi in pontificatu legali.Dicendo ergo Eleazarum indutum uestę patris,cætera intelligenda lex no bis commisit, quæ minora sunt.Sed de ritu consecrationis pontificis regulariter requisita sunt unctio capitis,& consecratio manuum, quæ põtificem magnum ab sacerdotum minorum cœtu discernunt.Vestis tamen plus aliis erat ipsi in dicium summitatis, prout quæstione. 19. super librum Leuitic.AVGVS. Idem quippe fuit oleum quo summus & secundi ungebantur. Vestem tantum sumebat ille pontifex, qua eius summitas appareret.Hæc ille.AVCTOR. Idem ergo oleum fuit,non autem minori sacerdotum oleũ mixtionis cum sanguine hostiæ, ut autumat Nicolaus,dicens, Minoribus sacerdotibus manus *dog.To.4* non unctas,sed uestes aspersas. AVGVSTI- C
NVS. Dixit,quòd eodem oleo uncti primus & secundi: sed primus in capite, secundi ad manus. Vnde non in hac unctione apparuit summitas huius pontificis sicut dicit Ricardus, sed sicut dicit augustinus in uestę, quæ erat à schemate minorum omnino diuersa. Vnde *Orig.To.1 lomi.8* Homilia sexta super Leuiticum ORIGENES. Quòd autem dixit,Et applicuit Moyses filios Aaron,& induit eos tunicas, & præcinxit eos zonas,& imposuit eis cidaras sicut præcepit dominus Moysi: Attendendum est quæ sit differentia horum sacerdotum ad maiora sacer 3
dotia.Istis neque bina indumenta traduntur,neque humeralis,neque rationalis, neque capitis ornatus, nisi tantum cidaris,& zonæ, quæ tunicam stringant.Et isti ergo accipiunt sacerdotii gratiam,& isti funguntur officio,sed non ut ille qui humerali,& rationali ornatus est,qui manifestatione & ueritate resplendet, qui aureæ lamine ornamento decoratur.Hæc ibi. AVCTO. His ergo uestibus distabat apparenter summus sacerdos à sacerdote minore,non dico tantummodo,sed maximè:quia summus sacerdos item ut dixi,capitis unctione distabat:communicabat autem cum eis etiam manuum consecratione,si cut in Isagogis Leuitici ca.12.ISID. Dixit do- *Isidorus. Leu.12* minus ad Moysen.Pontifex,id est sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est oleum unctionis,& cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt,uestitus est sanctis uestibus Hæc ille. AVCTOR.Quomodo ergo non distat summus sacerdos in consecrationis suæ cultu,à consecratione minorum? Quid laborat Ricardus ad attenuandum solennitatem Eleazari, nè ita ut pater eius solenniter consecretur? Vestem,inquit,patris tantum assumpsit:quomodo hoc?quia amplius scriptura ibi non pronuntiat. Scire debuit,quòd sub sacramento uestis,cætera facta debent intelligi:sicut alias sub sacramẽ *Orig.To.1* to unctionis,pectusculum impositionis, ut Homilia.6.in Leuitic.declarat. ORIG. Cum proposuerit dicere legislator hæc unctio Aaron & filiorum eius, non subiungit quæ esset unctio, nec qualiter unxisset,exposuit, sed hoc quidem insequentibus facit, nunc uero postea quàm dicit hæc unctio Aaron & filiorum eius, nihil de unctione subiungit:profecto ut ostenderet, q̃ hæc,quæ supra dixerat.i.pectusculumimpositionis,& brachium separationis, ipsa esset unctio Aaron & filiorum eius ne putaremus illa pro carnalibus dicta,sed ut doceret etiam sub sacramẽto unctionis inserta.Hæc ille. AVCT.Sæpe ergo sub commemoratione maioris,sacramenta omnia recoluntur, sicut Augustinus suprà dixit de baptismi cultu inter apostolos. Non igitur potestatis æqualitatem hac uia bene probat Ricardus sacerdotum maiorum & minorum, quia paucis sacramentalibus seperentur, nam petri summitas sacramentalibus adhuc paucioribus apud sensum in eius consecratione constituitur sine differentia unctionum sensibilium,assumptionum, aut uestium. Sic ergo propositio, quam assumpsit ad probandum consecrationem minorum sacerdotum inesse maioribus ratione ordinis, & sic communiter singulis conuenire, quia potestates ordinis sunt æquales, est ambigua, nec à sumentibus intellecta. Potestas† ordinis est æqualis rationem habentibus secundùm quam inest, hoc est uerum, non tamen æqualiter inest omnibus ordinatis. verbi gratia: hominem generare, naturam huminis sequitur, non tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis in natura humana hanc obtinet potestatem, quia non infans, sed uir perfectus in hac natura. Ita consecrare sacerdotes, sacerdotij sequitur potestatem, non omnis tamen sacerdotii, sed consummati. Cuiusmodi sacerdotii quia pater est summus & perfectus in ordine, solus potest generare minores, quia solus potest esse pater. Cæteri uerò iuuenes, & ad populum pædagogi, dicente illo summo pontifice Paulo, Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. 1. Corinth. 4.

1.Cor.4

Retento ergo hoc, quòd idem sit ordo sacerdotis minoris & episcopi, dicetur, quòd † ordinare, aut chrismare, uel dedicare Basilicas non est potestas ordinis, sed dignitatis in ordine sacerdotij consummatæ. In cuius figuram cùm pro uniuerso sacerdotio hostia offerretur, ratione tamen Aaron hostia consummationis est dicta, prout notat libro quæstionum Leuitici quæstione. 21.

4

Aug. To. 4

B AVGVST. Notandum sanè cùm pro populo offeruntur sacrificia, & pro peccato sacrificia iussa esse offerri, & holocaustum, & sacrificium salutaris: pro sacerdote autem oblatum fuisse pro peccato, & holocaustum consummationis, non autem salutare, sed consummationis, tunc oblatum est, quando sacerdotes sanctificati sunt, ut sacerdotio fungerentur: & hoc obtulit pro Aaron & filijs eius Moyses: postea uero Aaron ipse iam sanctificatus, & sacerdotio fungens, offerre pro se iussus est uitulum pro peccato & arietem in holocaustum consummationis quia tunc pro eo oblatum est ut sanctificaretur, consummatione, & sacerdotio fungi posset: quo iam quoniam fungebatur, non opus erat eum iterum consummari. Hæc ille. AVCTOR. Bene ergo pro consummato sacerdote sacrificiũ consummationis offertur, & quanuis pro sacerdote summo fiebat, tamen inter minores sacerdotes connumeratur, dum sacrificium consummationis offertur, ne ordo talis perfecta cõsummatione careret: Non enim sine pontifice sacerdotium consummatur, idcirco summa sacrificii redundat in pontificem. Pro sacerdote, inquit, putà summo, oblatum est holocaustum cõsummationis, ut consummaretur sanctificatione: ita † ut rebus bene perspectis, modicam rationem habet Ricardus ex eorum institutione, paritatem arguere sacerdotum, pontificum scilicet & minorum: multoque minorem, & penè rationis expertem, quia omnes uocabantur uno nomine, sacerdotes: aut in commune presbyteri: non tamen quòd hæc omnia fecerint isti ut sicut dicunt, nunc & olim omnes sacerdotes sint episcopi, quia sic communiter uocabantur presbyteri qui erant episcopi, ut apostolus ad

5

A Timot. Noli negligere gratiam &c. per impositionem manuum presbyteri, sui ipsius scilicet q erat episcopus, & qui bene præsunt presbyteri. &c. Sed ergo, dicunt isti, si Abraham & Melchisedech erant æqualiter presbyteri, aut etiam sacerdotes cum Melchisedech, eo quòd scriptura dicit eos presbyteros in Genesi, secundùm literam Origenis erant ambo presbyteri, Apostolus autem ad Hebræos probat Melchisedec multis uiis minorẽ Abrahã. Et quid putas, ut aliàs dixi, li. 5. quòd omnes Christiani erant in primæuis æquales apostolis, qui unà cum Apostolis uocabãtur uno nomine generali, discipuli, quousque Christiani primo Antiochiæ uocarentur? Actuum. 9. Aut putas, quod omnes Apostoli erant Christo pares, quia æquiparantiæ relatiuo uocabulo dixit, Vos autem dixi amicos? & alibi, uade, & dic fratribus meis? Et si erant tunc presbyteri minores ab apostolis quando dictum est seperatim de his, & illis actuum. 15. Statuerunt ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ex illis ad apostolos & presbyteros in Hierusalem. Sed excellentiam eorum probat, quòd Episcopi cum apostolis in culmine sacerdotii locum habent, libro de Spiritusancto, circa medium, DIDYMVS. Christo quoque operante in apostolis spiritus completum est ministerium, ut ipsi apostoli confitentur se in Christo loqui, & illud quod oculis suis uiderunt, & ministri facti sunt sermonis, id est, Christi, & ministeriorum dispensatores Dei: denique quasi principatum in sacerdotio possederunt, & initiatores fidei à Christo sunt demonstrati, dicente eis Christo Euntes, docete omnes gentes. Hæc ille. AVCTOR. Grandis ergo pars sacerdotii erat eis subiecta, cum eis non socialis. Mirandum, quòd homines callentes ingenio, tam ingentis pondus materiæ tam gracili filo auctoritatis appendunt, quasi sine præiudicio maiestatis non possum Regem militem appellare, nè ipsi milites cunctos adæquem. Sed dicunt, non hoc tantùm, sed apostolus simplices sacerdotes Ephesi appellauit Episcopos, Actuum. 20. Cue iam né seruus ille, cuius Petrus amputauit auriculam, Rex fuerit, quia dixit Euangelista, erat autem seruo nomen Malchus, quod Hebræa lingua Rex dicitur, sed sic falli possunt, qui uires uerborum scripturæ sacræ tanta leuitate discutiunt. Nempe antiqui patres solebant in ueræ etiam scripturæ sensu sensum expectare de uerbis. Qualiter & Homilia. 1. super Genesim. ORIGENES. Obseruanda sanè est scripturæ sanctæ etiam in uerborum ratione, cautela. Hæc ille. AVCTOR. Attendant ergo, & nouerint, qui

1.Tim.4.

Heb.7

Matt.8

Act.8

Act.20

Didymus

Ori.To.4

istis uerbis sua uerba componunt, quòd multa huiusmodi in scripturis per anticipationem, & electionem diuinam dicta sunt, nõ quia sunt iã actu talia, sed futura sunt. Quemadmodum ore Domini dicti sunt sacerdotes, Exod. decimono. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiam eos. Et iterũ, Sacerdotes autem, & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne interficiat illos. Tñ adhuc ullus sacerdos non fuerat cõstitutus. Sed & super librum Leuitici, in quæstionibus quæst. 23. AVGVSTINVS. Quando Moyse ascendente in montem, iubentur sacerdotes non ascendere, alios intelligere non possumus, nisi filios Aaron: non quia iam erant, sed quia futuri erant, hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationem, sicut sunt pleraque talia genera locutionum. Nam & filius Naue, Iesus appellatus est, cum longè posteà hoc nomen ei scriptura narret impositum. Ambo ergo tunc summi sacerdotes erant, Moyses & Aaron. &c. Hæc ille. AVCTOR. Hoc modo & sacerdotes constituti uocabantur Antistites, secundo Paralipomen. 39. Fratres Leuitæ eos adiuuerunt, donec impleretur opus, & sancti ficarentur Antistites. Non ideo, quia sacerdotes erant, dicti sunt, nisi diminutiuè, sed quia ex eis futuri erant. Vnde in libro interpretationis triformis. HIERON. Antistes † sacerdos dictus, quòd ante altare stet: primus enim est in ordine ecclesiæ, & supra se nullum habet, siue latinè, sacer dux. Antistites, sacerdotes, uel principes, siue episcopi. Hæc ille. AVCTOR. Talis ergo censetur uerus episcopus, & sic Antistes, qui est in ordine ecclesiæ summus, & dux, ita ut sit in ea princeps, uel Episcopus. Tales autem isti non erant qui supra se habebant Episcopum, sed quia tales futuri erant, tales forsitan dicebantur. Ita reputo presbyteros Ephesi Mileti congregatos, & dictos Episcopos, quia tales quidam eorum futuri, non quia tunc erant, sed in electione diuina iam erant. Et uidete differentiam, si dicat Dominus, ego te constitui: aut quis Propheta, Dominus te elegit, quemadmodum de Paulo, & Barnaba aut Spiritussanctus, Actuum decimotertio. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Si ipse iam assumpsit, quid humana addit assumptio? & tamen dixit, Segregate uos mihi, quos ego dudum assumpsi. Vbi in expositione. RABANVS. Deus ita futura cernit, ut præterita: assumpsi, inquit. Hinc uas electionis Paulus sæpenumero dicitur, & segregatum in Euangelium dei. Hæc ille. AVCTOR. Hoc igitur modo palã nosci pos

Exo. 19.

Aug. To. 4

Act. 13

Rabanus

Rp. 1

A sunt, quæ sunt secundum electionem, & anticipationem dicta, quando dicit Dominus, aut Spiritussanctus, sicut pro Paulo & Barnaba dicit Spiritussanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Sicut etiam de Hieremia, priusquam te formarem in utero, noui te, & prophetam in gentibus dedi te, &c. & ecce constitui te super gentes, & regna. Et hoc modo potuit elegisse Deus ex presbyteris Ephesi sic futuros Episcopos, & idcirco Paulum propheticè dixisse, Spiritussanctus posuit uos epos regere ecclesiam Dei, Spiritum sanctum præmittens, qui ita præterita eligit in futura: bona enim institutionis est sors, ubi quem Deus elegerit, homo consummat. Nec dicat Witeleff (ut solet) sufficere item regulariter inter homines electionem Dei sine humana institutione sequẽ te: quia diuina neminem fallit electio, nisi dicat inaniter exegisse Spiritum sanctum segregatio

Hier. 1.

B nem Pauli, & Barnabæ per homines, postquàm per spiritum sanctũ sint assumpti: aut superfluè commouisse paulum Ephesinos presbyteros attendere gregi Christi, priusquàm spiritussanctus posuit eos ibi Episcopos.

A D TERTIVM ARGVMENTVM Armachani, & Witeleff, pro defectu Episcopi ad ordinandum, & increpatur uterque, q de protestatione sua fidem excludat Ecclesiæ Cap. LXIII.

SVMMA.

1 *Causæ uniuersales, quòd priùs à Deo institutæ fuerint, quàm priuatæ, seù particulares.*
2 *Hæresum causæ.*
3 *Prædicata à Christo, & apostolis, quòd non sint omnia scripta.*
C
4 *Ecclesiæ interpretationi resistere, quòd sit nefas.*

TErtio iam confirmat argumẽta Witeleff per euidentiam Armachani in fine præscripti capituli, qa ex fide scripturæ Christus assistet suæ ecclesiæ usque ad finem seculi, sed irrationabilis, & increpandus fuerit, si exigeret à clero suo officiũ, & assistente potestate presbyteri ad faciendum hoc impediret ipsum presbyterum ad supplendum, ergo ex plenitudine potestatis Christi simplex sacerdos in tali casu haberet potentiam, ac sufficientiam ad ministerium tàm necessarium dispensandum. Hæc Wiceleff. AVCT. Quot glo bos uerborum assumit, ut difformiter irruat in errorem, quem procacissimè sustinet, supponens casum ab initio sacerdotii nunquam uisum. supponens item simplici sacerdoti il-

Arg.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam assistere potestatem, quod adhuc probandum est. Tertiò item supponens talem presbyterum impeditum à Christo ab exercitio potestatis sic habitæ in tempore necessitatis extremæ: ergo simplex sacerdos habet potestatem ad ministerium tam necessarium dispensandum. Multùm indecenter de spinis, & uepribus artifex iste tabulas planas dolat. Quis tibi hactenus denegauit Deum posse dare in casu urgente potentiam ordinandi simplici sacerdoti quemlibet sacerdotem? Sed cur hoc sine necessitate præsumis, quod Dei potestati, aut eius bonitati maximè in necessitate concedimus? Aut necessitatem rei tua uoluntate compensas, ita, ut quotiens tibi uidetur, sacerdos tuus simplex te concedente, habeat potestatem, quam Deus in arcta necessitate potest donare, si uelit: imò cur sine ordinatione presbyteri non habeat laicus potestatem, si ideò habeat simplex sacerdos huiusmodi potestatem, quia potest habere in necessitatis articulo? aut cur non Hieroboam bene constituit sacerdotes Witcleuistas, excogitans sibi in tanta necessitate consilium, nè currant omnes pro sacrificiis celebrãdis ad ecclesiasticos sacerdotes? Visa erat ipsi magna necessitas tunc, ut secundum quod scriptum est. 3. Regum. 14. tunc ageret. Fecit enim de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicũque enim uolebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum, & propter hoc peccauit domus Hieroboã, & euersa est, & deleta. Sic Micheas instituit sacerdotẽ de Leuita, impleus manum eius, & dicens, Esto mihi parens, & sacerdos. Iudic. 18. Et nonne puta Witcleuistæ, habita licentia, eijcerent sacerdotes catholicos præficientes suos? sicut scribitur secundo Paralip. 13. Eiecistis sacerdotes domini filios Aaron, & Leuitas, & fecistis uobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum. Quicunque uenerit, & initiauerit manum suam, &c. statim fiet sacerdos eorum. Aptius conijcere poterant sacerdotes debere concurrere, ut non existente Pontifice, qui ordinet sacerdotes, ipsi promouerent Pontificem, quod saltem in ueteri lege uidere potuimus, quod adhuc in nulla lege iustè factum comperimus, ut minor sacerdos ordinet sacerdotem. Sed ✝ super hæc omnia prouidus rerum deus, ut prius uniuersales causas instituit, quàm priuatas, prius cælum condidit, q̃ in Zodiaco signum Cancri, ita prius sacerdotum magnum edidit, quàm priuatum, prius Melchisedech sacerdotem magnum, quàm Aaron in pontificatu Leui. Prius Aaron magnum Pontificem, quàm seruos suos minores presbyteros. Prius Christum filium suum instituit magnum animarum episcopum, quàm Petrum, aut Paulum, aliosve apostolos. Prius Paulum quàm Titum. Priusque Titum, quam sacerdotes, quos Tito iussit instituere apud Cretam. Quòd si omnino conijcias futurum in hac ordinatione defectum incipere à nouissimis, secundùm institutionem Christi, potest enim uerum esse illud philosophicum principium, quod scilicet est primum in compositione, in resolutione sit ultimum, sic enim maior cura est Deo prouidere sibi præpositum, à quo subditorum exigat rationem. Hic est seruus fidelis sacerdos apostolicus, quem constituit dominus super familiam suam in Matthæo. Et in imperfecto, Hom. 51. CHRYSOS. Sicut enim paterfamilias super possessionem suam uillicum ponit, ut non cum singulis colonis causam habeat, sed de solo uillico rationem omnium exigat. Si ergo inter colonos aliqua disciplinatio fœda fuerit, unusquisque pro suo delicto reus efficitur, uillicus autem si pro omni fide redditum suum bene reddiderit, unusquisque pro fide sua bene laudatur, Villicus autem pro fide omnium remuneratur. Sic Deus in populo sacerdotes ordinat, ut actuum eorum ipsi rationem discutiant. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo ideo constituitur sacerdos, ut pro cunctis ipse remunerationem accipiat, uidetur eum in prouidentia Dei plus omnibus requisitum. Non ergo prouidentiam suam ad minores sacerdotes adiiciet, relictis episcopis apostolorum hæredibus, de quibus directè in hoc loco HIERONYMVS. Pensa item cuius Pontificatum, aut summum sacerdotium gerunt Episcopi, Nonne Christi? Christus autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, non in scipso tantùm, sed in corpore suo, quod est ecclesia. Sic enim ei iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. In cuius item typum suscepit Simon, & placuit, ut summo sacerdotio fungeretur. Et scripturam istam statuerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, ut, sicut suprà dicitur, esset eis in ducem & sacerdotem æternum. Vbi in expositione huius capit. 24. libro 2. RABANVS. Peribolus græcè dicitur murus atrii domini, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu. Sequitur. In loco ergo celebri atrii domus domini ponebantur tabulæ æreæ, in quibus confirmatum fuerat per scripturam sacerdotium Simonis, & filiorum. Mystice autem Christi sacerdotium, hoc est, populi eius Christiani in atrio domus Domini, hoc est, in præsenti ecclesia, scriptura restificante confirmatur, & omnibus gentibus stabile & perpetuum esse declaratur. Vnde est illud, quod in Psalm. scriptum est, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos

1.Reg.14. *Iud.18.* *2.Para.13* *Causæ uniuersales ante particulares.* *Matt.24. Lu.12.* *Chr.To.2.* *Lu.16.* *Hie.To.9 Ad.7.* *Psal.109* *Rabanus*

cerdos in æternum. Hæc ille. AVCT. Non ergo uana formido terreat meum Witeleff de casu maioris sacerdotii, ut ita liberè minor instituat utrumque sacerdotium, quia & maius & minus à domino deo est, & utrunque dicit, dominus sollicitus est mei. Qui anteq̃ essent fecit ut essent, & ut sic essent, primum. s. a se, & secundum item a se, per primum ipse cùm iam sunt, prouidentiam non abiicit. Velut sup illud Psal. 29. Ego autem egenus & pauper sum. AVGVS. Quid tibi curaturus es, quid tibi prouisurus? habeat tui curam, qui fecit te. Qui habuit tui curã antequam esses, quomodo non habebit curam, cùm iam es, qui uoluit ut esses? Hęc ille. AVCTOR. His ergo argumentis communibus, Armachanus, & Witeleff contra necessitates sacrorum Antistitum in ordinando minores, unde lux ueritatis illuceat, nebulæ discussiæ sunt: attamen ne sic mens quieti suæ donetur, prouocat me multum, q̃ Armachanus in fine capituli, more Witeleff, nequiter se humiliat, dicens. Si cui uideatur contrarium, q̃ soli Episcopi habeant ex potestate sacramentali sacerdotali expressa in euangelio, aut in literis apostolicis, ordines conferre, oleum, altària, & ecclesias consecrare, & etiam confirmare, eius sententiam nullatenus reprehẽdo, sed eam libenter amplector: quoniam illi sententiæ magis conuenire uidetur usus ecclesiæ: dum tamen ipsam sententiã ex sacra scriptura confirmet. Hæc ille. AVCT. Conformiter & Witeleff solet dicere, sicut in 2. sermone domini in monte, ca. 17. paratus sum reuerẽter semper suscipere sensum alium quemcũque, dũ tamen ex scriptura, uel ratione uiuaci fuerit declaratus. Et ibi, cap. 40. Papæ, uel Cardinalibus non est credendum, nisi se in scriptura fundauerint, uel etiam ratione. Hæc Witeleff, AVCT. Excedit Witeleff in lægitate Ricardum, q̃ admittat rationem citra scripturam, Ricardus solam scripturam ferentem admittit, & scripturã expressam. Expressa, inquit, in euangelio, & ita quicquid fuerit legis Dei, quod non est scriptũ iuxta euangelium, hoc apud utrunque contenitur. Nam si contẽta tacitè in scripturis Witeleff *non acceptat, quomodo citra scripturam uiuacem suscipit rationem, cùm omnis ueritas, & omnis ratio contineatur tacitè in scriptura? Quid dixit ex scriptura uel ratione uiuaci, & nisi se in scriptura fundent, uel ratione, q̃ millesies dixit per opuscula. Et post hæc quid est, quòd neuter auctoritatem ecclesiæ ducit in medium, quæ post scripturas sanctas fidem uendicat sub pœna perfidiæ, de qua & symbolum, Credo sanctam ecclesiam catholicam. Vtrique ergo dico, quod Domat Augustt. Crede (inquit) orbi christiano dicenti tibi, sacerdotium Christi ab episcopis ministratum agnosco, aliud ab aliis inuisis & ignotis, ignoro. An tutum uidetur istis singula refutare, quæ sine expressione scripturarum catholica tradidit ecclesia? Nec ✝ illa credenda esse, ratio conuincit humana: hoc solo capiuntur hæretici. Omnes enim hæretici scripturas clamant. Nullus unquam catholicam ecclesiam toto orbe dispersam: ideo Saluator fideles admouit tales cauendos, qui in suis penetralibus Christi fidem constituunt, & dicunt, Ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Super quem locum commentario Matt. HIER. Nolite exire, nolite credere, quòd filius hominis in deserto gentium sit, uel penetralibus hæreticorum, sed q̃ ab oriente usque in occidentem fides eius in ecclesiis catholicis fulgeat. Hæc ille. AVCT. Hæc ipsa fides ecclesiæ, & eius auctoritas, quantum hominum supergreditur rationem, tantum fateor diuinæ legis auctoritati succumbit, sed tamen quæ minoris esset auctoritatis fidelibu sfi eam ecclesia non præferret? Si ergo sola auctoritate Christi credis euangelio, cur repellis testimonium eius, quando de se testatur? qui enim dubiè, aut mendaciter loquitur, fidem de alio nullam fecit. Ergo si uerum semper sit testimoniũ ecclesiæ, semper credenda est. si quandoque fallere consueta, in omnibus est suspecta. Hoc dico pro quanto primam fidem scripturæ non ab ipsamet scriptura, sed ecclesia teste, habemus pro summa: humana uero ratio, ut plurimum est hypocritica, ueritatem simulans, cùm non sit, ut probant hæreticorum dogmata, & inter ipsos philosophos fallaciarum Elenchi. Media ergo est inter supremam auctoritatem scripturæ, & infimam rationem, fides ecclesię, scripturas uenerabiliter attollens, & exhibens, & rationem uagam hominis ad hanc geminam auctoritatem quasi alligans zona Pauli. Diminutam ergo protestationem, ecclesiam tacendo mi Ricarde formasti, similiter & dilectus tuus Witeleff, ut autem plenam faciatis, uos doceat libro quarto de Trinitate capitulo octauo. AVGVSTIN. Ego causas quas teddidi, uel ex ecclesiæ auctoritate à maioribus traditas, uel diuinarum scripturarum testimonio, uel ex ratione numerorum similitudinumq̃ collegi, contra rationem nemo sobrius, contra scripturas nemo Christianus, contra ecclesiam nemo pacificus, senserit. Hęc ille. AVCTOR. Ita dicatis deinceps, si scriptura sacra, si ecclesię catholicę traditio, & sub his ratio humana suadeat, amplector liben

Aug.To.7. *Hæresum causæ.* *Matt.24.* *Hier.To.9* *Aug.To.3.* *Nota*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter. Hoc dicendo contra antiquam traditionem ecclesiæ non laxaretis auctoritatem ordinandi simplices sacerdotes aliis ab episcopis, non mẽdaciter imponeretis scripturis, quæ nusquàm uera sunt, non solueretis tam facili uento antiquũ ecclesiæ ordinem, quem quia non uultis attendere, non nouistis, nec seductis insontibus, damnationis suæ præambula dedissetis: qua item forma fastuosum Sabinum Iabertinum episcopum instruxit. libro. 7. regiſtri, epistola. 16. GREGORIVS. Si dispensationis ecclesiasticæ regulam, & antiquæ consuetudinis ordinem sollicita studuisses consideratione pensare, nec tibi aliqua illicitæ præsumptionis culpa subreperet, nec alii occasione tui peccati discrimen incurrerent. Hæc ille. AVCTOR. Ecce igitur antiquæ consuetudinis ordinem, & dispensationis ecclesiasticæ regulam in talibus dubiis sollicita consideratione pensanda, quia ipsa est multorum interpres, quæ scriptura non exprimit. Nam † illos omnes sermones, quos Christus paulò ante passionem manicanti plebi prædicauit in templo secundum Lucam: hi item sermones, & disputationes, quas Paulus per biennium Ephesi diffundebat in publico, ubi sunt? Et nunquid de lege Dei sunt? & tamen in theologia beatorum hic plenè tenentur, ut nec periit ex eis iota unum, uel apex. At ita de scriptore carnali dependent ut sine calamo in diuinis scripturis computari non possint, sed harum multæ, traditione maiorum inter ecclesiastica scripta currunt, quæ quãuis eas à purè ecclesiasticis iam temporis uastitate nescimus discernere, non minus sunt diuinæ: quas qui uiolare contendit, Christianus non erit: sicut suprà dixit August. Contra scripturas nemo Christianus. Sed ideò permisit ita esse sponsus ecclesiæ, ut sponsæ legis filii timerent atterere, quibus sponsus inseparabiliter leges suas miscuit. Attamen reputo omnes illas, quas uniuersa per orbem ab initio obseruauit ecclesia, aut quas omnes ecclesiæ hactenus obseruarent, si non hæresibus ueteranis essent abolitæ, purè ab apostolorum & Christi institutione, quamuis non tunc scriptæ essent, procedere: & inde capitale uitium esse sentire contra ecclesiam secundum partes. Vnde Homilia. 8. in Leuitic. ORIG. Vult enim peccatorem posteaquàm fuerit mundatus, posteaquàm remissionem per pœnitentiam accepit peccatorum de purgatione capitis admoneri, & barbæ, & superciliorum, uelut si diceret ei, Ecce sanus iam factus es, uides ne ultrà capitis contrahas culpam. Capitis enim peccatum est aliter, quàm fides ecclesiæ continet de diuinis sentire dogmatibus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc est quod dixi superiùs, quantumlibet emineat scriptura diuina sanctioni ecclesiæ, ipsa tamen taxabit sensum eius, quo aliter non posſis, & † cuius interpretationi resistere capitalis est culpa, dicit Origenes. Hanc autem ecclesiam Christi, ne dubites, Hieronymus iam prædixit ab Oriente usque in Occidentem fulgere. Cuius institutionem latissimam, si Ricardus recoleret, quomodo sacerdos minor parem sibi ordinare non posset, scripturas minimè formidaret asserere.

Greg. To. 2

Prædicata a Christo, & apostolis non scripta.

Ecclesiæ interpretationi resistere nefas.

Cur uoluit Christus ut non omnia scriberentur.

Orig. To. 1.

Io. 5.

¶ QVOD MINISTER ALTARIS est ordinandus, ordinatione instituta per ecclesiam, sacris indutus, tonsus, inuocationi subiectus Episcopi & impositioni manuum eius per crucis signationem. Capit. LXIIII.

SVMMA.

Sacerdos ordinandus, quòd ab ordinatore suo uestibus debeat indui.

Mitra, Tiara, & Tonsura clericorum.

Apostolum præcepisse tonsuram, & nudam debere clericorum seruare coronam ex decreto Aniceti Papæ ostenditur.

Tonsura quid sit in clericis.

Minister altaris quomodo in ipsius ordinatione subijcitur inuocationi episcopi, & manuũ eius impositioni per crucis signationem.

Episcoporum necessitas ab Augustino innuitur.

Episcopos solos uerbi Dei prædicando auctoritate potestatiua pollere.

Ephod quid sit.

Rationale Pontificis.

Episcopus quomodo in consecratione sui accipit supra caput scripturas, sacerdos uerò minor nõ ita, sed solas manus ordinantis.

QVid sibi uult, quòd Witcleff addit opus clericale, uel uitam, ut securum de sui ordinatione constituat sacerdotem, ignoro, sic tamen assumit, ut prius dixi, ordinatum per unum simplicem sacerdotem, non oportet de presbyteratu timere, dum fecerit officium clericale, quia sufficit prudens reputatio cum diligenti officio. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quomodo potest esse prudens reputatio, quòd ille eum ordinet, qui per omnes scripturas potestatem sic ordinandi unquam non habuit, & cui ecclesia nunquam hactenus contulit potestatem, & non insana reputatio, & blasphemia sit ista? Probat iã Witeleff. Si autem diligentia officii ut executio clericalis officij

officij ordinet sacerdotem, qualiter non erat Paulus apostolus, & sacerdos ante iusionem Spiritussancti, cùm tã solicitè exercuit officium apostolicum post baptismum ab Anania susceptum, prædicans in synagogis Damasci, quoniã hic est Christus? An fortè palpitando reputabit cum Ricardo, quòd per illam manuum impositionem Ananiæ, si non fuerit confirmatus, sit sacerdos effectus? maximè quia, ut libro quinto deduxi, Ananias tunc potuit putari fuisse sacerdos, & sic esset Paulus sacerdos tunc à sacerdote simplici ordinatus? Sed pro his omnibus reputationibus infundatis de ipso Paulo audiatur quid dicat, libro de laude Pauli, Homilia. 7.

Chry. To. 3

CHRYSOSTOMVS. Neque expectauit Petrum, inquit, nec uenit ad Iacobum, nec alium omnino quenquam, sed propria alacritate raptus ita totam illam, in qua fuerat baptizatus, prædicatione sua inflammauit urbem, ut sæuissimum contra se Iudæorum populum concitaret. Violentissimum enim persecutorem Christus in ardentissimum repentè prædicatorem immutauerat. Siquidem etiam cùm Iudæus esset, supra dignitatem suam multa faciebat, alligans, adducens, trahens ui publicos Christianos: sic etiam Moyses, cum à nullo in principatu populi ordinatus esset, contribules tamen suos à barbarorum iniquitate defendit. Hæc enim sunt fortis cuiusdam ac uirilis animi certa documenta, hoc signum propriæ liberæque sententiæ, nequaquàm in aliorum afflictionibus tenere patientiã, sed benignè, atque constanter eos, qui opprimuntur, tueri, etiam si nullo in hoc ordinetur officio. Quòd uerò instè arripuit opus principantis, Deus ostendit, hanc ei posteà conferens dignitatem. Id ipsum autem seruauit in apostolo Paulo, qui quàm ritè faceret ultrò arripiens initia sermonis ac doctrinæ, ostendit, cum doctoris honore sublimans. Et infrà. Irruit Simon, sed reprobatus est, & morte pœnitatus. Irruit uerò Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est. Nõ enim in sacerdotium, nec in honorem, sed in ministerium irruit, ac maximè in dolores hoc zelo & alacritate properauit. Propterea prædicator, propterea continuò efficitur clarus. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, nisi dignè impositum sibi administret officium, meretur etiam maiora supplicia: sic alter & si non ordinetur quidem, suscipiat tamẽ, & sicut oportet impleat, non dico sacerdotium, sed prouidentiam curam que multorum, omni perfecto honore dignissimus est. Hæc ille. AVCTOR. Diffuse, sed patenter ualde instruit iste sanctus catholicos, ne putent idem esse clericalis officij excutionem, & ordinem: dicens Paulum sacerdotaliter monuisse populum de uia Christi, & quantum inordinato licebat sacerdotij ministerium expleuisse ante ordinem habitum, & per hoc meruisse ordinari: & ideò est prædicator, id est, uerbi Dei doctor, ideò est ordinatus apostolus, secundùm quod ipsa primę ad Timothe. 3. ait. Qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt. Nec igitur imprudens tua reputatio sine causa, nec diligentia officij sufficit à iusto timore super sacerdotio adepto tueri presbyterum, nisi succedat ei ordinatio constituta in ecclesia, secundum potestatem illam, qua Paulus docuit Timotheum, dicens. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii: quia potestas episcopalis, uel sacerdotalis, cum prece mystica, tempore, quo manus imponit episcopus, suscepta est. Qualiter item super hunc locum in expositione sua lib. 5. notauit AMBROSIVS. Manus impositionis sunt mystica uerba, quibus confirmatur ad hoc opus electus, auctoritatem accipiens teste conscientia sua, ut audeat uice domini sacrificium Deo offerre. Hæc ille. AVCTOR. Hanc ergo precem mysticam, quam ordinando dixit episcopus, ab institutione apostolorum nouimus emanasse, quæ omne ecclesiasticum designat officium in ordinatione presbyteri, quòd item ritibus diuinitus ordinatis in ueteri testamẽto comparare non dedignabatur unquam ecclesia. Sed ideò constituit sacerdotem in ingressu nestitum uestibus sacris, cum stola oraria, ferentẽ manibus casulam, sicut Eleazarum post patrem Moyses ordinauit. Quem locum legis pulcherrimè nostris adaptat in epistola ad Vercellenses circa medium facer AMBROSIVS. Quid autem illud significat, quòd post defunctũ Aarõ sacerdotem filium eius indueret Eleazarum, nõ uniuerso populo, sed soli Moysi, qui est in sacerdotis, filium eius indueret Eleazarum, nisi ut cognoscamus, quòd sacerdos sacerdotem consecrare debeat, & ipse eũ induere uestimentis, hoc est, uirtutibus sacerdotalibus: at tunc si nihil ei deesse indumentorum aduerterit sacerdotalium, & aptè quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus. Supplicaturus enim pro populo probari debet à sacerdotibus, nè quid sit quod in ipso grauiter offendat, cuius officium est, pro aliorum offensa interuenire. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † sacerdos ordinandus ab ordinatore suo uestibus induetur, & hoc non à quolibet, sed à sacerdote. At ne simplicem sacerdotẽ cum Witcleff intelligas, sed summum, soli Moysi, inquit, imperauit dominus: cùm tamen minores presbyteri de filij Aaron non deerant, sed hi omnes unà cum populo sunt excluſi, quando soli Moysi dominus imperauit, qui sicut Eleazarũ

1. Tim. 3.

1. Timo. 4

Amb. To. 5

Amb. To. 3.

summum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

summum, ita filios Aaron minores instituit sacerdotes. Vestes autem solennes induere sacerdotes tempore sacrificii etiam ante hanc legem obseruantia moralis fuit in statu naturæ: sicut in Esau, sacerdotio, libro Hebraicarum quæstionum in Gene. HIERONYMVS. Et sumpsit Rebecca uestimenta Esau filii sui maioris, quæ erant desiderabilia ualde apud se domi. Hoc loco tradunt Hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse uestimentum sacerdotale, quo induti, Deo uictimas offerebãt antequàm Aaron ad sacerdotium eligeretur. Hæc ille. AVCTOR. Post † uestes, mitras. Sic Exod. 29. Filios illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque baltheo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras. Eruntq; mei religione perpetua. Has mitras uel ſtiaras clericorum tonsuræ designant. Vnde libro secundo de origine officiorum, cap. 4. ISIDORVS. Tiara apud uereres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex byſſo confecta rotunda erat quasi sphæra media: & hæc significatur in parte capitis tonsa. Hæc ille. AVCTOR. Tonsa est hæc pars capitis, & quasi carnalibus, & superfluis depilata, ut per sacrarum manuum impositionem, nouam potestatem ad remittendum peccata recipiat: hac ratione à primis Apostolorum temporibus docebantur ecclesiastici uiri caput tonsum & coronam gestare, quæ formam sphæræ prætendebat in uertice, & omittentes eam, canonicè accipere cogebantur, prout constat decreto Aniceti Papæ noni à beato Petro capit. 4. Anicetus. Prohibete fratres per uniuersas regionum uestrarum ecclesias, ut clerici iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum spæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & tonsura, & habitu discreti debent apparere. Sequitur. Hæc uobis fratres, ut petistis, custodienda mittimus, & custodire præcipimus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc notandum attendo, q̃ † dixit Apostolum præcepisse tonsuram istam, ubi scilicet docuit omnem uirum non nutrire comam: ibi a fortiori docebat omnem clericũ nudam seruare coronam, cõtra quam apostolicam iussionem superbi Lollardici Witcleuistæ in libello, quem scripserant ad Parlamentum Regis Angliæ Ricardi secundi, ausi sunt plenius blasphemate ponendo corollarium conclusionis suæ ibi. Secundò est doloroſum interludium hominibus sapientibus uidere episcopos ludere cum Spiritusancto in collatione suorum ordinum, quia ipsi dant coronas in characteribus loco alborum cerorũ, & hæc est liberata Antichristi introducta in sanctam ecclesiam ad coronandũ otiositatẽ.

Hier. To. 3 Gen. 28.

Mitra.

Tiara.

tonsura clericorum.

Anicetus

Liberata uulgo Laurea.

A Hæc ibi. AVCTOR. Albos ceruos dedit tunc Rex ille, qui prænobilis, militibus scilicet, & familiaribus suis, ut essent sibi secta electa: sic deliruit insipiens gens Witcleuistica, ignorans scripturas sanctas, & apostolica instituta, sed nec oraculis ecclesiæ credula, cuius ore iam loquitur Anicetus. Et de institutis clericorum cap. 3. RABAN. Tonsuræ ecclesiasticæ usus ab Apostolis introductus est, ut hi, qui diuinis cultibus mancipati domino consecrantur, quasi Nazaræi idest, sancti Dei crine præscisi innouentur. Est autẽ † in clericis tonsura signum quoddam, qđ in corpore figuratum, sed in animo agitur, scilicet, ut hoc signo in religione uitia resecentur, & in criminibus carnis nostræ quasi crinibus exuamur, atque inde innouatis sensibus, ut comis rudibus, enitescamus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc potestatem sacerdotes iudaici nesciebãt, discipulis uerò suis, & noui testamenti sacerdotibus Christus per antistitem suum manum imponens dixit, Accipe Spiritum sanctum, & tandem subiungit benedictionem super ordinandum cum cruciformi signatione solenni. Vnde ecclesiasticæ hierarchiæ ca. 5. DIONISIVS. Sacerdos ambos pedes inclinans ante diuinum altare, super caput habet hierarchicam dexteram, & hoc modo a perficiente ipsum hierarcha, sacrificiis inuocationibus sanctificatur. Minister † autem unum pedem inclinans ante altare diuinum, super caput habet hierarchæ dexteram, perfectus ab ipso ministrorum perfectiuis inuocationibus, unicuique autem ipsorum cruciforme insignitur à perficiente hierarcha signaculum. Hæc ille. AVCTOR. Notandum semp, q̃ hæc signacula fiebant cum inuocatione solenni nominis Dei, quam apostolus suprà dixit ad Timotheum prophetiam, quem modum loquẽdi habet 1. Corin. 14. Si autem omnes prophetent, id est, scripturas planè legant. Et lib. 1. contra Cresconium, ca. 34. AVGVS. De episcopis quidem clericis recipiendis alia quæstio est, q̃uis enim cùm apud nos ordinantur, non super eos inuocetur nomen Donati, sed Dei, tamen ita suscipiuntur, ut uidetur paci, & utilitati ecclesiæ conuenire. Neque enim episcopi propter nos sumus, sed propter eos, quibus uerbum, & sacramentum dominicum ministramus. Ac per hoc ut eorum sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita uel esse, uel non esse debemus, quod non propter nos, sed propter alios sumus. Hæc ille. AVCT. Hic uidetur † Augustinus necessitatem episcoporum innuere propter gubernandos populos, gubernationi sublimi, & administratione uerbi, non in prædicando tantum, sed & in sacramento dominico administrando illius sacramenti (quis dubi-

Rabanus

Tonsura quid.

Dion.

1. Cor. 14

Aug. Tom

dubitat) quod iam habet in manibus, quòd cum clerici ordinantur, inuocatur super eos nomen Dei, prout paci conuenit, & utilitati ecclesiæ. In hac autem prophetica inuocatione notificat episcopus ad quam formam hoc assumit, scilicet, ad formam secundi gradus post episcopos IN PRAEFATIONE. Vnde sacerdotales gradus, atque officia Leuitarum sacramentis mysticis instituta creuerunt, ut cum Pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatẽ, & operis adiumentum sequentes uiros, & secundæ dignitatis eligeres. Sequitur. Sicque in Eleazarum & Ytamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfundisti ut ad hostias salutares, & frequentioris officij sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum. Hac prouidentia Domine apostolis filij tui, doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus impleuerunt. Hæc ibi. AVCTOR. Bene elicit de scripturis, quòd hi non summi sint, nec q̃ modicum distent à summis secundi ordinis sacerdotes: in partem autem sacerdotij & sollicitudinis eorum uocantur maximè prædicationis uerbi Dei, sed non in totum. Ideò benè dixit inuocatio, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus impleuerunt. Et † propterea Petrus Parisiensis benè probat solos episcopos uerbi Dei predicando auctoritate potestatiua pollere. Vnde apostolus ad Titum post quàm dixerat, Oportet episcopum sine crimine esse: submittit, ut potens exhortari in doctrina sana. Et idcò in rationali pontificis peculiariter insertæ sunt ueritas, & doctrina. Et notat itẽ lib. 1. super Osee in commentario super hoc loco, Quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Seraphim HIERONYMVS. Pro Ephod, & Seraphim septuaginta sacerdotium & manifestationes transtulerunt. Sciẽ dum † autem, ut crebrò diximus, Ephod significare indumentum sacerdotum, quod in Exodo, & Leuitico à septuaginta dicitur superhumerale, ab Aquila indumentum dicitur. Sequitur. Hoc † intelligimus, q̃ in pectore, q̃ corde Pontificis ueritas esse debeat, atque doctrina, ut non solum sciat fidem rectam, sed quod nouerit, possit ore proferre. Quod & apostolus Paulus scribit ad Titum, dicens qualis episcopus ordinandus sit. Oportet enim episcopum sine crimine esse tanquam Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctũ, continentem, & amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit, & exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Hæc ille. AVCTOR. Copulat ergo traditionem apostoli Hieronymus de episcopo institutioni Pontificis ueteris in sanctificatione Seraphim superhumeralis rationalis. Et uestiendi genus nulli licebat sacerdoti minori, & cui cũ ipso amictu doctrina & ueritas non conuenit, sed soli rationalis Pontificis & sic in institutione pontificis nostri hoc ipsum inserit specialiter iuxta Paulum. Ex potestate ergo ordinis, nec Witcleff, nec Ricardus deducere ualent potestatiuè docere incũbere sacerdoti, sed sola legatione de summo sacerdotio ex culmine dignitatis. Vnde † & in consecratione sui Episcopus accipit supra caput scripturas, sacerdos minor non ita, sed solas manus ordinantis pontificis, sicut nunc, sic à principio. Vnde in sæpe dicto cap. 5. DIONYSIVS. Hierarcha quidem ad hierarchicam perfectionem adductus, ambos pedes in clinans ante diuinum altare, super caput habet tradita eloquia, & hierarchicam manum, & hoc modo à perficiente ipsum hierarcha omnino sanctissimis inuocationibus perficitur. Hæc ille. LINCO. Ponit super caput eius uolumen diuinorum eloquiorum & hierarcha consecratus ipsum, imponit ei manum, & per sanctissimas inuocationes perficit eius ordinationem in episcopum. Hæc ille. AVCTOR. Hanc impositionem manus in ordinatione sacerdotis comitantur in ecclesijs multis conformis leuatio manuum astantium sacerdotum: prout notat libro. 3. secundæ partis de sacramentis HVGO. Presbyteri cum ordinantur, episcopo eos benedicente, & manus super capita eorum tenente, omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus iuxta manum Episcopi super capita eorum leuant, atque Spiritum sanctum super eos, qui ordinantur, inuocant. Hæc ille.

Ose. 3.

Hier. To. 6. Ephod.

Rationale Pontificis.

Ad Tit. 7.

Dionysius.

Hugo. lib. 2. p. 3. cap. 11.

¶ DE OBSERVANTIIS IN ORDINATIONE SACERDOTIS, DE CONSECRATIONE TRIFARIA, DE MANUUM OSCULO, & ACCEPTIONE POTESTATIS AD REMITTENDUM PECCATA, & DE PRÆFATIONE EPISCOPI. CAP. LXV.

SVMMA.

1 *Manuum sacerdotis consecratio. Et quomodo tria concurrant ad illarum consecrationem. Et quæ sint.*

2 *Lira doctoris dictum, scilicet, non unctas manus sacerdotum in lege, carpitur.*

3 *Regum & Pontificum capita, quomodo oleo sacro perfundantur.*

4 *Presbyteris manus, quòd ungantur sicut & episcopis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopis. Et quare. Et unctio capitis quare ad episcopum specialiter pertineat.

5 *Sacerdotum in consecratione manuum impositio super hostiam in patena, & calice, quid designet.*

6 *Antistes, quomodo post trifariam manuum sacerdotum consecrationem, osculatur ordinatos. Et quid hoc significet.*

7 *Ordinati quomodo, & quibus uerbis à pontifice prolatis accipiant potestatem ad remittendum peccata.*

8 *Spiritussanctus q̃ per partes non detur.*

9 *Prædicatio nouis sacerdotibus ab Antistite facta.*

10 *Salutatio perfectiua quid.*

ACceditur propiùs ad consecutionem potestatis sacerdotalis, quæ præcipuè consideratur in consecratione manuum sacerdotis: de qua Exod. 28. uestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi. Hugo. Quod dixit dominus, uestes his omnibus. &c. In sacerdotum ordinatione cõplet antistes, reflectens stolam super humerum dextrum. Post inuocationem sancti spiritus stolam super utrunque humerum accipiunt, quæ in modum sustentaculorum munit dextrum latus, & sinistrum, ut ex hoc intelligant se per armaturã stitiæ à dexteris & à sinistris esse munitos, ut eos nec aduersa fragant, nec prospera extollant Hæc ille. AVCTOR. Quod dicitur hic, consecrabit manus, alia litera habet, consummabit. interdum tamen implebis: sed tamen alio ritu dicuntur ungendæ manus in consecratione, demum implendæ. Vnde lib. quæstionum. Exod. quæstio. 119. AVGVST. De Aaron & filiis Aaron cùm præciperet dominus loquens ad Moysen quomodo uestirentur & ungerentur, quid est, quod ait: Et implebis manum eorum ut sacerdotio fungantur mihi? An fortè muneribus quæ offerenda sunt Deo? Hæc ille.

Hugo li. 2. p. 3. c. 11.

Aug. To. 4

Manuũ cõsecratio.

1 AVCTOR. Hic † notandum tria concurrere ad consecrationem manuum sacerdotis. Primò implebantur manus eorum muneribus offerendis, quæ solito modo benedictiones uocantur in scripturis, eo q̃ in temporalium abundantia mercedem expectabant antiqui: & sic Isaac in benedictione sua stabiliuit Iacob in uino, & oleo, & dominatione fratrum. Et benedixit dominus Obededom, & omnem domum eius. 2. Regum 6. & hoc ritu primò, ut puto, à dei lege contracto, sicut hic Aug. sciscitatur in plebis manu. An fortè muneribus. Hieroboam impleuit manus extremorum de populo & fiebant & sacerdotes

Gen. 18.

A & Michas in lib. Iudicũ impleuit manus filii sui & factus est ei sacerdos, & post implenit manũ Leuitæ, & factus est ei sacerdos. Sed m in cõsecratione sacerdotaliũ manũ erat unctio. Aliud item earum manuum impositio sup caput uituli & arietis primi & secundi. Sed m hæc tria facer antistes primò replet manus ordinandi sacerdotis benedictione spũali, dicendo, Benedic domine, & sanctifica has manus sacerdotis tui ad consecrandas hostias, & præsta, ut quæcunq; sacrauerint, sacrentur. Cõsecrantur item manus sacri chrismaris unctione dicente epo. Consecrare & & sanctificare digneris quæsumus domine manus istas per istam sanctam unctionẽ &c. Quæ significat expansis manibus, q̃ nouum accipit sacerdotium post apertionem libro in Apocaly. Ioannis à Christi chrismate iam effluxum. Vbi in expositione Apoca. ad Anatholium HIERO. Modò liber eius resignatur, modò hostiæ oblationis intelliguntur, modò sacerdotum chrisma fabricatio ædis testimonio aperto intelligũtur. Hæc ille. AVCTOR. His † aduersatur doctor de Lyra dicens non unctas manus sacerdotum in lege, quia nec textus dicit, sed cùm tot expositiones hoc ipsum dicant, non audeo cum eo, singulis obuiare scriptoribus. Nam si Comestorem, & sequaces eius, Petrum scilicet cantorem Parisiensem, & Petrum Ioannis non recipit, cur non ueretur Augustinum, egregium Radulphum, & alios item magnos, ubi textus habet Leuitici. 7. Hæc est unctio Aaron, & filiorum eius in ceremoniis domini die, quo obtulit eos Moyses ut sacerdotio fungerentur. Ibi habet Homilia. 6. ORIGENES. Cùm proposuerit dicere legislator, Hæc unctio Aaron & filiorum eius, non subiunxit quæ esset unctio, nec qualiter unxisset exposuit, sed hoc quidem in sequentibus facit.

Hieron.

Lyra.

Orig. To.

B

2

C

Hæc ille. AVCTOR. Ista ergo est unctio, quã textus semel assumit, Origenes resumit, & unctio, inquiens, filiorum eius, ne tñ uideretur Aaron esse, sed æquè unctio filiorum saltem in manib. Tñ Nicolaus miro modo illam euacuat, dicens illam aspersionem esse sup ipsos, & uestes eorum de sanguine uictimæ, & oleo unctionis. Miror, q̃ conspersionẽ, unctionem dixit, cùm distincte scriptura eas proferat Leuiti. 8. Tulit unctionis oleũ, quo liniuit tabernaculum, cumque sanctificans aspersisset altare, septem uicib. unxit illud. Hoc item aspersus est Aaron simul cũ filiis, ibi uersus finem capituli, nec tamen sic unctus. unde quæstione 19. super Leuiticum AVGVSTINVS. Quæri potest post mortem Moysi, quis ungebat successorem summi pontificis, qui succedere nisi defuncto non poterat utique? An qui iã unctus erat inter secũdos sacerdotes? Idẽ q̃ppe fuit oleũ, quo summus, & secundi ungebantur

Cõtra hoc

Aug. To.

gebantur. Hæc ille. AVCTOR. Si idem oleũ, non hoc oleum aspersionis, & illud oleum unctionis. & libro sexto, capite primo super Leuiticum RADVLPHVS. De unctione filiorum Aaron nihil dicitur, cùm in Exod. dominus Moysi præcepisse legatur: cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque & illos, ut sacerdotio fungantur mihi: sed legislator dum multa, quæ sibi præcepta fuerant, se complesse notificauit, etiam pauca, de quibus tacuit, sub intelligenda reliquit. Quæ enim plurima compleuit, usque hodie secutantur: nam † regnum, & pontificum capita ex oleo sacro perfunduntur: qui autem minoris ordinis sunt sacerdotes, unctionem istam in manibus solùm accipiunt. Hæc ille. AVCT. Notat ecce magnus pater Radulphus, quòd antiquus ritus hodie perseuerat, quo unguntur capite pontifices, atque reges. HVGO tamen in rationali dixit, quòd ob reuerentiam Christi capiti translata est unctio regum à capite ad armũ dextrum: minorum autem unctio sacerdotum tenetur in manibus, & capitibus lib. prædicto. 3.

Radulfus.

3

B

4 Vnguntur † presbyteris manus sicut episcopis, ut cognoscant se hoc sacramento gratiam conferendi accipere, & opera misericordiæ erga omnes prouitibus exercere debere. Vnctio capitis specialiter ad episcopum pertinet, ut intelligat se uicarium esse illius, de quo scriptum est, Vnxit te Deus deus oleo lætitiæ &c. AVCTOR. Bene dicit sacerdotem minorem in hac consecratione manus per hanc unctionem accipere gratiam consecrandi: quia iam in subsequente consecratione tertia suæ manus accipit gratiæ potestatem, cum dicat episcopus offerens manibus eius patenam cum oblato, & calicem cum uino, dicens, Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare pro uiuis & defunctis. In cuius rei figuram Moyses obtulit uitulum pro peccato, cui super posuit Aaron & filij eius manus. Obtulit & arietem secundum in cõsecratione sacerdotum: posueruntque super caput illius Aaron & filij eius manus, tetigitque ex tremum auriculæ singulorum dextræ sanguine immolati, in qua manus superpositione acceperant sacrificii potestatem: & hæc erat manuum summa consummatio, uel perfectio, prout notat quæstione. 122. super Exod. AVGVSTIN. Quid est, Et consummabis manus Aaron & manus filiorum eius? An per manus potestatem significauit, ut aliquid etiam ipsi consummare possent? Potestas autem ipsa significatione consummare, qua præcepti sunt sanctificari à Moyse, Et adduces uitulum ad ostium tabernaculi, & superponent manus Aaron & filij eius super caput uituli in conspectu domini. Ecce unde supradictũ consummandas esse manus eorum, id est, perfi-

Hugo. lib. 2. par. 3. ca. 11.

Psal. 44.

Aug. To. 4.

A ciendam potestatem, ut etiam ipsi sanctificarẽt, quomodo fit, cùm ponunt manum suam super uitulum immolandum. Hæc ille. AVCTOR. 5 Hæc † ergo manus superpositio, erat consummata consecratio manuum sacerdotum, & acceptio potestatis: sic ad uerum sacrificium celebrandum corporis & sanguinis saluatoris hæc manuum impositio ad ipsum pontificis super hostiam salutarem in patena & calice potestatem acceptam designat, quæ in manus consecratione consummat consecrationem in tertio signo. Vnde in eodem libro *tertio. HVGO. Accipiunt & calicem cum uino, & patenam cum hostia de manu episcopi, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant, placabiles Deo hostias offerendi: ad ipsos nanque pertinet sacramentum corporis & sanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere Dei dona. Hoc officio usus est dominus noster Iesus Christus, quando post cœnam panem & uinum in corpus & sanguinem suum cõmutauit, & ut in memoriam suæ passionis idem facerent, discipulos monens, instituit. Hæc ille. 6 AVCTOR. Manibus † igitur sacerdotum in hoc ritu trifariam consecratis, ubi osculi tempus accedit in missa, osculatur sacer antistes singulos presbyteros ordinatos, dicens unicuique, Pax tecum. & adiungens, Ora pro me frater. Quid autem hoc significauit antiquitus, notat præfato quinto capitu. ecclesiasticæ hierarchiæ parte. 7. DIONYSIVS. Apud finem autem sacerdotalis perfectionis osculum sacrã manifestationem habet. Sequitur. Ad inuicem sacerdotale osculum significatur conformium intellectuum, ostẽdens communionem, & ad inuicem lætitiã amabilem. Hæc ille. LINCOL. Ostendit sacram communionem, idest, sacrum mutuum amorẽ, & de communicata inuicem sacerdotali perfectione mutuam lætitiam conformium intellectuum. Hæc ille. AVCT. Versus † finem iterum pontifex se conuertit, & manu imposita ordinatis, Accipite (inquit) spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & bene post osculum, istud apportat nuntium, utique Christus donauit apostolis osculans sponsam suam. Inde quodam modo osculans, & insufflans, sicut dicit euangelista, Insufflauit, & dixit, Accipite spiritum sanctum. Vnde sermone. 8. super cantica. BERNARDVS. Videte nouam sponsam nouum osculum accipientem: non tantum ab ore, sed ab osculo oris: insufflauit, inquit, haud dubium quin Iesus apostolis, id est, primitiuæ ecclesiæ, & dixit, Accipite spiritum sanctum. Osculum profectò fuit. Quid? Corporeus ille flatus? Non, sed inuisibilis spiritus, qui propterea in illo dominico flatu datus est. Hæc ille. AVCT.

Dionysius.

Io. 21.

Bernardus

C

secundo

Flatu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flatu ergo osculũ spiritus detulit, quod flatus non fuit: tu hoc ergo osculo spiritus nouum donum accepit, eiusdem tamen spiritus quem accepit in initio ordinationis suæ dicente ipse antistite, Accipe spiritum sanctum. Nec †.n. tunc alium accepit spũm, sed eiusdẽ spiritus, eiusdẽque sacerdotii expressius idem donum. Ambigit fortiter Armachanus, & timet ubi non erat timor, ne sacerdotium acquireretur per partes, si in electione prima apostoli fierent sacerdotes. Et nunquid iterum in cœna, ubi acceperant potentiam consecrandi? & quid hic, ubi potestatẽ obtinent remittendi? Sed non uidet iste philosophus, q̃ humanitatem suam non acquirit infans per partes, quam ampliori gradu potestatis tenet uir factus, quàm tenuit infans natus. Idẽ homo, sed uiribus alter. Non etiam alterum Spiritus sancti sacerdotium, sed in eodem sacerdotio secundum aliud donum, uel eiusdem doni alium modum, nec partibiliter, sed modaliter augmentatum. Sicut tractat hunc textum. Nondũ erat spiritus datus super Ioannem *sermone. 3 a

*tractatu dug. To.2.

AVGVSTINVS. Multa enim indicia Spiritus sancti habemus antequàm dominus glorificaretur in resurrectione carnis suæ. Non alium etiã spiritum prophetæ habuerunt, qui Christum futurum prænuntiauerunt: sed modus quidam futurus erat donationis eius, qui omnino antea nõ apparuerat. Sequitur. Post resurrectionem autẽ suam primum quidem quando apparuit discipulis suis, dicit illis. Accipite Spiritum sanctum. De hoc ergo dictum est, Non erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem uiuificauit. Hæc ille. AVCT. Ecce non alium spiritum habebant prophetæ, alium post resurrectionem apostoli, nec eundem per alias portiones & partes, cum sit impartibilis, sed ut alii datur sermo sapiẽtiæ, alii genera linguarum in eodem spiritu, secundum apostolum, sed secũdum alium modum: ita idem sacerdotium spiritus sancti accipitur totum in potestate exorãdi, & amplius adhuc totum in potestate exhibita cõsecrandi, & item amplius in potestate remittendi peccata, non per unius sacerdotii portiones uel partes, sed, sicut dicit Augustinus, per alios nouos modos. Finaliter † autem prædicat ordinatis Antistes, ut totum missæ ordinem deuotè discant ab aliis, & sic eum honeste perficiant. Hanc autem prædicationis formam primæuæ patres ecclesiæ cunctis ordinatis in sacris explebant, communiter iutimantes singulis nomine tenus uocatis debitum suum ex ordine. Sic enim digestum enumerat DIONISIVS. sex communia ordinatis prædicto capit. 5. Communia quidem sunt hierarchis sacerdotibus & ministris & in sacerdotalibus ipsorum perfectionibus, ad diuinum altare adductio, & inclinatio, hierarchicæ manus impositio, cruciforme signaculum, prædicatio, perfectiua salutatio. Hæc ille. AVCT. Perfectiuam † salutationem, osculum uult intelligere. Prædicationis autem ministerium est, ut dicit ibi LINCOL. Post hæc autẽ sequitur prædicatio, ideſt: ordinandorum ab hierarcha uocatio, & nominatio, & ordinum, quos celebrauit, enarratio, ut puta sic dicat hierarcha ordinans, Iste sanctus pater sic nominatus, ordinatus est ad ordinem diaconalem, uel sacerdotalem: perficiat hunc diuina gratia ad hoc summ officium. Hæc ille.

Spiritus totus per partes non datur.

Salutatio perfectiua.

¶ DE SACRA OBSERVANTIA præsentãdi episcopo sacerdotem, cum ad altare ingreditur, in quo signatur castimonia clericorum, quam hodierni Witcleuistæ contaminant. Cap. LXVI.

SVMMA.

Sacerdotis ordinandi ad altare adductio, et eiusdem Episcopo præsentatio. Et quid hoc significet.

Continentiæ uotum, quomodo ab omni sacrè ordinato profitetur.

Witeleff, quomodo sacerdoti nuptias permittat.

Sacerdos Willelmus uxoratus.

Coniugatorum miseræ seruitutes describuntur.

Seruitus uoluntaria q̃ sit abiectior, quàm coacta.

Maritorum miseriæ narrantur.

Votum q̃ libertatem auferat secus faciendi.

Votum simulatum quomodo obliget.

Augustinus, et Hieronymus quomodo pleno ore condemnauerint nuptias clericorum.

SOlebat † autem antiquis primitiuæ ecclesiæ in communi ordinatione triũ maiorum ualde esse notatum, Quod episcopi sacerdotes & diaconi cum ordinandi primò aduenium, ducuntur ad altare directè, ibique inclinantes & genuflectentes præsentantur episcopo. Hoc nos penè omisimus, ni si recens daretur occasio. Significat aũt hoc, eo rũ uitã fore castissimam, & spreta carne, & mũdo rerro habito, eos deditos soli deo, Vnde c. 5. de ecclesiastica hierarchia de communibus tribus ordinibus. DION. Ad diuinum quidem igitur altare adductio, & inclinatio, ænigmatizat omnibus sacerdotaliter perfectis supponere uniuersaliter telearchæ Deo propriam uitam, & sui ipsorum intellectualem totalitatem omni

Adductio ad altare.

Dionysius

co castissimam ipsi, & sanctificatam offerre cõformem ei, ut est possibile dignam existentem Thearchico, & sanctissimo, & sanctuario altari sanctificante sanctè deiformes mentes. LINCOL. Ad diuinum quidem altare adductio & inclinatio, id est, procidentia, & genuflexio, significat omnibus sacerdotaliter pfectis, id est, sacrè ordinatis aliquo trium præfatorum ordinum, debitum esse supponere uniuersaliter, id est, totaliter telerarchæ Deo propriam uitã. Sequitur. Totalitatem dico omnino castam ipsi Deo, hoc est omaino puram, soli Deo omnino purè adhærentem. Hæc ibi. AVCTOR. Quod quia nuptus est, omnino non potest, dicẽte apostolo primæ Corinth. 7. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Omnis † sacrè ordinatus, continẽtiã profitetur, sine qua soli Deo omnino purè adhærere non potest. Dixi de hac continẽtia clericorum supra libr. 5. Nec potuit mihi persuaderi pro firmo Witcleuistas à suo præceptore dogma suscepisse contrarium, sed quadam licentia libertatis suæ paganicè usurpasse quosdam illorum flagitium simal, & abiecisse pudorem. Tardè igitur mihi venit ad manus, quod in vulgari dicat in sermone euangelij vigiliæ natalis festi beati Ioannis Baptistæ. Witeleff. Hic † possum, inquit, dubitare, & tractare de statu & uita sacerdotum, qualiter sunt dotati, & innupti contra auctoritatem diuinam. Nam inhibuit Christus dotem tàm in se, quàm in apostolis, & approbauit nuptias apostolorum, pluriumq; aliorum: & hoc est, ingenio diaboli succendere ignẽ in stuppis, quia uel oportet eos uri, aut custos artẽ perdat, laborans ut custodiat ignem istum. Et presbyteri non benefaciant utrunque. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ab hoc loco uidetis pestis ista fluxit in posteros, ipse enim quẽdam suum scholasticum informauit ad respondendum adargumentum. 10. Stroodæ, Christus, inquiens, omnino à tali dominio se seruauit, sicut & eius apostoli: quare igitur non nos eorum uicarij, cùm tàm expressum mandatum ad hæc habemus in lege domini: nõ autem ad continẽdum nos ab omni opere coniugali? ideo timendum est nobis, ne Pharisaicè colamus culicem, & deglutiamus camelum. Hæc per Witeleff. AVCTOR. Hoc † anno tandem quidam magnus satelles Willelmus cognomẽto albus, sacerdos, & sub Willelmo præsule Noruicensi iudicio ecclesiastico presentatus, fatebatur se docuisse plerosq; legem nubendi à Christo cuilibet trium statuum ecclesiæ, putà, clericis, militibus, & cultoribus, seu mechanicis, ordinatam: Per Papam

1. Cor. 2.

Continentiæ uotum.

2

Witeleff sacerdotis nuptias permittit.

3

4

A uerò Antichristum cum eius consiliarijs in destructionem sacerdotij in Anglia post solutionem Satanæ circa annum. s. Christi millesimum infirmatam. Ecce q̃ acceptãtes dictam ordinationem de continetia sacerdotum præfecunt ea pfinitatem Antichristi, creaturæ execrabilis libertati generali Christi creatoris. Vnde & ipse iuuenculam habuit tunc nomine Ioannam pro uxore, cui non damnabiliter hæsit (vt dixit) imò multùm dixit inexpediens legem virginitatis corporalis nunquam sibi à Deo traditam vsurpare, & proprium donũ matrimonij sibi à Deo collatum abijcere. Iam potestis videre qualiter abutuntur libertatis agnomine, & gloriãtur in simulacris suis. Audiunt apostolum dicentem eis. Vos in libertatem uocati estis fratres. nõ autem audiunt eum canẽtem: tãtum ne libertatẽ in occasione detis carni. Dixi superius in lib. 5. Produxi radicem castimoniæ clericalis à sacerdotio legis antiquæ, in qua propter tribum Leui seruandam, propagationis gratia ducebãt uxores: uicis tamen suæ tempore, quo sacrificare debebant in templo, uxori simul renũtiabãt, & domui. Iãm audistis antiquum Dionysium tradentem à tempore apostolorũ castissimæ uitæ professionem exactam à quolibet sacerdotum in ordinatione sui. Et iste non timens mendatium dixit, nisi per Papam mille annis post Christũ hãc captiuitatẽ presbyteris assignatam, hanc libertatem appellans, quã Apostolus in contrario ligaturam insinuat. Alligatus (inquit) es uxori, noli quærere solutionem primæ Corinth. 7. Quẽ locum exponens epistola ad Geruchiam, 9. de Digamia HIERONYMVS. Uxor †, inquit, alligata est uiro, & uir alligatus est uxori intantum, vt sui corporis non habeat potestatem, & alterutri debitum reddant, nec possint habere pudicitiæ libertatẽ, qui seruiunt dominatui nuptiarum. Hæc ille. AVCTOR. Quid ad Valerium mittam istũ, qui tantã sibi libertatem spondet sub uinculo mulieris? nõ credet illi, forsan, nec Terentio: uix dignum putet audire Salomonẽ: sed Paulum, & si nolit, audiat primæ Corinth. 7. Si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccauit: tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Vbi in expositione AMBROSIVS. Hoc est, etsi à peccato liberi sunt, tamen in hac uita tribulationes habebunt, ut sunt gemitus uentris, nutrimenta filiorum, uictus, tegumenta, dotes, ægritudo, apparatus domus, uxoris necessitas, mariti dominatio. Ego autem uobis parco. Parcit quando ad hæc magis prouocat quæ tribulationes carnis & sollicitudines memoratas excludant. Et infrà. Volo uos sine sollicitudine esse. Diminuta enim sollicitudine seculi, in Dei rebus

Sacerdos uxoratus.

1. Cor. 7. Hier. To. 1 Coniugatorum miseræ seruitutes:

1. Cor. 7.

Amb. To. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

propensiùs uigilatur. Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt, quomodo placeat Deo.
Quomodo sine sollicitudine simus ostendit, dicens: Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt. Amputata enim sollicitudine rei uxoriæ, quæ in mùdo sola cæteris grauior est, ad deum promerendum animus eruditur: Si tamen hac spe animus his molestiis se exuat, ut domino magis seruiat. Hæc ibi. AVCT. Ecce q̃ apostolus dicit. Tribulationes carnis multas passuros esse, qui coniugiis obsequuntur, & Ambrosius eas exponens dicit, Aegritudines, apparatum domus, uxoris necessitatem, mariti dominationem: tandem in generali dixit, sollicitudinem solam rei uxoriæ esse rem in omni mundo cæteris grauiorem. Et præter has in ipsa carne prurigines uoluptatum, & appetitus illicitos. Tribulationes carnis exponit libro primo contra Iouinianum capite. 6. HIER. Tribulationem, inquit, carnis habebunt. Huiusmodi nos ignari rerum, putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiam. Si autem nubentibus, & in carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere delicias, quid erit reliquum propter quod nubãt, cum & in spiritu, & in anima ipsa tribulatio sit? Hæc ille. AVCT. Et planiùs adhuc libro de singularitate clericorum AVGVST. Si mariti & uxores desideria coniugalia quotidie gerẽtes non sibi sufficiunt, qui ad augendas impugnationes fœminis sociãtur: ex improuiso uel transeunter ad horam fœmineus aspectus occurrens sagittas alienis oculis iactat, quando libera non est simplex reuerentia, quid illic geritur, ubi libertatis sumit mulier in contubernalitate constantiam. Hæc ille. AVCT. Ecce libertas, quam prædicant Witcleuistæ, grauissima est omnium seruitus, quam ipsi captiui libertatem uocant. Quare non propter prolis bonum, propter quod solum appetendæ sunt nuptiæ, sed q̃ libertatem consequuntur in uoraginem uoluptatis, quam solam damnabat, & cauebat apostolus dum diceret, tantum ne libertatẽ in occasionem detis carnis. Sed dicis, Sufficit mihi mea libertas, uoluntas est, non seruitus: imò seruitus, & inde quia eam uis, uilior. Prætextatus in Saturnalibus Macrobianis ait, Seruitus nulla deterior est, quàm uoluntaria. Quod nos nostris ceruicibus inferimus, non patimur repehendi. Sed quod nos arguimus iã? In quos modò iacula uerborum dirigimus, si cunctos fideles, multo potiùs sacerdotes ministros Christi, turpe est uidere præpeditos officiis pudicitiæ libentius inseruire fidei coniugii quam libertati, quia supra ex uerbis apostoli Hieronymus ait, non posse habere pudicitiæ libertatem qui seruit dominatui nuptiarum? Proh pudor,

Hie. To. 2

Aug. To. 4

Seruitus uoluntaria est abiectior, quã coacta

Act. 6

A non esse æquum censuerunt apostoli relinquere uerbum Dei, & deseruire mensis, quantò magis iniquum est & fœdum derelinquere uerbi Dei ministerium, sacramentorum exercitiũ orationum instantias, interuentiones pro peccatis & sacrificiorum ritus (propter quæ sacerdos potius ordinatur, secundùm illud apostoli, Omnis pontifex pro hominibus assumptus, ℘ hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut dona offerat, & sacrificia pro peccatis) ut † deseruiat non modò mensis, sed & uxoris cubili, in domo, & in natorum crepundijs, fasciolis: nexare panniculos, ad omnem tussim uxoris respondere, suspirium obstetricum, nutus agnoscere puellarum, stridula murmura modesto uerbo compescere, fœminarum examini præparato obsonio se absentem facere: foris item stiuas & aratra, confines habere boues & pecora, ligones & sarculos tractare cum rusticis: lites item & fœdera terminare cum proximis, & nihil sordidum, nihil uile inter rumores in auditum permittere. Dicat Wilielmus, dicat Witeleff an his necessitatibus coniugum ministrare, mensa etiam Christi relicta, sit æquum clerico, licitum sacerdoti? Dicit ipse uiua uoce, examinatus respondebat antistiti tres esse castratorum modos iuxta euangelium. Quidam castrantur natura ab utero matris: quidam uiolentia, ut spadones: quidam sponte castrauerũt seipsos propter regnum cælorum, de quorum tertio Christus non iussit, sed ait, Qui potest capere, capiat, quasi diceret, si non capio, liber sum Christo. Nam apostolus inquit primæ Corinth. 7. Si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccauit. Sed magister eius Witeleff, qui docuit connubia sacerdotum licita, etiam a clero, & sacerdotio usque ad seculum docuit retrocessum ad sextum argumentũ Strodæ in fine. Renũtiatio, inquiens, temporaliũ bonorum, titulo seculariter possidendi cuicunque clerico debet cõpetere, & qui sentit se minus dispositum, & sic uiuendum de parte domini, abstineat ab officio clericali, nec uideo quomodo repugnaret legi diuinæ, q̃ clericus sentiens se inhabilem ad illud officium, ad secundum retrocedat, quod licet temeritate quadam reliquerit, sed non tantum, quantum fungens officio clericali. Hæc illic Witeleff. AVCT. Hac † excusatione in peccatis se ualde tutum putauit, quasi Iouiniana hæresis usque ad eum sine hac expositione sua indefensa iaceret. Infelix homo post sacerdotem marite, & translato in peius sacerdotio de presbytero laice, quid ad te, hæc liberorum electio, qui iam elegisti & cæpisti? An dixit tibi Christus silenter, quod aliis nunquam dixit: Qui potest capere capiat,

Hebr. 5

Matrimonij misteria.

1. Cor. 7

Pontifex

Potest filius tuã emptionis secum ferre dotẽ.

1. Cor. 7

1. Tim. 5

Hie. To. 9.

Act. 5.

Hier. To. 2

Potũ simulatum obligat.

Sariburiensis.

& qui iam cepit tenere desistat? Et apostolus, A Nunquid te licentiat dicens, Si iam uoto te castrasti inter eunuchos euangelii tertios, & post hoc uxorem acceperis nõ peccasti? Adolescentiores uiduæ damnantur à Paulo, quia primam fidem irritam fecerunt, & te fides prima, quia sacerdos es, imò nulla, tenebit. Vnde in hunc locum primæ ad Corint. 7. Si acceperis uxorem, non peccasti. In libro annotationum HIER. Illos dixit non peccare si nubant, qui nondum uouerunt Deo castitatem: cæterum qui uel in corde suo promisit, si aliter fecerit, habebit dãnationem, quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per uotum sibi fecit illicitũ. Sicut Ananias & Sapphira, quibus post uotum de pretio possessionis suæ retinere nihil licuit, illicitè tenuerunt. Ob quam causam subita morte prostrati sunt. Hæc ille. AVCT. Vides te talem iam non esse post fidem præstitam in ordinatione, ut nubere possis impunè, qualiter ante susceptum ordinem potuisses. B Nam, ut dixi, Vidua damnationem habet si nupserit: sic uirgo, quantò magis sacerdos? De quo li. 1. contra Iouinianum cap. 6. HIER. Si nupserit uirgo, non peccauit, non illa uirgo, quæ se semel Dei cultui dedicauit. Harum cũ si qua nupserit, habebit damnationem: quia primam fidem irritam fecit: si autẽ hoc de uiduis dictum obiecerit, quantò magis de uirginibus præualebit? cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit. Virgines enim, quæ post consecrationem nupserint, nõ tam adulteræ sunt, quàm incestæ. Hæc ille. AVC. Sacerdotes quoque si nupserint, non sacrilegi sunt, sed apostatæ: qualiter ergo nubent? immo ait, quia Christus tale uotum sacerdotio nõ adiũxit, sed Papa, aut episcopus in friuola lege sua. Esto q̃ ista dicas: sed nunquid hoc ipsum corde promisisti seruare intrans ad sacerdotium? si non, fefellisti gratis, cùm nullus coegerit ordinari: si C sic, aliud si feceris, damnationem habebis, quia primam fidem irritam fecisti, inquit Hieronymus. Vtrumuis felige, aut Deo mentitus es & hominibus, aut damnationẽ fidei læsæ habes, nec fictio mentis, nec fraudulentum te potest excusare silentium, quia uotum tale nõ expressisti uocaliter, facto publico matri ecclesiæ te conuincis reum uoti. Nam milites in sua ordinatione se obligatos recognoscunt ecclesiæ solã oblatione & depositione gladii, ut ait SARIBVRIENSIS. 4. Polycraticon. Nec necesse est, inquiens, ut hoc miles profiteatur uerbo, cùm legitima professio militiæ, facto eius uideatur inserta. Hæc ille. AVC. Quanto magis in facto sacerdotis sub communi fide ecclesiæ? Qd autem dicis Christum non curasse continen-

tiam clericorum, ergo Paulus malè damnauit, quos Christus propriæ libertati donauit, cùm hoc de uirginibus cauebat, quia præceptum domini non habuit. Quomodo ergo deuitari iuberet in presbyteris, si præceptum Christi non habuit, dicens ad Timo. Hos deuita? Vnde libro de singularitate clericorum in fine AVGVS. Caueant nunc prædones pudoris & plagiarii castitatis mulierculis suis exponere molestias querelarum: apud sanctos nostros non habent omnino suffugium, quibus ministeria ecclesiastica auctoritate Pauli apostoli prohibentur. Et hos, inquit, deuita. Ex his enim sunt, qui repunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis. Hæc ille. AVC. Attendat iam qualiter Augustinus exponit apostolum iubentem deuitare Timotheo hos prædones pudoris, quos clericos, aut sacerdotes nouimus, ducentes secum mulierculas oneratas peccatis.
Heu pseudo erant tunc, ut Witeleuistæ nunc, promittẽtes mulierculis illis impunè secũ misceri, quod fecit Guillelmus suæ Ioãnæ. Quòd item notat in eodem loco Tim. HIER. Mulier culas oneratas peccatis. Illas capiunt, quæ sunt oneratæ peccatis, impunitatem illis, ac ueniam promittentes. Hæc ille. AVC. Cùm huiusmodi clericis Paulus, ait Augusti. *ecclesiastica auctoritate misceri prohibuit dicens: hos deuita, qualiter hoc nisi uota castitatis haberent rationẽ ordinationis annexa? De talibus item queritur apostolus Petrus in 2. canonica ca. 2. Hi, inquiens, uelut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes. Sequitur. Voluptatẽ existimantes diei delicias, cõquinationis & maculæ, deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenos aduterii, & incessabilis delicti, pellicientes animas C instabiles. Hos dicit BEDA in expositione illius tpe Petri & apostolorum hæreticos Simoniacos, Menandrianos, Basilidianos, Nicolaitas, Hebionitas, Marcionistas, & Cerdonianos. Tales prædicatores adulteros, & sacerdotes petulcos habebant hæreses tunc, nec iam inter Witeleuistas esse desistunt. Quod autem Augustinus dicit eos plagiarios castitatis, ob hoc dixit, q̃ uim castis inferunt, seductionibus impiis, quibus alliciunt insontes detractione castorũ, dicentes castos turpes esse, & singulos impudicos. Qualiter hic queritur Petrus de suis, dicẽs eos in his quæ ignorant blasphemantes, & ideo percipientes iniustitiæ mercedem. Vbi in expositione BEDA. Mercedẽ iniustitiæ, penã dicit, quã opera iniustitiæ merẽtur, maximè in eis, q̃ cũ ipsi corruptioni carnis inseruiunt, nihilomi

1. Tim. 5

Aug. To. 4

* ministe ria.

2. Pet. 2

Beda

Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus conuersationem eorum, qui uiuunt castè, blasphemant. Cùm ipsi vesanis teneantur erroribus, eis qui sanum sapiunt, detrahere non cessant. Hæc ille. AVG. Hoc ipsum fecerũt Witcleuistæ in parlamento quodam publico regis Ricardi horrendis & prodigiosis, nec fas dici rumoribus, libellis formatis, omnes regni aures in sacerdotum & religiosorum catholicorũ fœdantes blasphemijs, quorum libellorum plures iste modò notatus Guillelmus se scripsisse fatetur: suum uolens iustificare errorem comparatione peiorum, sciens ubi magister suus Witcleff idem fecit ad argumentum Stroodæ, postquam hypocritæ plus magnificarunt traditiones hominum, quàm legem scripturæ, horrebant desponsationem presbyteri ut uenenum, sed fornicationem etiam secundum species turpissimas acceperunt. Fides tamen scripturæ desponsationem sacerdotis non prohibet generaliter in quibuslibet secularibus. Hæc Witcleff. AVG. Quæ item hæreticorum insania apud Vigilantii sectatores frequentior erat: pro ut epistola quæ incipit, Multa* per orbem, scribit HIERON. Proh nefas, episcopos dicitur sui sceleris habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt, qui nõ ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerunt, nulli cælibi credentes pudicitiam, imò ostendentes quàm sanctè uiuant, qui malè de omnibus suspicantur, & nisi prægnantes uiderint uxores clericorum, infantesque de ulnis matrum uagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid faciunt orientis ecclesiæ? quid Aegypti & sedis apostolicæ, quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continẽtes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Hoc docuit autem Dormitantius fræna libidini permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adolescẽtia plerunque feruescit, suis hortatibus duplicans, imò extinguens coitu seminarum, ut nihil sit quo distemus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis de quibus scriptum est, Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi, unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat. Hæc ille. AVG. Hoc pondero in utroque patre Augustino & Hieronymo, quòd uterque de primo millenario Christi fuit, & uterque pleno ore condemnauit has nuptias, uel magis ineptias, & luxurias clericorum: non per se solos, sed Hieronymus ecclesiam orientis & Aegypti testem adducit: nec omittit apostolicæ sedis morem de pudicitia clericorum, nec alios admittentis, quàm castos, & cælibes. Alter uero. s. Augustinus, omnium factorum præteritorum tollit eis consensum, apud sanctos nostros, inquit, non habent omnino suffugium.

in orbe monstra. Hie. To. 2.

Hier. 25

A QVOD IN TOTA ECCLESIA sanctorum deest Witcleuistis exemplum, uel auctoritas de coniugio sacerdotũ, & ordinatione digamorum. Cap. LXVII.

SVMMA.

1 *Apostolorum si qui ante euangelium uxores habuerunt, quomodo postea assumpti in apostolatum, officium reliquerint coniugale.*
2 *Petrus solus coniugem habuisse certò scitur.*
3 *Apostoli quòd circunducebant mulieres pias, nõ ducebant.*
4 *Origenis dictum de castitate eorum, qui indesinẽs sacrificium debent offerre. Obiectio quædam, et ad eandem responsio.*
5 *Fœmalia, quæ in antiqua lege ad operiendã carnem turpitudinis pontificis & filiorum eius fieri mandabantur, quid designabant.*
6 *Guillelmus hæreticus, quòd falsum dixerit de Christo, quod ipse cuilibet trium statuum eccle siæ, inter quos sunt clerici, nubendi legem instituerit.*
7 *Chrysostomi dictum aduersus eos, qui dicunt, non possum, & quasi uidentur accusare conditorem.*
8 *Concilium Nicenum (in quo proiectus est Arius mundi stipula, & inhibitæ sunt non tantum clericorum nuptiæ, sed & introduci fœminas suspectas in domos eorum) adducitur.*
9 *Continentiæ honestas quantum ponderis continebat apud Romanos Flamines, aut uirgines Vestales, ostenditur. Et quid de Hierophantis Athenien sium.*
10 *Apostolici uerbi (unius uxoris uirum) duos peruersos fuisse olim interpretes, demonstratur.*
11 *Digami, quare arceantur ab ordine sacro.*

C AN tanta iam cã hæresis, dicãt Witcleuistæ, quis unquã apostolorũ post apostolatũ susceptũ, coniugẽ accepit, uel in cõiugali rõne seruiuit acceptæ? Hic Guillelmus hæsitabũdus quærere cæpit inter apostolos, & tãdẽ oẽs penè dixerat uxoratos, & potuisse post apostolatũ (quãuis nõ scribatur) sic ad uxores reuerti, sicut ad piscãdi officium. Hoc à Iouiniano suo qui accepit sic dicẽs libidinis suæ statum arripuit: contra quẽ h. 1. c. 16. HIER. Neque† eñ euangelium ante crucẽ Christi est, quod passione ipsius, & sanguine dedicatur. Iuxta quam* sententiã & cæteri apostoli, ut ei ex superfluo interim concedam, habuerunt quidam uxores, sed quas eo tpe accepe runt, quo euangelium nesciebant, qui postea assumpti in apostolatum, reliquerũt officiũ cõiugale. Nã cũ Petrus ex persona apostolorum dicat

Hie. To. 1. Apostoli cõiugale officium reliquerunt.

*Regula.

A ille. AVG. Et li. 1. contra Iouinianum ca. 16. Hoc idem. AVG. Ecce qui tantam libertatem contulisti nuptiis sacerdotum per totũ Christi millenarium a primitiis eius usque nũc, te postulo, ut uel unum sanctum non hæreticum nicolaitam, Bardeizitam, Iouinianistam, Vigilantianum, aut talium sequalem ecclesiasticè non correptum proferas exemplarem. Apostolus eos uitari mandauit, quo iure regula castitatis præcipitur omnibus, seruatur à singulis: nisi iure diuino, cp antiquis sacerdotibus cõtinentiã metu mortis indixit toto tpe iugis ministerii, & ut impleatur in Christo perennitatẽ consequitur. Ecce unus antiquus scriptor de millenario Christi hom. 23. super librum Numerorum ORIGE. Ille† offerre põt, qui indesinẽter custodit continentiam, & conseruat semetipsum à peccato, qua die interruperit, & præcauerit, certum est, cp in illa die non offert sacrificiũ indesinens Deo. Vereor dicere aliquid, quod ex sermonibus apostolicis intelligi datur, nè fortè ui dear aliquos contristari. Nam si oratio iusti sicut incensum in conspectu dei, & eleuatio manuum eius sacrificium uespertinum: dicit autẽ apostolus his, qui in cõiugiis sunt, Nolite fraudari inuicem, nisi forsan ex consensu ad tps ut uacetis orationi, & iterum, Reuertimini in idipsum, certum est impediri sacrificiũ indesinẽs his, qui coniugalibus necessitatibus inseruiũt. Vnde mihi ur, cp illius solius est sacrificium offerre indesinens, qui indesinenti, & perpetuæ se deuouerit castitati. Hæc ille. AVG. Scienti scripturas loquitur Origenes, quarum usu celebri quadam antonomasia sacerdos iustus uocatur, ut ibi, Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et quia sacerdotis solius ius est offerre sacrificium deo, cp chrysostomus exponit nobis eucharistiam. Sed sine præiudicio cõiugum Origenes dicit intellectũ apostoli esse, cp illius solius est hoc officiũ, qui indesinenti, & perpetuæ se deuouerit castitati: hoc de nugi sacrificio ueteri dici nõ potuit, ubi completa uice, sacerdos ad uxorem reuertitur, instabat necessitas tpis, nè sub cælibatu perpetuo tribus Leui deficeret, iam ergo ubi sacerdotium non carne propagatur, sed spiritu, suspendit Christus carnis officium, ut totum spiritu compleatur. Dices, Imò ab apostolo, episcopi, & sacerdotes, & diaconi unius uxoris uiri & habentes filios ordinantur. Hoc uerum est, sicut exponit Ambrosius, habentes filios, non facientes. Sic sumpsit Iouinianus tuus apostolus, sed sic deceptus est, non intelligens sicut respondet ei libro primo in eodem capit. 20. HIER. Tunc in nouello germine leuiora præcepta dabantur, & quia nec tanti uirgines erant, quan-

Matt. 19

Hie. To. 1. Epist. ep. 34.

Tho. 1.

Circũducebant, nõ ducebant apostoli mulieres pias

Hie. To. 1

Orig. To. 1

Pſal. 140.

1. Cor 7

Eccl. 2.

Obiectio.

Reſponſio.

Hier. To. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti necessarij sacerdotes, ideo sunt ordinati mariti, sed qui serui uxorem esse desierant, inquit Beda, non ut tu somnias, qui coniuges retinerent. Non igitur dicat mihi Guillelmus Zachariam patrem Ioannis nuptum Elizabeth, non
Heb.7. Hieremiæ patrem, aut alium ex prophetis: sed audiat apostolum dicentem ad Hebræos translatum sacerdotium Aaron, ut legis translatio fiat, & iam multò sanctius sacerdotium Christi 6 esse, quod ex ruinis legis Christus impleuit, ita ut semicastum sacerdotium legis antiquæ breue factum pro tempore, iam castitatis uoto facto debet esse perenne. Videtur mihi, inquit Origenes, quòd illius solius est offerre, qui se indesinenti, & perpetuæ deuouerit castitati: eo enim quo se ordinari consentit, hoc uotum castitatis promittit, sicut dicit suprà Dionysius hoc designare accessum eius ad altare, ut se præsentet episcopo. Quod item in antiqua lege seminalia desi
Exo.28. gnabant. Quod lib.3. de tabernaculo cap.11. tex B tu Exodi. Porrò filijs Aaron tunicas linea parabis, sic exponit BEDA. Seminalia † hæc, quæ ad
5 operiendam carnem turpitudinis fieri mandantur, illam castimoniæ portionem, quæ appetitum copulæ cõiugalis cohibet, propriè designant, sine qua nemo uel sacerdotium suscipere, uel ad altaris potest ministerium consecrari, id est, si non aut uirgo permanserit, aut contracta uxore coniunctionis fœdera soluerit: quod uidelicet genus uirtutis nulli per legem Dei necessariò imperatum, sed uoluntaria est deuotione domino
Matt.19. offerendum: dicente ipso de hoc, Non omnes capiunt uerbum istud. Ad quod tamen benigna mox exhortatione eos qui possunt inuitat, dicẽs, Qui potest capere, capiat. Et paulò post eisdẽ,
Matt.19. qui uel uxorem, uel alios cognatos, & implica- C menta mundi huius propter ipsum reliquerunt, 7 centuplum promittit in hac uita præmium, & in seculo futuro uitam æternam. Vnde certæ gratia distinctionis non Moyses hoc indumento uestire Aaron & filios eius iubetur, sicut de priori bus dicitur: Vesties his Aaron & filios eius cum eo, sed facies, inquit, fœminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ. Tu fœminalia pontifici, & filijs eius facies, tu castitatis regulam docebis, tu abstinendum ab omni complexu eis, qui sacerdotio functuri sunt, intimabis, nullum tamen uolentium huiusmodi continentiæ iugum impones, sed quicunque sacerdotes fuerint, ac ministerio altaris seruire uoluerint, ipsi sua sponte uxorem serui esse desistant. Quod ubi perfecerint, & suscepto semel continentiæ proposi 6 to ministros se sanctuarij atque altaris fore consentiunt, aderit lex diuina, quæ uelut certum illis habitum sacerdotib us cõgruum imponens, quo modo uiuere, uel docere debeant, superabundan A ter instituat congaudensquè spontaneæ ipsorũ deuotioni dignum sacerdotio donum sapientiæ, patientiæ, mãsuetudinis, zeli spiritualis, humilitatis, misericodiæ, timoris domini, cæterorumque huius ornamentorum superaddet, alioquin iniquitatis rei mori untur. Mortem nanque certissimam incurrit animæ si quis luxuriosè uiuens, sacerdotalem sibi usurpare gradum præsu mit. Hæc ille. AVCTOR. Ex † hac scripturarum congerie conuincitur Guillelmus falsum dixisse de Christo, q̃ ipse cuibet trium statuum ecclesiæ, inter quos sunt clerici, nubendi legem instituit: quia ad contrarium inuitauit, dicens cũctis futuris clericis, Qui potest capere capiat: an requam ceperit per uotum, uideat si possit implere promissum. Nullus, inquit Beda, siue hoc uoto, uel ut uirgo existens, uirgo permaneat, aut contracta uxoriæ coniunctionis fœdera soluat, conseerari permittitur: nulli præcipitur, nul
lus penè iam cogitur inuitus, sed qui iam consentit esse sacerdos, uoto castitatis se sponte cõstrinxit, Qui potest, inquit, capere capiat. Non potui capere, inquis Guillelme. Aetatem habebas, de teipso loqui poteras, annum uigesimumquintum agens. Cur hoc non dixeras ante consecrationis officium, imò magis cur facto, te posse dixisti cum alijs sanctis ingredi in sancta præsumens, te antistiti te consecraturo sponte præsen tans? tunc capere potuisti, de cętero reatum obligationis tuæ cœpisti. Tunc, inquis, potui, modò non possum. Ergo alium te feci sti, quam Deus condidit: imò ipso Cain deterior factus es, cui Deus ait, qui mentiri non potest: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et notanter ad has falsas excusationes uirorum carnaliũ
C tollendas dicit Moral. 17. * super epistolam ad
7 Hebræos CHRYSOST. Non † enim dicere oportet, non possum, & accusare conditorem. Si enim impotentes fecit nos qui iuber, accusandus est. Qualiter igitur eis multi non possunt? Quòd non uolunt dic. Si enim uoluerint, omnes potuerint. Propterea & Paulus ait. Volo omnes homines esse ut meipsum: quia sciuerat, q̃ omnes esse poterant ut ipse. Non enim si demum impossibile esset hoc dixisset. Vis fieri uelle primum assume solum. Dic mihi. In omnibus artibus cum uoluerimus in eis fieri contenti sumus, solo autem uelle tangimus res, quale est quod dico. Vult quis fieri gubernator, non dicit uolo, & in hoc contentus est, sed rem tangit. * Absentari rursus uult, sed non dicit uolo, sed rem tangit. In longinqua uult profici sic, non tantum dicit uolo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Demum in omnibus non sufficit uelle solùm, sed sufficit uelle cum opere: quia assumit rem quæ laboratur. * Dicamus enim cooperatorem & conge-

Notem hanc sententiam quam plures nostri hodie sacerdotes.

Beda.

Hie.in Ioh.

Gen.4.

Chry.in 1.

1.Cor.7.

*Vult fieri negotiator.

*Habemus.

statorem Deum, solum uelimus, solum operi A
osferamur, in re solum sollicitissimus. Hæc AV
CTOR. Iam dignè responsum est huic prætẽ
sæ rationi carnalium, non possum, ergo conditor reus est suæ iussionis, quam tibi dixit, qui te impotentem fecit. Casu & in ipso contingentiæ, quem habemus præsentem, Apostoli uotũ inducitur dicentis: Vellem omnes homines esse tanquam meipsum. Quòd si non omnes potuissent, non hoc ipse dixisset, ait Chrysostomus. Ad hoc dicat impossibilis, seu impotens noster Guillelmus contra Apostoli sentẽtiam, dicat, Fatue sic Paule uouisti, quia non omnes hoc possunt, quod tu esse meruisti. Quòd si nõ 8 fatuum hoc eius uotum erat, potuit audeo dicere Guillelmus cõtinere. Potuit, inquit, Chrysostomus, primùm, sed noluit demum: si uelle suum facto coniungeret, quia Deus ipse uolenti cooperari non desinit. Hoc ex omnibus tibi dico: noli fallere Deum, quia uouisti, iam te astrinxisti, ait Augustinus. Aut quas tibi grates, si iam adesset, redderet Augustinus, quòd rapui B sti ei argumenti exemplum de grandi continentia clericorum, cum intenderet deprimere pertuicaciam laicorum causantium se continere nõ
Aug.To.6. posse lib. secundo de adulterinis coniugijs in fine, AVGVST. Si modò hoc non posset infirmitas hominum, multo minus id posset sexus infirmior fœminarum. Vnde istos, qui uirilem excellentiam non putant, nisi peccandi licentiam, terremus, quòd adulterinis coniugijs inhærendo pereant in æternum: solemus enim eis præponere etiam cõtinentiam clericorum, qui plærunque ad eandem sarcinam subeundã capiuntur inuiti, eamq; susceptam usque ad debitum finem, domino adiuuante, perducunt. Dicimus ergo eis, quòd si & uos ad hoc subeũdum populorum uiolentia aperemini, nonne susceptum castè custodiretis officium, repente conuersi ad impetrandas uires à domino, de quibus nunquam antea cogitastis? Sed C illos (inquiunt) honor plurimum consolatur: respondemus & uobis timor multò ampliùs moderetur. Si enim hoc multi Dei ministri repente atque inopinatè impositum susceperunt, sperantes se illustriùs in Christi hæreditate sul
gere, quantò magis adulteria cauendo uiuere continenter debetis, metuen es nonin regno Dei minus lucere, sed in gehẽna ignis ampliùs ardere? Hæc ille. AVCTOR. In toto isto passu non uenit ad calamum Augustini quomodo tales ad clericatum rapti, possent licitè nubere, & eo licentiùs, quo causari possent donum illud continentiæ non eis desupere datum esse, sed sub eadem sarcina continentiæ, cuncta ad bonum finem perducunt; & ad illos querulos de impotentia continendi audaciter supponit eos castè custodituros officium: quia si repente conuerterentur, impetrarent uices à domino, quas antea nunquam cogitarent. Sed noster Guillelmus cum antea potuit, sacerdos factus nõ potest esse castus, ab alijs gentibus, longè se motus: fragilis in natura, ita q̃ non sit similis ei in terra. Et q̃ torques in Papam, qui legem instituit post millenarium Christi, quid hoc tibi proderit Papæue noceat? Mora tẽporis, Christi legem nõ excludit, ut si manè non fiat, saltem sero fiat quod iusserit. Iam omnes sancti clamant hanc continentiam clericorum necessariam legi Christi. Ipsi † uetusti patres item infra millenarium tuum annis sexcentis omnes, qui in illo gloriosissimo Niceno concilio, ubi proiectus est Arrius ille stipula mundi: ibi omnes inhibuerunt non nuptias tantomodo clericorum maiorum, sed & introduci fœminas in domos clericorum, quæ suspicionis notam possent attrahere. Vnde inter canones magni concilij Niceni
B tunc Paulino & Iuliano consulibus est cap.3. Conc. nicen.
CONCILIVM NICENVM BITHINIAE. Interdixit per omnia magna synodus non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi fortè matrem, aut sororem, aut amitam, aut eas tantùm personas, quæ suspiciones effugiunt. Hæc ibi. AVCTOR. Vide si Papa post Christi millenarium sacerdotũ nuptias infirmauit. Iam fœminarum contubernium in capite tui millenarij tot episcoporum concilium penitus interdixit. Nec mirum, fecerunt ipsi Apostoli Christi: quid restat Papæ igitur facere post primum millenarium, si fuisset ad ipsum hucusque omissum, si sit lex Christi, quantumcunque tardè seruanda esset: lex autem Christi est. Serò ergo item in ultima hora mundi seruanda est, aut certa mors animæ subeunda. Et huius rei cautio potissima est apud
C Papam, ut eam ipse episcopis, & filijs episcoporum presbyteris, & ministris iniungat, quẽadmodum sacerdos primus Moyses Aaron pontifici & eius filiis imperauit, non tantùm Aaron in persona & filijs illius, quos uestire fœminalia sacrificantes instituit, sed personam totam intelligens in specie omnium sacrificantium & ministrantium in futuro. Ordo enim ille ministrorum in actu perpetuo fuit castus, semper suspensus coniugio. Et quid nobis tempus tardum opponis? ante millenarium tuum pudicitia quærebatur in lege, imò & gentibus sine lege. Si potes lege, uel audi Hieronymũ contra Iouinianũ libro primo ad finẽ, quid honestas ista continentiæ apud Romanos Flamines, aut Vestales uirgines põderis continebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier. To.1 9 nebat, HIERONYMVS. Cùm† Apostolũ ma A lis mulieribus digamiam uiderint ignoscẽtem, legant antequam religio nostra fulgeret in mũdo uni nuptas semper habuisse inter matronas decus. Per illas fortunæ muliebri sacra fieri solita, nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritũ, Hierophantas quoque Athenienſium usque hodie cicutæ sorbitione castrari, & postquàm in pontificatum fuerint allecti, uiros esse desinere. Hæc ille. AVCTOR. Videtis cum quanta religione continentiæ superstitiosa sacra sua celebrauere gentiles continẽtiæ (inquit) decreto perpetuæ: non tàm professione uoluntatis spontaneæ, quàm necessitate uiolentiæ. Et ubi isti sine hac pudicitia quales erãt nõ audebant sacrificare dæmonibus; nostri hæretici Deo sacrificare non metuunt: facti fœminis subiugales, & quod plus est, pluribus fœminis: contra quod gentiles ob reuerentiam cul- B tus, statuerunt nullum digamum sacerdotem, nullum flaminem bimaritum. Sed ubi sunt di- 11 gami, aiunt Witcleuistæ, ordinari prohibiti nisi legibus Antichristi? Vnius uxoris uirum, nõ unius fœminæ ante ordinationem maximè signauit Apostolus: quasi iam post ordinationẽ posset se digamum facere liberè: qui digamus si esset, ordinari non debuit, nec licet digamus non esset, post ordinationem licet habere primam. Vnde in prædicta uerba Apostoli in epistola ad Vercellenses AMBROSIVS. Virtutum (inquit) magister Apostolus est, qui cum *Amb. To.3* patientia redarguendos doceat contradicentes, qui unius uxoris uirum præcipiat esse, nõ quo exortem excludat coniugij. Nam hoc supra lo- *1. Tim. 4.* gem præcepti est, sed ut coniugali castimonia seruet ablutionis suæ gratiam: neque iterum in sacerdotio filios creare apostolica inuitetur auctoritate. Habentem etenim filios dicit, non facientem, neque coniugium iterare. Hæc ille.

10 AVCTOR. Ex† quibus euidens est, duos eiusdem uerbi apostolici peruersos fuisse olim interpretes. Vnum qui diceret necessariò maritũ ordinandum presbyterum, non suscipi uirginẽ uel qui nuptias non contraxit, sed omnino unius uxoris uirum: cuius sententiæ erant omnes Vigilantiani presbyteri, qui clericos nõ ordinarunt, nisi habentes uxores tumẽtes uteris aut uagientes pueros tenentes in ulnis, secundùm Hieronymum. Alterum qui diceret, etsi multas habuisset uxores, omnino post sacerdotium debere fieri alicuius uxoris uirum. Sed utrique occurrit in uerbo Pauli Ambrosius: habentem (inquit) filios, non facientem: neq; coniugium iterare, quod dicit esse legem Christi. Iuxta Apostolum consequenter AMBROS. Nulla enim culpa coniugij, sed lex est. Quod legis ergo est, non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo & Apostolus dicens. Si quis sine crimine est unius uxoris uir, ergo quia sine crimine est unius uxoris uir teneatur ad legem sacerdotii suscipiendi: qui autem iterauit coniugium, culpam quidem non habet co inquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis. Diximus quid legis est, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus non solùm hoc Apostolum de episcopo & presbytero statuisse, sed etiam patres in concilio Niceno tractatus addidisse, neque clericum quenquam debere esse, qui secunda coniugia, fortitus sit. Quomodo enim potest consolari uiduam, honorare, cohortari ad custodiendam uiduitatem, seruandam marito fidem, quam ipse priori coniugio non reseruauerit? Aut quid interesset inter populum & sacerdotem, si iisdem astringeretur legibus? Debet præponderare uitam sacerdotis sicut præponderat gratiam. Nã qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. Hæc ille. AVCT. Non† est ergo propter peccatum, sed propter legem, quòd ab ordine sacro digami arceantur. Et quamuis lex pondus auctoritatis habet, quia diuina, additur tamen auctoritati honestas, ut in aliquo præcedat populum castitas sacerdotis. Additur item ratio, ut ratio legis conditæ, sit ratio sacramenti. Sacramentum autem est ut in eo significetur totius ecclesię unitas Christo subdita uni uiro. Quod item signaculum gerit sacerdos uice Christi ad plebem. Vnde sicut nec Christus potest esse uel carne uel spiritu bimaritus. De *Aug. Non habetur huius modi liber secundus.* qua libro 2. de bono coniugali. cap. 32. AVG V. Propterea sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad unum uirum & unam uxorem redactum est, ut dispensatorem ecclesiæ non li- C ceat ordinari, nisi uxoris unius uirum. Quod qui acutiùs intellexerunt, q̃ nec eum, qui catechumenus, uel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit, Si acceperis uxorem non peccasti, & si nupserit uirgo nõ peccat. Et quod uult faciat, nõ peccat si nubat. Satis declarauit nuptias non esse peccatum. Propter sacramenti autem sanctitatem sic fœmina, etiam si catechumena fuerit uitiata, non potest post baptismum inter Dei uirgines consecrari. Ita non absurdè usum est eum, qui excessit uxorem numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quãdam sacramenti amisisse, non ad uitæ bonæ meritũ, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessarium. Ac per hoc sicut plures uxores antiquorum patrum signauerunt futuras nostras ex

ex omnibus gentibus ecclesias uni uiro subditas: ita noster Antistes unius uxoris uir significat ex omnibus gẽtibus unitatem uni uiro sub ditam Christo, quæ tunc perficietur, cùm reuelauerit occulta tenebrarum. Hæc ille. AVCT. Sic habetis ex Apostolo & legem & rationem legis, unde non ordinetur, qui in capiendis uxoribus excesit numerum singularem.

DE SACRAMENTALIBUS PRECIBUS, & ritibus pœnitentiæ. Tit. VIII.

DE MANVS IMPOSITIONE CUM PRECE ABSOLUENTIS. Cap. LXVIII.

SVMMA.

1 *Pœnitentiæ sacramentum. Et quid de eo dicat hæreticus Witeleff arguendo.*
2 *Baptismus flaminis, & cordis conuersio, quòd sit idem.*
3 *Voluntas plena cõficiẽdi quòd sit necessaria uerè pœnitenti.*
4 *Exeũti ab hac uita sine arra pacis matris ecclesiæ q̃ periculum damnationis immineat. Et quæ sint arræ pacis ecclesiæ.*
5 *Pax ecclesiæ, quod peccata dimittat.*
6 *Baptismus exterior, & impositio manus sacerdotis quantum ualeant.*
7 *Pœnitẽtiæ sacramentum, quòd sit reiterabile, & non baptismus.*
8 *Mundandi a peccatis modi, narrantur.*
9 *Baptismus quomodo possit etiam ab hæreticis ministrari, & quando non esset reiterabilis.*
10 *Verba humanitus adinuenta, et manus impositio quæ sunt arra pacis ecclesiæ, et quibus magnum geritur sacramentum, quomodo absoluunt hominem à peccato.*
11 *Laicus, quòd indigeat sacerdote pro remissione peccatorum habenda, ostendit Origenes.*

Pœnitẽtiæ sacramentum. 1 SACRAMENTVM †pœnitentiæ, quamuis sit aliis sacramentis in obseruantiis & ritibus parcius, in nullo tamen est à blasphemiis Witcleff in multiplici eius inuasione liberius. Libro enim suo de papa. ca. 11. arguit sic. Tam necessarium est sacramentum pœnitẽtiæ, quàm sacramentum baptismi: sed laicus potest unum ministrare in casu necessitatis, ergo & alterum, Respondet. Videtur mihi q̃ sicut nõ est possibile peccatorem saluari nisi baptizetur baptismo flaminis, sic nec possibile est peccatorem saluari nisi mente pœniteat: uerumtamen uidetur, q̃ nulla scriptura obuiat, sed consonat, q̃ quantumcunque grauis peccator si in fine contritus fuerit, & si nullum sacerdotem conuersantem secum consuluerit, aut peccata sua auriculariter ei ostenderit, & dicendo uerba humanitùs manuum super caput pœnitentis posuerit, non eo minus per absolutionem Christi quem oportet priùs absoluere, est de numero saluandorum, quia communiter in contritione præcedenti peccatum deletur à domino. Hæc Witeleff. AVCT. Hic uidetis quantum hoc sacramentum uenerabile in se & suis ritibus pendit. Potest tamen uideri plærisque ista dixisse catholicè, qui attentè dicta ista sub ambigua uoce sua non curant inspicere. Queror, ut sæpe quæstus sum, huius fraudem uersutiæ, quã B penè semper tenet in uerbis, sed sine ea non esset hæreticus obduratus. Pelagius quoque hoc modo hæresim suam caligauit in uerbis, prout Albinam & Melaniam instruit. Vnde libro primo contra Pelagium & Cælestium de gratia & originali peccato. AVGVSTINVS. *Aug. To.7* Scripsistis (inquit) mihi cum Pelagianis egisse, ut quæcunque aduersus eum dicerentur scripto damnaret, eum dixisse audientibus nobis. Anathemo, qui uel sentit, uel dicit gratiam dei qua Christus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere, non solùm per singulas horas, aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros nõ esse necessariam. Et qui hanc coguntur auferre, pœnas fortiuntur æternas. Quisquis autem hæc audit, & sensum eius ignorat, quẽ in libris suis satis euidenter expressit, sequitur. Omnino. n. putat hoc sentire, qd ueritas hẽt. Quisquis aũt quid in eis apertiùs dicat, aduertit, debet habere etiam ista uerba suspecta. Hæc ille. AVC. Ita igitur qui legit in libris Witcleff quid contra baptismum, quid cõtra pœnitentiã apertissimè dixerit, & hic quid obtegit erui ualet. Quid baptismum flaminis 2 dixerit, & quid de operibus mente pœnitere. Scimus† Augustinum & patres cæteros hoc dicere conuersionem, quod moderniores scholastici flaminis baptismum appellant. Ipsum. s. uotum efficax ad baptismum flaminis cum dolore dilatum, & inde à spiritu sancto acceptum: nec sine isto uoto baptizat flamen, quia contemnitur sacramentum si quid ex uoluntate defuerit. Vnde lib. 4. de baptismo contra Donatistas cap. 39. AVGVSTINVS. Quibus omnibus rebus ostenditur aliud esse sacramentum *Aug. To 7.* baptismi, aliud esse conuersionem cordis, sed salutem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lutem hominis ex utroque compleri, nec si unũ horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse & alterum desit, quia illud sine isto potest esse in infante: & hoc sine illo potuit esse in latrone, complente Deo, siue in illo, siue in isto, quod nõ ex uoluntate defuisset. Cùm uerò ex uoluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui: & baptismus quidem inesse nõ percepto baptismo, sed cõtempto baptismo nõ potest: neque enim ullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur. AVCTOR. Ex hoc eodem loco *supra lib. 5. probauimus. Nec pigebit eodem in hoc loco quid de baptismo flaminis, id est, Spiritus sancti contra fallaciam Witeleff sit dicendum, ostendere. Nullo modo dicenda est cõuersio cordis, inquit Augustinus, cum sacramẽtum contemnitur. Contemnitur autem, si uoluntas habendi defuerit, in tãtum, ut nec Deus sacramenti uicem suppleat, nec flamen tunc baptizet. Sic enim ait Augustinus: complẽte Deo, inquiens, quod non ex uolũtate defuisset. Cùm uerò ex uoluntate alterum defuerit, in reatu hominem inuolui: & sequitur, quod ait Sapiens: Quia in maliu olam animam nõ introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Consequens ergo est ut ubi uolũtas efficax nõ est, ita ut doleat deesse baptismi sacramentum, nec baptismo flaminis baptizatur à peccatis. Et sic cõcludas, si tibi uidetur cõgruum exemplũ, quòd † nec est possibile peccatorem saluari, nisi mente ritè pœniteat, deesse. s. sibi quibus implere uellet pœnitentiæ sacramentum. Si enim diuinum promiseris supplementum, & baptismũ flaminis ei, qui baptizari renuerit, errasti deformiter, & ita in syllogismo tuo si mentis pœnitẽtiam dixeris efficacem & acceptam Deo, quæ ecclesiæ sacramentum foris contemnit, damnabiliter item erraſti; quia sine conuersione cordis ad Deum nullo modo remittit ipse peccatum, nec complet sacramentum, quod est contemptum: sicut nec in latrone compleuisset flamine baptizando, si ex uoluntate defuisset. Cùm Deus nihil complet, uel supplet, nisi quòd in se adesse debuerat. In hoc tamen bene sacramenta iunxisti pœnitentiæ & baptismi: quia utrumq; instante periculo sub obtẽtu æternæ salutis appetitur, & neutrum sine certa damnatione uitatur. Sic enim coniungit ea libro de adulterinis coniugijs primo in fine AVGVSTINVS. Ego non solùm alios catechumenos, uerùm etiam ipsos, qui uiuentium coniugijs copulati retinent adulterina consortia, cùm saluos corpore in his permanentes non admittimus ad baptismum, tamen si desperati, & intra se pœnitentes iacuerint, nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto, ut etiam hoc peccatum cum cæteris lauacro regenerationis abluatur. Quis enim nouit utrum fortasis adulterinæ carnis illecebram usque ad baptismum statuerant detineri? Si autem ab illa desperatione recreati potuerint uiuere, aut faciant quod statuerant, aut edocti obtemporabunt, aut de contemptoribus fiet, quod etiam fieri de baptizatis talibus debet. Quæ autem baptismatis eadem reconciliationis est causa, si fortè pœnitentem finiendæ uitæ periculum præoccupauerit: neque enim ipsos ex hac uita sine arra suæ pacis exire uelle debet mater ecclesia. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ad utriusque sacramenti arguendam necessitatem supponamus casum, quem supposuit Augustinus. Non baptizatum uirum adulterina contagione detentum ad ultimum uitæ periculi fines esse peruentum: si tamen intra se pœnitens iaceat, nunquid baptizandus est? Baptizandum puto, inquit Augustinus, qua in necessitate? ut peccatum cum cæteris lauacro regenerationis abluatur. Frustra hoc, quia iam baptizatus est, inquit Witeleff, baptismo flaminis, & absolutus est absolutione Christi, si pœnitens fuerit. Et tamen quæ baptismatis, ipsa reconciliationis est causa, secundùm Augustinum. Si talis adulter iam fuerit baptizatus & pœnitens apparuerit, nunquid item absoluendus est à prebytero? Absoluendus est, inquit Augustinus. Qua necessitate? quia nec ipsum, inquit, ex hac uita sine arra suæ pacis exire uelle debet mater ecclesia. Falsum ergo est quod concludens Witeleff ait. Quòd quantumcunq; grauis peccator, si in fine cõtritus fuerit, & si nullum sacerdotem consuluerit secum conuersantem, aut peccata sua ostenderit auriculariter, & per uerba manus impositione acceperit, non minus absoluitur absolutione Christi. Nam † periculum damnationis imminet exeunti ab hac uita sine arra pacis matris ecclesiæ, quod nec uelle debet mater ecclesia. Si nec ecclesia debet hoc uelle, ergo nec ipse negligere, cùm tutum sit in sola pace ecclesiæ dimitti, cui solùm dixit in rectoribus suis, Cuius retinueritis peccata, retẽta sunt &c. Aut nũquid pacem spõsæ Christi cõtẽnit, qui arras pacis eius nec facto impetrat nec uoto? Sic. n. supponit Witeleff, ꝙ nec sacerdotẽ cõuersantẽ secum cõsuluerit, nec peccata ostẽderit, aut manus eius impositionẽ per sancta uerba susceperit. Hæ sunt arræ pacis ecclesiæ, hæc signa. Qui arrã pacis horret, qualiter diligit pacẽ ipsã? Qui signa regis spernit à ꝓcul, regẽ qualiter diliget? Impossibilẽ ergo casum supponit, ꝙ qui uerè cõtritus fuerit, sacerdoti ꝓ recõciliationis gratia obtinẽda i ecclesia nolit cũ possit fateri delictum,

*.p. tomo de Sacramentis qui est 25.

Sap. 1.

Voluntas plena confitendi necessaria est uerè pœnitenti. 3

Aug. To. 6.

Arræ pacis ecclesiæ.

ctum, & munus pacis eius obtinere per manũ Vnde lib. 3. de baptismo contra Donatistas.

Aug. To. 7

cap. 16. AVGVS. Accipite Spiritum sanctum, si cuius remiseritis peccata remittuntur illi. Si cuius tenueritis, tenebuntur illi. Ergo si personã gerebant ecclesiæ, & sic eis hoc dictum est tanquam ipse ecclesiæ diceretur, pax † ecclesiæ dimittit peccata, & ab ecclesiæ pace alienatio retinet peccata: non secundùm arbitrium hominũ sed secundum arbitrium & orationes sanctorum spiritualium, qui omnia iudicant, ipsi autem à nemine iudicantur. Petra enim tenet, petra dimittit: colnmba tenet, columba dimittit, unitas tenet, unitas dimittit. Hæc ille. AVCTOR. Noli iã dicere hunc contritum tuum à Christo quomodolibet absolutum, si adhuc ecclesia teneat cum uinctum. Noli item dicere eum cum ecclesia habere pacem, cuius contemnit ministerium. Nam ipsa per ministros hanc sumpserat potestatem, ut cuius peccata solueret, soluerentur: cuius etiam retineret, si ne spe solutionis à Christo, retenta essent. Non ergo petra dimittit peccata, nisi dimittat sacerdos. Neque petra dimittit, neque Christus, si sacerdos retinet, quia spretus. Non ergo ad numerum saluandorum pertinebit contritus tuus quia extra ecclesiæ unitatem pœnituerit, cùm nollent reconciliantis manum acceptare dum posset: sicut nec baptizatus tuus ad salutem baptizatus est, qui uoluntate renuit baptizari dũ potuit. Tanti † ualet baptismus exterior, tantique manus impositio sacerdotis, ut sine eius in se uel in sui supplemento, ubi facultas adest habendi, nullus reatus dimittitur, cui peccator tenebatur obnoxius. At ego dico hac manus impositione, hac quam tu dedignaris dicendo uerba humanitùs manum super caput pœnitentis posueris, hac inquam manus impositione, & hac oratione reconciliationis celebratur ecclesiasticè sacramentum. Vnde lib. 3. de unico baptismo. cap. 15. AVGVS. Manus † autem impositio non sicut baptismus repeti potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem? Nã quòd in typo unitatis Petro dominus dedit potestatem ut id solueretur in cœlis, quod in terris ille soluisset, manifestum est, quòd illa unitas etiam una columba perfecta sic dicta. Hæc ille. AVCTOR. Vnitas ecce columbę, id est ecclesiæ, Petrus est, cui commendatur potestas dimittendi in terra, ut dimittatur in cœlo. Et quomodo? Per manus impositionem, quæ repeti potest, quod baptismus non potest. Hæc autem manus impositio per hoc ab alia per cõfirmationem aut ordinationem data discernitur, quæ ita ut baptismus æquè repetenda non est. Manus autem impositio in typo unitatis Petro commissa est frequentiùs repetenda: quę est oratio super hominem, id est sit, dum super hominem dicitur, quæ diuina est, quamuis ab homine edita: quia ad exemplum diuini uerbi, quo pctõres mũdare solebat, formata. Qua manus impositiõe, & quib. uerbis mũdari solebãt antiquitùs p pastores ecclesiæ mortaliter delinquẽtes extremi quiq; pctõres, aut hæretici, ut notat libro 2. contra Cresconium c. 2. AVGVS. Ideo uobis non uidentur mundari cùm ad nos à uobis transeunt, quia denuò non baptizantur, quasi solo baptismo, quem repeti non oportet, cùm idem atque unus est, homines ab errore mundentur. Mundantur † & uerbo ueritatis ab illo, qui ait. Iam uos mundi estis ꝓpter uerbum, quod loquutus sum uobis. Mundantur & sacrificio contriti cordis ab illo, de quo dictum est, Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Mundantur & eleemosynis ab illo, qui ait, Date eleemosynas, & ecce omnia munda sunt uobis. Mundantur & ipsa, quæ superemineat uobis omnibus charitate, ab illo, qui per Apostolum Petrum dixit, Charitas, cooperit multitudinem peccatorum, quæ una si adsit, omnia illa recte fiunt, si autem desit, omnia illa frustra fiunt. Hæc ille. AVCT. Ad Donatistam hæreticum hæc Augustinus loquitur, putantem nullum posse mundari hæresi maculatum, nisi baptismo repetito: immo ait doctor, Charitate mundatur, eleemosyna, contritione catholica mundatur, & uerbo mundatur sacramentali, s. quod uerbum iam dixit suprà, orationem, manus impositionem super hominem pœnitẽtem. Cui uerbo dominus illam contulit potestatem mundandi. De quo ait, Iam uos mundi estis propter uerbum, quod loquutus sum uobis. Hoc uerbo, hac oratione, potestate Christi concessa pastoribus, & spiritualibus uiris soluuntur sacramentaliter humana delicta. Qualiter item scribit lib. iij. de unico baptismo. capi. 16. AVGV. An † forte per orationes sanctorum spiritualium quæ sunt in ecclesia tanquam per columbæ creberrimum gemitum, magnum geritur sacramentum, & occulta dispensatio misericordiæ Dei, ut eorum etiam peccata soluantur, qui non per columbam, sed per accipitrem baptizantur, si ad illud sacramentum, cùm pace catholicæ unitatis accedunt: & si ita est, cur nõ ergo per eorum orationes, cùm quisq; ab hæresi aut schismate ad pacem catholicam uenit, eius peccata soluuntur? Hæc ille. AVCT. Quæstionem istam agitat Augustinus super dubitatione quorundam de more ecclesiæ, quo ab initio timebat absoluere, s. uenientes ab hæresi cũ manus impositione, & oratione spirituali: quia si

Mundandi a peccatis modis. Psal. 50.

Lu. 8

1. Pet. 4.

Mat. 18.

Aug. To. 7

Aug. To. 7

Pœnitẽtia sacramẽtũ reiterabile. 7

6

9

Io. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quis bona fide, credens esse catholicos, bapti
zetur ab hæreticis uirtute spiritualium oratio-
num magnum geritur sacramentum, & absol-
uitur à delictis. Cur non ita per orationes simi
les sacramentales, & manus impositiones etiã
pœnitentiæ sacramento ad ecclesiam uenien-
tis peccata soluuntur? Ecce ergo, mi Witeleff,
20 q; ꝓ uerba humanitùs adiuenta, & manus impo 1
sitio absoluunt hominem à peccato. Sunt.n. ar
ra pacis ecclesiæ, & quibus magnum geritur sa
cramentum: sine quo secundùm q; parem cau- 2
sam habet cum baptismate, nullus potest introi
re in regnum Dei. Quid dedignaris igitur ho-
mini potestatem cælitùs datam dimittendi pec 3
Lu.7 cata, cum eis qui dixerunt, Quis est hic qui pec 4
cata dimittit? Aut etiam, Quis potest peccata
dimittere nisi solus Deus? Qui secundùm Am- 5
Matth.9. brosium per eos quoque dimittit quibus dimit
tendi tribuit potestatem. Inde & Christus, Vt 6
autem sciatis quia filius hominis habet potesta 7
tem in terra dimittendi peccata: Tibi dico &c. B
Immo iam plus scire fecit, q; ipse filius homi- 8
nis dedit purè filiis hominum ipsam potestatẽ,
Lu.11. dicens, Quorumcunque remiseritis peccata, re
mittuntur eis. Nec tantùm dedit absoluenti- 9
bus potestatem, sed absoluẽdis reis ingerit ege
statem: prout docet uetus pater & propinquus 10
Apostolus Origenes Homil. 10. super librum
Nu 18 Numerorum, exponens illud domini ad Aarõ,
Tu, & filii tui, & domus patris tui sumetis pec
Orig. To.1 in prin.ho. 11 cata sanctorum. ORIGENES. Quiꝺ meliores
sunt, infirmorum semper culpas & peccata su-
Ky. 13. scipiunt. Sic & Apostolus dicit, Vos qui firmio 12
res estis, imbecillitates infirmorum sustinete.
Israelita si peccet, id est, laicus propriè, suum
non potest auferre peccatum, sed requirit leui 1
tam, indiget sacerdote, imò potius & adhuc ali C
quid horum eminentius quærit. Põtifice opus
est, ut peccatorum remissionem possit accipe-
re. Hæc ille. Avc. Attende quàm diu ante Inno
centium tertium ecclesia de lege Dei astrinxit
laicos, ut pro remissione peccatorum habenda
indigeant sacerdote, aut pro pleniori beneficio
absoluendi, pontificem quærerent. Qualiter
hoc iuxta Witeleff, cùm Deus satis absolueret,
si ipse per contritionem peccatum suum auferret: sed Origenes fidem detegens antiquæ ecclesiæ, Laicus (inquit) suum non potest auferre peccatum, sed indiget sacerdote: non tãtùm ꝓ consilio adhibendo, ut fingunt Lollardi, sed ut peccatorum remissionẽ possit accipere, inquit Origenes. Ergo iuxta fidem scripturæ, & primæuæ ecclesiæ ut quis laicus possit remissionẽ peccatorum accipere ex omni uoto cordis iam indiget sacerdote.

¶ DE RITV ABSOLVTIONIS, quo dicitur: Absoluo te. &c. Et quòd prius sacerdos absoluit, vt absoluatur in cœlis indubiè. C. LXIX.

SVMMA.

Witeleff argumentum contra ritus pœnitẽtiales, & potissimum contra illud, Absoluo te. &c.
Witeleff, quomodo Pharisæorum inuidorum more dubitat super potestate Christi in ecclesia. 2
Sacerdos in quibus sit domini uicarius, ostẽditur. 3
Absolutio, q; prius fiat in terra, quàm in cælo, cõtra Witeleff. 4
Iniuria personalis q; remittitur ab homine, ut deus remittat. 5
Scriptoris catholici opus, quale debeat esse. 6
Baptisma sanctum, quod omnia prorsus delicta deleat. 7
Coniuges per adulteria separatos, quomodo post pœnitentiam reconciliari suadeat Augustinus. 8
Peccatorum retẽtio q; fiat uirtute clauium, sicut earundem uirtutem sit remissio. 9
Pœnæ per sacerdotem taxatio, contra Witeleff. 10
Patres antiqui, & sacerdotes ecclesiæ, quo ex officio antiquo audierunt confessiones pœnitentium, minuerunt pœnitentiam, absoluebant in remissionem peccatorum, & cum peccatoribus dispensabant. 11
Christus quare dimiserit mulierem de adulterio ream, & non absoluerit. 12

ARGVIT † Witeleff contra ritus pœnitentiales. cap. 8. de blasphemia. Tertium verbum sacramentale, in quo ponitur totius vis sacramenti est illud, Absoluo te. Cuius fundationem sicut pœnitentiæ descriptionem est difficile reperire, & blasphemum est imponere Deo negligẽtiam, vel ignorantiam quo ad illud: quoniam si cut docuit formam verborum baptismi, sic doceret ecclesiam formam verborum sacramenti pœnitentiæ, si vellet illud sacramentum esse tã necessarium ecclesiæ, ut modò fingitur. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sapiens ait in prouerbiis, Abominatio domino, cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Exponit textum libro 2. super prouerbia BEDA. Abominabitur dominus cogitationes hæreticorum, immo omnes pietati contrarias: & purus sermo rectæ fidei firmabitur ab eo, quã do in iudicio nõ solùm factis, sed & verbis om nibus digna præmia reddet. Abominatus est cogi-

cogitationes malas eorũ, qui dicebãt: Quis est A
qui etiam peccata dimittit? Hæc ille. AVCT.
Lu.7. 2 Attendant † fideles nostrum Witeleff cum inui
dis Pharisæis dubitare super potestate Christi
in ecclesia, & dicere, Quis est hic sacerdos qui
ẽt peccata dimittit, & dicit: Absoluo te, cuius
fundationem & formam uerborum sacri pœni
tentiæ est difficile reperire. Diffi cile dicit, sed
Matt. 18. non difficile est uolenti uerbum Christi recole
re, quod apostolis ait Matth.18. Quæcunque
solueritis super terram, erunt soluta & in cælis.
Putasne, q; Christus uoluit eos soluere, & dice
re se soluere, quibus promisit solutionem suam
sine dubitatione respondere in cælis, si quem se
soluere affirmarent in terris? Christus iussit a-
postolos docere, & baptizare omnes gentes in
1.Cor. 13. nomine patris, & filii, & Spiritussancti. Credo
Act.20 igitur conueniisse Apostolum Christo, nec blas
1.Cor.1. phemasse. 1. Corinth. 13. dicentem se docere in B
omnibus ecclesiis, & Actu. 20. q; nihil substra
xerit eis, sed doceret eos publice. & 1. Corint.
1. q; baptizauit Crispum, & Gaium, & Stepha-
næ domum. Cur item non absoluit, & dicere
posset, Ego absoluo, cui æqua est sic soluendi
concessa licentia, sicut docendi & baptizandi?
Matt 2. Qui enim dixit ite, docete, baptizate: ipse dixit
soluite eum, & sinite abire. Ipse qui dixit, Qui
sic fecerit, & docuerit, magnus erit in regno cæ
lorum, dixit, Quorum remiseritis peccata, remi
tentur. Quis ergo suspendit usum uocabuli ne
dicat, soluo, uel remitto, qui liberè dicere ualet,
sic facio, & sic doceo? Dicet Witeleff, quia solus
Deus peccata dimittit. Ita solus Deus tonat, &
tamen in nubibus tonat, & in angelo suo loqui
Iudic.6. tur Gedeoni; & tamen sicut ibi scribitur, Dixit
que dominus. Ego ero tecum. &, Nonne ecce C
misi te, tanquam in persona domini loquebatur, cuius ministerio & organo tunc dominus
Aug.To.4 utebatur. Vnde tractans hunc locum quæst. 32
libri Iudicum AVG. Aduertendum est dixisse
angelum tanquam ex domini auctoritate, Non
ne ecce misi te, cum loqueretur ad Gedeonem.
Quis enim eum emisit, nisi qui ad eum angelũ
misit? Delbora uero ad Racab. Nonne manda-
uit Deus dominus Israel tibi? hic autem nõ est.
3 Nõne ecce misi te. Hæc ille. AVCTOR. Vsu†
Sacerdos in quibus sit uicarius domini. ergo scripturæ & auctoritate cælesti transfor-
mat in seipsum sacerdos personam domini, qui
& angelus est, deferens in se potestatem absol-
uendi, & ligãdi communicatam sibi à domino,
ita ut uerè dicat dominum absoluere, quem ab-
soluit, & domino confiteri, qui confitetur, & do
mino diffiteri, qui diffitetur, & fraudare deum,
Act.5. qui defraudat eum. Sicut Petrus ad Ananiam
ait. Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te
Spiritui sancto, & fraudare de pretio? Et non es

mentitus hominibus, sed deo. Omnes iniurias
sibi factas refert in deum Spiritum sanctum sa- 2.Cor.2.
ctas, cuius ipse erat uicarius. Et beatus Paulus
Corinthiis loquens, si quid donastis, & ego in p
sona Christi. Quam planè dicit eos donasse pec
catum contra Deum cõmissum, & seipsum do-
nasse hoc idem in persona Christi? Ipsi donabãt
& soluebant in persona ecclesiæ: ipse tanquam
prælatus & pastor in persona Christi. Vterque
ergo sine usurpatione culpabili dixit, dono, sol
uo, remitto, & ut retundatur mucro latronis
Witeleff, cum dicit totiens arguendo, q; necesse est deum priùs absoluere, quàm absoluat sa-
cerdos: hic supponit apostolus Paulus ecclesiã
Corinthiorum prius donasse peccatum illud in
gens, quàm seipsum in persona Christi: Si quid
donaui propter uos in persona Christi. Et præ-
misit, Cui autem aliquid donastis & ego. Atten
ta qualitate uerborum prius supponit apostolo- B
lus eos donasse, quàm se, aut Christum per apo Hie. To.9.
stolum. Vbi in annotationum li. HIER. Sicut Matt. 18
uobiscum uindicaui, ita & dono uobiscum, Qđ
autem ego dono, non in mea dono persona, sed
Christi, qui dixit, Quæ solueritis in terra, erunt
soluta & in cælo. Hæc ille. AVCT. Si ergo do-
nat in persona Christi hac conditione, q; illi iã
donauerint, præmittitur ergo illorum donatio
donationi Christi in Paulo. Et assumit testimo
nium à textu uerborum Christi, Quæ solueri-
tis in terra, erunt soluta in cælo. Non dicit fue-
runt, sed erũt. Nec dixit, Quæ fuerint soluta in
cælo: si uos solueritis in terra, erunt soluta in
cælo: imò ideò quædam peccata ligantur in ter
ra, ut ligentur in cælo: & soluũtur in terra, ut
soluantur in cælo, ut ait secunda parte sermonũ
sermone. 2. de oratione dominica AVGVS. No- C Aug.To.2
lite uos dicere iustos, quasi non habeatis unde
dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris: abstinen-
tes à deceptionibus hæreticorum, à concisioni
bus schismaticorum, abstinentes ab homici-
diis, ab adulteriis, & fornicationibus, à furtis,
& rapinis, à falsis testimoniis, & si qua for-
tè alia: non dico quæ exitiales exitus habent.
Vnde necesse est præcidi ab altari, & l gari in
terra, ut ligetur in cælo, ualde periculosè, &
mortiferè, nisi soluatur in terra, ut soluatur in
cælo, &c. Hæc ille. AVCT. Quis† ergo nisi dete Absolutio fit prius in terra, quã in cælo.
standus hæreticus audet hæc uerba Christi per
uertere protestantia, q; ordine sacramenti præ
cedit solutio sacerdotis in terris, solutionem
Christi in cælis: ideo soluitur in terra, ut solua
tur in cælis? Et totum facit quod potest, ut red-
dat homines dubios de effectu catholici sa-
cramenti: quasi sine reuelatione quotidia-
na nullus per confessionem ueniam spera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret de certo: quia nisi Deus priùs remittat, in- A quit, remissio sacerdotis est nulla. Et † quid dixit de remissione personalis iniuriæ, quâ Christus totiens prædicat Christianis, dicens sic, Dimittite, & dimittetur uobis. Matth. 5. & pluries alibi: quia cùm omnis iniuria homini facta redundet in Deum, dicente apostolo, Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus: qualiter remittit homo proximo suo, nisi Deus priùs remittat? Quòd si Deus prius remittit, quid iam petenda est humana remissio? Et dicet quilibet Witcleuista creditori suo, dimitte si uis, sufficit mihi dimissum à Deo. Aut si præscitus es, dubito, uel in mortali extra gratiam, & tunc peccas, & iniustè facis quicquid feceris: quid item si dicat creditor debitori secũdùm doctrinam Witcleff, Furto tulisti mihi bouem, aut per concupiscentiam ancillam, uel seruum contra mandatum domini: unde non ualet mea dimissio, nisi Deus prius *perdonet. Sic enim nos docet christus dicens, Dimitte nobis debita nostra, sicut B & nos dimittimus debitoribus nostris. Nulla ergo uia dimittam debitori meo, priusquã certus efficiar dimisisse ipsi Deum, sicut nec uolo dimitti mihi per hominem, nisi prius dimittatur mihi per Deum. Ecce quot intricationes cõscientiæ hæc noua lex logicæ Witcleff Christianis immittit: omnem hominem perplexum reddit, nullum securum de opere quantumcunque fideli. Abijciamus hæc opera tenebrarum, & induamur arma lucis, dimittamus pleno corde iuriantibus proximis, sperantes æquè uel amplius deum nobis dimittere. Et æquè currimus ad pastorem ecclesiæ cum fida mente petentes ueniam, scientes eum inuisibiliter, sed certissimè mensura superefluente remissionem nobis dare nostrorum peccatorum, si iam donantur nobis per ecclesiam. Vnde in sermone quodam de symbolo, qui incipit, Sicut nonnullis. AVGVSTIN. Dat quidem Deus in hac uita sine dubio peccatorum remissionem per ba- C ptismum, & fidem ecclesiæ catholicæ, id est, uniuersalis, ac toto orbe diffusæ, & infectam criminum labem reuocat ad infectum, & chirographum innumerabilium debitorum nobis non 6 sentientibus delet. Hæc ille. AVCTOR. Hoc† 8 opus scriptoris catholici, per argumenta rerum inuisibilium animam in spem erigere, non desperationis tenebras offundere. Qualiter catholicus Augustinus certos efficit Christianos, Deum dare in uita hac sine dubio remissionem per baptismum, & fidem ecclesiæ, & chirographum innumerabilium delictorum, nobis non sentientibus, ipse delet, & remittit. Et hoc sanctum baptisma per ministerium Christi donatur, nunquid & hic necesse est Deum prius di- 9 mittere, quàm sacerdos baptizando dimittat, & tunc ante baptismum cuncta dimisit? quid igitur in baptismo dimittit? Fides symboli est credere sanctum baptismum ecclesiastici gurgitis cuncta delere peccata: prout exponit symboli libro tertio ad hoc uerbum perueniens, remis- *Aug.To.9* sionem peccatorum, AVGVST. Omniaq; prorsus delicta delet sanctum baptisma, & originalia, & propria: dicta, facta, & cogitata: cognita, incognita: omnia dimittuntur. Innouat hominem, qui fecit hominem, donat delicta, qui non quærit merita, præuenit gratia etiam ipsam infantiam, ut sint liberi per Christum liberati, qui in Adam a diabolo tenebantur ante captiui. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo sanctum baptismatis sacramentum diuino sibi munere cõiugato cuncta peccata dimittit in ministerio sacerdotis, cur aliud æquè sacramentum remissionis peccatorum indubitanter, quanuis insensibiliter non delet peccata, ipsum dico pœnitentiæ sacramentum in ministerio sacerdotis sacramentaliter absoluentis? Cur necesse est Deum prius dimittere peccatori, quàm sacramentaliter absoluatur, & non necesse est Deum prius cuncta dimittere, quàm sacramentaliter baptizetur? Ipsum baptisma, inquit Augustinus, delet cuncta delicta: & post pœnitentiam absolutio sacerdotis peccata non tollit? Ista duo sacramenta sic combinat libro secundo de adulterinis coniugiis, post principium AVGVST. *Aug.To.6* Cur adhuc putamus adulteros, quos uel baptismate ablutos, uel pœnitentia credimus sanatos? Hæc crimina in ueteri Dei lege nullis sacrificiis mundabantur, quæ noui testamenti sanguine sine dubitatione mundantur. Hæc ille. AVCTOR. Omne ecce ambiguum in sermone Augustinus suspendit, dicens sine dubitatione adulteros mundari in sanguine testamenti: sicut dicit baptismate uel pœnitentia intelligens sacramentum, sicut infrà plenius loquitur AVGVSTINVS. Adulteriorum C suorum medicinam suscipiant, adulterare iam desinant, laudent in se patientiam Dei, agant pœnitentiam, sumant indulgentiam: mutent de pœna seminarium, & sumant de sua impunitate sententiam. Quibus† considera- *Coniuges per adulteria separati non possunt matrimonium reuocare in usum.* tis, atque tractatis, si communis conditio, commune malum, commune periculum, commune uulnus, communis salus fideliter atque humiliter cogitatur, non erit turpis, neque *Remissio peccatorum nisi uere claues.* difficilis etiam post perpetrata, atque purgata adulteria reconciliatio coniugum: ubi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce omnis difficultas tollitur, omne cassatur ambiguum, ubi † per claues regni cælorum

Iniuria per sonalis remittitur ab homine, ut eius remittat.

remittat. Matt 6

Ro. 12.

Aug.To.x

rum non dubitatur fieri remissio peccatorum. A
Videte ergo si huiusmodi sacramentum nõ sit ita (vt fingitur) ecclesiæ necessarium. Si enim per ipsum virtute clauium sit remissio peccatorum, æquè indubiè per ipsum virtute earundem clauium sit retentio eorum, quia ille, qui ait, Quorum solueritis peccata, soluta erunt: *Matt. 18* ipse dicit, Quorum retinueritis, retenta erunt. Priusquàm ergo sacerdos absoluat, retinetur delictum, quod indubiè ipso soluente dimittitur. Hæc est fides scripturæ, & antiquitatis ecclesiæ: rideat Witeleff, frendat Witeleff: quod non soluit sacerdos, quia neglectus, & spretus, hoc retinet Deus ad damnationem in cælis. Iustè ergo dicit sacerdos ad reum, Ego *Pœna per sacerdotem iniusto.* 10 te absoluo Qui † uere soluit in ecclesia, iustè dispensat, cui ex parte Christi agit cum misericordia: nec ualet argutia WITCLEFF in eodem cap. quòd temerarium est in sacerdote taxare pœnam pro peccato: quia omnis pœna, B quam peccator posset hic sufferre, foret nimis modica: si autem in misericordia Dei confidat, acceptante & supplente pœnitentiam sacerdotis, sic inquit, non requiritur discretio sacerdotis. Hæc Witeleff. AVCTOR. Immo sic requiritur, ut misericordiæ Dei suscepta pœna respondeat pensatis circunstantiis loci, & tpis. Sed ar- *Cre fersan Nazan.* gutia est Nouati. Contra quam li. 3. de Epiphaniis GREG. Cum ipse homo sis similis cæteris, aut fortè nec similis. leges uis dare super hominem, & desperatione impedire emendationẽ Similiter nanque malum est, & uenia sine correptione, & correptio sine uenia. Perillud enim omnes simul habenæ laxatæ in præceps ferunt, per hoc uero nimium restrictæ, omnem progrediendi spem penitùs abscindunt. Sequitur. Tu, ut uideo, nec Dauid recipis pniam agentẽ, cui & propheticam gratiam pnia conseruauit: nec Petrum apostolorum maximum, cùm humanũ ei aliquid ante passionem Domini contigisset: C sed Iesus recepit pœnitentiam, & trina interrogatione sua, & illius confessione, culpam ternæ negationis absterfit. Et longè post. Sed Nouatus, inquit, non recipit eos, qui in persecutione lapsi sunt. Bene non recipit, si pœnitentiam nõ 12 egerunt. Nec ego quidem recipio eos, qui non digna conuersione abluunt crimen admissum, neque conuenientem tanti uulneris in emẽdãdo adhibent medicinam. Sed & cum recepero cum reuertenti & loco & tpe dispensabo. Repudiare uero fletus & lachrymas pœnitentis, inhumanitatis Nouatianæ est, nõ misericordiæ christianæ. Hæc ille. AVCT. Ex hoc loco potest 11 Witcleuista uidere, qd† antiqui patres & sacerdotes ecclesiæ ex officio consueto audiuerunt confessiones pœnitentium, iniunxerunt pœnitentiam, absoluebant in remissionem peccatorum, & cum peccatoribus dispensabãt. Nec præsumptor sibi uidetur iste pater, si dicat, recipio pœnitentem, & cùm recepero loco & tempore dispensabo, hoc est, absoluo, mitigo. Totum sicut dixi, Christo faciente sic facio quæ iubet ut faciam, & ut iubet sic facio, secundùm uerbum ipsius Domini per Ezechielem dicentis, Ego faciam ut faciatis. Quem locum assumit lib. de prædestinatione sanctorum, ante mediũ AVG. *Aug.To.7* Ideò enim & hæc nobis præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, ut intelligatur, q; nos ea facimus, & deus facit ut illa faciamus, sicut per prophetã Ezechielem apertissimè dicit. Quid enim apertius, quàm ubi dicit, Ego faciam ut faciatis? Locum ipsum scripturæ attendite, & cui debitis illa Deum promittere se facturum, ut faciant quæ iubet. Hæc ille. AVCT. Si hoc in singulis meritorum operibus, quanto potius ipse agit, quæ agimus, ubi proprietas actionis est diuina, & tantùm hominis legatiua? Sicut & alibi in euangelio, Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Cuius intuitu Paulus ait. An experimentum cius *2. Cor. 13.* quæritis, qui loquitur in me Christus? Loquitur ergo Paulus, cum loquitur in Paulo Chri- *1. Cor. 2* stus: nam & ipse illud ait, Sapiẽtiam loquimur inter perfectos. Recolo item me *li. 5. scripsisse de calumniis eius unam contra hoc, q; iniungit *libro de sacramentis.* sacerdos catholicus suo confesso pœnitentiam salutarem: displicet. n. ipsi, q; aliud quid imponat, quàm dicens sicut Christus adulteræ: uade, iam ampliùs noli peccare, Sic habet de sermone dñi in monte li. 3. ca. 3. Witeleff. Inconsideratè satis, qui eo peiùs qualitatem rei fiendæ discernit, quo facti substãtiã minus attẽdit. In cõfesso nostro crimen proditur, reus conuincitur. Idcir co peccatum per pœnitẽtiam condemnatur, ac cusans peccatum absoluitur. Quæ iustitia põt non cõuictum punire cum uicto, aut sub eadẽ sententia insontem inuoluere sine teste, & liberare conuictum? Mulier ista sibi dimittitur, nõ absoluitur, prout uires textus li. 11. epist. ad Studium exquirit AMBR. Dimittitur, † inquit, mu- *Amb. To. 5* lier, non absoluitur, quia deerat accusator, non quia innocentia probabatur. Sequitur. Addidit aũt deuiæ. Vade, & amodo uide ne pecces. Emẽdauit ream, non crimẽ absoluit: etenim seuerio re snia culpa damnatur, si unusquisq; crimẽ suũ oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Hæc ille. AVCT. Publicũ erat istud iudiciũ: nec uoluit Christus prodere reatũ, quẽ sine teste lex habuit non probatũ. Idcirco publicè dimittitur nec absoluitur, quanuis Witeleff in hoc confessores suggillet, qui non possint prodere confessos suos, & arguere palã secundũ legem Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti,quos ex ore proprio nouerint peccatores. Christus ecce nouit qualitatem fœminæ sine ipsa,nec uolebat arguere,sed nè etiam uiderentur sibi rea,uel in aliquo leuiter suspecta de crimine,festinauit impunem dimittere,quam testes cæperunt arguere,non probare. Tales itē forent Witeleuistici sacerdotes, si crimen priuatum palàm arguerent,quod sine testibus nō probarent.

¶DE RITV CONFESSIONIS Faciendæ sacerdoti solitariè & priuatè, quòd sit legi Christi propinquior,quàm manifestè cunctis edita. Cap. LXX.

SVMMA.

1 *Confessionem criminis benedictam à domino, & à diabolo interdictam, insequitur Witeleff.*
2 *Mathematici, & Manichæi ab Augustino improbantur in his,quæ ad confessionem attinent.*
3 *Confessio auricularis, quòd sit sacerdoti facienda, contra Witeleff.*
4 *Pœnitentia triplex.*
5 *Peccatum quibus modis soluatur.*
6 *Confitendi soli presbytero necessitas innuitur.*

CAeteros ritus pœnitentiales in uno globo contemnit prædicto ca. 8. Dicere,inquiens,q̄ requiritur sacerdoti in alto sedenti,genu flexio,omniū peccatorum singularis depromptio, & secundum formam adinuentam,cū impositione manus in caput confessi consignatio,siue sacerdotis absolutio,foret nimis blasphema,&fictitia.

1 Hæc Witeleff. AVCT. Singula † complicat, sed unum insequitur, quod dicit depromptionem singularem omnium peccatorum, ipsam confessionem criminis benedictam à domino, à diabolo interdictam. Prout quarta parte sermonum,sermone de confessione peccatorum, qui incipit,In omnibus scripturis. AVGVS. Serpens(inquit)quomodo tunc institit,ut non seruaret homo quod illi dictum est nè peccaret sic nunc instat ut non seruaret homo quod illi dictum est,confitere peccatum: Quomodo.n. tunc fecit ut caderet qui stabat, sic nunc agit, ut non resurgat,qui cecidit. Itaque aduersus incantationes eius,& insidias,quibus nunc impedire facit reditum nostrum,suscipiamus præcepta saluberrima aduersus eum, qui uult nobis impedire confessionem peccati, quia scit non nos aliter redire,qui per superbiā lapsi sumus, Dux nobis fuit ad superbiam ipse, ad humilitatem ducem Christum sequamur. Dicit† ho-
2

A mini serpens ille per Manichæos, & Mathematicos. Per Manichæos, ne confiteatur homo peccatum. Per Mathematicos,sic loquitur, Nū quid homo peccat? stellæ sic sunt positæ,necesse est,ut homo faciat peccatum, dicit ergo per Mathematicos,quoniam stella facit ut hō peccet. Nam si non facit stella,homo non peccat, sic blasphemias conuertit in Deum. Creator.n. stellarum Deus est,& dum nō uult homo se accusare in eo,q̄d fecit,Deum accusat, à quo factus est homo. Ita per quosdam Manichæos ita suggerit,non tu peccas,gens tenebrarū peccat, non habet peccatum,dicit hæc animæ,& erigit eam in superbiam,ut putet q̄ non peccat. Hæc ille. AVC. Iungatur tertius Witeleuista, qui p necessitates absolutas,& libertates falsas,p diuinam prædestinationem,& præsciētiā suffocat peccatores,nè catholicè confitendo loquātur. Quod Mathematici prædicant necessitatē peccandi in stellis,magis urget Witeleff necessitatos homines per * pœnitentiam, dicens superfluo confiteri. Vnde dicere solet, Si sis prædestinatus,non peccas mortaliter,quia nunquā destinari potes morti secundæ:quid tunc confiteri prodesset? Si sis præscitus,confessio te non potest absoluere:necessario enim damnaberis morte secunda. Sic Deo necessitanti prædestinanti,uel præscienti,nonnè cuncta retorques, ut non proderit secutura confessio? De is quid ipse errat,& quid contra sentit fides catholica, supradixi profuse li. 5. simulque de cōfessione uocali distincta in lege ueteri,& in initiis legis gratiæ. Hic† uero de ritu ipso articulariter confitendi soli presbytero, quem ipse omni conatu redarguit,dicendum est. Maximè autem contendit,nè fideles illam expleant sub obtētu salutis æternæ. Prædicto nempe. 8. ca. præfert confessionem generalem confessioni distinctæ, quia C infra mensem uix proderet peccans circunstantias aggrauantes. Item ibi præfert confessionē publicam confessioni priuatæ,quia sic confitebatur latro in cruce. Et ca. 11. q̄ sic confitebantur homines sacerdoti in lege ueteri, & potest esse,q̄ sacerdos sit præscitus, & ipse confitens nescit si sit uerè contritus,& in gratia. Talesq; spinas spisim seminat,& offendicula infinita: omnia faciens,ut aduersetur scripturæ legis,& ecclesiæ de confessione pulcherrima cum serpē te. Ned dicat hostis fidei,dicat ad Christum, qui piissimè consulens,statuit de accusatione delicti Christianæ charitati,& humano pudori. Nonne eius est lex? Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: si te non audierit,adhibe testes: si eos non audierit, dic ecclesiæ? Si hic sit ordo charitatis statutus à Christo, recole item quod sæpe soles inferre,

Mathematicos impugnat.

* præscitus.

Confessio auricularis facienda.

Matth. 18

Charitas

Charitas à se debet incipere. Accusaturus igitur teipsum,quia contra Deum,& contra proximum deliquisti,forsan priuatim, cur non solum uicarium eius primò adeas sacerdotē, qui pro Deo respondeat tibi,& item pro proximo, ceram quo reconciliandus esses,si adesset notitiæ? Non enim hunc pœnitendi modum apud solum presbyterum in hac Christi doctrina indisciplinata confirmo,quem ut à publico pœnitentiæ tuæ modo dissocietita fundat lib. suo de fide & operibus,uersus finem AVG. Si non

Aug. To. 4

essent quædam non ea humilitate pœnitentiæ sanāda, qualis in ecclesia datur eis,qui propriè pœnitentes uocātur,sed quibusdam correptionis medicamentis, non diceret ipse dominus, Corripe eum inter te &ipsum: si audierit,lucratus es fratrem tuum. Postremò nisi essent quædam,sine quibus hæc uita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione, quam docuit ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, ut nos dimittimus debitoribus nostris.

Matt. 6. Pœnitentia triplex

4 Hæc ille. AVG. Ecce† tres pœnitentiæ, Prima pro grauioribus,quæ pœnitentia publica est in ecclesia: altera temperatio,quæ quibusdam correptionibus sit priuatim inter te,& solum presbyterum: tertia pro leuissimis & quotidianis delictis per teipsum. Iam dicas euangelio, Cur hunc charitatis ordinem tibi non obseruas,quē iuberis tenere in altero,sed primò omnium tui ipsius proditor in uulgo efficeris, quanuis charitatiue redarguas in peccato priuato? Si plurimos offendisses,aut deliquisses in publico, fateor pp lucrum publicè pœniteres. In quo itē casu publicè confessus est latro,quia deliquit in publico peccato etiam coram iudice cūctis noto,nec peccato leui,sed morte plectendo. De his differentiis peccatorum & satisfactionum correspondētium,li. de definitionibus rectæ fidei,c. 23. AVG. Quamis quis peccator mordeatur,peccandi tamen de cætero non habeat uolūtatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis,& orationibus,& confidens de dñi misericordia,qui peccata piæ confessioni donare consuenit,accedat ad eucharistiam intrepidus,& securus. Sed hoc de illo dico,quē capitalia & mortalia peccata non grauat. Nam quem mortalia crimina post baptisma commissa premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communione sociari,si nelit non ad iudicium, & ad condemnationem sui Eucharistiam percipere,sed & secreta satisfactione solui talia crimina non negamus. Hæc ille. AVG. Primo † casu soluitur, confitendo Deo,& orando deo peccatum. Secundò uero requiritur iudicium sacerdotis, quia delictum mortale supponitur,q̄d dicit Witeleff,in

Aug. lib. de Eccles. dog. ca. 53. To. 3

A antiquorum scriptis non inuenit, & ideò ab antiquæ legis traditione mortale peccatū dictum est,quia nulla uenia pœnitentiæ laxabatur à crimine. Vnde epistola ad Damasum de filio prodigo. HIERONYM. Lex quippe iustitiæ tenax clementiam non habebat,sed quicunque adulter,homicida,fraudator,aut(ut breuiter dicam) mortali crimine tenebatur,nulla uia pœnitētiæ laxabatur a crimine. Oculum pro oculo, dentē pro dente,animam pro anima iubebantur exoluere. Hæc ille. AVCT. Hic planè supponit Aug. capitalia & mortalia esse peccata,quæ sacerdos diluat confitenti,& hoc publicè pœnitenti: nō negat secreta satisfactione,& absolutione delenda: secundùm differentias quas notaui, prout ex presiùs sermone de pœnitentia,qui incipit, Quam sit utilis. quarta parte sermonum. Quā item reuerenter auctoritatem assumit BEDA in expositione epist. 1. ad Corin. Hoc idem prosequitur Augu. Iudicet seipsum homo in istis uoluntate dum potest,& mores conuertat in melius,ne cùm iam non poterit,ēt præter uoluntatem à dño iudicetur,& cum in se protulerit seuerissimæ medicinæ(si tñ medicinæ)sniam, ueniat ad antistites,per quos illi in ecclesia claues ministrantur,& tanquàm bonus iam incipiens esse filius,maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum,& in offerēdo sacrificio cō tribulati cordis deuotus & supplex, id tñ agat, ut nō ipsi solùm prosit ad recipiendam salutē, sed etiam cæteris ad exemplum. Vt si peccatum eius non ingruerit eius malo, sed etiam uitādo scandalo aliorum propalare, atque hoc expedire utilitati ecclesiæ uidetur antistiti, in notitia multorum, uel ēt totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non tali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. Meminerit semper, quia superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid.n. infelicius, quid peruersius, quàm de ipso uulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura eius erubescere? Hæc ille. AVCT. Notet † Witeleff, quod dictum est de uulnere, quod latere nō potest, in ipso casu palam pœnitentia agenda est, sed siuè palàm, siue clàm, postquàm reus confessus fuerit coram Deo, ad antistitem currēdum est omni necessitate, qui solui desiderat a mortali. Ratio est, ut per præpositos in ecclesia sibi ministrentur claues. Alia quoque rō, ut maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacramentorū accipiat satisfactionis suę modum. Et hortatur, ut in hoc sacrificio contribulati cordis persistat reus deuotus & supplex. Quem ritum humiliandi fidelis in confessione Witeleff dicit supra fictam blasphe-

Beda Habetur de pœn. d. 1 ca. iudicet.

Iac. 4

C

6

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

mlam. In hac aũt duplici ratione Augustini in- A 3
nuitur necessitas confitendi soli presbytero, 4
quam Witcleff hẽt exosam, Tum pp ministerium clauium, Tum propter ordinem ecclesiæ conseruandum: ut non vnusquisquè à se, sed à 5
sacramentorum præpositо accipiat satisfactionis suæ modum. Quàm necessario igitur satisfacere debet, tam necessariò subiici clauibus dẽt, ad modum satisfaciendi tenere, quem iudicẽt Antistites. An putat Witcleff hæc om 7
nia frustrà Christum in ecclesia statuisse, & si- 8
ne clauibus, sine præpositis cuncta facere p seipsum? Miser decepte homo, cur tibi, & deceptis tuis talem veniam polliceris? Quales in pdicto sermone aliquantò superiùs deplorat AVGVSTINVS. Implicatus ergo tam mortiferorũ uinculis peccatorum, detractat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas claues ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cælo: & audet sibi post hanc uitam, qui tm Christianus dicitur
Matt. 7. salutẽ aliquam polliceri, nec uerídico illo domi B
nicæ uocis tonitruo contremiscit, Non omnis qui dicit mihi Dñe Dñe intrabit iu regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cælorum. 1
Hæc ille. AVCT. Tene uerba, perpende sentẽtiam, & illum arguit temeritatis, dum audet sibi ipsi salutem post hanc uitam aliquam polliceri, qui implicatus mortifero crimine detractat, differt, aut dubitat confugere ad claues ecclesiæ, quas dicit habere ecclesiarum solos & sacramentorum præpositos. Nõne hæc grandis confitendi necessitas? Aut ubi stat cũ salute futura sine hac cõfessione tua libertas? Hãc dicit Augustinus dictionem ad deum, Dñe Dñe, illam factionem uoluntatis paternæ, qua sola sublata, quantumcunq; clamaueris Deum, Deũ, confitẽdo deo soli, regnũ cælorum non intrabis. Et uide quod uerba notat in forma Christi, præponẽs solutionem peccatoris per claues in terris, ut demum à Christo soluatur in cælis.

¶QVOD CONFESSIO AVRICVlaris sit tanquàm ex apostolica regula plùs, & priùs laudata, quàm publica, & de ritu interrogationis faciendæ in ea per presbyterum. Ca. LXXI.

SVMMA.

1 *Auriculariter quòd sit confitendum, non publicè, iussu & auctoritate apostolica, contra Witcleff.*

2 *Iudæi etiam quomodo auriculariter confitebantur.*

3 *Petrus, & Paulus traduntur confessi.*

4 *Error triplex circa illud dictum Petri in Actis Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum, describitur.*

5 *Confessio specialis quòd sit soli facienda presbitero, & quare. Et de eius necessitate latissimè.*

6 *Peccatorum quòd sint disquirenda circumstantiæ.*

7 *Interrogatio de peccatis laudatur.*

8 *Deus op sit pronior semper ad miserendum miseris, quàm ad puniendum proteruos.*

ITerum ualde diligenter aduerto, cp tempore Augustini ecclesiarum præpositus taxabat peccanti satisfactionis suæ modum, ne scilicet suum ad arbitrium peccans publicè confiteretur ut uel let, cùm Witcleff dicat, Non nostram priuatã, sed publicam confessionem temporibus apoB stolorum, & deinceps tempore Augustini plus esse laudatam. Post quæ tempora multis centẽnis successit Innocentius tertius huius nostræ auricularis confessionis primarius institutor. AVCT. Totum† fabulosum est hoc, & sine 1
auctoritate præsumptum. Sed nouerit certum esse, quòd priùs usu, & auctoritate apostolica confessio priuata catholicè tenebatur, & illicita postmodum usurpatione quorundam, confessio distincta peccatorum passim uolauit in publicam. Quam primus Leo censuit submouendam magnis de causis, & secretam confessionem fidelibus continendam, qui non multò Augustino posterior, diu præcessit Innocentium tertium. Libro enim Decretorum capit. secundo decretalis Epistolæ Leonis. Vniuer fis per Campaniam, Samnium, & Picenum. Leo Pont. 1. cũ Epist.
C LEO. Illam etiam contra apostolicam regulam præsumptionem quam nuper à quibusdam illi cita usurpatione uidemus committi, modis omnibus constituimus submoueri: de pœnitentia uidelicet, quæ ita à fidelibus postulatur, ut de singulorum peccatorum, genere libelli, scripta professio publicè recitetur. Conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari secreta. Quamuis enim plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, quæ proprer Dei timorem apud homines erubescere non uereturi: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare: remoueatur tam improbabilis consuetudo, nè multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dũ aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta referare, quibus possent legum constitutione percelli. Sufficit etiam illa confessio, quę primùm Deo offertur, tunc enim sacerdoti, qui

Auriculariter non publicè confitendum. De pœnitentia d. 1. cũ quamuis plu mùm.

De pœnitentia d. 1. cũ sessio.

qui pro delictis pœnitentium precator accedit. A
Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur cõ scientia confitentis. Hæc ille. AVCTOR. Hæ rationes catholicæ, hæ inuectiones solennes quantùm antecedunt argutias Witcleff multi- 3
plicatas in numero? Ideo antiqua illa consuetu
Cur consuetudo cõfitendi auriculariter fuerit inter ducta. tudo confitendi soli presbytero, iam reuocatur in integrum, quia plures sic poterunt ad pœnitentiam animari: & ne tàm fide facta ab inimicis plectendi legibus, reducerentur ad iudices: & ne multi pudore uicti, à pœnitendi remedijs arcerentur, & ne talia nescientes quæ audiunt, artem discant peccandi, & maximè, quia contra apostolicam regulam illicita quorundam usurpatione, priuata confessio vertebatur in publicam. Non ergo iam primò cœpit de publica, esse priuata confessio, vt quidam constituunt, sed 4
prima auricularis renouatur, ut antè. Propter hoc dicit totiens Augustinus, Primò soli Deo confessus, eat ad antistites, qui claues habent soluendi, & eorum arbitrio si prodesset, confiteatur ecclesiæ. Ergo Witcleff malè dixit to- B
tiens in lege Iudæorum, putà Leuitico, & alibi, sine auriculatione peccatum quodlibet coram populo diuulgandum, & sic coram apostolis in primæuis ecclesiæ. Peruersè errat, cùm ignotorum sibi peritias introducit, dicens lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 38. Papa latinus debet erubescere de ista moderna pœnitentia sine fundatione. Sequitur. Sapientia autem diui na Hebræorum, & sapientia Græcorum deriderent istã stultitiam Latinorum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Verba sunt hæc sine fundatione cõficta. Quantum ad Græcos & Hebræos dixi li- 2
bro quinto. Et † iterum quo ad Hebræos. MoIudei etiã auriculariter confitebantur. derna confessio Iudæorum eum conuincit. Ipsi enim adhuc sacerdoti suo auriculariter confitẽ tur, qui sub attestatione diuinæ iræ stringuntur ad secretum: uelut hoc anno fatebatur multis ut ad aures Ducis Aurelianensis domini Caro- C
li peruenissет quidam ex Iudęis conuersus, & eorum quondam sacerdos dictus Manasses. Et quòd dicit summum sacerdotem confiteri semel in anno peccata populi super caput hirci, Leuitico. 16. intelligat non omnem hominem Leu. 16. suum tunc publicasse peccatum, nec sacerdotẽ potuisse tunc uniuscuiusque peccatum confiteri distinctè, sed uniuersorum in genere. Vnde & Heb. 10. apostolus ad Hebræos. 10. dicit illam *nisi com *esse. memorationem peccatiis in ipsis inquiens, com memoratio peccatorum fit per singulos annos. Et posset, hoc eum confundere arguentem contra decretum Innocentij de confitendo semel in anno, quòd Iudæi regulariter obseruarent coram suo presbytero tunc. Aut adhuc in die ex piationis, mense septimo uidelicet Septembri totum festum agentes in confessione & pœnitentia, die scilicet, quo descendit Moyses de mõte cum rumoribus diuinæ propitiationis ad populum pro uitulo tunc contlato secundùm Rabbi Moysen libro. 1. Petrus † autem baptismo Christi baptizatus aut Ioannis, nonne putas peccata cõfitebatur vt alij, & Paulus etiam Petrus paulusque confessi. Ananiæ, vt per sacerdotium, quod tunc erat in ecclesia, conuerteretur Ad Christum? Sicut ex Augustino produxi superiùs libro quinto. Sed quot millia (inquit) sine tali confessione in pri- Act. 2
mis ecclesiæ conuertebantur ad Dominum, sicut Petrus ait in Actibus, Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum: quod de interiori pœnitentia, non de exteriori dictum accipitur. Hæc Witcleff, cap. 9. de blasphemia. AVCTOR. Constanter † loquitur, asserens quasi hoc sciret de exteriori negatum, de interiori tantùm pœnitentia intellectum: demus ei quod petit, sed quod sequitur uerbum, Pœnitemini, & baptizetur (inquit) unusquisque uestrum. Aliud est igitur tunc pœnitere, cùm baptismus non deerit, aliud post acceptum sacramentum, cùm baptismus iterari non poterit; & quanuis solita ante baptismum esset expressa cõfessio, non tamen est nollenti tunc simpliciter imponenda. Ratio, quia ipse baptismus peccatorum omnium est aperta confessio. Qualiter libro tertio de sacramentis, versus finem AMBROSIVS. Quando dedisti nomen tuum, Amb. To. 4 cap. 2. tulit lutum, & liniuit super oculos tuos. Quod lo. 9. significat, vt peccatum tuum fatereris, ut conscientiam tuam agnosceres, vt pœnitentiam ageres delictorum, hoc est, sortem humanæ regenerationis agnosceres. Nam etiam si non *fateatur peccatum, qui uenit ad baptismum: *confitea tur. tamen hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum, quòd baptizari petit, iustificetur, hoc est, ut à culpa ad gratiam transeat. Hæc ille. AVCTOR. Potest igitur uerum esse de multis ante baptismum, quòd non sic expressè pœniteat, quòd item multi sic pœnituerunt, baptizante Ioanne, aut Apostolis tempore Christi, aut Christo in cælos corpore iam translato, planum esse scripturæ loquuntur. Ita post baptismum pœnitebant complures, qui etiam sacramentaliter reconciliati sunt more nostro in ecclesia, sicut inter cæteros Corinthius ille, & cõplures tunc peccatores in illa ecclesia. Et Simon apud Petrum. Lege Augustinum in Epistola ad Seleutianum, si ita non ista dicat, ubi etiam reperies unum inuolutè contra te alio ex Aug. To. 2 tremo sic errasse, ut solam pœnitentiam tunc dedissent Apostoli loco baptismi. AVGVSTINVS. Quomodo autem iste dicat, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod in Epistola tua posuisti, q; Apostoli dede A runt pœnitentiam pro baptismo, non euidenter expressum est. Si enim pro baptismo ideo dicit, quia per pœnitentiam remittuntur peccata, habet aliquid rationis quod dicit: sed talis pœnitentia post baptismum potest utilis esse, si quis peccauerit: iste autem quoniã negat post baptismum dari pœnitentiæ locum, cum dicit, sicut scripsisti pœnitentiam solam ante baptismum esse, datur intelligi sic eum dixisse, quòd Apostoli dederunt pœnitentiam pro baptismo ut ante baptismum eam dederint, atque hi quibus data sit posterius nõ fuerint baptizati, quia eis illa pro baptismo fuit: quod Nouatianos nũquam dicere audiui. Avct. Notate ergò, quòd iste hæreticus, qui sic Seleutiani epistolam intellexit, ex eadem scriptura docet pœnitentiam exteriorem indictam tunc peccatoribus per apostolos: ex qua Witeleff tradit egisse illos tantum pœnitentiam intrinsecam, unde dicit eam B signanter datam. Apostoli (inquit) dederunt pœnitentiam pro baptismo: non dicit, illi egerunt. Vterque ergo præsumptuosè mentitur in textum, hic sub hoc colore euacuando baptismum, iste pœnitentiæ sacramentum. Et prosequitur Avgvs. Agunt homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis, ita tamen, ut etiam baptizentur: sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, Loquente Petro
Act.2. ad Iudæos, & dicente, agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini Iesu Christi, & dimittentur peccata uestra. Agunt etiam homines pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerint, ut excommunicari, & posteà reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesiis illi, qui propriè pœnitentes appellantur. De tali enim pœnitentia locutus est Apostolus Paulus: ubi C
2.Cor.2. ait, Ne iterum cum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quæ egerunt. Neque enim scribebat ista eis, qui non fuerant baptizati. Avctor. Super hoc uerbo. 2. ad Corinthios primo. Sufficit ei, qui huiusmodi est obiurgatio, quæ fit à pluribus. Hieron. Non de illo dicit solo, qui paternã polluit uxorẽ, sed de omni peccante. Nam multos peccasse epistola prima illic demonstrat. Hæc ille. Avct. Et adhuc ibidem iúgit Avgvs. Habemus etiam in Actibus Apostolorum Simonem iam baptizatum cum pecunia uellet emere, ut per impositionem manus
Act.5. eius daretur Spiritussanctus, admonitum à Petro, ut de hoc graui peccato ageret pœnitentiam. Est etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra. Neq; n. ea dimitti nobis uolumus, quæ dimissa in baptismo nõ dubitamus, sed illa utique, quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt. Hæc ille. Avct. Non ergo fuit leue tam citò totam historiam aperire, quã pœnitentiam tunc egerint baptizati, cum tunc erant, tàm multiplex, ut Augustinus iam recitat: inter quas illã prior pœnitentia, quam Witcleff dicit illos egisse baptizatos à petro, iam est pro leuissimis & quotidianis peccatis designata fidelibus: longeque aliam formam pœnitendi eorum quarto loco iam suprà Augustinus edixit. Aut si ista sola pœnituerat post tot flagitia & Saluatoris meritum, quod exprobauerat eis Petrus: cur hoc loco istam, & ibi aliam posuit? Vel si eadem erat cur distinxit? Fuit adhuc *Error tertius, qui & Lutheri.* tertius error circa hunc locum dicentium, nec B homines tunc iussos aut doctos pœnitere de crimine, sed de sola fide, ut in Christum crederent esse admonitos: contra quos libro de fide & operibus post principium disputat Avgvs. *Aug. To.4 cap.* In Actibus Apostolorum Petrus (inquiunt) sic allocutus est illos, qui uerbo audito baptizati sunt uno die tria millia, ut eis solam fidem, qua in Christum crederent, prædicaret. Qui cum dixissent, Quid faciemus? Respondit eis, Pœnitẽtiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini Iesu Christi, in remissionẽ peccatorum, & accipietis donum Spiritussancti. Cur ergo non aduertunt, quod dictum est, Agite pœnitentiam? Ibi enim est uitæ ueteris expolitio, ut noua induantur, qui baptizantur. *Idem.* Et infrà. Cum enim dixisset, Agite pœnitentiã & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini Iesu Christi in remissionem peccatoC rum accipietis donum Spiritussancti. Cõtinuò subiunxit, qui librum scripsit, atque ait. Et cæteris uerbis pluribus testificatur, dicens: Eripite uos à seculo hoc prauo. At illi auidissime capientes, exceperunt uerba, & crediderunt, & baptizati sunt, & adiecta sunt illa die tria millia animæ. Quis hic non intelligat in cæteris pluribus uerbis, quæ a scriptore propter longitudinem non recitentur, id egisse Petrum, ut eriperet se ab hoc seculo prauo? Sequitur. In his uerbis erat mortuorum operum condemnatio, qui nequiter agunt huius seculi dilectores, & comendatio uitæ bonæ, quam teneant, atq; sectentur, qui se ab hoc seculo prauo eripiunt. Hæc ille. Avct. Primò uidetis quot circa hũc locum sunt sua præsumptione decepti: primi arbitrabantur ex inde sublatum baptismum, & pœnitentiam datam loco eius. Secundi, q; nec pœnitere, nec de perfidia cogebantur. Tertii Witcle-

Witcleuistæ, q; nulli tunc nisi corde intrinse- A
cus pœnitebat. Et cur non in hac condemnatione operum mortuorum accusatio per cõfessionem uocalem quæ maximè mala opera condẽnatur: saltem maiorum succinctè, aut plurimorum in genere prout baptizandorum tot millium tam breue temporis spatium sustineret, cùm hoc ventu ris ad baptismum antea pertineret, nec tantùm cùm ante baptismum accederent, sed item ad communiones eucharistiæ.
*lib.de salutaribus documentis ca.9. Aug. To.4 1.Cor.11. *quando.* Ideo *libro ad comitem cap. 11. Avgvstinvs. Qui indignè manducat corpus & bibit sanguinem domini. iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. * Qui. n. ipsum accipere debemus, antea ad confessionẽ & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosiùs discutere, peccata obnoxia si in nobis sentiamus citò festinemus per confessionem & ueram pœnitentiam abluere: ne cum Iuda proditore diabolum intra nos celantes, pereamus. Hæc ille. Avc. Atten B
5 det quòd de confessione speciali intendit cum dicat, q; omnes actus nostros curiosiùs debemus discutere priusquàm communicemus nõ figuram Christi, sed priusquam eum inquit, debemus accipere cum quem nisi Christum secũdùm carnem uiuam in natura. Et q; ista confessio sit faciendæ sacramentaliter sacerdoti seipsum declarat postea cap. *18. ibidẽ. Avgvstinvs. Iõ debemus nostras confessiones ueraci
ca.52. ter consiteri, & fructus dignos pœnitentiæ facere. i. p̃terita non reiteremus secundum iussionẽ deum timentis sacerdotis. Qđ sacerdos ut
*Qui. sapiens & perfectus medicus primũ sciat cura re peccata sua, & postea aliena uulnera deterge re & sanare, & non publicare. Hos sequamur, p quiramus & cum talibus consilium salutis nostræ ineamus, ut non p̃damus hæreditatẽ cælestẽ, quam nobis dominus ab initio mundi p̃parauit. Hæc ibi. Avct. Accipe hic ex Augusti C
no, primò confessionem fiedam presbytero, & hoc soli, qui sciat, inquit, ualnera sanare, & non publicare. Et tunc necessitate salutis hãc cõfessionem hoc mõ agendam esse, ut nõ perdamus hæreditatem cælestem. Ita mihi uidetur cõcludere Christiano, q; ẽt t̃pe maiorum poterat cõ eiusisse Iudæis q̃ maximè quod tam historiis quàm figuris ad intellectum conuersis pandentibus cõprobatur, prout exponens hunc uersũ Psal. Et super sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor. In maiori breuiario habet Hieron. Hoc est qui primùm sequebantur carnẽ, & postea conuertuntur ad cor. Sequitur. Videte exempla quæ diximus. Fac mihi in deum legere Leuiticum, & omnia illa sacramenta quæ scripta sunt, & quomodo ille leprosus ingre-
Psal.84 Hieron. ditur synagogam, quomodo gallina tollitur, & obtorquetur illi collum: deinde dicitur de sanguine quomodo aspergatur: dicitur de aqua: dicitur de hyssopo: dicitur etiam quomodo scindantur illi uestimenta, & sic ingrediatur in synagogam ille qui leprosus fuerat. Si secundùm literã legamus, quid nobis prodest q; legimus? Si uerò conuerti fuerimus ad cor, si spiritaliter intellexerimus, uidebimus qm̃ leprosus nõ põt intrare ad populum nisi scindantur uestimenta eius: nisi quod clausum fuerit reueletur, Denique uidetur qm̃ iste leprosus fuerit, nisi per sanguinem, & aquam hyssopum non ingreditur in synagogam: ergo & tu usq; hodie leprosus fuisti, & non apparebat lepra tua antequàm uenires ad sacerdotem: sed qm̃ uenisti ad sacerdotẽ disfluit sacerdos uestimenta tua, & id quod intus uidebatur sanum esse, ostendit in leproso. Omnia peccata tua, & lepram tuam posuit ante oculos tuos, & ideo te reducit in synagogam B Dei per sanguinem & aquam. Per sanguinem, p passionem Christi, & p aquã, per baptismũ. Ecce cum hæc feceris, dĩ & illud: Asperges me *Psal.50.* domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor. Vsque hodie in Aegypto eis; usque quo ueneris ad sanguinem & ad a- *Psal.11.* quam saluari non poteris. Vnde ut exterminator qui interfecit Aegyptum ne te interficiat, tolle hyssopum, intinge aquã, asperge postem, & cum uiderit sanguine in fronte tua, accedere non poterit, Hæc ille. Avc. In tanto allegoriarum gurgite distillat nobis sacræ confessionis humor soli factæ presbytero & eius necessitas, contra ipsum hæreticum dolentem q; milia populorum credant se sine confessione tali priuata non posse saluari. Interroget sanctum Hieronymum si sit & ipse unus de numero. Ipse enim iam dicit. Si conuersi fuerimus ad cor. i. si spiritaliter intellexerimus: uidebimus quòd leprosus iste non potest intrare populum uel synagogam Dei ad communicationem sacramentorum, nisi scindantur uestimenta eius, & quod clausum fuerit reueletur. Tu, inquiens, peccator homo usque hodie leprosus fuisti, quousque uenisti ad sacerdotẽ qui scidit uestimenta tua, ostendens te leprosum qui uidebaris tibi sanus, & ipse ostendit tibi omnia peccata tua, & ante oculos tuos posuit lepram tuam. Non dicit q; tu ante oculos dei, uel ante oculos totius ecclesiæ posuisti peccata tua, uel confitẽdo generaliter coram sacerdote: uel plebe: sed omnem fugam obturans dixit: Sacerdos posuit ante oculos tuos omnia peccata, scindens uestimenta tua, id est uelamenta pudoris ut detegat lepram tuam. Et adhuc necessitatem huius confessionis confirmans, usq; hodie, inquit

fueras

Universidad de Deusto
Biblioteca

fueras in Aegypto, qua alia nisi in regno diabo
li: & donec in sanguine passionis Christi adhoc
sacramentum perueneris, saluari non poteris.
Iam argutias suas inuoluit Witeleff, quod an-
te tempus Innocentij tertij hæc auricularis con
fessio non fuit necessitatis in ecclesia. Iam col-
lolardi eius tempora calculent, ut probent hûc
Innocentium non tot centenis annis sequutũ
esse Hieronymum. Talem semel uel unam au-
ctoritatem adducant pro hæresi sua, dimissis
scripturarum ambiguis & argutiarum ridicu-
lis. Quid autem sit, sacerdotem confessi sui ve-
stimenta dissuere, verbum sequens ostendit, vt
ostẽdat tibi omnia peccata tua. Qualiter adhuc
in ecclesiastica confessione mos est astutis in-
terrogationum modis & ponderum stimulis 1
peccata facere foras venire ante oculos pœni- 2
tentis. Qualiter habet libro de uera & falsa pœ
nitentia versus finem AVGVSTINVS.† Dili 6
gens inquisitor, subtilis inuestigator sapienter, 3
& quasi astutè interroget à peccatore quod for B
sitan ignorat, vel verecundia velit occultare. 4
Cognito itaque crimine uarietates eius non du
bitet inuestigare & locum, & tempus, & cætera 5
supra diximus in exponenda eorum qualitate.
Quibus cognitis adsit beneuolus paratus erige
re, & cum eo onus portare, habeat dulcedinem 6
in affectione pietatem in alterius crimine, di-
scretionem in uarietate. Addiuuet confitentem
orando, eleemosynas faciendo, & cætera bona 7
pro eo agendo. Semper eum iuuet leniendo, cõ
solando, spem promittendo, & cùm opus fue-
rit etiam increpando. Hæc ille. AVCTOR. Sa-
7 lutaris † interrogationis est obseruantia in or- 9
dine cõfitendi, sicut in ordine baptizandi: ideo 10
Augustinus bene dixit suprà, eandem esse cau- 11
sam reconciliationis & baptismi: & fundamen- C
tum habere uidetur in interrogatione Christi
ad conquirentes scribas & turbas discipulos
eius, Marc. 9. dicentis. Quid inter uos conqui
ritis? Vbi in commento Marci HIERONY-
MVS. Interrogauit eos, Quid inter uos quæri-
tis, quid sit dominus, interrogat, ut confessio
pariat salutem, & murmur sermonibus solua-
tur piis, ut est illud: Dic tu prius iniquitates
tuas ut iustificeris. Hæc ille. AVCTOR. De in
terrogatione ecclesiæ in confessione facienda
intelligit sanctus pater hunc locum, ubi sacer-
dos pœnitentem sollicitat, ut dicat prius suam
iniquitatem, & confessio pariat salutem non
8 damnet confessum: pronior † semper est Deus 1
ad miserendum miseris, quàm ad puniendum
proteruos, & hoc est contra insaniam Witeleff
ibi, ubi Christus cùm accusaretur adultera incli
nauit caput, dum defecit accusator attulit ac ere
xit, vt notat *lib. 7. epistolarum, *ad Orontia-

Aug. To. 4. Peccatorũ disquisitio de circumstantia.

Interrogatio de peccatis laudatur.

Marc. 9.

Hier. To. 9.

*Pronior ad miserendũ, quàm puniẽdum, Deus. *Studiũ. *lib. xi. Est Epist. 76. incipit, Ambrosius studio. Et si superiore. Amb. To. 3.*

num AMBROSIVS. Vide lector diuina my-
steria, & clementiam Christi: cùm accusatur
mulier caput Christus inclinat: eleuat autem
ubi deficit accusator, Ita damnari nullum vult,
absolui omnes. Hæc ille.

¶QVOD POTESTAS SACERdotalis ad remittẽdum peccata, est donum spiritus sancti, tàm in sancto uiro, quàm in presbytero peccatore dum fit in ecclesiæ unitate. Cap. LXXII.

SVMMA.

Confessionis necessitas probatur.
Witeleff obiectio, quòd nõ sint confitenda pecca ta nisi solis sanctis, non autem peccatoribus. Et ad eandem responsio.
Hæreticorum mos, cunctos diffamare præpositos, & ecclesiæ ministros.
Ecclesia, quæ fundatur in Christo, quomodo claues ab eo regni cælorum accepit in Petro.
Witeleff, quòd sit perfidus Donatista (qui meritis hominum sacramentorum alligat potestatem) ostenditur.
Hæretici, schismatici, aut alij pessimi Christiani in quibus sint à catholicis redarguendi, & prohibendi, & in quibus non.
Hæretici quomodo possint sacramentaliter absol uere, sine tamen remissione peccatorum.
Dona Spiritus sancti, quòd sine charitate possint dari.
Argumentum efficax contra Witeleff.
Ecclesia quid. Et quid de illa dicat Origenes.
Gratia diuina, quòd magis operetur in sacerdoti bus, quàm humana, ostenditur.

QVANTAE ergo necessitatis & im
mittendæ frequentiæ sit in le
ge euangelij per omnem ecclesiã hęc
priuata uocalis confessio, contra om
nes hæreticos, sanctorum patrum documenta
concludunt: idcirco post tot blasphemias coa-
ctus est hostis eius Witeleff eam, in omni Dei
lege fateri esse fundatam: nec excipitur lex natu
ræ. Audiuit forsan *auditum Augustini, & ti- *dictum.
muit, quem Christo reuelante sibi descripsit in
sermone quartæ partis de confessione peccato *Est ho. 12. inter. 50. Aug. To. 10. Confessio nes ne glectæ ut pereãt.
rum qui incipit, *In omnibus scripturis AV-
GVST. In † omnibus (inquit) scripturis diuinis
fratres Charissimi utiliter ac salubriter admo-
nemur, ut peccata nostra debeamus iugiter &
humiliter, non solùm Deo, sed etiam sanctis &
Deum timentibus confiteri. Sic enim per Ia-
cobum apostolum ad monet nos spiritus sanctus, *Iac. 5.*
dicens,

Psal. 117. Psal. 31.

dicens. Confitemini alterutrum peccata uestra A
& orate pro inuicem ut saluemini. Et Psalm.
Confitemini domino quoniam bonus. Et ite-
rum: Dixi pronunciabo aduersus me iniustitias
meas domino, & tu remisisti impietatem pecca
ti mei. Quomodo enim peccatorum uulnera
nunquàm nobis deesse possunt, sic & confessio
nis medicamenta deesse non debent. Non enim
vult Deus ideo ut confiteamur peccata nostra
ut ipse ea non scire possit, sed quia diabolus
hæc desiderat ut inueniat quod nobis ante tri-
bunal iudicis æterni obiiciat: ideo vult ut ma-
gis defendere quàm accusare peccata nostra ve
limus. E contrario autem quia dominus noster
pius & misericors est, vult vt ea confiteamur in
hoc seculo, ne pro illis confundamur postmo-
dum in futuro. Hæc ille. AVCTOR. Hic ergo
omnes scripturas diuinas uocat in testes, q̃ pec
cata nostra debemus non soli Deo, sed & san- B
ctis & Deum timentibus confiteri, ita quòd
uocalis confessio homini facta, est in omni
lege diuina præcepta: quam tenemur humi-
liter & distinctè sic proferre homini sicut
Deo, quia reputatur Deo facta confessio,
quæ diuino iussu homini exhibetur: In cu-
ius argumentum scripturæ quas adduxit ad
probandum confessionem faciendam sanctis
& Deum timentibus, nec Deo soli, confiteri ꝑ-
cipiunt. Confitemini domino quoniam bonus
inquit, & dixi pronunciabo aduersus me domi-
no. Quid mirum? cum quicquid fecerimus uni
ex minimis, est sicut sibi iam fecimus, inquit
Christus, & quicquid eidem negauerimus, sibi
computat esse negatum. Sed cum hæc scriberẽ
in uia qua ambulabam absconderunt laqueum
Witeleuistæ, Attende, inquientes, quid dixeris
2 Nunquid ꝑpeccata nostra fateamur: non solũ
Deo, sed sanctis & timentibus dominum: quis
hoc neget salua libertate primæuæ? Sed nũquid C
sic tenemur confiteri Cæsareis idiotis contra
Christum de necessitate salutis. c. 9. de blasphe
mia. In tertio signo magi Pharaonis defecerant
exigentes ut cuicunque uoluerint limitare ut
audiat cõfessiones alterius secundum formam
& tempus quod ipsi limitare uoluerunt, oportet
de necessitate salutis taliter cõfiteri, sed isti
parum notant quomodo Christus antequàm
illam potestatem dedit apostolis, dixit eis: Acci
pite spiritum sanctum, qui talem conferat vica
riam potestatem. Quicunque ergo antistes Ro
manus vel alienus non habuerit spiritum san-
ctum sequendo Christum in sanctè uiuendo,
sciat se esse alienum à uicaria potestatis huius- 3
modi, sicut est alienus à numero eorũ, quibus
hoc uerbum domini fuerit dictum. Hæc Wi-
tzleff. AVCT. Miser homuncio, qui criminibus

Obiectio Witeleff. magistri Lutheri.

Io. 21.

Responsio.

falsis pronus es insectari catholicos: cur saltem
toti mundo uenerandum non ueneraris antisti
tem? Mos perditorum semper est, & erat patrũ
suorum, qui eorum correctioni studeant, detra-
ctioni insistere. Et quid hoc proficit causæ dam
nabili? An omnes patres & præpositi crimina-
biles sunt, & ipsi soli sine crimine uiuunt, quos
patres puniunt, quia flagitiosos inueniunt? De
quibus in sermone illo notabili de pœnitentia
qui incipit. *Quòd sit utilis, loquitur AVGVS-
TINVS. An forte *ostendunt multos etiam in ipsis *one- *quàm sit
ribus ecclesiasticis præpositorum & ministro- utilis.
rum non congruenter uiuere sermonibus & sa- Aug. To. 10 est ho. quinquagesima inter 50.
cramentis, quæ per eos populo ministrantur? *attendunt.
O miseros homines, qui hos intuendo, Christũ *honoribus.
obliuiscuntur: qui & tantò antè prædixit, ut le
gi dei potiùs obtemperetur, quàm imitandi ui
deantur illi, qui ea quæ dicunt, non faciunt: &
traditorem suum tolerauit usq; in finẽ, & ad e-
uangelizandũ cũ cæteris misit. Tam sunt autẽ
isti absurdi, & præposteri, & miseri, qui præpo
sitorum suorum malos mores imitari eligunt
quàm per eos edita dñi præcepta seruare: quasi
quisquam uiator remanendũ sibi esse existimet
in itinere cum uiderit milliaria lapidea literis
plena uiam docere & non ambulare. Cur. n. nõ
potius si puenire desiderat tales comites in-
tuetur, & consequitur, qui, & uiam bene demõ
strant, & in ea perseueranter atq; alacriter ambu
lant? Quòd etsi isti desint, vel potius minus ap-
pareant (nam deesse non possunt) nõ enim quę-
runt sic homines charitate studiosa quod præ-
dicent ad imitationem, quomodo quærunt ini
quitate superstitiosa quid murmurent ad decep-
tionem, partim non inueniendo bonos, dum
ipsi mali sunt, partim timendo inuenire, dum
mali esse semper volunt. Sed tamen concedа-
mus non apparere nunc homines dignos imi-
tatione, quisquis hoc putas, mente Deum in-
tuere qui homo factus est, vt homines viuere
doceret. Sed habitet per fidem Christus in inte
riore homine: in corde tuo recorderis & illud, *Eph. 3.*
Ioannes ait. 1. Ioã. 2. Qui dixit se in Christo ma
nere, debet quamadmodum ille ambulauit, &
ipse ambulare. Et ita nec tibi deerit quem se-
quaris, & cum te alius viderit, de bonorum ino-
pia conqueri desinet. Hæc ille. AVTHOR.
Spatiosus quidẽ processus, sed necessarius Chri
stianis, contra querulos & detractores, in pa-
tres prænotanda collatio. Eorum maxime, qui
potestati clauium derogant semper, ne per eas
corrigantur inuiti. Hæretici † isti sunt, qui cun
ctos diffamãt præpositos & ecclesię ministros,
culpas quia ingerunt veras & falsas, probantes
iam non esse prælatos imitandos: quia timent
inueniri aliquot bonos, qui dignè possent suã

arcere

Universidad de Deusto
Biblioteca

arcere uesaniam. Bene de hoc populo declamat Seneca, Nullos magis odit populus, quàm quibus plurimum debet. In capite tamen querelæ, uellem fideles nostros de diffamante distingue re. Si sit hostis ecclesiæ, puta hæreticus quantũ cunque suspectus, aut schismaticus. Possent enim aliter credendo, scribarum & pharisæorũ insania sic cæcari, ut Christum negarent posse peccata dimittere, quia homo erat peccator, cũ peccatoribus manducans, sabbatum soluens, & habens dæmonium: nunquid bene loquebantur hostes Christi de Christo? Qualiter ergo possunt suis discipulis esse proprij, dicente Christo: Non potest discipulus esse maior domino suo: si me persecuti fuerunt, & uos persequenter? Si ergo sit hæreticus, aut schismaticus, clamorosus, uel tacitus, catholicos pastores & oues quærit dispergere, noli credere: saltem retine tibi Christum, qui iubet pastores malos bene docentes imitari ad uerbum, detestari ad factum, aut populum sefellisset, cui misit Iudam indignum populum, & apostolum si noluisset ab eo suscipere uerbum euangelicum & corporaliter & spiritualiter gratias sanitatum. Quòd si administratio sacramentorum longè sit inferior uerbo Dei, ut tu dicis, quomodo potuit Iudas sine spiritu sancto iam uocare ad fidem prędicando: nec potuit iam fidelem sine spiritu sancto iuuare sacramentaliter ministrando. At cùm Christo dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis &c. principaliter totam ecclesiam designauit, quæ spiritum sanctum habet præsentem semper. Columba est, quæ baptizat: columba item, quæ absoluit, remissionem largiens peccatorum, ita in Petro sicut in omnibus. Vnde *homilia. 123. super Ioannem. AVGVSTINVS. Ecclesia † quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cælorum accipit in Petro. i. potestatem soluendi, ligandiq́ue peccata. Quod est enim per proprietatem Christus in ecclesia, hoc est per significationem Petrus in petra. Hæc ille. AVCTOR. Nouerit † ergo omnis mundus Witcleff in hoc perfidum Donatistam, quando meritis hominum sacramentorũ alligat potestatem, dicens, q́p solùm uiris apostolicis habentibus spiritum sanctum talem Deus conferat potestatem, & omnis alius non sic habens spiritum sanctum insequendo Christum sanctè uiuendo, alienus est ab hac uicaria potestate, sicut est alienus à numero. An nescit iste diuisiones gratiarum esse, diuisiones ministrationum, & diuisiones operationum, omnes in eodem spiritu? dicente apostolo. 1. Corint. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in uno spiritu. Alij operatio uirtutum, alij discretio spiritum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. In his omnibus multos agnouimus, qui donis spiritus sancti imbuti, & sancto spiritu operantes, qui Christum sanctè uiuendo omnino secuti non sunt: ideo in fine capit. subiungit. Quosdam misit Deus in ecclesia primum apostolos, inter quos Iudam: secundò prophetas, inter quos Caiphã, & illos de quibus Christus ait: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos. &c. Tertiò doctores: inter quos pseudoapostolos tempore Pauli. Quartò facientes uirtutes, & genera curationum, inter quos illos, de quorum uno dicunt Apost. Marc. 9. Magister, uidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nobiscum, & prohibuimus eum, Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me: qui enim non est aduersus nos, pro nobis est. Quem locum tractans lib. 4. de consensu euangelistarum. AVGVSTINVS. Hoc (iuquit) vult intelligi intãtum cum illo non esse aliquid, inquantum est aduersus illum. Et intantum aduersus illum nõ esse: inquantum cum illo est. Exempli gratia, sicut ille ipse, qui in nomine Christi uirtutes faciebat, & in societate discipulorum Christi non erat, inquantum operatur uirtutes in illius nomine, intantum cum ipsis erat, & aduersus eos non erat: Inquantum uerò eorum societati nõ adhærebat, intantum cum ipsis non erat, & aduersus eos erat: sed quia illi hoc eum facere prohibuerunt in quo cum ipsis erat, dixit, eis dominus: Nolite prohibere eum: illud enim prohibere debuerunt, quod extra eorum societatem erat ut illi unitatem ecclesiæ suaderunt, non illud, in quo erat cum eis, scilicet magistri & domini eorum nomen in dæmonium expulsione commendans, sicut ecclesia catholica facit, non improbans in hæreticis sacramenta communia. In his nobiscum sunt, & aduersus nos non sunt, improbat, & prohibet diuisionem, ac separationem, uel aliquam aduersam paci ueritatiq́ue sententiam. In hoc enim aduersus nos sunt, qui in hoc nobiscũ non sunt, & nobiscum non colligunt: & ideo spargunt. AVCTOR. Ita cum apostolis Christi sunt, qui homines per potestatem sibi concessam absoluunt, cum eis non sunt, si non bene uiuant. Imò malè uiuendo eis dissentiunt, si tu tamen sic absoluentes in nomine Christi uis prohibere, quia cum Christo non uiuunt, nec imitantur apostolos, dixit tibi Christus: Nolite prohibere eos. Quia qui aduersus Christi apostolos, non est in opere ,p eis. Et in sacramentis ualet hæc rõ. Hæretici † autem, aut schismatici, aut alii pessimi Christiani si ipsa uera sacra Christi tractant cum catholicis, in his redarguendi, aut prohibendi nõ sunt in quibus pro nobis, aut cum nobis sunt, sed in quo nobiscum nó sunt: quia separationem fouent, pacem turbant ecclesiæ, ueritati catholicę contradicunt. In his monendi, in his prohibendi per ecclesiæ auctoritatem sunt, & omnimodè compellendi si extra ecclesiæ unitatem sacramenta dispensant, quia † absoluere quidem sacramentaliter possunt; remissionem autem peccatorum dare extra ecclesiasticam vnitatẽ nusquam possunt. Et ideo Christus ait: Accipite spiritum sanctum in modo pacis ecclesiæ, in qua posítis efficaciter peccata remittere. Vñ homi. 32. super Ioannem. AVGVS. Modus quidem futurus erat donationis eius, qui omnino antea non apparuerat, de ipso hic dr. Sequitur. Post resurrectionem autem suam quando primò apparuit discipulis suis, dixit illis. Accipite spiritum s. Hæc ille. AVCTOR. Qui ergo contra ecclesiasticam virtutẽ per hæresim aut schisma non contradicit apostolis, quamuis nõ per uitæ enormitatem ab eorum numero alienus: non item necesse est eum ab eorum esse potestate diuersum. est. n. quidam modus dandi spiritũ sanctum secundùm potestatem. Sicut docet super hunc textum homil. 86. CHRYSO. Nequaquam autẽ quis peccabit, tunc suscepisse eos, dicens. Potestatem quandam spiritualem & gratiam, non vt suscitent, & uirtutes faciant, sed ut dimittant peccata. Diuersa. n. sunt charismata spiritus. Hæc ille. AVCT. Non igitur ualet rõ: si acceperint spiritum sanctum ad aliquam potestatem uel donum: ergo ad uitæ sanctæ subsidium? Omnia † enim bona, quæ iam suprà recitauit Apostolus, posse esse sine charitate ,pbat, quòd omnibus eis commemoratis, subiicit de charitate. Adhuc autem excellentiorem uiam uobis demõstro. Alia ergo uia in donis spiritus sancti, sapiẽtiæ. s. & gratiæ, & scientiæ, & intellectus ministrationũ, operationum, gratiarum, & alia longè excellẽtior uia charitatis. Dixi diffuse de his suprà li. 3. in principio ca. 149. Aggredior aũt hic Witcleff finaliter & quemlibet Witcleuistam argumento Christi cõtra pharisaicam sectam. Si quis uestrum sacerdos, aut ipse Witeleff, si unquam habuit sequendo Christum & sanctè uiuendo spiritum sanctũ ut baptizare posset, aut reconciliare pœnitentem in remissionem peccatorum? Si non, frustra ,pbastis Christum dedisse talem apostolicis uiris potestatem, quos omni iustitia uitæ uestræ, nec uos habere potestis. Si sic, ostendite nobis illũ: ut qui sine peccato est uestrum, primus lapidẽ mittat in Romanum Antistitem. Hoc superbũ principium assumpsit sibi Donatista Crescónius, prout inuehitur contra eum lib. 2. ca. 26. AVGV. Tu dixisti, tu etiam scribere minimè timuisti, vt quisquis peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet: si autem nondum baptizatus es, aut hanc uanissimam sententiam corrige, aut à quibus baptizeris angelos quære. Sed arbitremur te conuictũ correxisse. Quisquis eo crimine quod uestri obiiciunt peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet, neque enim hoc contra nos est, quia si etiam talis usurpauerit, & dederit, non eum sibi usurpare debuisse dico: non autem dedisse non dico, Ille uerò, qui accipit, si homo bonus ab homine malo, si fidelis à perfido, si pius ab impio, pernicioſum erit danti, non accipienti. Illud quippe sanctum malè utentem iudicat, bene utentem sanctificat. Hæc ille. AVCT. Ita de potestate absoluendi arguimus. Si tu Witcleff nondum es absolutus à crimine, aut hanc impietatem sacrilegam corrige, aut à quibus absoluaris angelos quære. Qui. n. dixit, se peccata non habere, sed magis sequendo Christum sanctè immo sanctissimè uiuere, mendax est, ait Ioannes. Sed dicis cum Cresconio. Non de omni peccato, sed de quali nobis obiicitis, puta de dote. Aut quia punit nos legibus, & sic Christum non sequitur accusandũ relinquitis Romanum Antistitem, aut alium absoluentem, hoc semper impositum non probatis, sed uera crimina doceatis. Et dico non eum sibi cum hac macula usurpare debuisse, absolui potuisse cum profiteor. Sancta enim potestas malè utentem iudicat, bene utentem sanctificat. In his omnibus fatuitatem tuam superbam & sacrilegã cũ hæreticis ãtiquatis agnosce: sciés te ex hoc caput accepisse errandi, q́p contra tam sanctè fundata, tãm ualidè à fluentis apostolicis ordinata p̃ omnem orbis ecclesiam latissimè prædicata, nouellus, nec sic peritus ut dicax hæreticus, nudo uerbo putas te posse rescindere? Ideo lib. 8. registri epistola. 13. GREGO. Quantam cordi nostro lætitiam ecclesiæ ordo inculpabiliter custoditus infundit, tantum rescissus tædium doloris imponit, quando prauitatis temeritas in uerſionem disciplinæ tendat, & quæ sunt olim laudabiliter statuta dissoluere, & quæ fortiùs punienda præsumere. Hæc ille. AVCTOR. Hanc igitur inuidiam nominis à Guillielmo præceptore suo contraxit, dicente in defensorio suo, hoc nomen ecclesia dici omnium ueriſsimè & priisimè secundùm primam impositionem

Seneca.

Ioan. 15.

Ioan. 21.

*tractatu.

Aug. To. 9.

1. Cor. 12.

Aug. To. 4

Absoluunt sine remissione peccatorum hæretici.

Aug. To. 9

Chri. To. 4. Dona spiritus sanctis sine charitate dari possunt.

Tomo 2. de sacramẽtis.

Cõtra Witcleff arg. efficax.

Euasio Witcleff Reprehẽsio.

Aug. To. 9.

Ore. To. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius nominis seu intentionem primam imponentium de uniuersitate fidelium credentium. & hæc fuit impositio prima huius dictionis, & consuetis usus apud apostolos primæ
1. Cor. 1. Corin. 1. Ecclesiæ Dei quę est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu. Hæc ibi. AVCTOR. Quia dixit hanc intentionem & impositionē primam sic uerisimè & propriissimè ecclesiā dici, non de præpositis & clericis, sed de confusa plebe credentium, ad alta nos mittit, ut quæ
Iosue 18. ramus de primis in 8. ca. libri Iosue: ubi scribitur, quòd Iosue uniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus, paruulis, ac aduenis, qui inter eos morabantur. Antiqua litera habet. Non erat ullum uerbum ex his omnibus quæ mandauit Moyses, quod non legeret Iesus in auribus totius ecclesiæ filiorum Israel. Et secundùm Origenem addidit, & mulieribus, infantibus, & proselytis. Secundùm
Ecclesia quid proprie sit. B utranque literam si nomen ecclesiæ uel multitudinis Israel uerisimè secundùm intentionē primam dicitur de tota illa collectione fideliū quid addendæ erant mulieres, paruuli, & proselyti? Hæc enim additio eorum ad ecclesiam, uidetur facere ecclesiam accipi sine eis, aut secundum eius optimum præcessisse, & in alio gradu subsequi mulieres, & ita impariter dicetur de singulis, quòd isti dicunt à prima uerio tate remotum. Sed† secundùm scripturæ uerisimam auctoritatem exponens hunc locū Origenes, dixit perfectos & maiores uerè dici ecclesiam. Cārnales autem & infirmos quoscunque de populo, qui in mulieribus designantur & paruulis, esse sequelā ecclesiæ. Vnde homil.
Orig. To. 1 9. super Iosue. ORIG. Hoc, inquit, nunc uel cùm scripturæ ecclesiæ leguntur, uel cùm sermo explanationis profertur ad populū, scripturæ auctoritatem sequentes dicimus. Videte ne legantur ab Iesu uerba legis, sed quàm plurimis non leguntur, quia Iesus illis leget legem C uertit, ac destitit parem sibi humano iudicio uendicare gratiam, qui ante sibi parem prærogatiuam competere arbitrabatur. Virga autem illa quid aliud ostendit, nisi quòd nunquàm sacerdotalis marcescat gratia, & in summa humilitate habeat in summo munere commissæ sibi florem potestatis? Hęc ille. AVCT. Ita est, imparem aliis sibi uendicant gratiam, & in ipsam tanquàm in summam recurrit omnis plebs pro nomine sanctitatis, nusquàm nisi ubi est sacerdotium, ibi est ecclesia.

2. Tim. 2. in domo magna non sunt tantummodò uasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia. Didicimus uiris quidem fortibus fortem traditū cibum, illis uidelicet, de quibus Apostolus dixit: Perfectorum autem est solidus cibus. Ex
Heb. 5. Eph. 5. quibus ipse præparat sibi ecclesiam non habētem maculam, aut rugam. Eos uerò, quos mulierum, uel infantium, uel proselytorum appellatione fecernit, intelligamus eos esse, qui adA huc lacte indigent, aut ēt uelut infirmi, ut sunt mulieres, quæ oleribus uescuntur. Si uero simul accipiatur omnis ecclesia, uiri quidem intelliguntur esse illi, qui in omnibus perfecti, stare norunt armati aduersus astutias diaboli. Hæc ille. AVCT. Vult igitur Origenes nomē ecclesiæ primò dici debere de fortibus, & perfectis, de infirmis, & fragilibus non sic primò, sed solùm per modum sequelæ. Adiunxit, inquit, ad ecclesiam mulieres, infantes, & proselytos, ut eos uelut sequelam quandam sentiamus esse ecclesiæ. Qui fortiores sunt de debito sui status in ecclesia Dei quàm sacri antistites, religiosi, ex professione, & quotidiana conuersatione robusti pastores plebis, & omnes in ordine clericali: qui sicut tenentur exemplū esse & norma plebeis, ita eis eos præfert actu & honore apostolus. Qui bene, inquit, præsūt
1. Tim. 5. presbyteri &c. A tempore enim Chore & sequacium, qui uerbis Witcleff utentes, ad Aaron sacerdotem, & filios dicebant, Multùm eri
Num. 16. gimini filij Leui, & omnis multitudo sanctorū est. Cur eleuamini super populum à domino declaratum? accepit ecclesia, hoc quod Moyses ibi ait, Manè notum faciet dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi. i. peculiariter præferet aliis, ut omnis multitudo sanctificetur attributa ad eos, sicut ipsi deo, ut non sit multitudo sancta, nisi sacerdotio comparata: sicut nec est regnum nisi comparetur ad regem, & ducatus ad ducem. Inde uirga Aaron sola inter uirgas florem protulit, & omnes uirgæ principum aridæ remanserunt. De quo in epistola ad Vercellenses AMBR. Vt aduer
Amb To. 3 11 tamus †, quòd in sacerdotibus diuina magis quàm humana operatur gratia, una ex multis, quas Moyses per tribus acceperat & reconderat uirga Aaron floruit, atque diuini iudicii munus spectandum in sacerdote populus ad-

ubi sacerdotium, ibi Ecclesia.

DE

DE CLERICIS ET RELIgiosis.

Titu. IX

¶QVOD CLERICI IN Ecclesia sunt excellenter, & per antonomasiam ecclesiastici, & per ordinationem partes ecclesiæ catholicæ. Cap. LXXIII.

SVMMA.

1 *Ecclesiæ gradus quatuor describuntur.*
2 *Ecclesia prædestinata quæ dicatur. Et multa de ecclesiasticis recensentur.*
3 *Ecclesiastici qui secundùm excellentiam dicti.*
4 *Apostoli quòd fuerint principes.*
5 *Ministri moderni in clero, & ecclesiarum præpositi, quòd sine omni nota iniuriæ ecclesiastici appelentur, & antonomaticè ecclesiæ.*
6 *Apostoli quare dicti ecclesia primitiuorum.*
7 *Munus quid sit.*
8 *Petrus, quod tàm primatum, quàm Capitaneitatem in signo sensibilis uerbi acceperit.*

COGIMVR item inter sacramētales obseruātias, quas tractat ecclesia, de ministris eius. s. clericis disputare. Imponitur. n. eis ab æmulo ipsorum Witcleff, q̄ hæreticè se ipsos ecclesiasticos nominant, & suam multitudinem antonomaticè uocant ecclesiam libello suo de ecclesia catholica, ca. 1. Witcleff. Notandum, inquit, uī secundus articulus tertiæ partis fidei, quomodo quilibet catholicus fideliter debet credere ecclesiam sanctam catholicam. Et infra. Sunt autem duæ sentētiæ in ista materia satis contrariæ: prima expresse hæreticā dixit, q̄ quicūque clericus charactere uel signo sensibili per prælatum in reputatione ecclesiæ est, solum multitudo talium clericorum est ecclesia antonomaticè dicta, quā debemus spāliter honorare. Hęc Witcleff. AVCT. Iste inculcat sentētias, sed respondeamus ad partes. Maximè uī indignati, q̄ clerus ecclesiæ nomis prærogatiuam suscipiat: ut ecclesiastici dicantur clerici, aut ipsius ecclesiæ nomine censeantur. Erratque plurimum, ignorans scripturas. Nam si scripturas agnosceret, nedum cōi nomine ecclesiæ totum clerum appellari posse censeret, sed unāquamq; portionē eiusdem cleri sciret aliqua præcipua, & secundū dignitatē acceptam prædignā uocatione nuncupatā ecclesiæ. Alias interroget eum quidā, quare Paulus appellauit totū cœtum apostolorū & suorum in ecclesia successorum nomine ecclesiæ primitiuorum? Ad Heb. 12. Accessistis ad Siō *Heb. 12.* montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalē cælestem & multorum millium angelorū frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui cō scripti sunt in cælis, & iudicem omnium deū. Super quē locum in expositione HAYMO. Ec- *Haymo.* clesiam primitiuorum debemus accipere in apostolis, qui primi crediderunt, & quorum si dei illi adiuncti sunt credēdo, & quorū scripta sunt noia in memoria omnipotentis dei. Iuxta *Matt. 5* qđ ipsa ueritas eis dicit, Gaudete q̄ nomina uestra scripta sunt in cælis. Hæc ille. AVCT. Hæc erant uerba Pauli ad fideles nuper cōuersos de ecclesia Hebręorum. Apud quos cōmorans uocationem primam ad tractabilē & accessibilem ignem montis Sion, sed accessi- *Heb. 12* stis in ecclesiam antiquorum. Non inquit, accessistis ad Sion montem, & sequitur ad ecclesiam primitiuorum. Ecclesia ergo accessit ad ecclesiam. Ecclesia minor ad maiorem, ecclesia popularis ad ecclesiam primitiuorū & eminentiorum in ecclesia. Vnde † in illis. 4. secū dū gradus sunt item ecclesię quatuor ascendēdo uersus superius designatę, in quas possit fidelis p *Ecclesiæ gradus quatuor.* bona merita prouehi, ut sic tandem ascēdat ad ecclesiam primitiuorū, quos gradus notanter distinguit homi. 3. super librum Numerorum *Orig. To. 1* ORIG. Ipse apostolorū maximus, qui sciret multas esse nō solum in terris, sed & in cælis, ex quibus & septē quasdam Ioānes enumerat: ipse tñ Paulus ostendere uolens esse quandam C prēter eas ēt primitiuorum ecclesiam, dixit ad Hebręos scribens: Non. n. accessistis ad ardentem & tractabilē ignē, sed accessistis ad mōtē *Heb. 12.* Sion, & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cęlestem, & multitudinem angelorū collaudantiū, & ecclesiā primitiuorum ascriptā in cęlis. Igitur Moyses per quatuor castra populū dei diuisum referibit i terris, & apostolus quatuor ordines sanctorū describit in cęlis. Ad quorū singulos unūquenq; nostrū dixit accedere. Nō enim omnes ad omnes accedūt, sed alii quidē accedunt ad mōtem Siō. Horum autem paulò meliores accedunt ad ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cęlestē. Qui aūt & his eminentiores sunt, accedunt ad multitudinē angelorum collaudantium. Qui aūt supra istos oēs sunt, accedūt ad ecclesiā primitiuorū ascriptā in cęlis, AVCT. In hac ergo quadripertita ecclesia, sola p antonomasiā, primitiuorū appellatur ecclesia, quę omni celsior ,ptessione, & meritis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& qũo hoc? Nũq̃d q̃a est ecclesia p̃destinatorũ, & cæteri tres priores, quos Origenes dixit ordines eẽ cælestes, nõ sunt p̃destinatorũ ecclesia? & tamẽ solus quartus ordo dicitur excellenter ecclesia, & excellenter in cælis ascripta. Siõ est ecclesia, non tamen hic dicta est ecclesia. Ciuitas Hierusalẽ est ecclesia in secũdo gradu: multitudo angelorum est ecclesia, nulla istarum ita dicta est, sed ecclesia, inquit, primitiuorum. Ecclesia ergo apostolorum sola antonomaticè dicta ecclesia prædestinata, non quia sola est ecclesia p̃destinata, aut ipsa sola ecclesia, sed quia magis accedendo ad eam per conformitatẽ status & meriti, tantò fit quisque magis & ecclesia dignior, & de prædestinatione securior. Vnde prosequitur ORIG. Si uero ex his intellexisti quid sit ordo primitiuorum, & quod sit nominis istius sacramentum, præparate, & enitere quantum uales, si fortè actibus, uita, moribus, fide, institutisque proficias, ut possis accedere ad ecclesiam primitiuorum, quæ ascripta est in cælis. Quòd si non tantum uales, sed espaulo inferior, accede ad multitudinem angelorum collaudantium: quòd si nec ad ordinem istum potes accedere, ad ciuitatem saltem Dei uiuentis Hierusalem cælestem properare contẽde. Si uerò nec ad hoc aptus es, saltem ad montem conscende Sion, ut in monte saluerís. Tantùm est ne in terra resideas, ne in uallibus remaneas, ne in demersis & humilibus perseueres. Hæc ille. AVCTOR. Hic ergo iuxta scripturã apostoli ordo uiuentium nunc in terris, qui in secundum congruentiam status & morum, magis accedit ad ordinem primitiuorum in cœlis, uelut est ordo sanctorum Christi antistitum. Ipse est excellenter ecclesia. Ipse antonomaticè cælis ascriptus: in cuius comparatione nec alii ordines ecclesiæ nomine appellantur. Quæ ergo iniuria si in clero illum ordinem continente cum aliis nomẽ ecclesiæ antonomaticè prædicetur: ita ut ipsi dicantur ecclesiastici excellenter, uelut in expositione primæ epistolæ ad Timotheum Chrysostomus ex iudicio presbyterorũ sibi commisso arguit ecclesiam in reliquo clero sibi commissam Homilia-15. CHRISOST. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Manifestum est hic quoniã ecclesia est, de reliquo credita est Timotheo & gens integra Asiæ: propterea de presbyteris ei loquens, Peccantes in conspectu omnium redargue, ait. Hæc ille. AVCT. Primo pp presbyteros ecclesiã dicit creditã Timotheo, & subiũgit reliquam Asiæ gẽtẽ. Ecclesia igitur præcipuè sacerdotũ priusquàm gentis. Et li. de Isaac & anima uersus finẽ AMBRO. Vbi est ecclesia nisi ubi uirga & flores sacerdotales? ibi est frequenter, ut in amaritudinibus & tẽtationibus probetur. Hæc ille. AVC. Et in expositione 14. ca. ad Romanos AMBR. Salutate Aquilã & Priscillam adiutores meos in Christo Iesu &c. Appollo quanuis exercitatus fuerit in scripturis, ab his tamen uiam domini diligentius instructus: & ideo socios laboris sui dixit eos, sed in Christo Iesu. Cooperarii enim eius fuerunt in euangelio Dei, Aquila nanque & Priscilla uiri sunt, quos non otiosè Romam uenisse manifestum est. Sequitur. Horum enim domesticos & uernaculos salutat, quos ecclesiam appellat, quia sanctorum uirorum erant discipuli circa fidẽ. Hæc ille. AVC. Ecce non solos presbyteros, sed hos ẽt nomine honorat ecclesiæ, quia in rebus ecclesiasticis ministrauerunt apostolis: qualiter item cleri minorum ordinum aggregantur ecclesiæ. Et in cõmentario super Esaiam li. 12. Textu, Consolamini consolamini popule meus, scribit HIER. Quis sit autem iste populus, qui per apostolos & uiros ecclesiasticos consolatur: non Israel, & Iacob, & Iudam, ut in aliis locis scriptura commemorat, sed populum Dei Zacharias prophetа testatur dicẽs. Gaude, & lætare Siõ filia, quia ego uenio, & habitabo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt in populo. Quo testimonio perspicuè demonstratur gentes plurimas in populum Dei uertẽdas. Hæc ille. AVCT. Ecce si mul annectit apostolos & ecclesiasticos uiros, per quorum prædicationem, & mores sanctos, conuertendus, & consolandus est populus Dei ĩ fide Christi nouella. Si. n. p̃destinati omnes ecclesiastici hoc modo dicantur, non hos ecclesiasticos, & hos populos scriberet. Et li. 3. super Osee in commentario tex. Ephraim uitula docta diligere triturã HIER. Iudas aũt, hoc est ecclesiasticus, arabit, in incepto opere perseuerãs Sequitur. Vsque hodie uir ecclesiasticus Iacob glebas historiæ & literæ duritiã confringit in partes, & spiritaliter diuidit, ut possit fruges redere spirituales. Qd̃ quidem & dñm fecisse legimus: ut quinque legis panes, quos integros populus comedere non poterat, in fructus conceperet, & p apostolorum manus uescendos credẽtibus daret. Hæc ille. AVCT. Quasi dicat, ita uir ecclesiasticus sacerdos quotidiè panes literæ plebi frangit, cùm prædicat. Item ibi post in textu. Non reuertetur in terram Aegypti. HIERO. Idcirco gladius, hoc est suia spiritalis, uel sermo ecclesiastici uiri, uastans, atque debellãs, sp uersabitur in urbibus eius quas impiè extruxit cõtra Deũ. Hæc ille. AVGT. Item in cõmentario Abdiæ text. Si fures introissent ad te, HIERO. Econtrario. n. dominus agit omnia secreta eorum.

Ecclesia prædestinata. 2

Orig. To. 1

1. Timo. 5

Chr. To. 4.

1 Tim. 5.

Amb. To. 4

Amb. To. 5

Hie. To. 5. Esa. 40.

Zach. 2

Osee. 10.

Hie. To. 6.

Io. 6

eorum. Sequitur. Hos quippe intelligo, qui primi hæreses adinuenerũt, per suos sanctos, & ecclesiasticos uiros, atque doctores profert in medium. Hæc ille. AVCT. Item textu sequente. Neque despicies & tu in malis eius. HIER. Quis hæreticorum non despicit ecclesiasticos? quis non exultat in malis eorum? Hæc ille. AVCT. Ne quis autẽ tergiuersator obliquaret sensum Hieronymi ab intentione scribẽtis, ipsemet alibi uerbum, & sensum, quem habebat, exponit in textu libri tertii commentarii Hieremiæ. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt. HIERON. Omnes hæretici quasi triticum seminant, & spinas metunt, expectante domino ut facerent fructum: & non fecerunt iudiciũ sed clamorem. Dicitur autem hoc & ecclesiasticis, qui uerbum domini, & doctrinam eius mala conuersatione disperdunt. De quibus infertur, Clerici eorum non proderunt eis. Quid eos iuuare proderit nomen presbyteri, uel episcopi, uel reliquus ordo ecclesiasticus, cùm magis grauentur dignitatibus suis: & potentes potenter tormenta patiantur: & quantò ampliùs eis creditum fuerit, tantò plus requiratur ab eis? Hæc ille. AVCT. Dicitur hoc ecclesiasticis inquis, & statim subdit de quibus infertur, Clerici eorum non proderũt eis. Et adhuc amplius, Quid eis iuuare poterit nomẽ episcopi, & presbyteri, uel reliquus ordo ecclesiasticus? Quis non dicat. Ergo ecclesiasticos uocat nomine cleri, episcopos, presbyteros, reliquum ecclesiasticum ordinem: & adhuc addidit postea ecclesiasticos, uocare episcopos reges ecclesiarum, post eos sacerdotes secundos & prophetas. i. doctores, textu ca. 13. Hieremiæ, & reges qui sedent de stirpe Dauid HIERO. Non solum uulgus ignobile, uilisque plebecula, sed reges ecclesiarum de stirpe Dauid, uel filii Dauid, qui sedent resupini erecta ceruice & protento æquali collo super thronum eius. Sacerdotes quoque ipsi secundi in honore ecclesiastici gradus, & pphetæ, qui uidentur habere sciam scripturarũ. Hæc ille. AVC. Non potest dissimulari ergo, qp ecclesiastici uiri sunt præcipuè de ordine sacerdotũ, eporum, & cleri. Et in expositione textus. Nemo militans Deo, 2. Tim. 2. AMBR. Ecclesiasticus ideirco Deo se probat, ut huic officium deuotus impleat quod spopondit, in rebus dei sollicitus, à seculari negotio alienus. Hæc ille. AVCT. Item 1. ad Timo. 6. textu. Radix omnium malorum est cupiditas AMBR. Nihil tam aspernum, tanque pernicioſum est, quàm si ecclesiasticus, maximè qui sublimi loci est, diuitijs huius seculi studeat: quia non solùm sibi ipsi, sed & cæteris obest. Sequitur. Quanto. n. honorificentior ordine est, tantò magis suadet imitandum se in hac re, quæ in uita hac procliuis est. Hæc ille. AVCT. Hic ubi apostolus docuit Timotheũ, & in eo præcipuè sacerdotes qualiter præ cæteris ecclesiasticè uiuant Ambrosius ecclesiasticum uocat, quòd excellẽter præ aliis sit ipse ecclesiasticus. Est ergo forma antiqua sanctorum inscriptis suis appellare maiores ecclesiæ secundum excellẽtiam, ecclesiasticos. Ipsos dico episcopos, sacerdotes, religiosos, doctores & clericos, qui formam ecclesiastici ministerii, uel professionis super plebes exercẽt ut patres. Quod se exponens Hieronymus, sacerdotes ecclesiasticos dixit, quos tanquàm seniores ecclesiæ forma exempli decet, & ecclesiastici uiri descriptio. Vnde super illud ad Titum. 2. Tu autẽ loquere quæ decent sanam doctrinam, quæ ad uitam pertinent Christi, senes ut sobrii sint. in lib. annotationum HIER. Hic senes & ætate & ordine possunt intelligi. Ecclesiæ præcipuè seniores omnibus formam præbere necesse est. Hæc ille. AVCT. Hos senes in ecclesia præcipuè, dicemus ecclesiam: sicut Paulus dixit Apostolorum ecclesiam, non ut susurrat Witcleff, si uitam, & actus habeant omnino conformes apostolis: quia nec omnes apostoli erant sic pares, & tamen unam habebant excellentem ecclesiam. Et si nullus iam uiuens parificetur apostolis, per conformitatem tamen sibi possibilẽ in honorem apostolorum ibit, & ecclesiam primi tiuorum. Vnde super illud psal. 67. Præuenerũt principes coniuncti psallentibus in medio adolescentularum AVGVS. Principes† sunt Apostoli: ipsi. n. præuenerunt ut populi sequerentur, præuenerunt annuntiantes nouum testamentum, coniuncti psallentibus: de quorũ bonis operibus etiam uisibilibus tanquàm organis laudis glorificaretur Deus. Iidem aũt principes in medio adolescentularum tympanistria rum in ministerio. s. honorabili. Nã ita sunt in medio ministri præpositi ecclesiarum nouarũ. Hoc eñ est adolescentularum carne edomita Deum laudantium, Hæc ille. AVC. Vnde notã dum est, qp principes ecclesię apostoli erant in medio adolescentularum in ministerio honorabili, & ita pari forma sunt, & debent esse moderni ministri & præpositi in medio ecclesiarum nouarum. Quo modo† ergo apostoli habebant per se ecclesiam uocati excellenti nomine ecclesiastici in primitiuorũ ecclesia, ita moderni ministri in clero & ecclesiarum præpositi sine omni nota iniuriæ ecclesiastici appellantur, & antonomaticè, ecclesię. Sunt enim in ministerio eodem honorabili inter nouellas ecclesias, quo dudum erant eorum principes. s. Apostoli per antiquas: quia † non ideo Apostoli dicti sunt ecclesia primitiuorum, quia priores or-

Hier. 12 Hie. To. 5.

Sap. 6.

Hiere. 13.

2. Timo. 2. Amb. To. 5

1. Timo. 6.

Ecclesiastici qui.

Ad Tit. 2.

Hie. To. 9.

Psal. 67 Aug. To. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

dine necessitatis uel originis, sed quia priores A
ordine dignitatis & muneris. De qua diuersita
te libro quarto epistolarum ad Iræneum AM-
Amb.To.3 BROSIVS. Sanctus primogenitos esse cognosci
mus ex epistola ad Hebræos scripta, in qua ha-
bemus. Sed appropinquastis Sion monti, & ci-
Hab. 12. uitati Hierusalem & decem millibus angelorũ
& ecclesiæ primitiuorum. Ergo sicut ecclesiæ
primogeniti, sic & leuitæ, quoniam ipsi quoq;
primogeniti: non enim nascendi ordine sancti, 8
sed sanctificationis munere. Hæc ille. AVCT.
Munus. 7 Munus†solet Ambrosius, officium appellare:
sed calumniosè Witleff obiicit fideles dicere
consuetos, quòd clericus charactere uelut si-
gno sensibili per prælatum in reputatione ec-
clesiæ insignitus, est pars sanctæ matris eccle-
siæ. Non ita propter te, & sequaces tuos, quos
post signaturam prælati per sententiam ,,pter
hæresim à suo corpore iustè præscidit mater ec
clesia. De cæteris adhuc in unitate manentibus
hoc uerius diceretur, non quia signum tale sen B
sibile, uel talis signatio facit membrum ut cleri 1
cum: sed quia sine signo sensibili non fit mem 2
brum. Aut ita dicat Witleff contra Apostolũ 3
primæ Corinth. 6. & 12. quòd quicunque Iu- 4
dæus, siue gentilis, siue seruus, siue liber bapti- 5
zatus baptismo sensibili, & ab eo, uel suo disci- 6
pulo in reputatiõe ecclesiæ insignitus, est pars 7
sanctæ matris ecclesiæ, & multitudo talium si-
gnatorum est ecclesia, & unum corpus Christi.
Dicat ita de Mathia, quòd signo sensibili im-
positionis manus & uisibilis sortis per præla-
tos in reputatione ecclesię insignitus fiebat sta
tim pars sanctæ matris ecclesiæ & membrum
& magis electum quàm Iudas. Facilè est calum
niari sanctissimas manus, & facta. Sed dicat si
non omnis insignitus per prælatum legis pon
tificatus insigniis & ipsis sensibilibus est statim
caput effectus ueteris synagogæ. Si item Saul
perfusus unguento sensibili & uerbo propheti C
co consecratus non est effectus caput in tribu-
bus Israel. Si item sanctus Petrus in uerbo sen-
sibili Christi nõ est effectus pars capitali s uica
Tomo 1. ria ecclesiæ Iesu Christi. Quod contra uesaniã
tuam satis probatum est suprà libro secundo.
Chri.To 3. Et ex abundanti occurrit nobis ad hoc idem
Homilia 6. de laude Pauli. CHRISOSTOMVS
Sicut enim Paulus qui cum mortẽ timeret ne
ipsam quidem recusabat gehennam. Qui pro-
pter desiderium Christi etiam cùm formidaret
interitum, tamen cupiebat resolui. Non autem
hic solus talis fuit, sed ille quoque ipse qui fuit
Apostolorum caput qui sæpe dixerat se esse ,,p
Christo paratum animam tradere, & tamẽ mor
tem, uehementer horruerat. Hæc ille. AVCT.
Ergo Petrus caput Apostolorum ecclesiæ pri-

mitiuorum: Caput ergo capitalis ecclesiæ non
ne dignè caput totius ecclesiæ? Et ultimo capi.
de quæstionibus noui & ueteris testamenti AV Aug.To.4
GVSTINVS. Sanctus Ioannes castimoniæ fuit
custos, condiscipulus autem eius, id est, sanctus
Petrus uxorem & filios habuisse cognoscitur:
& primatum ut acciperet inter Apostolos, non
ei obstitit generatio filiorum. Hæc ille. AVCT.
Si primatus, quid distet à capite & altiùs quid
insinuet? utrunquè†tàm primatum quàm capi
tancitatem in signo sensibilis uerbi Petrus ac-
cepit.

¶ QVOD CLERICVS, AVT A-
lius fidelis, est pars, aut membrum eccle
siæ ex suscepto officio, non ex uitæ,
aut actuum merito. Ca.
LXXIIII.

SVMMA.

Membra ecclesiæ, quæ, et quomodo sint.
Membrorum mutua officia, & protectio.
Charitatis excellentia describitur.
Membra alter alterius quòd simus.
Membri scandalizantis proiectio.
Prælati licet iniusti, quòd sint ecclesiæ membra.
Iudas quòd dispensator gratiæ fuerit, ostenditur.

QVIA uerò ignorantia parit errores
apertè producenda est cæcitas eius
in uerbis, quibus de partibus & mẽ-
bris ecclesiæ claudicat inuolutè li. Fuitcleff
primo prædicto de ecclesia catholica capit. 2.
Debemus (inquit) noscere, ꝙ officium tenetur
gerere quicunque minister ecclesiæ militantis.
Quòd si assiduè & fideliter gerit illud officiũ,
tunc reputare debemus ipsum esse membrum
sanctæ matris ecclesiæ, Quòd si sit dyscolus, dis
sipans scholam Christi, & otians in suo officio
non obstante quocunque signo sensibili, & re-
putatione antichristi, fidelis debet supponere
ipsum non esse membrum sanctæ matris eccle
siæ. Hæc Witeleff. AVCT. Videre potestis quã
loquitur diminutè, & tamen ambiguè: primò,
quia loquitur de officio membri si illud gerat
assiduè. Quòd si talis latenter charitate priue-
tur, aut aliundè palam delinquat, sicut pseudo- Philip. 1.
apostoli, qui per inuidiam, aut occasione prædi
cabant, de quibus Paulus ad Philippen. Quos
tamen quia in officio prædicandi immunes, id
est, censuit esse tolerandos, nonne omnes illos
debuimus reputare membra matris ecclesiæ?
& Iudas Scariòthis in officio prædicationis for
tè catholicus, sed dispensatione proditor & aua

rus: nunquid debuit reputari membrum catho A
licum, quia dignè gerebat hoc unũ officiũ? Sed
ut cœpi dicere, error huius hominis de tali mẽ-
bratione exinde processit, quòd membri offi-
cium à merito nõ distinxit. Apostolus autẽ seor
sum hæc distinguens ab illis membrorum sci-
1. Cor. 12. licet officia à meritis, primæ Corinth. 12. Vos,
(inquit) estis corpus Christi, & membrum de
membro. Et quosdam misit Deus in ecclesia,
primùm apostolos, secundò prophetas, tertiò
doctores, deinde uirtutes. Exinde genera cura-
tionum, opitulationes, gubernationes, linguã-
rum genera: nunquid omnes apostoli, nunquid
omnes prophetæ? nunquid omnes doctores?
nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes gra
tiam habent curationum? nunquid omnes
linguis loquuntur? nunquid omnes interpre-
tantur? Ecce membra ecclesiæ catholicæ, &
membrorum officia, quæ non semper habet
unus & alter. Ideo dicit, nunquid omnes apos-
to li, nunquid omnes prophetæ? Et tamen ut de B
clarat eos cum ipsis posse esse dyscolos, nec esse
membra Christi secundùm meritum, quanuis
sic fuerit secundùm officium, statim infert.
Aemulamini charismata meliora. Et loqui susci
pit de charitate. Vnde in expositione solenni
Amb.To.5. super hunc locum AMBROSIVS. Gradatim
illos ad meliora & utiliora prouehit, ostendens
illis gratiam supradicti omnis doni quæ uiden
tur in hominibus, siue loquendi, aut curandi,
aut prophetandi nõ ad meritum hominis perti
nere, sed ad honorificentiam Dei: ideòque nũc
illis uiam dixit se ostendere planiorem, qua itur
ad cælum, quæ meritum collocat apud Deum.
Matt. 7. Nam quia supradicta non semper ad meritum
pertinent, dixit Saluator, multi mihi dicent in il
la die, scilicet, iudicij, Domine, Domine nõne
in nomine tuo prophetauimus & dæmonia eie
cimus, & uirtutes multas fecimus? & quia non
hæc ad merita pertinẽt sed officia sunt ecclesiæ, C
ad cõfusionẽ gẽtilium & Dei honorificentiam
protestandam, dominus dixit eis, Recedite à
me, non noui uos operarij iniquitatis. Securi
enim quia Dei in illis operatio cernebatur,
negligentes erga se fuerunt. Nam septuaginta
duobus discipulis gaudentibus quòd dæmo-
nia illis subdita fuerant, dixit Saluator. Nolite
Lu. 10. in hoc gaudere quòd dæmonia uobis subiecta
sunt, sed in hoc gaudete quia nomina uestra
scripta sunt in cælo, Quare hoc? nisi quia nomi
ni Dei subdita sunt, non hominis merito. Hæc 2
1 ille. AVCTOR. Ecce†* prophetias membra
*prophe- tas. Membra ec clesiæ. ecclesiæ. Ecce uirtutes membra & genera cura
tionum, apostolos &. 72. discipulos secun-
dùm enarrata apostoli omnes membra eccle-
siæ, sed non omnes isti, membra, secundùm me

ritum, quanuis secundum officium. Nec sem-
per ad meritum hominis pertinet etiam si exe-
quatur officium, quia nec illi ab officij susceptι
exercitatione uacabant, qui conscio omnium
rerum iudici Deo iactabant opera, dicentes ei,
Domine Domine, nonne in nomine tuo pro-
phetauimus, & dæmonia eiecimus & uirtutes
multas fecimus? Neque poteris officiales, & ser
uitores tuos non noscere. Et eis tamen dixit do
minus, Non noui uos operarij iniquitatis, ecce
& quòd opera egerant, dominus respondebit:
& quid iuuabit eos Witleff cum suis sequacibus
reputabunt eos membra ecclesiæ: quia eius
iudicio assiduè, & fideliter gesserunt suum offi
cium, cùm domino Deo inspectore fuerint ini-
qui operarij, & præsciti, quomodo iam mem-
bra ecclesiæ secundum Witleff? Quid plùs pro
derunt suæ inebriationi fallaces reputationes
Witleuisticæ, quàm signa sensibilia, & ordina-
tiones ecclesiæ, publicè ecce scripturæ ineptias
eius deuincunt. Quòd si ordinationes, & sensi-
biles notas cõtemnãt ecclesiæ: quia non infalli-
biliter arguunt quenquã membrum prædesti-
natum ecclesiæ, contemnant orthodoxi reputa-
tiones eius stultas, quæ nullum tale membrum
possunt ostẽdere: nam Christus ipse discipulos
monuit, nè gauderent, effectum esse cõsequutũ
sui officij, sed quia merentur ex hoc in cælis
conscribi, ergo non eò erant membra prædesti-
nata, & membra per meritum, quo reputari pos
sunt membra propter officij complemẽtum: sic
concludit hanc scripturam notãter Ambrosius:
Quare (inquiens) nisi quia nomini Dei subdita
sunt, non hominis merito? Et suprà. Non hæc
ad meritum pertinent, sed officia sunt ecclesiæ
ad Dei honorificentiam protestandam. Secun-
dùm hæc officia, sic membra ecclesiæ suprà di-
xit Apostolus, & tamen non secundum merita,
quia teste Christo, sunt præscita. Vnde ergo mẽ
bra unde dæmonum eiectores, & uirtutum fa-
ctores, & linguis loquentes officia unde eccle-
siæ membra, nisi pro baptismo catechismo ec-
clesiæ, & ordinatione sensibili, & non omni re-
putatione uolubili? & qui negauerit ea mẽbra,
contradicit Apostolo: sed semper dico non se-
cundùm meritum. Nam quid ampliùs essent se
cundum meritum, statim subiungit: adhuc ex-
cellentiorem uiam uobis demonstro. Et de cha-
ritate scribit tractatum, quasi hoc non sit esse
membrum, quòd percipere charitatem. Ideo su
per Ioanẽ* sermone. 32. AVGVST. Pes†ambu- *tracta-
lãdo omnibus mẽbris militat: membra cæte tu.
ra tacent, & lingua pro omnibus loquitur. Ha- Aug. To. 9
bemus ergo spiritum sanctum, si amamus eccle- Membrorũ
siam, amamus autẽ, si in cõpage, & charitate cõ mutua offi-
sistamus. Nam ipse Apostolus cum dixisset di- cia.

uersa

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersa dona dari diuersis hominibus tanquam officia quorunc̃unq; membrorum, Adhuc, inquit, supereminentiorem uiam uobis demõstro. & cœpit loqui de charitate. † Præposuit eã linguis hominum, & angelorum: præposuit eã & illi magno operi misericordiæ, quo sua, quæ possidet distribuit quisque pauperibus: & ad extremum eam præposuit etiam corporis passionibus, his omnibus tam magnis rebus præposuit charitatem. Hæc ille. AVCTOR. Ecce apostolus tanquam membrorum officia distinxit dona diuersa, sed ut membrorum & donorum merita præposuit omnibus charitatem. Et quamuis non sit in potestate hominum dare talibus charitatem; est tamẽ in hominum potestate dare officium charitatis & membrum tale eũ constituere, unde si velit, mereatur per gratiam, & tamen si non mereatur, sed sit ad scandalum, ad huc donec amputetur, uel decidat, membrũ est, vel communis ecclesiæ, vel vniuscuiusq; nostrum, secundum q̃ apostolus dicit: alter † alterius membra. Aliter præter necessitatem monuisset nos Christus. Quòd si oculus dexter scãdalizet te, erue eum, & proiice abs te. Matth. 5. HIERON. In dextro oculo, & dextra manu, fratrum, & uxoris, & liberorum atque affinium q̃ pinquorum monstratur affectus. Quòd† si ad contemplandam ueram lucem nobis impedimento cernimus, truncare debemus istiusmodi portiones, nè dum volumus cæteros lucrifacere Christo, in æternum puniamur. Vnde & de sacerdote magno dicitur, cuius anima Dei cultui dedicata est, super patre, & matre, & filiis non polluetur. i. nullum affectum sciet, nisi eius cuius cultui dedicatus est. Hæc ille. AVCTOR In hoc ergo tendit totus iste processus euangelicus, ut amoueamus à corpore nostro politico scandalizantia membra nostra: siue sint nobis caræ manus, aut pedes uel uxor, oculi, fratres, aut liberi. Priusquam ergo detruncata* sunt per nostram sententiam quantumcunq; flagitiosa tamen nostra sunt membra. Si manus tua (inquit) uel pes tuus, si oculus tuus scandalizat te, & quid amplius? Erue eum, & proiice abs te portionem à toto, membrum à corpore. Sũt† ergo membra ecclesiæ corporis, quanuis nõ sana, qui ad ordinationem sensibilem spirituali ministerio deputantur, ut sunt ecclesiarum prepositi, aut pastores ecclesiarum ministri. Sunt enim columbæ membra, per quæ Christus operatur gratiam, etiam quamuis modo Iudæ traditoris membra sint ad numerum, non ad meritum, ut dixit Augustinus super Ioannem. Et lib. insuper. 3. contra Petilianum capit. 2. AVGV. Minister ergo, id est dispensator uerbi, & sacramenti euangelici si bonus est, consocius sit euangelii. Si enim bonus est, uolens hoc facit: si autem malus, hoc est, suam quærens, non quæ Iesu Christi, inuitus hoc facit, propter alia quæ requirit. Vide item quid apostolus dixit. Si ergo uolens hoc facio (inquit) mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Tanquàm diceret si bonus bonum annuntio ẽt ipse peruenio, si ãt malus bonũ annũtio, nũquid. n. dixit si iuitus facio dispẽsator nõ ero? Annũtiauit Petrus volẽs & cæteri boni; iuitus Iudas tñ eũ ipsis missus annũtiauit. Illi mercedẽ habent, huic dispensatio credita. Sequitur. Neq; enim dicturi sumus Iudam non baptizasse cum adhuc inter discipulos fuerit, quando fiebat quod scriptum est: ipse non baptizabat sed discipuli eius. Aut quia nondum Christum tradiderat, qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur auferebat, innocens esse potuit? Dispensator † tamen gratiæ sine accipientium damno fuit. Aut si non baptizauit, certè fatemini quia euangelizauit. Hæc ille. AVCTOR. Audire potestis quòd dispensator non ideo desinit esse quia malus est, sed inuitus facit bonum, ideo quia tantùm ipsi dispensationis officium creditur, non meritum ministrantis. Habes nempe Iudam præscitum dispensatorem officio missum æquè cum Petro baptizare cum cæteris qui mercedem habebant quia boni, ipse nudam dispensationem officii quia inuitus, & alio fine quàm debito ministrauit, non tamen ideo dispensator non erat, aut non erat membrum: ait Augustinus.

1. Cor. 13. *Charitatis excellentia.*

Membra alter alterius sumus.

Membri præcisio.

*sint.

Prælati licet iniusti, ecclesiæ sũt membra.

Aug. To. 7

Iudas dispẽsator gratiæ.

1. Cor. 9

¶DE SACRIS OBSERVANTIIS & ritibus in solemni institutione religiosorum euangelicè perfectorum. Cap. LXXV.

SVMMA.

Vouere Deo quòd liceat, contra Witeleff.
Vita in præceptis quòd sit bona, sed inutilis ad cumulum præmij.
Professor simplicis mandati, et professor consilij, quantum differant.
Religio duplex.
Monachus qualis debeat esse.
Consilia seu uoluntaria, & non legitima, observata per Dauid.
Religio uoluntariorum. quòd anteponatur, & excedat in numero religionem simplicem mandatorum.
Witeleff, qui blasphemat contra religiosos, ab auctore confutatur.
Carmelitarum regula.
Lege non iubente quòd multa sunt facienda, sed libera

bera charitate: & quomodo ea sunt in nostris officijs gratiora.

Exo. 36.

EGamus Exodum, & occurret nobis Moyses præco Christi, coniungens certinas quinque & quinque per ansas & annulos, ut ex his tabernaculum unum fiat: quid nisi facto designans tabernaculum ita construendum ecclesiæ ut consecrationibus ministrorum altaris religiosorũ consecratio copuletur? Sic enim eos ab Apostolorum temporibus hucusq; patres contiguãt ut infra patebit. Contra quorum professionem ritus, & sacra, blasphemat Witeleff, ut supra de clericorum ordinatione tertia parte sermonum 22. Singularissimè, inquit, falsi religiosi conferunt in sua professione signa luciferinæ superbiæ in seipsis. Religiosi quidam obligant se cõ tradictoriè ad plus merendum & sanctiùs uiuendum, quàm exigit simplex religio Christiana. Patet hoc, quia cùm seculares ex obligatione Christi obligantur ad ipsum diligendum ex omnibus uiribus suis, patet q̃ isti per obligationes suas nouellas non excidunt ab obligatione ista, quæ eos obligat quantum possunt & tamen quia præter hoc obligant se ad suas traditiones singulares, uidetur q̃ ad plus obligant quàm possint. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sciẽter quantum sentire possum iste concludit altum mendacium. Quis† enim, nisi expers literarum, posset ita deducere, diligentem Deum ex omnibus uiribus nihil posse facere propter Deum, non iciunare, non uigilare, non orare, non proximo subuenire, & uoto se astringere ista facturum, imò nec posset stramen leuare. Ratio est, quia tenetur diligere Deum ex omnibus uiribus, ergo quicquid ore, aut uigilare se obligat, eadem dilectione cogente, seipsum obligat facere, plusquàm potest. Nunquid eadem ratione haberet laudare seruum pigrum, qui talẽtum sibi creditum sine lucro reportauit ad dominum, & eos arguere qui super quinque talenta adderent, imputans eis stulte addere supra uires? Et cum item qui calicem uni de minimis Christi daret, aut qui panem & carnes frangeret esurienti, argueret contra præceptũ legis præsumere, quæ panem frangere & calicẽ aquæ frigidæ ministrare mãdabat egenti? Hãc causam habet Witeleff contra perfectos, qui ultra mandata obligant se forma Christi, & apostolorum: seruare consilia. Fatuum ecce quod fecerat conuincitur argumentum. Aut dicat iste qualiter aliquis de suo simplici ordine põt seipsum obligare uxori. Vnde necesse est eum primam suam ad Deum diuidere charitatem, dicente apostolo primæ Corinth. 7. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ dñi sunt, quomodo placeat deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori & tamen de isto dixit Apostolus. Si acceperis uxorem, non peccasti. Et quomodo non peccauit si iam obligauit se plusquàm poterit, eo q̃ postquàm obligatus est diligere Deum ex omnibus uiribus, iam obligauit se ad traditionem sui singularem, qua tradidit seipsum sollicitudini uxoris suæ & mundi: ex qua necesse est vt minuatur aut diuidatur primus feruor in Deum? Vnde in lib. annotationum eiusdem loci HIERON. Quia liberæ uoluntatis esse non uis, maior est uel minor. Nuptiæ. n. peccatum nõ sunt sed per sollicitudinem mundi, qui nubent, legẽ seruare non possunt. AVCT. Vacare animo non possunt ut soluti Quod item exponens li. 3. de uiduis de Paulo loquens AMBRO. Ideo sic mansit, nè plurimùm suo muneri decerperetur q̃ nec orationi vacare semper liceret, neq; sem p diuinis intendere mandatis, quem coniugij curæ vacare ut placeret uxori esset necesse. Hæc ille. AVCT. Ordo ergo coniugii mõ suo impedit legem Dei. Ista ratio plus moueret. Sua aũt quæ iam per obligationem ad bona opera dilectionem illam adaugeret, non credo eum adeò insanari, q̃n sciuit se nullum nisi loquacem alium ea facere idiotã. Veniat ad euangeliũ, q̃ iã suo argumento puertit. Nũquid legitur Matth. 19. venisse iuuenẽ quẽdã diuitem ad Iesum dicẽtẽ, Quid faciẽdo uitã æternam habebo? At saluator. i. Iesus, seruа mandata, inquit. Rursus ille. Hæc omnia seruaui à iuuẽtute mea: nec vẽ mentitus fuisse, inquit Beda. At Christus hoc attento quia mãdata seruauerit, adiunxit, q̃ perfectum est. Si uis, inquiens, esse perfectus, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Iste iuuenis seruauit mãdata, nec potuit excidere ab obligatione, qua obligabatur ea seruare per dilectionem Dei ex omnibus uiribus, & tamen ultra hæc, obtulit ipsi Christus obligari ad perfectionem. Ire. s. vendere omnia quæ habuit, &c. ergo iuxta te Christus voluit eum obligasse plusquàm potuit, & de simplici religiõe ad aliam astringere minus bonã. Miser cur tua sponte sic calcitras contra Christum? Audi potiùs q̃ duas has vitas laicã, s. & pfectam & commedat lib. 1. de viduis sanctus AMBRO. En tibi distantia præcepti atq; cõsilii, si illum recorderis, cui in euangelio ante præscribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat. Præceptum. n. est vbi est pœna peccati. At verò cum se præcepta legis memorasset implesse, cõ filium eidem datur vt vendat omnia, & sequatur dominum: hæc. n. non præcepto imperantur,

1

Matth. 25.

Matt. 5.

C

Vouere dee licet.

Amb. To. 2

Amb. To. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sed pro consilio deferuntur. Sequitur. Ergo liber, hic à præcepto cui defertur arbitrium. Ita
Lu.12. que qui præceptum impleuerint, possunt dicere
Matt. 19. serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc uerò non dicit ille, qui bona sua uẽ didit, sed quasi reposita expectat præmia. Sicut sanctus apostolus qui ait, Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Non enim quasi inutilis seruus quod debuit facere id fecisse se dixit, sed quasi utilis domino qui commissa sibi talenta quæ sitis multiplicauit usuris, mercedem fidei atque uirtutis bene sibi cõscius meritorum securus expectat: & ideo bene dicitur ei cum cæteris: Vos, qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis, & uos sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. At uerò illi qui talenta seruauerat & si præmia minora tamen pollicetur dicens, quoniam super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Hæc ille. AVCTOR. Disce ergo quod volens ignoras duas uitas hæc duo facere, præceptum & consilium, utrunque tamen Christi, sed non
2 utrunque æqualiter. Vita † in præceptis est bona, sed inutilis ad cumulum præmij, unde professor eius dicturus est se seruum inutilem. Nõ ergo perfectus est ut Witeleff insanit contra euangelium, dicens huiusmodi, si vis perfectus esse, vade, & vende, &c. Quòd si quis fecerit, iam perfectus efficitur, nec ultra dicit (inquit) Ambrosius, inutilis seruus sum, sed quasi perfectus præmium exacturus, Quid mihi iam restat præ
3 mij? Tantum † ergo distant professor simplicis mandati & professor consilij: quantum à coronato pro præmio, seruus inutilis. Et libro primo contra Iouinianum ca. 7. HIERONY. Vbi
Hier. To.2. bonum maius & melius est, ibi boni & melioris non unum est præmium. Et ubi non unum præ C mium, ibi utique dona diuersa. Tantùm est igitur inter nuptias & uirginitatem, quãtùm inter non peccare & bene facere, imò ut leuiùs dicã, quantum inter bonum & melius. Hæc ille. AVCTOR. Melior ergo uirgo, melior pauper quã simpliciter sine istis obseruans bene præcepta. Et in hoc ipso loco nõne tibi uidetur utraque esse religio Christi? prima est religio simplex, ut tu appellas cunctorum fidelium, alia perfectior, quæ totam primam continet, & addit seip
Iac.1. sam, nõne ipsa est magis religio? Apostolus ecce Iacobus definit eam religionem, Religio (inquiens) munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est, Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum: & immaculatũ custodire se ab hoc seculo. Quòd si diuites mundi visitare dicuntur, qui quædam sua distribuunt, maximè vi
A sitant qui cuncta uendunt quæ habent dando pauperibus. Hi ergo religiosi potissimi. Duæ
4 † ergo religiones Christi fiunt, una seruantium tantùm mandata ne damnentur: altera cuncta donantium & uidentium, ut præmium consequantur: primi sunt simplices tui, secundi Chri sti perfecti. De quibus Homlia. 9. in Iosue Origenes To.1. ORIGENES. Ego sic uideo duas esse species eorum qui promissionum cælestium cupiditate succensi, summo studio, diligentiaque nitun tur nè saltem minima eorum beatitudo præte reat, habentes desiderium non solùm benedictionis capiendæ: sed & effici in partem sancto rum: sed etiam assistere in cõspectu Dei, & sem per esse cum domino. Alij uerò sunt, qui & ipsi tendunt ad salutem, & non tàm amore benedictionum uel promsionũ desideriis inflammãtur, quàm hoc magis habentes in prospectu vt dicant: Sufficit mihi nõ ire in ignem æternum,
B sufficit mihi non expelli in tenebras exteriores. AVCTOR. Quis sapiens, & non intelliget primos esse religiosos perfectos in ecclesia: secun dos quoslibet laicos carnales de populo, qui comparatione primorum inter mulieres recitantur? Vnde ibidem ORIGENES. uersus finem. An non tibi uidetur inter mulieres æsti mandus esse ille uir, qui dixit, Non possum obseruare quæ scripta sunt, uendere quæ habeo, & dare pauperibus? Non possum percutienti unam maxillam, alteram præbere. Non possum maledicentem benedicere. Non possum blasphemari, uel blasphemantibus deprecari. Nõ possum persequutionem pati & sustinere, & si milia quæ mandantur implere? Qui dixit imple re non possum, quid tibi aliud uidetur, quam inter mulieres, quæ nihil uirile possunt, esse numerandum? Hæc ille. AVCTOR. Benedictus Deus ergo, quòd ultra simplices obseruatores
C mandatorum, qui tantùm necessaria faciunt ne damnentur, religiosi perfecti surgunt, & robur ecclesiæ, ut inter uiros meritò numerentur. Quomodo si non ultra dilectionem Dei ex omnibus uiribus surgant supra populum in opera ardua, quæ dilectionem illam probant? Tu dicis declinare talem à mandatis quia seruat ea teneriùs, seruat sollicitiùs, quàm tua sim plex laica requirit, sed consilium exigit christia num: hoc tu blasphemas impossibile, & apostasiam esse nugaris. Disce miser, disce quem inspirat primus apostata, quòd hoc sancti patres docuerunt ab initio professores sanctimoniæ & debere & posse. Vnde & cap. 6. ec Dionysius clesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Sacerdos deinde ipsi uitam enarrat, testificans quoniam oportet mediæ ipsum superastare. LINCO. Oportet † monachum conuersatione ex
5 cellentio-

cellentiorem esse, & diuiniorem media uita, id A enim voluntaria, non legitima sunt. His obtem
est uita sacri populi. Et hæc est uita perfectissima, quam presbyter eum edocet, vt videlicet omnia diuina mandata, quæ oportet populum obseruare, ipse obseruet de cætero excellentiùs & diuiniùs. Hæc ille. AVCTOR. O quantum peccauit iniquè, qui tam sciens ponit bonũ malum, & lucem tenebras. Sciuit non dubium, me liùs eum seruare præceptum regis de tuendo filium, qui eum procul ab hostibus in clauso castro cùm attentione conseruat, quàm is, qui inter medias turbas simpliciter, & sine grandi cura discursat. An iam stultè diceretur non seruare quia ultra industriam simplicem apponit ex omni parte accuratam tutelam? Sic delirat iste, criminans religiosos non obseruare mandata, quia vt obseruent ea ex omni parte, uisum cohibent, linguam refrænant, iugiter orant, pro leuibus puniuntur, carne ieiunant, & noctem ac diem in omni cautela transigunt, ne quantilla parte à Dei mandato declinent. Quot hoc faciunt laici Witeleff, qui tantopere per orbem B
Iacob.2. iactant mandata? Si tantum Deum diligunt, ad tantum mandata eius obseruent. Magna operatur charitas si est: declarent charitatem operibus, parcant verbis. Hoc certum est hæresis illorum qui tempore sancti Iacobi fidem laudabant sine operibus, hic eum ad dilectionem tra here ut sine operibus. Quo contra illas duas, cõ
Gal.5. mendans operibus Paulus fidem solam dicit 7 laudabilem, quæ per dilectionem operatur. Nec ergo fidem mihi des solam, nec dilectionẽ uerbalem, sed fidem per dilectionem operantem. Et das mihi religionem, quæ plus habet operum, plus Deo perfectam. Planè hæreticat sanctus Dauid istam impietatem, dicens: Volũ
Psal. 118. taria oris mei beneplacita fac domine. Quæ si essent præcepta iam necessaria forent. Vnde C super illum uersum in octonario. Hilarius.
6 Non † contentus est etiam præscriptis legis cõ
Consilia seu uoluntaria & non legitima obseruata per dauid. tineri, neque iam necessitati obedientiæ subiacere. Lex præcipiebat, malum pro malo esse reddendum: Dauid iste cum Saulem totis se imperii sui uiribus persequentem frequenter captũ & concluſum habuisset, non modò non peremit, sed cum honore dimisit dicens: Non inferam super eum manum meam, quia Christus
1. Reg. 26. domini est. Hunc etiam cùm in bello peremptum comperisset, fleuit, & uindicauit. Filius quoque eius Absalon regnum occupat, exercitum contrahit, patrem bello parricidali perse
2. Reg. 1. 2. Reg. 18. 8 quitur, sed militibus Dauid dixit: Parcite puero Absalon. Illi quidem ad resistendum necessitas imposita est ut regi, sed pietas & bonitas adfuit ad parcendum vt Prophetæ. Mortuũ quo que affectu paterno & dolore defleuit. Hæc

1. Cor. 7. ctrinæ non legitimæ consuetudinem, dicens, De uirginibus, domini præceptum non habeo consilium autem do. Aut cum gloriam uiduitatis, & continentiam laudat, non inhibet potestatem nubendi, sed meritum cælibatus prædicator ultra legem instituit, & ultra præceptum adhortatur, & uoluntaria legitimis anteponẽs.
1. Cor. 9 Et rursum ait, Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? nunquid non habemus potestatem mulieres circunducendi sicut cæteri Apostoli, & fratres domini, & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hæc operandi? Sed non utimur hac potestate. Potestas licita est, cùm lex infidelitati nostræ parcens, præceptis nos grauibus nõ onerat. At uerò uoluntatis professio, ex incremento fidei est, cùm in his, quæ moderata lex nobis est, nosipsos uoluntariæ deuotionis studio continemus. Hæc ille. AVCTOR. Hic planè subuersa est argutia Witeleff hæretica, per quam omnia opera perfectionis ultra mandata prophanat. Dauid (inquit Hilarius) noluit contentus esse præceptis quin adderet uoluntaria opera. Apostolus item Paulus vltra legem, meritum cælibatus instituit, & ultra præceptum hortatur uoluntariè ipsa legitimis anteponens. Ergo † religio voluntariorum anteponitur, excedit in numero religionem simplicem mandatorum. Hanc doDionisius ctrinam Pauli sequebatur discipulus eius Dionysius. Vnde capitulo 6. eccleſiasticæ hierarchiæ DIONISIVS. Hunc aio sacri populi ordinem ut per omnem uenientem purgationem. Sequitur. Perfectorum autem omnium C excellentior ordo monachorum est sacra ordinatio. Vbi ex GRAECO. Sacrum quoque medium populi ordinem vocat, id est, in laico ordine integram & irreprehensibilem uitam habentes. Monachos autem, id est, hierophantas, omnibus excellentiorem. Hæc ibi. AVCTOR. Quanto tempore & ab exordiis ecclesiæ manserunt istæ distinctæ religiones in ecclesia, religio laicorum deorsum & monachorum per uitæ meritum super illos. Quantum autem ad sacra in ipsorum professione tangenda penè singula describuntur, à nobis libro. 3. Sed † ad ista, quæ iste blasphemat in hoc loco, nouas manus apponimus. Conferunt, inquit, isti religiosi in sua professione signa luciferinæ superbiæ, quia obligauit se ad sanctiùs uiuendum, quàm exigit simplex (nolens dicere laica) religio Christiana. Qualiter hoc? quia obligant se ultra dilectionem Dei ad suas traditio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditiones singulares. Ipsas planiùs dixit quarto capitulo secundi libr. de sermone domini in monte, & alibi. Cantus, & lectiones media nocte, in choro silentium, iugiter manere in claustro, & similia. Si hæc & huiusmodi obseruare cum dilectione Dei super omnia, sit luciferina superbia, cur pro continentia à secularium turbis, posuit beatus Iacobus in definitione religiosi, immaculatum se ab hoc seculo custodire? Quod in definitione Christi de uiro perfecto dicitur sequi Christum: qui & ipse nisi pro necessitate diffundendi Euangelij seorsum & secretus semper mansit à populo? Origenes iam suprà dixit, habentes desiderium, non solùm effici in partem sortis sanctorum, sed etiam assistere in cõspectu Dei, & semper esse cum domino. Mirares, si ista sit luciferina superbia. Saltem ipse Paulus Apostolus dicat, cur sic docuit Colossenses. Capit. nempe. 3. ad eos, & deinceps docens eos uiuendi regulam, docensque primò declinare à malo per mortificationem membrorum suorum, tradit eis fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam mala, auaritiam deponere: iram, indignationem malam, blasphemiam, turpem sermonem, nolle mentiri inuicem, spoliare ueterem hominem cum actibus suis, & induere nouum. Demum ut faciant bonum, induendo uiscera misericordiæ, sicut sancti dilecti, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportare inuicem, donare habenti querelam. Ac statim annectit, super omnia hæc, charitatem habete; quod est uinculum perfectionis. Deinde iterum adiungit: pacem Christi exultare in cordibus eorum: uerbum Christi habitare in eis, in omni sapiẽtia docere seipsos quotidie, commonere in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus suis Deo. Subiungit item, quòd mulieres oportet subditas esse uiris, uiros uxores diligere, nec amaros esse ad eas, filios obedire parentibus ad omnia: seruos item per omnia dominis obedire, omnia ex animo facere: dominos, quod æquum est seruis præstare. Orationi instare, uigilare in ea, cũ gratiarum actione. Ecce quot traditiones Apostoli in vna regula charitatis, & tamen super hæc omnia iubet charitatem habere. Quòd si ualeret impia argutia Witcleff, cùm charitas obliget omnes uiros, præcipiendo, & obligando fideles ad omnes istas traditiones & super has omnes ad charitatem, ipse Apostolus per lucifer inam superbiam eos obligat plusquàm possunt: sed de huiusmodi ait Apostolus, Videte canes, malos operarios, videte cõscisionem. Dñs ipse iustus conscidit ceruices talium peccatorũ: Nam omnium Christianorum regula ex his & huiusmodi traditionibus plena est, & has omnes professione spondent communi, quæ & cõmunia facere sine murmurationibus, hæsitationibus iubet Apostolus ad Philippen. 3. & ibi in expositione AMBROSIVS. Commonet ut omnia quæ ad disciplinam pertinent Christianam sine hæsitationibus faciant, & murmurationibus. Quia si negligenter, & indeuotè aliquid agitur, ad effectum non peruenit, quia in reprehensionem cadit: sed omni necessitate operentur quasi filij Dei immaculati, ut memores professioni suæ respondeant, ut inter diffidentes tam clari appareant uita, conuersatione, moribus, quemadmodum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt. Hæc ille. AVCTOR. Iam consequenter in regula religiosorum, in qua superadduntur istis traditiones Christi: ut potè illa de paupertate, quam supperaddebat Christus toti regulæ mandatorum, Si uis perfectus esse, uade, & uende &c. & illa de castitate, Qui potest capere, capiat &c. quas iste dixit traditiones infundabiles, hoc probare per particulas nunquàm sciuit. Nam † ut nostram Carmelitarum regulam adeamus cum examine. Quid aliud est quod ibi dicitur, Accingendi sunt lumbi cingulo castitatis, nisi uerbũ Apostoli, quod item hic ad Colossen. mortificationem dicit carnis? Quid item induenda est uestis religiosa, vt lorica iustitiæ, nisi induite uos sicut electi uiscera misericordiæ & induite nouum hominem, qui renouatur? Quid est oratorium construatur in medio cellularum, quo ad orandum nocte ac die fratres conueniant, ad cantandum Psalmos per singulas horas, maximè manè per singulos dies ad audiendum missarum solẽnia, nisi quod ait Apostolus, commonentes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus? Quid item, quòd ea regula orationes sundendas certa mensura constituit in nocturnis vigilijs, tãm quod Apostolus iubet orationi instare, vigilantes in ea, in gratiarum actione? Quid de ieiunijs, & silentio? Quid de turbis abscedere blasphemare potest, nisi manifestè derogans factis Saluatoris, & apertissimè auctoritati scripturæ? Hoc ergo unum concludamus ex multis quòd omnia hæc quanuis non præcipiantur in lege, faciliter seruata lege complentur, & eo gratiùs, quò liberiùs. Vnde libro primo de aduentorinis coniugijs, * circa medium AVGVSTI. Multa † sunt autem facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam nõ impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior ipse dominus cùm se tributum non debere monstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret, ad æternam salutem gerens hominem consulebat.

Iacob. 1.

Colo. 3.

Philip. 3.

Philip. 3. Aug. To. 6. * Cap. 14. Matt. 17.

consulebat. Iam uero Apostolus quemadmodum ista commender, eius uerba testantur, ubi dicit, Cùm enim liber sim, & omnibus, omniũ seruum me feci, ut plures lucrifacerem. Cum paulò superius dixisset: Nunquid non habemus potestatem fororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli domini, & fratres domini, & Cephas? Et post multa ita ostendit ea, quæ licita sunt, id est, nullo præcepto domini prohibentur, sicut expedit potiùs esse tractãda, non præcepto legis, sed consilio charitatis dicens. Hæc sunt quæ ampliùs erogantur saucio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est, & ideò dicũtur non à domino præcepta, quanuis domino mo neantur offerri, ut tantò intelligantur esse gratiora, quantò magis ostendũtur indebita. Hæc ille. AVCT. Hoc vnum ecce primò susceptũ, & in fine resumptum totum argumentũ Witcleff monstrat ineptum, non iussa lege, sed libera charitate facta sunt nostris officiis gratiora. Vouere puta castitatem cum apostolo, pauperatem, obedientiam uni patri, quam ipse filiis multis impendit, dicens, cp cùm liber esset, omnium seruum se fecit: nos autem circa agentes non seruos, sed per obedictiam filios fore spõdemus. Fatuus nunquid Paulus, mi Witcleff, qui tantæ libertati à Christo datæ renuntiat, vt tantæ se subigat seruituti? Hæc est nostra religiosa fatuitas, quam de Paulo requirimus, & à Christo didicimus, qui cum Paulo altior in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, habitu inuentus ut homo.

1. Cor. 9

Phil. 2.

¶QVOMODO SACRAE OBSERuantiæ clausralium modernorum conformantur antiquis. Cap. LXXVI.

S V M M A.

1 *Monasticorum præconia à Chrysostomo recensentur.*
2 *Religiosorum clandestinæ orationes ex Hieronymo notantur. Et quomodo antiquior usus hoc habebat in usu, quod habet modo.*
3 *Habitatio Christi, domuncula non propria, sed à Martha, & Lazaro assignata.*
4 *Silentij commendatio.*
5 *Silentium Pythagoricum notatur ex Ambrosio.*

Si fellea amaritudo sub lingua huius hæretici, quàm febrilis hæresis illi generauit, in qua omne dulce facit amarum, abesset, & gustaret cũ sancto Chrysostomo dulcedinem regulæ, & omnis conuersationis nostræ monasticæ. Qualiter putas calamum uerteret, uerba mutaret? Verum asininum caput eius non suscipit ea, quæ Dei sunt: non refert, si ad aures huius asini lyram adducam, quã per singulas penè chordas dulcissimè tangit, exponendo primam epistolam ad Timoth. Moralium 14. dulcis pater CHRYSOST. Verè † domus luctus sunt monasteria, ubi saccus, cinis, vbi solitudo, ubi nullus risus, neque secularium rerum turba, vbi ieiunium, terræ accubatio: omnia pura à nidore, sanguine, tumultu, turbatione, à mala turba. Portus tranquillus, sicut lucernæ sunt ab alto ijs, qui procul veniunt, sunt apparentes, in portu sedentes, & ad quietem suam omnes tra hentes, non sinentes heri naufragium ijs, qui ad eos inspiciunt, non sinentes in tenebris degere eos, qui illud vident. Vade ad eos, exteros suscipe, accede, tange pedes sanctorum. Multo enim honorabilius est illorum tangere pedes, quàm aliorum caput. Et bene intra. Vere sancti hi, & in omnibus angeli. Medius enim timor domini non dimittit ad profunda somnum descendere, & confundere mentem, sed superficietenus iniacet, quiescere faciens eos solũm. Talia illorum somnia non phantastica, neque prodigiosa, sed ut quidam dixerit Gallus cantauit, confestim veniẽs qui præsidet, & pede iacentem simpliciter suppungens, oẽs erexit. Neque. n. nudos dormire illic fas est. Deinde surgentes cõfestim stãt, hymnos canentes, ppheticos cum multa symphonia, cũ bene compactis melodiis. Neque citharа, neque syringes, id est fistulæ, neq; aliud organũ, id est, musicum instrumentum, talem amittunt vocem, qualem est audire in silentio profundo, & in eremo sanctorum illorũ canentium, sed & psalmistica cantica alterna, & dilectione plena quo ad dñm. Siquidẽ. In noctibus ait, Eleuate manus vestras in sancta ad Deum. Et rursus, Ex nocte magnificat spiritus meus ad te deus. Et alia cantica Dauidica riuulos monentia lachrymarum. Cum. n. cantat dicens, Laboraui in gemitu meo, lauabo per vnamquamque noctem lectum meũ, lachrymis meis stratum meum infundam. Et rursus. Qui habitare facit vnanimes in domo. Et, Septies in die laudem te in iudicia iustitiæ tuæ. Et rursus, Media nocte surgebam gratia confitendi tibi in iudicia iustificationis tuæ. Et, Deus redime animã meam de manu inferi. Et, Si iero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecũ es. Et rursus, Non timebo a timore nocturno. A telo volante in die, a negotio in tenebris ambulante, & a casu & demonio meridiano. Hæc cùm angelis cantant, etenim & angeli tũc

Chr. To. 4. Monasticorum præconia.

Psal. 133. Esa. 26. Psal. 6. Psal. 67. 118. Psal. 48. Psal. 22. Psal. 90.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantant, Laudate dominum de cœlis &c. Hæc ille. AVCTOR. Quis non confunditur Wiclefista, audiens magistrum suum taliter vulnerari sub sancto Chrysostomo? Quicquid ipse blasphemat, sanctus pater transfert in laudem, maximè quod de vigilijs mediæ noctis, & psalmis, & hymnis deuotis dixit infundabile scripturis, sanctus Chrysostomus fundat expresse, & contra alternationes suas, quas iure somniculosorum suorum sanctus Ioānes unaquaque nocte surgendum prædicat, nō timendo vmbras noctis, sed media nocte surgendum assiduè per Psalmistam, quid iam facturus est si postuletur fundatio somniorum suorum in scripturis sanctis, cp parcendum sit uigiliæ traditioni, quia non omnes sunt taliter complexionati? Vbi reperis in scripturis nō vigilandū singulis in orationibus, quanuis aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumeat? Vbi laudatur seruus, quem cùm venerit dominus, siue serò, siue media nocte, seu gallicantu, seu manè, inueniat dormientem? Scio quosdam paucos in religione sic, vt regula iubet, vigilare nō posse, sed cur communis omniū norma ex paucis infirmis est pastura dispendium? Quidam ita complexionati sunt, ut hunc vel illum gustare cibum non possint, quidam non bibere vinum, quidam nec dormire de nocte. Est ergo mala regula, quàm generaliter natura tradidit cunctis uiuentibus cibo quouis vesci, vino potari, aut de nocte pausare? Prosequitur item sanctus obseruantias sanctorum post uigiliam matutinam CHRISOSTOMVS. Illi vero rursus matutinales orationes perficientes, & hymnos, ad lectionē scripturarum vertuntur. Sunt autem, qui & libros scribere edocti, vnusquisque habitationē ordinatam suscipiunt. Silentium semper exercitatur, nullo fabulante, nullo quidem dicente Tertiam, Sextam, Nonam, & vespertinas orationes perficiunt. Et in quatuor partes diem distribuentes, vnamquanque partem plenam psalmodijs, & hymnis glorificant Deum. Omnibus autem pulmentum accipiētibus, id est, seculi laicis ridentibus, & ludentibus, resisis à gastrimargia, id est, a ventris saturitate, hi hymnis attendūt, nunquam mensæ tempus laxantes, neque sensibilium horum risus. Post pulmentum eisdem adhærent somno priùs seipsos tradentes moderato. Hæc ille. AVCTOR. Longum esset, & forsan fastidio proximum cuncta scribere, quæ ibi prædicat sanctus pater religione regulariter tradita & seruata. Qualiter hæc si esset infundabilia lege Christi, pauca puto traduntur modò in regulis religiosorum, quæ antiquitas ista non expresse tangit, & fundat. Omnis religio vestita dormit, non dubitem ut nostri Carmelitæ in tunica candida, & scapulari nocturno, & ita Chrysostomus Neq; .n. nudos dormire illic fas. In Carmelitarum item regula, quam & noui, singuli habēt cellulas separatas, sicut & per dispositionem Prioris, & fratrum fuerit assignatum. Et hic Chrysostomus: Vnusquisq;, inquit, habitationem ordinatam suscipiens: hoc propter orationes clandestinas. Vnde in epistola ad Rusticum de monachorum conuersatione loquens HIERONYMVS. Et † quia nocte extra orationes publicas in suo cubili unusquisq; vigilat, circumeunt cellulas singulorum, & aure apposita, quid faciant, diligenter explorant. Hæc ille. AVCTOR. Antiquior igitur vsus hoc habebat in vsu, quod habet modò, & iuxta quem Christus habuit in vsu solus orare: sicut ex illo potest liquere Matthæi, vbi dimissis discipulis post eos iterum à Petro, Iacobo, & Ioanne pusillum progressus orauit. Vbi in opere perfecto Homila. 83. CHRYSOSTO. Propter hoc ait, Manete hic donec abierim, & orem. Consuetudo .n. ei erat sine eis orare. Hoc enim faciebat erudiens nos in orationibus quietem construere nobismetipsis in solitudine multa. Hæc ille. AVCTOR. Sic† item dominus Saluator domunculam habuit, non propriam, sed à Martha & Lazaro assignatam, quam monstrauit quærentibus: magister vbi habitas? ipso dicente, uenite, & uidete. Homi. 17. super Ioannem CHRISOSTO. Qualiter alibi ait: Filius hominis non hēt ubi caput reclinet. hic aūt ait. Venite & uidete ubi maneo: qm̄ hoc, i. non habet ubi reclinet dēmō stratiuum est eius, cp nullum propriū habitaculum habebat, non cp in domo non manebat. Hæc ibi. AVCT. Et cp hæc regula iubeat fratres manere per singulos in cellulis suis, uel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes, & in orationibus uigilātes, nisi aliis iustis occasionibus occupentur. Hoc in his uiris quā tum extollit Chrysostomus qui post orationes matutinales ad lectionem scripturarum uertū tur, & post refectionem iterum eisdem adhærent, præterquàm in die quater, quo ad orationes iterū diuertuntur. Iterū cp ipsa regula dicat faciendū nobis esse aliquid applicans in exemplū magisterium sancti Pauli hoc de ipsis sanctis fatetur CHRYSOSTO. Sunt, inquiens qui libro scribere sunt edocti. Regula mandat in communi refectorio edere, quæ fratribus fuerunt erogata communiter aliquam lectionem sacræ scripturæ audiendo. Chrysostomus dicit, cp aliis in cœna ridentibus, & ludentibus hi sanctis hymnis attendunt, nunquam mensæ

Psal. 148

Luc. 18.

Gastrimargia.

Carmelitæ dormiēt de nocte in tunica candida cum scapulari.

Hier. To. 1.

Matth. 26

Chr. To. 2.

Habitatio Christi.

Chr. To. 3

fæ tempus laxantes in huiusmodi risus. Commendat † item regula multū auctoritate Pauli silentium iubentis in eo operari: & Propheta ait: cultus iustitiæ silentium est. Et inter hos sanctos, inquit Chrysostomus, semper exercetur silentium, nullo fabulante, nullo quid dicēte, Tertiam, Sextam, Nonam, ac uespertinas orationes silendo perficiunt. Superaddunt Carmelitæ silētium arctum à complectorio dicto usq; ad primam dictam sequentis diei: nisi forsan grauis & insuecta necessitas silētium interrumpat pro quo gemebundus ait HIERO. epistola ad Marcellam. Vt de orbe secedi. Si foras procedimus, silentium perdimus, si non pdimus, superbiæ arguimur. Hæc ille. AVCT. Quid mirum si à sanctissima Christi regula ad huiusmodi sanctitatis regulam trahimur, qui noctem penè totam ex consuetudine silenter orando pertraxit, nocte passionis tamen vrgēte hora ter silentium & orationem abrupit. Vnde de Pythagora philosopho super hūc versum Psal. 118. dicit AMER. Puto † inquit Pythagoram philosophum imitatorem inuenis huius prophetici instituisse sectam, vt discipuli sui quinquenniò non loquentes, tanto silentio loqui discerent: cùm præsertim etiam Dauid senioris ætatis, quàm Pythagoram fuisse dubium non sit, qui ait: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si reprehendenda sint hęc & similia, quæ religiosus vir vt tenens regulam charitatis obseruet, tanta cautela viuendi regulā profitetur. Qui omnibus vijs respicit, ne charitatem amittat, ipse plus arguetur iniuriæ, quàm is, qui ad omnem auram linguā venalem exponit. Hoc scio, quia à Domini, & Apostolorum exemplis in monasteria confluxerunt: dicis, quia difficultant obseruare præcepta, ergo dominus iter iuuenis difficultauit ad patriam, quādo super obseruantiam mandatorum paupertatem adiecit, & omnes fefellit, quibus dixit: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Ad quod tu dicito, quare super præceptum de non mœchādo adiecit, nec ad concupiscendum mulierem conspicere? Nunquid quia faciliùs seruat de non concupiscendo præceptum, si non permittat aspectū? Igitur additio huius consilij facilitat adimplemtionem præcepti: sic qui nec irascitur, facilitat se ne occidat. Qui silet, facilè nemini detrahit: qui ieiunat, facilè continet: qui vigilat in orationibus, eo faciliùs acidiā fugat. O ergo meretrix ista hæresis, nō dubiū omne robur religio si Sansonis in detonsione paruorum capillorū capitis nititur tradere Philistęis: paruæ, inquit ceremoniæ præponderantur apud vos Christi præceptis. Hoc imponis criminis, quod nō probas. Parui sunt ritus, quibus robur omne præceptorum innititur, & seruatur, quibus sublatis, difficilè conseruantur parui illi pili in capillatura Sansonis, sed ex eis excisis ad communem hominum fortitudinem ueniens captiuatur ab hostibus. Quis es tu, qui iudicas alienum seruum? domino suo stat, aut cadit. Quid matutinas uigilias falso criminaris iuuenum insolentijs frequentatas, cantus hypocriticos, indeuotos risus & cachinnos, in claustris cunctas obseruantias, spissa, & amara suspicione deprauas? Hoc unum nouetis, non omnes esse quod unum, sed suspicionem tuam ualde falli de pluribus. Sed unde religionem priusq; noueris iudicasti, à longe prospiciens? Quid tibi uenit in sensum ut cum Moyse Deuter. legis alludens, ut ita de campestribus Moab ascenderes super montem Nebo in uerticē Phaga contra Hiericho, ubi secundùm nominis interpretationem, ut luna mutaris in stultū, terram promissionis in claustri semitis prospexisti? Vidisti oculis tuis, nec transisti ad illam, & omnem cultum eius digituli tui censura distinguis. Mitte de cætero exploratores ueridicos ad explorandum libertatem nostram, quā habemus in Christo Iesu. Qui cùm renuntiauerint, dicant terram hanc lacte & melle diffluere, ut ex fructibus laborum suorum ostendant nec falso rumore exterreant populum in filijs Enach proceræ staturæ monstris, de germine giganteo, dicentes, cp terra hęc deuorat habitatores suos, & pusillo gregi faciant ne ascendāt ubi lætanter oēs senes cum iuuenibus explent opus, & si desit unum quippiam, quilibet cum Paulo, usque ad effectum dicit. Omnia possum in eo, qui me confortat, Christus.

Silētii commendatio.

Hier. To. 1

Matt. 11.

Psal. 38.

Iud. 16.

Phil. 4.

¶DE OBLATIONE, ET RITV SACRÆ inductionis iuuenum, antequàm bibāt calicem principis huius mundi.

Cap. LXXVII.

SVMMA.

Religionem à teneris ingressus laudatur.
Religionis dissuasores arguuntur.
Vota parentum, quòd prosint liberis. Et quanta uis sit in uotis parentum.
Votum parentelæ an sit consecuturum effectum discutitur.

SAcrę professionis maiora insignia deo odibili Wiclef eo plus displicēt cp ad ea in capite professionis nos tāti uoti sacro constringunt, vt insanus semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

Religionis ad teneris laudat ingressum.

aut amens ingressum dissuadens, rescindens, A
propositum,& prouocans apostasiam. Nam
1 †in ipso religionis ingressu quid Deo placentius,quid expectabilius ei,qui Deum sapit, q̄ iuuenem intemeratum cernere exire de seculo,& ad portum monasterij anchoram figere,
Thren.3. vt beatus prædicetur,qui iugum domini ab adolescentia sua portauerit, ita ut cùm senuerit,non recedat? In sanctos religiosos deo dicatos pro crimine infert,q̄ introducant pueros in suum ordinem fraudulenter ultrà quā charitas Christi se extendit ca.5.Dialogi.& ca.15. de fratribus. Quorum,inquit, est nulla maior blasphemia,quàm iuuenem indiscretum a suis parentibus spoliare,& ipsi regulam ad sui interitum limitare, quia nesciunt si complexioni & charismati eius Deus tribuit,uel si tali iuueni conuenit spiritualis obseruantia, ad quam astringunt eum,cum uiris fidelibus deseruire.
Matt.19. Hæc Witcleff. AVCT. Hoc exigimus,ut scripturarum auctoritate confirmes. Christus ipse B
nō inscius,sed futuræ rei præscius,quid iuueni committi conueniret, quid vt inconueniens sperneret,nihilominus obtulit ei spiritualem obseruantiam paupertatis perfectæ, cupiens eum astringere sibi cum viris fidelibus, putà primis apostolis deseruire. Ipse item Iudā proditorem ad apicem perfectionis vocauit, quē inde scierat ruiturum. Cur putas? Nisi nobis mōstrās exemplo,qui præscij rerum nō sumus quòd cunctis suadēda,offerēda,optanda est p fectio, quamuis cunctis non proderit, sicut Christus multis obtulit, quibus obfuit, non susceptum,sed suscepti transgressio. Quia sicut quidam inde ad suum interitum corruerunt, sic multi numero,quos Deus voluit,liberantur in claustro,quos conuersatio secularis sorberet ad inferos. Et quid aptius,quàm iuuenem in Dei obsequio cum viris deseruire fidelibus? De quo libro 1.de officijs.cap.23. AM-
Amb.To.1 BROS. Si ij, qui sunt ignari locorum,cum so- C
lertibus viarū iter adoriri gestiūt,quāto magis adolescētes cū senibus debēt nouū sibi iter uitæ aggredi,quo minus errare possint, aut à vero tramite virtutis deflectere? Nihil cīn pulchrius,quàm cōsdē & magistros vitæ,& testes
2 habere. Hæc ille. AVCT. Grandi † igitur cum periculo suo dissuadent multi,non tàm hæreti ci,q̄ carnales catholici,pueris,& iuuenibus religionis ingressum, causam in se sumentes exitii,& oīs aīæ detrimenti. Ab hoc omnino liber est,qui suadet ad melius. Sed ætati parcimus, inquiunt,tātò aūt periculosius, quātò magis Christus iubet nō parcere, sed arcere: prout hāc causam fortiter agit,li. 3. vt nūc inscribi-
Amb.To.1 tur de virginibus AMBR. Accusati,inquit,su- A
mus:& nisi fallor,accusatores nostri plerique de uobis sunt. Horum ergo affectus redarguere de malo,quàm personas ꝓdere. Criminis autem inuidia hæc est:quia suadeo castitatē,quia hoc nō libēter accipit ipse,se prodit. Virginitatem,inquit ipse,doces,& persuades plurimis. Vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam,si efficaciam recognoscerem. Atq; vtinā me exēplis potiùs argueretis,q̄ sermonibus cæderetis. Et infrà. Denique
Matt.19 cùm dixisset,Et sunt Spadones,qui seipsos castrauerūt ꝓp regnum cælorū,ut ostēderet hoc nō mediocris esse uirtutis. Qui pōt,inquit, capere,capiat. Et ideò post hoc verbū offerūtur pueri ad benedicēdum, qui corruptelæ expertes,integritatis munus immaculata ætate seruarent. Taliū em̄ est regnū cœlorū, qui in puerilem castimoniam tanq̄ in naturam infantiū corruptelæ ignorantiæ remeauerint. Hæc ille.
AVCT. Ecce accusatū à suis Ambrosium, q̄ B
iuuenibus,& iuuenculis suasit castitatem non recuperatam,sed quam deinceps à pueritia immaculata ætate seruarent. Seruarent, inquam, in humilitatis armario, extra quod est castitas præda raptorum. Ideò libro de bono coniugali in fine AVGVS. Pueros quoque ac virgines
Aug.To.6 multò maximè monemus,vt tāta norint humilitate tuēdum esse quod in terra interim vouent,quanto magis *cæli est qd̄ nouerint. Nē
**cæleste.* pe scriptū est,quantò magnus es,humilia te in
Eccl.3. omnibus. Hæc ille. AVCT. Non hortatur Augustinus corū rūpenda vota,quæ vouerintiā pueri,sed multò fortiùs & maximè eos existimat commonendos cū magna humilitate tueri quāto magis cæleste quid vouerūt,& qd̄ adhuc à terræ sordibus alienū. Vnde super versum nonum octonarij tractans illud Hieremiæ Threñ.3. Bonum est iuueni viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. HILARIVS.
Thren.3. Hilarius. Difficile est ab vsitatis desinere, difficile est C
a familiaribus abstrahi. Magnum in se consuetudo habet vinculum. Et idcirco optimus ille erit cultor, quem non modò delictorum remissio sine crimine constituerit,sed ipsa illa præstiterit vitiorum ignoratio innocentem. Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitudinem, dicens. Bonum est iuueni viro, cum afferret graue iugum in iuuentute sua. Sedebit singulariter,& sedebit, non expectabit frigescentes senectute annos,nec mortuā iam per ætatem vitiorum consuetudinē: vult longi prælij militem, vult eum Christi seruum, quem ne ipsa quidem præteritorū criminum recordatio polluat. Hæc ille. AVCTOR.
Vterq; sanctus pater quantùm frangit corda carnalium,qui contra Christum iuuenes retra-
hunt

hunt à magisterio sanctitatis,dum adhuc erāt innocentes laqueos seculi priùs euadere possint,quàm nosse,& cum in annis cœperint maturari,respicientes unde uenerunt,& in experta pericula dicant alacriter: Laqueus contritus
Psal.123. est,& nos liberati sumus. Adiutorium nostrū in nomine domini. Et epistola ad* Athaletam
**Ad letā Hier.To.1.* de institutione filiæ HIER. Propositum erat ad te sermonem dirigere, quomodo instruere Paulam nostram debeas,quæ prius in Christo consecrata est,quàm genita: quam antè nouisti,quàm utero concepisti. Et diu post. *Sollicita prouides.
**Si sollicita prouides.* Hiere.50. Gen.34* cur non eadem cura prouideas ne deteratur à malleo uniuersæ terræ,ne bibat de aureo calice Babylonis,nè egrediatur cum Dina,& uelit uidere filias regionis alienæ,ne ludat pedibus, ne trahat tunicas. Venena nō dantur, nisi mel le circumlita,& uitia non decipiunt, nisi sub specie umbraque uirtutum. Et quomodo, in-
Ezec.18. quies, peccata patrum filijs non reddūtur, nec filiorum parentibus, sed quæ peccauit anima
Io.9. ipsa morietur? Hoc de ijs dicitur, qui possunt sapere, de quibus in Euangelio scriptum est: Etatem habet,loquatur pro se,qui aūt paruulus est,& sapit ut paruulus,donec ad annos sapientiæ ueniat,& Pythagoreæ literæ eum producant ad biuium,tam mala eius, quàm bona parentibus imputantur. Nisi forte existimas Christianorum filios,si baptisma non acceperint,ipsos tantùm reos esse peccato, & non scius reiecti ad eos,qui dare noluerunt: maximè eo tempore,quo contradicere nō poterāt, qui accepturi erāt. E regione,salus infantium maiorum lucrum est. Offerre necne filiā,potestatis tuæ fuit (quanquàm alia sit tua conditio) quæ prius eam nouisti,quàm conciperes. Vt autem negligas oblatam ad periculum tuum pertinet. Sequitur. Postquàm grandiuscula esse cœperit,& in exemplum sponsi sui crescere
Lu.2. sapientia,ætate,& gratia apud deum,& homines: pergat ad templum ueri patris cum parentibus suis,& cum illis non egrediatur de templo: quærant eam in itinere seculi inter turbas & frequentiam populorum, uel ꝓpinquorū, & nunquam eam reperiant,alibi, nisi in audi-
Lu.1. tu scripturarum: prophetas,& apostolos de spiritualibus nuptiis sciscitantem. Imitetur Mariam,quā Gabriel solam in cubiculo suo reperit,& ideo forsitan timore perterrita est, quia uirum,quem non solebat,conspexit. Aemuletur eā,de qua dicitur. Omnis gloria eius filiæ
Psal.44. regis ab intus. Hæc ille. AVCT. Totum posse fecit Hieronymus,ut parentes filiam inducerent,quam uouerunt dum paruula esset,saltem antequàm biberet ineptias seculi de calice Ba- A
bylonis,moras istas comparans dilato baptismati,& periculum æquans periculo, ideò instat ut offerāt filiam in templum,cum quibus ingrediatur puella, nec egrediatur cum illis, immo suadet ibi perpetuam mansionem contra Witcleff insaniam,unde subdit HIER. Nū *Cant.1.*
quam exeat foras,ne inueniant eam, qui circūeunt ciuitatem,ne percutient,& uulnerent,& auferant terrestrum pudicitiæ: nudam insangui ne delinquant,quin potiùs cùm aliquis ostiū *Cant.5.& 6.*
eius pulsauerit,dicat,Ego murus,& ubera mea turris: laui pedes meos,non possum inquinare illos. Hæc ille. AVCT. Hoc qui potest capere, capiat,ait Christus. Et ideo dicit Ambrosius post hoc uerbum offeruntur pueri ad bene dicendum hanc benedictionem in principio imitantium sancto uoto consequitur ad religionē templi in ueteri testamento, hoc modo Anna *1.Reg 2.*
mater Samuelis tenerum ab utero puerum cō secratum obtulit,& uestiri fecit Ephod. Ad religionem apostolorum eximiam, Christus susB
cepit Ioannem adolescētem & pene puerum: tamen Petrus à Christo consecrabatur, in ecclesiæ uerticem,ut scribit Hieronymus libr.1. contra Iouinianum,quem cum fratre suo Iacobo pia parens prius obtulerat. Hoc satis usitatum est ueteribus sanctis,in sanctorū aspectu compunctis,quòd ipsi tales esse non possent,ideo filios deuouerunt. Vnde & * tertios **Tales.*
eos recitat libr.6.ad Imperatorem præsentem GREGOR. Possibile est tibi fieri Deum, si tamen non elatione,sed imitatione cupias fieri Deus. Alii ad hoc ueniunt uendentes omnia bona sua,& pauperibus erogantes. Alij membra sua mortificantes, quæ sunt super terram,propter Christum, mundo se crucifigentes. Alii Deo filios uouent. Non enim dubito,quin notum sit tibi Abrahæ sacrificium, qui promptius unicum obtulit Deo,quàm eū C
prius susceperat a Deo. Hæc ille. AVCT. Magnum † bonum pueris constitutum est in uo-
3 to parentum,cui multum debent,q̄ sic oblati sunt,ut seipsos tali uoto conforment. Vnde *Vota parentum prosūt liberis.*
libro exhortationis ad uirgines,circa medium AMBROSIVS. Considerate filii quid uo- *Amb.To.1*
tis parentum debeatis. Aperuimus ad Deum os nostrum,uotum est uoluntas parētum, nos uouimus, uos soluite. Quanta uis sit in uotis
Iudi.11. parentum,Iepte Galaditis filia nos debet docere, quæ ne frustraretur oblationem paternam,etiam mortē suam obtulit. Et infra,Hæc uobis sunt cōmunia. Tu autem fili, quem mihi uerus helcana,id est, Dei dedit possessio,postulatus meus, petitus meus, Inde etiam Samuel nomen accepit. Tu,inquam,impetratus meus, & uotiuus meus,qui quomodo in ute-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum meum ueneris, nescio, iam. n. desperauerã sobolem sexus uirilis, quem mihi uota mea nõ aliqua solennis cœtus secreta formarunt: Tu inquam, fili agnosce à quo donatus sis mihi. Ille tua ora psalmauit, ille tua membra distinxit, ille mea orata suscepit, cuius templo, cuius obsequio, te antequàm nascereris sacraui. Non parẽ tibus, non tibi, sed deo natus es, cuius antequã de uulua matris exires, esse cœpisti. Et omnes quidem illius sumus, sed tu specialiter ꝓmissus domino Deo tuo redderis, quia scriptum est, Vouete, & reddite Deo uestro. Ego misera, ego indigna te quasi Anna promisi, ut omnibus uitæ tuæ diebus ac noctibus à conspectu domini non recedas. Ego promisi, tu exequere, domi nus sibi hostiæ suæ munus implebit: hæc & alia pia mater, quæ postquàm congruentem filiorum uidit affectum, ablactatum suum ab uberibus gratiæ spiritualis in templum domini deducens, conuersa ad preces dixit. Confirmatum est cor meum in domino, exaltatum est cor meum in Deo meo. Sequitur. Ista igitur ad filios suos mater dixit, quæ simul & uiduitatis in se, & integritatis in liberos, titulos in domum suam intulit, quasi quosdam fœmineos principatus. Egregia sanè fœmina, quæ sibi nihil reliquit, totũ quod habuit Deo obtulit. Hæc ille. AVCT. Hæc igitur prima gratia iuuenis, qui talem posit inuenire parentẽ, qui cũ iam carnis & seculi languore trementem impauidè trudat in piscinam, quem angelos domini præparatus accipiat. Quoniam modo, quo ritu? Antiquam formam ecclesia de hac BERNARDVS ostendit epistola ad Robertum nepotem suum, dicens: Dubium non est promissum illũ fuisse, non donatum. Nec enim petitio, quam regula præcipit, pro eo facta fuit à parentibus Nec manus illius cum ipsa petitione inuoluta palla altaris ut sic offeretur coram testibus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc formam in parte Ambrosius, qua de Iuliana loquitur, prosequitur. Felix mater, felix puerpera Iuliana: hæc, inquam, prima gratia consecratio parentelæ dicentis. Ego te quasi Anna promisi, vt omnibus uitæ tuæ diebus atq; noctibus à conspectu domini non recedas. Ego promisi, tu exequere. Tu exequere profitendo, quod ego promittendo præmisi. Frequenter enim culpa parentum oblatio liberorum non fit de optimis, ut mundus & caro teneat meliores. Velut epistola ad Demetriadem, conqueritur facer HIERONIMVS. Solent miseri parentes, & plenæ fidei Christiana deformem, & aliquo membro debilem filiam, quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere: tãti ut dicitur uitrum, quanti margaritarum.

Psal. 75.

Ie. 5.
Bernar.

Hier. To 1

A Hæc ille. AVCTOR. Auctori Deo placere potest oblatio, sed fraus offerentis maculam compensabit. Hoc iam discutere restat, an †parentelæ uotum sit consecuturum effectum. Angelus ipse domini sacerdos præpositus clau stri, quod exequaris, interrogat, & quod confitearis, expectat. Tunc tamen ad incrementum meriti danda est arra fidei super religionis ingressu. Qui ritus etiam à ueteri ritu synagogæ ad nos usq; peruenit. Nam & Doech Idumæus ita legitur obligatus libro de hebraicis quæstionibus super primum librum Regum HIERON. Erat ibi quidam uir de seruis Saul intus in tabernaculo, & nomẽ eius Doech Idumęus. In hebræo legitur obligatus in conspectu domini. Obligatus enim idem Doech Idumæus erat uoto, quo se obligauerat aliquot diebus in tabernaculo domini immoraturum & orationi uacaturum. Hæc ille. AVCTOR. Proximũ est, ut ad ingressum se præparat, cui se uoto obligationis astrinxit. Ab antiquis ecclesiæ modernus ordo sic habet. 6. ca. ecclesiastice hie rarchiæ DIONYS. Sacerdos ad cũ qui perficitur ueniens, interrogat primum, si omnibus renuntiet diuisibilibus, non solum ueris, sed & phãtasiis. Sequitur. Hæc omnia aũt eo, qui perficitur attentè confitente, cruciformi figura signans ipsum sacerdos detondet. Hæc ille. AVCT. Confiteri dicit, quod nos dicimus profiteri, uouere solemniter, & reddere festinanter, uouere castitatem, sed ꝑpetuam: uouere paupertatẽ, sed perennem, & uouere totam regulæ cautionem sub unius patris imperio per obediẽtiam salutarẽ.

1. Reg. 21.

Hier. To 3

Dionysius.

¶ AD CALVMNIAM VVITcleff contra sanctam obedientiã, qua subditus religiosus subiicit se ꝓlato suo facere quicquid iubet. C. LXXVIII.

SVMMA.

B *Witcleff fremens furia contra religiosorum obedientiam quomodo dicat religionis præpositos diabolos.* 1
Witcleff organum esse Zabuli, ostenditur. 2
Locus libri Regum explicatur. 3
Saul quòd noluerit obedire Samuelis imperio, culpatur. Et multa de obedientia, quæ superioribus & prælatis etiam dyscolis debetur. 4
Obedientium Philippensium triplicata commendatur. 5
Obedientiæ commoda, seu bona. 6
Obedientia uera quæ sit. 7
Obedientiæ limites describuntur. 8
Obedientia simplex quòd sit super omnia pretia pretium dignissimum. 9

Inobe-

10 *Inobedientia, primum, & maximum uitium ad ruinam.*
11 *Obediendum in quibus est, & non est, patri.*
12 *Carmelitarum regula.*
13 *Christus quomodo fuerit suis parentibus obediẽs, dum adhuc ad ætatem legitimam doctoris non peruenit.*
14 *Pater quòd quatuor modis per scripturas diuinas uocetur.*

1 HIC † autem tabescit Witcleff, & fremit furia non ferenda, tractatu de præuaricantia mandatorum cap. 7. in ferendo de religiosis dicentibus, religiosum, & uoluntatis Christi esse, quòd talis religiosus, subijciat se suo præposito faciendo quicquid mandauerit, licet fuerit stolidissimus idiota, quia obedientia (vt inquiunt) est uirtus maximè meritoria, & Luciferinæ superbiæ maximè depressiua. In ista ergo obediẽtia super alios extrahas sectas quatuor, quæ in comparabiliter promerentur. Sed idem foret hominem ebullire in istam stultitiam, & obligare se diabolo, ut paratè faciat quicquid mandat, cùm multi tales Abbates, ac Priores sint diaboli manifesti. Hæc Witcleff ibi, & centies alibi. AVCTOR. Iam diabolos dicit religionis præpositos, superiùs stolidissimos idiotas: utrobique magniloquus iste sanctis parat iniurias, contra quas in cantico Annæ Homilia, 9. in libro Reg. sanctos instituit ORIGENES. Si putà Marcione & Basilide confutatis, occurrant philosophi insultantes fidei nostræ simplicitati, & idiotas nos, imperitosque clamitantes, conuertar etiam ad ipsos, & veræ sapientiæ uiribus falsæ ædificationis nebulas obturbauero, & non solùm huius mundi sapientiam destruxero, tunc plenius dilatatum est os meum super inimicos meos. Sancti ergo est uox ista, & perfecti. Hæc ille. AVCTOR. Si dilatet os suum super inimicum suũ sanctus, & perfectus uir, dicens cum Paulo, Stulta huius mundi elegit Deus, ut tuam mactet sapientiam. Et quòd me incusas diabolum, hoc solus non porto, omnibus ecclesiæ sanctis, hoc turpe accusationis imponis nomen: teipsum nusquam, aut tuorum quenquam inculpas, cùm non omnes angeli beati sitis: scriptura uerò dicit, Iustus uerò in principio accusator sit sui. Consequenter ibi ORIGENES. Mirum quippe continet sensum quod scriptum est. Iustus autem accusator sui sit in principio sermonis sui. Ergo iniustus non sit sui ipsius accusator, sed aliorum: sicut & Zabulus accusator quidem est, accusator autem non sui, sed fratrum. Interim omnes necesse est accusari. Hæc 2 ille. AVCTOR. Quid † intendit Origenes,

Orig. To 1.

1. Reg. 2.

1. Cor. 1.

Pro. 18.

Orig. To 1.

A nisi concludere nostrum Witcleff organum esse Zabuli, qui se nusquàm accusat, fratres accusare non cessat. Vt autem de obedientia sancta tractemus, quum ipse detractat, adhuc quid dicat particulariter audiamus libro. 1. de sermone domini in monte. cap. 4. Nec dubium (inquit) quin Augustinus intelligit per istam obedientiam sicut debet, non hanc fictam obedientiam in nouis ordinibus introductam, sed solam obedientiam Deo, quæ est ad plenum & perfectum amorem legis domini retorquenda. Hæc Witcleff. AVCT. Dicat iam istè tàm sciolus scripturarum, cur tàm uiolentam manum in hominem tendens, irruit in scripturas. Cur infelix non audit dominum dicentem Deuterono. 17. *Deut 17.* Venies ad sacerdotes leuitici generis & ad iudicem, qui fuit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequeris sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, uel sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire facerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille. Dic mihi Witcleff, si ista non est generalis præceptio. Facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, & docuerint te iuxta legem eius. Et generalis pœna consequens transgressorem. Qui superbierit nolens obedire, morietur homo ille? Verum (inquit) si docuerit iuxta legem domini, non iuxta legem Antichristi. Imò sic quodcunque ipse docuerit iuxta legem domini, Non quodcunque dicat Witcleff, & doceat peruertens legẽ Christi. Sed facies quodcunque dixerint, qui loco præsunt. Fideles, inquit scriptura, & oues pastorem suum sequuntur, alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Ioan. 10. Qui autem *Ioan. 10.* superbierit, nolẽs ipsi obedire (non dicit incursori cuilibet Witcleuistæ) mortale crimen committit homo ille, & plectendum incorpore. Ecclesiastici. 33. Si non obedierit, curua illum cõpedibus. Morale est hoc præceptum, & superbiæ compressiuum, ut ibi supponens, scriptura dicit, Qui superbierit, nolens obedire, hoc toto tumes in utero, ut obedientiã doceas. Aptus certè præceptor, qui nec ipse toti ecclesiæ orbis terrarum unquam, ulli præposito aut honesto collegio, quo te contigit expectari, alius quàm rebellis hospes, discors, contumax, & inobediens hactenus diffameris. Astruis in uoto calumniam, quòd subijciat se quis tali præposito facere quicquid mandauerit, licèt fuerit stolidissimus idiota, dic (ut soles) licèt fuerit præscitus: aut manifestus diabolus. Ad

Ecc. 33.

fontem

Universidad de Deusto
Biblioteca

fontem ſcripturæ te remitto dicentis, Facies A quodcunque dixerint, qui præſunt loco. Et quidem ne præpoſitos quoſcunque perfectorum excludas, non ſacerdotes tantùm dicit, ſed facies (inquit) quodcunque dixerint, qui præſunt loco, homini ergo præpoſito uice Dei facienda eſt obedientia, cuius inobedientia eandem pœnam conſequitur, quam inobedientia facta Deo, quia ad utramque una eſt ſententia, morietur homo ille. Et nonne ita Saul deiectus eſt & regno priuatus, quia fuit inobediens Samuelis, immolans ſine ipſo? primi Reg. 13. ſicut quia poſteà inobediens Deo parcens pinguibus, ca. 15. Vnde in libro hebraicarum quæſtionum ſuper primum Reg. HIERONY. Videtur † quibuſdam Saul inculpabiliter obtuliſſe holocauſtum, cùm Samuel ab eo expectatus iuxta pactum ſeptemni dierum non uenerit. Quod qui hunc locum bene diſtinxerit, inueniet eum nõ immeritò culpatum fuiſſe, & de inobedientia redargutum. Locus autem hic apud Hebræos ita diſtinguitur: & deſcendas ante me in Galgala. Ego quippe deſcendam ad te: & poſtea infertur. Ad offerendas oblationes, & immolandas pacificas uictimas, ſeptem diebus expectabis, donec ueniam ad te, & oſtendam tibi quod facias. Non ego Samuel ſuum præſtolari aduẽtum Sauli ſeptem dierum tempore præcepit, ſed ad offerendas oblationes, & immolandas uictimas pacificas ſe ab eo eiſdem ſeptem diebus uoluit expectari, quod ille non fecit, & ideò meritò culpatur, & ſtultitiæ elogio denotatur.

1. Reg. 13. & 15.

To. 3. Locus Reg. explicatus.

4 Hæc ille. AVCTOR. Si † Samuel ſacerdos erat, rectè uides culpatum Saulem, qui contra legẽ primam nolebat obedire ſacerdotis imperio: ſi non erat ſacerdos, ſed propheta erat, & pater erat religioſorum per conuentus tunc temporis, ut dicit Petrus, magis autem quia præfuit illi loco, Saul damnatur inobediens parte legis ſecunda. At ne tenearis in tribulo uerbi, quod calumnioſe dixiſti præpoſito idiotæ uel diabolo. Quot putas ſtolidi idiotæ, uel quot ſi iudicare præſumas præſciti aut manifeſti diaboli prę erant loco, quibus obedire & facere iuſſi ſunt quodcunq; dixerint. Non iudico ego Heli, quẽ proiecit dominus cũ filiis, qui iudicatur Iſrael, uſq; ad ætatem decrepitam, & cui prophetico ſpiritu ſubiectus eſt Samuel facere & obedire quodcunq; iuberet. Quærito Hieremiam plangentem prophetas prophetantes mendacium & ſacerdotes applaudentes, & populum talia diligentem. Et cp à propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et ex ore domini, quòd ſacerdos & propheta polluti ſunt, & in domo ſua inuenit malum eorum. Et per Ezechielem comminatur, & exprobat, ſacerdotes contem-

Ezech. 34.

pſerunt (Inquiens) legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt, & auertunt à ſabbatis meis oculos ſuos. Sequitur. Effudi ſuper eos indignationem meam, & in ignem iræ meæ conſumpſi eos. Ecce ſtolidos idiotas inter pollutum & mundum non intelligentes, dic & præſcitos & diabolos, quos in igne iræ ſuæ dominus ipſe conſumpſit, hi ſunt de quibus dominus iuſsit, dicens, Quodcunque dixerint, qui præſunt loco. Curre uſque; ad Danielem, Michæam, Sophoniam, & Zachariam prophetas, & demum ne dicas legaliter hoc dictum fuiſſe. Sed ut ſcias non ſolutum, ſed impletum per eum, qui legem non uenit ſoluere ſed implere, ad euangelium uenias, & arguas Saluatorem hoc ipſum mandantem de ſacerdotibus, quos ipſe redarguit Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, B omnia quæcunq; dixerint uobis, ſeruate, & facite, ſecundum uerò opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Quid generalius? Omnia quæcũq; dixerint, ſeruate; in quo diuerſum ab illo, quod ipſe idem ſuperiùs dicit facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco? Et quid illi aut iſti, qui præfuerunt locis, nunquid multi prudentes, ut quærit apoſtolus, aut plures iuſti? Et nonne ex his quidem dixerant Matt. 12. Ieſum in Beelzebub eieciſſe dæmonia? Nonne Caiphas ex eis, & Anna? Nonne conſpiraturi contra eum cp quicunq; confiteretur Chriſtũ extra Synagogam fieret? Et tamen omnium ſcius, ſine exceptione quacunq; omnia (inquit) quæcunq; dixerint uobis, ſeruate, & facite. Vbi in commentario HIERON. Quid manſuetius, quid benignius domino tentato à Phariſæis, confringuntur inſidiæ eorum. Sequitur. Et nihilominus propter ſacerdotium, & nominis dignitatem hortatur populo, ut ſubiiciantur eis, C non opera, ſed doctrinam conſiderantes. Hæc ille. AVCTOR. Et attentè conſidera, cp dicat, ut ſubiiciantur eis, non ut ſoli Deo obediant, ſed iſtis etiam propter Deum. Qualiter ſanctus Daniel inter peccata gentis, quæ enumerat. Non obediuimus ſeruis tuis prophetis, qui loquuti ſunt in nomine tuo regibus noſtris. Quaſi Paulus præſumpſerit, dicens. 2. Theſſalonicen. ultimo. Si quis non obedierit uerbo noſtro per epiſtolam, hunc notate. Interfuit multùm, quòd ſibi obedirent, non ſoli Deo. Amplius uerò, quòd nec ſibi ſoli ſub Deo, ſed & uerbo ſuo per epiſtolam. Magis enim appareret Dei poteſtas, cùm eius uirtute alios reddimus obedientes, quàm ſi ipſe ſibi faceret obedire. Vnde Homilia. 7. ſuper librum Numerorum

Matth. 5.

Hier. To. 9

rorum ORIGENES. Vult ſemper Ieſus res A mirabiles facere, vult de locuſtis facere gigantes, & de his, qui in terrenis ſunt, cæleſtes ſupere nequitias. Et forteſſe hoc erat, quod dicebat in euangelijs, quia qui crediderit in eum, nõ ſolùm faciet illa, quæ ipſe fecit, ſed & maiora, in quit, horum faciet. Verè enim maius mihi uidetur, ſi homo in carne poſitus, fragilis, & caducus, fide tantùm Chriſti, & uerbo eius armatus, ſuperet gigantes, dæmonum legiones, quanuis ipſe ſit, qui uincit in nobis. Plus tamen ducit, quòd per nos vicit, quàm quòd per ſe fecit.

Orig. To. 1

Io. 14.

5 Hæc ille. AVCTOR. Magna † ergo eſt obediẽtia triplicata obedientia Philippenſium, quos ad tantum uicit Chriſtus per apoſtolum, ut nõ ſoli Deo, ſed eius apoſtolo, nec tantùm apoſtolo in perſona, ſed abſenti etiam uerbo obedierunt ſemper ad nutum ſine murmure aut frequentia quæſtionis. Vnde libro de inſtitutione ſcripturarum, capit. 33. CASSIODORVS. Quapropter † omnes, quos monaſteria ſepta concludunt, tàm patrum regulas, quàm præceptoris proprij iuſſa ſeruate: & libenter quæ vobis ſalubriter imperantur, ſine aliquo murmure efficite: quia magnæ remunerationis eſt præmium præceptis ſalutaribus obedire. Hæc ille. AVCTOR. Hæc eſt obedientia, quam exigebat apoſtolus, & docebat: quam nemo increpat Chriſtianus, ſed & ad eam hortatur, laudat, & exigit à ſuis: exemplo item apoſtoli, ſi ſit præpoſitus libro de ſingularitate perſonarum, uerſus finem. AVGVSTINVS. Vt oſtẽderet, ſupple, Paulus clericis diſponendis ad euacuandas quæſtiones, quæ ſit doctrina conueniens, & Tito ſic inſinuat, dicens. Tu autem loquere, quæ conueniunt ſanæ doctrinæ, maiores natu ſobrios eſſe, prudentes, ſanos in fide, in charitate, in patientia ſyncera. Ergo auditiones ſimplices obedientia veſtra ſuſcipiat, & non verſipellem contradictionem. Hæc ille. AVCTOR.

Obedientia Philippen.

Caſſiodo. Obedientia bona.

Aug. To 4.

Ad Tit. 2.

7 Et † hæc quidem eſt obedientia Chriſtiana, obedire continuè ſine querelis hæreticis, & diſputationibus interiectis. Quam obedientiam in his Philippenſibus commendauit: Chariſsimi mei, (inquiens) ſicut ſemper obediſtis, non in præſentia mea tantùm, ſed multò magis nunc in abſentia mea. Sequitur. Deus eſt enim qui operatur in uobis uelle, & perficere pro bona uoluntate. Nec tantùm, quia ſanctus erat Paulus, ſed quia Deus hoc operatus eſt in eis. Nam quantùm ad ſanctitatem, Paulus idem erat, qui Epheſijs, item Galatis. Idemque ſanctus Philippenſibus, idemque Corinthijs. Sed non defuerant Corinthij, & Galatæ, qui cum hæreticis Witeleuiſtis Paulo detraherent ut ſeductori, & auaro. Quos auſcultantes in cauti obediẽtiam

Obedientia uera.

Philip. 12.

B

C

ſimul perdiderant, & fidem. Cæteri, ut Philippenſes, ſeruauerunt vtramque, & nunc. Et mirum, quòd in omni orbe vbique commendatur obediens in ſola religione, ubi timore Dei cuncta reguntur: de prælato præſcito, cautela nulla indicitur. Mulieres ſubdi uiris iubet apoſtolus, nec quicquam cauet de præſcitis. Ad Colloſſen. 3. Imò nec à præſcitis abire permittit primæ Corinthio. 7. Non dimittat virum, quòd ſi diſcedit, diſcedat, inquit. Item filij (inquit) obedite parentibus per omnia. Et eadem generalitate ſeruata de ſeruis, Serui obedite dominis carnalibus. Si patribus & dominis carnalibus ſic obedire conſtituit, ut dicat per omnia, quid putas de ſpiritualibus eſſet iuſſurus? Si mihi non credis, audi ipſum Apoſtolum arguentem. Patres carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multò magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus? Hebræo. 12. Iam audaciter facio argumentum apoſtolicum. Si filius habet ſine exceptione præſcientiæ parentibus obedire per omnia, ergo multò magis patri ſpirituali habet filius obtemperare per omnia, ut ſic viuat Deo. Iam vellem reſponderet Apoſtolo facienti hanc comparationem obtemperandi multò magis patri ſpirituum ſubditorum, quàm patri carnium. Tantum expecto, vt iſte cautelam faciat ſuis ſequacibus, ne ſibiipſi obediant per omnia, quæcunque mandat facere, aut alijs præpoſitis Witeleuiſtis, hoc ſaltem nunquam reperio. Et tamen non puto eum tàm ſtolidum, ut certum ſibi iuret nullum, aut ſe, aut alium ex eis præſcitum, nullum ſtolidum idiotam, nullum diabolum manifeſtum: reſumo tamen quod dicit obeditum religioſum per omnia. Secundùm te loqueris, Dij alij tibi eſſe dixerunt? Dico tibi ſanctæ obedientiæ limites, quos fixit mater religio. Quantum profitendo promiſit, tantum ad obediendum exigitur. libro primo, de diſpenſatione & præceptis. BERNARDVS. Videtis † obedientiæ limites, quos requiris, ſi modus eſt obeditionis, tenor profeſsionis: nec ſe ualet extendere poteſtas imperantis, niſi quatenus attigerit uotum profitentis. Profectò citrà, & ultrà, nec non & contrà, quid aliud quàm obedientiæ limites quoſdam cenſuerim, & his ſuis terminis uirtutem eandem circuncludi? Quamobrem quiſque profeſſus in quouis genere ſalutiferæ uitæ, nec vltra obedientiæ legẽ cogendus, nec citra eſt inhibendus, quàm ſua ipſius uidetur complecti profeſsio: quantò minùs contrà? Is ergo, qui medius eſt uitæ modus præfixus uoto, profeſsione firmatus, tanquàm lignum, quod erat in medio paradiſi, ſolus ſine

1. Cor. 7. Coloſ. 3.

Heb. 12.

Bernardus

dubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubio legi erat subiectus, obnoxius iussioni. Ergo prælati iussio, uel prohibitio non prætereat terminos professionis, nec ultrà extendi potest, nec contrahi citrà. Nil me prælatus prohibeat horum, quæ promisi, nec plus exigat, quàm promisi, uota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate.

Hæc ille. AVCTOR. Hæc est obedientia quã tantoperè contemnis, quam nec ipse dicere ausisti. At in communi prouerbio, Scientia quę libet nullum habet æmulum, quàm ignorantẽ. *Prouerbiũ* Et audacter dico, uirtus ipsa obedientiæ non perdidit, quam execratione meruit bonitatem ut in ea pendeat omne hominis pretium, & sine qua vitium est communis virtus. Et cũ qua virtus omnis possessa redundat. Vnde Homilia. 5. super Leuiticũ, vetus habet ORIGENES. Cùm singuli prophetarum, vel apostolorum etiam consilium iis, qui delinquunt, dederint, *Orig. To. 1* quo possint corrigere, uel emendare peccatum meritò iis uendidisse arietes ad sacrificium uidebuntur. Quid autem prætii à comparantibus sumant? illud opinor legendi studium uigilias audiendi uerbum Dei, & super omnia dignissimum pretium obedientiam. De qua scriptum est: obedientiam malo, quàm sacrificium & Deo audientiam magis, quàm holocaustũ.

Hæc ille. AVCTOR. Ecce † super omnia dignis- 9
simum pretium comparati arietis est obedientia salutaris. & mentis attentio. Bona uirtus est pietas, bona affabilitas, castitas, audiendi uerbi Dei sedulitas, & super omnia pretia pretium dignissimum simplex est obedientia, non Deo tantùm, sed apostolis, & prophetis, qui dant cõsilia correctionis, & qui uitæ eorum, quibus pfident, dant consilia corrigendæ. Et quibus dominus ipse dicit, qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit. Vel proba, si potes, Paulum usurpasse sibi quod Deo est proprium, qñ gloriabatur unà cum Tito de obedientia Co- *Lu. x.* rinthiorum erga se per Titum, sicut scribit. 2. C Corinthi. 7. Gloriatio nostra, quæ fuit ad Titũ ueritas est facta, & uiscera eius abundantiùs in uobis sunt reminiscentis omnium uestrũ obedientiam. Vbi in annotationibus HIERONYM. Omni uos affectu omnia eius membra desiderant, ut oculi præsentiam, aures sermonem, os *Hier. To. 9* colloquium spectet, quomodo cum timore, & tremore accepistis eum. Obedientiam fidelem conscripsit: quia etiam, qui ex charitate obedit, timet contristari, quem diligit. Gaudeo q in omnibus confido in uobis. Feciſtis me gaudere, quia de obedientia uestra nunquam hæsitaui. Hæc ille. AVCTOR. Quam obedientiam ideò gratiorem habet Apostolus, q citò tàm reuerenter obediant cius intuitu. Vbi in

A expositione AMBROSIVS. Reminiscentis omnium uestrum obedientiam, quomodo cũ timore & tremore excepistis illum. Scientes *Amb. To. 5* Corinthii ab apostolo missum esse Titum, qui in tantis uitiis ab apostolo fuerant correpti, territi sunt in aduentu eius, & quia uitam suã cœperant emendare, solliciti erant obedire præceptis, & ut regressus animum apostoli mitigaret in eis. Hæc ille. AVCTOR. Et de Apollo dicens ibi apostolus ca. 8. Misimus autem cum il- *2. Cor. 8.* lo fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem sollicitiorẽ confidentia multa in uobis HIERON. Multo sollicitiorem eum probauimus confidentes, quia uestra obedientia prouocetur: siue quam audiuit à Tito, siue quam per seipsum probauit. AVCTOR. Sequitur in textu. Siue q̃ Tito qui est socius meus, & in uobis adiutor. HIERON. Quod dicit, hoc est, tam Tito, qui eorũ beneuolentiam collaudauerat, quàm eorum, B qui apud ipsos fuerant pariter destinati, ita se exhiberent, ut & charitatis syncritatem, & apostolicæ prò ipsis gloriæ ueritatem in conspectu omnium comprobaret. Hæc ille. AVCTOR. Et iterum cap. 9. Parati ad ulciscendum omnẽ inobedientiam cùm impleta fuerit uestra obedientia HIERON. Hoc dicit apostolus admodum paratum se esse ulcisci omnem inobedientiã cum ea, quæ præcipiuntur, impleuerint.

Hæc ille. AVCTOR. Quàm auidus expector obedientiæ Corinthiorum fuit apostolus: si Deo tantùm, cur gloriabatur, eos obedisse Tito propter se? Cur enim Apollo: si sibi propter Deum? Cur improbus Witcleff hoc cassat in aliis, & sibi fieri uendicat? An uultis incredulo Witcleuistæ experiri de quolibet præsidentis imperio, utrum hoc simul Christus mandat cũ eo, sicut hi, quos obiurganter arguebat Apostolus: An (inquiens) experimentum eius quæritis, eius qui loquitur in me Christus? Hanc su- *2. Cor. 13.* spicionẽ mali præceptoris primò diabolus parentibus primis incussit, quasi inuideret eis Deus donum sapientiæ, ideò ab esu pomi manducare abstinendum. Quid igitur mirum, si organo suo Witcleff hanc prærogatiuam obediẽtiæ sub suspicione peruersi præceptoris surripiat uniuersis, ut non sensim, sed tota ruat nũc sicut tunc simul humanitas? Sicut habet libr. 8. super Gene. ad literam. cap. 10. AVGVSTI. Oportebat ut homo sub dominio Dei positus *Aug. To. 8* alicunde prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum uirtus esset ipsa obedientia, quam possum verissimè dicere solam esse uirtutem omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate, primumque esse & maximum uitium tendens ad ruinam sua potestate uelle uti, cuius

nomen

nomen est inobedientia. Hæc ille. AVCTOR. A
10 Ecce † primum & maximum uitium ad ruinã est aliquem uelle uti sua potestate, cuius nomen est inobedientia ad quod omnibus uiribus Witeleff trahit, & aduocat omnes gentes, dicens, illam nostram primariam libertatem. Sed sancti patres in Christo cauendam hanc pestem ubique in rebus omnibus admonent, Vn- *Hier. To. 1.* de epistola ad Demetriadem uirginem HIERONYMVS. Bonum est igitur obedire maioribus, parere perfectis, post regulas scripturarum uitæ suæ tramitem ab alijs discere, nec præceptore uti pessimo, scilicet præsumptione *2. Timo. 3.* sua. De talibus fœminis & apostolus loquitur. Quæ circunferuntur omni uento doctrinæ, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd nec scripturarum regulis uelit nos absque præceptoris dispensatione vitam sine trepi- B datione committere: quia de talibus fœminis, (inquit) apostolus, quòd circunferuntur omni uento doctinæ: sed tantum audiẽdus est Deus inquit Witeleff, & præceptum eius hominis autem præceptum, quod fallax semper est tãquàm impertinens dimittendum. Miseri ergo & in fe- 12 *Carmelitarum regula.*
licissimi homines, qui vltra Christum, & eius euangelium te tam sollicitè audiunt, etiam contra Christum, & eius ecclesiam. Tu homo fallacissimus & proditor scripturarum, qualiter dicis non obediendum nisi soli Deo, uel uerbis eius, & omnes contra Deum rebelles clamas, qui tibi non obediunt? Sed recole scripturarum, si potes, ubi filij Ionadab, filij Rechab diuina uoce laudantur, quia patri homini obedidirent, etiam in his, quæ Deus non iussit, sed ho- *Aug. To. 8.* mo. Adaperit passum illum in titulo. Psalm. 72. AVGVST. Ionadab homo fuit quidam, commendatur nobis ex prophetia Hieremiæ, qui si C lijs suis præceperat, vt vinum non biberent, neque in domibus residerent, sed in tabernaculis habitarent: præceptum autem patris sui tenuerunt, & seruauerunt, & ex hoc à domino benedici meruerunt, dominus hoc non præceperat, sed pater ipsorum: sic autem hoc acceperunt tanquam præceptum à domino Deo: quia etsi dominus non præceperat, ne biberent vinum, & in tabernaculis habitarent, præceperat tamen *Obediendũ in quibus est, & non est, patri.* 11 dominus, vt filij patri obedirent. In † ea ergo re sola non debet patri filius obedire, si aliquid iusserit pater ipsius contra dominum Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater, quando sic ei præponitur Deus. Vbi autem hoc iubet pater, quod contra Deum non sit, sic audiendus est, quomodo est Deus: quia obedire patri iussit Deus? Benedixit ergo Deus filijs Ionadab, propter obedientiam, eosque obiecit inobedié

ti populo suo, exprobrans, quia cum filij Iona dab obedientes patri suo essent, illi non obedirent Deo suo. Hæc ille. AVCT. Fugite ergo iam omnes homines consiliarium pestilentem, ne homines obediant patribus suis, sed soli Deo. Scitis quàm planè contra omnes scripturas, contra bonos naturæ mores, quibus solis hi filij vnà cum patre fuerant instituti, dico uobis uox serpentis solius erat in Witeleff: in diabolo, in Lollardo, hæc est. Vbi mandat dominus sic obedire vni diabolo, ne claustrum exeas, ut locis & temporibus sileas, ut ieiunes, vt ores, ut uigiles media nocte contra tuæ complexionis conatũ, ut seruiatur domino carnali? Complexionem non inuestigat Apostolus. Quicquid iusserit pater, si non contra dominum, hoc impleri iubet, & si dominus ipse non iusserit. Sic ergo benedixit dominus filijs Ionadab, quia fecerunt quæ præcepit pater quæ ipse non præcepit, sed sibi B obedire præcepit, quòd si domino, & patri carnalibus est tàm sancta obedientia, & tàm pretiosa, dicat modo Witeleff, quantò pretiosior est obedientia, ubi caro non præcipit, sed omnia spiritus in Christo Iesus. Sicut in regula Car- *Matt. 26.* melitarum. Fratres † Priorem uestrum humiliter honorate, Christũ potiùs cogitantes, quàm ipsum, qui posuit illum super capita uestra. Qui & ipsi patri erat obediens, & ut simili forma nos obedientes patribus faceret, uocaliter dicit, Non quod ego uolo pater, sed quod tu. Quid *Io. 17.* oportuit hanc uocem fieri, si non nosipsos manu traheret ad exemplum? Ipse enim ait, Non propter me hæc vox venit, sed propter uos. Vox inquam, Christi ad patrem, non quod ego uolo, sed quod tu. In quem locum super Mar- *Hier. To. 9.* cum HIERONYMVS. Vsque in finem non cessat nos docere patribus obedire, & uoluntatem eorum, uoluntati nostræ præponere.

Hæc ille. AVCTOR. Ecce fidelissimi Christiani Hieronymum dicit Christum usque in finem non cessasse nos docere patribus obedire, nunquid dijs patribus, dicente Witcleff obedientiam soli Deo intelligendam? Et sic in libro abusionum intelligere Augustinum? Sed probemus Witcleff sine mora uel mendacem, uel cæcum. Resumamusque quod Augustinus dicit, & Witeleff scripsit manu sua. AVGVST. Tertius abusionis gradus si adolescens sine obedientia reprehenditur, quo mundus à recto or- *Aug. To. 9.* dine rationis deprauatur. Qualiter autem in senectute ministrari illi sperabit, qui in adolescentia se senioribus obedientiam exhibere contemnit? AVCTOR. Quibus senioribus, si non senioribus hominibus: nunquid angelis, uel item dijs? quia dicit Augustinum intelligere de obedientia soli Deo, non ut ab ordinibus

intro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

introducta Iterum AVGVSTINVS. Propter A
13 † quod dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc ad ætatem legitimam doctoris non peruenit, obedienter ministrationem suis parentibus præstitit. AVCTOR. Hi parentes Christi nonne homines? non angeli, neque dii. Qualiter ergo probat Augustinus obe 1
dientiam soli Deo præstandam, ex hoc, quòd 2
Christus Deus non soli Deo, sed obediuit hominibus? Item prosequitur AVGVSTINVS. Aug.
Propterea & in mandatis legis, primum in iis, 4
quæ ad hominem pertinent, patris & matris honor imperatur, quia quamuis carnalis pater non superuixerit, aut indignus fuerit, alicubi ta 1
men patri digno & uiuenti paternus honor vsque ad dignam ætatem à filiis præbendus esse ostenditur. Quatuor † enim modis per scripturas diuinas patres vocantur, natura, gente, admonitione, ætate. Sequitur. Si ergo naturalis pater superstes non fuerit, admoneti tamen saniori adolescentis obedientia erit. Hæc ille. AVCTOR. Cui præbenda est ista B
obedientia, de qua tractat Augustinus, hoc dicens, si non homini sub Deo, quando dixit paternum esse honorem, qui ad hominem pertinet, & naturalem parentem, si iam sit superstes, & dignus: si non est superstes, homini seniori curam gerenti, uel ætati parenti? Quomodo potest Witcleff hæc omnia referre in deum? O ergo mendacem Witcleff, quàm improbum, tam apertum. Dissimulari textus non potest: ip 2
se testis est: & unde scriptura iubet obedire præpositis & subiacere illis. Si non erit obediendũ hominibus, non item Apostolis Christi, de quibus Christus, Qui uos spernit, me spernit. Et hanc obedientiam disposuit Deus Abrahæ Patriarchæ in filiis suis, & ipsis item obedientiæ præmium commemorat Genesis. 18. in quæstionibus Genesis, capitulo 34. AVGV- C
STINVS. Scio quia constituit filiis suis, & domui suæ post se custodire uias domini, facere iudicium & iustitiam, ut adducat dominus in Abraham omnia quæ locutus est ei. AVCTOR. Ecce vbi promittit dominus Abrahæ non solùm præmia, sed etiam obedientiam iustitiæ filiorum eius, ut circa eos etiã promissa præmia compleantur: & unde potest habere, q̃ spiret Deum docens obedisse diabolo, si extra alicui homini nõ obediat quis, sed soli Deo.

Heb. 13.
Luc.
Gen. 18.
Aug. To. 4.

¶ DE SANCTA OBEDIENTIA, ad cuius iugum uocandi sunt paruuli: & de ætate profitentis. Ca. LXXIX.

SVMMA.

Obedientia, quòd sit uirtus difficillima.
Solitudo claustralis.
Infantes, quòd non sint arcendi à professione, & claustro.
Aetas Intrandi claustrum, & profitendi religionem.

HOc † obedientiæ munus quantum alias omnes uirtutes excellit, ex ipsa rei difficultate metimur. Difficillima uirtus est, & uix, nisi ab ætate tenera doceatur, sine molestia geritur: ideò suprà cœpimus dicere iugum eius iuuenibus ferendum indixit propheta Hieremias Bonum (inquiens) iuueni, si portauerit iugum graue. Vnde super dicto uersu Beati immaculati: in quo corrigit adolescentior, &c. HILARIVS. Bonum (inquit) iuueni portare iugum graue. Onus istud rudes ad obediendum anni ægrè ferunt. Cæterùm ætas tenera grauis oneris molestiam per uirtutis incrementa non sentit, sed susceptо in iuuentute onere quid faciet: sedebit (inquit) singulariter, & tacebit. Paruulus iste rarus est, cùm perfectio timoris Dei per annorum augmenta concrescat. Et † idcirco singula- *Solitudo claustralis.*
ris sedebit, lasciuos adolescentiæ cœtus relinquens, & ab ipso senum nuper credentium consessu remotus, quin ei non competit dicere: Delicta iuuentutis meæ domine ne memineris? Silebit etiam congruam fidei, & iuuentuti existimans taciturnitatem, non tumultibus secularium negotiatorum admixtus, sed pro modestia tacens, sola diuina sacramẽtorum cognitione occupatus: & sermones Dei tacita rerum atque operum obseruatione custodiens. Hæc ille. AVCTOR. Si tantùm istud documentum patris Hilarii attenderent, nec tunc facilè auscultarent blasphemantem Witcleff, q̃ frater, aut religiosus quicunque nec sit, nec potest fideiussorem idoneum inuenire: qui spirituale lucrum testaretur. Ideò uideretur secundùm legem dei & rationis, q̃ talis benefactor ex hoc rationabiliter puniretur. Hæc Witcleff cap. 15. dialogi. AVCTOR. Sanctus pater ecce testatur pro fratre spirituale lucrum ex iuuenis inductione uenire: quia cùm annî rudes ægrè ferunt obedientiæ iugum, ætas tenera de tam graui onere nullam aut paruam sentit molestiam, & quid, inquit, faciet? ad quod lucrum tandem perueniet? Sedebit, inquit, singularis, & tacebit, quia perfectio

Obedientia difficilis est.
Thren. 3.
Hilarius
Psal. 118
Psal. 24.

perfectio timoris cum eo per annorum augmẽ A
ta concresceret, lasciuos adolescentiæ cœtus relinquet, & à consessu seniorum nuper conuersorum remotus sedebit. Et quia non habet antiqua peccata, quæ defleat, non dicet, Delicta iuuentutis meæ &c. Retinet adhuc innocentiam: *Psal. 24.*
ideò nec cum senibus hanc compunctionem, silentium, & taciturnitatem conuenire suæ iuuẽtuti existimat. A tumultu secularium negotiorum omnimodè separatus, sola sacramentorum cognitione, & legis Dei meditatione occupatus, rerum & operum obseruatione sollicite secum consistit, secundum illud Carmelitarum in regula. Maneant singuli in cellulis suis, uel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditãtes, & in orationibus uigilantes, nisi alijs occasionibus occupentur. Ecce fructus uerbi prophetici, ecce lucrum spirituale: Bonum iuueni ferre docto graue iugum obedientiæ teneris sub annis, si sanctus pater Hilarius sit fideiussor idoB
neus, illum tibi pro fratre præsento. Ad quid prohibes, vel indignaris professionem iuuenc, ni si quia obduratus es hæreticus, & omne bonum ecclesiæ inuidens cum serpente? habebis in hac causa sicut fideiussorem Hilarium, ita durum cẽsorem tuæ impietatis AMBROSIVM.
*Aml. To. 1 Psal. 8. *passionem.* 3 Non † miseris (inquit) in adolescentulis professionem, cùm legeris in parulis * perfectionẽ. Scriptum est enim. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. An dubitamus si eum vsque ad continentiam sequatur adolescentia, quem vsque ad mortem confitetur infantia? Et quasi incredibile putamus, si puellæ nobiles *Matt. 14.*
Christum sequuntur ad regnum, quem etiam pueri sequebantur in deserto: sicut legimus, q̃ sunt satiata de quinque panibus quatuor millia hominum, exceptis pueris (inquit) & mulieri- *Matt. 19.*
bus. Nolite ergo à Christo arcere infantes, quia C
& ipsi pro Christi nomine subiere martyrium, talium est enim regnum cælorum. Vocat enim eos dominus, & tu prohibes? De ipsis enim dominus ait. Sinite paruulos venire ad me. Hæc ille, *libr. 2. de viduis. bene infrà. AVCTOR. Sic *lib. 3. de uirginibus circa medium.*
vtinam intelligerent, non dico laici nostri, sed ecclesiastici viri, sic vtinam cum religioso patre Ambrosio non seculariter, vt sunt & habitu & animo seculares, sed religiosè de religione sentirent, paruulos nõ terrerent, non minarẽt, nec abigerẽt infantes à clausiro cum maiori fæ uitia, quàm canem de foro: nõ attendentes qua- 4
liter instat pro religiosis paruulis facer AMBROSIVS. Nolite, inquiẽs, à Christo arcere infantes: vocat eos dominus, & tu prohibes Christi lucrum, reputans quòd claustris donantur, & Christum de hoc dicere, Sinite paruulos venire ad me. Sed indiferetionem puerilis ætatis du-

cunt in causam: ideò expectent (inquiunt) quousque ætatem habeant, & tunc pro se loquantur. Hoc ipsum & in sanctum Ambrosiũ concludebant carnales ipsius temporis, quibus aliquanto ibi superiùs satisfecit AMBROSI. Patres pro filiarum coniunctione sollicite molestè ferunt virgines consecrari. Nec hi, quod vereantur, habent, si sequantur cõsilium. Aiũt etiam plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo sacerdotalis cautionis esse debere, vt non temere puellæ velentur. Spectet planè, spectet ætatem sacerdos, sed fidei vel pudoris: spectet ætatem verecundiæ. Examinet grauitatis caniciem, morũ senectam, pudicitiæ annos animos castitatis. Si hæc præsto sunt, non decrit virgini longæuę canicies. Non ergo ætas reijcitur florulentior, sed animus examinatur. At certè Teelam, nõ senectus, sed virtus probauit. Et huic quid plura contexã, cùm
omnis ætas habilis Deo, perfecta sit Christo? B
Denique nõ uirtutẽ ætatis appendicẽ dicimus, sed virtutis ætatem. Hæc ille. AVCTOR. Pudor est tales ecclesiasticos esse, qui ad ædificia parietis ecclesiæ carnaliores sunt carnalibus laicis, & qui se opponerent pro domo domini primi diripiunt. A bonis enim præsulibus aut prebyteris quãtum distent, mostrat eis palàm Ambrosius, qui patres redarguit, quòd essent solliciti pro coniungendis filiabus mortali marito: & ideò indignè ferentes, q̃ virgines consecrantur Christo. De sancto, inquam Acholio olim Thessalonicẽsi Episcopo, sed prius adolescẽte monacho, li. 7. ad Anysium AMBRO. Benedictus dominus, & benedicta adolescentia eius, quam exigit *Ambro.*
in tabernaculis Dei Iacob, pontus in monasterijs, in quibus cùm quereretur à parentibus vel proximis dicebat. Qui sunt fratres mei, aut quæ *Luc. 2.*
C mater mea? Non noui patrẽ, nec matrem, vel fratres meos, nisi qui audiũt verbum Dei, & custodiunt illud. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quantum donum glorificat sanctus pater in Acholio, q̃ de monasterio eijci non valuit adolescẽs, nec etiam per parentes. Et q̃ maturæ ætatis dixerunt virgines esse velandas, non abnuebat Ambrosius, sed de ætate distinxit, docens nõ omnino præstolandam, & explorandam ætatem annosæ carnis, sed morum senectam, pudicitiæ annos, animos castitatis: quia Teclam (inquit) non senectus, sed virtus probauit. Vnde concludit, quòd † omnis ætas habilis Deo, per *Aetas intrãdi.*
fectà est Christo. Hoc dixit quo ad religionis *Aetas profitendi religionem.*
introitum, quò portas æreas introeant in confessione laudis, non pro * confessione irrefraga- **pro professione.*
bili normæ regularis. Ad hanc autem censuerunt patres ætatem expectandam, qua experiri possent iuuenes & iuuenculæ uires suas. Vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de iuxta cursum humanæ naturæ quartusdecimus annus in masculo carnales motus quãtum pubem vrant, ostendit, quanuis ad alia uitia nulla certa ætas requiritur, sic habet lib. 10. sup Genes. ad literam, ca. 15. AVGVST. Non enim de pueris grandiusculis agimus, quibus quidem proprium peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab anni decimiquarti articulo, cùm pubescere cœperint, quod meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittũtur. Quis uerò audeat affirmare furta, mendacia, periuria, non esse peccata, nisi qui talia uult impunè committere? At his plena est puerilis ætas, quanuis in eis nõ ita, ut in maioribus, punienda uideantur, q̃ sperantur annis accedentibus, quibus ratio conualescat, posse præcepta salutaria melius intelligere, eisque libentiùs obedire. Hæc ille. AVCTO. Item quantum reor prouidentia ecclesiastica bene cum maribus actum est, ut sanctificarent Christo totam ætatem sequentem, expleto iam anno decimoquarto, quo numero omnes generationes iuxta Mathæum dedicantur in Christo. Fœminæ uerò tenera ætate matris Christi, qua primùm desertis parentibus sese dedit doctoribus pro explendis paternis rebus in templo ad annum duodecimum, quanuis olim minor ætas posset sufficere ubi maior grauitas apparebat in mente. Qualiter epistola ad Marcellam de uita Asellæ HIERON. Prætermitto, quòd in matris utero benedicatur, antequàm nascatur, q̃ in phiala nitentis uitri, & omni speculo purioris patris uirgo traditur per quietem, q̃ adhuc pãnis infantiæ inuoluta, & uix annũ decimũ ætatis excedẽs honore futuræ beatitudinis consecratur, sit gratiæ omne quod ante laboris fuit, licèt Deus præscitus futurorũ & Hieremiam sanctificet in utero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulũ ante constitutionem mundi seperet in euangelium filii. Ad ea uenio, quæ post duodecimũ annum fudore proprio elegit, arripuit, & tenuit, cœpit, impleuit. Hæc ille.

Bez. To. 3

Hie. To. 1. Est ep. 15. Incipit. Nemo reprehendat.

Hieret. 1 Lu. 1. Ro. 1.

¶QVOD DIE SOLENNI PROFESsio indissolubilis ritè fiat, in qua supra alios meretur professus aureolam, & primam innocentiam post baptismum, & quòd lege apostolica orationibus solennibus consecratur. Cap. LXXX.

SVMMA.

1 *Virginum profitentium nuptiæ.*
2 *Aureola profitentium religionem.*
3 *Tonsura clericalis, & quid designet.*
4 *Occidentales, q̃ non solùm in primæuis ecclesiæ, ut nunc tondebantur, sed & Græci, & Asiani monachi.*
Petrus cur attonsus, & cur alij.
Corona Simonis Magi describitur.
Coronæ quantitas ex Concilio Toletano.
Professio religionis, quòd sit secundùm baptismã, delens omnia peccata, & lumẽ conferens. Et an de meruerit hanc prærogatiuam, ut secundũ baptismã nuncupetur.
Professio quomodo apostolica lege orationibus solennibus consecratur.

TAM annos diximus, quibus tantæ consecrationis diuini uasculi, immo templi dei est celebranda solennitas. Tantoque officio dies est aptanda præclarior: quanquàm tantæ professionis natiuitas diem agat præclaram. Aptentur dies triumphales Christi, ut putà Resurrectionis, aut Natiuitatis, uel matris eius sacra celebritas, qua post reditum à Babylone templum domino dedicetur. Vnde libro. 3. de * uiduis AMBROS. Vno autem die terra non parturit, sed parit gratia. Venit Paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, uelantur sacræ uirgines. Vno ergo die sine aliquo dolore multos filios & filias soiet ecclesia parturire. Et infrà: Date ergo filij sortes uestras ei, qui ultra meritum laboris remunerationem suis donare consueuit: date ueritatem ipsius uiro sancto, id est, integritatem. Ipsius enim est integritas, qui immaculatus aduenit. AVCTOR. Et libro tertio de uirginitate, in principio, idem pater AMBROSIVS. Tempus est soror sancta, ea, quæ mecum conferre soles, beatæ memoriæ Liberii præcepta reuoluere, ut quò uir sanctior, eò sermo accedat gratior. Nanque is cùm in saluatoris natali ad apostolum Petrum uirginitatis professionem uestis quoque mutatione signares. Quo enim melius die, quàm quo uirgo posteritatem acquisiuit atque astantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarent inuicem de tua societate: Bonas, inquit, filia nuptias desiderasti. Hęc ille. AVCT. Non † permittit tantus pater Ambrosius hoc uerbum sancti Papę Liberii ad uirginem profitentem in terram cadere, bonas filia nuptias desiderasti, & bene nuptiæ in professione dicũtur, qua alligata est suo uiro Christo, & nolle amplius quærere solutionem iubet apostolus. Sed dicamus ut cœpimus, de sanctæ professionis præstito sacramento, quid laudis, quid gratiæ, quidque mereatur de præmio. Primo, ut refert DIONY. interrogatur ingrediens, si renuntiare proponit rebus seculi cum concupiscentijs eius, quo confitente per singula, prout superius lib. 3. cuncta descripsi: tandem profitetur publica clara uoce, dicens. Ego facio professionem meam Deo, &c. Tres super uitam priorem perfectiones aggreditur. Vnde super præmium antecedens magnã sacræ professionis meretur aureolam, prout exponendo scripturam Exod. de tabernaculo, Faciesque illi labium aureum per circuitum: libro primo de tabernaculo, cap. 20. BEDA. Quod † uerò describta priùs una corona subiungitur, & supra illam alteram coronam aureolam, de illorum potest præmio rectè intelligi, qui generalia scripturæ sanctæ mandata spontanea uitæ perfectionis electione transcendunt, ideoque specialem præ cæteris fidelibus retributionem uoluntariæ retributionis expectant. Corona nanque aurea quatuor digitis alta, labio mensæ aureo apponitur, cùm per Euangelium ijs, qui mãdata diuinæ legis custodiũt, uita æterna promittitur: dicente Christo, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed eidem coronæ altera corona superponitur, cùm protinus subditur. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Ad hanc coronam pertinet canticum illud nouum, quòd uirgines tantùm coram agno cantasse referuntur, qui empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno. Ad hanc, quòd ijdem sequuntur agnum quocunque ierit. Hæc ille. AVCT. Vbique scripturæ, ubique sancti patres mendosum Witcleff de falsitate redarguunt. Corona simplicium, mandata legis seruantium est. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Est autem corona aureola super coronam super mandata seruaturis consilia: primo uoluntariæ paupertatis, Si uis perfectus esse, uade, & uende, &c. Et quæ aureola sic perfecti? habebis, inquit, thesaurum in cœlo. Prioris corona fuit cœlum ingredi, huius sequentis aureola est ingredi cœlum, & habere ibi thesaurum. Et iustè quidem pro thesauro thesaurum, pro thesauro, cui renuntiauit in terra, centuplum accipere, & cum alijs prioribus uitam æternam possidere. Huic item coronæ accedit in cumulum, quòd professurus eam, societur itẽ ei, qui cum uirginibus proposito castitatis continuæ, canticum coram agno cantabunt. Et tertiò item obedientiæ uotum consequuntur, quo cuncti secundùm illius uitæ regulã, quocunq; agnus ierit, profitentes sequantur in uoce proposíti. Hic apud antiquos ubimeretur professus aureolam coronæ, tonsuram de manu sacerdotis assumpsit. DION. Hæc † eo qui perficitur attẽtè consitente cruciformi figura signans ipsum sacerdos detondet, trinam diuinæ beatitudinis inuocans hypostasim. LINCO. Signat criniũ detonsio, omnium materialium uarie formabilium ab amore decisionem, ut intellectu puro ad Deum pertingatur & eius simplicitate formetur. Hæc ille. AVCT. Ex † hoc liquere potest, quòd in primeuis ecclesię non occidentalibus tantùm, ut nunc, sed & Græci, & Asiani monachi tondebantur. Nec mirum. Ipsi enim apud Iudęos, vnde fluxit summa religio, sacerdotes ve teres tondebantur, hac ipsa ratione, qua monachi. Vnde super uersum Psal. 39. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. CASSIODORVS. Non frustrà in comparatione delictorũ capilli adducti sunt. Nam in veteri testamento sacerdotes ipsa similitudine radebantur, ut tali emundatione purgati, carnis uitia deposuisse uiderentur. Hæc ille. AVCT. De hac tamen tonsurę ceremonia quidam olim in ecclesia schismata confecerunt, ita ut clerici, & monachi eam haberent contemptui: super qua re Colfridus Abbas regi Pictorum scripsit Athoni ut libro 5. de gestis Anglorum refert BEDA. Et quidem scimus inquit, quia neque apostoli omnes uno eodemq; sunt modo attonsi, neq; nunc ecclesia catholica sicut una fide, spe, & charitate in Deum consentit: ita etiam una atq; indissimili totum per orbem tonsuræ sibi forma congruit. Et infrà. Verùm & si profiteri nobis libet rum est quia tonsurę discrimen non noceat, quibus pura in Deum fides, & charitas in proximum syncera est: tamen ut maximus nonnunquam patribus catholicis de paschę uel fidei diuersitate conflictus, ita etiam de tonsurę differentia legitur aliqua fuisse controuersia: inter omnes tamen, quas vel in ecclesia, vel in uniuerso hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam nobis amplectendamque iure dixerim ea, quam in capite suo gestabat ille, cui se confitenti dominus ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Nullam magis abominandam, detestandamque meritò cunctis fidelibus crediderim ea, quam habebat ille, cui gratiam Spiritus sancti comparare uolenti dixit idem Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti possideri per pecuniam. Non est tibi pars neque sors in sermone hoc. Neque † uerò ob id tantùm in coronam attondemur, quia Petrus ita attonsus est, sed quia Petrus in memoriam dominicæ passionis ita attonsus est. Hoc idcirco ad nos, qui per eandẽ passionem salua-

Hoc. 25.

Beda Aureola 2 profitentiũ.

Matt. 19.

*Virgini bus.

Amb. To. 1 Idẽ habet li. ad uirginem lapsã ca. 5.

Ruptiæ professentiũ uirginum.

Apo. 14.

Tonsura clericalis.

Beda

Cassiod. Psal. 39.

Matth. 16

Act. 5.

Petrus cur attonsus, cur aliꝰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri desideramus,ipsius passionis signum cum illo in uertice videlicet c›rporis, summa nostri parte gestamus. Sicut enim omnis ecclesia quia per mortem sui viuificatoris ecclesia facta est, signum sanctæ crucis eius in fronte portare cõ sueuit,vt crebro vexilli huius munimine à mali gnorum spirituum defendatur incursibus, crebra huius admonitione doceatur se quoque carnem suam cum vitijs & concupiscentiis crucifi gere debere:ita etiam oportet eos,qui monachi votum,vel gradum clericatus habentes,arctiori bus se necesse habent pro domino continentiæ frænis astringere.Hæc ille. AVCT. Affirmat nempe,quòd beatus Petrus in memoriam dominicæ coronæ, coronam item similis tonsuræ gestabat in capite:quam omnis ordo clericalis, & monasticus sine calumnia litis gestare nõ abnuit.Gessit † & fictor ille & magus coronam, sed erat figura & tonsione dissimilis, sicut erat cordis professione dissimilis. De hac item ibi prosequitur BEDA. Cæterùm tonsuram eã, quam magum ferunt habuisse Simonem,quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia primò detestetur,& meritò exufflet aspectu : quæ in frõtis quidem superficie coronæ uidetur speciem præferre? Sed vbi ad cerusicem peruenueris,considerandam decurtatam eam, quam te videre putabas inuenies coronam, vt meritò talé simoniacis & non Christianis habitum conuenire cognoscas. Hæc ille.AVCT. Quantitas autem coronæ variata per ipsum magum post hoc arctari cepit per hæreticos in Hispanię partibus,sed iterum abscindi comam, & ampliari coronam Toletano concilio.4.sub Isidoro Hispalensi statuitur capitulo quarantesimo.CONCILIVM TOLETANVM. Omnes † clerici vel lectores sicut leuitæ & sacerdotes, detonso superius toto capite,inferius solam circuli coronam relinquant.Non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur:qui prolixis vt laici comis in solo capitis apice modicũ circulum tondent. Ritus autem iste in Hispanijs hucusque hæreticorum fuit. Vnde oportet pro amputando ab ecclesijs scandalo hoc signum dedecoris auferatur,& vna sit tõsura,vel habitus,sicut vnus totius Hispanię est vsus:qui autem hoc nõ custodierit,fidei catholicæ reus erit. Hæc ille. AVCT. Sic ergo insignitus est noster professus, sic Christo configuratus in capite. Et quod dixit abbas hunc morem exorsum à Petro, famosum est apud patres, ut libro de institutis clericorum capitulo tertio RABAN. Ferunt quidam doctorum hunc ritum Petrum Apostolũ primùm subiisse, vt formam,& similitudinem Christi in capite gestaret,dum pro redemptione nostra crucis patibulum subiret, à nephanda Iudæorum gente acutis spinarum aculeis crudeliter coronaretur,deinde ut sacerdotes veteris testamenti in tonsura & habitu discernerentur. Hæc ille. AVCT. Ad beatum Augustinum in breui quadam epistola scribit item HIER. Dominum meum Alipium,& dominum meum Euodium, ut meo nomine salutes præcor coronam tuam. AVCT. Et epistola ad Proculianum AVGVS. Honorant nos vestri,honorant vos nostri,per coronã nostram nos adiurãt vestri,per coronam vestrã uos adiurant nostri, omnium verba suscipimus, neminem offendere uolumus. Quid nos solus Christus offendit, cuius mẽbra laniamus? Hæc ille.AVCT. Iam venit ad nouam uitam, noua nupta sponsa agni:ideoque induit nouam stolam,antiquam abijciens, secundùm Dionysiũ. Induat Deus te nouum hominem,qui secundũ Deum creatus est,inquiente prælato : sic item de uirgine professa Papæ Liberii ait suprà Ambrosius. Apud apostolum Petrum virginitatis professionem vestis mutatione signares. Nimirum quasi iam alio renascens baptismate, nouam,& vestem candidam perfectæ uitæ recens professor accipiat. Quandam enim gratiam renascentiæ sumit sancto baptismati proxima effectu & gradu. Sed ad hoc verbum stimulatur Witeleff, miroquè dolore torquetur erga mũditiam Christianam libro de ecclesia & membris capit.12.Witeleff. Hic, inquit, erubescerent nostri priuati ordines blasphemantes, q› eo ipso, quo quis ordinem illorum ingreditur, uestito corporali habitu, quem taliter solennizant,deletur omne peccatum suum præteritum, & noua gratia informatur. Hoc enim non contigit regulariter de statu apostolico,ut patet de Scarioth. Hæc Witeleff. AVCT. Non errat iam simpliciter, sed errorem errore confirmat. Confirmat enim hæresim de retentione peccati præsciti per necessitatem absolutam suæ præsciętię,sicut dixit Iudam nõ accipere potuisse remissionem plenariam peccatorum p introitum ordinis apostolici,nec item p Christi baptismũ, nec item per consequens quenq̃ præscitũ baptizatum infantẽ.In prædestinato aũt, qui nullum peccatũ potest habere mortale,iuxta eũ baptismus quid delet?In utrisq; iuxta eũ mortale non abluit,nõ ergo sancto baptismati introitũ perfectę religionis adequo, sed eius argumentum blasphemum quomodo contra religionis sanctum ingressum & contra sanctum Christi baptismum tendit adduco. Sic elegit necessitatem suę præscientię,quam ipse inuenit omni Christi sacramento, & religione, & sacramentalium uirtuti præferre. Sed audiat fidelis sanctorum fidem concedentem indubiè non fictè religionem

Corona Simonis Magi. 6

Corona quantitas. 7

Rabanus

nem intrantibus secundùm gradum munditiæ A post baptismum.Vnde epistola ad Demetriadẽ virginem,quæ incipit, Inter omnes materias

Hier.To.1 HIERON. Nunc quia seculum reliquisti, & secundo post baptismum gradu inisti pactum cum aduersario tuo,dicens ei,Renuntio tibi diabolẽ,& seculo tuo,& pompæ tuæ, & operibus

Matt.5. tuis:ferua fœdus quod pepigisti,& esto cõsentiens, pactumque custodies cũ aduersario tuo dum es in via huius seculi.Hæc ille.AVCT.Renuntians hac forma diabolo,& eius seculo, ad secundum puritatis gradum reducitur post baptismum,ut adhuc purgetur,cui forsan nulla deest integritas,secundùm illud Saluatoris in euã

Io.15. gelio.Omnem palmitem,qui fert fructum,puta in communi semita mandatorum tuorum,purgabit eum pater,vt fructum plus afferat, & purgato igitur animo pater intrãti religionem,magnam confert,ut dixi,gratiam:nõ disparem omnino baptismati, signum indulgentiæ apertum monstrat ecclesia,in regularitates quasdam cassat,legum vindicias,reges laxant canones, lege Christi vota resoluunt, vt per vitæ innocẽtiam & absterſionem reatus non longè quàm alter baptismus ritè putetur.Sicut epistola de dormitione Blesillæ,Idem HIERO. Reuera si seculare desiderium, & (quod Deus à suis auertat) delicias uitæ istius cogitantem mors immatura rapuisset,plangenda erat,& omni lachrymarum fonte lugenda:nunc uerò cum propitio Christo,ante quatuor ferme menses secundo quodam modo se proposito baptismo lauerit, & ita deinceps vixerit,vt calcato mundo semper monasterium cogitauerit,non uereris,ne & Saluator dicat,Irasceris Paula, quia filia tua facta est filia mea.Hæc ille.AVCT. Nondum ingressa est monasterii septa,propositum tantum habebat.Et tamen secundo quodammodo proposito bãptismi se lauasse conceditur.Quid igitur vbi propositum effectum habet?nõ tunc diceretur quodammodo,sed secundo post baptismum certo gradu se diluit, sicut de priori Hierony.ait, Nunc quia seculum reliquisti,secundo post baptismum gradu pactum inisti dicens, Renũtio. Interrogatus autem Bernardus vnde hæc norma religiosæ vitæ prærogatiuam meruerit vt baptisma secundum dicatur, Respondet libro de dispensatione & præcepto uersus finẽ.BERNARDVS. Audire† & hoc vultis à me, unde inter cætera pœnitẽtiæ instituta monasterialis disciplina meruit hanc prærogatiuam,ut secũdum baptisma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi renuntiationem,ac singularem excellentiam uitæ spiritualis,quia præminens vniuersis uitæ humanæ generibus huiusce modi conuersatio professores & amatores suos angelis similes, hominibus dissimiles facit, imò diuinam in homine reformat imaginem,configurans Christo nos instar baptismi: & quasi denique secundò baptizamur,dum per id,qđ mortificamus membra nostra,quæ sunt super terram rursum Christum induimus: complantati denuo similitudini mortis eius. Sed quomodo baptismo eruimur de potestate tenebrarum, & in regnum transferimur æternæ charitatis, ita & in sancti huius secunda quadam regeneratione propositi de tenebris æquè non unius originalis,sed multorum actualium delictorum in lumen virtutum euadimus : reaptantes nobis illud apostoli,Nox præcesit,dies autem appropinquauit. Hæcille. AVCT. Præteriri non debet, quòd efficaciam huius secundi quasi baptismatis Bernardus expressit dicens, non unius originalis,sicut sanctum baptisma primũ, sed multorum intelligens omnium actualium delictorum,tenebras dissipans,nouo aptans lumine in virtutum principio:nec est tantùm alter quasi baptismus fluminis,sed similem ei gradum tenet in baptismo sanguinis per solam relictionem omnium facultatum ob redemptoris amorem.Vnde libro epistolarum ad lapsos epistola quæ incipit,Pax ecclesiæ. CYPRIAN. Primus est victoriæ titulus gentilium manibus apprehensum dominum confiteri. Secundus gradus ad gloriam est cauta secessione subtractum domino reseruari. Illa publica,hæc priuata confessio est.Sequitur. Ille appropinquante hora sua iam maturus inuentus est,hic fortasse dilatus est,qui patrimonio derelicto idcirco secessit, quia non erat negaturus. Hæc ille. AVCTO. De duobus martyrum titulis secundum gradum eis asſignat,qui patrimonio relicto secedunt,nè eo seruato negare ducantur, quantò magis his,qui cuncta relinquũt, ut Deo in omnibus obsequantur,& res,& proximos, & affines,& carnis affectus,& usque ad vsum propriè voluntatis? His attente perspectis,ex ore tantorum non fabula putanda erit, quam Ioannes subdiaconus inter antiquorum patrum refert historias.IOAN. SVEDI. Fuit quidam magnus inter prudentes,hic affirmabat dicens, quia virtutem,quam uidi stantem super baptisma, eandem etiam vidi super vestimẽtum monachi, qñ accepit habitum spiritualem.Hæc ille. AVCT. Sic ergo Blesilla se lauit huius quasi baptismatis solo proposito,& tamen lauisse dixit Hieronymus.Facto ergo lauat,de facto professus tantum ne pœnitẽtia post purgationem indigeat, quæ est secunda tabula post naufragiũ. Ipse gradus constanter seruandus est, qui secũdus post baptismum. Eadem epistola ad Demetriadem HIER. Verum non ignoremus pœnitentiam

Hier.To.1

Omnia peccata delet & lumen confert.

Cyprianus

Ioã subdi.

professio religionis est secundum baptisma. 8

Hier.To.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne facilè peccemus: illa quasi secunda post nau A uersione, & habitus religiosi susceptione, inuocetur super eos specialibus orationibus nomen & gratia saluatoris. Hæc ille.

DE COMPARATIONE pastorum secundi ordinis, id est, presbyterorum non religiosorum ad religiosos sub dicto.

Titu. IX.

¶QVOD PRESBYTERI & pastores secundi ordinis sunt opitulatores & cooperatores summorum præsulũ ui in stitutionis suæ in eccle sia. C. LXXXI.

SVMMA.

Aerei, & Montani hæretici confutantur.

1 *Præfatio in ordinatione presbyteri adducitur,*
2 *ad probandum presbyteros, & pastores secũdi ordinis esse opitulatores & cooperatores summorum præsulum.*
3 *Petri primatus ostenditur.*
4 *Vnitas episcopalis ecclesiæ probatur à Cypriano.*
5 *Apostoli, q; sicut sunt uicarij Christi, & legati: ita minores presbyteri in curis ecclesiarum suarum legatione funguntur episcopi.*
6 *Ordo episcopalis, quòd omnes inferiores ordines, & eorum potestates in se contineat.*
7 *Septenarij perfectio.*
8 *Dominus quòd super Petrum ædificauerit ecclesiam.*
9 *Ecclesia Petri apostolica, quòd sit per totum orbem una, non numerata cum alijs, & una cum singulis.*
10 *Samuel quòd fuerit sacerdos, probatur.*
11 *Apostoli quomodo distinctas sibi parochias & plebes habebant, quibus cooperatores fiebant secundi gradus discipuli.*
12 *Ministri apostolorum qui fuerint, recensentur.*
13 *Ioannes, qui & Marcus dictus, à ministerio suo à Paulo abiectus. Et quare.*
14 *Paulus quos habuerit ministros, cooperatores, & adiutores.*
15 *Apostolorum subministratores à domino fuisse in stitutos, ut eis obsequerentur, & ab eorum arbitrio omne ipsorum ministerium penderet, ostenditur.*

Pater

16 *Pater qui sit dicendus. Et quare episcopus solus* A *rectè uocetur pater. &c. Et multa de superioribus & inferioribus ibi.*
17 *Paulus cur ad Hebræos se apostolum non scripsit.*
18 *Actus idem indistinctis suppositis atque causis, quàm disparis sit meriti ostenditur.*

Lib. 1. AEORVM occasione tracta tuũ sancti Dionysii de cleri corum ministeriis, & religiosorum gratiis perfectiuis, affuit, ut fob refert, & Satan inter filios Dei, cùm starent coram domino, nul 2 lo ab eo quærente unde ueniret, sed eius instigatione inter se, quærẽtibus, quis in eis perfectior appareret, & quod magis doleo, huc ex hoc conflictu peruentum timeri potest, si Aereorũ impietas scutum ab eis sumpserit, qui pro perfectione sua quærenda sacerdotes minores sacris B *Wicleff & Luther.* præsulibus coæquarent: dum dicunt, statum sacerdotum sancti ordinis à statu præsulum non differre, & tamen, esse diuersum. Cætera quis curat? hoc mihi cordi est, q; noster Witeleff sobolem sodalem inueniet forsan non mente, sed uerbo. Et hunc apicem sanctitatis omnes super 1 bi in ecclesia subruere moliũtur. Aerei † omnes *Aerei hæretici notati* presbyteros epos esse dixerunt, & sine gradus distinctione eosdem. Montani non primum statum ecclesiæ permiserunt epis, sed abiecerunt eos in tertium. Vnde epistola ad Marcellam de fide nostra & dogmate hæretico. HIERON. Apud nos apostolorum locum tenent epi apud *Hier. To. 2 Epist. 54. in cipit testimonia.* eos episcopus tertius est. Habet n. primos de Pepuza Phrygiæ patriarchas, quos appellant *cenonus: atq; ita in tertium, i. pene ultimum *cenones* locum epi deuoluuntur quasi exinde religio amC bitiosior fiat, si quod apud nos est primũ, apud illos nouissimum sit. Hæc ille. AVCTOR. Ita Romam diaconi se prætulerunt presbyteris. Vnde contra eos capitulum fecerat AVGVS. li- *Aug. To. 4* bro de quæstionibus ueteris & noui testamẽti. Sic eleuant seipsos elati in ecclesia, nec gradum suum satis dignificant, nisi reprimant dignitorem. Dicit enim quidam, q; cunctis religiosis omnis rector minor etiam perfectione, præfertur, si præferatur episcopus, quia statu non differunt presbyter minor & episcopus, nisi gradu quodam, sicut gradus, cui commissa est administratio uniuersalis, sicut papa rector ecclesiæ, Episcopus suæ diœcesi, sacerdos parochiæ: unus perfectionis status in tribus solum differens penes gradus. Vnde non bene dicunt, dicentes, in quit, q; sunt præpositi, uel balliui, siue opitulatores eporum, sed sunt ueri, & ordinarii rectores instituti in suis prædecessoribus præsulum, scilicet ab apostolis: sed erant ambo ordines immediatè instituti a Deo. Hæc hæreticus AVC. Quasi se non posset satis religioni præferre, ni si coæquaret episcopis. Quid tibi cum dominis tuis, cum principibus ecclesiæ Christi Iesu? Vince religiosos merito, & satis sit tibi. Quid uis luctari cũ multis, ubi unus te impedit. Qd uis *Psal. 8.* age, Christos non tangas. Nolite (inquit) tangere Christos meos. Non inquit sumus opitulatores episcoporum. Hoc si dedigneris officium, cur sic ab institutione tua degeneras, & mendacem facis qui te instituit? Attende quid in solenni præfatione, cum te ordinaret, affirmauit. Epus. PRAEFATIO of in ordinatione presbyteri. Domine sancte pater omnipotens æterne deus, bonorum dator, & distributor omnium dignitatum, p quem proficiunt uniuersa. Sequitur. Vnde & sacerdotales gradus atq; officia Leuitarum sacris mysticis instituta creuerunt, ut cum pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis & operis adiumentum, sequentis ordinis uiros, & secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo p septuaginta uirorum prudentiũ mentes, Moysi susceptũ spiritũ *Nu. 11.* propagasti: quibus ille usus adiutoribus in populo innumerabiles multitudines facilè gubernaret. Sicq; in Eleazarum & Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam trãstudisti, ut ad hostias salutares, & frequentioris officii sacramenta, ministerium sufficeret sacerdotum. Hac prouidentia domine apostolis filii tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus impleuerunt. Quapropter infirmitati nostræ domine quæsumus hæc adiumenta largire, qui quantò fragiliores sumus, tantò his pluribus indigemus. Sequitur. Sint probi cooperatores ordinis nostri, & eluceat in eis totius forma iustitiæ. Hæc ille. AVCTOR. Audite domini mei cu stodes sanctuarii eius rationẽ muneris, cui uos sacer præsul inseruit. Cùm pontifices summos regendis populis præfecisses, inquit, ad eorum societatis & operis adiumentum sequentis ordinis uiros, & secundæ dignitatis, eligeres. Qualiter ergo non opitulatores facti sanctorum antistitum, cùm ad eorum societatis & operis adiumentum estis electi? Sic septuaginta uiri opitulationi Moysi & plebi in eremo. Sic Eleazarus & Ithamar Aaron sacerdoti, & hac prouidentia (inquit) apostolis filii tui doctores fidei comites addidisti: quos nisi. 72. quos secundum euangelium Lucæ, post apostolos ad prædicandum missos, quasi in eorum opitulationem, & iuuamen ad euangelizandum citò commisit, *Lu. 10.* dicens, Messis quidem multa, operarii uerò pauci?

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.12.

Godfridus

ci? Quos alios intellexit Paulus apostolus primæ Corint. 12. nisi horum successores secundi ordinis sacerdotes, dicens: quòd alios misit Deus in ecclesia opitulationes & gubernationes? Sic enim in expositione sua præclara in Epistolas Pauli habet GODFRIDVS. Opitulationes, qui aliis maioribus ferunt opem in administratione, ut archidiaconi. Gubernationes .i. illos, q̃ sub opitulationibus alios gubernãt, ut sunt presbyteri. Hæc ille. AVCT. Sunt ergo presbyteri sub archipresbyteris gubernatores, & utrique opitulatores sub episcopis: sicut. 72. sub apostolis. Vnde & omnibus illis operariis secundis primi præfuerunt apostoli quibus itẽ

Petri primatus. 3 omnibus præfuit vnus Petrus † & ideò potestatem habens in integrum gregem, ac si solus sine comite præsideret. Vnde super illud Marci, Monstrabit uobis cœnaculum grande stratum.

Marc. 14. HIERONY. Cœnaculum grande, est ecclesia magna, dominus domus Petrus apostolus, cui dominus domum suam credidit, ut sit sub uno pastore. Hæc ille. AVCTOR. Si sub uno pastore Petro tota ecclesia, quomodo sub duplo pastore omnis ecclesia? quia sic dixit, quòd sunt duo rectores constituentes duos status principales in ecclesia, & essentiales. Placet esse duos, sed ad se inuicem ordinatos in vnum, ita tamẽ, ut minor maiori subseruiat, & ab ipso totus tã essendo quàm operando dependeat, ut sint ambo: sic pastor vnus in ecclesia, qualiter totus homo & sua manus sunt in comparatione operis una causa, & tunc erit minor presbyter, opitulor tantùm & adiutor maioris, alioquin si in corpore ecclesiæ prodierunt ab æquo, tanquàm duo capita maius & minus, quale portentum in orbe? Si solum vnum caput, necesse est ut inferiora subseruiant. Vnde libro contra hæreticos

Cyprianus. & schismaticos CYPRIANVS. Vnitatem 4 † tenere firmiter, & uendicare debemus maximè episcopi, qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat. Nemo fidei ueritatem perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia vna est, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur. Quomodo solis multi radij, sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum: & cum de fonte vno riui plurimi diffluant, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Auelle radiũ solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præscinde riuum, præ 5 scissus arescit: sic & ecclesia domini luce perfu-

A sa per orbem totum, radios suos porrigit: vnũ tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos per uniuersam terram copia vbertatis extendit, profluẽtes largitur riuos, latiùs pandit, unum tamen caput est, & origo una, mater una, fœcunditatis successitatibus copiosa. Hęc ille. AVCTOR. Ad hoc tendit processus iste Cxpriani, ut unitatem episcopalis ecclesiæ illam dicat, quæ particulares ab ea tanquam partes uel membra contineat originaliter ecclesias procedentes, & essentialiter dependentes, ut solis radius à solis luce procedit, riuus à fonte, ramus ab arbore. Si per se sit aliquid ramus, præscindatur, non germinat. Stet riuus seorsum à fonte, arescit: radius præscindatur à sole, occidit: ita si cura minoris præsbyteri ex se sit una, non à maiori sacerdotio sumens originem, ex se habens essentiam curæ quanuis minorem: præscinde eam à maiori, & qua auctoritate fructificat, qua luce illustrat plebem, quo sacramento mundificat? certè nullo. Vnum ergo caput, & origo una pontificalis ecclesiæ. Hoc in tribus * extremis, unum affirmans, quòd cura quælibet particularis sit mẽbrum maioris, & per hoc cum cura maiori, nõ tanquam alia, & per se, & ex se una immediatione institutionis in Christo procedens. Incongruè ualde dicitur Deum immediatè producere fontem & riuum æquè: item lucem solis & radium: duo secundum essentias æqua immediationis à Deo producta, pedem & hominem. Et quid dedignatur opitulator esse episcopi rector minor, cùm rector maior in professione contineat quòd sit adiutor Christi? Maximè cùm Corinthiorum presbyteris inter plebeios ait Paulus in exhortatione nullam suspicatus iniuriã, ita & eos imitatores sui esse sicut & Christi ipse, Dei, inquit, adiutores sumus. Cur imitari piget

C Apostolum, ut minoris ordinis sacerdotes sint 1.Cor.4. adiutores apostoli? Vnde in expositione solenni Amb.To.5 AMBRO. Dei enim sumus operis participes, Dei cultura, Dei ædificatio estis, hoc ad apostolos pertinet, quos constat Dei esse adiutores, dum uicarij sunt Christi. Hæc ille. AVCVOR. Et ad Ephes. 6. apostolus dixit se legatum Chri- Ephe.6. sti, p quo, inquit, legatione fungor in cathena. Vbi AMBRO. Si enim consuetudo & lex est, legatis hominum non inferre exitia, qua præsumptione & audacia legatis Dei non solùm exitia, sed & mors irrogatur? quare & dixit, pro quo legatione fungor in cathena? Nõ enim permittebatur liberè loqui, sed in subiectione & necessitate uerba Dei referens, uinculis, & plagis subiiciebatur, & mortibus. Hæc ille. AVCTOR. Sicut † ergo apostoli uicarij Christi sunt, & le- 5 gati, ita minores præsbyteri in curis ecclesiarũ suarum

*exemplis.

suarum legatione funguntur episcopi, ut unũ corpus Christi compactum sit ex membris ministrantibus sibi uicissim in Christi operibus. Ad Eph. 4. Veritatem facientes in charitate crescamus in illo p omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexũ per omnem iuncturam subministrationis secũdùm operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Quomodo per omnem iuncturam subministrationis, nisi iunctura sub ministret iuncturæ sibi præpositæ: non autem vt iunctura & iunctura immediatè instituantur quamuis maior & minor? Duo oculi maior & minor, Duæ nares maior & minor, aut vniuersalis & particularis: immo sic est maior eps, ut totum sacerdotem minorem contineat: & epo cõparatus, nihil extra habeat, nihil sit. Velut dicto

Dionysius ca. ecclesiasticæ hierarchiæ. DIONY. Vt. n. omnem hierarchiam videmus in Iesum terminatã

B sic unamquanq; in proprium diuinum hierarcham: hierarchici ordinis uirtus in omnibus incedit sacris totalitatibus, & per omnes sacros ordines operatur ppriæ hierarchiæ mysteria Vbi LINCO. Qđ aũt hic ordo sit primus, à quo cæteri suscipiunt, & ad quem referunt ut principium suas virtutes, & actiones, manifestat, subiungens. Etenim in ipsum ordinem scilicet episcopalem, terminatur omnis adornatio eius hie rarchiæ, quæ secundum nos. Sicut. n. dominus Iesus est terminus initialis & principium initians, & terminus finalis omnis hiararchiæ, & ipse est, qui omnia operatur, & adimplet sic unusquisque hierarcha se habet ad propriã suo principatui subiectam multitudinem. Et infrà. 7 Hic autem ordo primus, omnes inferiores ordines, & eorum potestates in se continet, & omnia operatur, quæ illi & illæ non operantur, nec C possunt, nisi in eius virtute & ptãte. Hæc ille.

6 AVCTOR. Bene dixit, qp † ordo epalis omnes inferiores ordines & eorum ptãtes in se continet, tam ordinem dicens q̃ curam minoris sacerdotis. Nihil in se habet rector minor, quod ordo primus non continet virtute, & auctoritate, neque in se, neq; in plebis regimine, ita ut regimen & locus plùs sit epi, quàm sacerdotis particulariter incumbentis, plusq; Christi, quàm episcopi: quia plùs influit in causatum causa superior, quàm secunda. An non sensit hoc episco-

2.Cor.11. pus Paulus quando ait, præterea quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum? An non super omnes rectores locorum sollicitudinem experitur p singulis, quando pastores parochiales Ephesinæ ciuitatis uigilare præcepit, memoriter retinentes quomodo per totum triennium nocte & die nõ

A cessauit cũ lachrymis monens, unũquẽq; illorũ & commendans eam Deo, & uerbo gratiæ ædificare hæreditatem, i. domum vnam ecclesiæ? vt exponit Rabanus Act. 20. q̃ si domum unã ædificarent omnes cum Paulo. Vnus ergo pastor & rector, omnes illi cum Paulo, ut si sit vnum ouile, sit & vnus pastor, nõ grex unus, & pastores duo. Ad quid uult solẽnis philosophus tanquàm uniuersalem curatum Christum & particularẽ in eodem grege psbyterũ, duos esse rectores, qñ uniuersale cum particulari non ponit numerum, neq; pars æquè cum toto? Hac rõne sãctus martyr Cyprianus septem filios Machabæos dulci allegoria in ecclesias septem particulares: & matrem in ecclesiam vniuersalem adducens, & particulans illas omnes, unum septenarium exponit, quarum numerum mater. i. uniuersalis non auget vt dicantur octo, libro ad fortunatum, & assumit Rabanus super Machab. in

B expositione, libro 2. CYPRIANVS. Quum uerò in Machabæis septem fratres & natalium Cyprianus pariter & uirtutum sorte consimiles septenariũ numerum sacramento perfectæ consummationis implentes. Et infrà. Apostolus Paulus, qui huius numeri legitimi & certi meminit, ad septem ecclesias scribit: & in Apocalypsi dominus mandata sua diuina & præcepta cælestia ad septem ecclesias & earum angelos dirigit: qui nunc iste numerus in fratribus inuenitur, vt consummatio legitima legitimè compleatur. Cum septem libris planè copulatur & mater, origo & radix: quæ ecclesias septem post modum peperit ipsa prima & una super petram domini uoce fundata. Hæc ille. AVCTOR.

Septenarii perfectio. 7 Vult † numerum septem fratrum vniuersalis ecclesiæ locorum ecclesias designare. Vnde ad septem ecclesias scripsit Paulus, & ad totidem pastores scripsit Ioannes, in his septem omnes intelligens, qualiter septem diebus tempus omne consummitur, ut calculat Augustinus, sed sine augmento numeri septem filiabus ecclesiis, mater, quæ cuncta peperit, copulatur originalis prima & una radicalis ecclesia. Et notanter subdit: ipsa super petram domini uoce fundata. Teste ipsomet Cypriano libro contra hæreticos & schismaticos CYPRIANVS. Loquitur dominus ad Petrum, Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum Matt.16. non uincent eam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et eidẽ post resurrectionem suam dixit, Pasce oues meas. Super unum ędificauit ecclesiã, & illi pascendas oues mandat. Hæc ille. AVCTOR. Cui

nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 †nisi Petro mandat pascere oues? Super Petrũ igitur ædificauit ecclesiam. Et epistola de fide nostra & dogmate hæretico ad Marcellũ. HIERO. Si ergo apostolus super quem Dominus fundauit ecclesiam, & professionem, & promissionem domini illo tempore completam memorauit: quomodo possumus nobis tempus aliud uendicare? Hæc ille. AVCTO. Ipsa † ergo ecclesia Petri apostolica est per totũ orbem una, non numerata cum aliis, & una cum singulis. Omnis ecclesia illa est, & ecclesiæ pastor non alius, sed ipse idem est: non hæc ecclesia tua, sed illa episcopi, sed quæ tua magis episcopi. Vnde non habent rectores minores, quod præter episcopum appropriatè in plebis cura possideant, dicente apostolo his presbyteris primæ Corint. in principio. Cum omnibus, qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro. De quo in lib. annotationum HIERO. Propriè sacerdotum est inuocare dominum, quibus dicitur. Sic benedicetis filios Israel, inuocantes nomen meum super illos. Et Psalmista ait. Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Quem † sacerdotem fuisse illa res probat, quia & sacerdoti succesit, & hostias offerebat. De quo etiam secundum historiam dictum est, Suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Qui quanuis non sit de genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in Paralipo. legitur, quia & Deus ipse hunc constituit, & illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendi potestatem non amiserit. In omni loco ipsorum, & nostro qui sacerdotes, & suo, & apostolorum loco funguntur. Hæc ille. AVCTOR. Hac ratione domini mei rectores, & pastores minores starent uocatione sua contenti, non attendentes quosdam gloriantes sibi de modico, quòd tantùm possent in suis curis imò quantùm Papa in tensiuè, ut dicunt, & non audiunt Apostolum hic dicentem de similibus. In omni loco ipsorũ, & nostro: siue locus eorum sit ordinis, siue curæ, omnis locus eorum noster est. Quò ipsi in regendo pertingunt, pertingimus: nihil uirtute nostra iubent uel faciunt, quod nos non potiùs faciamus: qui sacerdotes (inquit Hieronymus) & suo & apostolorum loco funguntur. An nó putatis Paulum apostolum gessisse sollicitissimam curam omnium ecclesiarum illarum localium, in quibus continuè laborabat manibus, nihil ab eis accipiens, ut lucrificaret eos Christo? De quo in libro de operibus monachorum AVGVSTINVS. Mirandam rem fecit apostolus, qui reuera in tanta sollicitudine omnium ecclesiarum propagatarum & propagandarum ad eius curam pertinctium etiam manibus operabatur. Hæc ilic. AVCT. Maiorem ergo curam

Hier. To. 2. Epist. 54 incipit, Testimonia.

1. Cor. 1.

Hier. To. 9. Samuel sacerdos.

Psal. 98

Aug. To. 3.

A omnium illarum ecclesiarum particularium iudicauit Paulus sibi incumbere, quàm earum presbyteris, quanto maiorem operam dedit ut fierent saluæ, quàm earum inferiores presbyteri. Maiorem curam gerit mater infantis, quàm eius nutrix & nutritius, nec quantum legi alicubi localem curam discipuli minores acceperãt, nisi apostoli designabant. Apostoli † uerò suas 11 parochias, & limites acceperunt: discipuli autẽ & sacerdotes minores nisi ex legatione apostoli, & quò aliquis eos immitteret: uelut Paulus de sua parte dixit. 2. Corinth. 10. Non in immẽ *2. Cor. 10.* sum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, quam partitus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad uos. Hoc insinuat ipso parochiam suam ad eos usque pertingere. Vbi in *Amb. To. 5* expositione AMBRO. Tanta se dixit uti potestate, quanta concessa est auctore, nec mensurã egredi posse. Sequitur. Partitum enim dixit un B cuique ad quos in prædicatione dirigeretur, ut singuli aliquas ciuitates proprias haberent, de quarum fide gloriarentur: Dei enim nutu ut Macedonibus prædicaretur aduocatus est hic Apostolus, & ut Corinthiis euangelizaret à domino monitus est: ergo his audenter loquitur, quos ipse fundauit, & ad quos Dei nutu peruenit. Cæteris non tali fiducia: quia in aliena regula erant, hoc est, in parte alterius euangelistę Hæc ille AVCTOR. Apostoli † ergo distinctas 12 sibi parochias & plebes habebant, quibus cooperatores fiebant secundi gradus discipuli, uelut septem diaconos substituerunt sibi ipsi apostoli ad ministrandum mensis, Sosconem communem omnes habuere discipulum, dixit Beda in martyrologio, Barsabam & Silam, ut literis apostolicis Anthiochenos reducerent, Agabum & C Barnabam, Simeonem & Lucium, Manahen & Saulum doctores & prophetas. Ecclesiæ Paulus & Barnabas iam instituti apostoli, Marcum communem habuere discipulum, tunc tamen pastorem secundi ordinis, quando facta est dissensio inter apostolos, quia abiecit eum à ministerio suo Paulus. Vnde homilia. 6. de laude Pau *Chrys. To. 3* li CHRYSOSTOM. Crucem tollere, ac sequi Christum, omnibus imperatur: si autem cunctis, multò magis doctoribus populi, atq; pasto 13 ribus, quorum ex numero etiã Ioannes † tunc *Io. Marc.* erat, qui dicebatur & Marcus. Qui quoniam in ipsa se aciei fronte constituens nimis inuiriliter egerat, meritò eum Paulus abiecit, ne illius quasi contagione, uires corrumperentur aliorum. 14 Hæc ille. AVCTOR. Paulus † item habuit Timotheum & Crassum ministros suos in Macedones, & Lucam cooperatorem, & Titum in Corinthiis, & Timotheum adiutorem suũ scripsit Romanis & Philippensibus, quem postea

significa-

significauit episcopum Ephesinum. Apollo A sanguine suo. Episcopos dixit, qui erant eis minores, ut dixi frequenter, & hoc cùm eos comparauit ad plebem. Regere (inquit) ecclesiam suam, & sic opitulantes episcopis atque plebi. Quod & Paulus ipse non renuit, cum diceret ei uir Macedo, Veni, adiuua nos. Act. 16. Qualiter super illud primæ Corinth. 13. Exinde gratiæ curationum, opitulationes. HIERON. Opitulationes, id est adiutores. Vnde Paulo in uisu dicitur à uiro Macedone, ueni, adiuua nos. Hæc ille. AVCTOR. Quales ergo sunt, qui opitulationes non esse dignantur, cùm dignatur Apostolus? Immo nouerint quicquid uires habent in plebe, uel ordine, opitulationes episcoporũ sunt, & plebis cum episcopis, aut numerum nullum ponunt pastorum, rectorum, uel patrum, quia cum memoratur episcopus, ipse solus est 16 pater † & non alius, sicut nec apostolus quisquã Deo commemorato, dicente Christo ad eos, Nolite uocare uobis patrem super terrã, unus est pater uester in cœlis. Et secundum consimilem disciplinam pastores minores comparantur antistiti, dicente Paulo primæ Corinthi. 4. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Iesu per euangelium ego uos genui. Hoc intelligens, q̃ episcopus, qui primus intelligitur generare plebes in Christo, pater dicatur: quisquis alius superueniens rectè docet in cedere, non pater est, sed presbyter: pædagogus. Et rectè, quia sic in sacerdote legali, presbyterorum maiorum & minorum distinctio formabatur, Situs maiorum in humeris & pectore: situs minorum sacerdotum ad pedes. Vnde BEDA *Beda* lib. 3. de tabernaculo ca. 11. super illum textum, Et uestiatur ea Aaron in officii ministeriis. Quòd si Iosephi uerbis intendimus, quibus dixit, mala punica in tunica pontificis. 70. fuisse, *Exo. 28.* & tintinabula totidem: congruit hoc in figuris mysteriorum, ut sicut in humero ac pectore apostolicum ferre numerum iussus est, ita etiã discipulorum 72. circa pedes sacramentum haberet. Constat enim q̃ sicut duodenarius Apostolorum numerus episcopalis gradum dignitatis inchoauit, sic discipuli. 72. qui & ipsi ad prædicandum uerbum sunt missi à domino, gradũ sacerdotii minoris, qui nunc presbyteratus uocatur, sui electione signarunt: unde & illorum numerus in ultima parte sacerdotalis habitus, ille in prima figuratus est. Decebat enim, ut qui maiores gradu in corpore summi sacerdotis, hoc est in ecclesia Christi, erant futuri, subliniorem in habitu typici pontificis locum haberent. Hæc ille. AVCT. Attendite locum uestrum in ecclesia dilectissimi domini, nolite uos collocare cum primis pastoribus, dicentes

1. Cor. 1. Amb. To. 5

Eusebius.

Pater qui sit dicẽdus. Matt. 23.

Ps. 6.

Ro. 10.

2 duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

duos rectores,duos ſtatus conſtituentes eccleſiæ:inter quos uos ſitis ſecundi in opitulantes, impertinentes,& non obnoxii prioribus ordine,atq; cura. Nolite uſurpare uobis, quicquid de primis paſtoribus Chryſoſtomus dicat in dialogo,Gregorius inpaſtorali, aut alius eccleſiaſticus doctor in ſcripto. At dicit aliquis, feciſti ne rectores eſſemus,de quibus Paulus ait: Poſuit uos regere eccleſiam ſuam. Non feci,immo rectores dico eſtis pedeſtres;ad pedes, non ad humeros:ubi paſtor agnos portat. Scitis quid uolo: Non eſtis rectores,aut patres computandi cum primis nec perfectione,nec ordine. Sed & ad honorem veſtrum dico,uos patres referēs uos ad plebem,patres pedites,& ut Paulus dixit pædagogos, ſic enim ad pedes collocauit uos dominus in prædeceſſoribus ueſtris, in amictu pontificis, epiſcopos ſuprà in duodenario numero ſurſum in pectore. Pedes autem à pectore quantum diſtent,nouiſtis. Reuera tantum re ctoratus ueſter ab eis perfectione diſtat moris, quantum perfectione naturæ à pectore diſtant pedes. Summa laus foret commemoratis epiſcopis,uos ipſos tacere paſtores. Qualiter† Paulus apoſtolatum ſuum tacuit in ſalutatione epiſtolæ ad Hebræos,quia fuit ibi dicturus apoſtolū Chriſtum, prout in commentario epiſtolæ ad Galatas textu Paulus Apoſtolus, notauit ſic HIERON. In epiſtola ad Hebræos propterea Paulum ſolita conſuetudine nec nomen ſuum, nec Apoſtoli uocabulum propoſuiſſe, quia de Chriſto erat dicturus, Habentes ergo principē ſacerdotem & apoſtolum confeſsionis noſtræ Ieſum:nec fuiſſe congruum, ut ubi Chriſtus apoſtolus dicendus erat, ibi & Paulus apoſtolus poneretur. Hæc ille. AVCTOR. Et cur non poterat Paulus aut ſcriptor quiſquam canonicus ſicut iſte duos rectores in duobus ſtatibus rectorum,ita & ipſe duos apoſtolos in ſtatu gemino apoſtolorum dixiſſe:apoſtolatum Chriſti ſupremum,inferiorem Pauli & ſibi comparem? Immo & tertium infimum Sylæ & Epaphroditi.ad Phil.2. Neceſſariū exiſtimaui Epaphroditum fratrem,& cooperatorem,& commilitonem meum, ueſtrum autem apoſtolum,aut miniſtrum neceſsitatis meæ mittere ad uos. Referens eum ad apoſtolum: nuſquam tamen cum maioribus in illo apoſtolatu dinumerat:ſubminiſtrator tantùm erat, & maiorum uicarius:ſed quantum perpendo hiſtoriam iſto rectoratu ſecundo præclarior. Ex quibus omnibus patet, quantum diſtant ab origine ſucceſſores apoſtolorum, & ſacerdotes diſcipuli:utriq; ſacri ualde, ſed ordine à perfectionis ſtatu remoti. Dicis,ſed potentiæ operationibus diſtinguntur,operationes autem primorum & ſecundorum ſunt eædem, uel ſaltem conſimiles: ſtatus ergo perfectionis eſt idem utrisque. Si uterq; opifex eſſe completus & perfectus in ſe ab alio non dependens cum cæteris paribus,ut res petit,forſan moueres:ſecus autem ubi ſecundum dependet à primo, nihil operans, niſi uirtute primi. Sic inſtrumenti & artificis unū eſt opus una eſt ſecatio fabri & ſerræ,tamen impar omnino perfectio. Naucleri & ueli unum remigium. Oculi item & animalis idem aſpectus: hominis & intellectus idem ſyllogiſmus. Quātum tamen diſtant homo totus,& oculus eſſentiæ perfectione & operis,quis ignorat? tantùm credo reſtare de ſtatu & perfectione pontificis quæ non habetur in opere ſacerdotis. Qui iſto non ducitur, dicet Chriſtum & Iudam eiuſdē perfectionis prædicatores, Chriſtum item & Cleopham eiuſdem meriti peregrinos, quoniā erant operē & actione conformes & comites: ſic omnes diſcipuli:quibus ipſe ait: Sine me nihil poteſtis facere. Vnde † quàm diſparis meriti ſit idem actus indiſtinctis ſuppoſitis atque cauſis,probat Auguſtinus.cap.24.libri de quæſtionibus veteris & noui teſt. AVGVSTINVS. Vna eſt miſericordia in diuite & paupere, ſed aliter imputatur pauperi & diuiti,quia plus laudanda eſt in paupere, quàm in diuite. Pauper enim de exiguitate largiri non timuit, ſperauit à Deo ſibi retribui & in præſenti & in futuro. Credidit enim ſcripturæ dicenti, Quia qui retribuit pauperibus,non egebit. Vnde & paupercula iſta diuitibus multa mittentibus ſola meruit à domino collaudari, quia de penuria ſua largiri non timuit: diuites uero de diuitiis ſuis largiuntur: pauper autem de domino bene agit. Bene faciunt diuites,dum largiuntur egenis,ſed multò meliùs pauperes, ac per hoc alia remuneratio pauperis, alia diuitis. Ideoq; laudabilis pauper eſt miſericors. Et infrà. Humilitas una eſt, ſed magis laudanda eſt in diuite. Quid enim magnum eſt,ſi pauper humilis uideatur,quem ipſa inopia humilem facit? Magnificum,autem,ſi hic,qui dignitate, & copiis commendatur,inclinet ſe,non ſibi uendicans quod mereri ſe nouit. Igitur in omnibus bona humilitas,ſed magis in diuite. Et doctrinæ ſtudii una cauſa eſt. ſed laudabilior in diuite, Pauper enim cùm nulla prærogatiua commendare tur,operam dedit ut haberet unde poſſet requiri. Diues autem cum non deeſſet unde commē daretur, adhibito labore auxit,ut duplici genere neceſſarius eſſet. Sequitur. Et ideo hic magis dignus laude eſt, quàm pauper, qui ſe ſtudiis minimè operam dediſſet, remanſerat uilis. Hæc ille. AVCTOR. Saltem ſic non habetur perfectionis identitas ab identitate operis operati:

Act.20.

Paulus cur ad Hebreos ſe apoſtolū non ſcripſit Hieronym.

Heb. 3.

Obiectio.

Reſponſio.

Lu.21.

Aug. To.4

cum multæ ſint circunſtantiæ ſecundū perſonas variantes & cauſas. In propoſito autē noſtro non erit eiuſdem perfectionis aut meriti eā primi agentis aut ſecūdi, ſicut nec arboris totius & rami. Nā ramus ſi fructificet,arbori laudem facit. Palmes(inquit Chriſtus)non pōt ferre fructum,niſi manſerit in vite,ſic nec uos niſi in me manſeritis. Eadē ſimpliciter cauſa eſt, hic nē dicat aliquis presbyteris, Sine me nihil poteſtis facere,idcirco quòd facitis, mihi laus eſt, uobis cura. Væh mihi ſi non euangelizauero, ait Paulus.

DIALOGVS RELIGIOSI ET CLERICI CURATI, QUOMODO COMPARANTUR ADINUICEM, HIC ISTI UT HONORE PRÆSTANS,& ECCLESIASTICO OFFICIO, ILLE ITERUM ISTI UITÆ MERITO, & STUDIO CONTEMPLANDI. CAP. LXXXII.

SVMMA.

1 *Comparatio clericorum ſecularis & religioſi.*
2 *Clerici ſecularis bona quæ ſint,deſcribuntur.*
3 *Epiſcopus,preſbyter,& diaconus,quòd non ſint meritorum nomina,ſed officiorum.*
4 *Prælatorum merita.*
5 *Laudata quòd non ſemper ſint præſtantiora.*
6 *Curatis obiici ſolita narrantur.*
7 *Opinionem malam uel bonam, quòd nihil ita faciat creſcere,ſicut uulgus.*
8 *Virginum bona recenſentur.*
9 *Paupertas quæ,& quando reddat hominem perfectum.*
10 *Religioſorum uita & converſatio,quomodo multum optabatur à iam epiſcopo Chryſoſtomo.*
11 *Religio quòd contra dæmones bellum aſſumpſit acerrimum,& ille aduerſus illam.*
12 *Sanctorum cum ſanctis comparatio ex Chryſoſtomo.*
13 *Religioſorum quorundam habitus deſcribitur. Et ſermo. &c. Et de alijs eorum obſeruantijs.*
14 *Pauperibus quibus præcipuè ſubueniendum.*
15 *Regularis integritas quid ſit.*
16 *Ioannis & Petri apoſtolorum comparatio.*
17 *Religioſorum uanæ excuſatio.*
18 *Perfectionis gradus. Et perfectum eſſe.*
19 *Sacerdotium,quàm grande,& ſanctum.*
20 *Clericus quantum diſtet à Præſule. Et de diuerſitate officiorum in maiori & minori ordine ſacerdotum,ex Gregorio.*
21 *Religioſorum laus.*
22 *Religioſi, & clerici, quid alteri alteris deferant.*

HOroo deinceps ſingulos dominos meos minores angelos i eccleſijs Dei crucifixi ſanctę plebis p̄poſitos ſic moderatē, ſic ſe p̄ferre clauſtralibus, ut nō rapinā arbitrent ſe ſanctis p̄ſulibus coæquales. Multos extulit,& reuera fefellit,aſſertio illa ſolēnis ne ſe coram Chro iudice valeāt excuſare, pleriq; nō exaltaſſe cor ſuum,elatos oculos iteciſſe,non item ambulaſſe in magnis uel in mirabilibus ſup ſe. Abſit hoc ſupcilium W iteleniāi cæ ſuperſtitionis hrticæ. Fateor ſi hoc nō expaueſcerem, de reliqua religionis cōparatione nō ſcriberem. Ad uerecundiam noſtram cōem præſentibus hæreticis inter eccleſiaſticos uiros de primitate pfectionis cathedratim volat contentio. Et nō tantis uerbis,& laudibus inſtitor mercēs publicas uenales cōmēdat,quantis ipſi merita propria meritis noſtris anteponūt,& iactāt. Apoſtolica diſciplina eſt. Honore innicē præuenientes, non dedecore. Et item Philip. 2. Nihil p contētionē,neque p inanem gloriā,ſed in humilitate ſupioris ſibi inuicem arbitrantes,nō q̄ ſua ſunt ſinguli cōſiderantes,ſed quæ aliorū. Vnde qui ſe comparabilem iudicat,ſecundum hāc regulam ſuperbiæ notam trahit. De quo li. de ſingularitate cleric. AVGVS. Cā ſuphię ſit elata iactantia ēt in minimis quenque comparabilem uelle conferibi,cùm Paulus moneat,& dicat, alter alterum ſupiorem ſibi exiſtimantes. Sequit. Minus utique de noſtris uiribus ſentiendū eſt, nec fortitudini ſanctorum noſtra infirmitas cōparanda: ſicut nobis apoſtolus Paulus de ſemetipſo magiſterium p̄ponit,& dicit: Non.n. audemus comparare nos, aut cōferre quibuſdā, qui ſeipſos commendant. Hæc ille. AVCT. Sed dicunt ex utraq; parte quidā,non de noſtris meritis diſſerimus,ſed de huius uitæ perfectionibus comparamus,ſequentes Chriſtum,qui ait: Maria optimam partem elegit. Pōt quidē fieri, ſed utinā comparationis ſuiam non concomitet elatio,uel inuidia nō diſſoluat. Ego in clauſtris cū fratribus agens,iſta non audio,quæ agunt in publico: minus nobis vī. omne qđ facimus: de delictis noſtris quotidianis conquerimur: lapſū religionis continuum lamentamur. Nemo,vēl rarus ſibi uel alteri de perfectione blāditur. Quin potius aliis religioſis uel clericis in laudabili obſeruantia,uel ſtudii aſſiduitate ſeipſum & ſuos gemēdo poſtponit quantū reor illo ſpiritu Pauli,quo iā dixit: Alter alterū ſibi ſupiorem exiſtimet. Hæc igitur cogitādo quis ſibimet magnus erit? ſermone 54. de uerbis dñi. AVGVS. Nō fruſtra dixit apoſtolus, omnibus mēbris Chriſti alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi & honore mutuo præuenientes, hæc enim ſi cogitetis, non critis apud uos magni: magis enim cogi

Ro.12. Phil.2.

Aug.To.9.

Lu.7.

Phil.2.

Aug.To.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vsia.

tare debetis quod vobis desit, quàm quod vobis adsit. Quòd habes, caues nè perdas, quod nondū habes, supplica vt habeas. In quantis sis minor, tibi cogitandum est, non in quantis sis maior. Si enim cogitas quantum præcessisti, alterum time tumorem. Si uerò cogitas quantum adhuc tibi deest, ingemisce, & ingemiscens curabe ris. Humilis eris, tutior ambulans non præcipitaberis, non inflaberis. Hæc ille. AVCT. Et forsan quibusdam videbitur vitæ sanctæ accommodum, si hac existimatione apostolici clerici & claustrales arbitrentur sibi inuicem cum humilitate superiores. Optat sol solennis hoc religiosos facturos de clericis, optat apostolus de utrisque, addens non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. Aspiciat † clericus, & uidere poterit in religioso quid desit sibi, in quo religiosum sibi superiorem existimat. Attendat clericum religiosus, & è regione uidebit quo sibi clericum eminere putabit: nec hoc ficte, quia nec iubet hoc apostolus. Vnde lib. 83. quæstio. q. 71. AVGVS. Non enim fallere nos, aut adulatione potiùs uti apostolus iubet, cū dixit: Nihil per contentionem, neque per inanem gloriā sed in humilitate mentis alter alterum existimātes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare, ut non existimemus, sed nos existimare singamus, sed uerè existimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, si etiam nostrum bonum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem faciunt onera fraterna inuicem, nō solùm æquo animo, sed etiam libentissimo sustinere. Hæc ille. AVCT. Hoc ergo modo apostoli ad deprimendum superbiam & acuendam charitatem spiritualibus spiritualia possumus comparare: si religiosus & clericus quæ aliorum sunt bona, non quæ sua inuicem cōtemplentur, ipsi ueriùs dicturi sunt de alterutris; quòd qui seipsum cōmendat, non enim ille probatus est, sed magis quem Deus commendat in alio. RELIG. Vita † sacerdotis attentè & sine fictione conspecta non dubium magnum continet magnæ & multiplicis perfectionis compendium: ab eo fluit sanctitas plebis per sacramentorum officium: ab eo per quotidianæ orationis instantiā, ab eo per exemplum, ab eo per uerbum tintinabuli more semper sonans, ab ipso religiosus ipse perficitur per pontificem. Et quanuis religiosus uitam plebis transcendat, factus sacerdoti cognatus, non tamen ullatenus coæqualis. Vnde ca. 6. ecclesiasticæ hierarchiæ utrosque comparans ad seipsos DIONY. Quòd neque pedibus inclinare, neque super caput à Deo tradita cloquia habere, astare autem sacerdoti, inuocationem sacræ dicenti ostendit monasticum ordinem non esse adductiuum alterorum. i. sacris non esse prælatum aliis, sed in ipso stantem in singulari, & sacra statione sacerdotalibus sequentem ordinibus, & ab ipsis vt sequacibus ad diuinam eorum, qui secundùm ipsum sacrorum scientiam facile credendo reductum. Et infrà. Est ad sacerdotalem vt fas reformari vitam, ut cognatum ipsius habentem in multis, & magis ipsis præter reliquos ordines approximantem. LINC. Nullum pedem, ut facit diaconus, neque duos, ut facit presbyter inclinare, neque in capite habere à Deo tradita eloquia, ut habet Hierarcha in sua ordinatione. Astare autem à retro sacerdoti sacrè dicenti inuocationem: hoc totum, inquit, ostendit totum sequens. s. monasticum ordinem non esse adductiuum alterorum, sicut monasterialis ordo est ductiuus purgatorum, presbyteralis illuminatorum, & hierarchicus perfectorum, sed in seipso stantem singulari uita & sacra statione, vt potè sui solius, & non alterius ex officio, licet ex charitate omnium curam habentem: q̄ significatur p corporalē eius stationem sacerdotalibus sequentem ordinibus ut pote eis obedientem, & ab ipsis sacerdotalibus ordinibus ut sequacibus. i. quos debent monachi sequi reductum facilè credendo. Hæc ibi. RELIG. Ex his ualde commoueor, sacerdotalem gradū omni religioni præferre, cum reuerēter inclinare teneor, q̄ institutus sum, & eius manibus benedictus, & quem sequi cōcedit, maximè si velim in prælaturam & ducatum aliorū assurgere. Monstrat autem honorem ordinis q̄tum nostrum præcellit, dignitas loci in ecclesia quem ipsi ad sancta sanctorum possident: religiosus autem signatur in ipso introitu supra sāctam plebem. nec tamen ultra portas: uelut ad Demophilum in epistola scribit idem DIONY. Non simpliciter ab uniuersis quidem segregata sunt sancta sanctorum, appropinquat autem magis ipsis sanctus perfectorum ornatus, postea sacerdotum ornatus, post istos consequenter ministrorum. Ordinatis autem iam monachis, portæ adytorum sunt congregatæ, iuxta quas & perficiuntur, & assistunt, non ad custodiam ipsarum, sed ad ordinationem, & sui cognitionem ipsorum. Hæc ille. CLERICVS. Noli frater illici graduum claritate, uel sublimitate honorum. Aliud est existimare de merito hominis, aliud de officio: iam cœpisti de sacerdotis uita mirari, cui honor loci, uel sedulitas officij res est impertinens * sicut apertè deducit. 7. libro registri epistola 28. ad Anastasium presbyterum GREGO. Non, inquit, loca, uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos aut merita bona iungunt, aut ma-

Cōparatio clericorum secularis et religiosi.

1

Aug. To. 4 Philip. 2.

B

1. Cor. 1. Clerici secularis bona.

2

Dionysius

C

Dionysius

*i. nō debita. Gre. li. 2

la desiungunt. Quia ergo adhuc incertum est quis interitus, & qualis sis, non audebas scribere, dum inter me & te qui superior sit ignores. Et quidem bene te uiuere scio, me aūt multis oneratum peccatis noui: sed & si peccator es, me tñ multò melior, quia tu tua tantummodo, ego uerò & eorū, qui mihi commissi sunt, peccata porto. Hæc ille. CLERICVS. Ecce humilis Gregorius, sed humilitatis gratia non mētitus: ipse equidem præsul apostolicus ignotum probat Anastasio vter ipsorum esset superior. Loco quidem & officii auctoritate non potuit, & q̄ ipse Anastasius de certo melior esset probauit, quia ratione officii Gregorius commissorum sibi peccata portauit. Anastasius sua sola, quia priuatus. Eò ergo potiùs pastor se crederet à Deo disiunctum, q̄ ordine præstat aliis, & portat officium peccatoris: saltem non ex honore ordinis est perfectionis titulus metiēdus. Multi. n. perfecti & magni subduntur minorū officiis, sicut duces regis, sconi uel nūtiis. Sed & leuitæ Romani hoc mō studebant seipsos loco & præcepto sferre presbyteris, quia presbyteris ordinandis testimonium dabant, & ordinandos inducebant ad præsulem. Vnde lib. de quæstionibus ueteris & no. testa. cap. 101. AVGVS. Testis pōt esse creandi presbyteri, qui inferior est ordine. Et iterum. Quo inflantur, & putant multùm sibi deberi. A nobis. n. inquiūt, perducuntur, qui ordinandi sunt, ut dum lateri eorum septi sunt honore digni uideantur* sancti eorum esse: quasi officialis. n. ab eo mittitur vt obsequium præbeat ordinandi. Nā imperator vt imperator appareat, ordinatur obsequio militari: non meliores tñ, nec par exercitus imperatori. Nam & Aman cum esset clarus in honore militari, à rege missus est, ut Mardochæo in obsequium* sit, ut quantum dignus esset Mardochæus, ex eius obsequiis nosceretur. Ita & diaconi creandis presbyteris in obsequiū mittuntur, ut eos dignos fieri sacerdotes omnes intelligant. Exceptis. n. sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus præponuntur diaconi. Hæc ille. CLERICVS. Ecce gradus ipse non pensatur officio, quantò magis non meritum: nomina autem sacerdotis & diaconi officiorum sunt nomina, non meritorum. Vnde in expositione illius. 1. Corinthio. 7. diuisiones uerò gratiarum sunt. AMBROSIVS. Diuisiones uero gratiarum sunt officiis ecclesiæ non humanis meritis deputatæ. Et infrà ibi. Diuidens singulis prout uult. Non ad meritum hominum, sed magis ad ædificationem ecclesiæ suæ. Sequitur. Hæc in ecclesia quæ domus Dei est singulorum officiis dono & magisterio spiritus sancti indulta ad probationem ueritatis. Hæc ille. CLERICVS. Quomodo autem non sit meriti sed officii esse presbyterum uel nomen habere diaconi, puto quia de merito suo non omnino pendet officium, sicut de merito monachi pendet religio. Vacuus est enim à religione, qui est uacuus à merito: non sic est uacuus ab opere officii sacerdotis qui aliis prædicat, & seipsum negligit, baptizans & absoluens abluit peccatorem, quamuis habeat ipse crimen. Vnde super illum textum, apostoli. Nunquid omnes Prophetæ. & post hæc, Aemulamini charismata meliora AMBROS. Iam quia supradicta non semper ad meritum pertinent, dicit Saluator. Multi mihi dicent in die illa, s. iudicii, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et quia non hæc ad meritum pertinent sed officia sunt ecclesiæ ad confusionem Gentilium & Dei honorificentiam protestandam: dominus dicet eis: Recedite à me, non noui uos. Hæc ille. CLERI. Nec sic minus est pastor uel diaconus, qui minus habet scientiæ aut insuper charitatis, quamuis dicant plures hæc magna requisita presbytero, in quibus religiosus quisq; præeminet, q̄ nō oportet, quia tunc exigeretur pastori bonum habere gradum sicut opus bonum, quod auctoritate Apostoli lib. 1. contra Iouinianum. cap. 21. negat HIERON. Episcopus, † presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum: nec dicitur si quis episcopatum desiderat bonum gradum desiderat, sed bonum opus desiderat, q̄ in maiori ordine constitutus possit, si uelit occasionem exercendarum habere uirtutum. Hæc ille. CLERICVS. Hoc totum habet eminenter pastor inferior, occasionem, scilicet exercendarum in subiecto grege uirtutum: religiosus autem omnem occasionem habet ut augeat charitatem, & ne in alia parte parua sine pœnitentia restituente, uirtutem perdat acceptam. Tanta regula, tanta uitæ series cui non est mirabilis? cuius tanta est proseruanda uirtute districtio, tanta item cura pro redimendis excessibus, ut siue uigilando, siue dormiendo, loquendo, uel tacendo, die, nocte, æstate, uel hyeme in edendo & abstinendo nihil fugiat rigoris æquilibram, nihil seueritatis prætereat medicinam: idcirco diligenter eos obseruantes, & non perfuncto riè discutientes multi rectores plebis laudare præeligunt, quàm gustare quando uiuūt. Qualiter ex archidiaconis cleri unus uir uita & scientiæ claritate conspicuus libro 7. sui Polycratic. con. cap. 23. SARISBVRIENSIS. Sancti, inquit, sunt Cistertienses, sancti sunt Clunia censes

Aug. To. 4

3

*Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis Hester. 6. *ire.

1. Tim. 3.

Sarisburiē sis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

censes monachi, sancti & canonici regulares. In his sicut stella differt à stella in claritate, sic alij alijs sunt sanctiores, quanuis professionem professio antecedat, in quauis tamen eorum sorte qui reperientur, possunt sanctis superioribus adæquari. Planè uirginũ primus gradus & singularis gloriæ titulus est in continentibus, tamen etiam in coniugatis fortè sunt aliqui multis uirginibus præferendi. Confessoribus martyres præferendos, catholica confitetur ecclesia: & tamen nonnullos confessores aliquibus martyribus fortè quo ad aliquid non uerebitur coæquare. Nec est quod se aliquis secularium, mei, scili cet, similium iam dictis professionibus conferat, quia uix est, ut quispiam talis uel ignauo cœnobitæ possit æquari. Siquis è nobis à Septembris idibus usq; ad Pascha, ieiunet, omni die nocturnis adsit uigilijs, iugiter abstineat ab esu carnium, omnem veneris immunditiam nesciat horis competentibus nunquam desit, aut raro, & hoc ex iusta causa, sobrietatis limites non excedat, cautam ponat silentij custodiam ori suo, & diurnos excessus deleat satisfactione quotidiana, & quod præcipitur: incunctanter & sine mora expleat, & non modo uerborum, sed etiam uerberum acrimoniam sufferat patienter, ut coram tondente se obmutescat: quis non eum uir tutis egregiæ & singularis meriti hominem admiretur, & cùm reuerentia præconizet tanquã reuera apostolicum uirum & expressum Christi imitatorem? Hæc autem licet sint ignaui, ex necessitate tamen faciunt cœnobitę. Nam in eo à studioso differunt, quòd illi ex dilectione exercent ea, ad quæ isti stimulo necessitatis urgentur, & sæpe inuiti. Sunt tamen & in habitu communi, quos seculares non audeo nominare, cùm nihil sit dicendum in talibus, nisi quòd seculo nequam amoris fœderantur affectu. Hæc ille.

1.Cor.15.

CLERICVS. Sic rimandi sunt perfectorum actus, qui uitam ex necessitate possint prædicare perfectam. Clericorum autem penè omnia officia sunt actuosa ad plebem, non de necessitate sic promouentia statim ad meritum, in ordine tamen officij supra perfectos religiosos longè constituti. Sicut in expositione huius ad Ephe. 4. Ipse dedit quosdam Apostolos prophetas, alios uerò euangelistas, quosdam uero pastores & doctores AMBROSIVS. Inter alios post episcopum plus esse intelligitur, qui propter reseratum occultum scripturarum sensum prophetare dicitur, quia futura spei uerba depromit, qui ordo potest esse presbyterij, nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus ordo est Hæc ille. RELIGIOSVS. Et est ne tam iniustus dominus, ut magno gradui cum tanto onere in summum usque repleto minus ipsi imputet meritum, cui tantum prouidit sub cura laborem? Vt quid Paulus laborauit plus alijs? ut quid Iob in tentatione luctatur? ut quid Petrus pro confessione filii Dei super omnes præficitur, si plus laborans minus merebitur, & ex eo ipso remissius præmium consequetur? Ego quidem hac conditione claustri gradus refugerem, quibus tantò maior sollicitudo coniungitur, quanto super fratres magis ascenditur. Sed & Chrysostomus olim monachus inter has uitas ita discernit lib. 6. dialogorum cum Basilio. cap. 7. CHRYSOST. Nunc† mihi si talem adducas monachum, qualis (ut secundùm exag gerationem dicam) Elias fuit, tamen quandiu solus est, si non perturbatur, neque grauiter peccat, quippe qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum pecca ta ferre compulsus, immobilis perseuerauerit, & fortis, qui sicut in tranquillitate, ita etiam & in tempestate gubernauit semetipsum. Et infra. Equidem non ista me tui humiliandi studio dicere, hinc quoque expendere potes si remiscaris crebrò me collocutum tecum fuisse. Quoniam si quis mihi proponat optionem ubi mallem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud quod prius dixi, nec cessabo laudas, & beatos pronuntians eos, qui officium ecclesiæ bene administrare potuissent. RELIGIOSVS. Coram illo loquor, qui corda scrutatur, cùm hæc aspera in uita pastorum inspicio, omnes delectationes eorum, si quas dicantur habere, non comparet in carne, sed transferuntur in spiritum, in tantùm vt me magis putem delicatè uiuere in pane, quàm clericum in pauone. Quid si innocentiorem vitam transigat monachus? Et hoc notans Chrysostomus quamdiu inquit, solus est qui nõ perturbetur: quippe qui nõ habet quibus exasperetur: non tamen illi comparandus est qui traditur populis, unde & opinioni suæ dimissus mallet placere pastor, q̃ monachus. Quòd si dicat quis Chrysostomum loqui cùm censura de his, qui egregiè officium ecclesiæ administrant: quid hoc obuiabit dictis nostris? Nam de officiis loquimur beneactis, non hic comparamus de culpis. Quanuis autem uirtutes laudemus in monacho, & uitia damnemus in clerico: nõ tamen inde monachus clerico statu præfertur. Qualiter definit libro de duabus animabus. capitulo octauo. AVGVSTINVS. Suggerit† eñ animo bene, sed animo subiiciẽdo primò nõ omne quod laudamus omni quod utuperamus esse anteponendum. Neque enim quia laudo plumbum purgatissimum, ob hoc illud uituperato auro purius

*Clericus

Chr.To.5. Prælaturæ meritũ.

Amg.To.6. Laudatum non semper præstare.

purius existimo: in suo enim genere quodque considerandum est. Improbo iurisconsultũ mul tas leges ignorantem, sed eum tamen probatissimo sutori sic præfero, ut ne comparandum quidem putem. Istum laudo, q̃ suæ artis peritissimus sit, illum autem, q̃ suam professionem minus impleat, iure reprehendo. Hæc ille. RELIGIOSVS. In hac linea incedamus, considerantes magis officij debitum, quàm uel hic, uel ibi de professione recessum: in suo genere unumquodque considerandum est, quod speciale nusquàm potest uariare delictum. Optimum ergo unius generis ad alterius optimum copulantes, facilè decernemus in reliquis. Sed† quis non attollat eum, qui tot populorum moribus conuersatus, hos audit secum iurgantes, quòd nõ sit affabilis eis, quòd durus in uerbis, q̃ alijs hilaris non sine nota, alijs rigidus sine culpa: nõ ægros uisitans, pauperes non pascens, cupidus auri, parcus uerbi diuini, frequens in conuiuio, rarus in studio: & ipse singulis factus tãquã mater quæ compatitur paruulo uerbera eius durè tractanti nulli inuidet, nulli præiudicat: sed si tepidus fuerat, si remissius in cura, cuncta reuocat ad examẽ, ut sine turbatione cuncta componat in melius? De quo lib. 5. dicti dialogi cap. 4. idem CHRYSOSTOMVS. Duorum pariter dicitur esse contemptor, inuidentiæ uidelicet, & luxoris: porrò quæ importuna sunt mala, quia necesse est eũ sugge stiones irrationabiles sustinere, non directè ueri debet, aut tremere, nec iterum sine consideratione despicere, sed etiam si falsæ sint, etiam si à personis uilibus excitantur, celeriter eas, si potuerit, tentet extinguere. Nihil† quippe ita uel malam opinionem uel bonam facit crescere, sicut uulgus incautum uel insuetum aliquid uel audire uel dicere, quicquid euenerit, loquitur sine respectu aliquo ueritatis. Hæc ille. RELIGIOSVS. Quis cuncta reuoluet, & labores & dolores, uigilias, & sollicitudines, & curas, quas præpositus sine respectu patitur in plebe? Etenim dicit ibi CHRYSOST. Eum qui cum hoc proposito docendi assumit officium quas curas, & quos pati arbitraris dolores? sicut enim mare nunquam immotum potest uideri, ita nec illius animus, uel sollicitudine uacuus, uel dolore. Hæc ille. RELIGIOSVS. Quis ista arbitretur contingere culpa pastoris, quæ tot sancti patres penè omnes diebus suis passim & ubique omnium locorum euenire quærunter? Et propter quæ beatus Paulus Thessalonicensium plebem monet dicens: Rogamus uos autem fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, pacem habete cum eis. 1. Thessalo. ulti. ubi tangit presbyteros minores in plebe quomodo suscipiantur à plebe eis subiecta. In libro annotationum ibi HIERO. Presbyteri qui laborant in uerbo, dupliciter honorandi sunt, id est, charitati, obsequio, & ordinis dignitate. Hæc ille. RELIGIOSVS. Turbaturum ergo plebem compescuit Paulus erga rectores monens propter opus eorum pacem habere cũ illis, & ut facilè obsequerẽtur eis de uictu, nouerit is, inquiens, eos qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, ut habeatis eos abundantius in charitate. AVCT. Ab his omnibus uacuum pectus gerit antra claustri fouens in abditis. CLERIC. Placerent ista, si firma forent, & solida, sed qui uirtutum alta discernunt, aliud sciunt esse uirtutis perfectionem, aliud probationem, uel gratiam: sicut aliud est aurum esse, aliud fulgere, uel probatum esse. Inter aspera uir probatus est fortis, non tumefactus. Et castitas est eò laudabilior, quò inter aduersa constantior. Facile suadetur, quòd castitas coniugalis est fortè tantò melior uirginali, quantò magis inter multas pressuras carnis, amicorum coniugum, propinquorum necessitudines mundi motus & petulantias carnis & spiritus irretita bellatur, à quibus omnibus uirginalis pudor absoluitur. Et eo melior prædicatur ab apostolo, & hic, & in futuro 1. Corinth. 7. De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Sequitur. Si nupserit uirgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco. Vbi litera Ambrosii ponit primò bonum positiuè, secundo superlatiuè optimum ponit. AMBROSIVS. Existimo† ergo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem, ait, quia optimum est homini sic esse. Bonum dixit esse, uirginem permanere. Et ut absolutius ostenderet propter præsentem necessitatem ait, quia optimum: inter bonum & optimum: nihil tam præclarum atque utile esse cognosceretur, quàm est uirginitas: quia non solùm apud Deum uirginitatem commendatiorem docet, sed apud uitam præsentem, dum necessitates temporis nescit, quas patitur coniugatio: & mœrores partus, simulque orbitates filiorum ignorat. Vt ergo ad hanc affectandam hortaretur, presentis necessitatis exitia lucrari docet has, quæ illam dilexerint, ut non solùm apud Deum locum hac meliorem habere discant, uerum etiam in omni industria hanc expectarent. Hæc ille. CLERICVS. Ecce bonum est propter necessitates pre sentes

Curatis obijcis soluta.

Chr.To.5.

1.Thess.5.

Hie.To.9.

Amb.To.5. Virginum bona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Ibi forsan aliquid deest

sentes virginem esse,& anxietatibus,quibus cõ A
iugatus implicatur,carere:nec tantum, *sed &
propter eas vitandas, & præmium consequendum pinguioris aureolæ non tantùm bonũ, sed optimum,id est,maioris perfectionis simpliciter apud Deum & homines.Sic enim apostolus parcere nobisipsis hortat,ne tribulationes sustineamus gratis,non ad incrementum coronæ: & Ambrosius non solum,inquit,apud Deum locũ meliorem,verum etiam in præsenti virgines in hoc se discunt habere,quàm coniuges. Continẽtia ergo non est perfectior,eo quòd uersatur inter plura pericula & molestias huius mundi,sed optimũ est eas fugere, sicut Paulus fugit, ut fugit Tecla Antiochiæ.Vnde & super illum locũ

Hier.To.9 HIERON. Bonum est & sollicitudinibus huius mundi carere,& virginitatis præmium expectare. Hæc ille. CLERICVS. Si non audiamur in continentiæ duplicitate, Paupertas
9 † simplex est quæ licet inter diuitias mente retenta possit esse mirabilis,perfectum tamen nõ reddit hominem,donec venditis omnibus relinquat vacuum possessorem,ne sine causa dixisset
Matt.19. Saluator.Si uis perfectus esse,uade,&uende omnia quæ habes,& sequere me.Abraham diues erat,& animo pauper propter Deum.Iob quoq; qui inter diuitias fuerat, sequens probauit rerũ penuriam.Mirabilis vtriusque inter mundi diuitias propter Deum,opum contemptus, sed præter utrunque inops Petrus perfectus, qui iussu Christi cuncta dimisit.Sic intelligo comparantem Augustinum de ipso Iob lib.de moribus ecclesiæ uersus finem. AVGVS. Neque illum *morabor virum,à quo in magnis cruciatibus corporis,& horribili tabe membrorum non modò sustinentur humana,sed etiam diuina disputãtur.

Aug.To.1 ca.23. *commemorabo.

In cuius singulis vocibus elucet, si quis æquo animo attendat,quanti pendenda sint ista, quæ cum uolunt homines per dominationem tenere, ab ipsis potiùs per cupiditatem tenentur,& rerum temporalium serui fiunt, cum imperitè domini esse desiderant.Amisit nanque ille omnes diuitias,& factus repente pauperrimus tam inconcussum animum tenuit,& infixum Deo, ut satis demonstret non illas sibi fuisse magnas,

*Sibi ait Deum. sed se illis*ante Deum.Quo animo si esse possent nostri temporis homines, non magnopere in nouo testamento ab ipsorum possessione prohiberemur vt perfecti esse possemus. Multò est enim mirabilius non inhærere illis quanuis possideas,quàm omnino ea non possidere. Hæc ille.CLERI. Attende quid dicat esse perfectius & mirabilius.Perfectius est omnia relinquere,q̃ aliqua possidere.Mirabilius est eis,aliqua possidere,sed nullo animo inhærere.Omnia relinque se secundum perfectionem euangelij possent

modo homines, si eis adhuc possessis mirabilius nõ hærerent.Primum agunt religiosi deuoti fugiendo seculum cum rixis suis & iurgijs implicamenta carnis & concupiscentiæ, remoti à turbis & fœminis.Secundò ducunt clerici immiscendo se cum singulis, inhærendo autem & inficiendo se nullis.Planè uita clericorum mirabilior,sed uita religiosorum perfectior.Illa fulgentior,ista securior.Castitas Ioseph magis effulsit quando luctabatur cum domina, nec tamen ante minus perfecta uirtus,nec post, quando sine luctа tutum se clausit in carcere. Placentior tamen erat & gratior castitas eius quando splendebat forinsecus, sed post uel ante pretii non minoris. Gratius inter multos hæreticos hostes fidei ecclesiastici arguentis & vincentis splendet sapientia quæ in arcta pectoris* celebratur,nec prædicabatur ante perfecta.Hoc ergo,data optione,eligibilius esse posset, in quo B gratior fieret aliquis,magisque placeret* quanto honorari pro uirtute:quàm habere virtutem simpliciter esset eligenti acceptius. Hoc autem dico, q̃ uirtus modica interdũ magis placet cũ fulget exterius. Prima magis erat grata Chrysosto.cùm adhuc iuuenis erat, & tam religiosæ quàm clericalis vitæ non satis expertus: secundam in altis votis habuit episcopus:prout in expositione sua super Ioann.Mora. 78. dicit ipse

* celabatur. * aliquanto.

10 CHRYSOS. Qui † sunt monachi (ait) & qui Chry.To.3 uertices montium assumpserunt,neque illi sine amicis sunt,sed eos quidem,qui in foro sunt, fugerunt tumultus.Multos autem habent vnanimes,& certissimè sibi inuicem colligatos.Nam ego vellem quidem,si esset possibile,conuersari vobiscum vicissim,quia viderem.Manent tamẽ quæ amicitiæ sunt immobilia, non enim locus facit amicos.Hæc ille.CLERI. Hæc ergo sancta religiosorum uita & conuersatio multum C optabatur à iam episcopo Chrysostomo & magno patre ecclesiæ tanquam sibi utilis,Deo grata,& angelis tantùm,si esset ita possibilis. Prima tamen clericorum in laudem Dei multùm proficit in huius vitæ hominibus.De cuiusmodi ministris Christi iusit apostolus. Et hi probentur primùm,& sic ministrent. Super quem locum primo de officiis cap.30.AMBRO. Aduertimus quanta in nobis requirantur, ut absti 1. Tim.3. Ambr.To.1 nens sit à uino minister domini, vt testimonio bono fulciatur,non solum fidelium,sed & ab iis qui foris sunt.Decet enim actuum,operumque nostrorum testem esse publicam existimationẽ, ne derogetur muneri.Et qui videt ministrũ altaris congruis ornatum virtutibus, auctorẽ prædicet, & dominum veneretur, qui tales seruos habet. Laus enim domini ubi munda possessio, & innocens familiæ disciplina. Hæc ille.

CLE-

CLERICVS. Propter honorem Dei publi- A
cum placet multùm officium clericale,& Deo, & populo, qui in honestate ministrorum alte plaudit in dominũ. Arduum quid inter tot turbarum flatus vel paruum cereum in extinctum perferre:& multò grauiùs apud homines inter tot turbines plebium, causas carnis & tumultus,innumeros iurgiorum per fasces patientiæ castitatis, humilitatis, doctrinæ inextinctum gerere clericatum:sed si hoc inter homines,q̃d erit inter dæmones,cõtra quorum tam fortem luctam sentiat se vim habere nullam? Denique
11 † religio cõtra dæmones bellum assumpsit acerrimum: prout epistola sua ad Demetriadem
Hier.To.1. virginem sanctam præmonebat HIERONYMVS. Si spiritus (inquit) potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum non dimittas,quia in procinctu, in acie stamus semper ad pugnam,Vult nos loco mouere hostis, B
Psal.39. & de gradu extrudere, sed solidandæ uestigia sunt & dicendum: Statuit supra petram pedes
Iob.38. meos.Et multum infrà. In Iob scriptum est de dracone:Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius super vmbilicum ventris. Aduersum
Exo.3. Ose.7. iuuenes & puellas ætatis ardore abutitur, & in flammat rotam necessitatis nostræ:& impleuit illud Osee.Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Sic sunt corda eorum, quæ Dei misericordiam & iciuniorum frigore non restringuntur:Hæc sunt ignita diaboli iacula,quæ simul vulnerant,& inflammant, & à
Dan.1.113 rege Babylonis tribus pueris præparantur, qui succendit fornacem.49.cubitorum habens, & ipse.7 hebdomadas ad perditionem, quas dominus obseruari iusserat ad salutem. Hæc ille.
CLERICVS. Nec ad causam carnalis concupiscentiæ tantùm spargit horrenda tela Leuia- C
than inter sanctos,sed vt tu credas expertis,lege sanctum Antonium,Macharios, item Paulos,Moysen,Cassiani insuper collationes, quas desperationes,quas elationes mentis,quos terrores immittit,sensuum illusiones, & cordis intimi scelera impronisa.Vt autem ad Hieronymum reuertamur,ipse ex persona religiosi dicit: Nos in procinctu & in acie stamus. Cur hoc?quia non stamus cùm populo. Qui vltra populi perfectionem præcurrit, primorum iectuum violentias tolerat fortiores. Concordat Hieronymus ad sensum verbi præter hoc, q̃ in acie prælatos ponit vnà cùm populo:ante aciẽ autem religiosos viros, libro. regisiri epistola.
Gre.To.2. 40.ad Secundianum inclusum GREGORIVS. Nec dubito maiores te hostis callidi insidias p
Ferueneti. peti, qui maiora contra cum bella præparadentiùs exquirit,quanto te cælesti patriæ fruc

tiùs inhiare cognoscit.Nos.n.qui vitam cũ pluribus ducimus, & si formidolosi, ac timidi, tamen quia antiquum contra hostem bellum apposuimus, quasi in acie stamus:vos autem qui solitariam uitam ducitis,quid aliud,quàm monachos dixerim qui feruore uirtutis etiam ante aciem exire festinatis? Cur ergo cum non singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter expectat? Et nos quidem, qui inter homines uiuimus, sæpe per homines à callido hoste impetimur.Vos autem,qui uiam uitæ præsentis extra hominum præsentiam ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quantò ad uos ipse tentationum magister audentiùs accedit. Hæc ille. CLERICVS.Nos ergo, qui clerici sumus,nõ nobis blandiamur de meritis pp importunas uexationes hominum, & curas regiminis:secundo gradu nos religiosi sequentes in conflictu quamdiu cùm hominibus uiuimus:sicut dixit Grego. de nostris. Nos qui uitam cum pluribus ducimus, quasi in acie stamus,Et ité Hom.23.super Ezech.GREG. Quia Gre.To.2 .n.quandiu in hac uita uiuimus cõtra malignos spiritus quid aliud q̃ in acie stamus? Hæc ille. AVCTOR.Sed eos,quos monachos dixerim, ante aciẽ exire festinatis,& item tantò uos maiora pati necesse erit,quantò ad uos ipse magister tentationũ audentiùs accedit. Nos per homines à callido hoste impetimur, uos item per nũtios eius iugiter & sine nuntio (q̃d uix est tolerabile)p seipsum. Non a seipso hoc ait pater Gregorius, sed magis corde recogitãs quid Apostolus inter has duas conflictationes decreuerit ad Eph.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus,& potestates, rectores tenebrarũ harum. Non esse colluctationem carnis & sanguinis dixit, non quia non sit, sed quia non sit principalis contra nos, sed admodum exiguain comparatione sequentis, quæ est aduersus principatus, & rectores tenebrarum, & hominum tenebris obtectorum. Vnde sermone.8. de uerbis domini AVGVSTINVS. Non Aug.To.x est uobis colluctatio aduersus carnem & san- Eph 5. guinem.i.aduersus homines, quos uidetis sequi Io.15. re in uos.Vasa sunt, utitur alius: organa sunt alius tangit. Immisit diabolus in cor Iudę ut traderet dominum.Et infrà: Dilectoribus suis &infidelibus plenus est mundus,Hos appellat Apostolus tenebras, harum rectores diabolos & angelos eius.Hæc ille.CLERICVS.In annotationibus super hunc locum ANSELMVS. Non contra homines, qui uisibiles,& Anselmus fragiles sunt, uel contra illa uitia tantùm,quæ sunt de carne & sanguine, sed aduersus dæmones,qui principãtur aliis,& super hos possunt, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui mundanos regunt, vt rectores mundi tenebrarum harum tàm malarum. i. quos præcipitant in tenebrosa opera. Hæc ille. CLERIC. Hic conflictus, hoc prælium; hæc est uiolentia belli qui de duris queritur ad religionem accedat: non de hominibus multum dicat, quos uidet, sed de rectoribus eorum, quos non uidet. Has luctas & uirtutum labores non distulit laudare in expositione super Matth. opere perfecto. Homi. 8. dictus pater CHRYSOSTOM.

Chry. To. 2.

Hæc bella non in ciuitatibus solùm sunt, sed in eremis magis, quàm in ciuitatibus est videre vbique regionis illius quendam exercitum, & regalem gregem, & superiorum uirtum vrbanitatem, & hæc non in viris solùm, sed & in mulieribus notanter esse effecta inueniet aliquis. Et enim non minus viris præliantur, non scutum assumentes & ascendentes equum quemadmodum honesti Græcorum legislatores & philosophi iubent, sed aliud multò difficilius suscipiētes prælium: commune enim eis & viris est bellum ad diabolum, & potestates tenebrarū: & nūquam naturæ mollities impedimentum fit talibus conflictationibus. Non enim corporum natura, sed animæ dilectione hæ colluctationes geruntur: propterea & mulieres viris magis certauere multotiens, & præclara trophea statuerūt. Non ita est fulgidum cœlum vario stellarum choro, ut eremus, ægypti tabernacula vndique nobis monachorum demonstrans est. Sequitur, De cœlo, & de his qui pro cœlo sūt, philosophātur rebus, & derident paternales consuetudines, & progenitores miseros existimant, & philosophorum nullam habent curam. Didicerunt enim ex rebus istis, quòd quæ illarum sunt, uetularum ebriarum sunt inuentiones: harum vera autem philosophia & cælis digna ipsa est, quę per piscatores ipsis est annuntiata. Propterea & post multam diligentiam dogmatum & multū vitæ propriæ demonstrant studium. Existentia enim omni exuti & mundo omni crucifixi, & rursus ultrà procedunt corporis operatione, & ad indigentiam cibo utentes. Neque enim quā do ieiunant & uigilant uacare post diem dignū existimant, sed noctes quoque sacris hymnis & uigilijs, dies autem in orationibus & manuum operationibus consumunt, apostolicum imitātes zelum. Si enim ille orbe terrarum ad ipsum respiciente ut indigentes cibaret, & *ergasterium assumpsit, & artem adeptus est, & neque noctibus hoc faciens, dormiebat: multò magis nos, qui eremum assumpsimus, & nihil commune ad tumultus ciuitatum qui in eremis non sunt, habemus, in operatione spirituali immorari iustū est. Hæc ille CLERICVS. Nemo ergo putet istos sanctos & eorū colluctationes cum diabolico principatu & omni seculo uenisse in obliuionem eorum Chrysostomo, nec pugnas spiritualium clericorum in medijs plebibus cum carne & sanguine istis appositio comparare. Fidelis item laborum librator & rerum, hinc religiosorum actus & suadores priuatos, hinc clericorum officia publica bene perpendens, simul distinguens eorum laudes, & contra superstitiones Manichæorum eos adducens in lib. de moribus ecclesiæ uersus finem primò narratione sua de religiosis cōplens, & ad clericos transiens sic scribit AVGVST. Hos mores, hanc uitam, hunc ordinem, hoc institutum si laudare uelim, neque dignè ualeo, & uereor ne iudicare uidear per seipsum tantummodo expositū placere non posse, si super narratoris simplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero. Hæc Manichæi reprehendite si potestis. Nolite cęcis hominibus & discernere inualidis ostentare uestra zizania. Neque tamen ita se se angustè habēt ecclesiæ catholicæ mores optimi, ut eorum tantum uitas quos commemorauerit arbitrer esse laudandas. Quàm enim multos episcopos optimos uiros, sanctissimosque cognoui, quàm multos diaconos, & huiuscemodi ministros presbyteros diuinorum sacramentorum, quorum uirtus eo mihi mirabilior & maiore prædicatione dignior uidetur, quòd difficilius est eam in multiplici hominum genere, & in ipsa uita turbulentiore seruare: non enim sanatis magis quàm sanandis hominibus præsunt. Percutienda sunt uitia multitudinis ut curentur, & prius toleranda quæ sedanda est pestilentia. Difficillimum est hic tenere optimum uitæ modum & animum pacatum atque tranquillum: quippe ut breui explicem, hi agunt ubi uiuere discitur, illi ubi uiuitur. Hæc ille. CLERICVS. In quo narrationis ordine religiosos ueros tanto laudum extollit præconio, ut si laudare uelit, haud dignè ualeat, & uereatur iudicare eorum cultum simpliciter expositum non posse perse sufficere, nisi ipse cothurnum laudatoris apponeret. Tandem tot sanctissimos infert episcopos, sacerdotes, diaconos, & ministros, quorum uirtutem eo mirabiliorem prædicat, quò in tanta uarietate hominum inter quos nunc uiuunt, ad obseruādum fuerit districtior. Firmiter prædicat primos in fastigio sanctitatis & ultra ualentiam suæ laudis, posteriores sanctos prædicandos ostendit, & uita mirabiles quos dixit ibi agere, ubi uiuere discitur: illos priores ubi uiuitur, quia hi agunt ubi sanandis magis hominibus quàm sanatis præsunt illi priores. Vbi Manichæi tales mores, talem uitam, talem ordinem, tale institutum inueniunt quòd reprehendere nihil possunt. Nihil

**Opificem professus est.*

Aug. To. 1.

hic

hic comparationis secundorum super primos innuitur, tantum hos esse vita mirabiles inter mundi delicias, sicut erat Iob inter diuitias nō tamen perfectus cum Christo & Apostolis. Hos autem tota perfectos vita & eminenti sānctitate præclaros. Sic item Chrysostomus vbi de uita sanctorum religiosorum & clericorum mentionem facit. Nihil autem de officiis. Sanctos sanctis comparat, hos illis conferens secūdum hanc vel illam uirtutem, hos illi æquiparans. Vnde in expositione super primam epistolam ad Timotheum. Mora. 14. CHRYSOSTOM.

Chr. To. 4

12 Laici quidem & die dormiunt, illi, uerò. s. monachi & noctè vigilant, & verè filii lucis sunt. Demum illi tempus consumentes à somno, pcedunt grauati, hi verò adhuc vigilant ieiuni permanentes hymnis attendentes. Vesperi rursus assurgente, hi quidem balneis & remissioni studentibus: illi autem laboribus potientes seipsos tunc mensæ tradunt, non famulorum multitudinem exigentes, neque circuncurrentes domū neq; tumultuantes, neq; pulmenta pretiosa apponentes, sed hi solum panem & sal: hi uerò holera apponentes, hi quoq; qui imbecilliores sūt & leguminibus potiuntur. Deinde parum sedētes, magis autem hymnis totum concludentes quiescunt vnusquisq; in secreto & strato ex ramis solum ad requiem facto, non ad lasciuiam. Non est timor principum illic, non sunt domi natorum minæ, non est seruorum, non est mulierum tumultus, non est filiorum turbatio, nō secularium multitudo: non est vestimentorum depositio superflua, non aurum neq; argentū, non sunt custodiæ neq; præcustodiæ: non sunt promptuaria, non aliud quid tale: sed omnia ratione plena sunt, omnia hymnis, omnia bona adornatione spirituali. Nihil illic carnale: latronum incursus non formidant: non enim habēt quo damnificentur, pecuniæ non sunt, corpus est & anima: si hæc auferant, non damnificantur, sed iuuantur. Mihi autem ait Apostolus viuere Christus, & mori lucrum est. de morte eorum, sequitur. Hi non moriuntur: eos qui abierunt præmittunt hymnis: præmissionem hoc tale vocant, non ablationem, & si annuntietur quoniam ille defunctus est, multa lætitia, multa delectatio: nec audet quis dicere quoniam ille defunctus est, sed ille profectus est, vel ille dormiuit. Demum gratiarum actio, gloria multa, lætitiaque est unoquoque orante finem talem suscipere, agonem hunc exire, requiescere à laboribus, & uidere Christum. Et si infirmauerit quis, non lachrymæ, non luctus, sed orationes. Rursus non medicorum manus, sed fides sola multotiens eripuit infirmum. Si medico opus fuerit, multa & hic philosophia, multa patientia. Tādē concludit infrà. Sed num & in ecclesiis est tales inuenire? Nū quia illorum vitam enarrauimus eos, qui in ecclesijs sunt, contemnimus? Multi multotiens & in mediis ecclesiis sunt. Non enim quia domos circuneunt, non quia autem in forum immittunt, non autem quia præsistunt, contemnimus eos, sed Deus iniunxit; Iudicate ait orphano, & iustificate viduam. Multæ virtutes hominum, & quemadmodum margaritarum multa differentia, & nimirum omnes margaritæ dicūtur, sed hæc quidem est clara & rotunda undiq; alia verò hanc quidem habet pulchritudinem, alia uerò aliam. Quidam autem habent uelut à quadam arte corallum, longam habent lineā, & angulos tornatos, & albo colore alium iocūdiorem. Prasum autem rursus, id est, viride, omni viriditate iocundiùs. Alia uerò sanguinis floriditatem excedit bono flore, alia verò magis azura: alia uerò purpura luculentior, alia multos flores, sed & solis calores inueniet quis utique & tale quid, & hi sancti quidē seipsos exercitant, hi uerò & totas ecclesias. Hæc ille.

Pſal. 81.

Lu. 5

Pſal. 15.

Lu. 14.

Pſal. 44.

Coloſ. 3.

Phil. 1.

RELIGIOSVS. Hoc ultimum est, quod tantum me stimulat. Sancti monachi seipsos exercitant, sancti uerò clerici plenas ecclesias. Regiones albæ sunt ad messem, & clerici demetunt eas. Non est discipulus supra magistrum. Et Dionysius describit presbyteros, qui ad ianuas doceant monachos non nudam plebeculam: clerici ergo monachis magisterio eminent & per conuersam antipodum formam discipulos monachos statuis eminere magistris. Hieronymus ipse sacerdos & monachus dicit, q monachus non doctoris habet sed plangentis officium, qui uel se, vel mundum lugeat, & domini pauidus præstoletur aduentum. CLERICVS. Siste paulisper gradū: & quamquam in nostra totos uibras intuitus, tamen oculi tui uideant æquitates. Video q ad conuiuium ueniens charitatis, longè citra meritum, & in nouissimo loco elegisti recubitum. Nec deerit in ecclesia clericorum, qui humilitatis tuæ uices expendat, & dicat. Amice ascende superius ut sit tibi gloria coram simul discumbentibus. Humiliauit te ualde uerbum Chrysostomi, q religiosi se solos exercitant: clerici totas ecclesias. Hoc publicum est. Monachi sibi uiuunt, clerici pleno mundo, sed hoc intellige quantum ad id quod foris patet: uerum omnis gloria filiæ regis abintus: & sicut dicit apostolus ad Colossenses fideles, mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm autem apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cùm ipso in gloria. Et quamquam uiuitis in secreto: ita & cor hominis quod tamen est principium

uitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitæ toti suppositō:ita & vos in latebris corporis Christi viuitis omni mundo. Vnde lib. 7. de reconciliatione. GREGORIVS NAZIANZENVS. Desiderabam enim intentis & pendentibus oculis, requirebam videre cupiens sanctum illum psallentium chorum gloriam offerentium Deo in ecclesiæ cupiens aspicere illos, qui in lege domini meditantur die ac docte: & exultationes Dei sunt in gutture eorum, qui ad exemplum & communionem melioris vitæ cæteris omnibus viuunt, legis Dei atque euange
13 lij Christi taciti prædicatores: in † quibus quoque ipse habitus præfert virtutum insignia: hirsutum caput, in comptis & horrentibus comis, & quantum sufficit attonsis: pedes nudi, & apostolicis similes, indumenti uilitas arrogantiam seculi superbiamque contemnens: zona ipsa sui neglectu pretiosior parum quid cohibēs uestimenti quantum euagari non sinat, non ultima saltem membra denudet. Incessus ordinatus, Oculus non oberrans, nunquam ridentes, sed placidè subridentes, & magis ut intemperātiam risus cohibeant, & comprimant subridendo. Sermo cum ratione prolatus, aut silentium uerbo pretiosius. Laudando non nimij, & quantum adhortationi sufficiat magis, quàm adulationi. Increpatio collaudatione gratiosior. Tristitiæ mensura iustissima, uel certè commodissimum ex utroque temperamentum, lenitas cū austeritate, libertas cum uerecundia: ita ut alterum non impediatur ex altero, sed alterum ornetur ex altero. Misceri turbis, & secedere ad secretum, utrunque agere cum mensura: ut in altero cæteris consulant, qui ex eorum uisione ꝓficiunt: in altero per spiritum sanctum illuminentur, & illo hominibus: hoc Deo iungantur. Hæc ille. CLERICVS. Attendite diligentiam sancti patris, & magnam sollicitudinē in descriptione sanctorum istorum in moribus & sacris
C obseruantijs: inter quas asserit, quòd ad exemplum & communionem melioris vitæ cæteris omnibus viuunt, & ad finem hoc declarat, dicēs, eos, misceri turbis, & secedere ad secretum: primum facientes, vt cæteris consulant, qui ex eorum visiones proficiunt, non tantum laicis, sed & clericis: sic enim prædixit, quòd cæteris omnibus viuunt, Secundum agunt, secedendo ad secretum, vt illuminationes diuinas aptè percipiant. Nempe & quantum ibi mundo proficiunt, morali. 7ū. super Ioannem non tacet ipse CHRYSOSTOMVS. Et ipsi, inquit, rursus ꝓ vniuerso orant orbe terrarum, quod maximum dilectionis est argumentum. Hæc ille. CLERICVS. Quòd dicis clericos monachis prædicare, & eos verbi Dei præferri magisterio: vnum attē de, quòd non omnis in officio uerbi eo præfertur auditori suo secundum perfectionem status aut vitæ. Nempe docuit apostolus Timotheū, ꝙ si qua vidua aut filios aut nepotes habeat, discat primū domū suam regere: in qua item filij & filiæ uirgines regendi & docendi intelligendi sunt. Nec ideo potest virginibus vidua mater statu Præferri. Et perfectione presbyter præsent: episcopo prædicat verbum Dei. Vnde epistola ad Nepotianum presbyterum de vita clericorum HIERONYMVS. Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alij, inquit Paulus, fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes consolentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est Deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat
B episcopus iudicio suo, cùm tales Christus elegerit sacerdotes. Hæc ille. CLERICVS. Presbyter ecce docet præsente episcopo: imò officio Christi fretus docet episcopū. Sic habuit textus Pauli in dicto Hieronymi. Potestis per singulos prophetare vt discant omnes & consolentur. Nemo tamen ex hoc præferet magisterio sacerdotem episcopo. Et quotiens uidemus episcopum suis coepiscopis prædicantem? nec tamen præsumit ex hoc eis eminere perfectione vel professione vitæ maioris. Velut libro suo de obseruantijs episcoporū AMBROSIVS. Episcopus sacerdotibus, antistes pontificibus audacter prædicare salutis omnia non retardabo. Nec in prærogatiuam mihimet scientiæ si hoc meis consacerdotibus charitatis in tuitu prorogem vendicabo, aut vitæ perfectæ me esse fatebor cùm de vita perfecta alios moneo, sed potius cum hoc ad illos loqui audebo, simul cum
C illis quæ loquar audiā. Hæc ille. CLERICVS. Ne ergo putes aliud facere sacerdotem cum religiosos doceat nisi quod ad officium spectat, nec se præponens eis quos docet uel adæquans. Religiosus autem officio uerbi fungens, multos docet simul presbyteros atque plebes, quorum nulli supereſt, aut præest in ratione magistri. RELIGIOSVS. Non quia docent tātum, sed quia præsunt ut patres officio uerbi, atque curæ. Sic enim dignabatur eos patres appellare Hieronymus. Clerici (inquiens) monachorum patres sunt, & non tantùm patres, sed iudices. In epistola ad Heliodorum HIERONYMVS. Alia monastica, est alia clericorum. Clerici oues pascunt, ego pastor. Illi de altario viuunt, mihi quasi infructuosæ arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Non possum obtendere paupertatem, cùm in euangelio

Gregor. Nazianzenus.

Psal. 1. 148.

Habitus religiosorum quorundā.

Sermo.

Chry. To. 1.

1. Tim. 5.

Hier. To. 1

1. Cor. 14.

Pro. 15.

Ambro. Nunquam indistincte bruma.

Luc. 21.

anum uiduam duo, quæ sola illi superabant, eramittentem laudet dominus. Mihi ante presbyterum sedere non libet. Illi si peccauero licet me tradere Satanæ in interitum carnis. ut spiri
2. Cor. 5. tus saluus sit in die domini Iesu. Hæc ille. RELIGIOSVS. Illi ergo reuerenter assurgo, an quem sedere non licet. Illi cum omni tremore defero, cui licet me, si peccauero, tradere Satanæ. CLERICVS. Et meritò tanquam gradu dignitatis & officio excellenti si iam non de officio tractandum esset, sed de uitæ merito, quæ supra longè distinximus. Et ꝙ præsunt clerici, ad officium videtur spectare, non ad ordinem. Officium, inquam, cuius ipsi sunt mēbra, pater episcopus plenum corpus. Vnde ut in po
1. Tim. 3. liticis dici solet, œconomia (quæ regimen domus est) ad domum suam facit respicere. Domus ecclesia Dei est, vir eius episcopus. unde & Paulus. 1. Timoth. 3. admonens cum & episcopalis officii, ut scias (inquit) quomodo oportet te in domo Dei conuersari, quæ est eccle- B sia Dei uiui, columna & firmamentum ueritatis: hæc ecclesia inquantum sponsa est episcopi Vnde in epistola ad Oceanum de uniux uxoris
Hier. To. 2 Incipit ūque filii eccae uiro. HIERO. Quidam coactè interpretantur uxores pro ecclesiis, uirosq; pro episcopis debere accipi, & hoc in nicæna quoque synodo à patribus esse decretum legimus, ne de alia ad aliam ecclesiam episcopus transferatur, ne uirginis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus, ut quomodo culpa & uitium in logismis. i. in cogitationibus accipitur domusque pensatio ad animum referatur & corpus, ita & uxores pontificum dici ec
Esa. 27. clesias, de quibus in Esaia scriptum est: Mulieres properantes de spectaculo uenite. Non. n. est populus habens intelligentiam. Hæc ille. C CLERICVS. Solus ergo episcopus uir est ecclesiæ, & ecclesia uxor eius. Cæteri qui si sint mei similes seruientes plebibus ipsi tanquam filii censendi sunt episcopi, & ei obsequentes, quemadmodum filii Aaron patri suo magno
Hier. To. 2 pontifici. Vnde in epistola ad Euagrium, quid presbyter & Diaconus differant. HIERON. Vt sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamēto, quod Aaron, & filii eius cæteri quia leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi episcopi, & presbyteri, & diaconi in ecclesia uendicent. Hæc ille. CLERI. Si hoc episcopus quod Aaron: si quod filii eius hoc presbyteri: & hoc diaconi quod leuitæ: omne nostrum ministe
*hostias. Leu. 1. rium unum est, cum actu patris episcopi, lege leuiticum & historias, *offerebat pontifex, presbyteri detraxerunt pelles, & leuitæ ligna cæde bant, & uasa mundabant. Non ergo duo ministeria, sed unum episcopi & minoris presbyteri-

A Vnde epistola ad Nepotianum de uita clericorum. HIERO. Quod Aaron & filios eius, hoc Hier. To. 1
esse episcopum & presbyteros nouerimus: unus dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium. Hæc ille. CLERI. Non ergo duo, sed unum ministerium plenum à principio, sicut una domus ex uiro constat & familia. Aristoteles ipse dicit ministros domus organa animata, quæ cuncta agunt solius domini potestate. Quia si pecten posset pectinare de se, aut plectra citharizare per se, necesse eis nō adesset architectus: idcirco organa dicuntur, quæ omnia operantur cum toto. Sunt enim membra in toto & organa capitis ecclesiæ, ꝙ est episcopus. Vnde li. 2. de officiis uersus finem. AMBRO. Epūs ut membris suis utatur, clericis & Amb. To. 1
maximè ministris qui sunt uerè filii. Quem cuique uiderit aptum muneri ei deputet. Hęc ille. CLERI. Bene dicit, quem cuiq; uiderit aptū muneri. i. ecclesiastico officio deputet, ne auri uidendi donet officium, & discorditer imperet ministeria facultatibus seruientium. Sint ergo clerici in capite pontificis hi oculi ad uidendū, hi aures ad auscultandum: sint nares ad probandum famam fidelium à remotis, sint labia ad experimendum legem dei de scripturis. Omnia membra sint ad honorem publicum in facie pōsilis, ut cum oculos apertos habeat, his uideat, auribus audiat, labiis uerba tractet. Sunt nihilominus & alia membra in corpore præsulis, quę cum infirmiora uidentur, non minus tamē corpori ecclesiæ necessaria esse creduntur. s. membra inter uitalia, cor, iecur, stomachus, intestina
*quærenda horrerent aspecta, ornatibus aptis abundātius honorantur, prout apostolus hanc *quæ red derēt horduplicem membrorum speciem distinguit. 1. rorem.
C Corinth. 12. Multò magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, his abundantiorem honorem circūdamus. Et subdit causam differentiæ. Honesta autem nostra nullius egent: ipsa honesta mēbra sunt, quæ publicis semper incumbunt officiis, ut clerici. Isti intus latentes, quæ uidentur infirmiora membra esse quamuis actu fortia sunt pannosi, & cultu uestis horridi religiosi uiri, qui utique non minus necessarii sunt, sed loco cordis aut hepatis principium uitæ spiritualis toti corpori administrant: & si non honorentur uestibus suis, æqualent. Vnde in expositione iam dicti textus apostoli AMBROSIVS. Quidam fratrum licet sint egestate & habitu inhonesti, non tamē sunt sine gratia: propterea ꝙ membra sunt corporis nostri. Nam solent succincti, pede nudo uesticula tetrica incedere. Quòd q̄ ergo uideantur contemptibiles, magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis honori sunt: quia solent vitam habere mundiorem. Quòd enim hominibus uidetur despectum, solet à Deo pulchrum iudicari. Honesta autem nostra nullius egent. Sequitur. Apertum est caput, non eget neque facies, neque manus vt his addatur, per quod decorentur. Hæc ille. CLERI. Omnia ergo hæc membra sunt pontificis, tantum refert quòd interiora ista sunt sibi & corpori spiritualis vitæ principium, non tamen nisi in corpore: & vt episcopi partes cæteræ partes plus honestæ non præstant vitam, sed sumunt tantùm, eo quòd sunt membra per quæ cuncta foris disponat antistes: hac ratione nihil fallor, corpus ecclesiæ suæ Vercellis, ex vtrisque complexus est antiquus pater Eusebius, vt recitat epistola ad Vercellenses sanctus AMBRO. Itaque Eusebius sanctus prior leuauit vexillum cõfessionis, ita beatus Dionysius in exilij locis propiore martyribus titulo uitã exhalauit. Hęc igitur patientia in sancto Eusebio monasterij coaluit vsu, & durioris obseruationis consuetudine hausit laborum tolerantiam. Nanque hæc duo attentiori Christianorum deuotione præstantiora esse quis ambigat, clericorum officia & monachorum instituta. Ista ad comitatem & moralitatem disciplina, illa ad abstinentiam assuefacta atque patientiam, hæc velut in quodã theatro, illa in secreto. Spectatur ista, illa abscõditur: ideo bonus athleta ait. Spectaculum facti sumus huic mundo. Dignus sanè qui spectaretur ab angelis, cùm luctaretur vt ad brauiũ Christi peruenire: cum certaret vt in terris uitam angelorum * referret. Colluctabatur enim nequitijs spiritualibus. Meritò mundus spectabat eum ut mundus imitaretur. Hęc ergo vita in stadio, illa in spelunca: hæc aduersus confusionem seculi, illa aduersus carnis appetentiam: hæc subijciens, illa refugiés corporis voluptates. Hęc gratior, illa tutior: hęc semetipsam regens, illa semetipsam coercens: vtraq; tamẽ se abnegans vt fiat Christi, quia perfectis dictum est. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sequitur ergo Christum, qui potest dicere, Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Hæc ille. CLERICVS. Exopposito quasi lateraliter sanctus pater Ambrosius segregat ista duo, monasterium, & clericatum, proprietates vtriusque discernẽs, dicens clericum agere uitã suam in theatro vbi spectatur, subijciens voluptates, & ideo semetipsum regens: E regione uerò monachum, vitam agere in secreto, in spelũca vbi abscõditur, fugiés voluptates: & exhoc tutior factus & semetipsũ coercens. Neutrum alteri supponit, vt fil ũ, nec præponit vt patrem, sed vult in hac re conuenire, vt fatres, q; vterq; se abneget, ut fiat Christi, & sic vice Christi in vnum corpus conueniret vt membra vnius episcopi. Vnde in epistola ad Nepotianum HIERONYMVS. Scit episcopus cui commissa est ecclesia, quid dispensatio pauperum curaque proficiat. Sequitur, sed & genus arrogantiæ est clementiorem te uelle videri quàm pontifex Christi est. Non omnia possumus omnes. Alius oculus in ecclesia est, alius lingua, alius manus, alius pes, alius venter. Ad Corinth. lege Paulum, vbi diuersa membra vnũ corpus efficiunt. Hæc ille. CLERICVS. Hoc semper fateor esse verum, non esse ecclesiam digamam, aut trigamam: soli episcopo commissa est ecclesia: ipse pater solus, ipse summus dispensator, ipse & villicus. Nihil plus arrogo quàm mihi traditum sit, siue subdispensatio uel plebis cura, siue oculus, siue lingua, siue cor, corpus ipsum non sum: ideo monachi pater nõ sum, quia duo sumus vnius patris episcopi, sicut cor & oculus duo membra sunt in corpore viri: nec tamen cor genuit oculum, nec oculus cordis est pater. Vnde & ibi paulò ante scripsit AMBRO. Si in alijs ecclesijs tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura experitur in Vercellensi ecclesia, vbi duo patiter exigi videntur ab episcopo, monasterij continentia, & disciplina ecclesiæ, hæc enim primus in occidentis partibus diuersa inter se sanctus Eusebius sanctæ memoriæ coniunxit, vt in charitate positus, instituta monachorum teneret, & ecclesiam regere ieinij sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studiũ abstinentiæ & nonn. in integritatis iuuentutem astringent: & versantes intra urbem abducat ab usu urbis, & conuersatione. Hæc ille. CLERI. Ecce hęc duo exiguntur ab episcopo in una ecclesia, monasterij continentia, & clericalis obseruantia, duo diuersa (inquit) inter se. Vbi igitur legit hæreticus unum alterius genitorem? nisi forsan in sacramentorum administratione, quam Paulus seorsum à patre deputat pædagogo. Legat uitas patrum Hieronymi. Legat collationes & opera Cassiani, Athanasium legat, & quoslibet: semper monachi patrem habebant suum, quem hebræo nomine abbam uocabant, etiam ad tempora Pauli apostoli ascendendo, vt in epistola Dionysij ad Demophilum monachum patet. Sacerdotem quidem loci habebant, qui sacramento tradendo illuminaret, ministrũ aut diaconum qui purgaret solum episcopum perficeret secundum Dionysium. Vnde & hæreticus improuisè hæc tria assignauit presbytero, qui sunt tres actus hierarchici appropriatè singulis distributi. Nosse tamen potes, quòd per curam alendi Dei famulos tenentur monachis patrissare presbyteri: saltem maiores uice apostoli. de quo

Deo famulos tenentur monachis patrissare presbyteri: saltem maiores uice apostoli. de quo li. de opere monachorum ca. 16. AVGVS. Sicut non cessauit apostolus, imò spũs dei possidens, & implens, & agens cor eius exhortari fideles, qui haberent huius mundi substantiam, ut nihil deesset necessitatibus seruorum dei, qui excellentiorem statum in ecclesia dei tenere uoluerunt, ut spei secularis uincula cuncta præciderent, & animum liberum diuinæ militiæ dedicarent: sic debent & ipsi præceptis eius obedire, ut compatiãtur infirmis. Hæc ille. CLERIC. In hic omnibus dispensandis sacerdos aut minister organũ est epi: quo tanquam per os spũalia nutriantur, ideo ipsi tanquam toti honor omnis & uitæ & meritum reputandum, cuius est per se ministerium participatiuè, & in ratione suggerẽtis pauperum necessitates uel plebi, uel pręsuli. Vnde li. 2. de offi. ca. 7. AMBRO. De † eo loquor qui præest alicui numero, vt si officium sacerdotis gerat aut dispensatoris, ut de his suggerat epo: nec reprimat si quem positum in aliqua necessitate cognouerit, aut deiectum opibus ad inopiæ necessitatem redactum: maximè si non effusione adolescentiæ, sed direptione alicuius, & amissione patrimonii in eam recederit iniuriã, ut sumptum exercere diurnum non queat. Hæc ille. RELIGIOS. Spectabilis clericorum ordo qualiter non præcedit merito uitę & conuersatione sublimi religiosorum agmen degens in claustris, nondum accipio, nec dispono accipere. In omni ecclesia Dei, dispensationem & curam meritum uitæ consequitur, aut qualiter eminentiæ gradus ecclesiastici & honoris non correspondet ex vi status eminens perfectionis gradus, ita ut quemcunque statum excedit in gradu & honore, eum etiam vi eiusdem status excedat in perfectione? CLERIC. Respondeo, quòd non ita: quia tunc Symeon illi summi meriti sacerdos sicut præfuit Christo honore ordinis & pontificis functione, præfuisset ita perfectione: & Ioannes baptista cui officii functione subfuit Christus, dicente ipso: Sine modo, sic decet nos implere omnem iustitiam. Et Ioannes apostolus præsul uirginis & custos pfuit honore custodis & statu præsulis, item uirgini: illa tamen eminebat perfectione uitæ & statu matris Dei. Vnde cum plena perfectio sui status insuit istis præsulibus, perfectior tamen status simpliciter eis erat subiectus: sic dato curato perfectissimo secundùm exigentiam status, habebit semper perfectiorem religiosum sibi honore & cura subiectum, perfectione præstantem: sed & si brauium sit minus est eius meritum qui adhuc currit, quã qui currit & tenet: sacerdos iam tenet, quomodo monasticus ordo sic institutus est reformari quantum congruit uitæ sacerdotali. Et in epistola ad Rusticum monachum. HIERON. Sancti sunt clerici, & omni vita laudabiles. Ita ergo age & uiue in monasterio, vt clericus esse merearis. Hæc ille. RELIG. Si ergo mereri oportet monachum vt clericus fiat, quomodo non sanctius est clericum esse quàm monachum? CLERIC. Quasi diceret: omnis clericus hoc esse promeruit, nec audiuit unquam dicentem Giraldum. Ambiant alii, cupiant, & currant, & curis adhærendo cathedras scandant. Magister Giraldus simul cum Hieronymo sentiet, & dicet, quòd minus est tenere sacerdotium, quàm mereri: & sanctius est episcopalem uirum esse, quàm episcopum: longè sanctius episcopo esse dignum, quàm in cathedra collocatum: illud n. uirtutis est, hoc fortunæ: illud nempe bonorum tantùm hoc commune. Et quid si Saul immisceat se prophetis, Et prophetare præsumat indignus officio? Exibit prouerbium improperij huius: Nũ Saul inter prophetas? Aliud ergo fuit numero, aliud merito prophetare. Vnde lib. 2. de officiis cap. 23. AMBR. Saul vallatus choro prophetarum etiam ipse prophetauit: & de solo, quasi indigno memoratum est: Num Saul inter prophetas? Hæc ille. CLERIC. Reuera tamen Hieronymus hoc verbo commonachum suum inuitauit ad melius. Melius est enim monachum esse probum clericum, quàm penitus monachum. Nec tantum hoc, sed quia plura requiruntur ad meritum clerici, quæ nec perfecto monacho requiruntur, vt puta sine reprehensione vita præterita, famæ integritas, & peritia disciplinæ: in quibus omnibus viuere est mereri clericatum: sicut qui iugiter vacat armis, meretur militiam. Vnde sic ad ipsum Rusticum scribit HIERON. Ita age, & uiue in monasterio, ut clericus esse merearis, ut adolescentiam tuam nulla sorde commacules, ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, ut habeas de foris bonum testimonium, fœminæ, quæ nomen tuum nouerint, uultum nesciant. Et bene suprà. Hoc dico, ut etiam si clericatus titillat desiderium, discas quod possis dicere, & rationabilem hostiam offeras Christo, ne miles antequam tyro, nè prius magister sis, quàm discipulus. Hæc ille. CLERICVS. Huc item accedit quòd Augustinus increpando dicentes quosdam, quòd malus monachus clericus bonus est, sicut malus choraula bonus symphonicus, hortatur deponere talem superbiam. Vnde in epistola ad Aurelianum. AVGVSTINVS. Nimis dolendum est, si ad ruinosam superbiam monachos suberigimus, & tam graui contumelia clericos dignos pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamus,in quorum numero sumus, cùm aliquan A
do bonus etiam monachus vix bonum clericũ
faciat,si adsit ei sufficiens continentia,& tamen
desit instructio necessaria, aut personæ regula-
Integritas Regularis. ris integritas.Hæc ille. CLERIC. Regularis
15 † integritas,est quædam personæ integritas ad
tam sanctum ministeriũ requisita, nè sit de stu-
pro progenitus,aut item digamus. Mancus itẽ,
aut gibbosus,vel tali vitio deformatus, quæ om
nia bono monacho non obuiant, obuiant cleri-
co.Nihil dixerit de excessu perfectionis uel me
riti,quòd bonus monachus non haberet: cleri-
cus autem quanuis malus haberet:sed quia pro-
pter dignitatem ministerij hæc requiruntur in
clerico quanuis malo, hæc non requiruntur in
monacho quanuis bono.Vnde comparãdo syn-
ceriter, tãta est administrationis dignitas in cle
rico, vt uix ad eum sufficiat omne meritum mo
nachi:pluris tamẽ meriti monastica vita, quàm
clericalis ĩtegritas:sicut minor erat dignitas Va
sthi reginæ,quàm Regis decuisset obsequium,
pluris tamẽ erat regina, quàm obsequentum fa
milia.Plus est filium regis esse, quàm ministrũ B
menſæ:filio tamen regis congruè dicitur: disce
ut mercaris patri dignius ministrare, quãquam
laboriosior est uita seruientis quàm filii item re
gis,sed filij regis gratius erit obsequium ex me
rito ministrantis:sic prius nutriti monasterii re
Amb.To.3 gulis gratius forsan ministrabunt,& aptius.Vn
de in epistola ad Vercellenses. AMBR. Hæc er
go dimicat.s.exercitatio clericalis, illa se remo-
uet.s. uita monachalis.Hæc illecebras uincit,il- 16 si pergimus.Petrus † est & omnium apostolo-
la refugit,huic mundus triumphatur, illi insul- rum magister,& ecclesiæ etiam eius,quam Chri *Ioannis et Patri apostolorũ cõparatio.*
tat.Huic mundus crucifigitur,uel ipsa mundo: stus diligit, & in quo virtus contemplationis
mundus illi ignoratur. Huic plura tentamenta alte resplendet. Fac istum sanctum Ioannem
& ideo maior uictoria,illi infrequentior lapsus designare claustralem, qui matrem Christi in
facilior custodia.Denique ipse Helias vt confir sui claustri priuata recepit, sed Petrus & eam,
maretur verbum oris eius,est missus à domino & eum,& omnem orbem assumpsit. Ioannis
ut se ad torrentem absconderet Carith. Minaba contemplatio præfigitur, donec Christus ve-
tur Achab, minabatur Iezabel, timuit Helias, niat.Remanere Petro socialis quidam cum ma-
& exurrexit,& iterum in uirtute escæ intelligi- C gistro Christo comitatus indicitur. Quid ad *Io.21.*
bilis.40.diebus ambulauit & 40. noctibus usq; tẽtu me sequere. Recumbit Ioannes super pe- *Io.31.*
ad montem Oreb:& introiuit in speluncam, & ctus domini, unde exhausit fluenta supernæ
requicuit ibi. Et sic postea missus est vt vnge- dulcedinis. Ipse pro Petro interrogat quis sit
** patientiam.* ret regem. Duratus ergo ad * pœnitentiam est dominum traditurus. Ipsi enim dicitur quod *Lu.22. Io.21.*
solicitudinum incolatu,& tãquam pastus ad uir statim Petro committitur, confirma fratres
tutem adipalem ab ipso agresti alimento proces tuos. Ad monumentum Ioannes præcurrit,
sit fortior.Ioannes quoque in deserto adoleuit, sed expectato principe, Petrus prior intrat.
& constantiam illic prius exercuit vt posterius Vnde lib.10. super Lucam cap.10. AMBRO- *Amb.To.5*
increparet.Hæc ille.CLERICVS.Ad hoc er- SIVS. Petrum euocant studiosiores, sed po-
Lu.3. go tendit cursus verbi in Heliam & Ioannem, steriores fiducia. Denique ille sine metu venit
qui prius agresti victu fortitudinem adepti sũt, & constanter qui posterior uenerat.Primus in-
ut postea reges arguerent, quòd sic à religione greditur quasi is qui claues regni ut alijs aperiret acceperit. Hæc ille. RELIGIOSVS.
claustralium aptior clericatus exurgeret, qui ad Hanc constantiam ecclesiæ principis, has cla-
eius culmen prouectus principes regeret. RE- ues ecclesiæ magistrales, cur ergo cunctis meis
LIGIOSVS. Falleris indubiè si hoc habes ꝙ similibus

regula:sed solitudo quædam est,& otium regu-
lare,ad quod de labore seculi currãt clerici prius
quàm suscipiant onus curæ, ipsa contemplatio
disciplinæ prout lib.3.in expositione Gene.ca. *Rabanus*
30. RABAN. Quis non videat hoc geri toto
orbe terrarum ? Venire homines ab operibus
seculi,& ire in otij vsum cognoscendæ & con-
templandæ ueritatis, tãquam in amplexum Ra
chel,& excipi de transuerso ad ecclesiasticam ne
cessitatem, atque ordinari in labore tanquam
Lia,dicente, Ad me intrabis.Quibus istud mi-
nisterium dispensantibus ut in nocte huius se- *Gen.3.*
culi filios generent fidei, laudatur à populis e-
tium illa uita, cuius amore conuersi spem secu-
li reliquerunt, & ex cuius professione ad cu-
ram regendæ plebis assumptæ sunt. Id enim
agunt in omnibus laboribus suis, ut illa pro-
fessio qua se conuerterunt, quia tales rectores
populi desunt,ideo non infametur, sed clarius
glorificetur. Hæc ille. RELIGIOS. Ecce
dicit vtrumque venire .s. homines ab operibus
seculi, & ire in otij vsum cognoscendæ verita-
tis,& demum assumi ad necessitatem ecclesiæ,
& item ex eis, qui per professionem, spem se-
culi reliquerunt,ad similem curam poni, & hoc
est quod dixi, ꝙ vita claustralis sola schola est
& magisterium clericatus: Ibi viuere discitur:
in clericatu docetur. Hinc ergo clericatus api-
cem ad tantum formido, quia valde me ine-
ptum ad ardua in ipso discipulatu meo diiudi-
co. In euangelium Christi ad apostolos ipsos

similibus aptè non præfero? Ioannes contem- A
Act.5. platiuus noster reuerenter Petrũ expectauit,et
prætulit.Petrus item & Ioannes simul ascende
runt ad templũ,sed solus Petrus claudũ curauit
quia ipse super Ioannẽ,& apostolos, oues & a-
gnos ad pastum accepit. Ad quas cũ uult ingre
ditur.Quos uult excludit,includit quos vult.In
Bernar. cludet & meipsum cum uolet.Sicut in eundem
lotum Homil.69.super cantica BERNAR.Pe
trus intrauit,qui claues accepit,nõ tũ solus, nã
me si voluerit introducet,aliũq; excludet, quẽ
fortẽ noluerit in scientia & ptãte data sibi desu
per.Hæc ille.RELIGIOSVS.Hæc potẽtia cle
ricalis magisterii in ecclesia militante, hæc in
scholam clausti uires extendit, in qua sub eis
pfecti esse discimus, cum nondum perfecti su-
mus,sed tm ibi proficimus,ut ad perfectionem
tẽdamus,non fateamur nos iam esse perfectos.
CLERICVS.Ergo quotquot hoc sapitis,deũ
Hier.To.1 fefelliſtis.Sic repẽte quasi pungit HIERONY
MVS.uecordiã Heliodori epistola ad eundẽ,di B
cens.Non est tibi eadem cã quæ cæteris: dñm
Matt. 19. audi dicentẽ.Si uis perfectus esse, uade,& uẽde
omnia tua,&da pauperibus,& ueni sequere me.
Te autẽ perfectum esse tu pollicitus es,nam cũ
derelicta domo,militia te castrares pp regna eę
lorum,quid aliud quàm perfectam sectatus es
uitam?Perfectus autẽ seruus Christi nihil hẽt
præter Christum.Aut si præter Christum hẽt,
perfectus non est.Et si perfectus non est, cùm
se perfectum Deo fore pollicitus sit ante, mẽti
Sap.1. tus est.Os aũt quod mentitur,occidit animam.
Igitur ut concludam:si pfectus es, cur bona pa
Vana religiosorũ excusatio. terna desideras?si perfectus non es,Deum fefel
listi.Hæc ille.CLERICVS. Argumentũ atten 17
de Hieronymi.Quisquis religiosus es, euange
lium tibi opponit quicũq; dicis.Non teneor es C
se perfectus, sed in schola perfectionis conuer-
sans,sufficit ad pfectionem,si tandem dñs dicit
in euangelio,Si uis perfectus esse,uende omnia
tua,& sequere me:ego secundum regulam iui,
& uendidi,quo perfectus esse iam destiti? Ipse
quoq; qui dicit uade,& uende si uis esse perfe-
ctus,dicit item,Si uis ad uitã ingredi,serua man
Psal.25. data.Mandata conseruo,quo non ingredior ui-
tæ uiã?Psalmista dicit. Ego autẽ in innocentia
mea ingressus sum.Planè dicit Hierony. uel fe-
fellisti dominum,cui spopondisti te esse perfe-
ctum,uel necesse habes perfectum te concede-
re.Si perfectus non es,inquit,cùm te perfectũ
esse pollicitus es, & derelicta domo malitia te
castrans pp regna cœlorum,quid aliud quã per
fectam sectatus es uitam? Quasi diceret,ergo
hoc faciens pfectus es,si non es mentitus, es p
fectus.Vel hctus eras,si fictus,mẽtitus es,si nõ
es mentitus,es perfectus. Et in epistola ad Iu-

lianum consolatoria de pignoribus dicit hoc es
se perfectionis & apostolicæ dignitatis. HIE *Hier.To.1*
RON.Hoc hortor si uis esse perfectus,si apostо
licæ dignitatis,si sublata cruce sequi Christũ,
si non apprehenso aratro respicere post tergũ,
si in sublimi tecto positus pristina uestimenta
contẽnis, & ut euadas Aegyptiam dñam seculi
pallium derelinquis. Vnde & Elias ad cœlorũ *4.Reg.2.*
regna festinans.non põt ire cum pallio, sed mũ
di in mundo,uestimenta dimittit.Sed hoc quod
ait,apostolicæ dignitatis est, & eius qui uelit es
se perfectus.Hæc ille.CLERICVS.Quàm planè
probat Hieronymus in hoc esse uirum perfe-
ctum,& apostolicæ dignitatis,uendendo.s. om
nia,& sublata cruce religionis Christum sequi
dimisso pallio seculari in seculo cum Elia san-
cto tecta cœlorum festinanter appetere. Non
dicit hoc esse tendere ad perfectionem, sed per
fectum esse.Sed obstat forsan, ꝙ non omnia ad
punctum complet quis quæ cauentur in regu- *Matt. 19.*
la.Nunquid hoc ait Christus, Si uis perfectus
esse,uade,& uende omnia,& sequere me ad om
nia quæ continentur in regula? Aut, quòd am-
plius est, si in hoc ipso relinquendi proposito
animo titubasti,aut firmus non es, sed mente
adhuc fluctuas,ut non stabili charitate persistas
dum ab ipsa relinquendi professione non tesi-
lis,perfectus es.Aristotelis est,artificium pfe-
ctum esse,ꝙ non quantulacunq; parte minuи-
tur.Et hac subtilitate laborauit Heliodorus, ꝙ-
bans neminem in sua patria posse esse pfectũ,
ut recitat iã dicto loco HIERO.Vbi (inquit) ho *Hier.To.1*
nor non est,ibi contemptus, vbi autem contẽ-
ptus,ibi frequenter iniuria. Vbi uerò iniuria,
ibi & indignatio.Vbi indignatio,ibi quies nul
la.Vbi quies nulla, ibi mens à proposito sæpe
deluditur. Vbi autem per inquietudinem ali
quid aufertur è studio, sit minus ab eo quod
tollitur.Et ubi est minus, perfectum non po-
test dici. Ex hac supputatione illa summa nasci
tur,monachum in sua patria perfectumesse nõ
posse. Respondet ad totũ Hieronymus perfe-
ctum esse nolle delinquere. Hæc ille. CLE-
RI. Reuera sic est, perfectus tamen est, qui
iam perfectionem adeptus est,quamuis eam ip
sam perfectè adeptus non est: ita nec ut in ulla
parte diminutus est: sic inter sciolos theolo-
gus tanꝙ sumus est pfectus,ãquis in ipsa theo
logia non sit summus, sed inter theologos di-
minutus est. Apostoli Pauli hæc sententia
ad Philippenses 3. Si quo modo occurram
ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non ꝙ
iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequar
autem si quo modo comprahendam. Et sta-
tim sequitur.Quicunque ergo sumus perfecti,
&c.Perfectus(inquit)inter uiatores & curso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res ad patriam, nondum perfectus comprehen sor in patria. Sic enim dicit, non quòd iam acce perim, aut iam perfectus sim, sed sequar si quo modo comprehendam. Et consonanter Homil. 21. super Ezechielem. Gre. To.2. Gre. Mensæ, quæ ad holocaustum constructæ sunt, longitudine cubiti unius & dimidij metiuntur: quia sancti patres, atque doctores, qui se longanimiter ad secreta spei intimæ extendunt per hoc, quòd in virtute viuunt, quantum ad humanam quidem pertinet mensuram valde perfecti sunt, quantũ uerò ad diuina illa mysteria, quæ plenè ab homine capi non possunt, quandiu in *hoc mortali carne subsistunt, perfecti esse non possunt. Et infrà. Ecce iterum in mensura mensæ ad testimonium Paulus occurrit. Videamus an eius uita cubito integro mẽsuretur, Dicit enim. Quotquot perfecti sumus, hoc sapiamus. Videamus si in his quæ de Deo sentit, iam se ad percipienda mysteria perfectè tetenderit. Ego non me arbitror, inquit, comprehendisse. Hæc ille. Cleri. Sic ergo sancti perfecti sunt, ut sine diminutione possideãt. Qualiter Heliodorus arguebat perfectum in sua patria monachum esse nõ posse, & qualiter item in epistola ad Hieronymum de hoc qui totam legem seruauerit, & citra. Aug. To.1. Aug. Quandiu autem augeri potest perfectio, illud quod minus est quàm debet, exuitio est. Ex quo uitio non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Psal. 142. Ex quo uitio non iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens. Et infrà. Quis itaque, qui rectè uidet ubi, & quando, & unde speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adijci possit? Hæc ille. Cler. Non est ille perfectionis modus, quem Christus promisit iuueni diuiti pro via si uenderet omnia, & sese continuo sequeretur. Non enim promisit ipsi statim hoc facto uirtutem, quæ augeri non posset, vt sine vitio charitatem: quia non dedit apostolo Paulo, dedit tamen perfectionem uitæ huius apostolo ad modum finis. Aug. To.8. Qualiter super psal. 38. Aug. Et ne diceres, si non apprehendit apostolus, ego apprehẽdi. Si perfectus non est Paulus, ego perfectus sum. Vide quid agas. Attende quid dicat. Quid ergo ais Apostole nondum apprehendisti? nondum perfectus es: quid agis? ad quam actionem me hortaris? quid mihi imitandum, sequendumque proponis? unum autem inquit, quæ retro oblitus in ea quæ ante sunt extentus sequor ad palmam supernæ uocationis secundùm intẽtionem Dei in Christo Iesu. Secundùm intentionem nondum secundum peruentionem. 18 Non relabamur unde iam transiliimus. Sequitur. Curramus, intendamus, in uia sumus. Hæc ille. Cleri. Est ergo perfectio nostra qualis erat apostoli: non dico tanta, sed est pfectio cursus, quę eo ipso est imperfectio finis. Eo. n. ipso, quo quis perfectè currit, caret perfectione finis: sed tamen nisi esset perfectio, non ad eam hortaretur apostolus: nec dominus hortaretur: qualiter iam ait quid agis apostole nondum perfectus es? ad quam actionem me hortaris? Et libro de perfectione iustitiæ. Aug. To.7. Aug. Quotquot ergo perfecti sapiamus idem: quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quò perfecte adhuc currimus, vt cum venerit quod perfectũ est, quod ex parte est destruatur. Et bene infrà. In Deuteronomio. Tu autem perfectus eris coram domino Deo tuo. Item illic, & non erit inconsummatus in filiis Israel. Item Saluator in euangelio ait: Estote perfecti, quia pater uester i cœlis est perfectus. Item apostolus in epistola 2. ad Corin. De cætero fratres gaudete, perfecti estote. Item ad Colossen. Corripientes omnem hominem, & docentes in sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Et tandem finaliter cõcludẽs dicit. Horũ testimoniorum, aliqua currentes exhortanẽ, ut perfecte currant, aliqua ipsum finem commemorãt, quo currẽdo pertẽdãt. Ingredi aũt sine macula nõ absurde ẽt ille dẽ, nõ qui iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atque ipsa peccata uenialia nõ negligens mũdare eleemosynis. Hæc ille. Cleri. Ex his patet perfectum esse qui perfecte currit, quanuis perfectione finis perfectus nõ sit. sic dixit Augustinus. Non qui sic iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currit, & supra hoc sapiamus q̃ nondum perfecti sumus ut illic pficiamur, quo pfectè adhuc currimus. Si. n. nullo modo perfecti hic essemus: non diceret quò pfectè adhuc currimus. Non tantum in C finem nostrum ultimum post hãc uitã, sed ad aliquem finem intrinsecum huius cursus: v. g. sicut in latitudine albedinis sub omni gradu albedinis est albedo perfecta, sed quò est à nigredine remotior, tantò est purior & perfectior ea, quæ magis admiscetur nigredini: ita sub omni gradu charitatis Christianæ est uita perfecta, pfectior tamẽ quo est ab infirmitate, cui tota uita nostra miscetur remotior, & ad eam comparata est finis & perfectio, ad quam de inferiori peruritur: & est imperfectio respectu maioris vel ultimi, in quem currẽdum est ulterius, uel quò tẽditur ultimatè. Probemus ista per se- Perfectio gradus hab. riem. Nisi enim uniuersis Christi fidelibus per obseruantiam sui status profectio adiaceret: non diceret apostolus ad Collossen. Exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Phil. 3. 1. Cor. 13. Deute. 18. Matt. 5. Coloss. 1.

*Hæc. Phil. 3.

Iesu. Non enim ignorauit Apostolus omnẽ hominem ad apostolicam illam perfectionẽ de vẽdendo, non debere pertingere, sed quia ad charitatem, quæ est in Christo sub aliquo gradu, volebat omnes attrahere: ideo omnem hominem perfectum uoluit exhibere. Vnde super Ezechielem *hom. 26. Gre. Quia ex fideli populo filios Sadoch ad omnipotentis Dei laudem uel ministerium diximus *assumi, nonne in eodem populo sunt multi, qui inueniantur in mandatis Dei uiuere, & perfecti sunt omnino? Nã & subditur. Et mensus est atrium longitudine cẽtum cubitorum per quadrum. Hæc ille. Cleric. In solis ergo Dei mandatis perfectè viuere, est perfectum esse: si quis autem addat cõsilium aliquod minimum, ille adhuc perfectior est, quàm perfectus cum populo: puta qui non solùm non reddit malum pro malo, sed econtrario bonũ rependit pro malo, ille iam perfectus est, & alius prior ad eum comparatus dicetur currens, aut in statu proficiens. Vnde li. 1. de officijs ca. 10. Amb. To.1 Amb. To.3 omnia, & sequi eum, quam summam iustitiæ dixit Amb. li. de excessu fratris, circa mediũ. Postulando quod iustum est, non exiguum, sed totum relinquit. Hæc enim summa iustitiæ est, uẽdere quæ habeas, & conferre pauperibus. Qui enim dispersit & dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Hæc ille. Cleric. Summa ista iustitiæ non statim est summa ista iustitia, nec item hæc uitæ perfectio est sine luctatione perfecta, & tamen perfectio est, & qũo perfectio nisi habens eam sit perfectus? Nõ quidem statim sine culpa perfectus, sicut nec sanctus est statim sine peccato sanctus, & tamẽ est sanctus Psal. 111. sicut lib. 10. super li. Numerorum homi. 10. Ori. To.5. Ori. Non enim (ut putant quidam) statim ut quis sanctus eẽ cœperit, iam peccare non põt, & continuo sine peccato putandus est. Si enim sanctus non peccaret, non utique scriptum eẽt: Sumetis peccata sanctorum. Si sanctus sine peccato esset, non diceret dominus per Ezechielem prophetam ad angelos, quos mittebat peccatores punire, & à sanctis meis incipietis. Hæc ille. Cleric. Stant ergo simul sanctus & peccator: ita etiam simul stant perfectus, & infirmus, non autem simul ubi quis est consummatè perfectus. Et sic puto Thomam debere intelligi, & intelligere Origenem. s. q̃ iuuenis ille non est statim sine omni imperfectione perfectus: est autem ipso actu & professione perfectus. Vnde est uoti transgressor, & fefellit Deum, ut ait hieronymus suprà, uel est perfectus, qui perfectionem iam uouerit. Non enim uouit ad paupertatem tendere, vel ad obedientiam, & ad corporis castitatem: sed castum esse, obedientem, & pauperem, & per hoc perfectum. Religiosvs 190 † ergo sanctum & uerè grande sacerdotium, cuius sanctitas excludit omnem immunditiam. Eius item perfectio omnem integritatẽ requirit: ne immundus præsumat accipere sacramentum. Ipsius sanctitas tanta, ut nec paruam maculam sine grandi diffamatione portabit. Religiosorum perfectio tecta est, & portatur si infirmetur à fratribus. Sicut li. 3. dialog. cap. 12. Chrys. Chr. To.5 Athleta quandiu domi manet & cũ nullo congreditur, põt cum sit infirmus latere: cùm uero nudus in agone constiterit, qualis sit confestim probatur: ita ergo & qui hanc priuatam uitam, & non multis occupatam negotijs agunt, habent velamen delictorum suorum solitudinem. Et infrà. Delicta quippe uilium psonarũ sicut in tenebris acta, solos eos, a quibus sunt cõmissa, mortificant. Viri aũt conspicui, & in multorum notitiam positi, peccatum cõiter nocet omnibus. Hæc ille. Religiosvs. Quòd si dicas ista de episcopis dici, subiectum non uariat rationem, cuius rationis est digitus maior

Matt. 25. Hie. To.9. Hie. Homo iste paterfamilias haud dubiũ quin Christus sit, qui ad patrem post resurrectionem victor ascendens vocatis apostolis doctrinã euãgelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus & alteri minus tribuens, sed pro accipientium uiribus. Hæc ille. Cler. Ecce apostolorum vna erat vitæ professio, vna perfectio pastoralis: in qua tamen erat pascẽdi disparitas, uiribus respondens imparibus. Est adhuc alta transcendens uitæ perfectio, quam saluator per excellentiam, perfectionem appellat, uendere. s.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est & minor:& ideo cui præfertur maior digitus in ratione tenendi, illi etiam præfertur: & minor:ita eadē est ratio sacerdotalis & pontificalis curæ: eadem penè sanctitas,idem in vtrisque contemplationis ascensus, & ad exteriora descensus;nisi q̄ istud est sacerdotium uniuersalius siue maius,sed eadem ratione gregem docent,& contemplationem tenēt cum religiosis & ultra monachos actionem. CLERICVS. Non ista possent mihi placere nisi uera essent. 20 Noui ego quantum distem à præsule. Reuera quantum in exercitu rex distat à comite. Sunt enim vtrique ducatus & curæ plebis,sed longè alterius rationis quos discernit ab inuicem homil.26.super Ezechielem GREGO. Gazophylacium,quod respicit uiam meridianam, sacerdotum est,qui excubant in custodiis templi. Atque mox subditur.Porro gazophylacium, q̄ respicit ad uiam aquilonis, sacerdotum est, qui excubant ad ministerium altaris.In quibus prophetæ uerbis prius nobis quærendum est, qui sint maioris ordinis sacerdotes,utrum hi, qui in custodiis excubant templi, an hi, qui in ministerio altaris.Sed quia paulò post subditur. Altare erat ante faciem templi,apertè ostenditur illos esse maioris ordinis sacerdotes, qui in custodiis templi excubāt,quia profectò in altari,quod est interius, ministrāt.Hi autem, qui ad altare,quod ante faciem templi est,excubāt, tātò inferiores sunt,quantò in exterioribus ministrāt.Et infrà.An non custos fuerat templi, qui laboris sui passiones enumerans dixit. In labore & ærumna in vigiliis multis: in fame & siti,in ieiuniis multis: in frigore & nuditate? Atque statim subdit.Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.Pensāte quæso,custos tē pli quanta sollicitudine uigilet. Ecce enim in seipso inæstimabilia patitur, & cordis sui sollicitudinem aliis impartitur.Cuius rogo uirtutis est plus de utilitate proximorum quàm de sua afflictione cogitare? Quis hoc dignè æstimet?quis digne pensetlaborat,luget,esurit, sitit,alget,ieiunat,uigilat: & tamen ieiunando, uigilando,de ecclesiarum omnium sollicitudine cogitat.Ecce est sollicitissimus custos templi in exemplo positus.Imitetur qui ualet aduersa pro ueritate pati:bona proximis impendere,circa animarum sollicitudinem uigilare, ne quis in perfidiam,ne quis in superbiam, ne quis in rapinam, ne quis in immunditiam labatur exquirere,atque compescere,hoc est templum Dei,id est sanctam ecclesiam, custodire. Sunt autem minoris ordinis sacerdotes,qui ad ministerium altaris excubant,qui uidelicet*ad iutorium maiora peccata delinquentium subti-

*22. Greg.To.2

2.Cor.4.

*in adiutorio maiorum.

A liter inuestigant,& uitam carnalium corrigūt, atque ad hoc usque perducunt. ut per lamenta pœnitentiæ quasi incendant carnem in sacrificio, quam prius uiuere permiserant in peccato.Non enim hi,qui sanctis ecclesiis præsunt, per semetipsos cuncta agere prævalent: sed cū ipsi causis spiritualibus occupantur si qua prava & carnalia perpetrantur,hæc aliis discutienda,atque corrigenda committunt. Hæc ille. AVCTOR.De serie scripturarum elicit beatus pater diuersitates officiorum in maiori & minori ordine sacerdotum. Habent hi primò altaria quæ eos distinguant,primum interitus sacerdotum maiorum,alterum minorum exterius.Ante faciem templi primi,ante altare interius excubant secundi.Ministrant interius primi:secundi exterius.Primi custodiunt; secundi suffragantur custodibus. Sic enim dicit Gregorius,quoniam hi,qui sanctis ecclesiis præsunt, nec per semetipsos cuncta agere prævalent, aliis carnalia corrigenda committunt. Per hoc eminet primus pastor episcopus,q̄ omnis soli B citudo eius est intus ante altare aureum.Secundi uerò sacerdotes portionem carnalem & exteriorem curæ episcopalis in eorum subsidiū & iuuamen assumunt. Nihil tamen operantur ipsi exterius,quod præsul multo labore nō meditetur interius.Intus ipse orat,intus mores ouium discutit,& de ipsis ouium correctoribus sollicitudinem omnem gerit.Hic labor, hic afflictio spiritus,præter ea quæ extrinsecus sunt infamia apostoli,& in medio uitiorum indesinens bellum inire cum uitiis. De his loquitur Chrysostomus uerba illa dialogi. De his omnem comparationem suam expandit cum monachis, qui principantur in populis, & latere non poterunt quæcunque agunt, Ideo expressè eos interdum appellat episcopos & principes, quos ante dixerat sacerdotes. In libro 3. cap.12.ubi quòd iam assumit supponit CHRY C SOST. Neque enim errores pontificum abscondi possunt oculis:sed etiam exigua eorum peccata celeriter innotescunt.Et subdit. Nam & athleta quamdiu domi manet, potest latere, quòd sit infirmus.Et infrà. Qui uerò sunt in uertice honoris positi,primi quidem in populi uersantur oculis, propter quod & si modicis præueniantur delictis, aliis grandia uidebūtur.Non enim facti modo,sed dignitate faciētis peccata metimur.Hæc item quæ supra assumpsisti.libro 6. Magnum est monachorum certamen & molestiæ multæ labor. Porrò si quis administrato bene sacerdotio illius ,pposi ti sudores conferat,tantum cos distare reperiet quantum inter primatum , & regem distet. Hæc ca.6.& tandem,id est ca.6.ca. 7. ubi mal-

Chr.To.5.

let placere in officio sacerdotali,quàm in solitu A tioris? CLERICVS. Potest, item respondine monachali.postea.ca.8. aperiens de quo sacerdotio hoc ait.Neq;n.pōt is,qui præst,&totius cura distringitur, pro uirorum tantummō sexu esse sollicitus,& mulierum partē despicere quæ eo prouidētiæ maioris indiget adiumento quo ad peccata facilius labitur. Ac necesse est, ut pro earum salute si non magis,saltem nō minus ad ea quæ sunt ipsorum esse sollicitū. Hæc ille.CLERI. Et quamuis eūdem actum habere videtur sacerdos maior & minor, magnæ tamē sunt disparitatis & meriti usq; adeo , ut officia gerant ut alterius rōnis.Sol & homo hominem unum generant.Artifex & securis asserem unū dolant.Sacerdos & laicus in missa unam orationem dominicam fundunt, q̄ dispariter uniuersa? Nempe sacerdos minor uarios habet in officiando respectus,pontifex unū solum,& saltē nomine presbyter minor cum eo communicat, sed eo ipso minor efficitur, q̄ ad uaria rapitur, nec in ipsis intimis cum antistite solidatur. Quos utriusq; respectus superius dicto loco lu B culenter exhaurit Gregorius ex illo Ezechielis prophetæ,q̄ gazophylacium respiciens uiā meridianam sacerdotum erat, qui excubabant in custodiis templi.& gazophylacium quod respicit uiam aquilonis sacerdotum,qui excubabant ad ministerium altaris, *homil. 26. super Ezechielē GREG.Quid est hoc fratres Charissimi? quid in his uerbis mysticum possumus intueri, nisi hoc secundum ea quæ præmissa sunt, iam spiritualis auditor intelligit: quia sacerdotes maioris ordinis,qui excubabant in custodiis tē pli,solam meridionalem uiam respiciunt, quia solis studiis spiritualibus occupati,semper his, quæ amoris dei sunt,sollicitè intendunt:Sacerdotes autem ordinis minoris , qui discutiendis peccatis delinquentium præsunt, ad aquilonis uiam oculos reflectant,vt in mente peccātium quæ sint corporis frigora uideant: & hoc uerbis correctionis usq; ad pœnitentiæ gemitus p ducentes,quasi carbones in altari domini incēdant?Respiciunt ēt cum magnis sacerdotibus C ad meridianam uiam,quia quantum ad semetipsos est,feruent igne charitatis,& succensi sunt flaminis amoris Dei: quia peccata delinquentium crebrò corrigunt , etiam ad aquilonis uiā oculos reducunt. Hæc ille. CLERIC. Ecce sacerdos maior & minor intus amore Dei ardēt: sed sacerdos minor eo minus intus ardet , & uacat,q̄d portiōe suæ curæ principalius corrigēdis insistit & hoc exterius. Vñ ad partē Marthæ cō currit, cui Maria spponit,quia erga plurima sollicita facta turbatur.RELIG.Sed excellentiori honori presbyteri si adsit*esset uita excellens, nonne potest correspondere gradus meriti al-

*ho. 22. Greg.To.3

*etiam

deo si excedat ambitum sui status. Sicut rex potest ieiunare & uigilare ut monachus: & tūc quantum excedit honore regio monachum, tantum perfectione monacho correspondet,& est tunc non perfectior rex, sed se rege perfectior: sicut de Dauid scribit in Psalm. 50. tractatu primo CHRYSOSTOMVS. Iste qui bestias superauit, qui Goliam interfecit, qui Chri.To.1 leonem suffocauit , qui ursum strangulauit, qui in uirtute senior, adolescens corpore,mente grandæuus : qui regali culmine positus uitam monachi imitabatur. dixit enim, non margaritis ornabo lectum meum, sed lachrymis per singulas noctes lauabo stratum meum : Psal.6. nunc autem homines non solùm in nocte, sed & in die dormiunt: ille autem in die procurabat palatium, & nocte Deo uacabat: ut sit fortè aliquid contraxisset familiariùs colloqueretur Deo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dixit quòd regali culmine positus imitabatur uitam monachi orando de nocte, ita si sacerdos curatus, qui tenetur sacramenta ministrare, assiduè item prædicet, & intus oret , imitatur in hoc uitam episcopi, si corpus suum castiget, si obediat deuotè,præmiabitur cum monacho , non cum curato presbytero. Monachus sub clerico legitur de sancto Thoma. Nec aceruus tritici est melius triticum si multum argentum habeat immixtum , sed aceruus est ditior: ita sacerdos curatus si actibus episcopalis uitæ aut religiosi partem suam exornet. Contemplationis enim episcopalis partem habet admodum exiguam, & illam uiolenter quasi contra inclinationem curæ per se ipsum extortam. Ideo notanter adiunxit Gregorius quantum ad semetipsos est , feruent igne charitatis. Episcopi autem solis studiis spiritualibus intenti, id , sicut dixi, à religiosis uiris tanquam spiritualibus suis membris accipiunt . Homo enim non à se toto, sed à corde & interioribus suis principium uitæ habet, C & ipsa quidem non sic uiuerent , si membra totius non essent. Ita reputo religiosos membra episcopi , qui tamdiu spiritualiter uiuunt, & uitam spiritualem principiant , quamdiu membra esse non desinunt. Ex eis oculi, nares , labia , & qualiacunque sint exteriora antistitis membra foris ad populum sacerdotes, uitam spiritus sortiuntur , quam & ipsi immediatè subditis plebibus largiuntur. Connexa sunt singula membra in corpore Iesu Christi,ait apostolus. Hanc uitam quis in suo fonte oculus prominens,aut labium tumens non laudat,cuius item laude laus eius accrescit?Vnde paternarum laudum magnus scrutator & probus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parus Ble
fensis.
Religioso-
rum laus.

probus in epistola quadã inuectiua PETRVS A nem AVGVSTINVS. Ab eo uelut fonte mã- *Aug. To.9*
21 BLESENSIS. Vitam † religiosorum, quo- antibus quod primò posuit se ipsos amantes,
rum diuersæ sunt species, vt quæ polymita est & subdit. Non sunt seipsos amantes qui pascũt
cum tunica Ioseph, & circumamicta uarietibus oues Christi. Sanctũ ergo & per celebre pasto-
sponsa Christi, tota affectione cordis ueneror: ris officium quantuncunque minoris mirabi-
ipsorumque pedes brachiis deuotissimæ humili mur, si amemus non * nosipsos, sed illos. Quid *nosipsos tantum.*
tatis amplector. Scio enim quia præ cunctis se- enim non dulce amanti? aut quid grande uide-
cularibus, & clericis, & laicis tantò differentius bitur odienti? Ideirco legislator, qui de dilectio
uirtutum titulum referunt, quantò impressiori ne nostri non dedit præceptum, amare iussit al-
bus uestigiis apostolorum regulis inhæserunt. terutrum. Et Apostolus eius, ut prius dixi, Supe
Ipsi in humilitate, hospitalitate, obedientia, cha riores in humilitate sibi inuicem arbitrantes:
ritate, & cæteris, quibus regnum Dei rapitur, quia naturaliter unusquisque, aut pulchrum,
ac possidetur, indefessa sollicitudine se exercẽt. aut utile sibi ptiosius reputat quod miratur in
Hi carnem deprimunt, spiritum erigunt, uitam alio, quantò hoc minus comperit in seipso. Vati
in terris ducentes angelicam, Christo militant cinante poeta, Fertilior seges est alienis semper *Ouidius.*
in tenuitate ciborum, in asperitate uestium, in in agris, Vicinunque pecus gradius uber habet.
uigiliarum excubiis, in psalmis, hymnis, & can Pro quare artificiose scripturam illã enucleat,
ticis spiritualibus in confessionibus & disciplis- ubi auditur uox alarum animalium percutien-
nis, & lachrymis, in cœlestium suspiriis, in igni tium alteram ad alteram homil. 9. super Ezechie *Ezech. To. 2.*
tis compunctionibus, in excessibus mentis, in lem. GREGORIVS. Omnes (inquit) sancti se-
iubilationibus arcanis, dulcibusque susurris, in B inuicem suis virtutibus tangunt, & sese ad pro-
quibusdam gloriæ cœlestis experientiis, in am uectum excitant ex consideratione uirtutis alie
plexibus sponsi. Hæc ille. CLERICVS. Si ue næ. Non uni dantur omnia, nè in superbiam cla *Non omnes virtutes uni dantur, & cur.*
rum sit quod dixit Hieronymus, uita posterior tus cadat: sed huic datur, quòd tibi denegat. Vt
semper iudicat de priore. Iste reuerendus sacer dum iste considerat bonum, quod habes, & ipse
dos, & ministratione grandis archidiaconus, in non habet, te sibi in cogitatione præferat: &
fudit nostris sensibus quid iudicio patrum de rursum dum tu habere illum cõspicis, quod ipse
bemus successores eius de sancta religione sen non habes, te illi in tua cogitatione postponas:
tire: quando dicit: uitam religiosorum per spe & fiat quòd scriptum est, Superiores sibi inuicẽ
cies uariam tota affectione cordis ueneror, ipso arbitrantes. Vt enim pauca ex multis loquar: Isti
rumque pedes brachiis deuotissimæ humilita miræ abstinentiæ uirtus tribuitur: & tamen uer
tis amplector: quando dixit, præ cunctis secula bũ scientiæ non habet. Illi datur uerbũ sciẽtiæ,
ribus clericis & laicis, tantò differentius uirtu & tamẽ uirtutẽ perfectæ abstinentiæ apprehen
tum titulum referunt, quantò impressioribus dere conatur, & non ualet. Et infrà. Mira itaq;
uestigiis apostolorum regulis inhæserunt. Ista dispensatione omnipotens Deus sic in electis
dicens, nec clericum læsit officio, nec religione suis sua dona dispensat, ut & isti det, quod illi de
professum: sed sanctorum gradus & merita li negat, & alteri maius, quod alteri minus adesse
bra patrum similiter cum suo Sarisburiensi iudi pensat, ut dona dei alter in altero, ideſt, uicissim
ce lance suspendit. AVCT. Benedictus Deus omnes admirentur, atque ex hac ipsa admiratio
quoniam mirificauit misericordiam suam mihi, ne humilietur alter alteri: & quem uidet habere
in ciuitate munita. An nõ in ciuitate bene muni C quod non habet, eum diuino iudicio sibi præ-
Pro. 18. ta, cùm dicat Sapiens: Contradictiones compri latum putet. Hæc ille. AVCT. Hac † consi- *Religiosi & clerici quid alteri alteris desse rant.*
mit fortes? Et sequitur. Frater qui adiuuatur à fra 22 deratione mutua filiorũ Dei, mutuus amor sur
tre, quasi ciuitas firma. Hæc charitas precepti, gat, & ex amore mutuo, mutua admiratio, &
hæc dilectio proximi, hæc unica lex Christi, quę laus uirtutis, ut dum minister ecclesiæ conspicit
uetuit homines amare seipsos, * sed mutua for in religioso uiro abstinentiam, uigiliam, & pau
te contradictiones comprimere, ut fratrer sem pertatẽ, admiretur eum, & præferat, Religiosus
**addeda forsan est tantum.* per inuetur à fratre. Erunt (inquit) Paulus in autem intuens in clerico labores, & tolerantias
2. Tim. 3. prophetia, homines seipsos amantes. Et sequi plurimas, & ubertatem regiminis, cum omni hu
tur, Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parenti militate ueneretur, & laudet: nihilque hinc erit
bus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectio unde iste uel ille superbiat, dum plus semper re
ne, sine pace, criminatores, incontinentes, im putet esse quod pulchrum uidet, & ipse non ha
mites, sine benignitate, proterui, tumidi, uolu bet: & sponte fiet, quòd de Paulo refert Grego
ptatũ amatores magis quàm Dei, habentes qui rius: cum omni humilitate superiores sibi inui
dem speciem pietatis, uirtutem autem eius ab cem arbitrantes. At, ut dixi, in honore clericus
negantes. Hi somnibus malis (inquit) super Ioã præcellit, non tantùm iure officij, sed effectus: reli-

religionis enim uirtus admirationem non ha- A noris extrinseci extra eos, qui inter medias ple-
bet de foris, nisi testimonio eorum, qui præsunt bes dignitate præcellunt, parcam consequetur,
in populis, prout notat textum illum Gene. ubi uel nullam.
mãdragoras filij Liæ Rachel accepit in li. 3. ex-
Gen. 30. positionis suæ, & assumit ab Augu. li. 12. contra
Rabanus Faustum RABAN. In illo mandragorico po-
mo figurari intelligam famam bonam popula-
2. Tim. 3. rem. Vnde dicit apostolus: oportet etiam testi-
monium bonum habere ab his, qui foris sunt,
qui licèt parum sapiunt, reddunt tamen plerun
que labori eorum, per quos sibi consulitur, &
splendorem laudis, & odorem bonæ opinionis.
Nec ad istam gloriam popularem primi perue-
nerunt eorum, qui sunt in ecclesia, nisi quicun-
que per actionem in periculis & labore uersan-
tur. Propterea Liæ filius mala mandragorica in
uenit exiens in agrum. i. honeste ambulans ad
eos qui foris sunt: doctrinam uerò illam sapien
tiæ, quæ à uulgi strepitu remotissima in cõtem
platione veritatis dulci delectatione defigitur, B
hanc popularem gloriam quantulamcunque 1
non assequeretur, nisi per eos, qui in mediis tur
bis agendo, ac curando, populis præsunt. Quia 2
dum isti actuosi ac negotiosi homines, p quos
administratur multitudinis utilitas, & quorum 3
auctoritas populis cara, & testimonium etiam
perhibent uitæ propter studium conquirendæ 4
& contemplandæ ueritatis, otiose quodammo-
do mala mandragorica pes Liam perueniunt ad 5
Rachel: ad ipsam uerò Liam per filium primo-
genitum. i. per honorem fœcunditatis eius, in 6
quo est omnis fructus eius laboriose atq; inter
cætera tentationum periclitantis actionis, quã
plerique bono ingenio prædíti studioque fla-
grantes, quanuis idonei regendis populis esse
possint, tamen uitant propter turbulentas occu
pationes, & in doctrinæ otium toto pectore tan
quàm spe in Rachelis feruntur amplexum. AV- C
GVST. Hæc ille. & Augustinus. Quando dicit Au
gustinus mandragorica poma. i. popularem fa-
mam & laudem bonam uitæ primo prouenire
ad eos, qui in mediis turbis actuosam uitam ex-
ercent scilicet sacerdotes, quorum auctoritas po
pulis cara est, quia curando & agendo populis
præsunt, curatos exprimit populorum uicinos,
& competentes eis honores. Quòd autem sapiẽ
tiam dicit à uulgi strepitu remotissimam in ue
ritatis delectatione defixam, cuius assecutores
dixit plerosque bono ingenio prædítos, & stu-
dio flagrantes, & quanuis idoneos regendis po
pulis, regimen tamen ipsum vitantes, & in san-
ctum otium tanquam in Rachelis osculum pe-
ctore toto translatos, religionem sanctam inte
ligit, ad quam laudum fauor non nisi per Liæ
prolem. i. pastores plebis accedit. Meritum ergo
ex se potest habere religio: *pensam autem ho **pẽsa uel pensum.*

AD BLASPHEMIAS ET contumelias Vvitcleff, contra sacras religiones, adhuc sub Titulo. IX.

¶QVOD RELIGIOSI ORdines perfectorum non sunt factitii à puro homine, sed à Christo homine instituti. Cap. 83.

SVMMA.

Witcleff quomodo falsè dicat religiosorum ordines aduentitios aut factitios à puro homine. 1
Arrogantium omnium moris esse, ut secundũ seipsos præposterent alios. 2
Manichæorum perfidorum error, dicentium legẽ ueterem aliam à lege Dei. 3
Christus, quod omnem religionem tenuerit, & instituerit. 4
Ordo perfectorum religiosorum, quòd non possit dici quòd fuerit à puro homine factitatus. 5
Cœnobitarum uita. Et unde dicantur cœnobitæ, & Cœnobia. Et quis hanc uitam fecerit primus. 6

MEMORITER autem te neo, nec abscedo de facili, uoluens uerbum illud hu ius hæretici, ponentis in sta tu cœlibum, diuersos status alios contineri, ut sunt, in- C quit, religiosorum ordines, qui aduentitii sunt, aut factitii à puro homine, & maximè ut sint inter se professione distincti. Magni ponderis debet esse uerbum scribentis. Ecce quantam occasionem dedit hoc uerbo suę hæresi Witcleff, ut diceret consequenter tracta tu de contrarietate duorum dominorum ca. ultimo. Quidam eliciunt ex signo triplici, quod ẽ diabolica diuisio in legis, sectis, primò, ex hoc, ꝙ carent fundatione in rationib. uiuacibus, uel scriptura, & quòd uel oportet negare Deitatis Christi omnipotentiam, ac omniscientiam, uel dicere, ꝙ causa necessitatis inducendi istos ordines, uel patebat in rationibus, aut latebat in thesauro diaboli per tempus, quo regnauerat Iesus Christus. Hæc impius Witcleff. AVCT.

Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Pro † plano habet Witcleff, quòd à Iesu Christo in tempore, quo regnauit, est non fundata perfectorum religio: cum hucusque regnet, & quo regnauit à ligno, & regnabit dominus in æternum & ultrà. Tamen quia dixit hæreticus ordines istos aduentitios, & ab homine puro factitios, percunctarer ergo hæreticum, si superstes, & præsens esset, quid ipse diceret à puro homine factitium. Sed quòd non legit Christum Deum & hominem expressius ordinasse, pro modico est quòd tali auctoritate ducamur. Nã sic ordo diaconatus esset aduentitius, & ab homine puro factitius, maximè ut est inter se diaconorum distinctio: ita ut alij sint diaconi simplices, archidiaconi alij. Aut in ratione uiuaci, uel in scriptura doceat eos à Deo institutos & homine, qualiter religiosos uiros suis ordinibus non fundauit. Vbi item subdiaconos & clericos fundat inferiores, aut sacerdotes plebeios, & parochiarum rectores, quos minores prælatos appellat, maximè antequam per distinctionem fiebant parochiæ. Inimicus homo superseminare solet ista zizania: quo contra Paulus docuit primos fideles. ad Ro. 14. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal dei. Sequitur. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum uel scandalum. Leue est ponere offendiculum coram cæco, & dicere hûc statum fundasse Christum, hunc non fundasse: cum sic dicens plus suam dictionem fundare nouit in nugis Aristotelis, quàm in sacris literis uel in ecclesiæ institutis, quem nec ad tantum putem desipere, vt quanuis Aristotelem dicat philosophum & philosophiæ dogmatistem, non tamen philosophiæ factorem concedet. Cur ergo in sanctos Dei homines Antonium, Eliam, Ioannem, Benedictum, Augustinum, aut Dominicum titulos factitios suorum ordinum superponit? quasi contra dominum superbirent & dicerent manus nostra excelsa, & non Deus fecit hæc omnia. Cur eorum filiis item schisma Corinthiorum imponit quasi unusquisque sicut audit: Ego sum Pauli, Ego Cephæ, Ego Apollo: ita audire instat carmelitam dicere, Ego sum Eliæ intuitu prophetico matris Dei: aut monachum, Ego Benedicti, aut alios sigillatim, Ego Augustini. Ego Dominici: diuisus est ergo Christus? Nũquid Elias, uel Augustinus crucifixus est ℘ uobis, aut in nomine Eliæ in professione uestra secundo gradu post baptismum abluti estis? Forma quæstionis est Pauli. Nũquid sicut Witcleff quòd sacerdotes omnes fundantur generaliter in euangelio, qualiter religiosos perfectos nescit ibi fundare? Quid ad hoc dicemus? diuisus est ergo Christus? Sed in uerbo Pauli unusquisque nostrum adiiciat. Siquis confidit sibi Christi se esse, cogitet hoc iterum apud se, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos. 2. Corint. 10. Hoc in nostro proposito dixit Paulus ad illos, qui famam apostolatus sui decolorabant in populo, quòd non à Christo, sed ad hominibus factus esset apostolus quàm fatuè. Eodem loco in li. annotationum. HIERO. Nemo tàm stultus est, quàm qui se solum Christi esse gloriatur. Hæc ille. AVCTOR. Non sibi ergo contumeliam faciant & spiritui Dei, dicentes se solos Christi esse, qui stulti dici nolunt, aut esse. Arrogantes 2 † omnes hoc habent de more, ut secundum seipsos præponerent alios. Sic homili. 33. imperfecti docet CHRISOSTO. Qui non est ex Deo, nullius sacerdotium putat ex Deo. Vnde autem putas fieri, ut inuicem se sacerdotes cõtemnant & persequantur, nisi quia per ambitionem facti sacerdotes omnes tales æstimant, quales sunt ipsi? Sacerdos autem, qui est secundum Deum, omnes sacerdotes timet offendere, quia omnes ex Deo fieri arbitratur: quanuis ex hominibus sit factus. Ecce enim Dauid quàm manifestè sciebat Saulem non esse regem secundùm Deum, tamen frequenter sibi traditum nolebat occidere, dicens: Non iniiciam manus meas in *vnctum domini. Item Paulus cum maledixisset sacerdotem Ananiam, & audisset quoniam erat sacerdos, pœnitentia ductus, respondebat, Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotũ. Hæc ille. AVCT. Ita existimo Witcleff non fuisse sacerdotem secundùm Deum: ideo omne sacerdotium maius & minus & omnem religionem à diabolo esse pronuntiat. Respondent autem Witcleuistæ quòd audiuere Witcleff dicentem, quòd lex Christi unam eius esse religionem Christianam docet: ideo pluralitatem religionum non accipit. Sic † perfidi Manichæi arguerunt legem ueterem aliam à lege Dei, quia 3 C lex noua (inquiunt) quam attulit Christus, ipsa est lex Dei. Vnde libro de opere monachorum ca. 11. AVGVST. Sub lege quidem non erat sicut illi, qui seruiliter eam operabantur, sed tamen in lege Dei & Christi. Non enim alia erat lex ista, & alia lex Dei, sicut perditi Manichæi solent dicere. Hæc ille. AVCTOR. Nec est alia religio Augustini, alia Christi: sicut perditi Witcleuistæ solent dicere, sed vtraque Christi, & ex institutione Christi, sicut hæc stella, & illa, quæ item differunt claritate: & quinque millia hominum, qui discubuerunt per centenos & quinquagenos omnes in una Christi mensa refectionem acceperant, nec aliquis sic reficiendo mensam refecerat sibi, aut multiplicauerat sibi panem: sic conuentus religiosorum

Aduentitiũ quid sit.

Ro. 14.

Deut. 31.

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

Hier. To 9.

Chry. To 3.

Christũ.

1. Reg. 26. Act. 23.

Aug. To 1.

1. Cor. 3. Io. 6.

sorum sub uno magistro Christo discubitus eligunt sub remissiori regule per quinquagenos, aut per centenos sub regula arctiori: sed siue hi siue illi, omnes sub una regula Christi. Quilibet in consensu ecclesiæ de manu Christi accipit vitæ regulam, nullus sibi constituit, Si uis perfectus esse, vade, & vende &c. Nũquid Christus & non apostoli Andreas, & Petrus, q̃ priùs eam deuouerant? Quis illam de tertio genere Eunuchorum, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, nonne Christus qui dixit, Qui potest capere, capiat: non autem, qui potest facere, sibi faciat? Ipse † ergo Christo in seipso religiosorum perfectiones inueniet, ipse eleemosynas, ipse prædicationes uerbi, ipse orationes ℘lixas, ipse hymnorum cantus, ipse hospitalitatẽ, ipse silentium, ipse extensas uigilias noctis, ipse opera pietatis inuenit, & omnes futurorum religiosorum perfectiones possibiles: ita ut extra eum nullus facere quicquam possit, sed totum ab ipso accipiat, quod pro modulo uitæ suæ iudicat profuturum. Ioanne tunc religioso eremita asserente, de plenitudine nos omnes accepimus, & Christo semper præsto affirmante, Qui potest capere, capiat. Qui non potes capere ardua, saltem si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vnde libro 3. de fide ad Gratianum Imperatorem. AMBROSIVS. Vt docet præsenti lectionis testimonium, uirtutes, quibus æternæ vitæ fructus acquiritur, in Deo factas æstimare debemus, Castitatem, pietatem, religionem, fidem, & alia huiusmodi, quæ in uoluntate Dei facta sunt: ergo sicut in Dei patris, ita ẽt in Christi uoluntate & uirtute facta sunt. Sicut legimus. Creati Christo in operibus bonis, AV 5 CTOR. Ecce † religionem & fidem uoluntate Dei factas æstimare debemus, dixit Ambrosius ita non potest dici ordinem perfectorum religiosorum ab homine puro factitatum, ut apostolos suos non priùs apostolos, quàm religiosos perfectos Christus efficere pauperes, castos & obedientes (inquiens) Sequere me, & sub hoc ordine ordinem plebeiorum, quorum diues iuenis erat vnus. Qui duo ordines in sãctos Hierosolymitanos, & fidelem gentium postmodũ magno numero diffusi sunt, pro quorum disparitate uitæ & meriti ca. 16. de templo Salomonis scribit BEDA. Multitudo ergo credentium qui relictis possessionibus uno corde & anima Deo seruiebant, ipsa est templum & locus intra atria sacerdotum specialiter illi cõsecratur. Porrò basilica grandis, & orantes in ea circa atrium sacerdotum in gyro figuram gestant eorum, qui eo tempore credebant ex gentibus in Syria, in Antiochia, cæterisque prouinciis & ciuitatibus. Quibus apostoli & seniores, qui erat A Hierosolymis, nihil amplius imponebant, quã vt abstinerent se ab idolis immolato, & sangui ne suffocato, & fornicatione quorum tamen oblationibus uolebãt pauperes sanctorum, qui erant Hierosolymis sustentari, quatenus carnalia sua eis ministrantes, spiritualium eorum possent fieri participes. Barnabas uerò, & Paulus cum sociis suis, qui oblationem eorum accipiẽtes, Hierosolymas deferebant, ipsi sunt sacerdotes, qui hostias susc̃ipientes ad altare domini cõsecrantes perducebant: bona deuotionis eorum sanctis, qui pro illis orare deberent, attulerunt. Nam carnales sufficere sibi credunt, si fidem, spem, & charitatem, operumque munditiam habeant. Perfecti autem & hæc habent, & insuper in uerbo prædicando laborant, pauperibus opera sua tribuunt, uigiliis, ieiuniis, hymnis, & canticis spiritualibus, sacris quoque lectionibus se dant: persecutiones, pericula, propter iustitiam tolerant, & cætera, quæ se feciſſe cum sociis Paulus gloriatur, prompta deuotione mentis exequuntur. Et infrà. Ad hoc atrium usque uniuersi conscendunt electi, qui fide, spe, dilectione, & opere Deo placere appetunt. Hoc alta meritorum gratia transcendunt perfecti. Tamen intantum uirtutis culmen non perficiunt, ut dicere suis auditoribus possint, Imitatores nostri estote, sicut & nos Christi. Gloriẽtur, & dicant, Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quantò magis secularia? Hæc ille. AVCTOR. Totum scribitur suprà libro. 3. resumo autem, quantum oportet aliter declarari quod ibi tacitum est. Audiat hic Witcleff, cum unitate sectæ Christi stare distinctionem uiuentium imperfectorum de populo, de fide, spe, & dilectione cum operatione pura contenti, tantò C longiùs à perfectis sunt discreti, quantò hi aliis excellentius sunt professi. Quis ibi enumeret uigilias, ieiunia, orationes iuges, hymnos, eleemosynas operum, sacras lectiones, & prædicationes uerbi dei, hoc contra illos aduersarios religiosorum: qui dicunt eos non debere prædicare uel insistere studiis lectionum, quia monachus non docentis sed plangentis habet officium. Audiat Witcleff, ℘ perfecti sunt perfectione uitę popularium, & ultra hanc, prædictas perfectiones admittunt: quia blasphemat in eis, quòd addunt, dicens, eos debere obseruare purè legem Dei: quasi non habeat purum oleum, qui delet amurcam, aut purum metallum qui purgat ci scoriam. Notet item, quod his perfectis uiris debent sacerdotes populorum oblationes & deuotiones afferre præ omnibus suis cæcis, debilibus, & claudis, quemadmodum Paulus & Barnabas dederunt dexteras Apostolis. Hoc idem fecere penes gentes, non cæcis, & uul-

Matth. 19.

Christus omnem religionem fecit & instituit.

Io. 1

Amb. To. 3

Eph. 2.

Beda

Eph. 5. 1. Cor 6.

Gal. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nul gi pauperibus, sed sanctis Hierusalem: de quibus primò ait illud scripturæ: multitudo credentiũ, quæ relictis possessionibus uno corde & anima domino seruiebat. Quæ multitudo uitam cœnobitarum tunc egit etiam ut gradui uitæ posset congruere in ipso commorans ait, die no
Act. 4. cteq; prout ex litera textus BEDA deducit in
Beda 6 libro retractionum super actus textu. Erant illis omnia communia BEDA. Communia† latinæ, græcè cœna, à quo nomine constat perfectos Dei famulos cœnobitas græcè, & communiter uiuentes latinè dici. Cœnobia eorum habebant nocata. Bion nanque lingua Græcorũ uitam constat appellari, non eam uitam, quæ morti contraria est, sed illam, dum quærimus, qua quisque conuersatione uitam ducat, in militia, an in agricultura, aut in arcta qualibet, honesta, an turpi, Monachus sit aut clericus, an laicus. Cæterum uita, qua à mortuis discernimur, Zoe nuncupatur à Græcis. Qui ergo ita viuunt B
ut sint eis omnia communia in domino, rectè composito ex duobus uno nomine uocantur Cœnobitæ: quæ nimirum uita tantò à terrenis seculi huius conuersationibus felicior est, quantò magis statum futuri seculi etiam in præsenti imitatur, ubi sunt communia omnia omnibus beatis cernẽtibus eius gloriam, à quo sunt omnia bona. Hæc ille. AVCTOR. Hanc uitam sanctam, quis primus hominũ fecit, nisi Christus homo? qui perfectionem uitæ in uoluntaria paupertate cõstituit, & cæterarum professione uirtutum, ut in medio populi Christiani status religionis sanctæ, quam ipse de crucis religione & auctoritate probasset, tantùm appareret eminere religionibus prophetarum in medio Iudæorum, aut religionibus Stoicorum, & Sibyllarum in medio gentium, quantum C
populus eius utrique ipsorum populo, uitæ merito præfulgeret: prout artificiosè satis deducit epistola ad Marcellinum, enumeratis in gentibus uitiis hominum, contra quæ uitam religionis Christus instituit. AVGVSTI-
Aug. To. 2 NVS. Gratias domino Deo nostro, qui contra mala ista misit nobis adiutorium singulare. Quò enim non tolleret? quem non inuoluret? in quod profundum non demergeret fluuius iste horrendæ nequitiæ generis humani, nisi crux Christi in tanta mole auctoritatis eminentiùs, firmiusque figeretur, cuius robore apprehenso, stabiles essemus, ut malè suadentium, uel malè impellentium, tam uasto mundi huius abrepti gurgite forberemur. In isto enim culmine morum pessimorum, ex ueteris perditione disciplinæ maximè uenire, ac subuenire debuit cœlestis auctoritas, quæ uoluntariam paupertatem, quæ continentiam be-

A neuolentiam, iustitiam atque concordiam, uerumq; pietatem persuadere, cæterasq; uitæ luminosas ualidasq; uirtutes. Sequitur. Deus. nisi ostendit in opulentissimo & præclaro Romanorum imperio, quantùm ualerent ciuiles sine uera religione uirtutes, ut intelligeretur, hac addita, fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex, ueritas: cuius lex, charitas: cuius modus: æternitas. Hæc ille. AVCT. Cælestis ergo auctoritas mũdo subueniens, uoluntariã paupertatẽ, continentiam, cõcordiã, & cæteras ualidas uirtutes uitæ misit sanctis hominibus, ut omnes ciuiles sine hac religione uirtutes declararet inualidas. Nec esset aliqua uirtus uel præcedentium in prophetica, uel ciuili, aut in religione post modum qualibet Christiana, quæ hic non esset, aut ab hac auctoritatis formula sequeretur.

¶QVOD A CONVERSATIONE beatæ uirginis, & Apostolorum in cœnaculo, traducta est deinceps schola religionis perfectorum in claustro. Capitu. LXXXIIII.

SVMMA.

1 *Religionis perfectorum schola in claustro unde fuerit traducta.*
2 *Carmelitæ cur fratres Mariæ dicti.*
3 *Cœnaculum cœnæ domini ubi fuerit.*
4 *Religio, quare schola uirtutum dicatur.*
5 *Regula duæ christianorum perfectorum, & inferiorum contra Witeleff.*
6 *Witeleff arguitur mendacij in eo, q̃ dicat plus trecentis annis post Christum religionem perfectorum sumpsisse initium.*
7 *Religionem perfectorum à Christo domino Deo, & homine per apostolos & euangelistas institutam, & auctam esse probatur.*
8 *Apostolorum esse regulã, quam omnes ordines sequi cupiunt, non à tali patrono facilitiam, sed ab apostolico exemplari secundùm uiuentium capacitates electam, ostenditur.*
9 *Antonius magnus eremita, & propheta, quòd ad eremum Aegypti apostolicam regulam sibi, & suis tulerit, non suam.*
10 *Hieronymus quòd fuerit monachus, ostenditur.*

1 IN†hac regula sanctimoniæ ꝓfessionis prima ꝓfulsit beata uirgo dei genitrix concordi apostolorum cętui usq; ad eorũ dispersionẽ, cohabitans primò in cœnaculo ubi iuxta actuum literã cõ mansерunt, Christo primò hoc iubente, donec induerentur uirtute ex alto. Prout lucidè declarat

rat in sermone de Assumptione beatæ uirginis
Lu. 24. ad Paulam, & Eustochium HIERON. Cæterùm ad exemplum humanæ uitæ conuersatio eius post ascensionem Christi generaliter cum apostolis fuit, quousque dispersi sunt, sicuti memi-
nit Lucas, dicens, quod egressi quidem à
Act. 1. monte Oliueti, Hierololymam uenerunt, & ascenderunt in cœnaculum, ubi manebant Ioannes, & Iacobus, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomæus, & Thaddæus, Matthæus, Iacobus Alpæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: hi omnes, inquit, erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Ecce Iesu ascendente cum quibus uirgo uacat in schola uirtutum, & meditatur in lege mandatorum Dei, ut & ipsa forma sit disciplinæ Christi, & exemplũ perfectionis uirginibus. Conuersatur autem cum testibus sanctæ resurrectionis: & ipsa testis con
uersatur cum senatoribus cæli intra curiam paradisi, sub Spiritusſancti disciplina, & magisterio diuino totius maiestatis. Inuenitur prima beata Maria inter primas summi regis cohortes quarum uita non erat iam de terris: in quibus Christus præliabatur, sed in cælis. Hinc ascendisse leguntur in cœnaculum, quo pascha dignissimè celebrabatur. Illi quippe manebant cum Maria matre Iesu vnanimiter conspirati in charitate, perseuerantes in oratione, donec induerentur uirtute ex alto. Consueuerant eñ iam orare, quia dudum cum domino conuersantes, uirtutibus, & miraculis pascebantur: & bene perseuerantes in oratione, nihil hæsitantes, donec acciperent munera Spiritussancti, quæ poscebant, quos & uos ò filiæ imitamini, quæ in schola Christi permanere uoluistis. Perseuerate in orationibus vnanimiter uiuentes, quousque intrare possitis gaudia ęternæ uitæ. Hæc ille. AVCTOR. Prope† hoc
Carmelitæ cur fratres Mariæ dicti, idem habes infra ca. 89.
2 cœnaculum contemplatione beatę uirginis, cultores uirginis Carmelitę hospitium acceperũt, illuc ad Pentecostes festum de Carmeli uertice descendentes, prout libro de peculiaribus gestis Carmelitarum ad Caprasium monachum scribit IOANNES. Anno ergo, in quo Christus Iesus ascendit in cælum, omnes religiosi prædicti mox post eius ascensionem in Hierusalem conuenerunt, ut ibi festum Pentecostes celebrarent in sanctis. Habitabant autem tunc in Hierusalem apostoli domini prope mansionem dictorum religiosorum, scilicet in cœnaculo grandi & strato, in quo Christus in die cænæ fecit sibi pascha parari. Vbi sacramentum Eucharistiæ instituit, & corpus suum sub specie panis sumendum discipulis tradidit: quòd
3 †cœnaculum erat in monte Sion, in parte mon-

Cœnaculũ cœnæ dom. nunc ubi fuerit.

tis, quæ dicitur Mello, ubi olim erat palatium quod rex Dauid sibi construxerat. Hæc ille. AVCTOR. His dictis multa tela franguntur religioni ex aduerso uibrata: primò, quòd impius Witcleff insaniens dicit de nouatione uel fundatione nouarum sectarum capitulo tertio. Siue Benedictus, siue alius quisquam nouam sectam supra Christianam collegerit, non in hoc est laudandus, nec persona ipsum sequẽs sectaliter, sed culpanda. Ratio est, quia cum ista consuetudine desponsantur. Hæc Witcleff. AVCTOR. Expone metaphoram, quam in desponsationis uerbo conceperis. Quòd immobiliter teneant sanctæ uitæ consuetudinem, quam ex talibus sanctis traxerunt, tunc non est talis magister laudandus, nec eius discipulus. Et culpanda igitur erat beata uirgo, & multùm culpandi apostoli, qui hanc uitam claustralem inceperunt ad exemplum humanæ uitæ, uacantes in schola uirtutum in cœnaculo, perseuerantes in oratione, non raptim orantes & breuiter, & meditantes in lege mandatorum Dei, ut forma essent disciplinæ, & exempl um perfectionis uirginibus, quibus tanto tempore post futuris ait Hieronymus de apostolis. Quos & uos o filiæ imitamini, quæ in schola Christi permanere uoluistis, perseuerantes in orationibus, unanimiter uiuentes, quousque intrare possitis gaudia uitæ æternę. Has ergo desponsat huic consuetudini uitæ cœnaculi, quæ cum sancta Paula in claustro uixerunt in grandi numero per turbas, & agmina, ut ipse refert in epitaphio eiusdem Paulæ, Vsque ad finem uitæ, & quousque intrare possitis, inquit, gaudia uitę ęternæ: & hoc unanimiter uiuentes non unanimitatem collegij exeuntes ad euentandum, ut impius Witcleff dixit. Et quod dicit iterum, si quisquam nouam sectam supra
2 Christianam collegerit in religionis detestationem loquitur diminutè: deceret enim supra regulam Christi populi Christianam, supra quam Christus suam ipsius regulam, & post se matris suæ & apostolorum regulam multò magis Christianam collegit, & addidit, sicut dixit Augustinus suprà, iam hac addita fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex ueritas. Et Paulus ad Ephes. 3. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, qđ petimus, aut intelligimus secundùm ueritatem, quę operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi. Damnatus Witeleff, dixit in confusiones seculi sanctorum, ut in omni uerbo, Christo, & eius apostolo se contrarium demonstraret, & sic indubium Antichristrum: quia & hoc unum signum dat

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostolus Antichristi ad Thessalonicenses. Hie.To.3.
quòd omnem religionem extinguat. Vnde. 11.
quæstione ad Algasiam HIERONYMVS.
Homo peccati, in quo fons omnium peccatorum est, & filius perditionis & diaboli: ipse est enim vniuersorum perditio, qui aduersat Christo. Et ideò uocatur Antichristus, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, quòd omnem probatam & ueram religionem suo calcet pede.
4 Hæc ille. AVCTOR. Sed † ut nostra tangamus, potest hic hæreticus uidere, quare religio schola virtutum dicitur, non q̃ à perfectione uirtutis discat, ut ipse putat, sed q̃ perfectæ uirtutis culmen, & perfectio ibi quæratur. Alioquin ubi maior perfectio uitæ, quàm ubi genitrix Saluatoris, ubi amici Christi, & cohæredes regni, studium conuersationis agebant, quorum tamen vnus carne purus, & mentis eleuatione præcipuus? Si dixerimus inquit, q̃ peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas non est in nobis. Ideò dicit Hieronymus scholam virtutum ibi esse, vbi cum apostolis Christi virgo vacat uirtutibus. Et de virginibus dicit idem, quæ in schola Christi permanere vouistis: Si in schola perfectionis perfecto esse præiudicet, his uirginibus, & uirgini matri præiudicat, & Christi apostolis. Si scilicet ibi est aliquod charitatis obstaculum, sine causa Christus dixit apostolis, Estote perfecti. Et quis nostrum perfectus erit in hac schola, quantumcunque uersetur, quâdo magister gentium impedimenta charitatis sentit in carne, dicens, Caro concupiscit aduersus spiritum? Ideò quæstione octaua ad Algasiam HIERON. Vnusquisque consideret, & accusator sui tractet incentiua uitiorum quomodo in sermone & in calore corporis sæpe loquatur, cogitet, & patiatur quòd non uult. Nolo dicere faciat, ne sanctos uiros uidear accusare: de quorum uno scriptum est. Erat ille homo uerus, immaculatus, iustus Dei cultor, recedens ab omni opere malo. Et de Zacharia & Elizabeth. Erant iusti ambo in conspectu Dei ambulantes in omnibus mandatis & iustificationibus domini absque querela: & præceptum est apostolis. Estote perfecti, sicut pater uester cælestis perfectus est. Nunquam autem hoc apostolis imperaret, nisi sciret posse hominem esse perfectum. Hæc ille. AVCTOR. Nunquam ita dixisset, si uis perfectus esse, uade, & uende &c. nisi hoc faciens esset perfectus, quan- 6
uis fugato quolibet impedimento charitatis, non statim culmen eius attingeret. Suprà dixi iam album factum perfectum inter omnes habere colorem, quanuis albedine ipsa non perfectus existat, & omne aurum uerum esse inter metalla perfectius, quanuis in auri spe-

A cie non sit purum. Et quæstione prima ad Edi Hie.To.3.
biam HIERON. Vis esse perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis? fac quod fecerunt apostoli, uade, uende omnia, quæ habes, & sequere Saluatorem, & nudam solamque crucem nuda sequaris & sola. Non uis esse perfecta, & secundum uis tenere gradum uirtutis? dimitte omnia quæcunque habes, da filiis, da propinquis, nemo te reprehendit: inferiora sectaris, dummodò illam scias tibi iure prælatam, quę elegerit prima. Hæc ille. AVCTOR. Hic † contra Witeleff duæ regulæ Christianorum perfectorum & inferiorum. Hic item audis eam statim perfectam, & in primo stare fastigio dignitatis, si faciat, quod fecerunt apostoli: quid hoc? uade, & uende. Hoc ipsum dicit Paulus thesaurizare fundamentum bonum in futurum. Vnde in Hie.To.9.
primæ ad Timoth. 6. lib. annotationum HIERON. Thesauriza fundamentum bonum, uade, omnia tua uende, & da pauperibus & reliqua quæ perfectionis est fundamentum. Hæc ille.
B AVCT. Et hæc quidem dicitur apostolica regula, non quòd illi illam regulam primi fecerunt, sed quòd à Christo ipsi primi post eum implebant, & cum orationis perseuerantia, claustri ut decebat, obseruantia, continentia, uigilia, hymnis, & prædicationibus posteris religiosis, & si non tantam, tamen quantam capere ualuerunt tradebant: Ipsis primò qui in templo Hierosolymis quotidiè perdurabant unanimes, quibus erat cor unum, & anima una. Actuum. 4. Ab his autem in Alexandrinos sanctos, agente sancto Marco est eiusdem religionis regula deriuata, sicut in prologo commentarij super Marcum, capiens hoc à libro Hie- Beda
ronymi de illustribus uiris scribit BEDA. Assumpto itaque euangelio, quod ipse confecerat, perrexit in Aegyptum, & primùm in Alexandria Christum annuntians, constituit ecclesiam tanta deuotione, & uitæ continentia, C
ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum videns Alexandriæ primam ecclesiam adhuc iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit, & quomodo Lucas enarrat Hierosolymis credentes omnia communia, sic & ille, quòd Alexandriæ fieri sub Marco doctore cernebat, memoriæ tradidit. Hæc ille. AVCTOR. Ab † hac historia iam suprà libro tertio huius operis delexi, improbè Witeleff esse mentitum, cùm diceret plùs trecentis annis post Christum, religionem perfectorum sumpsisse initium: cum Christus ipsam formarit, cùm apostoli ipsi tradiderunt eam Hierosolymitanis, pauperibus, & a quibus eam

Euange-

Euangelista Marcus in Alexandrinos sanctos perfectiori adhuc sanctitate traduxit, prout recitat libro secundo de institutis monachorum, Cassianus.
capit. 5. antiquus pater CASSIAN. Cum in primordijs fidei, pauci quidem, sed probatissimi monachorum nomine censerentur, qui sicut à beatæ memoriæ Euangelista Marco, qui primus Alexandriæ urbi Pontifex præfuit, normã susceperе uiuendi, non solùm illa magnifica retinebant, quæ primitùs ecclesiam, uel credentiũ 9
turbas in Actibus apostolorum legimus celebrasse, multitudinis scilicet credentium erat cor unum, & anima una &c. AVCTOR. Dicat † Witeleff amodò, quod nescìuit, religionẽ perfectam a Christo domino Deo & homine p apostolos & Euangelistas institutam & auctã. Si enim quidam vt illa prima credentium turba aliquid de perfectione apostolica relaxauit, qđ conuentus apostolorum in cœnaculo religiosa fœneritate tenebat, liberum fuit sancto Marco, & eius discipulis illud resumere, quod & fecit: B
nec tunc alia dicenda erit, quam apostolorum religio. Abundet unus in hospitalitate cum militibus, veniat alius vt Benedictus, & crescat in assidua custodia claustri: succedat Albertus cum Carmelitis suis, & crescat in silentio statutis horis & meditatione continua legis Dei in secretis cellis cum labore & penuria uictus. Sic Dominicus ferueat in doctrina cælesti, Franciscus in nuditate & despectu mundi, Augustinus item in mansuetudine spiritus, & parcitate victus, cùm vbere fructu uerbi Dei. Apostolorum † regula est, quam sequi cupiunt, quan- 8
uis nullum sequentem putem totam seruare ad C
punctum. Sicut de Augustino lectum est, q̃ cœpit uiuere secundùm regulam sub sanctis apostolis constitutam, & hoc quidem quilibet Nota.
ordo prosequitur, non secundùm regulam à tali patrono factitiam, sed ab apostolico exẽplari secundùm uiuentium capacitates electam, vt uniuersis Christi religionibus quisque viuendi modum, quem sibi oportet, inueniat. In Aegypti eremum postea fluenta religionis huius pla- 10
cido murmure dilapsa sunt, sed aut Paulo, uel Antonio apostolicam regulam illue ferente nõ suam. Vnde Homilia octaua super Matthæum, Chry.To.2
opere perfecto CHRYSOS. Neque enim quoniam aut ieiunant, aut vigilant, vacare post dignum existimant, sed noctes quoque sacris hymnis, & uigilijs, dies autem in orationibus, & manuum operationibus consummunt, apostolicum imitantes zelum. Et infrà. Quam igitur habemus in apologiã dic mihi, q̃ ueniã? Et profectò intellige qualiter hi antiquitùs erant, & pecuniarum amatores, & gastrimargiæ cum aliis malis. Illic erant lebetes carnium,

A quarum Iudæi meminerunt, illic multa uentris tyrannis: sed tamen vbi uoluerunt, transmutati sunt, & ignem Christi susciptentes, ad cælum repentè simul transierunt, & calidiores aliis existentes, & ad iram & uoluptates corporũ proniores, in corporales virtutes, in mansuetudine, & reliqua philosophiæ impassibilitate mutantur: & si quis in regione hac fuit, in tabernaculis illis intelligat eum, qui usque nunc in ore omnium est, quem † post apostolos in Aegypto attulit magnum & beatum Antonium, & Antonius magnus.
reputet, quia & hic in illa regione natus est, in qua & Pharao, sed tamen in nullo iacturam adeptus est, sed & diuina visione dignus effectus est, & talem demonstrauit vitam, qualem Christi leges exquirunt, & hoc sciet quis cum indulgentia superueniens libro uitæ illius historiam continenti, in quo multam uidebit prophetiã. Etenim de his, qui Arij sunt, ægrotans pronũtiauit, & dixit, iacturam ex illis futuram, Deo
B monstrante ei tunc, & ante oculos omnia futura subscribente. Hæc ille. AVCTOR. Ecce beatus Antonius magnus uir post apostolos, & beatus pater uitam monstrauit, qualiter Christi leges exquirant, & ita monachi alii apostolicum imitabantur zelum. Nec Antonius, cuius vitæ historiam non dedignatur sanctus Chrysostomus perscribere, & prophetam eum dicere, & diuinæ uisionis participem: regulam sibi, aut monachis suis fecit, sed nec factitium ordinem eius ab eo dixit, sed talem, inquit, instituit, qualem Christi leges exquirunt, & inter egregios religionum patres quid
C putas? Auxit eam Hieronymus? Nihil, inquit Witeleff, in dialogo ueritatis & mendacii, capit. 15. quia beatus Hieronymus ait, nullo modo uoluit possessiones tales accipere, nec claustraliter uiuere. Hæc Witeleff. AVCTOR. Quàm solenne mendacium per secula reboans, ut aures impleat surdiores, Hieronymus noluit claustraliter uiuere. Quid
10 † ergo tot annos fecit in Bethleem conuer- 1
sans cum fratribus in cœnobio usque ad annũ Hieronymus monachus.
suæ uitæ ultimum? Qualiter historia uitæ eius, quæ poni solet ante Epistolas eius in capite, plane refert. Vbi miraculum disputatur inter fratres & eum, de asino & eius custode leone. Et in historia: Hierosolymam, inquit, propter regnum cœlorum iuuenis militaturus aduenit. Cum aliquantis peractis in orando diebus cognouisset, quòd absque animi damno non ualuisset solus uiuere, cautè ex præcepto dominico, vt prudentibus aliis ualeret esse cõtiguus, antro prospecto, quod ab Hierosolymis sex millibus separatur contra meridianam plagam, accedens ad eiusdem urbis Pontificem

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum nomine petijt, vt parochiæ, quæ Bethleē A
fuerat sita, locum sibi habitandi tribueret. Cui 1
nimirum mox quod deuotè popoſcit dignè cōceſſum est, Bethleem adiuuantibus vicinis catholicis viris construxit monasterium, in quo sub statuta ab apostolis regula degens, cœpit, quod olim multùm cupiebat, cum fratribus habitare, & cum Eusebio Cremonensi nobili uiro cuius postulatione, ex græco sermone quādam epistolam transtulit in latinum. Hæc ibi. AVCTOR. Quam famosè hæc historia lucet in ecclesia, quòd iuuenis uenit in monasteriū, ubi senex octogenarius obijt, non ordinem accipiēs à seipso factitium, sed sub statuta ab apostolis regula: qualiter Hilarionem, Paulum, Antoniū, & cæteros cœnobiorum patres uixisse conspexit, prout in epistola ad Paulum presbyterum 2
ipse refert, Nos, inquit, habeamus propositi nostri principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarianos, Macharios, & de fratribus, cum quibus
in cœnobio monasterialiter uixerat recolens e- B
pistola ad Augustinum. Sancti, inquit, fratres, qui cum nostra sunt paruitate, præcipuè sanctæ & uenerabiles filiæ tuæ suppliciter salutant fratres tuos. Et inter epistolas Hieronymi, epistola Epiphanij Cyprij. Epiphanius. Cùm uidissē, quòd multitudo sanctorum fratrum in monasterijs consisteret, & sancti presbyteri Hieronymus, & Vincentius propter uerecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerium, quæ Christianorum præcipua salus est, &c. Hæc ille.

¶ QVOD DIVINA AVCTORITATE moniti sancti patres curauerint unusquisque religionis suæ relinquere successores. Cap. LXXXV.

SVMMA.

1 *Patres sancti quomodo sint laudabiles, quòd sanctitatis suæ consuetudinem & regulam successoribus dereliquerunt.*
2 *Christus dominus specialiter unctus quomodo à seipso tanquam à capite perfectionis traduxit regulam suæ sanctitatis in posteros.*
3 *Spiritualis perfectionis omnium religionum in ecclesia orbis terrarum uarietas, unde descenderit.*
4 *Wicleff quomodo spiritu Petiliani fingit se nescire monasticum ordinem in Christo fundatum.*
5 *Nuptiarum diuersitas describitur.*
6 *Nuptiæ, quòd fuerint à Deo institutæ, ostenditur.*

† ISTI sancti patres quantum putes laudabiles, quia sanctitatis suæ consuetudinem, & regulam successoribus dereliquerunt? Quòd damnabilis Witcleff contra omnem rationem, & Dei legem, etiam sine omni lege deprauat. Nam hoc fatagebant philosophi in discipulis suis facere, hoc patres aut magistri ciuitatū in ciuibus, hoc parentes in filijs, hoc item Christus in discipulis, & discipuli in singulis Christianis. Estote, inquit dominus, perfecti, sicut pater uester cælestis perfectus est, & misericordes, sicut ipse misericors est. Et de Patriarcha nostro Helia in gloriam singularem eius sapientia scribit, qui ungis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te. Ecclesiast. 48. Christus † autem dominus specialiter unctus à seipso, tā quam à capite perfectionis traducit in posteros primò in matrem & apostolos, tanquam in barbam, quæ est fortis viri indicium, & pars uicinior capiti: dehinc in multos discipulos præpositos populi, & doctores perfectos, tanquam in iteratam barbam. Dehinc in omnes gentium partes per euangelistas, & eorum sequaces tanquam in oram. Sicut exponit prædictum uersum Psalmista. Ecce quàm bonum: & sicut unguentum in capite lib. 2. contra Petilianum, responsione * capit. 4. AVGVST. Quid est in illo sacerdotio caput, quid barba, quid ora uestimenti? Quantum donat dominus ut intelligam C, aput est ipse Saluator corporis. De quo apostolus dicit. Et ipse est caput corporis ecclesiæ. Per barbam non incongruè fortitudo intelligitur. Ergo ad eos, qui sunt fortes in ecclesia eius, & adhærent ori eius, ut sine timore prædicent ueritatem, ab ipso Christo tanquam a capi C
te sanctum descendit unguentum, id est sanctificatio spiritualis. Ora uestimenti datur intelligi, quæ in capite uestimenti est, qua uestientis caput ingreditur: per hanc significantur fideles in ecclesia, in ora nanque perfectio est. Et utique meminisitis dictum fuisse cuidam diuiti, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & ueni, & sequere me. Tristis quidem ille discessit & neglector professionis electror defectionis. Sed nunquid ideo defuerunt in quos unitatis unguentum tali rerum terrenarum dimissione perfectionis, tanquam in oram uestimenti a capite descenderet? Nam exceptis apostolis, & qui cum eis erāt præpositis atque doctoribus, quos eminētiores & fortiores in barba intelligimus: lege in Actibus apostolorum, & uide, qui rerum uenditarum pretia ad pedes apostolorum ponebant, & nemo dicebat aliquid propriū, sed erant illis omnia cōia, & distribuebantur unicuique secun-

Matth.

Psal. 132. Aug. To. 7 *ca. 104.

Colo. 1.

Matth. 19.

secundùm quòd opus erat, & erat illis anima vna, & cor vnum in Deum. Nempe ita scriptum esse cognoscitis, Agnoscis ergo bonum & iocūdum fratres habitare in vnum. Agnosce barbam Aaron. Agnosce oram uestimenti spiritualis. Interroga ipsam scripturam vbi cœperint ista fieri, inuenies in Hierusalem. De hac ora uestis p omnes gentes vnitas tota contexitur, hac intra uit caput in uestem, ut indueretur Christus varietate orbis terrarum, quia in hac ora uestimen 5
ti apparuit varietas ipsa linguarum. Hæc ille. AVCTOR. Planè dixit Augustinus, qualiter
3 † ista varietas spiritualis perfectionis omnium religionum in ecclesia orbis terrarum à Christo capite per patres successiuè descendit. De hac ora uestis, inquit, per omnes gentes vnitas tota contexitur. Hac intrauit caput in uestem, ut indueretur Christus uerietate orbis terrarū. In quam uestem putas? illam, qua astitit regina in uestitu deaurato circundata varietate. Quæ varietas inter perfectiones attenditur & perfectos, ut sit Christus summus perfectus in capite, à quo descendit hoc vnguentum spiritualis perfectionis in apostolos, & doctores: & demū in oram uestimenti, quanuis in inferiores, tamen eiusdem spiritualis sanctificationis vnguēto perfectos. Quomodo ergo consuetudine religionis suæ perfectæ, quam neglexit diues iuuenis, qui cum plebe communi mandata seruauit, non continuare curauit Christus in alijs, aut patiebatur eam usque deficere? Tristis ille discesit perfectionis neglector, inquit Augustinus. Sed nunquid ideò defuerunt, in quos vnguentum tali rerum dimissione perfectos in o- 6
ram uestimenti à capite descendit? A capite ergo descendit omnis religionis perfectio, quæ hanc perfectionem ponet, quanuis varietur in alijs, tanquam in homine. Non à Benedicto, Augustino, uel Alberto, ut factitia ab homine C
puro, quanuis per eos in nos uenit, sicut per apostolos in credentes. Petilianus ingens hæreticus sic detraxerat Augustino, q monachorum genus unum ipse instituit, quod Petilianus iō ut ignotum contempsit, lib. 3. contra eundem, c. 35. AVGVST. Deiceps perrexit ore maledico in uituperationem monasteriorum & monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus uitæ à me fuerit institutum. Qui genus uitæ omnis quale sit, nescit, uel potius toto orbe notissimum nescire se fingit. Hæc ille. AVCT. Huc
4 † ueniant Witeicuistæ miselli, qui tanto plausu sui Satrapæ uerba suscipiunt dicentis se nescire religionum fundationes nisi ibi: Nescio uos. Aut ibi. Fratres nolumus uos. Ad tantum perdit sensum Christi, ut spiritu Petiliani nescire se fingit monasticum ordinem in Christo fundatum ab olim iam ante tempora Augustini in toto orbe notissimum. Sed dixit Witcleff. Cur ergo dicitis Dominicum, uel Albertum fecisse religiones uestras differentes obseruantijs, & uestibus, quæ non sunt de substantia ordinum, nec à Christo institutæ diuinitus? Et iterum quæro, si nuptiæ alias habebant obseruantias in paradiso, alias in ueteri testamento, alias & in nouo: & si Christus diuinitus non instituit nuptias has uel illas? Nunc † in nuptijs, sed non olim, dotales tabulæ interceſſerunt. Nunc item annulis subarrantur uxores. Item in lege ueteri ducebantur in domum mariti. In paradiso nihil horum: uix fides mutua fiebat expresse, par consensus in uerbis, aut traditio parentelæ, quæ tamen lege naturæ seruabantur in connubio Iacob, sed non fides illa, quæ omnem personam excludit à coniugio, præter unam. Istas ergo nuptias quando fecit Deus? Sed stolidus Witcleff infert uitiosas consuetudines in religione, quas ipsi religioni conglutinans, Christus, inquit, non hanc instituit religionem: ergo Satan & diabolus. Hac ratione delirus Iulianus imposuit Augustino, dixisse cum nuptias non esse à Deo: quia a concupiscentia nuptiali uitiosa, fomes a prole contrahitur, quæ non est a Deo, libro primo contra duas Epistolas Pelagianorum capit. 3. AVGVSTIN. Dicunt, inquit, istas, quæ modò aguntur nuptias, a Deo institutas non fuisse, quòd in libro Augustini legitur, contra quē ego modo quatuor libellis respondi, cuius Augustini dicta inimici nostri in ueritatis odium susceperunt. Respondet Augustinus. Nunc † ergo re- Gen. 2.
spondeo nuptias a Deo esse institutas, & tunc, quando dictum est, Propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: & nunc propter quod scriptum est a domino. Iungitur mulier uiro. Neque enim aliud fit etiam nunc, quam illud, ut adhæreat homo uxori suæ, & sint duo in carne una. Sequitur. Absit ergo ut libro meo contra hæc testimonia diuina iste aliquid legerit, sed uel non intelligendo, vel magis, calumniādo in malum sensum conatus est detorquere quod legit. Hæc ille. AVCT. Quid his uerbis conatur Augustinus, nisi nuptias omnes iustas a Deo dicere institutas, tunc quando ait, Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. siue sint laudabiles, vt virginum, siue permissæ, vt iterantium, siue sint vnius coniugis, vt & nūc in Christo, siue plurium ratione multiplicandæ Dei plebis, vt antiquitus in veteri testamento, siue cum noxia consuetudine voluptatis, aut transfusione originalis delicti, aut sine omni concupiscentia contracta, uel acce-

Aug. To. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta, ut erant nuptiæ matris Dei, omnes quantumcunque uel qualitercunque uarias tunc primo & illo solo uerbo constituit: Propter hoc relinquet homo patrẽ, & matrem, &c. Neque inquit, aliud sit nunc, quàm ut ad hæreat homo uxori suæ. Pari modo per omnes religiones quãcunque uarias, modò in Christo nihil aliud fit, nisi ut cunctis relictis Christum sequantur. Igitur tunc omnes instituit, quando ait, Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ possides, & sequere me. Qui per medium meditationis in cœlis & interpositæ prædicationis uerbi Dei Carmelitas instituit solitarias nuptias equè ut multiplices condebat primordio. Vnde libro de uera innocẽtia propositione. 30. AVGVST. Ad cœlestis Hierusalem non ascendunt consortium, nisi qui toto corde profitentur, non proprij operis, sed diuini esse muneris, quòd ascendunt. Hæc ille.

Matt. 19.

Aug. To. 3

¶ AD BLASPHEMIAM WITcleff de religione perfecta soluenda, qui sine uerecundia apostasiam consulit, & commendat. Ca. LXXXVI.

SVMMA.

1 *Witcleff blaphemia, quòd religiosi sint iure soluẽdi, quòd sint sectæ Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum, quas Christus soluit, confutatur.*
2 *Fausti Manichæi calumnia contra patrum sacrificia.*
3 *Christiana religio, quòd ideò non sit contemnenda quia erat religio Pharisæorum, sicut nec sacerdotium Christianorum, quia erat & Iudæorum.*
4 *Paulus quòd non recesserit à secta Pharisæorum, sed superstitione eorum abiecta, in eorum ritu, religione, & nomine se esse gaudebat.*
5 *Pharisæorum fimbriæ spinosæ.*
6 *Fimbria in ueste Christi.*
7 *Nicodemum quomodo uocauerit Christus à secta Pharisaica.*
8 *Gamaliel Pauli magister, & legis doctor, ex Pharisæorum concilio.*
9 *Andreas & socius eius discipuli Ioannis, & quomodo Christus eos ad eius discipulatum uocauerit.*
10 *Barnabas quòd non contempserit Pauli religionem, quanuis societatem eius facta dissensione deseruerit.*
11 *Lapides sanctuarii, qui dicantur, ex pascasio. Et quomodo non sapit esse Christi consilium, conuentus & claustra effugere.*

AT quid sanctis religiosis post ista, cũ blasphemijs impij Witcleff? quòd † religiosi sint iure soluendi, quia Christus soluit religiones Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum quarto trialogi cap. 38. Christus ad magnificandum sectam suam, quam ordinauit per se sufficere, omnes tales sectas religionis priuatæ, ut Pharisæos, Sadducæos, & Essæos ordinauit destruere. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ita in communi loquio suo solet adiungere, quòd sectæ Pharisæorum, & in Pharisæorum uestibus ambulantes, quasi non possint esse uiri religiosi Christiani, quia fuerant Pharisæi. Hæc † erat calumnia Fausti Manichæi, contra sacrificia patrum, quia erant & aliquantulum talia sacrificia gentium: & arguit Augustinus eum sic intendere contra uirgines sanctimoniales, quia uirgines erant Romæ Vestales. Et respondet lib. 20. contra Faustum AVGVST. Sicut ideò non contemnenda, uel detestanda est uirginitas sanctimonialium, quia & Vestales uirgines fuerunt: sic ideò non reprehendenda sacrificia patrum, quia sunt & sacrificia gentium: quia sicut inter illas uirginitates multum distat, quanuis nihil aliud distet, nisi quæ cui uoueatur, atq; reddatur: sic inter sacrificia Paganorum, & Hebræorum multùm distat eo ipso, quòd hoc solùm distat, quæ cui sint immolata, & oblata. Hæc ille. AVCTOR. Ita † dicimus nostro Witcleff, non ideò contemnendam religionem Christianorum, quia etiam erat religio Pharisæorum, sicut nec sacerdotium Christianorum, quia erat & Iudæorum: imò sicut fideles Christiani sunt ueri Iudæi, dicente Apostolo ad Roman. 2. non qui in manifesto Iudæus est, sed qui in abscondito Iudæus. Et circuncisio cordis, & spiritu, non litera, ita sacerdotes Christiani sunt ueri sacerdotes: & religiosi Christiani ueri Pharisæi: ueteres Iudaici superstitiosi, & multùm distant, quanuis hoc solo distant Iudæi ueteres, & fideles, quòd ipsi Iudæi carnales, & per hoc aboliti: Christiani Iudæi sunt spirituales, & per hoc æterni. Ita hoc solo distant sacerdotes olim Iudaici, & fideles, q illi erant figurales, isti reales, & hoc solo multum distant. Item Pharisæi ueteres, & moderni multùm distant, quanuis hoc solo distent, quòd illi erant superstitiosi, hi, à Christo fundati, sciẽtes se soli Christo uouere & reddere. Sunt ergo omnes fideles ueri Iudæi, & omnes fideles religiosi ueri Pharisæi, nec dissoluit Christus religionem Pharisæorum, sicut nec populum Iudæorum, aut legem, sed impleuit magis & transtulit in fideles. Vnde nec Paulus se exuit Pharisæum ut iste, garrulat sine fundamento, tracta tu de oratione, cap. 5. Opus istud foret Deo proprium

A

1

2

3

Aug. To. 6

B

C

R. 2.

prium, sicut conuertit Paulum à secta Pharisaica ad Christianissimum. Hæc Witcleff. AVCT.

4 Sed fallitur in scriptura, quia † Apostolus à Pharisæorũ secta non recessit, sed superstitione eorum abiecta, in Pharisæorum ritu, religione, & nomine se esse gaudebat. Ad Philippen. 3. Si quis autem alius uidetur confidere in carne, ego magis, circumcisus octaua die ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundùm legem Pharisæus. Ecce si exuit se Hebræum, exuit se Pharisæum. Simul enim fatetur utrunque. Et nonne alibi ait, Hebræi sunt, & ego? Et iterum audi professionem eius de præsenti, Actuum. 22. Viri fratres (inquit) ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe, & resurrectione mortuorum ego iudicor. Ecce non exuit Pharisæũ, cùm dicit, Ego Pharisæus sum. Sed retinuisse se innuit, q̃ natus est, quanuis alibi dixerit se de præterito Pharisæũ: sicut ait Actuũ. 26. Secundùm certissimam sectam nostræ religionis uixi Pharisæus. Certissimam sectam dixit pro fide resurrectionis, quæ Pharisæorum erat religio, quam Christus contra Sadducæos confirmauit, non soluit intantùm, ut habitum eorum non respuebat ad usum suum assumere, hypocrisis tantùm superstitione reiecta: sicut in commentario super Matth. 23. HIERONY.

Phili. 3.

Act. 22.

Act. 26.

B

5 Superstitiosi † magistri captantes auram populare, atq; ex mulierculis sectãtes lucra, faciebãt grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uidelicet ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi à commonitione traherentur ad officia Dei, & ministeria seruitutis eius. Et infrà. Istiusmodi † erat fimbria, parua, & breuis ex lege præcepta, quam mulier illa, quæ sanguine fluebat, tetigit in pallio domini, sed non est compuncta superstitionis sentibus Pharisæorum, magisque sanata ad tractum eius. Hæc ille. AVCTOR. Dicat iam iste assuetis mẽdacijs i scripturis, ubi Christus soluit religionẽ Pharisæorum, quorum ipse firmauit professionem, & induit habitum? Et Paulus post ascensionem eius pluribus annis tunc, & semper seipsũ à natiuitate asseruit Pharisæum, & † dicat mihi, si Nicodemum uocauit Christus à secta Pharisaica, an fateatur (ut est) hominem ex Pharisæis eum magnum fuisse simul & Christi discipulũ, occultè tamen metum Iudæorum? Gamaliel † item uir Christianus, ad cuius pedes didicit legem Paulus: nonne legitur, quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel legis doctor, honorabilis uir, uniuersæ plebi dedisse consilium, si ex Deo est, stabit? Actuum. 5. Si secta fuisset, tunc reproba, ita ut Christus uocaret ab ea Paulum (ut tu somnias) ad discipulatum suũ, cur istos sanctos permittit simul esse Pharisæos,

Matt. 23. Pharisæorũ fimbriæ spinosæ.

Fimbria in ueste christi.

Act. 5.

C

A & suos discipulos? Dic † item cur non erat religio Ioannis dicenda deserta, cùm diuina & æterna uisitatione sua, Christus ab ea uocauit duos discipulos, Andreã, & socium eius ad discipulatum suum. Ioan. 1. Hoc deberet concludi pro tiùs de religione, & discipulatu sancti Ioannis, quia planè sic legitur, quàm de Pharisaica secta, & sancto Paulo, quòd nusquam, imò potiùs eius habetur oppositum: ueritas tamen habet, quòd Ioannis religio sit cõsecuta: sicut Homil. 18. super Ioannem habet CHRYSOST. Secuti sunt eum, non ceu magistrum contemnẽtes, sed ut ab eo maximè suaui, & ostensionem maximam eius, quod iudicio rationis recto hoc fecerunt. Sequitur. Non ergo destiterunt à magistro, sed uoluerunt discere, quid plus ferret Ioãne. Hæc ille. AVCT. Si ergo religionem Christi apostolica consecuta est, non ideò erat religio Ioannis spreta, sed ista prælata: cur non item religio perfecta sancti Ioannis rectè appetitur, nec religio Christi uulgaris inde contẽnitur? Stetit enim Ioannes in religione sua usque ad mortem retinens secum discipulos, qui erant, cum duobus. Imò discipuli Ioannis erant, qui dixerunt ei, Rabbi, qui erat trans Iordanem tecum, cui testonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Et discipulos Ioannes habuit, quando dictum est, propter quid nos ieiunamus, & discipuli tui non ieiunant? Et discipulos reliquit Ioannes post se, de quibus dictum est accedentes discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius, & sepelierũt illud. Mar. 6. Multi quoque de Christi discipulis erant, qui abierunt retrò de religione Christi, nec ideo religio, uel secta Christi peruersa, sed eorum facta indiscreta. Multi à religione uulgi Iudaici ad religionem Ioannis à religione itẽ Ioannis ad apostolicam sectam Christi scandebant, altiorem apperentes, nec aliam contemnẽtes: quanuis nec primam dicerentur spernere, & si contigisset eam deserere: sicut † nec Barnabas religionem Pauli comptempsit, quãuis societatem eius facta dissensione deseruit. Actuũ 15. Hoc modo igitur ad religionem perfectam ascẽditur, sine religionis uulgaris incõmodo: & de religione pfecta ad episcopalẽ & apostolicũ Christi statũ sine p̃iudicio religionis pfectæ, sicut ab eremitica uita Ioãnis ad apostolatũ Christi ascẽdit Andreas. Vnde lib. 3. Dialogorũ cap. 13. CHRYSO. Respice publicas festiuitates, in quibus solebant fieri electiones sacerdotum, uidebis statim tantas in illum, q ui in episcopatũ assumitur, accusationes dirigi, quantus fuerit populus subditorum. Et infrà circa mediũ. Sed neque de congregationibus monachorum remouendos cunctos hac disputatione cẽ fuerim.

Mar. 6.

Chr. To. 3

Act. 15.

Chry. To. 7

Euenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euenit quippe, ut & plurimi de illo grege in hoc splendescerent ministerio. Quid ergo ostendere uoluit? uidelicet, q̃ nec religio per semetipsam solam, neque in longum tempus procedés senectus abundaret ad sacerdotii susceptionem quibus multi fidentes, torpenti sese otio dederunt. Hæc ille. AVCTOR. Garrit item amētiā suam tractatu de septem donis Spiritussancti c. 3. Erubescerent (inquiens) religiosi moderni, qui dicunt, q̃ in hoc à nobis differunt, q̃ obseruant omnia Christi consilia. Sed reuera, si consilia Christi perfecta seruarent, conuentus monstruosos relinquerent, & prælatos diabolos, quibus ex humanis traditionibus obligantur, & p fectæ legi domini, atque facili prudenter se submitterent. Cõsilium autem tale ex Sancto spiritu non processit, cùm ipse consuluerit Christi apostolis terram habitabilem sine talibus tradi B
tionibus infamibus procedendo bini & bini (fi 1
cut fecerunt apostoli profecti ad ædificationē ecclesiæ) peragrare. Hæc Witcleff. AVCTOR. 2
Hoc intendit impius iste sator Lolii, prouocare scilicet religiosos uiros ad circuncundum per seculum & claustri cõtinentiam fugere: nec au 3
dit lamentantem Prophetam tales uagos, & dicentem, Dispersi sunt lapides sanctuarii in capi
te omnium platearum. Non credis mihi, saltem 4
Threno. 4. audi, quid in expositione libri Threnorum di-
11 cat PASCHASIVS. Lapides† sanctuarii plan 5
Paschia sius guntur dispersi in capite omnium platearũ, qui
semper intrinsecus priùs habebantur: nec sume 6
bantur etiam in summi sacerdotis usibus & ho 7
nore nisi cùm intra sanctorum sancta ingredies
in conspectu sui conditoris apparebat. Qui ergo puta sunt lapides isti sanctuarii in capite 8
omnium platearũ dispersi, nisi sacerdotes Chri
sti, & ministri sacri altaris, & etiam monachorũ 9
sancta Deo consecrata societas, necnon uirgi- C
num & sanctimonialium numerositas, qui sem 10
per debent Dei apparere in secreto conspectibus, quos nunquam necesse est foris conspici, 11
nunquam extraneis & seculi actionibus occupari. Sed, quod grauius est, ideò dispersi deploran 12
tur quasi lapides sanctuarii in capite omnium 13
platearum: quia dum per uitam & orationem in
tus esse in contemplatione Dei semper debuerant, per uitam reprobam foris passim uacant. Ecce iam penè nulla est secularis uitæ actio, quam non sacerdotes Christi administrant, nulla mundi negotia, in quibus ministri altaris se non occupant, nulla rerum improbitas, in qua se monasticus ordo non implicet: penè nulla illecebris uitæ blanditiis, qua se castitas sanctimonialiũ non commaculet. Dum ergo in sancto habitu, & religione constituti exteriora sunt, quæ exhibent, & uana uitæ oblectamenta, quæ A sectantur, quasi lapides sanctuarii foris in capite omnium platearum dispersi iacent. Hæc ille. li. 4. AVCTOR. Magnus ergo pater Paschasius non sapit esse Christi consilium sacros conuentus effugere, & per seculum ad prætensam ædificationem ecclesiæ, uerum autem scandalum peragrare: sed quod uouit aliquis in conspectu Dei semper intrinsecus esse, debet hoc de necessitate salutis implere, ut si non* lapis sanctuarii in pontificis indumento. *forsan superst.*

¶QVOD NON LICET RELIGIOSO religionis propositum dimittere, quod accepit: quia nisi religiosus saluus esse non potest. Ca. LXXXVII.

SVMMA.

Religionis professio, q̃ sit latria exhibita deo, probatur.

Homo sacrificium iam factum, semper Deo pertinet. & quomodo si alteri donetur, iniuriam Deo facit.

Religiosus nir quomodo ante professionem sit de familia Christi, non autem de ministris: & quid si promisit, & recedat.

Religioso quòd non liceat religionis propositum, quod semel accepit, dimittere.

Vota etiam inconsultè facta, quomodo non sine magna formidine temerantur.

Respicere retrò post aratrum, qui dicantur.

Witeleff fugiendus tanquàm Satanæ consiliarius qui audet apostasiã suadere, & approbare clanstralibus.

Propositum q̃ non liceat nobis mutare, licèt dignitatem propositi perdiderimus.

Lampetij hæretici error antiquus circa religiosos quem renouat Witeleff.

Witeleuistarum extrema sæuitia in Boemia, recensetur.

Lucij Ariani crudelitas narratur, etiã aduersus Eremicolas martyres.

Charitatis bona.

Religionis præconia.

QVid ergo? nunquid de scandalo isto se potest eripere, quo Christi seruos à seruitute Dei uocat ad seruitutem diaboli, & secularis negotii? Dixerat Hieroboam in corde suo. Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste ad faciendum sacrificia in domo domini in Hierusalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam, interficientq̃ me, & reuerteutur ad eum: excogitatoq; consilio erit duos uitulos aureos, & dixit ei: *3. Reg. 12.* Nolite ultra

ultrà ascendere in Hierusalem. 3. Reg. 12. quid A
diuersum ab isto facit impius iste Witcleff, dicens in corde suo, Si ascenderit populus iste ad faciendum sacrificia in domo domini in Hierusalem, conuertetur cor populi huius ad dominũ suum, secundùm antiquum eius consilium in prophetis, & apostolis, & sanctissimis uiris ecclesiæ: statimq; in comparatione religionis sanctissimæ uidebunt ex aduerso meam perfidiam interficientq̃ me tanquam scripturarum sanctarum, & doctrinæ Christi falsarium, & proditiosum hæreticum. Faciam ergo mihi duos uitulos aureos, eminentiæ scilicet popularis religionis super omnem alia sub colore aureo mandatorum, & uagę uitæ, ab omni uoto, & claustrali ritu, sub colore aureo libertatis apostolicæ, & ædificii proximorum. Sic cogitauit, & dixit, Nolite ultrà ascendere in Hierusalem, in domo domini quid ibitis? Ecce Dii Israel. Sic à latria deo B
exhibenda uocat fideles ad idololatriam. A do-
mo domini in Hierusalem ad Phanum diaboli in Bethel. & Dan, A religione Christi ad carnis Phanum & seculi. Totum hoc quàm uerum est fidelis non dubitat, qui saltem plano oculo prospicit, quàm altum sacrificium Deo facit, qui carnis & mentis omnes actus per religionis introitum perenniter consecrat. Decimo enim de 2
ciuitate Dei, cap. 1. hoc exprimit AVGVST.
Aug. To. 5. Religionis professio est latria exhibita Deo. 1 Vtrum† scilicet angelis, an tantùm Deo suo, qui etiam noster est, placeat eis ut sacra faciamus, uel sacrificemus, uel aliqua seu nosipsos religionis ritibus consecremus. Hic est enim diuinitati, uel si expressius dicendum est, deitati debitus cultus. Hæc ille. AVCTOR. Et item post ca. 6. cultum huius sacrificii distinguens in sacrificium corporis & animæ, utrumq̃ dixit Deo, & soli Deo uerum sacrificium esse, rem esse diuinam. Eodem lib, cap. 6. AVGVST. Verum sacrificium est omne opus, quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum C
scilicet ad illum finem boni, quo ueraciter bea
ti esse possimus. Vnde ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si non propter Deum fit, sacri 3
ficium non est, sed cùm propter Deum offertur tum sacrificium res diuina est. Vnde ipse homo Deo nomini consecratus, & Deo deuotus, inquantum mundo moritur, ut Deo uiuat sacrificium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet, quam quisque in seipsum facit. Propterea scriptum est, Miserere animæ tuæ placens deo. Corpus etiam nostrum cum temperantia castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, pro- *Rom. 3.*
pter Deum facimus, vt non exhibeamus membra nostra, arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo: sacrificium est. Ad quod exhortans apostolus ait. Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra ho *Ro. 6.*
stiam viuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Si ergo corpus, quo *Ro. 12.*
inferiore tanquam famulo, uel instrumento utitur anima cum eius bonus & rectus usus ad dominum refertur, sacrificium est, quantò magis anima, cùm se refert ad Deum, ut igne amoris eius accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat, ei tanquam incommutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placent, q̃ de eius pulchritudine acceperit, sit sacrificium? Quòd idē apostolus consequenter adiungens, Nolite, inquit, conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis uestræ, ad probandum, quæ sit uoluntas Dei: quod bonum, & beneplacitũ, & perfectum. Hæc ille. AVCTOR Videte processum à principio, q̃ cùm nosipsos, uel nostra, religionis ritibus consecramus, diuinitati debitum cultum facimus, quem tunc non nisi latriam declarat. Postmodum, q̃ cùm sacrificiũ res diuina est, & soli ipsi congruum ipse donũ Dei nouum consecratus, & Deo deuotus, inquantùm mundo mortuus, ut Deo uiuat, sacrificium est. Quis ergo ab hoc sacrificio hominem reuocat, quod iam fecit, nisi qui cultum latriæ Deo detrahit, & si alteri tribuat idololatriam veram, aut docet, aut agit? Maximè† cùm homo sacrificium iam factum, semper Deo pertinet, & alteri si donetur, iniuriam Deo facit. Vnde sermone. 52. primæ partis, qui est de persecutione Christiana AVGVSTIN. Primò liber eras, & eras quidem de familia mea, sed non eras ante oculos meos: non eras de ministris meis, sed *Aug. To. 8.*
tamen eras de familia mea. Non eras mecũ, sed tamen meus eras. Ex quo militare cœpisti, si recesseris, non tunc habeo te quasi de familia, sed quasi fugitiuum. Hoc totum quare dico? qm̃ in nostra est ptãte promittere, seruire Deo & obedire, non est in nostra potestate dimittere. Promisisti, præmium habes. Negasti, pœnã habes. Non est meum, utrumq; est tuum: elige, q̃ uelis. Habes uiam uitæ & mortis, ingredere quò 3
volueris. Hæc ille. AVCT. Quàm† pulchrè sanctus pater attestatur priori Paschasio, q̃ religiosus uir ante professionem erat de familia Christi, non autem de ministris, non ante oculos dñi semper conuersans. Si professus promisit, præmium habet, nec tunc si recedat, erit famulus Christi, sed simpliciter fugitiuus. Negasti, inquit, pœnam habes. Et subdit ibi planè AVGVSTI. Hoc totũ dico fratres charissimi, nè quis de uobis putet se habere liberam potestatem, & dicat, Ergo illi, qui uxores habent, qui sunt in ciuitatibus, qui militãt, qui negotiãtur, ergo totus mundus in periculo est, & soli monachi saluantur? non est æqua nostra & illorum condi
tio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. Illi scientes imbecillitatem suam, non promiserunt facere, quod adimplere non poterant. Illi quidem sunt Christiani. Sed est Christianus quasi secularis, & secularis quasi negotiator, & Christianus quasi miles. Et Cornelius Centurio miles fuit, & saluatus est. Ego † quidē sum monachus, desij esse secularis, & factus sum monachus: aut monachus saluor, aliter non saluor. Non est itaque aliquod medium, si voluero dimittere vitam monachi, & sequi secularem, non habebit me dominus quasi secularem, sed quasi prævaricatorem. Non ergo licet nobis dimittere, quod habuimus in proposito. Hæc ille. AVCTOR. Cuius ergo procurator est Witcleff, quando tàm sedulò prouocat, tentat, instat, vt religiosi resiliant à proposito, quod professione sacra Deovouerunt: nonne Satanæ? qui tentauit omni arte callida Christum à pinnaculo tẽpli deijcere, & ieiunium sacrum soluere, quod elegit, & per saporem lucri secularis Satanam adorare? Hoc idem agit, vt religiosum uirum ab arce perfectionis, & professionis voto deponat, & sacram eius abstinentiam à mundi conuersatione resoluat, & illecebris seculi se iterum polluat, qđ deuouit. Hoc totū facere satagit, quod Satan, præter hoc, quòd Satan medijs scripturis Christi perfectionem aggredi frustrà cœpit, & ipse discipulis suis obtusioris ingenij, nec scripturam, nec auctoritatem, quanuis falsarius omnium vsquam allegare sciuit: sed vt lupus vlulatus vanissimos spirat pro seculo repetẽdo, quòd puderet dicere Sarracenum. Vbi iam sunt leges diuinæ, quas vltimò solet de ecclesiasticis extoquere? Nunquid recolere potest scriptum esse; Cùm uoueris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere: qa requiret illud dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris pollicerī, absq; peccato eris: quòd autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies, quòd promisisti domino Deo tuo, & propria voluntate ex ore tuo locutus es. Deute. 23. Quid aliud, quidve diuersum ab hac diuina sententia dixit Augustinus. Et quid aliud quàm plānè huius diuinæ legis contrarium docet Witcleff? Quod semel egressum est delabijs tuis non obseruabis, nec facies quod promisisti domino Deo tuo, & propria uoluntate tua ex ore tuo locutus es, imò apostatabis, & retrò respicies. Et respondeat Witcleff. Quanto maiori timore frangenda sunt sanctorum uota, quando inconsultè facta non sunt, cùm † inconsultè facta non sine magna formidinè temerantur, prout de uoto Ieptæ, libro. 2. *de uiduis, in principio locutus dicit AMBROSIVS. Et si parricidium non probo, aduerto prævaricandæ metum, & formidinem sponsionis. Denique ad Abraham dictum est: Nunc scio, quia amas Deum tuum, quia nonpepercisti unico filio tuo. Habesigitur iudicium, quo docetur prævaricandum temerè non esse promissum. Hæc ille. AVCTOR. Vtautemtemeritas consulentis apostatare, pleniùs confundatur, iactat se obicem citò post idem AMBRO. Vereor ne prædicatores mihi apposuisse uidear qui me alienis commendent laudibus. Initiatas, (inquit) sacris mysterijs, & consecratas integritate puellas nubere prohibet. Vtinam prosiem reuocare nupturas, utinam possem flāmeum nuptiale pro integritatis mutare uelamine. An indignum uidetur, ut sacrę uirgines à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias, & quibus licet sponsum eligere, non licet Deum præferre? Hæc ille. AVCTOR. Modo dicat Witcleff Ambrosio, qui tantoperè luget sacras professas ab altaribus raptas ad nuptias. AVGVST. Sanctus dixit contra eum, qđ monachus saluor, aut aliter non saluor. Non habebit me dominus ut secularem, sed ut prævaricatorem, si post uotum sequi uoluero uitam secularem: quia hoc est respicere retro post aratrū. Audi adhuc quid in titulum Psalm. 88. de hacre senserit AVGV. Vnusquisque, † inquit, fratres charissimi de loco itineris sui ad quem proficiendo peruenit, & quem nouit Deo, inde respicit retro, cùm ipsum dimiserit: uerbi gratia, statuit castitatem coniugalem seruare (inde enim incipit iustitia) recessit à fornicationibus, & ab illa illicita immunditia, quando se ad fornicationes cõuertit, inde retro respexit. Alius ex munere Dei maius aliquid uouit, statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur, si duxisset uxorem, post uotum, quod Deo promisit, si duxerit, damnabitur. Cùm hoc facit, quod ille qui non promiserat, tamen ille non damnabitur: quare iste damnatur, nisi quia iste respexit retro? Iam enim ante erat: Iste autem ad illud nec dum peruenerat. Si uirgo, quæ si nubere, tnon peccaret, sanctimonialis sit Christi, si nupserit adultera deputabitur. Respexit enim retro de loco, quo accesserat. Sic quibus placet relicta omni spe seculari, & omni actione terrena, se in sanctorum, in communem illam uitam ubi non dicit aliquid proprium, sunt illis omnia communia, & est illis anima una & cor unum: quisquis inde recedere uoluerit, non talis habetur, qualis ille, qui non intrauit, Ille enim nondum accessit, iste retro aspexit. Hæc ille AIVCT: Fugiat † ergo omnis Christianus talem consiliarum Satanæ, qui quasi animam non haberet, nec speraret quicquam de uita futura: sic contra Christi euangeliū, & omnes scripturas diuinas impius tantùm & hoc cæcis ratiunculis audet apostasiam suadere, & approbare clausti-

Gen. 22.

Matt 4.

Aug. To. 1

Iudi. 11.

*uirginibus lib. 3. Amb. To. 1.

Act. 4.

libus.

libus. Nunquid sperabam potuisse ingredi cor Christiani tam prauum iniquumque consiliū? SAPIENS autem contra istum, omnem admonet Christianum Prouerb. 2. prudentia seruabit te, ut eruaris de uia mala: ab homine, qui peruersè loquitur. Qui relinquunt iter rectum & ambulant per uias tenebrosas. Qui lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorū uiæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Vbi in expositione li. 1. Beda. Viam malam, opera iniqua, hominem peruersa loquētem, doctores dixit iniquæ operationis. Viam malam, inquam, uocat, qui dicunt, ueni nobiscum, insidiemur sanguini. Peruersa loquentem eum dicit, qui huius auctor est suasionis. Hęc ille. AVCTOR. Officia uaria sunt, uocantis, loquentis, & operātis iniqua: sed in uno Witcleff conueniunt, loquente, operante, & suadente religiosum uirum retrò respicere, ut nō sit aptus regno Dei unquam deinceps, dicente Augusti no iam suprà. Virgo sanctimonialis si nupserit, adultera deputabitur: respexit retrò. Vir conferens se in societatem, & conuentum sanctorū ad communem uitam, si dimiserit, non talis habebitur, qualis qui non intrauit, sed damnabitur, retro respexit. Et item supradicto sermone. 57. AVGVS. Non † ergo licet nobis dimittere, quòd habemus in proposito: licèt dignitatem propositi perdideris. Si peccasti in uita monachi constitutus, esto pœnitens quasi monachus, patiens non quasi secularis. Aliquis dicit. Fugi dominum meum, ne me cædat, semper debeo fugere. Si te pœnitet, qđ fugisti, debes ad dominum reuerti. Nemo dicat, pœnitet me, quia fugi, & semper debeo fugere. Siue sancti sumus siue peccatores sumus, non nobis licet mutare propositum. Si sanctus es, beatus es, & monachus: si peccator es, miser es, & monachus tamē es. Non licet propositum mutare, licèt dignitatem propositi perdideris. Hæc in commune loquor, mihi quoque loquor, ne quis se putet habere potestatem mutandi propositum. Hęc ille. AVCT. Audiat hoc Witcleff: & quanuis ipse fidem Christi, & professionem in baptismo dimiserit, cesset tamen cœli stellas secum attrahere terræ: quas religiones fratrum cogitur appellare. Vbi sollicitè procurat eos religiones suas dimittere, quas uouerunt, cap. 39. quarti trialogi. Sed cùm euangelica scriptura eas cum Sole & Luna locat sursum in cœlo, ipse falsificās euangelium, comatas efficit aere caliginoso, simul & corrumpens naturam, quæ nunquam sic simul comatas plurificat, ut sunt fratres, sed dequit, utrum personæ istarum lectarum, quas placet Deo ex sua gratia illustrare, dimittent has, se ctas? Hæc Witcleff. AVCT. Hoc habet in uoto quod sanctus uir catholicus nunquam habebat quod execrandi hæretici semper habent: prostibulum magis esse, quàm claustrum remanere pudicum: qualiter plaudenter infert Donatista Petilianus in contemptum ecclesiæ sanctimonialem olim in ecclesia Manichæorum catechumenam factam esse. Vnde lib. 3. contra Petilianum. ca. 14. AVGVS. peragat etiam in sermone multiloquo, sed planè uaniloquo in ea, quæ prorsus ignorat, vel in quibus potiùs abutitur ignorantia plurimorum, & ex confessionem cuiusdam fœminæ, qđ catechumenam se dixerit Manichæorum, quæ sanctimonialis in catholica fuerit, quòd ei placet de illorum baptismo dicat aut scribat, nescíens, aut nescire se fingens, non illic appellari cathecumenos, tanquam eis baptisma quandoque debeatur, sed eos hoc uocari, qui etiam auditores uocantur. AVCTOR. Contra Dei gratiam monte gens hæretica, qua sola professus in religionis arcto ad perfectum colligit, quòd spopondit sacer Augustinus hac gratia illustratus uberrimè. Si miser monachus, tamen monachus es: non licet mutare propositum, licèt dignitatem propositi perdideris. Dignitatem, dicit integritatem professionis, qua lis est virginalis integritas, qua perdita, & si reuocari ulla pœnitentia non potsit, est tamen propositum relumendum. Hoc in commune loquor, inquit Augustinus, ne quis se putet habere potestatem mutandi propositum, dimittendi religionem. Vnde ergo præsumit impius Witcleff potestatem suam? Non à Christo Deo, sed ab apostata Iuliano, aut à Lampetiano aliquo damnato olim hæretico. Ipse† enim Lampetius antiquitùs hoc suadit religiosis, quod renouat modò Witcleff. Vnde libro centum hæresum. hæresi 98. DAMASCENVS. Lampetiani à Lampetio quodam appellati, qui negligētibus in idipsum, & simul viuere, & in cœnobiis conuersari, concedunt, unicuique qualem uoluerit approbare conuersationem, & pertransire hanc & quam prælegerit formam induere. Non enim aiunt ex necessitate facere aliquid Christianum, quoniam scriptum est, Voluntariè sacrificabo tibi. Et rursus, Ex voluntate mea confitebor tibi. Concedunt autem (vt aiunt quidā) & naturalibus passionibus locum dare, & non resistere ipsis, uelut natura sic expetente. Hæc ille. AVCTOR. Succurre ergo filiis tuis domine Iesu ut contra hos Lampetianos antiquos & nunc Witcleuistas, per quos Satan eos expetit cribare ut triticum, ualidissima manu aratrū religionis teneant, ne retro respiciant: sed sciāt omnem ecclesiasticum cœtum pro hac uita ibi habitare, ubi sedes est Satanæ, & ideò hoc dictū

Aug. To. 2

Psal. 50.

Lu. 22.

Damascen.

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est septem ecclesijs, quod dictum est Pergamo, Seruus meus fidelis occisus est apud uos, ubi Satanas habitat, ubi aduersarius sanctum propositum mutat. Hoc dolet, hoc delictum centuplum, hoc desperationi uicinum. Non tenere fortiter, non usque in finem expectare constanter: ideò omni ecclesiæ cultori hoc est admonitum datum, ut pedem teneat, quem extendit, Ephesi angelus audit, Sustinuisti nomen meũ, & non defecisti. Memor esto unde excideris, & prima tua opera fac, Angelus etiam Smyrnæ, ad perseuerandum hortatur. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et angelo Pergamis dicitur simile. Tenes nomẽ meum, & non negasti fidem meam uincenti dabo mãna. Et angelo item Thyatiræ, Non cognouerũt altitudinem Satanæ, quemadmodum dicunt, nõ mittam super uos aliud pondus. Sicut dixit Witcleff, non esse onerandos religiosos pondere alterius regulæ, ultra leue Christi. Et multi simplices non cognouerunt altitudinem Satanæ in hoc dicto. Vnde in expositione eiusdem loci super Apocalyp. sermone secundo AVGVSTINVS. Non cognouistis altitudinem Satanæ, id est, non respicitis doctrinam, sicut hæreses: Nõ mitto super uos aliud põdus, id est, supra quod potestis sustinere. Hæc ille. AVCTOR. Sed huius ecclesiæ filijs statim adiungitur. Tamen id, quòd habetis, tenete, donec veniam. Et qui vicerit, & qui custodierit vsq; in finem opera mea, dabo illi potestatẽ super gentes. Angelus autem Sardis inter alia de constantia habet consilium. In mente (inquit) habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua. Qui vicerit, sic vestietur vestimẽtis albis. Angelo item Philadelphię, Tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Et item angelo Laodiciæ, Qui vicerit, dabo eum sedere mecum in throno meo. Hic septenarius, ecclesiarum vniuersitatem designat. Per omnes ergo ecclesias contra aduersarium nostrum Satanam, filius Dei verbum constantiæ mittit, dicens, Iugiter tene, quod habes, aut ad primum redeas, seruans, quod acceperis: quia nihil est, quod aduersarius humani generis sua det fortiùs quàm casum nostrum ab alto tecto perfectionum: unde nemo descendat per Euangelium in die nouissimo tollere olim tunicam suam. Odio enim habet ipse & omnis hæreticus religiosum uirum gratis. An credit frustrà dixisse Spiritumsanctũ per Paulum, q̃ omnes, qui piè uolunt viuere in Christo persecutionẽ patiuntur? Vnde & Ioannes in prima Canonica dixit, Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Et ibi in expositione BEDA. Mundum, dilectores mundi dixit. Nec admirandum, quòd qui amat mundum, fratrem à mundi auctore

Aug. To. 9.

2. Tim. 3.

1. Io. 3.

Beda.

A separatum, & cælestibus tantùm desiderijs intentum amare nõ possit. Abominatio est enim peccatori religio, vt scriptura testatur. Hæc ille, AVCTOR. Et in præfatum scripturæ testimonium lib. de vera innocentia, propositione 31. AVGVST. Omnes qui in Christo volunt piè viuere, necesse est, vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti & insani, qui præsentia bona perdunt, & inuisibilia sibi futura promittunt. Sed hæc despectio atq; irrisio in impios retorquebitur, cùm abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem. Hæc ille. AVTHOR. Hanc persecutionem, religiosi viri damnis rerum, & opprobrijs hæreticis agitãti bus senserunt in Anglia. Sed † extremam sæuitiã Witcleuistarum ipsi omnes experiuntur in Boemia: vbi locorum sanctorũ euersiones, claustrorũ combustiones, violationes virginum, cædes horrendæ, sanctorum iugulationes, mactationes sub malleis de membro in membrũ, contritiones sanctorum corporum etiam petris molaribus, liquentia item metalla gustant, & exilia vice magnæ pietatis gratanter accipiunt: centies acriùs sub falsi tituli Christianis; quàm sub veris Turcis, & Saracenis afflicti. Sic impijssimi fecerunt Witcleuistæ probantes falsissimam pietatem sibi fuisse sermonibus atrocissimis peiùs istis sequentes patrem suum Lucium Arianum episcopum. De quo lib. 11. ca. 3. ECCLESIASTICA HISTORIA. Qui † cum esset Arianæ partis episcopus, continuò ad ouem Petrim Athanasij successorem aduolat lupus. Et Petrus quidem nauem protinus conscendens, ad vrbem Romam profugit. Lucius verò tanquàm materia sibi crudelitatis oblata, sæuior erga cæteros efficiebatur, & ibat in sanguine, vt ne speciem quidem religionis seruare videretur: cuius primo ingressu tanta etiam turpia in virgines & continentes ecclesiæ gesta sunt, quę nec in persecutione gentilium memorantur. In de post fugas ciuium & exilia, post cædes, tormenta, flammasque: quibus innumeros confecerat, ad monasteria furoris sui arma conuertit. Vastat eremum, & bella quiescentibus indicit: tria millia simul, & eo amplius viros per totam eremum secreta, & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur. Mittit arma tam equitum peditumque manum, tribunos, præpositos, & bellorum duces, tanquam aduersum Barbaros pugnaturus, delegit. Qui cum venissent, nouam speciem belli vident hostes suos gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere nisi, Amice ad quid venisti? AVCTOR. O beati martyres, religione, charitate, & fraterna collectione in vnum contra horrendi hæretici

Aug. To 3

Boemorum impietas.

Lucif. Ariani crudelitas.

Eremicolæ martyres.

Matt. 26.

ci gladios iam cruore Christiano calentes, inter A Spiritussancti dona dulcissima: ne sub uinea se indissolubiliter permanentes: plus omni tentatione hac attẽdunt quod ipsis dixit apostolus Paulus. Teneamus spei nostræ confessionem in declinabilem. Fidelis. n. est, qui repromisit, & cõsideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, sicut est cõsuetudinis quibusdam, sed & consolantes, & tantò magis, quantò uideritis appropinquantem diem. Hebr. 10. Ita nunc agant contra omnem calliditatem hæreticam indeclinabilem spei suę confessionẽ teneãt, charitate, & bona operatione inuicem prouocent, ne collectionem sanctam sanctorum conuentus & cœtus, sicut est consuetudinis Witcleuistarum, & iniquæ suasionis scindant, aut deserant. Vnde super hunc locum Homil. 19. CHRYSOS. adijcit, q̃ perfectum amorem non delinquentes, congregationem nostram ipsorum, q̃ quidam, ait, faciunt, & Synodos intercidunt. Frater enim à fratre adiutus, ut ciuitas fortis. Sequitur. Putà, si quis virtuosus, respiciamus ad eum, ut amemus, & amemur. Ab † amore n. bona opera fiunt. Magnum. n. bonum Synodus. i. commoratio. seu cohabitatio, & conuentio: hæc eñ amorem calidiorem operatur, & ex ea, omnia geneantur bona. Nullum. n. est bonum, qd̃ per amorem non fit. Hæc ille. AVCTOR. Hoc † bonum maximum: hoc apostolicum bonum Witcleff subuertit verbis, Witcleuistæ diabolo contra Christum suadente, conatibus: destruẽtes, in quam vineam religionis, quam iuxta scripturã de Aegypto transtulit dominus: eiecit gentes, & plantauit eam. Plantauit certè radices eius, & implenit terram, operuit montes vmbra famæ eius & arbusta exemplorum eius cedros Dei. Iam destruit Witcleff maceriam eius, dicens solitudinem claustri nullam: uel sacros ritus eius, quibus carnem emacerant: & vindemiat eam spoliando pijs eleemosynis fidelium, omnes qui pertransgrediuntur viam, qui est Christus: hic est ergo catulus leonis illius, qui circuit iuxta Petrũ, quærens quem deuoret: qui iuxta prophetiam Iohelis posuit uineam domini in desertũ. Quę locum in commentario Iohelis exponens HIERO. Catulum leonis eum intellige, qui eleuatur contra omne, quod dicitur Deus & Religio: uel saltem omne dogma peruersum. De cuius contriti molaribus, quæ intrinsecus latent & non videntur, & non facilè uitantur, etiam Psalmista lætatur, dicens, Molas leonum confringet dominus. Si ergo dederimus locum huic genti ut ascendat in nobis, statim ponet vineam nostram in desertum: de qua vinum solebamus facere, quod lætificat cor hominis: & ficus nostra decorticat, siue confringit, ne habeamus in nobis

Chry. To. 4

Charitas bona.

Religionis præconia.

1. Petr. 5.

Hier. To. 6.

Psal. 57.

¶ AD CONTVMELIAS WITCLEFF, de religiosis perfectis. Ca. LXXXVIII.

B SVMMA.

1 *Religio omnis Christiana, quòd ortum habeat à cruce, contra cuius cultores uociferatur cum Iudæis Witcleff.*
2 *Christi patientia, & potentia ostenditur.*
3 *Septem quatuor, in quas inuehitur Witcleff, & fatentes dicit, quæ sint.*
4 *Religiosi, & fideles Christiani, quibus sint odor mortis in mortem.*
5 *Resistendum quòd sit Witcleff, & alijs hæreticis fortiter, à religiosis & Christianis sacerdotibus.*

1 IIs iniquitatibus nõdum cõtẽtus Witcleff, suationibus pestimis superaddit contumelias & opprobria inaudita. Vocat merdosos ordines, & apostemata, globos C & conglobatos appellat nouos, inutiles laruatos què diabolos, semp inhians, semper vociferans cũ Iudæis, ut de religione crucis Christus descẽdat in suis, ut suis satisfaciat hæreticis, & credãt in eum. Omnis † .n religio Christiana ortũ hẽt à cruce, & dixit cultor eius, Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Et oia quæ portat opprobria, pro religioso cultu simul ea ĩ cruce portat cũ Christo Iesu, forsan uerba tam horrida non formasset mens hominis, sed ipse clamauit in eo contra membra Christi, qui more insultantium Iudæorum clamabant contra p sonam Christi, dum dicerent blasphemãtes. Vah qui destruis templum Dei, saluum fac temetipsum descendens de cruce, & ipsi summi sacerdotes lollardici: Alios saluos faciunt isti ordines perorationes & traditiones friuolas, seipsos non possunt saluare à tormentis verborum no-

Gal. 6.

Matt. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strorum: idcirco de religionis suæ cruce descendant, vt videamus eos lollardizare nobiscum, & credemus eis. At libro 4. de Symbolo AVGVS. Qualis vox velut victoriæ illorum fuit dicentiũ Si filius Dei es, descende de cruce. Sed hoc ille per eos clamabat, qui patientiam Christo auferre cupiebat: ut excitatus insultationibus Iudæorum, demonstraret potentiam, sed perderet patientiam. Ille autem rex fortis, & singulare consilium, per quod nascitur, & regitur omne sanũ consilium, utranque aciem respiciebat, & patiẽtiæ, & potentiæ, & quòd seruauit, exhibuit. Nã † & patientiam seruauit, quia de cruce non descendit, & potentiam demonstrauit, quia de sepulchro surrexit. Dum in cruce pependit, victoria erat Iudæorum, dum de sepulchro surrexit, vera Iudæorum confusio, & sempiterna victoria Christianorum. Et infrã. Non sõlùm actum est hoc certamen, sed & nunc agitur. Pugnatur, laborant membra Christi vrgente aduersario, resistitur illi, quoniam caput nostrum iam sedet in cælo. Ad hoc ille pugnare voluit, vt te doceret quomodo vinceres. Sed si vires tuæ paruæ sunt, ipsum inuoca Saluatorem, quem inuoco adiutorem, cùm te prospexit fideliter inuocantem: qui pro te pependit in ligno, & hic victoriam, & coronam victoriæ præparabit in cælo. Hæc ille. AVCTOR. Hæc autem spe fultæ Christi religiones in Anglia ipsa bestia resonãte, & vrgente in persona sua, & multiplici alienа, dum adeò viueret, vt acciperet acriùs strepẽtes inaniter, tanquam Baalitæ Prophetæ defecerant, ipsi verò ordines nihilominus cruci Christi Iesu immobiles adhæserunt, quia tanquam membra instar capitis seruant in cruce patientiam, & in resurgente religione contra impios Witcleuistas insultantes ostendunt potentiam. Audite crocitãtem hereticum tractatu de. 7. donis ca. 7. Hic notent fideles quomodo isti nouelli ordines & omnes istæ sectæ. 4. timuerunt vbi non erat timor, quia plus amant ordinem suum merdosum, quam sectam vel ordinem Christianum. & infrã. Propter inordinatum amorem, quem habent ad talem merdosum ordinem conseruandum. Et tractatu de oratione. Sicut medicus euacuat superfluitates intrinsecus sanando homines, educit apostemata & putrefactiones quæ partes naturales corrumperent: sic spiritualis medicus ad sanationem corporis ecclesiæ niteretur. Sequitur. Vel ergo conuertat ecclesia has sectas quatuor ad sectam simplicem Christianam, uel illas euacuet, propter sanitatẽ corporis ecclesiæ conseruandam. Et ita conuertat illas, uel assimilando partibus veris quòd foret grande miraculum propter innatum toxicum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quatuor † se

ctas hic notat fabulosè episcopos & archidiaconos cum officialibus, monachos, canonicos atque fratres. Sed parcat Christus Iesus pijs cultoribus suæ legis: concedatque participes suos ire gaudentes à conspectu huius concilij, quoniam digni sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. In nouitia mea religione hoc didici: beatos esse vos omnes, cùm vos oderint homines, & separauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo. Gaudere nos iubemur nõ tristari in die qua summa nobis merces in cælo conscribitur, quid tunc obest quòd separent nos? Quid quòd eijciant nomen nostrum tanquam malum, tanquam apostema tanquam uenenum, tãquam merdas fœtentis odoris? Respice prius cui fœtemus si Witcleff, Pharaoni, & Aegyptijs Lollardinis: hoc sanctus Moyses pro summa religione sustinuit, & Aaron frater eius, dicentibus eis quibusdam de præpositis Israel, sed dubijs, Ex qua die intrastis uos & existis ad Pharaonem, fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius & præbuistis eis gladium, vt occideret nos. Exodi quinto. Super quem locum Homilia tertia Exod. ORIGEN. Veram dicunt isti, licèt ignorant fortasse quod dicunt, sicut Caiphas verum dicebat, quod expedit uobis, ut moriatur vnus pro populo: sed quid diceret nesciebat. Nam ut Apostolus dicit. Christi bonus odor sumus: sed aliis, inquit, odor de uita in uitam: aliis autem odor de morte in mortem. Ita & propheticus sermo suauis est odor credentibus, dubijs uero, & incredulis, & his, qui se populum confitentur esse Pharaonis, odor execrabilis efficitur. Hæc ille. AVCTOR. Bene † dicit Origenes religiosos, & fideles Christi esse odorem mortis in mortem, & venenum, sed iis, qui Deo mortui sunt: quemadmodum Paulus & Apostoli erant pseudoapostolis, & Christus dominus iuxta prophetiam Simeonis, Positus erat in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Renera propter deprehensiones hæresum suarum, & hortamenta publicæ fidei contra Witcleff tunc incœpit frendere Pharao cùm suis Lollardis, tunc coram eis cœpimus nos fœtere, sicut scribitur, ex qua die intrastis ad Pharaonem fœtere fecistis odorem nostrum. Et Moyses ipse ad Dominum ait: quia ex quo locutus sum cum Pharaone affligit populum tuum. Vbi ORIGENES. Certum est enim quòd antequàm sermo Dei audiatur, antequam prædicatio diuina noscatur, non est tribulatio, non est tentatio: quia nisi buccinet tuba,

ta, non committitur bellum, vbi verò signum belli tuba prædicationis ostenderit, ibi omnis tribulationum pugna, ibi afflictio consurgit. Sequitur. Priusquam enim ueniret sermo, qui argueret vitia intra te, in pace durabant, sed ubi sermo dei facere cœpit uniuscuiusque discrimẽ, tunc perturbatio magna consurgit: & sine sine nascitur bellum. Cum iniustitia enim quando potest conuenire iustitia, cum sobrietate ebrietas, cùm ueritate, mendacium? Et ideò non magnoperè perturbemur, si uidetur odor noster execrabilis esse Pharaoni. Execrationi nanque uijs ducitur uirtus. Quin potius, ut in posterioribus dicit, quia stetit Moyses ante Pharaonem: stemus etiam nos cõtra Pharaonem, & non inflectamur, neque inclinemus, sed stemus succincti lumbos nostros in veritate, & calceati pedes in præparatione & prædicatione Euangelii pacis. Sic enim nos exhortatur Apostolus, dicens. state ergo, & nolite iterum iugo seruitutis inhærere. Et infrã. Stemus ergo ante Pharaonem, id-est, obsistamus ei in certamine, sicut & Petrus Apostolus dicit, Cui resistite fortes in fide. Si enim fortiter steterimus, consequetur & illud quòd orat Paulus pro discipulis suis dicẽs. Quia Deus conteret Sacanam sub pedibus vestris uelociter. Quantò enim nos constantiùs, & fortiùs stabimus, tantò magis infirmus & inualidus erit Pharao. Si autem nos uel infirmi cœperimus esse, uel dubij, ille aduersum nos ualidior, & constantior fiet. Et sequitur. Hoc idem nanque Iacobus Apostolus hortatur dicens, Resiste autem Zabulo, & fugiet à nobis. Sed & conteratur Satanas sub pedibus nostris, sicut & Pharao demersus est in mari, & in profundum abyssi extinctus. Hæc ille. AVCTOR. Reuera si resistatur diabolo Lollardorum patrono fugiet à facie bellatorum. Credatis nulli eum parciturum cùm uincat: quia sicut suprà dictum est, nõ potest iniustitiæ conuenire iustitia, nec aliquid uitium cum uirtute, ideo aut fortiter certãdum est & uincere, aut ignauiter succumbẽdo cludelissimè trucidari. Nec solùm hoc modo siũt catholici religiosi fœtentes & despecti: sed sceleratorum persecutione, æstuatione & lingua, etiam uiris simplicibus & catholicis turpes reputantur & uiles: quemadmodum de capite nostro Christo Esaias luctum expresit fidelium. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum. Virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus est vultus eius, & despectus. Vnde nec reputauimus eum. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Et cum iniquis deputatus est. Ita profecto corpus eius (quæ est ecclesia) horum persequutione, & linguarum ictu contunditur omnis decor eius, omnis species eius, omnis sanctitas, quæ non est eorum tabe polluta: deperit etiam in quorundam oculis, qui catholici nominantur, & facultatibus inuident sacerdotum. Sed hæc in exterioribus eius: omnis autem gloria filiæ regis abintus est. Vnde libro primò de sermone domini in monte textu, Beati eritis cùm maledixerint uobis homines. AVGVSTIN. Animaduertat, quisquis delicias huius seculi, & facultates rerum temporaliũ quærit in nomine Christi ano, intrinsecus esse beatitudinem nostrã, sicut animæ fideli ore prophetitico dicitur. Omnis pulchritudo filiæ regis &c. Nam extrinsecus maledicta, & persequutiones, & detractiones permittuntur, de quibus tamen magna merces in cælis est, quæ sentitur in corde per patientiam eorum, qui iam possunt dicere, Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uerò spem, spes autem non confundit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce apostemata sacerdotum, ecce merdæ religiosorum, in quas polluto ore hæreticus suo spuit, qui delicias huius seculi, & facultates quærit ecclesiæ in nomine Christiano, non tangunt religionis intrinseca, sed sunt Deo odibiles persecutiones, & detractiones, de quibus nobis restat merces in cælis.

Ephes. 6.
Gal. 6.
1. Pet. 5.
Esa. 53.
Psal. 44. Matt. 5. Aug. To. 4
Rom. 5

¶AD CONTVMELIAS WITCLEFF de nouitate religionum. Ca. LXXXIX.

SVMMA.

1 *Paulus quomodo Epicureis & Stoicis philosophis nuntiator nouorum dæmoniorum dictus, & quare.*
2 *Religio etiam si noua sit, & ita calũniosè ab Witcleff dicatur, quòd non sit iniuria, ostenditur.*
3 *Religio quòd sit in Christo fundata, & antiqua Dei hæreditas, contra Witcleff.*
4 *Carmelitarum ordinis uetustas.*
5 *Ioannes patriarcha Hierosolymitanus.*
6 *Elias cum Maria comparatur.*
7 *Nubecula Eliæ nisi quid significet.*
8 *Carmelitæ primi quomodo castitatem perpetuam uouerunt. Et quare Carmelitæ appellati.*
9 *Elias primus hominum uirgo perpetuus, & Maria inter fœminas.*
10 *Epistola multorum episcoporum ad Bonifacium Papam octauum pro Carmelitis, per quam eorũ antiquitas probatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDIT nouitates ordinum, ut odia ingerat: de diabolo cap. 2. Istæ sectæ nolunt de secta Christi & eius regula contentari, sed vnam nouam in multis friuolam, & legi Christi contrariam machinãtur: ideo nõ solũ videntur esse Satanas, sed ipse diabolus tanquã Iudas. Hæc Witcleff. AVCTOR. Diiudicet Christus verba ista, sine ratione, sine scriptura, ex sola cholera vetustæ amaritudinis, & indignationis efflata, & sicut historicus Martis. Quidquid homo est aperit pessis natura prophana, Morte patet. Et iterum. Nec quã tũ toto de corpore debet. Effluit in terras sæuũ sed mẽbra venenũ Decoquit in minimum, sed

Act. 17. 1 contrahit omnia virtus. Hoc † modo Paulus ipse Epicureis & stoicis philosophis nuntiator nouorum dæmoniorum dicebatur esse, quia Iesum & eius resurrectionem annuntiabat eis. Et alij.

Noua quædam in auribus nostris. Et sermonẽ nouitatis non horruit Iesus Christus dicẽte apostolo Hebræ. x. Initiauit nobis viam nouam. &

Heb. x. dicendo nouum, veterauit prius. Et Ioannes in

Apo. 3. Apocalypsi dicit. Figura totius ecclesiæ Christi nomen ciuitatis Dei mei nouę Hierusalem. Vbi

Aug. To. 9. in expositione Apocal. sermone. 3. AVGV. Nouam Hierusalem cælestem ecclesiam dicit, quæ à domino nascitur. Nouam igitur dicitur pro nouitate nominis Christiani: & quia ex ueteribus noui efficimur. Hæc ille. AVCTOR. Po-

2 ne † igitur religionem nostram nouam, non est iniuria. Origo eius expostulat, quia & mater eius noua est, ex qua trahit originem. An non ipsa est mater nostra, noua nupta, agni sponsa? Hanc ego nouitatem semper exopto, & ad illorum fratrum si nẽ iamus exordium, de eorum nouitate lætabimur, quorum. s. nouitatem epi-

Bernardus. stola ad fratres de monte extollit BERNARDVS. Ad Dei gloriam, & magnam coronam uestram, & gaudium omnium bonorum hoc sanctę nouitatis instauretur ornamentum. Nouitatem uerò dico, propter linguas nequã (à quarũ

Psal. 3. contradictione abscondat uos Deus in abscondito faciei suæ) hominũ impiorum, qui cùm manifestum lumen ueritatis obnubilare nõ queũt, de solo nouitatis nomine cauillãtur, veteres ipti

Matt. 9. & in ueteri mẽte nescientes noua meditari, utres ueteres non capientes uinũ nouum: quod si eis

3 infunderetur, rumperentur. Sed † hæc nouitas non est nouella uanitas. Res enim est antiquę religionis profectò fundatæ in Christo, antiqua hæreditas Dei à tempore apostolorum præmõstrata. Iamq; nouæ gratiæ sole exorto in Ioanne baptista instaurata & innouata, ab ipso domino familiarissimè celebrata: ab eius discipulis ipso præsente concupita. Et infrà. Post passionem ue- 4 rò Domini calente adhuc in cordibus fidelium

A effusi sanguinis eius recen timorioria, solitariã hãc uitam eligentibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritalibus exercitijs contẽplatione pingue otium alterum in alterum zelãtibus, deserta repleta sunt. Ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quoq; plures in sancta huius conseruationis regula cõgulares uiros, egregia nomina in ciuitate Dei, & triumphales titulos habentes de uictoria seculi, & principis huius mundi & corporis sui: de cultu animi & domini Dei sui. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicantes nos arguunt nouitatis, ex abũdantia malæ uoluntatis ipsi potiùs arguẽdi vetustatis & uanitatis. Hęc ibi ca. 1. AVCT. Iam dicat Witcleff uanitatem suã quã diligit, aut fileat perpetuò à mendacio quod sic quærit, sãcti patris Bernardi cathena ligatus. Dicit non esse religionem in Christo fundatã: dicit

B pluries, & nunquam probat: dicit semel Bernardus, & probat in Christo fundatam, & à discipulis affectatam, & in diserta plena, deinceps dum adhuc recens calor sanguinis Christi in memoria fidelium haberetur traductã: quomodo tũc per trecẽtos annos post ascensionẽ Dñi moras fecit religio, antequã uenit in mundũ, sicut mille locis falsè dicit Witcleff. Et est tamẽ nouella res inquit pater: sed nõ nouella uanitas, imò res antiquę religionis in Christo ipso fundatæ, & antiq hæreditas ecclesiæ Dei, & prophetarum tẽpore præmonstrata. His uerbis occurrit Witcleff, inuidẽs religioni toti perfectæ antiquitatis titulos in suis fratribus Carmelitis. libro de ecclesia & membris eius. capitu. 6. Carmelitæ inquiunt cũ ante incarnationem Domini fundati, & beatam ũirginem patronam habeant singularem, patet eorum excellentia supra cunctos. Nam ut fingunt Elias fundauit eos in monte Carmelo tan-

C quã filios prophetarum. Sequitur. Fratres etiam beatæ uirginis debent dici. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quod dicit Carmelitæ hoc inquiunt, p̃ iudicium infert testimonio Carmelitæ. Nolo dicat cum perfidis Iudæis, Tu de te ipso testimoniũ perhibes, testimonium tuum non est uerũ: sed testetur amicus Armachanus in sermone de conceptione beatæ uirginis Mariæ, quem prædicauit anno Domini millesimo. 342. in conuentu Carmelitarũ Auinione, & hẽt exordiũ. Aue Armach. Anõn meritò dicimus illi Aue, quæ sic erat illustrata uirtutibus in origine? Vtique hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, ac peculiaris, & antiquus ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu: qui hoc festum ipsius singulariter solennizat, candorem habitus sui, ut existimo prudenter, & deuotè referens ad hoc factum. Miramini † forsan, quia dixi ordo suus peculiaris, & antiquus, cùm ueritate attenta

Carmelitæ primi cæli tatẽ perpetuam uouerunt.

ta nullatenus sit mirandum, quoniam ut dicunt A
fide dignæ historiæ a tempore Eliæ & Elisæi, 7
qui sæpius morabantur in monte Carmelo iuxta Nazareth ciuitatem Dominæ nostræ ad trimilliaria, solebant homines deuoti secretiùs habitare vsque ad tempora saluatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conuersi, & in uno latere montis ipsius primò ecclesiam, siue oratorium in honorẽ beatæ uirginis construxerunt in loco illo. s. in quo didicerant ipsam in vita sua cum sodalibus uirginibus cohabitasse. Et ob hoc nimirum inter omnes religiosos Dominæ nostræ primitùs sũt ascripti, vt vocarentur fratres beatæ Mariæ de monte Carmelo. Quia insuper in principio nascentis ecclesiæ in partibus illis prædicando Euangelium sollicitissimè laborarunt, & consequenti tempore à Ioanne Hierosolymitano Patriarcha regulam viuendi cõiter sanctorum Pauli & Basilij susceperunt, meritò gaudent præ cæteris ordinibus antiquitatis honore. Vnde B
rationabiliter hic ordo propter hanc prærogati 8
uam duplicem ab omnibus in magna reuerentia est habendus. Hæc ille. AVCTOR. Tacent Carmelitæ, dum talis & tantus testis magnus in dubiè præsul ecclesię, & vir altę peritię in sacris literis, testimonium perhibeat Carmelitis ordinem suum dixerat, dum virginem sacram commemorat: & primo omnium illi virgini dedicatum, & in cubiculo illo virginis post eius obitum monasticè conuersantem: qui a prophetis sanctis Elia & Elisæo priùs incepit: post saluatoris aduentum cum Apostolis in euangelio so 9
licitissimè laborauit, à Ioanne patriarcha Hie- C
rosolymitano primo Carmelita, regulam viuendi Græcè scriptam accepit, quam pleniore post sub Alberto itidem patriarcha forma digestam

Ioannes Patriarca 5 inspexit. Hic Ioannes † quantum reor. 44. al sancto Iacobo tempore quo Ciricius post Damasum Romę rexit, Hierosolymis ipse sedit, & *restituit* refecit ecclesias, ut habetur lib. 11. Ecclesiasticę historię cap. 18. Qui item tempore Archadij & Honorij Imperatorum ad Caprasium monachum montis Carmeli de peculiaribus gestis Carmelitarum (quod hactenus translatum in Latinum habetur volumen) descripsit, in quo secundùm veritatem historiæ ingentem conformitatem inuenit Eliæ prophetæ

Eliæ cum Maria cõparatio 3. Reg. 18. 9 virginisacrę Marię. Quia † uirgo primus E- 10
lias inter mares, uirgo prima inter fœminas: qua contemplata est ideirco procul Elias 3. Reg. 18. Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem inter genua sua & dicit ad puerum suum. Ascende, & prospice contra mare: qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait, non est quicquam. Rursum ait illi, reuertere septem uicibus, in septima autem uice, Ecce † nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. In quem passum *Nubecula Eliæ visa* lib. prædicto ad Caprasium monachum IOAN. XI, 1. Quemadmodum hæc nubecula. s. beata Maria in septima generationum prædictarum ætate fuit nata, ita etiam fuit in eadem septima ætate à discipulis Eliæ visa in Carmelum speciali ter ascendere. Nam antequam decem generationes ascendisset à Melchi, à quo vna ætas incepit, fuerunt dicti professores huius religionis in Hierusalem. Sequitur. In septima (inquit) uice ecce nubecula parua. s. beata Maria quasi vestigium hominis descendebat in Carmelum, quæ ideo visa fuit quasi vestigium hominis ascẽdere, quia in hoc suo spirituali ascensu non fœminam, quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum. Sequitur. Nemo autem vnquam ad hanc ascendit circuncisionis scientiam, priusquam Elias, & puer eius. s. cœtus filiorum prophetarum discipulorum eius, ascendit. Ipsi † nanque primi uirorum scipsos domi- *Carmelitæ primi cæli tatẽ perpetuam uouerunt.*
no per uirginitatem perpetuam sponte dedicantes, castrauerunt prorsus venereis voluptatibus suas mentes, & propterea appellati Carmelitæ, quod modo interpretatum est, scientes circuncisionem: quia hoc quod circuncisio indicat, sciuerunt adimplere perfectè. Et infra ad montem quo Carmeli. i. ad hanc altam circuncisionis scientiam nubecula. s. beata Maria ideo quasi uestigium hominis ascendebat, quia non fœmina, sed homo. s. Elias exemplum ascendendi ei præbebat, quem ipsa imitari satagebat. Nam † sicut *Carmelus. Elias primus hominum uirgo perpetuus, Maria inter fœminas.* C Elias primus præputium impudicitiæ sciuit a sua carne & mente prorsus circuncidere, dum primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare, ita postea beata dei genitrix præputium impudicitiæ sciuit exemplo Eliæ à se penitus circuncidere: dum quasi vestigium hominis illius elegit prima fœminarum propter Deum in perpetua virginitate viuere. Hæc ille. AVCTOR. Ad tantum patet dictum Ricardi de cognatione tituli ordinis, quẽ inchoauit Elias ad sanctæ uirginis patronatum quæ prima virgo fœmina prophetæ in uirginitatis perpetuę uoto succesit: ut ita respondeatur Witcleff contra patronatum uirginis molienti. Sed adhuc libet testes antiquitatis recen-
10 tiores audire. Accedat † concors præsulum cœtus, qui Bonifacio octauo Papę de terra sancta pro prędicto ordine concorditer sic scripserunt *Epistola multorum episcoporũ pro Carmelitis.* s. Beatissimo in Christo patri ac domino Bonifacio diuina prouidentia &c. Nichosiensis archiepiscopus. s. episcopus Ebronensis uenerabilis patris domini Patriarchę Hierosolymitani vicarius, Guillermus Tebiriadensis episco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,eius ad Deum oratores assidui, deuota pedum oscula beatorum,& cum terræ sanctæ recommendatione seipsos. Et infrà. Credimus.n. vos non ignorare pater sancte, qualiter ordo fratrum beatæ Mariæ ordinis de monte Carmelo, qui inter cæteras sacras religiones apostolicæ sedi deuotas claret deuotione conspicua, fuit in cismarinis partibus à tempore cuius non extat memoria à prædictis patribus in eiusdē terræ sanctæ solatium institutus, cuius aliis longè, lateque postmodùm opitulatione diuina extensis, fratres eiusdem ordinis subuentioni eiusdē terræ sanctæ deuotione penè ineffabili deuouentes, quæ manus pietatis subministrabat eisdem tenui particula pro suis supportandis necessitatibus retenta, fratribus domorum suarū præmissarum partium ministrabant deuotius in sæpe dictæ terræ subsidium conuertenda.

B Terminatur epistola, Datum Acon, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimosecundo mensis Septembris. AVCT. In hoc suo scripto affirmabant pastores isti primi prædictum ordinem in illis partibus à tempore, cuius non erat tunc eis memoria à sanctis patribus institutum. Et correspondenter eis magister hospitalis sancti Ioannis cum magistro militiæ templi in sua epistola eidem summo Pontifici sanctissimo inquiunt pariter. Domino Bonifacio diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici Frater Nicolaus Lorginus, domus hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani magister, & pauperum Christi custos. Ac frater Guillermus de Bello loco, pauperis militiæ templi magister humilis, cum supplici terræ sanctæ recommendatione, deuota pedum
Psal.136. C osculasanctorum. Sedentes super flumina Babylonis, flere amarè proh dolor compellimur, dum terram illam quasi factam naufragam con
1 spicimus iugi persecutionis infligi sagittis, &
2 ualidis fluctuum impulsibus agitari, quā eius beauit præsentia, qui in ea pro redemptione hu
3 mani generis immolatus manibus tradi, non dubitauit nocentium, & crucis amaritudinem gustare. Et infrà. Inueuimus siquidem in nostræ
5 memoriæ tabula exaratum, q̄ ordo fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo in cismarinis partibus à tempore, quo memoria non existit à sanctis patribus, in eiusdem terræ sanctæ solatium extitit institutus. Scriptum. Acon 12. die mensis Iulii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimoquarto. AVCTOR. Audiat testes istos Witcleff, quamuis iudex iniquus, non à re, quam testantur remoti, non ab eius experientia sunt longinqui: eiusdem erant terræ sanctæ coloni, domestici, uicini, noti negotio, de quo tractant, scriptis pronuntiant, literis exponunt, chirographis protestantur: q̄ ordinis antiquitas, aut initium omnium hominum tunc ibi uiuentium memorias superauit. A tempore, inquiunt, quo memoria non existit. Nunquid sectæ Witcleuistæ tanta est antiquitas? Nunquid ipsa prorupit in Angliam à tempore, quo memoria non existit, aut vt in caput tanti sallsigraphi retorqueamus calumniam? Quadraginta anni sunt, ex quo mortuus est impius Witcleff, & hoc anno incineratus est, & penè quinquaginta annos nondum habet hæc nouitas detestanda. Fateor tamen eius antiquitatem in uetustis hæreticis, plantationem uerò eius, quàm nouellā, utinam Christo propitiante tam nullam, prout de hæreticis in maiori Breuiario super uersum Psalmi. 129. Filiæ tuæ sicut nouellæ plantationes à iuuentute sua. HIERON. Plantatio eorum non est uetus, sed nouella: non est enim de ueteri lege, non est de prophetis, non de apostolis, sed de nouis est magistris, filiæ eorum sicut nouellæ plantationes à sua iuuentute: sed iuuenes sunt, licèt multæ sint hæreses: ueteres tamen, cùm quotidie mutantur, & doctrinas suas innouant, nouæ sunt, non enim sunt ueterum magistrorum errore contenti, sed quotidie ipsi noua reperiunt. Hæc ille. A Psal.128.

¶ AD ARGVTIAS VVITCLEFF contra religionem perfectam. Primò, quia sit contra honorem parentum. Secundò, quia non est perfectior religione uulgi: & tertiò, quia est ea imperfectior auctoritate, leuitate, & necessitate. Cap. XC.

SVMMA.

1 *Parentes quòd sint honorandi, & quando contemnendi.*

2 *Religionis obseruantia q̄ non sit contra honorem parentum, aduersus Witcleff.*

3 *Religio perfectorum quæ sit.*

4 *Paupertatem quātum præceperit Christus perfectis supra perfectionem mandatorum, ostēditur.*

5 *Witcleff aduersus religiones perfectas contentio & ad eam responsio.*

SVnt aliæ multæ argutiæ usuales, quibus pollutus, & immundus hæreticus sacram religionem perfectorum semper blasphemat, quas ab abbreuiationem scripturæ surda libenter aure transirem sed ædificandæ fidei charitas parumper ad eas soluendas currentem pedem remorari compellit. Quotidiana eius instantia est, religionem perfectam contra Christi præceptum esse statuta putà contra honorem parentum, quem per asseduam

duam clausuri custodiam derelinquunt. Vnde so A
Psal. 118. let illud eis imprecari Psalmistæ, Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Qui de calamo Manichæi argumentum arripuit, solutionem eius de calamo Augustini poterat habuisse. Nam Adimantus non tantùm religionis regulam, sed & euangelium Christi hoc mandatum legis veteris interemisse dicebat, contra quem cap. 6. AVGVST. Huic loco, vbi de honorandis parentibus Deus præcipit illum euangelij locum,
Aug. To. 8
Matt. 8. Luc. 9. Manichæi dicunt esse contrarium, vbi dominus cuidam dicenti: Ibo primùm vt sepeliam patrē meum: Respondit, sine mortuos vt mortuos suos sepeliant. Tu autem veni, & annuntia regnum Dei. Quod eodem soluitur, quo & illud superius, vbi dictum est de vxore relinquenda propter regnum cœlorum, & parētes debemus honorare, & eos tamen propter annuntiationē regni Dei nulla impietate contemninus. Sic certus gradus est ad dilectionem Dei, & ideò respondenti, quòd omnia mandata illa seruauit, dicit ei vnum deesse, si vult esse perfectus, vt vendat omnia quæ habet, & det ea pauperibus, & se
1 Matt. 19. quatur eum. Ex † quo manifestum est, & ho-3 norem parentum in gradu suo esse seruandum: & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, sine ulla dubitatione oportere contemni. Nam & in scripturis ueteribus habes positum, Qui dicit patri & matri non noui uos, & qui filios suos nō agnoscit, ipse cognouit tuum testamentum. Ergo si in nouo testamento commendatur parentum dilectio, & in ueteri commendatur contemptus, ex utroque aptè sibi duo testamenta consentiunt. Hæc ille. AVCT. In utroque testamento commendatur parentum honor, in utroque con-C temptus, honor usque ad certum gradum, ne si ultrà pergat, Dei minuatur dilectio. Quid ex his scripturis concluserit Augustinus? Parentes suo gradu honorandos, sed propter annuntiationē regni cœlestis propter perfectionis uotum, 4 quo quis, cunctis uenditis, Christus sequatur, contemnendos esse parentes, si impedimento afuerint. Et item denuo resumit, & corroborat cap. 6. ad quendam comitem idem AVGV. Iubet
August. lib. de salutar. documētis c. 21. To 4. scriptura parentes nostros, ut propria uiscera diligere: si tamen nos accedere ad seruitium Christi non prohibeant: si autem prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligendus super parentes nostros, quia non nobis tribuunt ea, quæ Christus. Ipse enim dicit 5
Matt. 10. in euāgelio, Qui amat patrem, aut matrem, aut filios, aut agros plus quàm me, non est me dignus. AVCT. Vides ergo quòd † ad intentionē 2 Christi legiferi obseruantia religionis non est contra honorem parentum, qui suo gradu tenendus est: non tamē propter illum perfectio, quam Christus prædicat, abolenda, quia tunc parentum honor præterit gradum suum. De cætero ergo non in religiosos viros, sed in Christum, si audeas, blasphemeris, qui docuit parentes contemnere propter perfectionem consequendam super mandata maiorem, nec ipsi declinant à mandatis, quia mandata sic sumpserant: sic hæretici Witcleuistæ, qui Christi iussa complentes despiciunt. Vnde in maiori breuia- Psal. 118.
rio super eundem versum HIERO. Maledicti sunt illi, qui à mandatis Dei declinant, sed tunc pleniùs maledictione erunt maledicti. i. hæretici, vel reliqui reprobi, quando dicturus erit Do- Matt. 25.
minus: Ite maledicti in ignem æternum. Hæc ille. AVCT. Garrit item ad inuentionem cordis sui, quòd religio perfectorum non sit vulgi religione perfectior, quia & ipsi, inquit, ad castitatem, paupertatem, & obedientiam tenentur in religione simplici Christiana: tertia parte sermonum sermone. 29. Vulpina ista cautela quid proficit perfectioni suæ prætensæ, & qualiter magnificat sectatores, aut æquat perfectis? AVCT. Non † est omnium castitas perfectorum, nec obedientia, vel paupertas, sed vsque ad cælibatum castitas, vsque ad sui contemptum humilitas, vsque ad nuditatem & abdicationem rei temporalis extremam, paupertas: hæc est religio perfectorum. Sic ne sunt omnes tui de secta vulgi casti? Sic ne obedientes, & non nudo affectu, sed re ipsa pauperes, & detonsi, sicut supra Psal. 94. versu, nos autem populus pascuæ eius. AVGVS. Tanquam grex Aug. To. 8
detonsarum, quia sarcinas seculi deposuerunt. Nonne detonsæ erant oues illæ, de quibus paulò antè dicebat, quos præceptum Dei totonderat dicentis. Vade, & vende omnia tua, & Matt. 18.
da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni & sequere me? Fecerunt hoc præceptū, detonsi venerunt. Hæc ille. AVCTOR. Attēde † paupertatem quantum præcepit Christus perfectis supra perfectionem mandatorum, quæ est, non summitates pilorum rescindere, sed plane detondere: non à longe Christum pauperem imitari, sicut de Petro legitur, quòd sequebatur à lōge, sed re ipsa sarcinas mundi deponere: hoc præceptum non solùm voto imitari, sed facere, & detonsa pelle venire. Hoc modo faciant uota sua domino Witcleuistæ, & reddant, & tunc iuuante Christo in numerum perfectorum suorum assurgant. Contentio † item eius canina contra lunam est, qua contra religiones perfectas latrat per uias, & domos, sine euangelio, sine sancto patre, sine ratione sic arguens cerūicose. Communis Christi religio est omni tali perfecta religione excelsior, auctoritate, leuitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate,& necessitate: ergo auctoritatiuor, leuior, aut communior,& necessarior, ergo melior. Auctoritatiuior est, quia Christus est auctor eius: leuior & communior est, ut patet, quia est pauciorib. onerata ritibus,& necessarior est, quia sine illa nullus potest saluari, sine religione perfecta multi uel omnes possunt saluari. Hæc ille in sermonibus,& dialogis, & centies alibi. AVCTOR. Talibus friuolis quanta impietas decipere populares, & uelut pecora ducere ad mactandum. Soluamus ista, salutem populi Christiani inchoantes ab ultimo. Est (inquit) religio Christi communis, nostra religione priuata necessarior, sicut dictum est. Et interrogo ego rursus, vtrum sacerdotium, aut episcopatus sit religio Christi communis? uidetur contra hoc esse, quod argumentum tuum concluſit, quia sine sacerdotio humano seorsum capto huius ecclesiæ militantis potest quis saluari, sine Christiana religione nullus potest saluari: ergo illa est ista necessarior: vt autem tollatur omnis uerbi

Aug. To.7 differmitas, audiatur quid dixerit. lib. 2. contra B
Cresconium cap. 11. AVGVS. Sicut in accipiē 1
dis his rebus possunt esse iustæ causæ cur excuse
tur quisque fieri episcopus, nec tamen similiter 2
potest vlla causa esse iusta cur quis excusetur fie 3
ri Christianus. Quid ita? nisi quia sine episcopa
tu, vel clericatu salui esse possumus, sine sacra
religione non possumus: proinde episcopi nostri, seu qui liberè clerici quantum ad ipsa eccle 4
siastica officia pertinet, sic in catholicam susce-
pti sunt vnitatem, quemadmodum expedire vi
debatur his, quorum saluti per eorum consule-
batur officium, uel exercendum, uel omittendū 5
Hæc ille. AVCTOR. In hac sententia asserit
Augustinus nostros episcopos excusare se iustè
potuisse, ut non essent episcopi, non tamen ne
essent Christiani: ipsos tamen secundùm officia
esse susceptos in catholicam unitatem. Cur ergo in unitatem catholicam non possunt suscipi religiosi perfecti, ut sint de religione Christi cō muni, quamuis sine religione tali perfecta poterant salui esse, sine religione Christiana non poterant? At iterum quæro, quis est ille dandus de religione Christi cōmuni, qui sine statu suo saluari non possit? des coniugatum uirum, vel fœminam, talis sine nuptiis saluari posset, sine religione Christi communi non possit. Des uirginem, sine uirginitate saluari posset. Miles sine militia: clericus sine clericatu, puer sine pueritia: vir sine virilitate: sine dominatione dominus, sine seruitute seruus saluus esse potest: sine hoc q̄ Christianus est, & sine Christianitate saluari non potest. Omnes ergo hi status nūquid extra religionem Christi communem sunt quæ est eorum religione vel statu necessarior?

Vel item requiro des mihi signatum ex nomine, qui in nullo alio statu religioneque sit, nisi in illa, sine qua saluus non possit esse inter omnes homines hic viuentes. Si dare nescias, omnis ergo Christianus est hic viuens in aliquo statu religionis Christianę communis, sine quo saluus esse non potest. Et frustra tunc sufflasti ista contra religionem Christi perfectam, quæ necesse est æquè iactes contra quemlibet Christianum. Sed deceptus in uerborum sensu, voluisti intelligi religionem Christi vulgarem, sine qua saluari possunt omnes fideles: quia nec de illa vnquam erant Apostoli, sicut supra libro clarius tertio patet,

¶DE LEVITATE, ET AVCTOritate religionis Christi vulgaris supra perfectam, ut argumentatur Wicleff. Cap. XCI.

SVMMA.

Oneris additio, quod leuitatem præbeat quandoque ferenti, ostenditur contra Witcleff.

Amor Dei, quòd omne onus efficiat esse leue.

Teclam a Christo Deo sacratam esse, & professam fuisse virginitate perenni, sub manu Pauli, quòd omnes scripturæ resonent. Et quid de uirginitate dicat Faustus.

Christus qualiter religionem perfectam in apice suæ religionis instituerit.

Witcleff, qui uirginitatem Deo dicatā, & Christo professam damnat, & doctrinā dæmoniorū dicit, damnatur.

Claustrales boni, quòd dæmonibus, & hæreticis terribiles fiunt, ut Spiritualium castrorum acies ordinata.

C TEnt cum subdit Witeleff, q̄ est leuior, & liberior religio Christi communis religione perfecta; dico, quòd impropriè comparationem assignat communis generis supra speciem. Sed, ut dixi, nescimus quid dicere, uolebat de religione Christi dixisse, quæ quomodo sit uera religio nisi ad peccandum, nescio, quæ vtique est seruitus secundùm apostolum. Sed est paucioribus ritibus onerata, inquam. Iste forsitan libertatē auis in sylua, libertati præferret hominis ciuiliter conuersantis in vrbe: homo enim necesse est uinculis rationis obtemperet, & subdatur domino, leges obseruet: & quot putas, aliis refrænatur ab illo impetu libertatis, à quibus omnibus libera extat auis? Immo (inquit) & ista religio leuior est religione uestra, rituum paucitate. Scias † quandoq; additionem oneris, leuitatem præbere

præbere ferenti, quemadmodum libro de amo-
Bernardus re, circa finem primæ chartæ probat BERNAR-
DVS. Qui prius non poterat portare præcepta
legis, postea leuia habet præcepta euangelii per
cooperantem gratiam. Qui primùm implere
non poterat, Non occides, postea leue habet, p
fratribus animam ponere, & sic de reliquis. Sic
cùm iumento imponitur onus graue, & refu-
git quasi importabile, adducitur quadriga volu
bilis, id est, euangelium discurrens per totum
mundum, & onus quod quasi graue refugiebat
primum, postea sine labore trahit, duplicatum:
sic auicula, quæ implumis, & sine aliis seipsam
non potest portare, pondere plumarum, & ala-
rum addito, auolat sine labore. Sic & panis du-
ctis, uel alterius liquoris, colabilis sit in guttu-
re. Hæc ille. AVCTOR. His exemplis probat
Bernardus fallere Witcleff simplices de ponde
re rituum, quos ferentes religiosi, si sentiunt le
uiores, ipse dicit graviores: & leuiores obseruan
tias præceptorum, & indubiè eorum transgres
siones per plebeios in seculo: sic fefellit serpens
Aug. To.11 Euam, sic fallere solet plures. Sicut sermone. 89 B
AVGVSTI. Quid prodest, q̄ Satanas facit le-
ue, quod Christus ostendit graue? Quid pro-
dest, q̄ leue dixit diabolus, qd̄ graue dicit Chri
stus dominus? Hæc ille. AVCTOR. Indubiè
graue est, & non leue, continentiam à mœchan
do seruare cùm mœchis: otiosum verbum conti
nere, cùm loquacibus, patientiam cum iracun-
dis. Nonne si adderetur solitudo, esset iugū eius
leuius? Leuius est onus iumenti adiuncto vehi-
culo: leuius se fert auis per medium aeris, si re-
miget alis. Graue onus mortis sensit puerulus 3
Sunamitis, quem leue pondus baculi suscitare
non potuit. sed graue onus corpusculi senioris,
* *coniun-* cùm oratione * appressum cadaueri, volubiles
ctum. oculos fecit, & leuem substantiam corporis mo
tabilem duxit ad vitam. 4. Reg. 4. Sicut onus
Psal. 26. graue, grauatæ sunt super me, Fateor molestiæ
carnis meæ, quæ me ad spirituale opus claustri C
semiuiuum dimittunt, immo mortuum inter vi
uos: sed dum exempla patrum in laboribus: in
vigiliis, in precibus pectore cogito, onera corū
lassæ & querulæ mentis moli coaptans, vitam
resumo, & oculis video me eorum exemplis la-
boriosis faciliùs viuere, quàm meis leuibus po-
tuisse. Christus ait, Hoc genus dæmoniorum
Matt. 17. Marc. 9. nequaquam eiici posse per ipsos discipulos, nisi
conatui eorum interuentum adderent oratio-
nis, & ieiunii. Et Witcleff de onere perfectæ ui
* *quæri-* tæ * quærit, quam non nouit, quia non amauit.
tur. 2 Amor † enim omne onus efficit esse leue, pro
ut libro de vera innocentia, cap. 118. AVGV-
Aug. STINVS. Omne præceptum Dei leue est amanti;

nec ob aliud intelligitur dictum, Onus meum *Matt 11*
leue, nisi quia dat Spiritum sanctum, per quem *Ro.5*
diffunditur charitas in cordibus nostris vt dili-
gendo, liberaliter faciamus: quod qui timendo
facit, seruiliter facit. Nec est amicus recti, quan
do mallet (si fieri posit) id, quòd rectum est, nō
iuberi. Hæc ille. AVCT. Non igitur propter
multitudinem rituum, nec propter multitudi-
nem rerum est onus graue, quòd in religione
contestamur: sed si desit amor Dei, quem Wi-
cleff non attendit. Vnde libro de Isaac & anima,
versus finē AMBROSIVS. At verò boni equi *Amb. To.4*
volant, & à terris ad superiora se surrigunt, ani-
mumq; eleuant, maximè si iugum habeant sua-
ue, & onus leue dicentis, Tollite iugum meum,
super vos. Iugum enim meum suaue est, & onus
meum leue. Ipse est rector, qui nouit proprios,
equos gubernare, vt æqualis omnium cursus sit:
velocior est prudentia, tardior iustitia, admonet
flagello proprio tardiorem: si temperantia man-
suetior, fortitudo durior, nouit copulare diso-
des, ne fortè suum cursum dissipent. Hæc ille.
AVCT. Addit item, q̄ religio communis illa sit
auctoritatiuior, quia à Christo patrono fundata
ista non, quasi non ipse fecerit speciem, qui &
genus, sed vt suprà dixisset religionem Christi
vulgarem. Quòd autem religio perfectorum sit
auctore Christo statuta, & per eius apostolos
propagata, satis probauimus in prædictis. Nec
aliud in hoc loco restat facere nisi frontem men
dacem impudentiæ suæ arguere, cùm non pu-
blicani, & meretrices, sed ipsi carnales hæretici
Manichæi surgent in iudicio contra eum, qui
verecundia ducti, de religione sancta nihil aliud
dicere ausi erant, quàm eis, q̄ † omnes scripturæ
resonent, scilicet à Christo Deo sacratam esse,
& professam fuisse Teclam virginitate perenni
sub manu Pauli. Vnde libro 30. contra Faustū
AVGVST. inducit quid arguat Faustus. Quid *Aug. To.6*
vero & de magistro ipse dicemus, ac sanctimo-
niæ ipsius professione puellarum cælicè spon-
so, qui in euangelio tria genera taxans Spado-
num, vnum natiuum, alterum factitium, tertiū *Matt. 19.*
voluntarium: eis tamen palmam attribuit, qui
seipsos, inquit, Spadones fecerint propter re-
gnum cœlorum. Signans virgines, & pueros,
qui nubendi à cordibus suis exacta cupiditate
Spadonum vice in eius ecclesia semper tanquā
in domo regia conuersentur. Sequitur. Omitto
enim cæteros eiusdem domini nostri apostolos
Petrum, & Andream, Thomam, & illum inex-
pertum Veneris inter cæteros beatum Ioan-
nem, qui per diuersam possessionem boni inter
virgines, ac pueros diuino præconio formam
cęcinerunt, atq; adeo nobis ipsis faciendarū virgi-
pū relinquentes. Sed hos quidem (vt dixi) præ-

terco,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tereo,quia eos vos exclusistis ex canone, facilèque mente sacrilega vestra dæmoniorum his potestis imputare doctrinas. Num ergo & de Christo eadem dicere poteritis, aut de apostolo Paulo,quem vbiq; constat, & verbo semper prætulisse nuptis innuptas,& id opere ostendisse erga sanctissimam Teclam? AVCTOR. Quid erga Teclam fecerit,superiùs scribit FAVSTVS. Si uerò fauere huic quoq; proposito,& non reluctari volenti,id quoq; doctrinam putetis esse dæmoniorum:taceo nunc vestrum periculum. Ipsi enim timeo apostolo,ne doctrinam dæmoniorum intulisse tunc Iconio videatur: cùm Teclæ oppignoratam iam thalamo in amorem sermone suo perpetuæ virginitatis accedit. Hæc ille AVCTOR. Hic ecce quamuis acer hostis ecclesiæ,& omnis religionis,in spem tamen tanto sanctitatis fastigio detrahere nó est ausus, sciès se omnium Christianorum pias aures offendere debuisse,si faceret,& propriam item conscientiam vulnerare, cui satis probatum erat propinquo iam apostolis,qualiter ſ Christus religionē perfectam in apice suæ religionis instituit, apostolorum chorum ad eius professionem in exordio suæ conuersionis introduxit, virgines fœminas, & pueros masculos in religionis gremium prouocauit volentes,& vt nobis daret formam, qui de futuris sumus incerti, traxit etiam reluctantes,& negantes. Hanc formam fatetur Faustus Augustinum,& cæteros ecclesiæ patres sui temporis suscepisse de Christo, & eius apostolis,ad inducendum virgines,& pueros profiteri religionem,ita ut certatim, & auidè singulos incitaret,quousq; sic replessent ecclesias, vt penè plures essent professæ uirgines,quàm cæterę mulieres:ibidem antè FAVSTVS. Videte quæso, uidete ne summæ dementiæ hoc sit à Paulo dictum putare,ꝙ dæmoniorum doctrina sit abstinentia omnium ciborum,& prohibere nubere, quemadmodum nec illud etiam quod dicit,uirgines dicatę Christo dæmoniorum esse doctrinas,quod nos perinde sine consideratione legẽtes ut cætera ad nos subinde respicitis;nec uidetis hinc & uirgines uestras, dęmoniorum capras uocari,& nos esse antistites ut dęmoniorũ, qui semper certatim ad hanc eas incitetis professionem suasionibus uestris,ut penè iam maior in ecclesiis uirginum apud uos,quàm mulierum numerositas habeatur. Quid ergo iam uos non desistitis à talibus inceptis? Quid in fraudem miseras inducitis filias hominum, si nõ incis Christi uoluntas impletur, sed dęmoniorũ? Hæc ille. AVCTOR. Hoc uerè concludit hæreticus, si non celauerit falsum suum, unde respondet AVGVST. Si ad uirginitatem hortaremini quemadmodum hortatur apostolica doctrina,

A Qui dat nuptum,benefacit,& qui non dat nuptum,melius facit,ut bonas esse nuptias dixeris,sed meliorem uirginitatem, sicut facit ecclesia,quę uerè Christi est ecclesia:non uos Spiritussanctus ita prænuntiaret, dicens, prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui malum hoc esse dicit:non qui huic bono aliud bonum melius anteponit. Hæc ille AVCT. Erubescat ergo Witcleff infelix,qui † uirginitatem Deo dicatam,& Christo professam damnat,& doctrinam dęmoniorum dicit, quam miserrimus Faustus non laudare potuit:nec illam dixit, quę periculo suo uacat in plebibus,sed quę replet ecclesias inquit,per religiosas domos, & sacros habitus, quemadmodum Paulum uelasse Teclam suprà docetur in tertio. Et hic Faustus de uirginibus, & pueris dicit,ꝙ in ecclesia semper tanquam in domo regia conuersantur. De ecclesiarum domibus loquitur in quibus frequentias suas agũt continuas supra uulgares. Et omnem eius sermonem de prædictis probat Augustinus, hoc solùm,interimens,ꝙ nuptias damnat, cùm sic professos extollit. Quantò magis damnandus est Witcleff,qui contra Christi apostolos, contra ecclesiam,contra naturam boni,tales professiones damnat,& uulgi religionem carnalẽ exaltat ita ut conuersationes eorum communes in ecclesiis conglobationes,aut globos indignanter appellet, in opere de ecclesia, & membris, cap.15.& alibi. Sed nescienς benè dixit,& de religionibus claustralibus cum asino prophetauit. Verè enim boni † claustrales per amoris intimi glutinum conglobantur, & inde dęmonibus,& hęreticis terribiles fiunt, vt spiritualium castrorum acies ordinata. Prout exponit illum textum super Ezechie. Homilia.6. GREGO. Nos (inquit) cùm contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus, summoperè necesse est, ut per charitatem semper uniti,atque constricti,& nunquam interrupti per discordiam inueniamur, quia quęlibet in nobis opera fuerint, si charitas defuerit, per malum discordiæ locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos ualeat hostis intrare. Antiquus uerò inimicus castitatem in nobis sine charitate si fuerit, non timet, quia ipse nec carne premitur, ut in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur. Sequitur. Bene ergo dicitur terribilis, ut castrorum acies ordinata:quia multitudinem electorum eo maligni spiritus pertimescunt, quos eos per charitatis concordiam unitos contra se, & conglobatos aspiciunt. Hæc ille. AVCT. Ecce conglobatos religiosorum cuneos, quos formidandos uis facit unitissimę charitatis:quales enim

1.ter.7.

Greg.To.3

Cant.6.

enim claustralium globos utinam semper inspicias in hac uita,qui tibi fiant ita terribiles,ut castrorum acies ordinata.

¶ AD ARGVTIAS VVITCLEFF de libertate,quam Christus dedit in uestibus religiosorum, claustris sensibilibus. Cap. XCII.

SVMMA.

1 *Habitus monachalis defensio,contra Witcleff.*
2 *Christianæ honestati semper esse, & fuisse congruum ut in uestitu, & signis extrinsecis diuersæ professionis & status fiat agnitio, ostenditur.*
3 *Habitus sanctificatio,& ad quid ualeat.*
4 *Pauli uestimenta, & quid de illis dicat Hieronymus.*
5 *Eliæ pallium.*

QVid amplius prædictis insistimus ad probandum scripturis ea, quæ Witcleff remouet, aut ad remouendum, quæ probat? Ipse errorem suum aperit,& dicit planè religionem perfectam in euangelio fundatam: quia & uitam eremitam in sancto Ioanne Domini præcursore probatam. 6. capit. de ecclesia & membris. Eremitæ,inquit,nisi haberent fundationem suam à domino,& Baptista,forent rationabiliter proscribendi. Hæc Witcleff. AVCTOR. Hoc unum,ipsum mendacem esse conuincit, dum omnem religionem Christi communem intelligens, istam uulgarẽ arguit infundatam. Sic linguam mendacẽ finit iustus Deus damnare seipsam, dum omni studio fugerit veritatem:lib. de vera innocentia, ꝓpositione.247. AVGVSTINVS. Incredibile est non mentiri hominem,nè capiatur,qui mentitur vt capiat. Hæc ille. AVCTOR. Intelligãt igitur filii Christi & matris ecclesiæ periculum suum in audiendo, aut quantulumcunq; fidem dando viro tam assueto mendaciis. Ipse non sequitur auctoritatem scripturæ, uel ecclesiæ. Quid igitur sequitur? Fictitia sui cordis: quis miretur,ꝙ erret tam iugiter? Ipse quos uult in euangelio Christi fundat,& quos vult,excludit. Auctoritate propria statuit. sibi unum capitulum & collegium Antichristi:& quæ vult membra eius annumerat,Papam,Cardinales,Patriarchas,Episcopos,Archidiaconos,officiales, decanos,monachos,canonicos, fratres quatuor ordinum,& quæstores:quos omnes dixit in scriptura domini non fundatos,& præter approbationem domini esse susceptos. In istis ferè omnem numerum comprehendit Christi fidelium. Ar

Aug.To.3

B

C

ne quicquàm sibi deesset,statim subiungit cunctos de clero,& vulgo,quos secundùm plus & minus vix includi t:euentilat penè omnes ratione sua aurea,reuera cinerea: inter quæ dixit confumari à Christo officia sacerdotum explicatè, non tamen explicatè seculare dominium, & in uitione secularium laboratorum statum communem. Hæc Witcleff cap. prædicto. AVCTH. Miser, & maleuolus dispensator,qui dispensare nesciat triticum domini sui: cùm si bene quærerentur scripturę loca,cuncta hæc, quæ dixit, & domini, & laboratores eximuntur: sed iste usurpatæ iactantiæ sua,quæ vult, ostendit, quæ non vult occultat. Certè omnes fundare possut expressè, si non omnibus inuideret priuilegio suo diabolo(ut ait Augustinus) vt videt inuari posse hęresim suam, his claudit, his aperit beneficia scripturarum. Prout lib.19. contra Faustum AVGVST. An fortè,quæ de nouo testamento similia protulimus,ipse quoq; audent dicere falsa esse, atq; peruersa priuilegio illo diabolico, ut quicquid est in euangelio, uel epistolis canonicis,quo adiuuari hæresim suam putẽt id esse à Christo & Apostolis dictum teneant, atq; suadeant: quicquid autem ex eisdem codicibus aduersus eos senuerint immissum à falsato ribus omnino impudente, ac sacrilego non dubitent dicere. Hæc Augustinus. AVCTOR. In planum autem huius tractatus adducendum putem,ꝙ ordines ecclesiæ, siue monachos, siue fratres plus negat Christi esse pro vestibus signis, aut domibus, quam pro rebus ipsis, aut religionis substantia. Vnde in prædicti libri de ecclesia & membris cap. 15. Quid rogo facit habitus corporalis, claustrum sensibile, vel quæcunq; alia traditio à fratribus adinuẽta? Reuera nihil facit ad sanctitatem eorum, sed hyprocrisis eorum manifestum indicium. Cùm enim tam virtuosè,& tam ædificatoriè possunt uiuere sine tali signo sensibili, ipsum facit nihil. Hæc Witcleff. AVCTOR. Non contendo contra flatum eius hæreticum,qui finem non habet malitiæ, sed docere propono simpliciter Christianum quemlibet, qualiter se reprehensibilem exhibeat in duobus: primò de temerè iudicando fratres suos ex sola superstitione peruersa. Omnes enim religiosos,quos non nouit, decernit hypocritas, qui in religionis vtuntur habitibus, dicens eos esse hypocrisis suæ manifestum indicium. Alloquitur enim libro de vera innocentia,propositione.20. AVGVST. De occultis cordis alieni temerè iudicare, peccatum est. Etenim cuius non videntur nisi bona opera, iniquum est ex suspicione reprehendere, cùm eorum, qui homini sunt incognita,solus Deus iudex sit iustus, quia inspector,

Aug. To.6

Habitus monachalis defensio. Aug. To.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctor veritatis. Hæc ille. AVCTOR. Quot religiosi viri, quot sancti Christi deuoti, quorum nec cor nouisti, nec faciem, nihil vidisti iniquè agere, nihil sinistrè, quid ergo reprehendis & impie, & de occultis alieni cordis temerè iudicas? quorum solus Deus iudex esse potest, & arbiter veritatis. Secundò † item reprehendendum agnosce pro insufficientia rationis, quando quæris, quid faciat habitus corporalis, cùm tàm virtuosè, & ædificatoriè possint viuere sine tali signo sensibili. Vnde concludis, ipsum nihil facere, sed hypocrisis eorum manifestum esse indicium. Possem item interrogare te ipsum quid fecerit tibi talare vestimentum, quod induis cum manicis strictis, aut amplis? quid mantellum, aut pileum? quid lineum, aut laneum omne, quod nuditatem tuam tegere consuesti? quid grisea tegumenta, uel uaria, quibus Collardi tui quotidie vestiuntur ex secta: cum tàm virtuosè, & ædificatoriè possetis viuere sine tali signo sensibili, vnde contra te concludis, nihil hoc uobis efficere, sed hypocrisis vestræ esse indicium manifestum. Sed & iterum quæro, si sine eis possem æquè virtute proficere? Nonne item in eis possem hoc idem efficere? Si uirtuti habendæ non proficit habitus, dic item uirtuti quid officit? Dicis, sed Christus dedit nobis intalibus libertatem. Placeat ita esse, ergo si libet sim habitum talem dimittere, nunquid item peridi libertatem, ne possem constanter retinere si vellem? Sed vestes, vt homines odio gratis habes. Sed dicis, quia diuersitas in vestibus generat diuersitatem in affectibus. Quid ergo, dummodò nihil geritur contra legem Dei? Vnde lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 14. AVGVST. Nihil sanè ad istam pertinet ciuitatem quo habitu, uel more viuendi, si non est contra diuina præcepta, istam fidem, per quam venitur ad Deum, quisque sectetur. Vnde ipsos quoque philosophos, quando Christiani fiunt, non habitum, & consuetudinem uictus, quæ nihil impediunt religionem, sed falsa dogmata mutare, lex compellit. Hæc ille. AVCT. Ecce malenole iudex, Augustinus fidelis tuam sententiam damnat. Nihil, inquit, sanè ad ciuitatem Dei pertinet, quo habitu, aut more viuendi, si non sit contra diuina præcepta quisque sectetur, nihil obuiat, nihil lædit. Iam tibi restat labor alius, allegare nobis legis Dei locum, qui habitum talem, aut talem prohibeat esse gerendum. Hoc fac, sed non depraues legem, ne curras in uacuũ. Ipsos, inquit, philosophos Augustinus non prohibet lex habitum retinere gentilem, qualiter Iustinum philosophum seruasse continuè suum habitum, scripsit Hieronymus, ut habetur suprà lib. 3. Et qui culpas ingeris uni simplici, & incommutato habitui, quam uirtutem in tanta cultus varietate constituis? Pro ipsa disparitate victus, & cultus, inuenit Hierony. locum arguendi Iouinianum monachum de peccato. lib. 2. contra eum ca. 14. HIERO. Ante nudo eras pede, modo non soluũ calceato, sed ornato. Tunc pertusa tunica, & nigra suburcula uestiebaris, & pallidus, & callosam opere gestitans manum, nunc lineis & sericis uestibus, Attrabatarum, ac Laodiciæ indumentis ornatus incedis. Rubent buccæ, nitet cutis, comæ in occipitium frontemque torquentur: propensus aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesis faucibus uix suffocata uerba promuntur. Certè in tanta diuersitate victus & vestitus, necesse est ibi, aut hic esse peccatum. Non q; in cibo peccatum, aut uestibus asseram, sed q; uarietas, & commutatio in deterius reprehensioni proxima est. Quod autem reprehendi tur, à uirtute procul est. Hæc ille. AVCT. Calcé huius argumẽtationis assumo, q; de tanta uarietate uestitus, aut victus religiosis uiris imminet reprehensio, & hæc digna peccato. Ad hanc ergo quid nos inuitat Witcleff? quid pro mercede restabit? Hoc † ergo nonerit iste Witcleff semper esse, & fuisse Christianæ congruum honestati, ut in uestitu, & signis extrinsecis diuersæ professionis, & status fiat agnitio. Vnde lib. 19. contra Faustum AVGVS. In nullum nomen religionis, seu uerum seu falsum, coagulari possunt homines, nisi aliquo signaculorum, uel sacramentorum uisibilium cõsortio colligentur. Hæc ille. AVCT. Propter hoc Elias, & eius discipuli filij Prophetarum constanter vtebãtur pallijs, & melotis. Aut referat Witcleff, quãdo Ioãnes Baptistæ uestem suam deposuit de pilis Cameli, & zonam pelliceam. Quando item dominus Christus uestes suas dimisit, aut mutauit illam inconsutilem desuper contextam per totum. Cur item angelus ille, qui eduxit Petrum de carcere, mutatorias illi non attulit, sed antiquas iussit induere, dicẽs, Præcingere, calcea te caligas tuas, & circunda tibi uestimentum tuũ? Aut nunquid tàm uirtuosè, & ædificatoriè possent sine illis uiuisse, sicut cum illis? Si dicat cõmunem formam habuisse cum alijs de plebe tũc aut cum Collardis, nunc autem multùm differentem à religiosis nostris, uel episcopis: omnia ista peto, non dictis probari, sed scriptis. Forma ipsa ueteranæ ecclesiæ differentem cultum approbat in omni professione diuersa. Vnde lib. 5. contra Iulianum ca. 9. AVGVS. Hoc potiùs debet audire ecclesia, quæ uirgo dicitur, ut uos caueat: hoc matronæ, hoc uirgines sacræ, hoc omnis pudicitia christiana. Et infrà. Tenẽt enim sanctam professionem, non in solo habitu uestis, sed mentis, & corporis, resistendo cõcupiscen-

Aug. To. 5.

Hier. To. 1.

Aug. To. 6.

Aug. To. 5.

cupiscentijs carnis. Hæc ille. AVCTOR. Audi mi Witcleff, matronas, & virgines sacras & omnem pudicitiam Christianam tenere professionem suam sanctam, & habitum vestis & itementis, & corporis: & nunquid possent istum habitum mentis seruare æquè virtuosè sine illis signis? Et de monialibus eisdem HIERONY. Vnus omnium habitus, linteamine ad tergendas manus solùm vtebantur. Hæc ille. AVCTOR. Vnus omnium illarum habitus, ubi erat una illarum professio sanctitatis, uarius tamen habitus à uulgi mulieribus. Et cum arguit Witeleff, quia diuersitas uestium causaret diuersitatem affectuum. Mirum quòd apostolus hoc periculum non præuidit, quando mulierem instituit orare uelatam, uirum non uelatum, & cætera, quæ ad cultum pertinent utriusque: inter quos tamen tanta requiritur affectuum unitas, ut una carne, non diuersa iungi dicantur. Quare non omnino eadem uestе utitur fœmina cũ uiro suo, ne diuersitas uestis, aut habitus diuersitatem inducat affectus? Quòd si uarietas affectuum reprehẽdatur in pluribus, quantò magis in vna persona: & erit obnoxia culpæ regina illa, quæ astitit regi à dextris eius in uestitu deaurato, circundata varietate. Sed paulum monachũ attollit sanctus Hieronymus, q; cum professione perfectionis mutauit & habitum, epistola ad eundem HIERONY. Tu audita sententia saluatoris, Vade, & vende omnia, quæ habes & veni, & sequere me. Sequitur. Tunicam mutas cum animo. Hæc ille. AVCTOR. Sed cùm non habent, inquit, Witeleff, uitam conformem his habitibus, simulatione sanctitatis, quam non habent, fiunt hypocritæ: quasi diceret, sub habitu griseo Lollardino omnes sunt veraces, fictores nulli: sed hoc tibi responsum sit: quia sub ouina pelle interdum lupus accedit, non ideò abijciet oues pellẽ suam: sed nec uerus religionis cultor habitum suũ, quãuis lupus, & hypocrita eum induerit, nec habitus ipse spernendus, sed qui induit eum, iudicandus ex opere. Vnde li. 1. de sermone dñi in mõte, super hunc textũ Cùm ieiunatis, nolite fieri &c. AVGV. In hoc aũt capitulo maximè animaduertendum est, non in solo rerum corpore, atq; põpa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam eò pericu losiorem, q; sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis, atque uestitus, uel cæterarum rerum nitore præfulget, facilè conuincitur rebus ipsis, pomparum seculi esse sectator, nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in professione christianitatis inusitato squalore, ac sordibus intentos, in se hominum oculos fecerit, cum id uoluntariè faciat, non necessitate patiatur: cæteris

1. Cor. 11.

Psal. 44.

Hier. To. 1. Matt. 19.

Aug. To. 4. Matt. 6.

eius operibus potèst conijci, utrum hoc contẽptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Quia sub ouina pelle cauendos lupos, dominus præcepit: sed ex fructibus eorum, inquit, cognoscetis eos. Cùm n. cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa illis abstrahi, uel negari, quæ isto uelamine, uel consecuti sunt, uel consequi cupiunt, tunc necesse est ut appareat, utri lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Non enim propterea ornatu superfluo debet hominum aspectus mulcere Christianus: quia illum habitum, ac necessarium simulatores sæpe usurpant, ut in cautos decipiant: quia & illæ oues non debebãt deponere pelles suas, si aliquando eis lupi se contegunt. Hæc ille. AVCTOR. Hac ratione euangelica ratio fabulosa Witcleff, quam ipse auream uocat, abijcitur. Nusquam iussit Christus ouem proijcere pellem suam, quamuis in ea lupus ad fallendum adueniat: nec humilis aut sordidus habitus religiosi uiri proijci debeat, quanuis in eo plerunque simulator aduenit: nec sic mulcẽdi sunt oculi Christiani: quia tunc statim iudicari poterit, quid ex uestis huius modi specie concupiuit. Qualiter oculis nostris multos sectatorum Witcleff habitus suos squalentes, postquàm hæresis eius abire retrò cœpit, uidimus commutasse cum splendidis. Ex his ab eorum fructibus cognoscetis eos, ait Christus. Iterum illudit Witcleff in religiosorum habitus, imponens eis, quòd aliquid numinis latẽtis contineant, cap. 12. de Ecclesia. Non audiui hoc dici frequenter. Sanctificatur † autem, ut aliquid sanctitatis contineat, uelut in epistola ad Troaruensem Abbatem, inter epistolas suas 99. ANSELMVS. Quoniam mandastis, ut uobis unam cucullam benedictam mitterem, benedixi uestram, qua ego aliquãdiu usus sum, & eam uobis cum absolutione, quam ego legi, transmitto. Hæc ille. AVCTOR. Nec christianæ derogat ueritati, quòd ex huiusmodi sanctificatione ecclesiastica trahat uestis uirtutem fugandi contrarias potestates, aut ægritudines per spiritus malos immissas, vel aeris corruptelas, simul & ab eius sanctitate, qui sanctè conuersatur in ea: sicut ex natura dæmonum, & ebulliente eorum superbia Parisiensis ingeniosè deducit, nihil enim intolerabilius ferunt, quàm hominem, aut extremum eius signum, in quo, & à quo uicti cernuntur. Sic non modò crux Christi, sed & crucis signum dæmonum mors est. Sic simbria uestimenti, & omnes cultus Christi numine isto sunt plent. Vnde in Homil. 5. de laude Pauli CHRYSO. Vis † enim dona cognoscere uestimenta Pauli dæmonibus terrori erant. Verùm istud nequaquam admiror, si cutnec illud quidem, q; umbra Petri languorẽ

Habitus sanctificatio.

Anselmus.

Chry. To. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporum effugabat. Hæc ille. AVCTOR. Incredulus hæreticus, qui numen miratur in ueste, mittitur ad quærendum numen in vmbra. Ad numen etiam mittatur quærendum in verbo diuino, virtute cuius prædicando, & loquendo, fiunt magnalia, sed semicinctia Pauli perq; erant efficacia, ut dicetur infrà de sanctis reliquijs. Si hos dicas esse numinis talis effectus, quid mirum, si sancti Pauli tunicam minimam regum purpuris præferebat in libro de uitis patrum, de uita Pauli HIER. Vos, inquit, in tunicis aurum texitis, ille ne vilissimi quidem mancipij uestri indumentum habuit. Sed econtrario illi pauperculo paradisus patet: Vos auratos gehenna suscipiet. Ille Christi uestem, nudus licet seruauit, vos vestiti sericis, indumentũ Christi perdidistis. Et infrà. Obsecro quicũque legis, ut Hieronymi peccatoris memineris, cui si dominus optionem daret, multò magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuras cum regnis eorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sanctus pater Hieronymus non contemptibilem habuit tunicã sancti Pauli, quam tam feruida deuotione regum purpureis prætulit indumentis. Nonne in illo signo aliquod reperit pretium sanctitatis, uel numinis? * & in extremo tractatu refert idem HIERON. Taceo de Christianis. Pagani, & ipsi sacerdotes idolorum ad Dominicum conuolant, dicentes, Deprecamur vt hominem Dei videamus: quia hoc apud vniuersos erat nomen Antonii. Ambiebant quoque saltem fimbriam uestimenti eius tangere, multùm sibi eius tactum prodesse credentes. Hæc ille. AVCTOR. Proh quantus pudor, idolorum sacerdotes colunt christianitatem deuotiùs, quàm Witeleff sacerdos nomine Christianus. Et ibi in fine idem HIERONYMVS. Legatarius autem Antonii benedicti, qui tritum pallium cum melote eius meruerat accipere Antonium, in muneribus Antonij amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, latenter per uestimentum recordatur imaginem sanctitatis eius Hæc ille. AVCTOR. Christus fimbriam uestimenti gestauit, signum religionis suæ, quam infirmi tangere precabantur, & quotquot tangebant eam, salui fiebant. Marci. 6. Quòd si dixerint non omnia competere seruis, quæ congruunt domino: planè consentio, & ad serui pallium eos reduco. Quid ergo sanctitatis, aut numinis pallium continebat Eliæ, cuius ictu bino Iordanis alueus retrocesit? Scriptura hoc dicit, non potes effugere: sed in hoc scire potes, quod diuina potestas, quæ grandis est in propriis virtutem congruam sanctitati utentium, uestibus commodat alienis. Non sunt ergo contemptibilia in seruis Christi signa vestra, quanuis signa sint: nec sic Christo domino viluerunt signa, cùm diceret, Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. Nam Christus dedit apostolis religiones eorum, quibus an sibi illos alumnos desponsauit, tu videris. Dedit, inquam, uirgam in manu, tunicam simplicem in corpore, sandalia in pedibus, zonam sine pecuniis, salutationem pacis in domibus, hospitium certum in uillis, puluerem iactandum indignis. Ipsi tamen omnes non habebant vitam conformem his signis, sicut nec Petrus, quando dicitur Satanas, nec quando diffidenter palpauit Thomas: nec quando fictè dispensauit, uel prædicauit ille perfidus Iudas. Quid igitur signa illa tenebant constanter, quibus per compunctionem peccati seipsos moribus conformabant? Nec quotiens ceciderunt à uita, abiecerunt & signa. Quòd si fecerunt, tibi restat probare certæ auctoritatis indicio. Hæc enim ideò nec uirtutes sunt, nec vitia, sicut nec ipsa paupertas, aut in gestibus humilitas, si bono uiui fuerint, sunt signa virtutum, quæ in sunt: sin malo, signa virtutum sunt, quæ deberent inesse. Et hoc admonet professorem libro suo Apologetico GREGORI. Media tamen hæc sunt, sicut & paupertas, atque diuitiæ, uel humilitas, & claritas, & cætera his similia: quæ media idcirco dicuntur, quia proposito utentium, uel ad bonum, vel ad malum trahi possunt. Hæc ille.

*Et ī extremitate tractatus.

Nota.

Elie pallium. 4. Reg. 2.

DE MERITORVM, ET SVFfragiorum per literas participatione.

Titulus. X.

¶CLERICATVS, ET RELIgio vnum opus perfectum faciunt ad bonum Ecclesiæ, quorum concessio participationis meritorum fundatur in Christo. Ca. X CIII.

SVMMA.

1 *Basilij, & Gregorij Nazianzeni studia describuntur.*
2 *Clerici Gregorij, & Basilij monachi unum opus.*
3 *Christus, quòd meritorum suorũ sui participes fecerit, contra Witeleff, ostenditur.*

4 Christi clementia exprimitur.
5 Charta meritorum Christi nobis concessa.
6 Merita nostra quòd licitè communicemus.
7 Witeleff de participio meritorum obiectio, & ad eam responsio.

Marc. 16.

Marc. 6.

Matt. 4. Io. 21. Io. 12.

REDIMVS ergo post hæc penè fessi, ad ea quæ suprà tractauimus, hoc duplex apostolicum germen clericorũ, & monachorum in vnum redigentes corpus Christi, & unam eius perfectionem implentes, velut si duo parietes vnam domum instituant nec perfectum corpus apostolicum sine utroque censebitur. Vnde & apostoli Christi in seipsis statum utrunque uouerunt, & tenuerunt in corpore suo mystico. Necesse est igitur, ut utrunque fernent episcopi, quos item ab apostolorum temporibus pii patres omnes, & inter omnes Basilius, & Gregorius uiis uarijs didicerunt augere, ut fœcundarent ecclesiam. Basilii, & Gregorij Nazianzeni studia.

Prout in * lib. ecclesiasticæ historiæ ca. 9. refert EVSEBIVS. Ambo, inquit, nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de adiutorio digressi, ad profitendam Rhetoricam rogabantur. Quod opus magnificè quidem implebat Basilius, Gregorius uerò magnificentius contemnebat, qui cùm se totum Dei seruitio mancipasset, tamen de collegæ amore præsumpsit, ut sedentem Basilium de Doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium, manu iniecta, perduceret: ibique per annos (ut aiunt) tresdecim omnibus Græcorũ secularibus libris remotis, solis diuinæ scripturæ uoluminibus operam dabant, earumque intelligentiam nõ ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur. Quos & ipsos & apostolica succeßione intelligendi regulam suscepisse constabat, quorum præcipuè in prophetas commentarios dissentientes, thesauros sapiẽtiæ & scientiæ reconditos in uasis fictilibus perquirebant. Verùm cùm iam ipsi sufficienter instructi diuina dispensatione ad imbuendos populos uocarentur, & alios alio itinere ad idem tamen opus uterque traherentur, Basilius Ponti vrbis rura circuiens, desides gentis illius animos, & parum de spe futura sollicitos, uerbis, & prædicatione stimulare, succendere, callumque ab his longæ negligentiæ cœpit abolere. Subegitque abiectis inanium rerum, & secularium curis sui notitiam recipere, & in unum coire: monasteria construere, & hymnis, & orationibus docuit uacare: pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt, præbere: virgines instituere, pudicitiam, castamque vitam penè omnibus desiderabilem facere: itaque in breui permutata est totius prouinciæ facies, ut in arido, & squalenti cãpo uideretur seges fœcunda, ac læta vinea surrexisse. Hæc ille. AVCTOR. Hoc igitur opus erat sancti illius Basilij ad castitatem trahere, monasteria construere virorum, ac virginum, habitacula eis honesta parare, & vitæ necessaria ministrare. Gregorius in clericatum se transferẽs, Dei uerbum auidè procurabat, Vnde in eadem Ecclesiastica Historia. Gregorius vero bonum semen non patiebatur, aut super spinas iacere, aut inter saxa dispergere, sed bonam cordis sui iugi cultu & exercitiis indesinentibus excolebat, & multò ampliùs hic in semetipso, quàm ille in cæteris proficiebat. Suscipere ille, quæ renũtiantes seculo deferebant ad pedes suos, & diuidere, ut quisque egu isset, curam gerebat: iste nihil habendi, & omnia possidendi contentus sacramento: erga solas sapientiæ diuitias auarus, & multùm cupidus inhærebat. Ille coire plures in unum, & sui inuicẽ in necessariis habere, solli citudinem docebat, hic sui exemplo, quòd erat absolutus, & liber, cunctis sermone apostolico prædicabat. Ego autem uolo vos sine sollicitudine esse. Et dominus in proximo est, nihil solliciti sitis, sed tanquam serui Christi hoc solùm estote solliciti, quãdo redeat dominus de nuptiis. Ille delinquentibus misericorditer condolere, & à delicto reuocare: hic per diuini eloquii gratiam delinquendi incitamenta præuenire, nec si nere relabi eum, qui difficulter erigeretur elisus. Ille purus fide, hic liberior in prædicatione. Ille Deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat: sic in utroque diuina gratia vnum opus perfectionis implebat. Hæc ille. AVCT. Hoc ſ ultimum pendulus expectaui, quod in vtroque diuina gratia vnum opus perfectionis implebat: ille monasteria instruendo, iste populis prædicando. Ille prior, scilicet Basilius, cultores Dei renũtiare cunctis docens seculi rebus, hymnis, psalmis, & spiritualibus hortamentis insistere, carnem calcare, in die ac nocte vigilias sacras in orationibus agere, Iste, scilicet Gregorius, populos gubernando, simul & orando iugiter Deum pro plebe, & vterque vnum opus perfectionis implebat. Ille religiosus, iste nunc clericus. Nõ est perfectum opus ecclesiæ, nec fuit ab initio nisi in vtrisque. Oratio iugis, & assidua, communis vtrisque deuotio: quam item non facere tantùm, sed ultro debent largiri carnalibus. Isti deuotiùs & laboriosiùs exorando, illi solenniùs offerendo. Iuxta illud 2. Machab. 1. Benefaciat vobis Deus, & memineri testamenti sui, quod ab Abraham, Isaac, Iacob locutus

Nazianzen.

*lib. 11.

vnum clerici, et monachi opus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Sequitur. Et nunc hic sumus orantes pro uobis regnante Demetrio, anno. 169. Nos Iudæi scripsimus uobis. Hæc autem scriptura, quam nobis sic repentè mittit Deus ad calamũ occasionem tribuit altiùs laborandi. Repentè nãque cecidimus in religiosorum suffragia, quæ ipsi religione promittunt, & offerunt, & chartis scribunt Christi fidelibus de pinguedine spiritus, & abundantia charitatis, quàm ideò malignus spiritus, qui in cor Witcleff intrauit, non sustinet, quia charitas Christi, qua cruciatur, efferuet. Dicit enim Witeleff. 31. ca. quarti trialogi. Christus, & sui apostoli, cùm nunquam talia concedere præsumpserunt, cum inuitis fratribus oportet eos concedere, quòd concessio talis sit friuola. Et cap. 30. Cauẽdum est fratribus, ne dent occasionem fidelibus ad percipiendum aliquas infundabiles nouitates, cùm scire debẽt quòd Christus uoluit ecclesiam suam esse liberã ab ipsis. Hæc Witcleff. AVCTOR. Vnde liberam, miser homo, uel à quibus? Nunquid à mutua charitate, ne communicent in operibus bonis, nec pro se mutuò orent, ne vigilent, nè præ B dicent, nè peregrinentur, ne pro proximis uel amicis Christianis ieiunent? Incipias à capite, Christus, inquit, & sui apostoli nunquam talia concedere præsumpserunt. Hoc dicis de Episcopis, & ultra de dotatis monasteriis. Qualia non concessit Christus? communia suffragia nonne concessit Christus, & participia meritorum? Quibus ergo donauit meritorum suorum fructus, illis & sibi ipsi non profecit? Nonne ipse concessit orationes suis discipulis, dicens, Rogabo patrem meum, & alium paraclytum dabit uobis? & iterum. Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo rogo: & non ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Et ad Petrum intimauit, ut oraret pro eo. Ego, inquiens, orauí pro te, ut non deficiat fides tua. Et pro omnium discipulorum fide seruanda, tantam in passione pœnæ anxietatem impendit, ut sudor eius C sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram fieret. Super quem locum super Lucam BEDA. Intelligas † per irrigatam sacratamquè eius sanguine terram, non ipsi, * quæ nouerat, sed nobis apertè declaratum, quòd effectum iam suæ precis obtineret, ut fidem uidelicet discipulorum, quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret, & quicquid illi scandali de eius morte pertulissent, hoc ipse totum moriendo deleret. Immo uniuersum latè terrarum orbem peccatis mortuum, sua morte innoxia cælestem resuscitaret ad uitam. Et cùm surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos. Sequitur. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem, id est, nè in uos calix meæ passionis incumbat. Vbi liquidè demonstrat quòd & pro illis orauit, quos & ipsos sedulo monet orationum suarum uigilando, & orando existere participes. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiat noster Witcleff, videns, si uerum dixit, quòd Christus participia suffragiorum suorum concedere nunquam præsumpsit. Magnus Beda planè dixit Christum sedulo monuisse discipulos orationum suarum, vigilando, & orando factos esse participes, intantùm, ut quicquid scandali uel reatus de sua morte perferrent, ipse merito mortis suæ deleret. Ipse igitur fecit eos communicatores meritorum mortis suæ, precis suæ, prædicationis, vigiliæ, patientiæ, abstinentiæ, improperiorum, maledictorum, necessitatis, peregrinationis, laboris, & sitis, infinities plus religiosis modernis. Non scilicet partem eis donando, sed totum: nihil ad sui utilitatem penitùs reseruando. Non autem vt ipsos discipulos tantum, immo uniuersum orbem peccatis mortuum sua morte innoxia cælestem resuscitaret ad vitam. Quid dicet Witcleff ad ista? An isti cælesti paginæ se ponet obicem, tot centenis annis diuina manu conscriptam, & Christo concedente formatam, & Sancti spiritus pignore sigillatam? Priusquam Christus nasceretur in terris priuilegium orbis cecinit Esaias in charta magna, dicens, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Hic concedit eis merita sancti sui silentij. Sicut hactenus concessit meritum passionis. Et adhuc sequitur. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum. Applicat eis iam meritum iniusti iudicii, quod accepit humiliter. De angustia, & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium. Hic merita sepulturæ. Propter scelus populi mei percussi eum, & dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua, eo, quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius, & dominus uoluit eum conterere in infirmitate. Deinceps assignat cultoribus suis merita congregationis gentium dispersarum in uerbo prædicationis, & uirtute suæ mortis, dicens, Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. In scientia sua iustificabit ipse seruos meos multos. Ideò dispertam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo, quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Finaliter uero orationis suæ participes facit ipse, inquiens, peccata multorum tulit, & pro transgressoribus exorauit. Hæc est charta meritorum Christi, quam omnes scripturæ resonant, veteres, & nouellæ, & qua Ecclesiasticorum scriptorum libri sunt referti. Vnde altissimi mendacij sui potest Witcleff confundi, dicens, quòd Christus non concessit fidelibus populis vnquam humanitatis suæ participium meritorum. Si eis regulas prophetales agnosceret, posset scire hęc de futuro ventura, quanuis de præterito constent dicta. Et quanuis Propheta ea dixerit, uerba tamen esse dominica, prout sermone quadragesimoquarto tertiæ partis. ORIGEN. Quando propheta loquitur, quid dicimus? dixit Deus, bene dicimus: dicimus etiam dixit Propheta, & vtrunque rectè dicimus, & utrunque in auctoritate inuenimus. Et Apostoli sic intellexerunt Prophetas, ut dicerent, Dixit Deus: & alio loco dicit Esaias: vtrunque verum est, quia vtrunque inuenimus in scripturis. Hæc ille. AVCTOR. Exprimat ergo Christus tunc in persona propria verba sua, nonne dicturus est: Ad commodum animæ uestræ languores uestros ego auferam, dolores uestros ego portabo, in meritum uestri oblatus ero voluntariè, sponte filebo, propter scelus populi ego percutiar, meis meritis multorum feram peccata, & ego pro transgressoribus exorabo? Quicquid agam, aut passurus sum, ad uestrum bonum me facturum promitto. Vnde in epistola de filio prodigo HIERONYMVS. Quæ † maior potest esse clementia, quàm ut Dei filius, filius hominis putaretur, decem mensium fastidia sustineret, partus expectaret aduentum, innolueretur pannis, subijceretur parentibus, per singulas adolescaret ætates, & post contumelias uocum, alapas, & flagella, crucis quoque pro nobis fieret maledictum, vt nos à maledicto legis absolueret, patri factus obediens usque ad mortem? Sequitur. Ergo quia ad hoc venerat, vt quod erat impossibile legi: quia nemo ex ea iustificabatur, ineffabili misericordia vinceret, publicanos, & peccatores ad pœnitentiam prouocabat, conuiuium eorum expetens, ut inter conuiuia docerentur, sicut manifestum esse poterit ei, qui Euangelia sollicita mente perlegerit. Quomodo cibus eius, & potus, & deambulatio, & vniuersa, quæ gessit, saluti hominum procurarent? Hæc ille. AVCTOR.

Christus meritorum suorũ partẽ super fecit

3 *Qui.*

Esa. 53.

Hier. To. 2 Christi clementia.

4

Plalt. 2.

A Hanc † ergo plenissimam chartam meritorum concessit Christus participibus suis, non tantùm missarum, orationum, iciuniorum, vigiliarum, prædicationum, abstinentiarum, & laborum suorum, sed & cibationis suæ, potationis, quietis, dormitationis, & silentii, & gratulationis, meditationis, sanationis, & cantationis, & uniuersa, quæ gessit, saluti hominum procurabant. Ideò Paulus primæ Corinthio. undecimo, huiusmodi participationem petens. Omnia, inquit, facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. Et Apostolus Petrus existimans sibi grauissimum detrimentum, si vel partem suam perderet de merito Christi, si non lauerit sibi pedes, obsequium domini admisit inuitè, dicentis sibi, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et Paulus iterum ad Philip. 3. Existimat omnia detrimentum esse ad agnoscendum Christum, & uirtutem resurrectionis eius & societatem passionum illius, & configurari B morti eius. Fides ista dixit, non argumenta, noua conficiunt. Et quid ultra cõcludimus? Quod † si Christus passus est pro nobis, relinquẽs vobis exemplum, qua charitate prohibet Witcleff ne ego concedam pati pro fratre meo ad meritũ animæ eius, prædicare pro fratre, ieiunare, peregrinari, nigilare, orare, imò mori p fratre, Christo dicente: Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis? Ad quid enim ponat, si non ad meritum amicorum? Ponas ergo animam tuam, & de merito tuo securum reddis amicum. Frustra † tamen Witcleff hunc postem impingit, cum dixit: Sed Christus de hoc participio meritorum suorum literas scriptas non concessit. Fallitur hoc dicens. Nã qui per seruum suum Esaiam & prophetas alios literas scripsit, nonne scripsit? scripsit. Certè p prophetas, per apostolos & euangelistas suos scripsit, & dicit Witcleff q̃ non scripsit. Rex p medios seruos ad regem alium, uel ad communitatem, literas scriptas transmittit, & nemo de eius scriba cõmemorat, sed q̃ rex ipse scribit. Et quidem rex noster Christus euangelium suum scriptis suis non tradidit, Verbum. n. erat apud deũ cuius nõ est tradere verbum scriptum. Vnde & in prologo super Matthæum in opere perfecto. CHRY. Neque. n. apostolis scriptũ aliquid tradidit deus, sed pro literis spiritus annuntiabat daturum esse gram. Ille. n. uobis, ait, rememorabit oia. Et ut addiscas q̃n hoc multo melius erat audi per prophetiam quid ait. Disponam uobis testũ nouum, dans leges meas in mente uestra, & in corde scribam eas. Et Paulus demonstrans hanc superexcellẽtiam, dicebat vos suscepisse legem non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carneis. Q̃n autem multo tẽpore p̃cedẽte

Charta meritorũ Christi nobis concessa.

Esa. 53.

Obiectio Witcleff.

Chr. To. 2

Ier. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exciderunt, hi quidem propter dogmata, hi autem propter vitam & mores, indiguimus rursus ea, quæ à literis est, rememoratione. Sequitur. Si enim accusatio est literis indigere & non spiritus adipisci gratiam, intuere quàm magnum delictum est neque post auxilium hoc velle proficere, sed inaniter, & vanè iacētes literas despicere, & maius subire supplicium. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiat Wircleuista, qui participiū meritorum Christi in literis abiicit: quia si culpa sit indigere literis, & non sola gratia spiritus contentari, maxima culpa est hoc auxilium spirituale non petere, sed literas spernere ad grande suum supplicium: qui enim respuit hāc partem habere cum Christo in literis, non dubium quin partem illius ponet Christus cum hypocritis. Matt. 24.

¶QVOD APOSTOLI CONCESSERUNT SERMONE & literis participes suffragiorum suorum fieri homines.
Cap. XCIIII.

SVMMA.

1 *Diploma literarum de participatione meritorum.*
2 *Scomma in uicarium perpetuum relatum.*
3 *Perpetuum quid, & quomodo debeat intelligi.*
4 *Consonantia literarum fratrum ad epistolas Pauli.*
5 *Suffragia fratrum religiosorum.*
6 *Fratres omnes Christiani.*
7 *Oratio pro alijs, quòd sit deo accepta. Et qualis oratio ante Deum sit dulcior.*

NEc Apostoli talia concesserunt, serm. 42. tertiæ partis. Vel multiplicant fratres tales literas purè propter charitatem, quam habent ad eos, cum quibus communicant, vel purè propter lucrum, aut mixtim. Si primo modo, mirandum foret, quare sancti Apostoli, qui habuerunt maiorem charitatem, quàm fratres prædicti, tales literas nec fecerunt, nec faciendas cæteris exemplarunt. Quare etiam episcopi, & religiosi possessionati: non vtuntur communicatione huiusmodi charitatis. Hæc Witcleff. AVCT. Misereor super istam turbam mendacii. Apostoli tales non fecerunt literas sicut fratres de communicatione charitatis. Vnius fratris audiamus literas si Apostoli sic fecerunt. †Deuotionem synceram, quam ad nostrum habetis ordinem ob Christi reuerentiam, & sanctæ uirginis matris eius diligentiùs attendentes &c. omniū missarum, ieiuniorum ab &c. participationé perpetuam vobis concedimus. Legatur litera Pauli ad Ephes. Propterea ego audiens fidem uestram, quæ in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis. Ad Ephe. primo. AVCT. Quanta iam differentia inter hoc. Ego frater. N. attendens deuotionem synceram ad ordinem nostrum ob Christi reuerentiam, & sanctæ uirginis matris eius: & Ego Paulus audiens fidem vestram, quæ est in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos? Remunerat autem frater hanc deuotionē taxatis precibus orationum, missarum. Paulus memoriam eorum facit in orationibus suis. Fratres cōcedunt participationem perpetuam, Paulus non cessauit gratias agens pro eis exercere memoriam. Si autem dicat Witcleff, q̄ tantùm orationes hic Paulus commemorat, non illa. 7. quæ miserunt religiosi complures, scilicet missarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, prædicationum, abstinentiarum, laborum. In primo cap. epistolæ offert pro Philippensibus memoriam eorum facere in cūctis orationibus suis. Gratias, inquiens, ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio, deprecationem faciens super communicatione uestra in euangelio Christi à prima die usque nunc. Nihil ergo minus Paulus promisit dicendo semel in cunctis orationibus meis, quàm sigillatim recitando missas, prædicationes, & uigilias, quas fratres promittunt per partes. Vnde ibi in expositione. AMBROSIVS. Primum quidem Domino, agit gratias, cuius nutu prospera omnibus accidunt fidelibus. In omni oratione sua memor eorum cum exultatione, quod participes facti sunt euangelii: sic dicit Petrus Apostolos inter cætera dicens, sic, inquit, consortes diuinæ naturæ. Hæc ille. AVCT. Postquàm fecit eos participes euangelii, & prædicationum suarum, hoc addidit peculiare obsequium, ut omnium modorum, quibus possent illæ orationes fieri meliores, siue per uigilias, siue per abstinētias, uel passiones, uel labores animi propter fratres. De abstinentia propter fratres dixit: Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum 1. Corinth. 8. De uigiliis hortatur fratres in communi. Omne uos filii lucis estis, & filii Dei. Igitur non dormiamus sicut cæteri, sed uigilemus, & sobrii simus. 1. Thessa. 5. De futuris tribulationibus & periculis propter fratres. Si immolor super sacrificium & obsequium fidei uestræ gaudeo & congratulor omnibus uobis. Ad Philip. 2. & 2. ad Corin. 12. Ego libentissimè impendar & superimpendar pro animabus uestris. Vbi nota, quòd promittit se impendendum de futuro: sicut nunc sancti

Diplomata literarū de participatione meritorum. 1

Eph. 1.

Septem communicant fratres, & communicare debēt omnes. Bibl.

Amb. in 5.

2. Pet. 1.

sancti promittunt fratribus de beneficentia de futuro. Nonne maiora donauit fratribus suis Paulus, & maiorum fecit esse participes per plenas epistolas suas, quàm religiosi, vel cæteri ecclesiarum prælati, per chartas modernas fratribus largiuntur? Ipsi missas celebrant, vigilant, laborant, nullus tamen fratrum promittit quod fecit Paulus dicens: Nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, q̄d est ecclesia. Ad Colossen. primo. Quanta charitas vt se putet passiones debere Christo in carne sua pro fratribus. Non impleuit adhuc ita vt animam cupiat suam eneruare, Desiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis, nō solùm euangelium, sed & animas nostras, quoniā charissimi nobis facti estis. Memores estis enim fratres laboris nostri, & fatigationis. i. Thessal. 2. Quæcunque ergo meritoriè posset facere, cōmunicaret fratribus ex charitate, imò vitam, & mortem, quæ duo item promittit eis dicens. Præ dixi enim quòd in cordibus nostris estis ad moriendum & conuiuendū. 2. Corinth. 7. Et iterū. Quotidie morior per gloriam uestram. primæ Corinth. 15. Ecce qui fecit bonorum suorum speciales participes primò beneficia charitatis suæ abundanter exponit, orationem uidelicet euangeliorum, uigiliarum, abstinentiarum, passionum Christo congruentium, quotidianam cruciationem animæ, mortem & uitam per gloriam. Hæc charta erat fraternitatis Apostoli, hæc scripta epistola & Pauli manu subscripta. Nec eius tantum, sed fratrum eius: vt Pauli, & Syluani. Pauli interdum & Timothei: quandoque Pauli Timothei & Syluani. quandoque exterorum fratrum. Vnde & ex parte eorum, quādoque pluraliter loquitur dicens Thessalonicen. fratribus: Nunc viuimus si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante Deum nostrū nocte ac die abundantiùs orantes, vt uideamus faciem nestram, & compleamus ea quæ desunt fidei uestræ? 1. Thessa. 3. Hæc dixit ex parte sua & fratrum suorum tanquàm præpositus eorum & habens merita eorum, & labores in potestate, ut sit beneficus, Christo dicente in euangelio Lucæ: qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Hac item forma dixit prælatus Carmelitarum, Omnium quæ per fratres nostros operari dignabitur clementia Saluatoris, uobis participationem perpetuam concedimus 15. Prælatus Cartusiensium dixit: Participationem plenam. Vtranque sustinent uerba Pauli dicentis. Indeficientem: Omnia enim propter uos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei: propter quod non deficimus. 2. ad Corint. 3. Qui nunquàm deficit orare, & omnia facere propter fratres, & hoc spondet: perpetuam, & plenam participationem bonorum promittit. Quòd quia in uno semper impleri non potest, ideo supponit gratiam talem abundare per multos, præsentes scilicet, & sua successione futuros. Cùm autem quidam doctor Witcleuista perpetuus uicarius cuiusdam ecclesiæ in publica schola arguebat literas religiosorum de mendacio: quia perpetuam hanc participationē concedere præsumpserunt hoc sophismate: quia non ultra diē iudicij orabitis, inquit, ergo, non perpetuè. Respondit illi quidam: nec † tu ultra diem iudicij eris hic uicarius: quomodo ergo perpetuus? Quod tamen literæ tuæ institutionis non tacēt. Et legit eas publicè. Cur non aduertit iste tàm facilis arguista, modum loquendi scripturæ, quam catholici debent sequi: perpetuum † dictum, quod sponte prætermitti non debuit: uelut in Leuitico dictum est. Pectusculum enim eleuationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, ac filiis eius lege perpetua ab omni Israel populo. Leuit. 7. Cū tamen proposuit Deus tollere hanc legem trāslato sacerdotio. Et item ibi. post hæc unctio Aaron & filiorum eius. sequitur. Religione perpetua in generationibus suis. Item facietis diem hunc in progenies uestras legitimum æternum. in Exodo. Super quem librum Exodi. quæstione. 11. AVGVST. Facietis diem hunc in progenies uestras legitimum æternum: æternum dicit, quòd nefas erat prætermittere, aut sua sponte mutare. Hæc ille. AVCTOR. Sic debuit iste scisse orationem charitatis fraternæ esse perpetuam, quam nefas erat prætermittere quandiu successores est talis habitura communitas. Sicut in Leuit. 6. dicitur. Iste est ignis perpetuus, qui nunquàm deficiet in altari. Quam perpetuitatem alia scriptura exponit Exo. 27. Perpetuò, inquiens, erit cultus per successiones eorum à filiis Israel. Erubescat ergo Witcleff sui mendacij, quo tàm assertiuè clamat Christi apostolos tales literas de suffragiis non fecisse: imò uideat eos non tàm scribere, quàm offerre sponte, & populos ad hoc desiderium incitare, uelut cùm Paulus Philippen. merita orationum suarum sponderet, dicens se gratias agere in omni memoria eorum in omni oratione sua pro eis omnibus. Post pauca subiecit. Eo quòd habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione, & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes vos esse. Testis est enim mihi Deus, quomodo cupiam uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Ad Philippen. Primo. Ec-

Scomma in uicarium perpetuum relatum.

Perpetuū quid.

Exo. 12.

Aug. To. 4

Leu. 6.

Exo. 27.

Leu. 7.

Philip. 1.

1. Thes. 3.

Lu. 22.

ce

Universidad de Deusto
Biblioteca

ee quàm palàm dixit, teste Christo, se cupere eos socios gaudii sui, quia sic erant non tantum in fide qualiter omnes Christiani, sed speciales eius participes in oratione, in passionibus vinculorum, in defensionum laboribus, & euangelij sui meritis gloriosis, quam societatem eos ita desiderare uolebat. Vnde super idem uerbum in
Amb. To. 5. expositione AMBRO. Deum testatur, ut affectum commendet iusti. Qui enim multùm de aliquo sentit, vt credibile hoc faciat, testificatur. Per quod & prouocat desiderium illorum erga se, ut desiderati desiderent. Desiderat ergo omnes hos, non humana cupiditate, sed in amore Christi: non carnis affectu, sed spiritus, vt participes hos habeat, & in sensu mysterii diuinitatis, & incarnationis Domini. Hæc ille. AVCTOR. Parcat ergo Christus Witeleff, contra hanc charitatem societatis Apostolicæ sic rixanti in trialogo quarto capit. 31. Supponi debet, q licet fratres nullas literas tales concesserint, foret ex concessione Christi simplici melius, quàm est modò. Hæc Witeleff. AVCTOR. Scire posset concessionem Christi simplicem, derogationem à nostra non posse perferre, quo B modo igitur foret melius? Ista rixa est sine scriptura, sine sensu. An non sciuit Paulus hoc potuisse dixisse pseudomagistros Witeleff contra literas suas tũc quòd æquè benè aut melius possent Philippen. aut Ephesii stare per concessionem Christi simplicem sine literis suis: & ideo
1. Thes. 1. literas abolẽdas: aut itẽ Thessalonicenses, q bus similes suffragiorum literas ex parte fratrũ dedit, dicens. Paulus, & Siluanus, & Timotheus ec 4 clesiæ Thessalon. in Deo patre & domino Iesu Christo, gratias agimus Deo semper pro vobis omnibus memoriam vestri facientes in nostris orationibus sine intermissione, memores operis fidei uestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi ante deũ & patrem nostrum. primæ ad Thessalonicenses primo. Item eiusdem in epistola sua secunda. C Et iam oramus semper pro uobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem uoluntatem bonitatis & opus fidei in uirtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo: secundùm gratiã. Dei nostri & domini Iesu Christi. 2. Thessal. 1. Et in fine epistolæ. Salutatio mea manu Pauli, quod signum in omni Epistolæ ita scribo. Ecce Paulus non tantùm orat, sed semper orat pro eis, & oraturum se pollicetur. Scribit literis, atque signaculo manuali. Hoc dum coram fratribus dicerem, cepit unus ex parte Witeleff dicere, sed ubi sigillauit has fraternitates apostolus? Rursus ego. Vbi manu sua suscripsit, ibi sigillauit apostolus, q si uim feceris de sigillo aposto

li, ubi ad Philemonem ipse ait: Confidens de *Philem.* obedientia tua scripsi tibi, quoniam & supra id quòd dico facies. In expositione eiusdem epistolæ hoc recordatur CHRYSOSTOMVS. Non *Chr. To. 4.* simpliciter ait, neque iniungens, neque criminans, sed confidens in obedientia, scripsi tibi. Quòd inueniens dixit propalationem habens, & hoc in sigillando epistolam, sciens quoniam & super id quod dico, facies. Hæc ille. AVCT. Ecce iam exactor durus Witeleff audit apostolum sigillantem epistolam communicationis suæ precis & fraternitatis Philemonis. Nũquid concessio Christi simplex melius faceret? Co- *Coloss. 1.* lossensibus item non dissimiles literas misit dicens: Paulus Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratias uobis & pax à Deo patre nostro. Gratias agimus Deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes. Et infrà. Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui etiam manifestauit nobis dilectionem B vestram in spiritu: ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione uoluntatis eius. Ad Colossen. primo. Sicut superius dixi, hoc exemplo Pauli dicentis, audientes fidem uestram, & dilectionem in omnes sanctos. Vnde in libro annotationum. HIERON. Sinè exceptio *Hier. To. 9. confunditur literarum fraternarum ad epistolas Pauli* ne personæ uel notitiæ solam in omnibus diligentes sanctitatem. AVCTOR. Hoc † inquam exemplo bene item scribitur: dicendo in literis fratrum deuotionem synceram, quam ad nostrum habetis ordinem diligentiùs attendentes omnium orationum nostrarum participationẽ perpetuam uobis concedimus. Paulus propter dilectionem in omnes sanctos, isti propter deuotionem in omnes fratres. Paulus ex qua die audiuit, semper orare promittit: isti ex quo attendunt, perpetuas preces fundunt. Paulus non pro se tantùm, sed pro Epaphra hoc spopõdit, qui est fidelis, inquiens, pro nobis Christi minister. Vbi in lib. annotationum. HIERON. *Hieron.* Fideliter pro nobis in oratione incumbens ministerium Christi exhibet uoluntati. Hæc ille. AVC. In litera ista fratrum item prælatus scribit. Quæ per fratres nostros dignabitur operari clementia Saluatoris. Et ad Philemonem pau- *Philem.* lus inquit, uinctus Iesu Christi, & Timotheus fratre Philemoni dilecto, Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu, & in omnes sanctos. Fides ergo in Iesu, & charitas in omnes fratres

oratio-

oratione merebatur Apostoli. Meretur & plati A fratrum per omnes illos fratres. Et Ioannes Apostolus in 3. canonica. Senior Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi, & ualere, sicut prosperè agit anima tua. Ecce q non sit noua, sed antiqua pietas Christiana scribendi literas pro impertiendis suffragiis. Et iu-
Iudæ. 1. das item in canonica. Iudas Iesu Christi seruus, frater Iacobi, his, qui sunt in domino prædilectis, Charissimi omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi nostra salute necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ à sanctis fidei. Iudæ primo. Videtis palàm conuinctam hæresim Witeleff dicentis, q Apostoli non communicabant tales literas ad orandum & laborandum pro fratribus. Ecce scripsit Paulus, scripsit Ioannes, scripsit Iudas: ergo scripserunt Apostoli. Et ab antiquis item sanctis acceperunt exemplum. Vnde. 2.
2. Mach. 1. Machabæorum liber sic incipit. Fratribus qui B sunt per Aegyptum Iudæis: salutem dicunt fratres, qui sunt in Hierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam. Et infrà. Et nunc hic sumus pro vobis orantes regnante de metrio. Sequitur. Et orauimus ad dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & 7 similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. &c. Omnia enumerãtur: quibus tũc
Suffragia fratrum. 5 pro fratribus & scipsis in religione illa propitia re putabant diuinam clementiam. Qualiter ecclesiastici religiosi nũc dicunt missas, orationes, faciuntq; iciunia, uigilias, prædicationes, labores, disciplinas, & similia: ita & Apostolus Paulus scripsit pro fratribus suis Iudæis. Voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. ad Ro. 10. De hac participa- C
Coloss. 1. tione item & fraternitate cum sanctis ipse scripsit Colossensibus, quos, vt dicit, fecit suarum orationum participes. Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Ad Colossenses primo. Sed hic nasum surrigunt Witeleuistæ, q fratres inuicẽ 1 appellamus, quos in oratione commendatos suscipimus, & nos suscipimus, non dignantes attendere, q † à primæuis ecclesiæ omnis sancto-
Fratres omnes christiani. 6 rum collectio in spirituali substantia solet mem 2 bra conuentus appellare fratres, uel socios, sicut Actuum 14. Concitauerunt animas gentium aduersus fratres. & capitu. quintodecimo. 3 Quidam descendentes de Iudea docebat fratres & Saluator dignatus est dicere, Vade, & dic ad fratres meos. Vnde paganis in hoc uocabulo in
Tertullian. fultantibus in christianos apologetici sui capi. 39. ueteranus pater TERTVLLIANVS. Sed & q fratres nos uocamus, non alia causa opinor insaniunt, quàm q apud ipsos esse sanguinis nomen de affectione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus iure naturæ matris unius, & si nos parum homines, quia mali fratres. At quantò fratres digniùs & dicuntur & habentur, qui unum patrem Deum cognouerunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ eiusdem ad unam lucem emerserunt ueritatis? Sed eo fortassis minus legitimi existimamur, quia de nostra fraternitate nulla tragœdia exclamat, uel quia ex substantia familiari fratres sumus, quæ penes uos ferè dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Hæc ille. AVCTOR. Sic bene exponit auctor hanc fraternitatem in his, q unà biberunt spiritum ueritatis, sanctitatis, & in substantia familiari communicant hi spiritualia ministrando, isti pro spiritualibus temporalia rependendo, sicut infrà docebat Apostolus. Et B hæc est fraternitas, quam apostolus Paulus commendat. Charitatem inquiens fraternitatis inuicem diligentes. Ro. 12. Hæc fraternitas charitatis maximè in oratione pro fratre facta attenditur, qua nulla est dulcior ante Deum. velut homilia. 14. Imperfecti. CHRYSOS. Libenter audit Deus, quando christianus non solum p se, sed etiam pro aliis orat. Pro se enim orare na- *Oratio pro aliis deo est accepta.* turæ est: pro aliis autem gratiæ. pro se enim ore necessitas rei cogit: pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior enim est oratio ante Deum, non quàm necessitas rei transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. Hæc ille.

¶ QVOD EPISCOPI ET RELIgiosi concedunt communicationes huiusmodi charitatis, & requirunt ab aliis Capit. XCV.

SVMMA.

1. *Epistola quorundam antiquorum concedentium communicationem charitatis, & requirentium ab aliis.*
2. *Cistertiensis domus gloria.*
3. *Patres ueteres, & nouelli, supremi & infimi, sancti & peccatores, quòd ambierint suffragia, ostenditur.*
4. *Pagani, qui precum sanctorum suffragia ambierunt.*

ADDIT adhuc, ut statuat mendacium triplicatum. Episcopi, inquit, & religione possessionati tales literas non cõcedunt. AVCTOR. Si moder

norum

Universidad de Deusto
Biblioteca

norũ exemplaproducerem,diceretur à suis talia post eius tempora practicata de nouo:cùm nulla penè ecclesia episcopalis, vel monasterialis collectio ab institutionis suæ tempore hãc omiserit charitatem. Accedant scripta patrum, quæ dicta nostra confirmant. Libro enim epistolarum Iuonis Carnoten. episcopi reperitur epistola ad Adelam Comitissam scripta talis. IVO

Ivo.

1 †CARNOTENSIS, Humilis Carnotensis ecclesiæ minister, Adelæ nobili comitissæ cum fideli oratione seruitium. Et infrà. Rogo pro remedio animæ vestræ ecclesiam, vt beati Ioannis baptistæ,in qua regularem vitam Deo donante ordinauimus,diligatis,& res ad ecclesiam ipsam pertinentes contra insidiantes & incurãtes pro posse uestro defendatis. Et finaliter. Pro hoc enim à fratribus prædictæ ecclesiæ habetis munus orationum,ac à me fidele seruitiũ. Hæc ille. AVCTOR. Vbi postquam orationis suæ fidelitatem primam scripsit,subiecit communionem orationum fratrum eiusdem ecclesiæ. Inter epistolas Cantuarien. Anselmi est epistola. 68.

Anselmus.

ad eãdem forsan Adelã uel Adelidem. ANSEL. Reuerendæ dominæ suæ comitissæ Adelidi frater Anselmus Beccensis vita peccator, habitu monachus: præsentis vitæ diuturnam prosperitatem,& futuræ æternam felicitatem. Quanuis me nihil apud vestram celsitudinem vt nostris precibus annuere debeat cognoscam, nisi q exquo paruitati meæ innotescere dignata est, semper eam volui coram Deo participem existere nostrarum orationum,qualescunque sunt, si tamen dignum est hoc vel memorari. AVCTOR. In hac epistola palàm fecit Anselmus se prædictam comitissam omnium precũ fratrum suorum factam participem à die, qua sibi primò innotuit. Epistolarum item Bernardi habet epistolam *quinquagesimã Lodouico Francorum regi directam,in qua fraternitatem regis requisitione propria precibus fratrum dicit esse susceptam,ipsum tamen amissurum ipsorum fraternam amicitiam,nisi Parisiensi inclinaret episcopo,qui item eorum literas iure fraternitatis nõ impariter acquisiuit. BERNARDVS. Eximio regi Francorum Lodouico Stephanus abbas Cistertiensis,totusque conuentus abbatum & fratrum Cistertiensium salutem,sospitatem,& pacem in Christo Iesu. Rex cœli & terræ regnum uobis in terra donauit.donaturus & in cœlo, si id, quod accepistis, iustè, & sapienter ad ministrare studueritis. Hoc est quòd pro vobis optamus,& pro uobis oramus,vt & hic fideliter, & illic feliciter regnetis. Cæterùm vos quonam consilio eisdem nostris pro vobis orationibus quas (si ritè recolimus) olim tam humiliter requisiuistis, modò acriter repugnatis, qua cum fiducia manus pro vobis leuare præsumimus ad sponsum ecclesiæ, quem ita, & sine causa, vt putamus,ausu inconsulto contristatis. Et infrà. Hæ itaque nobis & pro vobis audacter quidem,sed amanter intimari curauimus,monentes, & rogantes per illam inuicem amicitiam nostram,& fraternitatem,cui nos satis dignanter sociastis, sed ipsam nunc grauiter læsistis: quatenus attento malo citius desistatis: alioquin si nõ meremur exaudiri,& contemnimur, & nos fratres, & amici vestri, & qui quotidie pro uobis oramus,& filiis uestris,& regno: ex hoc iam noueritis, paruitatem nostram,in quibus valuerit, non posse deesse ecclesiæ & ministro eius venerabili videlicet patri & amico nostro episcopo Parisien. qui nostram aduersus vos humilitatem interpellans, nostras pro se ad dominum Papam iure fraternitatis, literas requisiuit. Hæc ille. AVCT. Attende q dicat nostris oratiõibus quas olim humiliter requisistis & fraternitatem cui nos satis dignanter sociastis: & item nos fratres & amici uestri qui quotidie pro uobis oramus & filiis uestris & regno. Et ipse Bernardus sic se commendari rogat precibus abbatis & monachorum sancti Albani epistola ibi. * 195. ad abbatem sancti Albani, quæ incipit: At si facie ignotus. BERNARDVS. Ad de obsecro ad ea bona,quæ abs te & de te nobis assiduè ueniunt,tuas tuorumque pro nobis orationes pater charissime & desideratissime. Hæc ille. AVCTOR. Et in epistola ad patres in Cistertiensi capitulo congregatos ex parte Ricardi Cantuariensis episcopi PETRVS BLESENSIS. Inter desiderabilia huius mundi principium apud me uersabatur in uotis uestræ sanctitatis conuentui principaliter interesse, nocationis nouæ occupatio, & incumbens negotiorum perplexitas fructum optatæ iocunditatis inuidet mihi. Nec me castris felicibus ad tempus interesse permittit. O † castra optabilia, ò congregatio ueneranda. O Cistertium quàm magna est domus tua? quàm fœcunda in filiis, quàm magnifica in linguis,quàm gloriosa in populis? Et infrà. Subuerterer, nisi in lapide adiutorij,& orationum uestrarum suffragio fiduciã concepissem. Nam (iuxta uerbum Iob) quæ est fortitudo mea ut sustineam? Ecce non est auxilium mihi in me, sed infirmitas, & defectus. Vereor ne offensus mihi dominus hanc iniunxerit sollitudinem multorum, qui non sufficiebam propriæ salutis procurare negotium. Sed posuit mihi dominus in uobis uerbum reconciliationis,ut si offensus mihi est, sese propitiũ vestra oratione mihi exhibeat, meumque supleat imperfectum. Et finaliter. Nos igitur infirmi & fragiles deuotè & humiliter supplicamus

mus,vt pias affectiones vestras circa nos excitet uinculum fraternitatis,professionis communio,charitatis debitum, subiectionis necessitas & deuotio supplicantis. Hæc ille. AVCTOR. Vbi vinculũ fraternale commemorat, q eorum professioni communicauit,quòd eo sibi debito charitatis coniunxerat. Episcopi ergo & religiosi dotati concedunt,& ipsi rogant & impetrant talis fraternitatis esse participes. Ascendamus si uis ad priores patres ecclesiæ uidentes, an ipsi communicationem habebant talem probabilẽ. Occurrit nobis deuotissimus Eusebius Dorrithei ex parte Flauiani Constantinopolitani episcopi post acta concilii Ephesini, Amatoribus Christi religiosissimis & piissimis imperatoribus nostris Valentiniano & Martiano piissimis Augustis. Et infrà. Prouoluti peccamus uestrã clementiam præcipere reuerentissimum episcopum Dioscorum respondere de his quæ à nobis ei ingeruntur. Sequitur. Quod consecuti incessanter offeramus Deo preces pro uestro æternõ imperio sacratissimi imperatores. Et iterum Orationes pro se impetrat Augustinus, qui se precibus ecclesiæ uirginum professarum in domo Iulianæ inseri postulauit,libro de sancta uiduitate in fine. AVGVSTINVS. Obsecro uos per illum,à quo donum hoc accepistis, & huius doni præmia speratis, vt me quoque orationibus uestris memineritis inserere cum tota uestra domestica ecclesia. Hæc ille. AVCTOR. Ecce domesticam eorum ecclesiam nominat, cui se inseri ualde desiderat. Et inter epistolas August. *16. Paulini ad August. Paulinus. Omnes in Christo sanctos, quales tibi cohærere nõ dubium est à nobis saluta: commenda nos omnibus, ut tecum pro nobis orare dignentur. Hæc ille. Et in epistola ad profuturum quæ est 149. AVGVST. Commendamus sanctis oratio nibus tuis,& dies & noctes nostras, ut oretis ꝓ nobis,nè diebus intemperanter utamur, ut nocte æquo animo toleremus,ut etiam si ambulemus in medio umbræ mortis,nobiscum sit dominus,nè timeamus mala. Hæc ille. AVCTOR. Item inter epistolas Anselmi continetur epistola. Hildeberti Cenomanensis episcopis petentis instanter participem se fieri orationum Anselmi. Hildebertus. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: uicem mihi pater sancte rependes,si tuarum participem orationũ me feceris. Hæc ille. AVCTOR. Quòd si ista uideantur exigua, ad summam & sanctum pontificem Gregorium accedamus,qui scripsit se celeri manu & sereniore uultu contulisse privilegia cuidam monasterio ancillæ Christi de constructione Brunechildis reginæ, ut bonorũ eius particeps fieret: libro undecimo registri epistola octaua. GREGO. Inter alia bona hoc apud uos præ cæteris principatum tenet, quòd in mediis huius mundi fluctibus, qui regentis animos turbulenta solent uexatione confunde re: ita cor ad diuini cultus amorem, & uenerabilium locorum disponendam quietem reducitis ac si uos nulla alia cura solliciter. Et infrà. Epistolis autem uestris iudicantibus agnoscentes ecclesiam uos sancti Martini suburbano Augustinensi,atque monasterium ancillarum dei, necnon & xenodochium in urbe eadem cõstruxisse,ualde lætati sumus. Et gratias omnipotenti deo retulimus,qui cordis uestri synceritatem ad hæc operanda compunxit. Qua de re & ut nos bonis uestris in aliquo participes haberemur,priuilegia locis ipsis pro quiete & munitione illic degentiũ sicut uoluistis,indulsimus; nec excellentiæ uestræ amplectenda nobis desideria uel ad modicum differre pertulimus. Paterna præterea charitate salutationes præmittentes alloquium &c. Hæc ille, AVCT. Veteres †ergo patres, & nouellos, supremos & infimos, sanctos & peccatores si respexeris, inuenies instinctu Dei ac sanctorum anhelasse suffragia,& cum omni auiditate christiana communicationem huiusmodi charitatis quosdam per literas postulasse,quosdam etiam scriptis literis obtulisse siue maioribus: siue minoribus: non curantes quo pede cucurrerit charitas, vel quo iudice refragetur. Vnde epistola inter alias 40. IVO CARNOTENSIS Anselmo reuerendo Cantuariensi archiepiscopo. Iuo humilis ecclesiæ Carnotensis seruus pro modulo sibi collato fidelium orationum munus. Et inter epistolas Anselmi nonagesimasexta. ANSELMVS. Henrico suo charissimo domino gratia Dei regi Anglorum, Anselmus archiepiscopus Cantuariensis fideles orationes cum fideli seruitio. Ad me pertinet si faciatis aliquid, quod animæ uestræ non expediat &c. Item epistola nonagesimaoctaua. Suo Charissimo domino Henrico,Dei gratia regi Anglorum,Anselmus archiepiscopus Cantuariensis fidele seruitium cum orationibus. Gratias ago Deo,& dignatio ni uestræ. Item epistola centesimanona. Domino patri uerè diligendo, & reuerendo Paschali summo pontifici Anselmus seruus ecclesiæ Cãtuariensis debitam obedientiam cum fidelibus orationibus. Et epistola centesima trigesimasexta prima. Dominæ reuerendæ filiæ charissimæ Matildi reginæ, Anselmus, Gratias ago immensas celsitudini uestræ, amando eam, & orando pro ea pro immensitate dilectionis uestræ. Hęc ille. AVCTOR. Hic pius mos ecclesiæ ab apostolis inoleuit, & per omnes sanctos in scriptis & paginis hucusque decurrit, orationes communi-

Aug. T. 7

Aug. T. 2

Ivo

Anselmus

Universidad de Deusto
Biblioteca

municant,preces participant. Quotiens arduũ quid occurrit, cum de scripturis disputant, aut pro fide Christi,uel regni, aut fratrum commoditate decertant, orationes mutuas ferunt, & mutuant,offerunt,& exigunt,appetunt, & propinant,ut certa sit expectatio spei nostræ, quæ in ecclesiastica communione consigitur. Econtrario hic uir noster hereticus Witcleff uix quẽ quam iuuat orando,aut per se exorat. Lege scripturas eius,lege paginulas,nunquàm orat Deũ ut labia eius aperiat, aut opera manuum suarũ dirigat, quomodo intendit. Saltem cum multa eius opera legerim,& indies lego,fallor, si eum pluries orasse percepi Deum, aut eius auxilium flagitasse. Quem semetipsum facit ponens carnem brachium suum. Instante Apostolo ex aduerso,& iubente, sine intermissione orare, aut si tantùm in nece sitate sua paganica fidem ponit,vt superfluum putet orare Deum, quod itẽ pagani non faciunt. Nam† Cyrus,& Darius reges Persarum templum in Hierusalem reædificare decernunt,uasa templi aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor abstulit de templo, restituunt:de arca regit tributa persoluunt,uitulos, agnos & hædos in holocaustum Deo cœli,frumentum,sal,uinum,& oleum sacerdotibus administrant:ut ipsi offerant oblationes Deo cœli,orentque pro uita regis, & filiorum eius. Primo Esdræ 6.Et Artaxerxes Rex omne,quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuit diligenter, ne fortè,inquit, irascatur contra regnum regis,& filiorum eius,ibidem capitu.7. Et impius Pharao uocans Moysen & Aaron. Orate dominum inquit,ut auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, vt sacrificet domino. Exodi.7.Et item Ego dimittam uos, ut sacrificetis domino,orate pro me.capitu.octauo.Qualiter igitur poterit esse Christianus, qui negat Apostolos sacros patres ecclesiæ taliter communicasse in precibus quas pagani principes non contemnunt? Et Apostolus Paulus hanc communionem precum per particulas extruẽs. Si qua,inquit,consolatio in Christo, si quod solatium charitatis,si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis,implete gaudium meum, vt idem sapiatis,charitatem eandem habentes. Philippen.3. Super quam partem AMBROS. hoc dicit,quia si ẽ uera exhortatio spei in Christo,apud nos,qua inuicem consolamur: si solatium charitatis consequens,si participatio spiritus sancti, per quam iungimur in uno corpore nouo:si aliqua sunt uiscera, id est, si in animo uestro sum,sicut & uos estis in meo; si miserationes,hoc est,si affectus pietatis in amore est, implete gaudium meum.Hæc ille. AVCT.Hæc tria enumerat,quæ sunt in hac fraternitatis charitate:solatium charitatis in precibus, participatio spiritus in mutuis subuentionibus,&mutua pietatis condolentia in cõiunctissimis animis. Ideo in glossa PETRVS BLE. Si quod solatium charitatis est uobis,id est, si uultis ut charitas ecclesiarum,quæ orant, & bene agunt pro fratribus,sit uobis solatium, & confortatio in aduersitatibus uestris. Hæc ille. AVCT. Et ex parte Ricardi Cantuariensis archiepiscopi omnibus patribus Cistertiensibus in capitulo congregatis PETRVS BLE. Si qua ergo consolatio uobis est in Christo,si quod solatium charitatis,si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis,implete gaudium meum.Gaudii nãque plenitudinem post Deum in orationibus uestris pono, ut uestrarum beneficio precum in hac ministratione commissa mihi, uelit misere ricordia domini meum supportare defectum. Nam Apostolus licèt uas electionis factus, & uirtute indutus ex alto,sanctorum tamen orationes sibi ad doctrinam gentium necessarias iudicans:Obsecro,inquit,uos per dominum Iesum Christum,& per charitatem spiritus sancti ut adiuuetis me in orationibus uestris apud dominum.Hæc ille.

Hierem. 17. 1.Thess.5.

pagani qui precum sanctarum suffragia amittunt.

4

B

Esdr.1.

¶ AD OBIECTVM WITCLEFF contra concessiones participii precum, & piorum operum, quia nesciunt, utrum sint damnandi. Cap. XCVI.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui negat concessiones participii precum, & piorum operum aliquid prodesse, confutatur.*

2 *Orationes sanctorum,quòd omnino sint utiles in hac uita contra Witcleff,ostenditur.*

3 *Iudicandum q; non sit ante tempus quis prædestinatus,aut quis præscitus.*

4 *Admonitio pulchra de præscitis,& prædestinatis.*

5 *Verbum Dei,quòd sit passim seminandum.*

6 *Præscitus quòd sit nullus,dum uiuit.*

APponit autem cornua morticiniorum bestia hæc,quæ erat, & non est. De quibus dixit uir sanctus in Psalm. Omnia cornua peccatorum confringam,& exaltabuntur cornua iusti: dicens in ca. 30.trialogi quarto. Quia fratres nesciunt si ex stulta participatione sui meriti damnabuntur: & nemo debet certiorare fratrem suum de retributione quacunque,nisi de qua est certus ipsam euenire; sed quilibet frater est incertus utrum ipsemet beatificabitur an damnabitur.

Psal.74.

Et

Et si frater cui concedit tale participium sit beatificandus in patria.Hæc Witcleff in tertia parte sermonum serm.42.AVCT.Quid† ex hoc sequitur,nisi quòd sacerdotes inducti super infirmum frustra orant super eum:cum nec possint eum certiorare secundum promissum Iacobi,q oratio talis saluabit infirmum,si fortè infirmus sit præscitus:aut presbyteri sic orantes, nec de certo alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit,non possunt eum certiorare,quòd remittentur ei? Quo contra,regula Iacobi est,fideles postulare deum certissima fide, nihil hæsitando, quam regulam fidei consequens lib.de uera innocentia propositione.184.ait AVGVSTINVS. Non est desperandum de malis, sed pro ipsis vt boni fiant studiosiùs supplicãdum:quia numerus sanctorum de numero semper auctus est impiorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qui nescis si frater, cui tale concedo participiũ, sit beatificandus in patria,dico tibi me scire fideliter non esse desperandum de malis, & ideo pro ipsis studiosiùs supplicandum: quia si pessimus,aut per te præscitus sit,gratia dei, & suffragantibus meritis, certus sum eum posse saluari. Qualiter si quæras Iacobus satisfecit. Infirmatur ex vobis aliquis,inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum,& oratio saluabit infirmum,& alleuiabit eum dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Iacob.4. Hæc ecce fidei certitudo est:qua certitudine usus Apostolus ad Philipp. primo inquit. Scio quia hoc mihi proueniet in salutẽ per uestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundùm expectationem & spem meam,quia in nullo confundar,sed in omni fiducia, sicut & semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo. Ecce certam orationem Pauli per orationem communem populi Philippensium. Nec interposuit dubium oppositum isti certo,si in tanta multitudine esset omnes, aut pro magna parte ex stulta meriti sui participatione damnandi, sed certus de re sua,scio,inquit,quòd hoc mihi proueniet in salutem per uestram orationem. Qua autem scientia hoc sibi innotuit,subiicit ibidem. Hoc confidens scio, quia manebo, & permanebo uobis omnibus ad profectum uestrum, & gaudium fidei. Nè dicat aliquis Paulum hoc ex reuelatione sciuisse, aut usum esse reputatione Witcleff contra fidem.Confidens, inquit,scio. & cùm esset inter eos, pro quibus obseruandis ait. Multi ambulant, quos sæpe dicebam uobis,nũc autem flens dico,inimicos crucis Christi: pro quibus ibi trepidasse uidetur de quorundam subuersione finali: sperans tamen de omnibus illis meliorem partem intrepidè ait.

1

Aug.To.3

Iacob 4. Phil 1.

A Gratias ago Deo meo in omni memoria uestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cũ gaudio deprecationem meã faciens. Sequitur. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Iesu Christi. Ad Philip.1. Non reputat simpliciter citra fidem,immo confidit, quòd qui cœpit in eis, ipse perficiet. Quid hoc est nisi in bono perseuerare finaliter? Vnde libro.de correptione & gratia post principium AVGVS. illo loco, ubi dixit Apostolus: Gratias ago dee meo in omni memoria uestri semper in omni prece mea pro omnibus uobis cum gaudio deprecationem meam faciens sup communicatione uestra in euangelio à prima die usque nunc: confidens hoc ipsum quia qui cœpit in uobis opus bonum,perficiet usque in diem Iesu Christi:quid aliud eis quàm perseuerantiam in bono usque in finem de Dei miseratione promittit? Itemque ubi dicit, salutat uos Epaphras, qui ex nobis est seruus Christi Iesu semper certans pro uobis in orationibus ut stetis perfecti & pleni in uoluntate dei.Quid est ut stetis: nisi ut perseueretis? Vnde dictum est de diabolo: In ueritate non stetit quia fuit ibi, sed non permansit: nam vtique in fide isti iam stabant. Hæc ille. AVCTOR. Vtroque ecce orante pro Philippensi plebe, tàm Apostolo scilicet, quàm discipulo eius Epaphra,eorum finalis perseuerantia postulatur, non aliquorum, sed omnium, pro omnibus uobis,inquit. Et nunquid Apostolus certiorauit eos omnes de prædestinatione? per hanc precem hoc ipsum certissimè confidebat. Et ideo dicit Augustinus de Dei miseratione promittit. Et sic scire dicit AVGVSTI. epistola ad Valerium. 73. Audeo enim dicere scire me, & plena fide retinere, quid pertineat ad salutem uestram, sed hoc ipsum quomodo ministrem ad salutem eorum, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. Hæc ille. AVCT. Ecce Augustinus dicit se audere dicere, scire quid pertineat ad salutem: & hoc idem dicit Paulus scire se confidenter de certo. Et unde hoc certum accepit, ipse exponit seipsum in textu, dicens. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis, eo quòd habeam uos in corde tàm in uinculis meis, quàm in defensione in confirmatione euangelij, quoniam omnes mihi participes gaudii estis. Vbi in expositione AMBROSIVS. Securus de bonitate, & iustitia Dei, & de horum fide non ambigens confidit, quòd Dei auxiliis adiuti, perseueraturi sint in fide usque ad diem domini, in quo remunerandi sunt persistentes in fide. Nec aliud debuit de his senti-

Phil.1.

Aug.To.2

Amb.To.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, quos semper reflexibiles in deuotione Dei expertus est, tam directum & infatigabilem cursum eorum videns, vt cogitaret hos dignos sibi participes gaudii esse. Hæc ille. AVCTOR. Hæc igitur ad reuelationes in corde suo disposuit ad certiorandum Philippenses de perseuerantia sua finali, quam ad confidentiam Christi christianam pro deuotione, quam uidit in eorum corde feruere, continuè in vinculis, in defensione fidei, in confirmatione euangelij, & deuotis oblationibus semel & bis sibi missis Thessalonicam, & iam iterum per Epaphroditum discipulum: vt patet infrà Colossenses 4. Si ualeat argumentum Witeleff contra fratres, tendat illud in Apostolum, quod ex innata consuetudine mentiendi non curant contra æternum Christi iudicium asserere se facere quod non possunt, & in potestate eorum esse præseruare tã se, quàm alios nè damnentur. Quomodo hoc quia firmissimam hominum deuotionem attendentes quantum cum deo possent, oracionum suarum gaudenter promittunt eos esse participes. Paulus & eius discipuli longè vltra hoc certificè promiserunt, miserante deo, fide debere esse stabiles, & perseueraturos ad gloriam. Ipsi ergo per argumentum Witeleff multò magis contra dei iudicium asseruerunt se facere quod non possent. Quòd si dimissis proteruijs elenchorum attendisset Witeleff christianissimum zelum, & confidentias Apostolorum tunc deuotione ardentes, cernens in plebibus, iudicasset proximum ut seipsum. Qualiter item regula apostolica ad nos vsque peruenit per medios sanctos patres. Ipse enim libr. ecclesiasticæ hierarchiæ. cap. 7. discipulus Pauli DIONYSIVS. Dico autem diuina eloquia sequens, quòd † vtiles omnino sunt in hac vita sanctorum orationes, secundum hunc modum. Si quis sacra desiderans dona, & ad participationem ipsorum habitum sacrum habens vt propriæ cognitor paruitatis, veniens ad aliquem sanctorũ uirorum dignificet ipsum fieri susceptorem & conseruum: lucrabitur omnino ex hoc omnem superexcellentem utilitatem. Consequetur enim quæ petiit diuinissima dona, suscipiente ipsum thearchica bonitate, & propria religiosa conscientia, & ea quæ in diuinis reuerentia, & petitarum sacrarum petitionum laudabili de fiderio & coalterno & deiformi habitu. In quẽ locum LINCOL. Si quis sacra desiderans dona ut illuminationes gratiarum à deo & operationes mandatorum per gratiarum illuminationes, & habens cum hoc desiderio sacrum habitum, id est, dispositionem sacram propriæ uitæ ad participationem ipsorum sacrorum donorum, id est, ad uirtutes & opera virtutum, habens, inquam, talem habitum ut cognitor propriæ paruitatis, ueniens ad aliquem uirorum sanctorum dignificet ipsum sanctum uirum fieri susceptorem eius, & conseruum, seu oratorem, seu consupplicatorem, si quis, inquam, talis existens hoc facit, lucrabitur omnino utilitatem ex hoc omnes alias excellentem utilitates. Consequetur enim diuinissima dona quæ petit, eo quòd recognoscens propriam paruitatẽ, & insufficientiam, petit se fustici ab alio ut alius pro ipso oret, & cum ipso collaboret. Et hæc dico thearchica bonitate suscipiente ipsum per merita laborum & orationum eius, qui ipsum susscepit, & propria religiosa conscientia, qua uidelicet sibi conscius est doloris pro malis præteritis, & boni propositi abstinendi in posterum à talibus, & ea quæ in diuinis reuerentia seu uerecundia. Sequitur. Et propriæ uitæ dispositione ad uirtutes, enaptantes, ut meritò orationum pro se factarum participet donis diuinis. Hæc ille AVCTOR. In hoc sacro tractatu docet nos non tantùm antiquam fidem, sed ritum & exemplarem deuotionem antiquorum sanctorum accedentium & accipientium eos ad sacrum participium charitatis fraternæ. Primò quia disponi debuit sic accedens ad dolorem intimum de peccatis, & omni feruore desiderare uias domini, quas posset sua gratia peragrare. Et super hoc attenta humiliter insufficientia propria coram aliquo sancto uiro rogando, & lachrymando se prosternere, quatenus dignetur eum intra sua merita, prout deus misericors annuerit, locum dare: & tunc non disputandum dicit de præscientia accedentis: uel si suscipiens eum sit laruatus diabolus. Absint hæ suspiciones amarissimæ de libris sanctorum, & gestis: sed secundùm doctrinam Apostoli si quis dicat Christi se esse, siue sit Witeleff, siue alius, hoc iterum cogitet apud se, quòd sicut secundùm spem sanctam ipse Christi est, ita & alius. Non spernat animam eius, pro quo mortuus est Christus. Nec † uelit ante tempus iudicare aut iudicio trepidare, quis prædestinatus, quis præscitus, dum eum quisquam honorat, quia bonum dei seruum putat, aut orat, aut attollit, & talis ille non sit, qualem existimat, ex hoc tamen errore felici meremur apud deum, qui est bonitas, cuius causa seruum illum laudat, & orat: prout epistola ad Antonium inter epistolas. 87. & incipit. Cum à duobus tibi, notabiliter disputat AVGVSTINVS. Gratulor, inquit, tibi, & gratias ago domino Deo nostro de spe, & fide, & charitate tua: tibique apud eum, quòd de nobis tum bene existimas, ut fideles esse

Coloss. 4.

Dionysius.

Aug. To. 2

Dei seruos credas, idque ipsum in nobis corde purissimo diligas: quanquam hinc etiam gratulandum benevolentiæ tuæ potius, quàm gratiæ agendæ sunt. Tibi prodest ipsam diligere bonitatem, quam profectò diligit, qui eum diligit, quem credit bonum, siue ille se ita, siue aliter quàm creditur, habeat. Vnus tantum in hac re cauendus est error, ne quisquã non de homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quàm ueritas postulat. Hæc ille. AVCTOR. Hoc pondus suum habet, quòd tantum in hac re cauendus est hic error, ut cum homo diligitur quia bonus esse putatur, ne aliter sentiatur de bono hominis, quàm veritas postularet: putà, quòd ex ipso homine sit eius bonum. Sed sic diligenti prodest, quamuis ille, qui diligitur, nõ sit bonus. Ideo consequenter scribit AVGVST. Tu uerò fratrem dilectissime, qui nullo modo erras credendo, uel sciendo magnum bonum esse libenter Deo casteque seruire, quemlibet hominum propterea diligas, q̃ huius boni participem credis, tecum est fructus tuus, si etiam ille ita non sit: quapropter tibi de hac re gratulandum est: ille autem non, si propterea diligitur, sed si talis est, qualẽ esse existimat is, à quo propterea diligitur. Quales itaque nos sumus, quãtumque in Deum promouerimus, ipse uiderit, cuius non solum de hominis bono, sed de homine ipso non potest errare iudicium. Tibi ad meredem beatitudinis quod ad hanc rem attinet satis est, quòd nos tales credens, quales oportet esse seruos Dei, toto sinu cordis amplecteris. Gratias verò vberes tibi agimus, quòd nos tùm laudas tanquam tales simus, mirabiliter hortaris ut tales esse cupiamus, ubi ores etiam, q̃ non solùm te commendes orationibus nostris, sed etiam pro nobis orare non omittas. AVCTOR. Habeat igitur in corde firmum qui ad hoc accedit, ut orationum particeps fiat eius, quem Dei famulum credit, & præmium suum accipiet, imò ad meredem beatitudinis suæ cedet. Dicit Augustinus, quòd talem credens qualem esse oportebat Dei seruum, cum toto sinu cordis amplectitur. Quid iam dicit Witeleff de præscientia alterius partis? Augustinus non de hoc vult disceutere, sed qualis ipse sit, ipse viderit, inquit: cuius potest non errare iudicium. Sufficit ipsi, quòd talem esse confidat, cuius orationibus se dignè commendat. Ista etiam fiducia christiana utitur in epistola ad Valerium AVGVS. Ipsam charitatem, & affectũ imploro, ut miserearis mei, & concedas mihi ad hoc quod rogaui tempus, quantum rogaui, atque adiuues me orationibus tuis, ut non sit inane desiderium meũ. Sequitur. Scio quòd illam charitatem pro me orantẽ maximè in tali causa, non despiciet dominus: & eam sicut sacrificium suauitatis accipiẽs, fortasis breuiori tempore quàm postulauit, me saluberrimis consilijs de scripturis suis reddet instructum. Hæc ille. AVCTOR. Vides ne quanta certitudine vtitur sanctus iste implorãs & orans rogare pro se Valerium? Scio, inquit, quòd charitatem illam pro me orantem, non despiciet dominus. Qualiter hoc sciuit, cum nondum sciuit an alter eorum esset præscitus? Dices forsan: A fructibus eorum cognoscetis eos: hoc audio, bene si sint præsciti. Aliter † quis non eẽ fuisset Paulum præscitum, dum persequebatur ecclesiam, & Judam prædestinatum, dum relictis omnibus sequebatur Christum, & euangelio insistebat? Sed sancti uiri ecclesiæ sine mirabilibus sup se, simpliciter gradiuntur, dignos iudicantes Deo sanctos suos quos uiderint. Hic mos fidelium antiquorum, hæc ipsorum pietas christiana, adeò ut uirorum talium precibus ipe rarent, & peterent se saluari. Vnde ad Anastasiũ epistola inter alias. 68. AVGVSTINVS. Salutã fratres, qui tecum sunt, & orate pro nobis, ut simus secundùm illam salutem, de qua dicitur. Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Nõ ueni nocare iustos, sed peccatores. Ora te ergo pro nobis, ut iusti simus. Quòd quidem homo non potest nisi norit, & uelit, & erit continuò qui plenè uoluerit: sed hoc ipsum in eo non erit, nisi gratia spiritus sancti sanetur & adiuuetur ut possit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sapiens Augustinus scripsit, ut fratres illi pro ipso deum orent, ut saluus sit, ut iustus sit. Et Anastasio scriptis literis quòd pro ipso orare non omisit, gratias egit, quia saluari, & iustificari homo nõ potest, nisi ut hoc norit, & uelit, gratia spiritus sanetur, & orationibus, uel pijs operibus adiuuetur ut possit. Ideo Philipensibus de siderantibus apostolicis meritis copulari, simpliciter & sine dubitatione consensit, dicens: Deus meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. cap. 4. In hoc dans formam ecclesiarum & cõgregationum prælatis, ne discutiant de personis deuotorum fidelium, sua suffragia postulantium, dum bona fide conueniant. Et si quis finaliter sit non perseueraturus in bono, nihilominus fideliter annuat dicens cum Apostolo: Deus meus impleat omne desiderium uestrum, & uerbum eius non reuertetur ad se uacuum. Super quem textum in expositione huius epistolæ REMIGIVS. Deus meus impleat omne desiderium vestrum. Tale desiderium habebant Philippenses, ut socij, & cùm participes merentur fieri remunerationis beati Apostoli: & est sensus, Concedat, præstetque Deus meus, ut sicut estis participes passionis

Matt. 7.

De præscitis & prædestinatis pulchra admonitio.

Aug. To. 2

Matt. 9.

Augustí. Epistola. 148. To. 2.

Philip. 4.

Esa. 55.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionis meæ,& condoletis tribulationibus meis: A ita sitis participes premiorum meorum,& con 6 gaudeatis lætitiæ meæ. Hæc ille. AVCTOR. Iam arguit Witcleff,quòd homines, sine ratione desiderant participium meritorum à fratribus,quia hoc proprium est Deo concedere, aut quia fratres hoc non concedunt,nisi quia orant deum ut ita fiat. Isti Philippenses hoc desiderabant à Paulo participes, scilicet, fieri præmiorum suorum , nec negauit Paulus , sed annuit,& orauit deum vt sic fieret. Deus meus,in quiēs,impleat omne desiderium vestrum. Nec est nouum tales participationes desiderare,nec item eas sine cunctatione pia charitate concedere. Quis † enim de verbis precum suarum po 5 test esse securior,aut velit esse cautior illo , qui exijt seminare semen suum, vbi aliud cecidit su per petras, id est,homines induratos, & natum aruit,quia non habebat humorem : aliud inter spinas,quales sunt,qui inter delicias,& sollicitu B dines suffocantur? Aliud autem cecidisse dicitur in terram bonam,vt fructum afferat in patientia. Siue ergo præsciti fuerint auditores, siue prædestinati , quis dicturus verbum dei disputat ut Witcleuista , &† non vt omnes salui fiant efficit quantum potest , ita vt pro omnibus certatim debeamus orare,& benefacere, & eo propensiùs , quo quis sit præscitus , aut cui possit prodesse minus scimus? Vnde lib. de cura pro mortuis agenda ca. 18. seu finali. AVGVSTIN. Quanuis eleemosynæ , & orationes non omnibus prosunt pro quibus fiunt , quia tamen non discernimus qui sint, nullus præter mittatur,sed oportet ea pro omnibus facere regeneratis:& ideo cunctis debeo benefacere , ut nullus prætermittatur,cui potest prodesse. Hæc ille. AVCTOR. Sic respōsum est Witcleff ad hanc suam argutiam quam fingit communiter contra absolutiones pœnitentium, indulgentias prælatorum , orationes deuotorum , electiones ecclesiasticorum, obedientias professorum,eleemosynas pauperum: semper vna ar- 1 gutia est,tunica non mutata: quia si sit præscitus,inquit,aut diabolus,sicut Scarioth , tunc o- 2 rationes tales, eleemosynæ, absolutiones , indulgentiæ, plus obsunt , quàm prosunt , ergo 3 suadet omittendas. Beatus autem Augustinus secundùm formam Pauli,& ecclesiæ,qui confi- 4 denter orauit pro omnibus , vult ideo cunctis 5 benefacere,pro singulis orare , & omnibus indulgere , quia possetincertus esse , & dubitare quis utilis,quis præscitus:& idem ne huiusmodi prætermittatur,suadet omnibus preces & indulgentias largiendas. Si sit prædestinatus proderit ad coronam , si sit præscitus diminuet ipsi ad pœnam,aut certò potest inde consequi ue

Seminandū est uerbum dei passim. Matth.21

Aug.To.4.

niam , & gloriam promereri. Non † est enim præscitus aliquis dum hic viuit, necessitatus ad finalem obdurationem, sed expiari potest à delicto illo finali si velit per pœnitentiam & gratiam redemptoris. Quod item nouit ipse qui eum præscit , & ideo damnationi maiori cum damnat , quòd expiari & saluari ipse nolit cùm possit: sicut suprà dictum est libr. 1. Sic item Cresconium rectè redarguit Augustinus,quòd imputaret catholicis dicere Donatistas inexpiabile crimen habere, quia schisma, uel hæresim. lib. 2. contra Cresconium * capit. 11. AVGVSTIN. Nos ita vestrum dicimus hæreticum, & sacrilegum errorem,ut tamen inexpiabilē nō dicamus,alioquin frustra vobiscum vt eo relicto correcti ad ecclesiam catholicam transeatis, quibus modis possumus esse agendum, censuimus. Nec nostro,sicut scribis, verbo te vti arbitreris,quasi hoc malum sine uenia & sine me dico esse dicamus:quòd omnino non dicimus, quia & uenam merentur,quos huius mali pœnituit:& omnipotens est medicus , qui p Prophetam dicit:Si conuersus fueris , & ingemueris,tunc saluus eris. Hæc ille. AVCTOR. In hac ergo sententia uolebat ecclesia:uoluit Augustinus nihil esse inexpiabile in hæresi Donatistarum,quin eo malo relicto, possent ad ecclesiam redire securi. Nec enim hoc malum sine uenia merentur,quos huius mali pœnituit : & medicus ipse est omnipotens,qui dicit: Si conuersus fueris,& ingemueris,saluus eris.

Præscitus dum uiuit nullus.

**capit.11. Aug.To.1*

Ezech. 18. & 33.

¶AD TRES OBIECTIONES WITcleff contra concessionem participij spiritualium operum pro præscitis,pro conditione Dei implicitæ uoluntatis: & quia concedunt post obitum. Cap. XCVII.

C

SVMMA.

1 *Præscitum non posse saluari,quomodo probent hæretici.*
2 *Augustini improbatio contra eos,qui dicunt,præscitum non posse saluari.*
3 *Prudens homo quis dicatur. Et quòd prudentia sit futurorum prouidentia.*
4 *Voluntas Dei in lege.*
5 *Gratia omnibus facta.*
6 *Participatio meritorum post obitum,quòd sit possibilis.*

Bijcit iterum pro præscitistertia parte sermonum sermone. 42. Quare,inquit, non spoliant omnes præscitos de manu diaboli,& inducunt omnes uiantes

viantes in gaudium cæli? cum enim habent ad A id potentiam,vt fingunt , videtur quòd ex otio talis potentiæ sunt damnādi. Hæc ille. AVCT. Interrogamus te hæretice,vtrum Deus hoc potest? quod si fatearis posse : cur ipse non spoliat omnes ſpcitos de manu diaboli , & inducit omnes viantes in gaudia cæli? & nunquid ex otio suæ potentiæ est damnandus? Scio,dices,quòd non potest. Et quis frater tibi dixit q; ipsi possent? sed reuera tu dixisti. Ecclesiastica vera fides sic concedit,Deum omnes viantes etiam præsci tos posse saluare , sicut ipsi omnes possunt saluari si velint:sed hoc gratia saluatoris . Tu † dicis,quòd nec saluari possis,nec ipse saluare potest propter necessitatem præscientiæ absolutam,hoc & Manichæus propter naturam malā , quam & tu concedis,quia ab initio peccatricem præscitam. Et habet vterque pro se quod Saluator ait: Non potest arbor mala fructus bonos facere. Et quod Apostolus ait: Sapientia carnis inimica est Deo. Non legi enim Dei est subiecta , B nec enim potest. Qui autem in carne sunt,Deo placere non possunt. Ad Roman. 8. Ex quibus conficiunt Manichæus & Witeleff præscitum quemlibet,per cuiuscunque merita aliena , vel propria,non posse saluari , nec finaliter facere fructus bonos. Sed in actis contra Fortunatum soluit ista ibi. capi. 17. AVGVSTINVS. Sic † enim dictum est : Prudentiam carnis non posse legi Dei esse subiectam, quemadmodum si diceretur glacialem niuem calidam esse non posse. Nullo enim pacto quandiu nix est, calida esse potest: sed quemadmodum nix calore resolui tur,& desinit nix esse vt possit calescere : sic illa carnis prudentia,idest,consuetudo facta cum carne,cùm fuerit mens nostra illuminata , & ad arbitrium diuinæ legis totum hominem sibi deus subiecerit , pro illa consuetudine animæ mala,fecit consuetudinem bonam . Ex quo illæ duæ arbores,arbor bona,& mala arbor , quas enumerasti,verissimè dictum est à domino,quos suos fructus habeant , idest,neque bonam posse dare , quandiu bona sit,malos fructus,neque malam bonos , quandiu mala sit . Accipiamus duos homines , bonum hominem , & malum hominem : quandiu bonus est , malos fructus dare non potest: quandiu malus est,fructus dare bonos non potest. Sed ut intelligas duas arbores sic esse à domino positas,vt ibi signaret liberum arbitrium,non naturas esse istas duas arbores,sed voluntates nostras , ipse ait in Euangelio. Aut facite arborem bonam , aut facite arborem malam : quis est qui possit facere naturam? Hæc ille. AVCTOR . Instat Augustinus continuè pro libero arbitrio hominis secundùm quòd uoluntates nostræ quantumcunque

Præscitum non posse saluari pro hanc hæretici. Ro.8.

Aug.To.6 Improbat Augustin.

Ro.8.

sint arbores malæ, possunt tamen facere fructus bonos : & sic saluari per consequens. Non autem quandiu sunt malæ . Et carnis prudentia,quam dicit consuetudinem malam,potest tamen facere consuetudinem bonam , & sic legi Dei esse subiectam,non tamen quandiu est mala,sed cùm sit bona . Alibi tamen exponit eam non de natura aliqua,quæ legi dei possit esse subiecta,sed de uitio. sermone. 5. de uerbis Apostoli AVGVSTINVS. Prudentia ista uitium est. Vis nosse quid est sapere secundùm carnem? Mors est , sed ille ipse homo vnus , eadem natura ab eodem domino deo uero & bono condita,heri sapiebat secundùm carnem, ho die secundùm spiritum . Exclusum est uitium, sanata est natura . Nam quandiu est prudentia illa carnis,legi dei esse subiecta non posset , quandiu enim inest per uitium claudicatio, nullo modo potest esse recta ambulatio. Sequitur . Nonne sic dictum? Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt . Si dictum est in hac vita cum sunt homines , deo placere non possunt, ergo non placuerunt sancti patriarchæ . Hæc ille. AVCTOR. Quicquid ergo dixeris præter ipsum vitium legi Dei potest esse subiectum,& potest deo placere. Dic hominem in hac uita quemcunque , dic liberum arbitrium , dic voluntatem , dic carnem ipsam secundùm substantiam suam, potest deo placere, & mereri pro se & aliis etiam regnum cœlorum : siue prædestinatis,siue præscitis , conuersis ad gratiam,si sic deo placuerit. In hoc autem uerbo stomachatus est Witcleff tertia parte sermone prædicto, & item in trialo. Nec ualet sophisticatio , quæ a dyscolis fingi posset, quòd non concedunt absolutè tale participium , sed conditionaliter,si deo placuerit. Sequiturque . Ad istum sensum , posset frater cōcedere cuilibet beatitudinem,& quodcūque signabile,ut quem libet esse deum . Hæc Witcleff. AVCTOR. C Hoc Witcleff concedit,quamuis fratres sibi repugnent. Non tantùm secundùm placitum dei , sed de plano quidlibet esse deum: ut suprà patuit libr. 1. Et hac cōditione imposſibili uertitur ad diuinam improbandam potentiam , & misericordiam , dicens deum nō posse saluare præscitum : potest tamē si uult. Quia vero fratres ipsi utūtur posſibili ad diuinæ potentię & misericordiæ largitatem,& subiectionem nostræ infirmitatis ad primariam maiestatem quæ culpa ? mirum quid Christiano , quid Apostolico facto similius ? Nonne Apostolus dixit . Probantes quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacita. 1. Corinth. 11. Et facientes uoluntatem dei , reportetis repromissionem. Heb. 10. Et Petrus Apostolus. Me-

Tomo 1.

1.Cor.11.

Heb.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius est benefacientes si uelit dei uoluntas pati, quàm malefacientes? 1.Petri.3. Vnde lib. de bono perseuerantiæ in principio AVGVSTINVS. Petrus Apostolus donum dei hoc esse demonstrans. Melius est, inquit, benefacientes si velit voluntas Dei pati, quàm malefacientes. Cùm dicit, si velit voluntas Dei, hoc ostendit diuinitùs donari, nec omnibus sanctis, ut ꝓ Christo patiantur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo præcipuus sermo Christi martyrum est, quem Witcleff exprobrat religiosis viris, vt dicant si vélit Deus. Et Ioannes Apostolus. Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quòd quæcunque petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. 1.Ioan.5. Dic sancto Ioanni quis sic audit nos, & si petierimus quemlibet beatificandum, aut quemlibet esse deum secundum voluntatẽ eius. Sed ibi in expositione AVGVS. Bene, inquit, Ioannes cùm dixisset quæcunque petierimus ex audiri nos, interposuit secundùm uoluntatem eius. Ergo super his tantum plenam nos & indubitabilem iusſit exauditionis habere fiduciam, quia non nostris commodis, nec solatijs temporalibus, sed domini congruant voluntati. Quòd etiam in oratione dominica inferere præcipimur. Fiat voluntas tua. ſ. non nostra. Si enim & illud apostoli recordemur, qm̃ quid oremus secundùm quòd oportet nescimus: & intelligimus nonnunquam nos salutis nostræ contraria postulare, & commodius nobis ab eo, qui vtilitatem nostram rectiùs quàm nos intuetur, ea quæ poscimus denegari, quod ipſi quoque magistro gentium accidisse non dubium est. Hæc ille AVCTOR. O dei misericordia, quæ sic patitur aberrare volentem, quòd nec ipſum euangeliũ sine calumnia & obiurgatione seruari permittat, quia dicunt religiosi. Si dei voluntas fuerit, aut quantum cum deo possumus tecum in orationibus, & cæteris meritorum communicamus operibus. Ideo crimen ordinum commiserunt contra Witcleff, cum sanctus Ioannes iusserit nos hanc habere indubitandam, & plenam impetrandi fiduciam, quando secundum voluntatem eius petimus exaudiri. Beati autem Pauli doctrina vult eam conditionem regulariter nostris assertionibus interponi. Vnde & ipſe ad Rom. 1. ſi quomodo aliquando iter prosperum habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Et ad Rom. 15. Vt veniam ad vos in gaudio per uoluntatem dei. Qui uerò acquiescens argutiæ Witcleff hanc conditionem ab oratione secludit, superbum eum, & vanum de tanto proposito beatus Iacobus approbat. Ecce nunc, inquit, qui dicitis hodie aut crastino ibimus in ciuitatem illam, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, quid ignoratis quid crit in crastinum? Sequitur, id est, pro eo vt dicatis, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus faciemus hoc, vel illud. Nunc autem exultatis in superbijs uestris: omnis exultatio talis maligna est. Iacobi. 4. Quòd concorditer ad prædictos apostolos iſte beatus apostolus conditionem illam, ſi deus voluerit, omittentes in pactis & ꝓmissis suis obiurgat, & appellat superbos, & malignos. Quis ergo est, qui malignationem iſtam docet, & ſuſtinet, & ſolo ſophismate obseruantiam apostolicam in ſcripturis doctam euacuat? Sic inquiens, posſet concedere cuilibet esse deum, ſi deus hoc voluerit. Non ita subuertas conditionem apostoli, ſed vt satagant facta futura promittere prout diuinæ congruant uoluntati, ſecundùm quòd apostolus ad Ephesios. 5. ait, Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas dei. Vbi in expositione. AMBROS. Prudens † homo dicitur quasi procul uidens, qui à longè considerat quem finem ſua opera habitura ſint: quid debeat appetere, & quid uitare, & qui considerat etiam quæ placeant, aut quæ diſpliceant deo. Contra ille, qui inconsideratè, & improuidè agit, & qui nõ considerat ad quem finem opera ſua deducat, & quid placeat voluntati dei, appellatur imprudens & ſtultus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc ſi quis voluntatem dei uelit cognoſcere, communem fidem audiat, ſcripturas interroget, pro ut ibi in annotationum libro HIERON. Quæ † ſit voluntas domini, ſcrutamini, inquit, legẽ in qua eius uoluntas agnoſcitur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc agi potest, ne quis concedat ſuo proximo esse deum, & cætera impoſsibilia, quæ ſcripturis repugnant, & rerum ordini naturali: ſi quidem ſupra actus proprios contingentes pergat noſtra conceſsio, tunc diuinæ uoluntati, & gratiæ eius tota rectè committitur. Qualiter Paulus, & Barnabas de Antiochia erant traditi gratia dei in opus, quod compleuerũt. Actuum 14. Et Iudæis, & aduenis ſuadebant, ut permanerent in gratia dei. Actu. 13. Et ſi concedant, inquit Witcleff, alteri, quòd poſt mortem participabit ſuis meritis, tunc manifeſtè implicant ipſum poſt mortem fore dignum talis participij, & ipſos in uia beatitudinem promereri: qui ſi utraque pars ſit præſcita, & membrum diaboli, tunc talis conceſsio excedit potentiam horũ fratrum. Hæc Witcleff prædicto capite trialogi. 30. AVCTO. Errat, & eò magis, quò nudis garrulis ſine ſcriptura, uel eccleſiaſtico ꝓceſſu communicat. Qua & ſi fideles promittant ſecundum mandatum apoſtoli communicare alteri Chriſti in paſſionibus aut alterius onera portare orando, uel dimittendo reatum, non inde implicant eum ſtatim dignũ remiſſione

ne huiuſmodi, uel ſupportatione fraterna: ſed ſi dignus non ſit, magis orant, & dant operam, ut fiat dignus. Et iterum. Si utraque pars ſit membrum diaboli: non excedit ſimpliciter eius potentiam facere ſe membrum Dei gratia redemptoris: ſicut eõtrario non excedit eius potentiam tollere membrum Chriſti. Si cogitetis quæ facti eſtis, omnia veſtra oſſa dicent, dominus quis ſimilis tui? Vnde tertia parte ſermonũ dominica in albis qui incipit. Ad omnes quidẽ pertinet, AVGVST. Non † dignè cogitari poteſt iſta dignatio. Nam omnis ſermo, ſenſusq; deficit, inueniſſe nobis gratuitam gratiam non præcedentibus meritis. Et ideo gratia, quia gratis data eſt. Quam gratiam? ut ſitis membra ſilii Dei: aut ſitis fratres unici, ſicut ille unicus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce in baptiſmo facti ſunt Chriſtiani membra filii Dei, & fratres vniti: quid ipſi timebunt Witcleuiſtæ, membrationem diaboli: ſi uelint tenere aut per peccatum amiſſum per bona opera & ſuffragia meritorũ recipere corpus Chriſti? Si autẽ eius deductio hæc non ſit perditi hæretici, & contra morem apoſtolorum Chriſti: cur beatus Petrus fideles monuit ſatagere, vt bona opera certam ſuam vocationem & electionem facerent, promittens eis quod ſic abundãter miniſtrabitur eis introitus in regnum cœlorum, non addens q̃ ſi eſſent præſciti, & membra diaboli, hoc facere excederet, utrorumq̃ potentiam, & quomodo per bona opera certiorem electionem ſuam facerent quàm neceſſarium abſolutè? Quòd ſi non poſſent præſcientiam ſuam infirmare, quomodo poſſent prædeſtinationem ſuam ipſi certam efficere? Et † quantum ad participium meriti poſt obitum ipſe ait. Incipiat uos ſemper cõmonere de his. Et infrà. Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis. ſecunda Petri 1. Si ergo beatus Petrus promiſit ſe daturum operam habere eos participes meritorum ſuorum, & apoſtolicæ doctrinæ poſt obitum proprium quomodo non manifeſtè implicabat eos in uia dignos tali participio, & ſeipſum extra uiam, beatitudinem promereri? Ipſum dico caput corpore gregis eccleſiæ. Sic auctoritate eius in ſermone cum de expulſione eius ageretur, uiſus eſt uiciſſe CHRYSOSTOMVS. Vnum corpus ſumus, neque caput à corpore neque corpus à capite ſeparabitur. Etiam ſi ſolo diuidimur, ſed charitate coniungimur, & ego à uobis nec mor te diuellar: nam etſi corpus meum moriatur, anima mea uiuit, & memoriam veſtri tenebit. Hæc ille. AVCT, Quàm confidenter conceſsit eos, & promiſit eis ſanctus pater memoriã ſui poſt obitum: nulla de indignitate eorum dubietas: & ſi corpus meũ moriatur, anima mea uiuit, inquit, & memoriam veſtri tenebit. Et inſuper nota, quòd ſe dicit caput illius eccleſiæ. Quare ergo non primus apoſtolus Petrus dicẽdus eſt caput eccleſiæ ſibi quoque commiſſæ? Et ſi primus, & primas apoſtolorum dedit operam habere eos memores ſui poſt obitum pro opere & doctrina ad meriti incrementum & gloriæ, cui etiam Deus ſignificauit gloriam tãtam poſt obitum: quanto magis nos peccatores, & increduli operam magnam dabimus interceſſores & promerentes habere poſt obitũ, qui uiis, & modis Deo placitis, nobis obtineãt ueniam? Sed abſcedat hæc hæreſis, & dicamus catholicè nos daturos operam in hac uita habere frequenter fratres noſtros poſt obitum in commonitione precum doctrina ceſſante: ut veſtrorum eccleſiaſticam memoriam faciant, nullatenus dubium implicantes de membratione diaboli: quoniam fideliter nobis ſperantibus, & eis orantibus, beatitudinẽ mercamur: prout libro de exceſſu fratris Satyri poſt principium AMBROSIVS. Publicum officium in fecundis rebus iocundius eſt, in aduerſis gratius. Neq; uerò mihi mediocre meritum tanti uidetur officii. Neq; n. otioſè uel i actibus apoſtolorum Tabitham mortuam flentes uiduæ uiduæ proſequens turba funos adoleſcentis inducitur, cui reſurrectio debebatur. Et infrà. Non ergo dubium eſt veſtris lachrymis apoſtolorum patrocinium comparari. Non, inquam, dubium eſt Chriſtum miſericordia motum, eũ uos flentes uideret, etſi nunc non tetigit loculum, ſuſcepit tamen commendatum ſpiritum. Hæc ille. AVCT. Audiat Chriſtianus fidenlem Ambroſium. Non eſt dubium, inquit, Chriſtum miſericordia motum, cùm uos flentes uideret, & ſi nunc non tetigit loculum ad reſurrectionem carnis agendam, ſuſcepit tamen cõmendatum ſpiritum. Non iam Ambroſius implicat, ſed confidenter explicat fratrem ſuum Satyrum, pro quo fleuit poſt mortem talis participii fore dignum. Quis iam Chriſtianus nõ daret ualidam operam frequenter ſic habere cõmonentes poſt obitum? Sed ergo meruit, inquis, ſi dedit operam mereri aliquanto concedimus, ſed ſine meritis, aut immeritò nõne concederet Deus? Vnde ſuper illum uerſum Pſalm. 62. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper uitas, labia mea laudabunt te. AVGVST. Ergo omnes & quos liberat & quos damnat, omnes uiæ domini miſericordia & ueritas: quia ubi non miſeretur, uindictæ ueritas exhibetur. Multos quippe immeritos liberat, immeritum autem neminem damnat. Hæc ille.

AVCT.

Aug. To. 9 — Matt. 6. — Ps. 8. — Ro. 1. — Ro. 15. — 4 voluntas dei in lege. — Aug. Gratia omnibus facta — 5 — 2. Petri 1. — Participatio meritorum poſt obitum. — 6 — Lutherum etiam confodiunt iſta uerba. — Chriſoſto. — Prudentia quid. — Amb. To. 3. — Ad. 9. — Lu. 7 — C — Pſal. 61. — Aug. To. 8 Pſal. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTOR. Ecce multos immeritos liberat Deus, multos indignos, nè dicas omnes dignos Dei liberalitate, omnes benè meritos. Paucos, aut nullos ideo bene meritos dico: quia nō *sint condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam. Sed esto, quòd dedit operam habere commemorationem post obitum, meretur fateor quisquis hoc agit, sed vt aliorum precibus inducatur quo meruit? prout epistola de obitu Theodosij post medium. AMBROSIVS. Confiteor corde, quia ereptus est uir, quem uix possumus inuenire: sed tamen tu solus dominus in uocandus es, tu rogandus, ut eum in filijs reprę sentes. Tu domine, custodiens etiam paruulos in hac humilitate, saluos facito sperantes in te: da requiem perfecto seruo tuo Theodosio, requiem illam, quam præparasti seruis tuis. Illò conuertatur anima eius, vnde descēdit: vbi mortis aculeum sentire nō possit: vbi agnoscat mortem hanc non naturæ finem esse, sed culpæ: quòd enim mortuus est peccato, mortuus est, vt iam peccato locus esse non possit. Resurget autem, vt perfectior renouato munere vita repararetur. Dilexi, & ideò prosequor eum usque ad regionem viuorum, nec deseram donec fletu & precibus inducam quò sua merita vocant in montem sanctum domini: vbi perennis uita, ubi corruptela nulla, nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorum, uera regio uiuentium. Hæc ille. AVCT. Hic attendat Witcleff quid promittat Ambrosius Theodosio suo post obitum, non participij sui tantummodo fore dignum, nec solùm orat Deū dare ipsi quietem perfectam, sed prosequi eum promittit usque in regionem uiuorum: nec uult eum deserere, donec fletu & precibus eum inducat, quò merita sua uocabant, scilicet, in montē sanctum domini, ubi uita perennis sine consortio mortuorum. Illuc eum merita sua uocabant, sed cum precibus amicorum post obitum. Qualiter euangelicam scripturam superius inserebat, quòd turba mota fletibus uiduæ impetrauit à Christo adolescenti uitam post obitum. Et officio Petri uiduæ flentes & elemosynas memorantes Tabitham fecerant reuiuam. Ecce quā potentes sunt uiuorum preces, quibus participantur post obitum: idcirco efficaciam harum monitionum pro fidelibus defunctis perpendens, non cessat uigili corde eas semper excitare pro fratre suo Satyro in prædicto libro deuotus pater AMEROSIVS. Cessare, inquit, qui poteram, cùm ad omnem sonum nominis tui lachrymæ subrepant, uel cùm usus recordationem excitat, uel cùm affectus imaginem repræsentet, uelcùm recordatio dolorem renouat. Quando enim dees, qui tantis officijs repræsentaris? Ades, inquam, & semper ostenderis, & to te animo ac mente complector, aspicio, alloquor, osculor, comprehendo, uel in ipsa quiete nocturna, uel luce clara cum reuisere & solari dignaris merentem. Et infrà. Nam certè nullis à me separare momentis: ita enim ubique præsto eras, ut quam in istius uitæ usu habere tui copiā nequibamus, nunc nobis semper & ubique præsto sit. Nam tunc omnia præsto esse non poterant. Neque enim complexionis nostræ conspectus, quia & in osculorum corporalium suauitates locis participationes omnibus temporibus suppetebant. Hæc ille.

*sunt. Ro. 8.

Amb. To. 3

All. 9.

Amb. To. 3

¶AD REGVLAS HAERETICAS Witcleff, quòd Deus priùs concedit participationes meritorum temporaliter, quàm homines: & quòd homo nulli potest concedere, nisi seipsum dignificet apud Deum. Cap. XCVIII.

SVMMA.

Deus, quòd non prius concedat participationes meritorum temporaliter, quàm homines, multis auctoritatibus, & exemplis, ostenditur, contra Witcleff.

Deus quòd sit inexpertus malorum.

Homo, quòd possit alicui concedere participationes meritorum, etiamsi seipsum non dignificet apud Deum, aduersus Witcleff.

DEVS, inquit, priùs naturaliter donat, atque concedit temporalia merita eis, quibus sibi placuerit impertiri, quàm fratres hæc faciunt, imò semper, uel regulariter Deus priùs tēporaliter hic concedit, ut dicit sermone quadragesimo secundo tertiæ partis. Vnde concludit suprà, quòd propter tales literas non plùs uel minus acceptat quicquam alicui ad meritum, sed regulariter ut fuerit dignus. Hæc Witcleff ubi suprà. & in trialogo. Quicquid ergo fratres concedunt homini, Deus priùs illud concedit. Cum ergo concessio diuina non dependet à fratribus, nec ab eorum chartulis, uel sigillis: uidetur esse ultra præsumptionem diaboli concedere participium meriti hypocriticè sic uiantis. Hæc ille. & ibi. AVCTOR. Et hoc idem argumentum ei us contra omnes concessiones, indulgentias, & literas prælatorum, & absolutiones, & gratias sacerdotum sæpe iam recitani, & soluebam superius, & semper eadem esca putrida de die in diem profertur ad mensam. Si autem uerum sit, quod assumit pro principio, quòd Deus priùs concedit temporaliter quàm fratres, & ex hoc bene concluditur, ꝙ cum diuina concessio non dependet ab illis, nec minus, nec plus pro suis literis, ergo ultra præsumptionem diaboli talia 1 conceduntur. Voluamus † concessiones, & gesta sanctorum patrum si quod ex eis stabit intactum. Ferunt scripturæ ueteres, secundo Parali pomenon uigesimoprimo, patriarcham nostrū Eliam missiſſæ literas scriptas Ioram regi Iuda, promittentes ei consumptionem uitalium, & egestionem uiscerum cum plaga filiorum, uxorum, & uniuersæ substantiæ: & hæc Deus ante literas facienda proposuit. Nunquid vltra præsumptionem diaboli fuit literas illas concedere maximè in damnum proximi sui finale: quia ex illis literis non pendebat nec plus nec minus pro illis Deus regi? Si fauentia saluti proximi nostri sit præsumptio concedere tali forma, uel scribere. Et quòd rex Assuerus concesſit literis scriptis salutem Iudæorum, & eos persequentium ultionem decimatertia die mensis Adar per centum uiginti septem prouincias ab India vsque ad Ethiopiam, nunquid fuit præsumptio diabolica, cum quicquid ipse concesſit, ante illum, & propter tales literas Deus nec plùs acceptat, nec minus? Et quòd rex Darius scripsit uniuersis populis & linguis pauescere & timere Deum Danielis, uolens eos efficere participes meriti fidei suæ, qua credidit eum dominū uiuentem, & æternum in secula. Danielis sexto Nunquid fuit ista præsumptio diabolica, cum Deus hoc prius ipso voluit, & decreuit, & hoc temporaliter? Tu dicis ne ad prædestinationem curratur, quæ concessio est æterna, nec illa diuina concessio dependebat à Dario. Tempus durationis mundi uix sufficit ad exempla: sed ne si ne euangelicis transeamus. apostoli Christi concesserunt concorditer Antiochensi plebi per literas scriptas, & nuncios nihil aliud eis imponere oneris, nisi vt abstinerent se ab immolatis simulacrorum, sanguine suffocato, & fornicatione: & qua præsumptione cùm spiritus sanctus hoc concesserat ante eos, dicente eorum scripto, uisum est spiritui sancto, & nobis? Et beatus Paulus concesſit scriptis literis Corinthios fornicanti donari gratiæ, si quid ipsi Corinthii donassent in Christo. Qua præsumptione, si Christus ante eos ita donauit, quia nec ab eorum donatione Pauli donatio, nec à donatione Pauli, Christi donatio, vllatenus dependebat? Sic Christus homo sciens concessionem patris, adhuc officio mediatoris orationē suam ut hoc, quod pater uoluit, eueniret, concesſit & meritum, dicens, Non mea uoluntas, sed tua 2 fiat. Ibi DIONYSIVS. Deus † enim est inexpertus malorum: vult autem nobis bona largiri supra id quod petimus, uel intelligimus: Ergo perfectam uoluntatem patris, quam nouerat, petit sortiri effectum, quæ eadem est & sua secundum diuinitatem. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo Christus orationem concedit, qui uoluntatem patris præsensit, & nouit, non tunc est præsumptio interuenire chartis, uel uocibus pro te à Deo concesſa. Aliter frustra esset Christus mediator, & orator factus Dei & hominum, qui pro nullus orat, nisi quibus Deus ante concesſit, quia & nec illis concesſisset, nisi Christus in se, & membris pro eisdem suas preces & merita concessurus fuisset. Inde est, ꝙ puella mortua suscitatur in domo, interuentu parentum, Iuuenis extra portam delatus interuentione matris uiduæ, & prosecutione multorum. Lazarus conquestu sororum quartus, quia nullus ꝙ eo precatur, nuntiatus omittitur, prout expositione sua super Marcum capite decimoquarto. BEDA. Quartum uerò mortuum nuntiante discipulo Dominus audiuit, sed quia qui pro eius resuscitatione precarentur, uiui defuerant dimitte, inquit, ut mortui sepeliant mortuos suos. Hæc ille. AVCTOR. ergo quia uiui procuratores affuerant, quòd ante illorum preces ipse cōcesſit, non nisi post orationes exequitur. Vbi uerò concessores præcum suarum desunt, deest beneficium suscitantis, quia sine eis ipse nec autè concesſit. Nec tū quis dicet ab illis oratoribus diuinam dependere potentiam, quia sine eis quod concesſit non efficit: quia nec à morte Christi hominis, Dei potentia dependebat, per quam solam mundū concessum erat redimere: nec à cœlo vel homine item dependet, sine quorum actiuitate gigni hominem non concedit. Sed ipse Deus (inquit) meritum alicui regulariter concedit ut sue rit eo dignus. Sic dicit Witcleff. Et quid sequitur? ergo meretur merito, quia ipsi dignitate meretur. Et quo merito, nisi adhuc tertio præeunte, & ibitur in infinitum? Aut mereatur ali quid indignitate orantis, cùm ipse sit indignus sed hoc ipse non patitur. Vnde dicit ex parte fratrum in trialogo, capite trigesimoprimo. Dicunt primò verum, sed falsè, quia non possunt quicquam talium alicui concedere, aut supposito quòd ille seipsum dignificet apud Deum. Hæc Witcleff AVCTOR. Hæc ipse respondet pro fratribus, quæ ipse sentit, sed fratres reiiciunt, & ostendunt fidei scripturarum aduersarium. Legatur 22. cap. Matthæi, vbi Deus pater fecit filio suo nuptias, & non concesſit tantùm volentibus, sed parauit nolentibus: nec tāntùm parauit, sed & inuitauit, & misit pro his, de quibus dicit postmodum: qui inuitati erant, nō fuerunt digni. Et nonne rex iste ante expertus contu-

a. Paral. 21

Dan. 6.

Act. 15.

2 Cor. 2.

Matt. 26.

Luc. 7 Io. 11.

Beda

Matt. 19.

Matt. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contumelias,& contemptus, indignitatem illo A rum prænouit,quibus prandium parauit,& alti lia,& tauros eisdem indignis occidit, & concef fit? Qua ergo audacia potest iste fingere talem legem sine fundamento scripturæ,quòd nullus potest quicquam talium meritorum alicui con cedere, nisi seipsum dignificet apud Deum, quando Deus pater concesit meritum nuptia- rum,scilicet incarnationis filii sui,meritum prā dii euangelicæ prædicationis,merita taurorum & altilium apostolicæ & martyrum occisionis, his,quos omni pœna,& sententia decreuit dignos? Aut fugam præparans dicturus est, hoc Deus pater, sed non homo, ita vt pater gratis concedat, quod nuptus filius in nuptiis pro- priis denegaret indignis. Nec hoc dissimulare iam potest, qui totiens dixit iam suprà, quòd Deus nihil potest dare, vel concedere peccato- ri spiritualis commodi, vel temporalis. Quali- ter ergo tantas diuitias meritorum? Aut dicet non eum concessisse,quòd illi nondum lego- tur tenere,sed aspiciantur quæ in euangelio cō B sequuntur,& inter cætera ueniemus ad vnum inter discūbentes sedentem: cui rex: Amice, *Matt.22.* quomodo huc intrasti non habens uestē nuptia lem? & mittitur, iussu regis,in tenebras exterio res. Ecce discubuit. Ecce nec semetipsum digni *Matt. 20.* ficauit apud Deum. Et paulò superius in 20.ca. nonne refert operarios singulos accepisse sin- gulos denarios,quorum vni dicit pater,An ocu lus tuus nequam est,quia ego bonus sum? Ergo participauit denarium, cuius oculus erat ne- quam. Si autem sine parabolis planities petis *Marc. 14.* historiæ. Iudam traditorem fecit Christus par- ticipem sacræ cœnæ cum aliis intingere secum in catino præ aliis, participem quoq; precum suarum cum aliis, participem autem osculi & dispensationis egenorum præ aliis. Et qualiter *Marc.15.* seipsum dignificat penes Deum? Et Simon pa ter Alexandri & Rufi factus est particeps, & baiulus crucis Christi, & vbi leguntur eius me rita,nisi quia pro patre filii merebantur? Super *Hier.To.9* quem locum in commentario Marci HIERO. Alii per merita sua commemorantur, alii per merita filiorum suorum:hic autem Simon, qui crucem in angaria portat,merito filiorum suo- rum,qui erant discipuli,commemoratur. De hoc nos in præsenti vita admonemur, parentes adiuuari p natorū suorū sapientiā,vt populus Iudaicus propter patriarcharum, & prophetа- rum,& apostolorum merita commemoratur. *Hierem.* De amaritudine enim radicis surgit dulcedo oliuæ. Vnde per Hieremiam ad Iudæam dici- tur. Oliuam uberem,pulchram,fructiferam,spe cioſam uocauit dominusnomen tuum. Hæc ille. AVCT. Ecce filiorum merita patrem indi

gnum ad participium crucis Christi perducūt: nihil ipse meruit,ut dignus fieret in tanto triū pho gestare vexillum,nisi quia genuit militan- tes. Ideo Hieronymus dicit nos in hac uita mo neri per sapientiam filiorum adiuuari parentes & hæc fides antiquorum erat in lege ueteri, quam propter auaritiam quidam deprauabant *Matt.15.* sub spe pietatis,de qua Christus Marc. 7. Si di- cit homo patri, vel matri corbam, id est, mu- nus quodcunque ex me est,tibi profuerit, ul- trà non dimittis eum. Illa fuit adiectio superſti tiosa,nè ultrà dimitterētur in necessariis hono- rare parentes,quam damnauit Christus. Alia est pietas deuotionis, qua uolebant omnē suā oblationem in templo participatione meriti ꝓ desse parentibus. Ita parentes filiis, ita uxores maritis salutem merentur indignis, non tātum merito exhortationis,sed orationis, peregrina- tionis,abstinentiæ,eleemosynæ, & omnis gra- tuitæ actionis. Vnde epistola ad Rusticum ex- hortatoria ad pœnitentiam de uxore eius Io- *Hie.To.1* quens HIERO. Tu,inquit,uagaris in patria, immo non in patria,quia patriam perdidisti. Ista pro te in locis uenerabilibus resurrectio- nis,& crucis,& cunabulorum domini Saluato- ris,in quibus paruulus uagiit, tui nominis re- cordatur:teq; ad se orationibus traxit:ut si non tuo merito,saltem huius saluēris fide. Iacebat *Io.5.* quondam paralyticus in lecto: & sicut erat cun ctis artubus,dissolutus,ut nec pedes ad ingre- diendum,nec manus mouere posset ad depre- candum,& tamen profertur ab aliis, & restitui tur pristinæ sanitati, ut portaret lectulum,qui dudum a lectulo portabatur. Et te igitur absen tem corpore, præsentem fide offert conserua *Matt.15.* tua domino saluatori,& dicit cum Chananæa, filia mea male à dæmonio vexatur. Rectè enim appellabo animam tuam filiam animæ eius, quæ sexus nescit diuersitatem: quia te quasi par uulum,atq; lactentem,& necdum valentem su mere solidos cibos imitat ad lac infantiæ, & C nutricis,tibi alimenta demonstrat,vt possis di- cere cum propheta, Erraui sicut ouis perdita: *Psal.118* quære seruum tuum: quia mandata tua non sum oblitus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc in lo- co vincitur Witcleff de participatione pii ope ris,quia quærit quis potest ita participare, nisi ille se dignificet penes Deum: Hieronymus di cit de coniuge ac conserua: teq; ad se orationi- bus traxit. vt si non tuo merito, huius saltem si de saluēris. Ecce ꝙ sinè suo merito poterat hu iusmodi fide saluari, Quibus meritis aut qua si de, & recitat non nudam fidem,sed fidem cum operibus: quia ista pro te,inquit,in locis vene- rabilibus resurrectionis,& crucis, & cunabu- lorum domini saluatoris,in quibus paruulus va

giit

giit,tui nominis recordatur: hæc opera sunt bo A retur,quàm corpus. Quomodo ergo iste se di- næ fidei,hæc participia meritorum,quibus po- terat deuota coniunx sine eius merito saluare maritum. Quid sophista noster disputat, ꝙ me rita transeunt,quæ iuxta fidem perite non pos- sunt: ne sint in obliuionem coram domino,vbi nec capillus peribit de capite? Aut qualiter blas phemat taliter sua merita concedentes, quāsi mamacius concederet,inquit,quod vult,aut cō cedit ꝙ dominus acceptet opus suum. Non ita, nisi quia diuina clementia sic acceptat. Nō apo stolus,ne de domini largitate quis diffideret q siturus est,unde scis mulier, si uirum saluū fa- cies? aut vnde scis vir,si mulierē saluam facies? *1.Cor.7.* nisi vnicuiq; sicut diuisit dominus. Ideirco præ misit, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo,non dimit- tat illam,sed nec mulier virum: sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. Ecce non dubitat apostolus de participio sanctitatis, vbi est confessio mutuę charitatis. Sic enim diuisit B nobis dominus meritorum, inquit. Probat hoc ipsū suprà Hieronymus de paralytico por- tato in lecto, qui sanabatur, non suis meritis, *Matth.9.* sed fide gestantium. Quod item planè aperit in expositione sua super Matth. vbi tractat di- xisse Deum curato paralytico. Iam sanus fa- *Anselmus* ctus es, noli peccare, ne tibi contingat dete- rius. ANSELMVS. Qui verò paralyticum of- ferunt,doctores ecclesiæ Dei,prædicatoresque significant,qui meritis,& precibus à Deo salu- *Matt.9.* tem nobis impetrant: quare bene sequitur, & videns Iesus fidem illorum, dicit paralytico. Confide fili, qui dignus es misericordia. Se- quitur. Et rectè ideo filium vocat, quia di- missis peccatis, & membris per gratiam refor- matis, gratiæ cooperatorem fortasse præuide- C bat. Intuendum sanè quantum propria cuiusq; fides apud Deum valeat,vbi tantum valuit alie na. Audit veniam,& tacet paralyticus, nec repē dit illam gratiam,quia in præsenti plùs ad cor- poris,quàm ad animæ tendebat curam, & tem- porales pœnas resoluti corporis sic deflebat, ut æternas pœnas resolutæ animæ non defle- ret. Merito ergo Christus offerentium fidem respicit, & vecordiam iacentis sic respicit, ut fidei alienæ suffragio paralytici anima ante cu- raretur, quàm corpus. Hæc ille. AVCTOR. Iam ecce Anselmus exposuit, cur facer pater Hieronymus hunc paralyticum tangere aliis meritis sine sua dignitate saluatum. Non re- pendet, inquit, illam gratiam Saluatori, quia in præsenti plus ad corporis, quàm ad animę sue tendebat curam. Sed offerentium fidem respi- cit Christus,& vecordiam iacentis sic respicit, et fidei alienæ suffragio eius prius anima cura-

quàm corpus. Quomodo ergo iste se di- gnificauit tenes Deum, cui intercessorum suo rum suffragia, & non sua sufficerent merita? Ideo non eius vitam, aut vecordiam ita respe- xit Christus,sed illorum fidem, vt prius anima eius ipso non attendente curaretur, quàm cor pus. Cur ergo non promeretur sanctus quis- quàm ecclesiæ alicui indigno, & circa suam sa lutem negligenti,quod unus de eius baiulis a- pud Christum? Ita ut orando, vigilando, prædi cando per tectum importunæ petitionis Chri sti vexando clementiam, vt uisa fide portantis, portatum ęgrum Christus aspiciat, & eius suf- fragiis animam reparet indeuotam. Dicis quòd plus valeret deuotio propria. Planum est. Ideo Anselmus ait, quod item Beda scripsit super *Anselmus.* Lucam tertii libri capite sexto: Intuendum sanè quanti propria cuiusque fides apud Deū ualeat,ubi tanti valuit aliena. Nec ideo aliena non valet, quia propria deficit. Vnde multum deficit Witcleff in fide meriti alieni, qui illa posita sine propria dignitate coram Deo dicit dare occasionem uiantibus publicè delinquen di. Parum nempe respicit ad id, quod sanctorū precibus intus operatur clementia sua Chri- stus. Quare enim aliter tam deuotè orat, non tantùm pro indignis filiis suis, sed & pro perse cutoribus suis, immo pro paganis, & Iudæis mater ecclesia? qualiter sermone de oratione dominica,qui incipit: Beatus apostolus, scribit *Aug.To.9* AVGVST. Ecclesia inimicus tuus est paganus, Iudæus,hæreticus,terra est,si cælum es, inuoca patrem qui est in cœlis,& pro inimicis tuis ora quia & Saulus inimicus erat ecclesiæ,sed oratū est pro eo,& factus est amicus,& non solum de stitit esse persecutor,sed laborauit vt esset adiu C tor. Et si verum quæras,oratum est contra illū, sed contra eius malitiam,non naturam. Ora & tu contra malitiam inimici tui,vt illa moriatur, & ille uiuat. Hæc ille. AVCT. Hæc est do- ctrina Christi, hæc ecclesiastica disciplina, quam ipsa facit,& filios suos,docet mater eccle sia orationes iuges facere,pro amicis non tan- tùm,sed & pro æmulis,& indignis. Hoc modo impetrant à domino ut fiant amici: hæc nonne bona participatio meriti: hæc ipsa participa- tio charitatis? Charitas charos facit, gra- tia gratos. Cur merita non eis partimur, quos reddimus bene meritos nostris meritis: si cut dilectione, & charitate distribuimus his, quos precibus facimus deo charos, nō de iustis iustiores, de dignis digniores, sed audeo dicere deiniustis, de scelestis, de maleuolis, de indignis sic nēpe fecit celestis pater, quē i hoc facto imi tari iubemur: qui pluit, & sole suum oriri facit super bonos & malos, super iustos, & iniustos,

quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid aliud nisi bona sua concedēs iniusto, qui A necdum se dignificat penes Deum? Nolo tamen dicat Wicleff, quòd nihil curandum putemus de bona uita emendationeque eius, pro quo quis orat: dicente Apostolo ad Philip. 4. secundùm quandam literam. Non quæro datum, sed fructum abundantem in oratione uestra. Vbi in expositione. REMIGIVS. Oratio apostoli, oratio Philippensium erat. Et quando quilibet orat pro aliquo, si uita illius munda fuerit, pro quo oratur, subleuat deprecationem orantis, vt antea exaudiatur: sicut econuerso uita mala, pro quo oratur, impedit orationē eius, qui p ipso orat. vnde dominus dicit Hieremiæ. Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te. Ergo beati Pauli oratio, quam pro illis fundebat, bona uita illorum subleuatur. vnde dicit, Non requiro tantummodo datum, sed requiro beneuolentiam, & benignitatem abundantem in oratione uestra, id est, ut per ueram voluntatem subleuetur oratio, quam pro vobis fundo. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ergo catholicum: quòd fructuosior est oratio pro deuoto: sed hoc & hæreticum, quòd cum indigno orationem participare non liceat. An putas orasset Pharao Moysen vt oraret pro se, si iam seipsum dignificasset penes Deum? sed indignum se iudicans, cogitur orare, & dicere, Orate pro me. Et cōcessit Moyses. Egressus, inquit, a te, orabo dominum. Exod. 8. Murmurantes item, & indigai 1 percussi à serpentibus ignitis, dicunt ad Moysen, Ora vt tollat à nobis serpentes. Non tardabat pro indignis orare, & quantum meruit apud Deum impertiri cū eis? Orauit Moyses pro populo. Numeri. 21. Et alibi cùm uolebat dominus perdere populum, Moyses meriti sui orationem interposuit, pro quo orasset, si non veniam posset mereri pro indigno? Vnde Psalmo. 98. CASSIODORVS. Moyses populorum uota C coram domino semper exhibuit, quod sacerdotis officium esse monstratur: quapropter meritò & hic sacerdos dicitur, quia magnis precibus irascente domino, pro populo supplicauit. Hæc ille. AVCTOR. Qualiter ergo populus iste prius seipsum dignificat apud Deum, cui adhuc irascente domino, & pro quo omne orationis suæ meritum non tantùm concessit, sed obtulit? Falsa ergo sunt duo ipsa principia contra scripturam ecclesiasticam sine auctoritate ecclesiæ per Witeleff iugiter vsurpata. Quòd Deus prius temporaliter concesserit meritis veniam populis, quàm Moyses concesserit eos orationis suæ fore participes. Et secūdùm hoc est hæreticum, 2 quòd Moyses nulli de populo potuit cōcedere orationis suæ meritorie coram Deo esse participē, quousq; ille seipsū dignificauerit apud Deū.

Matt. 5.

Phil. 4.

Hiere. 11.

Nota determinationē. Exodi. 8.

Exod. 32.

Num. 11 Psal. 98.

Cassiodorū

¶AD CALVMNIAM WITcleff, quòd religiosi conferunt spiritualia sua suffragia sub spe quæstus. CAP. XCIX.

SVMMA.

Witcleff calumnia, quòd religiosi cōferunt spiritualia propter quæstum, reprobatur.
Paulus, quòd notam auaritiæ non euaserit; & quomodo de hac se purgauerit. 1
Paulus quomodo placuit omnibus. 2
Viuere quòd liceat de altario, ostenditur. 3
Guillelmi Albi facinus recensetur. 4
Wicleff, & eius collegæ, quomodo cum donatistis habent commune, prædicare alijs paupertatem, dum diuitias colligunt perditorum. 5
Euangelium, aut spiritualia suffragia uendere quid sit, ostenditur. 6

POst hæc calumniantur nos superbi, notam in nos iactantes cupiditatis, prædicto infami capite. 30. quarti tria logi. Patet (inquit) eorum simoniaca hæresis manifestè, cùm non dent tamen literas, nisi sub spe, & intentione probabili, quòd eis lucrum temporalium, & confœderationem illicitam reportabunt: quomodo ergo non sunt hæretici simoniaci in affectu? hæc Witeleff. AVCTOR. Hoc † dixi iamdiu superius omnium ueterum hæreticorum antiquam esse calumniā, contra catholicos prælatos, & quoslibet religiosos, & clericos, quos contigerit sumptum uiuēdi accipere. Nec enim omniū tunc sanctorū in accipiendo parcissimus, Apostolus potuit hanc euadere pp pseudo, in tantū, ut cū in suspicionem duxerint auaritiæ, ubi item respuebat oblata, secundæ ad Corinthios. 12. Esto ego non grauauī uos, sed ut astutus dolo uos cepi. AMBROSIVS. Ibi dixit, forte * suspicabantur ipsum cōtemnere, quia parua erant, quæ offerebantur, ut maiora consequeretur: Aut si per se nollet accipere, uellet tamen per alios. De quo se ita purgans ibidem. Nunquid, inquit, per aliquem eorum, quos misi ad uos, circumueni uos? Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid in uobis auarus fuit Titus? Nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne eisdem uestigijs? Vbi in expositione AVGVSTINVS. Apertum est, quia quando ab his, quos misit, nihil tale dictū, aut factum est, una eorum sententia probatur in bono, exclusa omni suspicione auaritiæ. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † de auaritia hac purgauit se Apostolus. Ad quam infamiam deduxerunt eum pseudo apostoli: ita religiosi uiri necesse est purgationem suam in hac suspicione

2. Cor. 12. Ambr. Tex. * suspicabantur ipsum cōtemnere

ne deponant. Prædicabat Apostolus, scribebat, A monebat, orabat, pseudo omnia bona peruertētes: propter lucrum * inquit, prædicat, scribit, & orat: aut vt confœderationem nobiscum faciat contra Deum, ne teneantur legalia. Ita Witeleff omnes orationes sanctorum, prædicationes, abstinentias, vigilias, & cætera opera pietatis impio tantum iudicio mentis suæ ad spem lucri temporalis peruertunt, aut ad confœderationes contra seminaria Lollardorum quas dicunt illicitas. Et quid concludit vterque, Witeleff cōtra modernam ecclesiam, pseudo contra Paulū? ergo omnes estis hæretici, simoniaci in affectu. Nihil probant pseudo, nihil hæretici Witeleuistæ. Nobis ergo vna suspitione notatis, vna purgatio præparatur. Sed vbi Paulus suscepit oblata, quod modò pro iusto victu facit ecclesia? A Philippensibus enim recepit: ideo posset ibi locum habere suspicio. Bene feciſtis, inquit, communicantes tribulationi meæ. Scitis B autem & uos Philippen. quòd in principio euāgelii quando profectus sum à Macedonia, nulla ecclesia communicauit mihi in ratione dati, & accepti, nisi uos soli, quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis, non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Ad Philippen. 4. Ecce ab istis recepit Apostolus sumptus pios. Sed ne ideo prædicaret aut oraret pro eis subdit. Non quia requiro datum sinetenus in præmium, sed fructū deuotionis uestræ. Sicut aliàs scripsit non se placere hominibus & tamen alibi dixit, Ego per omnia omnibus placeo. Quæ loca soluens lib. 2. de sermone domini in monte super textum, uideant opera uestra, AVGVST. Non † ideo rectè faciebat, ut placeret hominibus, sed ut Deo, ad cuius amorem corda hominum uolebat conuertere eo ipso, quòd placeat hominibus. Sequitur. Non ut hoc appeteretur tanquam merces C rectè factorū, sed quia Deo placere non posset, nisi se his, quos saluos fieri uellet, præberet imitandum. Imitari autem nisi placuerit, nullo pacto quisquam potest. Sicut ergo non absurdè loqueretur, qui diceret, in hac opera, qua nauem quæro, non nauem quæro, sed patriam: sic Apostolus consequēter diceret in hac opera, qua hominibus placeo, nō hominibus, sed Deo placeo: quia hoc nō appeto, sed ad id refero, ut me imitētur, quos saluos, fieri uolo. Sicut dixit de oblatione, quæ fit in sanctos, non quia quæro datum, sed inquiro fructum. i. quòd quæro datum uestrum, non hoc quæro, sed fructum uestrum: hoc enim iudicio apparere poterat quantum profecissent in Deum, cum libenter facerent, q̄p non propter gaudium de muneribus, sed propter communionem charitatis ab eis quærebatur. Hæc ille. AVCT.

*inquiūt.

Philip. 4.

Matt. 5.

Placuit quomodo omnibus Paulus.

1. Cor. 9.

Licet de altario uiuere

Ro. 15.

Hier. To. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ergo sancti isti Hierusalem fecerunt gentiles in merito prædicationis eorum participes, mittendo eis doctores, quos habebant. Vnde suggerit eos debitores eis factos suorum carnalium. Ipsi ergo, quibus communicatum est euãgeliũ, non usurparent sibi gratis doctores esse mittẽdos, quanuis doctores gratis adueniant: sed debitores eorum reputarent esse, nec ulli ecclesiæ gratis esse euangelium prædicandum. Vnde super illud. 2. ad Corinth. 13. Quid enim quod minus habuistis cæteris ecclesiis: in expositione

Ambr. To. 5 AMBROS. Adhuc per humilitatem illis se commendat. Ostendit enim non minus illos aliqd habuisse cæteris ecclesiis, sed & amplius. Euangelium enim gratis his prædicauit, quod nullis

Luce 10. concessum est ecclesiis, dicẽte domino: Dignus est operarius mercede sua. Hæc ille. AVCT. Ecce euangelium Dei prædicare gratis nullis est concessum ecclesijs, iubente domino, dignum esse operarium mercede sua. Cur ergo aulus est B Witeleff dicere, quòd si fratres laborarent gratia salutis fidelium sicut Apostoli tunc seruarent suam doctrinam, viuentes de labore proprio si oportet, nec forent auditorio onerosi? Hæc Witeleff. sermone. 42. 3. partis. AVCT. Primò petendum esset, cur ipse nõ primus hoc fecit, qui pastor indignus fuit in populo, dictus doctor euangelicus inter suos, & Apostolos imitando prædicans omni clero. Vbi rogo ipse de labore uixit, qui tam fuit omni adiuto- 6

Guillelmi alibi facimus 5 rio onerosus? Vix † item sunt sex menses, post quos sectatorum eius doctor quidam & presbyter vxoratus Guillelmus, dictus cognomine Albus, coram Guillelmo præsule Norwicensi est examinatus in hæresi, & compertus distipasse totam hæreditatem cuiusdam iuuenis, quem induxit circiter. 40. librarum Anglici numismatis intra annum. Et cur ipse non laborauit gratia salutis fidelium seruans regulam sui Witeleff, nec foret adiutorio tam grauissimè onerosus? Sed hoc habent hæretici nostri cum Donatistis commune, prædicare aliis paupertatem, dum diuitias colligunt perditorum, ipsis tamen simulantibus pauperiem, sed mendo sè, prout libro secundo contra Petilianum re-

Aug. To. 7. spondentem dixit AVGVSTINVS. Petiliano dixit. Nos spiritu pauperes: non de diuitijs metuimus, sed diuitias formidamus. Sequitur. Sic idem dominus dixit: Qui perdiderit substantiam suam, centuplum recipiet eam. AVGVSTINVS respondet. Et hoc ad rem pertineret commonere quemadmodum scriptum est. Nam ubi nihil impedit intentionem meã, si quid de scripturis fallis aut falleris, nihil curo. Non ergo ita scriptum est, Qui perdiderit substantiam suam, sed qui perdiderit animam suam propter me: de substantia A verò non scriptum est, Qui perdiderit, sed qui *Io. 10.* dimiserit, nec solam substantiam pecuniæ, sed & multa alia. Tu autem interim non perdidisti substantiam: utinam vero dimiseris. Quid de paupertate gloriaris? nescio si fortè scit hoc collega meus Fortunatus, qui in eadem ciuitate estis: nunquam mihi indicauit, quia nunquã quæsieram. Et infrà, Si autem hoc non fecisti, quid gloriaris, quasi feceris? Ita ne verò diuitias formidatis, vt nihil habentes, omnia possideatis? Dic ista collegæ tuo Crispino, qui modò iuxta Hipponen nostram comparauit fundum, ubi mergeret homines in profundum. Vnde & hoc ego noui, tu fortè nescis: & ideo securus clamas, diuitias formidamus. Vnde miror, quòd ista vox tua vt ad nos perueniret ipsum transiuit. Inter Constantinam quippe ubi tu es, & Hipponen vbi ego sum, Chalama vbi ille est, uicinior quidem nobis, sed tamen interposita est. Miror ego quomodo ille prior non excepit hãc vocem, & repercussit eam ne transiret ad nos, aduersus te diuitiarum laudes copiosiùs recitantes. Non enim solùm nõ formidat ille diuitias, sed & amat. Et certè de cætero priusquàm edas, recita illi talia, si non emendauerit, respondebimus. Tu autem si verum est quòd pauper sis, ibi habes fratrem meum Fortunatum, facilius inde placere poteris illic collegæ meo, quàm hic tuo. Hæc ille. AVCT. Hæc † omnia interserantur Witeleff, & eius collegis, qui re ipsa auaritiæ student, & laqueo auaritiæ, & spe larga habendi primas mentes sibi captiuant hominum perdendorum: sed his ita detectis, quod religiosis obijcit, tollendum est. Vos, inquit, cum prædicationibus, & falsis, literis populos spoliatis. Ecce quàm conformiter patribus suis pseudoapostolis primæuis hæreticis, qui hoc ipsum apud Corinthios obiecerunt Apostolo. Ipse C autem Paulus econtrario gratis, inquit, euangelium Dei euangelizaui vobis, alias ecclesias expoliaui, accipiendo stipendium ad ministerium uestrum. 2. Corint. 11. Ergo Apostolus *2. Cor. 11.* Paulus fatetur se spoliasse populum, expoliasse ecclesias, utens forsan vocabulo hostiũ. Sed addidit ad ministerium uestrum. s. Corinthiorum tenacium. Qualiter forsan fratres modò spoliant fideles populos ad ministerium Lollardorum, à quibus prædicantes nihil accipiũt. Nec tamen eis euangelium vendunt, à quibus accipiunt, sed rationem dati uocat eam Apostolus, & accepti, quæ est generalis ratio, non autem vltima in illo contractu secundùm speciem. Quòd bene exponens prima parte sermone. 25. de muliere forti textu, Sindonem fecit & uendidit. AVGVST. Benè quòd sin- *Aug. To. 8* dones

dones fecit, quare uendidit? nisi quia non quæ- A rit datum, sed requisiuit fructum. Venditionem enim istam primò intelligite fratres gratuitam & aliquis emit gratis: si gratis tollit, non emit: si emit, pretium dat, nõ gratis tollit. Et ubi est?

Esa. 55. Qui sititis, ite ad aquam, & emite uobis sine argento. Quando emis, non argentum das, & tamen emis: si emis, aliquid das, non tamen argẽtum das, teipsum das: sindones enim referte ad illa lintea spiritualia, quæ facit, & prædicat ista

2. Cor. 9. mulier per omnes terras, & fortè uendere dicẽda est, quia dixit Apostolus. Si nos uobis seminamus spiritualia, magnum est, si uestra carnalia metamus? Est enim ratio illa dati, & accepti, sed ille qui sic vendit, non quærit datum, sed requirit fructum: ne quasi venditorem euangelij putetis: nam in omni venditione ratio dati & 1 accepti versatur. Cõtristatur autem Apostolus aduersus quædam fora ubi non uendidit, sindo- 2 nes, inquit, mihi ecclesiæ cõmunicant in rõne dati, & accepti. Est quidem ille mercator domi- 3 ni sui, sed maius pretium quærit: nam quid pro B sus uendidit? dat spiritualia. Et quid quærit? fortè carnalia? Debentur quidem & ista, sed non ip- 4 sa quærebat Apostolus, dicens, Non enim quæ-

2. Cor. 11. ro uestra, sed uos ipsos: date ergo pretium, date 5 uosipsos. Hæc ille. AVCT. Hoc† attendat Wit- 6 eleff addiscere quid sit euangelium, aut spiritua- 7 lia suffragia uendere. Planè uendunt spiritua- 7 les uiri spiritualia, in ratione illa, quæ commu- 8 nis est uenditionis, & emptionis, & aliis contractibus, scilicet, in ratione dati, & accepti. Sic itẽ uendebat Apostolus, sed gratis: ideò gratis, quia 9 sine argento. Et contristabatur (inquit Augustinus) aduersus quedam fora, ubi non uendidit 10 sindones, id est, spiritualia beneficia populis, quæ facit, & prædicat mater ecclesia per omnes C terras. Sed si commutaret finaliter spiritualia 11 pro terrenis, peccatrix ualde & turpis esset uenditio. Alioquin uerò meritum est. Et fortè uendere dicenda est, quia dixit Apostolus. Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est, si carnalia uestra metamus? Et pro sanctis deuotis Hierusalem si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. Nam quid prorsus uẽdidit (ait Augustinus) dat spiritualia. Et quid quærit? fortè carnalia: debentur & ista. Non est ergo peccatrix commutatio spiritualia conferre, & exigere temporalia

Amb. To. 5. uel pecuniaria tanquam debita. Vnde li. 1. de officijs, cap. 17. AMBROSIVS. Qui plurimum habet, & si non donat, non abundat, quia quantumuis acquirat, eget semper, quia plùs concupiscit. Et qui exiguum habet, non minuit, quia non multum est quod pauperem facit. Similiter ergo & ille pauper, qui confert spiritualia ℞ 1 A pecuniarijs: & si plurimum habeat gratiæ, non abundat. Non enim onerat gratia, sed subleuat mentem. Hæc ille. AVCTOR. Pius ergo pater Ambrosius supponit spiritualem pauperem habentem plurimam gratiam subleuantem mẽtem conferre spiritualia sua pro pecuniarijs, sed ita tamen, ut cum Paulo continuè dicat: non requiro datum, sed fructum: non uestra, sed uos, in obsequium Iesu Christi.

¶QVALITER PARTICIPANT Christiani meritis mutuis. Cap. C.

SVMMA.

1 *Christiani qualiter participent meritis mutuis, multorum exemplis demonstratur.*

2 *Dæmonis, & Pythiæ Pythagoræorum præclarum facinus recensetur.*

3 *Paulus quomodo concedit Corinthios esse participes meritorum suorum moriendo, & uiuendo.*

4 *Meritum unum, quomodo sit nostrum participatione charitatis.*

5 *Talio charitatis.*

6 *Vtilitates nostræ omnes, quòd sint in medium cõferendæ, ut adiuuemus alterutrum. &c.*

7 *Participare meritis sanctorum, quid sit.*

8 *Syriæ, atque Aegypti reges contendentes de regno, quomodo auxilium, & amicitiam Ionathæ expetebant. Et quid hoc signat.*

9 *Communionis symbolicæ primus gradus recensetur.*

10 *Literæ fraternitatum sigillatæ, & non sint nouæ. Et quomodo hoc ab antiquo peruenerit ad ecclesiam, ostenditur.*

11 *Pennæ alterius ad alterum sub firmamento directæ, quas Ezechiel commemorat, quid signent.*

Vasi aerem verberãs, & adhuc pugnat Witcleff cap. prædicto. 30. trialogi. Nemo debet sibi præsumere, qđ est Deo proprium: sed concedere merita fratrum est deo proprium. Et sermone. 42. prædicto: commaculat me terminis illis quid est concedere participium meriti, & supponit fieri per oblationem ab aliquo. Tm uũ (inquit) merita conferre personæ, sicut auferre merita ab eadem: sed in primum possunt, vt dicunt, ergo & in secundum. Et cùm non sit ratio quare merita sua possint sic auferre, quoniam p idem merita aliena, tunc possint spoliare ecclesiã de suis meritis, sicut de suis tẽporalibus. Hæc ille. AVCTOR. Non† uult hic intelligere ut bene *Psal. 35.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ageret,sed assistit omni viæ non bonæ. Iam eũ
supra dixit apostolus ad Roma. 15. Non igitur
proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis.
Probauerunt enim Macedonia & Achaia colla
tionem aliquam facere in pauperes sanctorum,
qui in Hierusalem sunt. Placuit enim eis,& de
bitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorũ
participes factæ sunt gentes,debent & in carna
libus ministrare. Hic quærendum esset,quis fe
cit gentes esse participes spiritualium prædicto
rum sanctorum,quæ erant spiritualia illa: si nõ
merita sanctorum,sicut iam supra dictum est p̃
dicationum suarum,& penuriæ,atque precum?
Et quomodo fiebant Achaici illorum partici-
pes? Nunquid aliquis abstulit merita illorum 3
& spoliauit ab illis spiritualibus, ut conferret
Achaicis? Deliramenta sunt ista proxima mali-
gnanti. Nam qui iussit alterum alterius one-
ra portare,& pro fratribus animas ponere: non
dedit occasionem excusationis iniquæ filiis ho-
minum,vt dicerent,non hoc posse præsumere,
quod est Deo proprium: concedere.s. fratribus B
nostra merita. An non possum concedere pro-
ximo participium lucis solis,aperiendo ipsi fe-
nestram meam? & tamen lux solis cælo est pro-
pria secundùm potestatem. Et possum conce-
dere proximo participium sapientiæ meæ, ad-
mittendo eum in * adiutorium meum, & for- * audito-
tius doctrinæ insistendo: cum tamen omnis sa- rium.
pientia a domino Deo sit,& ab eo necessario pe Luc.1.
tenda,qui dat omnibus affluenter. Et qualiter
auferam lucem soli ad conferendum proximo,
aut spoliem auditorium parte suæ sapientiæ ad
dandum isti,quem iam admiserim? O quàm
grossa impietas,& ad modicum participans de
pietate ista sanctorum. Sed nec quid natura ua-
let nouit ex philosophis: an non philosophi ta-
lia fœdera susceperunt per amicitias mutuas
cuncta inter se habentes communia,etiam mo- C
ri,& uiuere? Qualiter lib. 2. de uirginitate uer- Amb.To.1
sus finem refert AMBROS. Philosophorum
2 † inquiens gymnasia Damonem,& Pythiam Py
thagoræos in cœlum efferunt, quorum unus
cùm esset morti adiudicatus, commendandorũ
suorum tempus popposcit. Tyrannus autem astu-
tissimus quod reperire non posse æstimaret, pe
tiuit,ut sponsorem daret,qui pro se feriretur,si
ipse faceret moram. Quid de duobus præ-
clarius,nescio: utrunque præclarum. Alter va-
dem mortis inuenit,alter se obtulit. Itaque cum
reus moram supplicio faceret, fideiussor uultu
sereno mortem non recusauit. Cum duceretur,
amicus reuertitur,ceruicem substituit, collum
subiecit: tunc admiratus tyrannus chariorem
philosophis amicitiam quàm uitam fuisse,petiti
uit ab eis,quos damnarat,ut in eorum amicitiã A
reciperetur. Tantam virtutis esse gratiam, ut&
tyrannum inclinaret. Hæc ille. AVCTOR. Vi-
de quàm optabile fuit item tyranno in amici-
tiam istorum recipi,quorum communio indis-
solubilior uita fuit. Quid igitur ne hanc admi-
randi nexus virtutem mutuam habeant impe-
dit Christianos,quorum summa lex est,Diliga- Io.13.
tis inuicem sicut dilexi uos? Summa fides est
credere sanctorum communionem. Sed audia-
mus peritiam Pauli dicentis. Cùm essemus a-
pud uos,neminem læsimus, neminem corrupi-
mus,neminem circumuenimus. Non ad condẽ
nationem uestri dico,prædixi enim,quòd in cor
dibus nostris estis ad commoriendum,& ad cõ-
uiuendum. 2. Corinth. 7. Participes † esse conce
dit esse Corinthios meritorum suorum morien
do & uiuendo. Vnde in expositione eiusdem lo Amb.To.1
CIAMBR. Ex prædictis uult illos cognoscere
quo animo loquatur ad eos. Quos enim parti
cipes uult habere,& ad præsentes passiones p
Christo,& ad futuram uitam: non utique illos
abijcit, sed ut participatione dignos se faciant,
exhortatur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo Paulus
nunquid malè fecit concedendo quod est Deo
proprium? Et nunquid hoc argumento suo pro
babit Witcleff Paulum seduxisse Corinthios
concessione taliter t paliter proditorie à populo
spoliãdo? Sicut Witcleff procedit hoc loco con-
tra fratres. Nimirum quia sic processerunt pseu
do contra Paulum: idcirco dixit Paulus pro se &
fratribus, Neminem corrupimus, neminem cir
cumuenimus &c. Reuera ipsi pseudo hæc fe-
cerant: & hoc faciunt hactenus Witcletistæ.
Ibidem AMBR. Pseudo enim apostoli erant, Amb.To.1
qui & nocebant illis,corrumpentes sensum il-
lorum,& grauabant sæculos eorum circunue-
nientiæ serpentinæ astutia. Hæc ille. AVCT.
Sed quis potest co ncedere participium meriti C
nisi Deus,inquit Witcleff? Puto ille potuit,qui
iam dixit, In cordibus nostris estis ad commo-
riendum,& ad conuiuendum. In corde suo ergo
& cordibus fratrum suorum Paulus appetit po
testatem habere participes Corinthios. Quo-
modo ergo ad Deum? quia charitas Dei diffusa
est in cordibus nostris, & ipsa fecit primò fra-
tres habitare in unum. Multitudinis enim cre-
dẽtium erat cor unum,& anima una in dño. Et
quid efficiens communio in fractione panis,in *
orationibus esse pariter,& hẽre omnia commu
nia,perdurare unanimiter in templo, collauda-
re deum, & habere cõiter gratiam ad omnem
plebẽ. Esse participium meritorum ad cõmoriẽ
dum,& ad cõuiuendum in cordibus nostris. Ec
ce potẽtia charitatis fraternæ: quæ facit omnes
uirtutes esse communes, merito scilicet, si non
possint essentia. Quod mirabili studio quarta
parte

parte sermonum sermone. 57. qualiter perfecta A
dilectio debeat custodiri,aperit AVGVS. No-
li inuidere,sed facias. Ego si Christianus essem,
utique & ad dominum pertinerem,possem face
re quod alius facit: tale est enim, acsi diceret &
auris,si ad corpus pertinerem,possem uidere so
lem & lunam: & tamen non illud habet nec ma
nus,nec auris,sed faciunt singula quod possũt,
& cum concordia seruiunt sibi inuicem omnia
mẽbra. Sic ergo & tu fili congaude illi,est Deus
aliquam gratiam peculiariter dedit, & potes in
illo,quod in te non potes. Ille fortè habet uirgi
nitatem,ama illam,& tua est. Item tu habes ma
iorem patientiam,diligat illam, & sua est. Ille
potest satis uigilare,si nõ inuides,tuum est stu
dium eius. Tu fortè potes amplius ieiunare, si
te amat, suum est iciunium tuum. Hoc ideo,
quia in illo tu es. Per proprietatem enim nõ tu
es,per charitatem tu es. Hæc ille. AVCTOR.
4 Quomodo † per charitatem? nisi per meritum:
quia meritum vnum est nostrum participatio-
ne charitatis,si uirtutibus eius sim connexus p B
vinculum affectionis: virginis virginitas mea
est,iustitia iusti,uigilia studiosi, eleemosyna be
nefici,doctrina prædicantis,meritum abstinen-
tis,omnia in eo mea,qui me suscepit amantem:
nõ per proprietatem, ut iam dixit Augustinus.
Nec ideo minuitur illi,quia ego participo, sed
tota est in me,sicut tota merces est in eo, cuius
socius ego fio. Vnde Moyses sic dedit Iosue de
gloria sua Numerorum. 27. Super quem locum
Aug.To.4 in libro quæstionum ca. 43. AVGVST. Quid
est, quòd cùm Deus Moysi præciperet de Iesu
Naue,inter cætera ait. Et dabis de gloria tua su-
per eum. Sequitur. Non ideo eam non habitu-
rus esset Moyses. Nec quia dixit de gloria tua,
ideo minui illi iussum est quod habebat. Sic. n.
accipiendum est,ac si diceret. Facies eum socii
gloriæ tuæ. Non enim res huiusmodi quasi par
ticulariter diuisæ minuuntur,sed totæ sunt om
nibus,totæ singulis, qui earum societatem ha-
5 bent. Hæc ille. AVCTOR. Totam † ergo glo-
riam suam dedit Moyses Iosue, & totam in scip
so per cõicationem societatis retinuit, & dona-
uit: & hæc est talio charitatis. Qualiter omnis
homo debet omnia bona vel moris, vel indu-
striæ,uel naturæ in medium quoddam conferre
Amb.To.1 ut oẽs simus vna charitate participes, prout do
cet li. 1. de offi. ca. 16. AMBR. Ergo secundum
dei uoluntatem,uel naturæ copulam inuicẽ no
bis auxilio esse debemus: certare officiis, uelut
in medio omnes utilitates ponere, & ut uerbo
scripturæ utar,adiumẽtum ferre alter alteri,uel
studio,uel officio,uel pecunia,uel operibus,uel
quolibet, ut inter nos societatis augeatur gra-
tia,nec quisquam ab officio uel periculi terrore 8
A reuocetur,sed omnia sua ducat vel aduersa, vel
6 prospera. Hæc ille. AVCTOR. Omnes † ecce
utilitates nostræ in medium sunt conferendæ
ut adiuuemus alterutrum,vel studio, vel pecu-
nia,vel operibus,ut saltem diuisis spiritualibus
uiris ab his,qui carnales sunt,nullus ab officio
reuocetur: sed qualiter sua ducat in medium,
uel aduersa,uel prospera,ut societatis in Chri-
sto gratia roboretur. Hac de causa gloriabatur
Paulus de mutua communicatione carnalium
& Spiritualium. 2. Corint. 9. Per probationem, 2.Cor.9.
inquit,ministerii huius glorificantes Deum in
obedientia confessionis vestræ in euangelio
Christi, & simplicitate communicationis ve-
stræ in illos, & in omnes, & in ipsorum ob-
secratione pro uobis desiderantium uos pro-
pter eminentem gratiam dei in uobis. Ecce glo
ria Pauli,propter simplicitatem communicatio
nis in illis & illorum pro eis,hoc modo coope-
ratores & comparticipes in alterutrum dici de-
bent secundum tenorem apostoli, isti spiritua-
lium bonorum ex pauperibus, hi carnalium bo B
norum ex diuitibus: prout Gaium,quia cõmu-
nis erat hospes ecclesiæ,cooperatorem veritatis
euangelij Ioannes appellat in sua canonica, di-
cens Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, Beda
ut cooperatores simus veritatis. BEDA. Iungit
se beatus Ioannes,qui omnia dimiserit propter
Christum personis fidelium diuitum,quatenus
eos ita alacriores reddat ad m isere nd m paupe
ribus,& peregrinis. Et infrà. Cooperuores au-
tem dixit veritatis,quia qui spiritualat bona ha
bentibus tẽporalia subsidia tribuit,in ipsis do-
nis spiritualibus cooperator existit. Nam pauci
qui spiritualia dona perceperant,multi qui tem
poralibus abundant,per hoc se diuites uirtuti-
bus pauperum inserunt,dũ eisdem sanctis pau-
peribus,de suis diuitiis solatiantur. Hinc etẽ
dñs ait,Qui recipit prophetam in noie prophe
tæ,mercedẽ ꝓphetæ accipiet: & qui recipit iu- C
stũ in noie iusti, mercedẽ iusti accipiet. Hæc il-
le. AVCT. Apertè † docet sanctus pater quid sit
7 participare meritis sanctorũ. Cooperari,inquit
spũalibus viris t pali subsidio,aut istũ econtra-
rio diuiti,subsidio spũali. Vnde p hoc,inquit,di
uites se pauperũ virtutibus inserũt,vt vna arbor
bona fiãt vtriq;. Et nõne meritis pauperũ inse-
runt? Sic palã dicit scriptura,q̃ infert,Qui reci-
pit iustũ,inquiẽs,in noie iusti,mercedẽ iusti ac
cipiet. Et nõnunquã virtutibus eorũ inseruntur
quibus accedũt participes,tàm ꝓp efficaciã pre
cũ,q̃ ꝓp imitationem morũ. Qualiter Alexãder
in amicitiã & societatẽ incitatus est Ionathæ,di
cẽs. Núquid inueniemus aliquẽ virũ talẽ,& fa-
ciemus cũ amicũ,& sociũ nostrũ? 1. Mach. x. vbi
i exposi. li. 2. c. 15. Qđ † reges Syriæ atq; Aegy- Rabanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pti contendentes de regno, auxilium & amicitiam Ionathæ singuli expetebant, non aliud siguare arbitror, nisi ꝙ carnales quique, superbi, auari, atque voluptuosi, licet inter se semper dissentiant, & iura pacis nequaquam firmiter seruare possint, nonnunquam tamen videntes vna nimitatem & cõcordiam sanctę ecclesiæ, ipsi deferunt honorem: quia donum, quod se habere non conspiciunt, in habente uenerãtur. Nõnulli per hoc eius quærunt opitulationem, eiusque optant habere amicitiam, vt inde opportunis solatiis adiuti, per imitationem virtutum & ipsi meliorẽtur. Hæc ille. AVCT. Quàm efficax medicina corruptis participationem societatis habere cum bonis: ideo monentur intus à spiritu eos uocante, carnales & diuites ad concordiam & fraternitatem ecclesiæ festinare, eiusque con corporari precibus, & solatiis inseri, ut eorum solatiis spiritualibus adiuuentur, & virtutum exemplis, meliores reddantur. Nõ enim otiosè, nec superuacaneè dixit Psalmista. Cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris. Vnde & Saul inter prophetas receptus prophetauit statim vt ipsi. Sed quid efficit hoc inquam vltra generalem communionem fidelium? multum ex gratia peculiari, vt suprà retulit Augustinus. Vnde quidam dicuntur orationis Christianæ participes extra communionem sanctorum, velut dominus Iesus pro suis crucifixoribus intercessit, & credebant multi sacerdotum, & participabant. Et Stephanus pro se lapidantibus orauit, & profuit sancto Paulo. Et apostoli proregibus & persecutoribus intercedere docuerunt, & iis, qui in sublimitate sunt positi. Quidam verò participare dicuntur, qui intra cõmunionem ecclesiæ sunt participatione sacramentorum: sed non intra illam, de qua facit symbolum communionem sanctorum, ut sunt hæretici, & schismatici. Alij item participant, qui intra illam sunt per pacem & societatem ecclesiæ. Et hi primò participant, ut conuiuæ domestici in vna mensa meritorum, cæteri priores, vt inuitati conuiuio. Vnde de hac communione duplici, lib. 7. de vnico baptismo contra Donatistas. AVGVST. Communionem . cedo, eam dicit, quæ pertinet ad columbæ societatem: nam in participatione sacramentorum proculdubio communicabant eis, scilicet, hæreticis. Sequitur. Certè enim non communicat hæreticus, nisi ecclesiastico baptismo baptizatus. Hæc ille. AVCT. Hic† igitur est primus gradus communionis symbolicæ: cum fidelis in eadem euangelij, & sacramentorum ecclesiæ, & sociali pace ecclesiæ fœderatur. Quibus ita repertis participia meritorum & suffragiorum communicantur, vt fratribus peculiaribus & collegis. Non enim possunt esse fratres, qui non vnum Christum prius patrem, & vnam matrem haberent ecclesiam. Hac ipsa forma seruata, beatus Paulus ad Philippen. suffragia sua commisit. Ego, inquit, audiens fidem vestram quæ est in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, nõ cesso gratias agẽs pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis. Supponit primò eos i fide, & pace ecclesiæ, & tunc orationum suarum participium superaddit in generali communione fidelium: eos prius fratres habebat per prædicationem euangelij, modo peculiari forma eos aggregat intra participium orationum, & gratiarum diuinitùs actionẽ. Et hoc ab antiquo peruenit ad ecclesiam. Nam & in libro primò Machabæorum legitur, Ionatham amicitias & societatem renouasse cum Romanis: non autem fratres eos dixisse, aut contulisse suffragia, quæ tamen Spartiatis effecerat. Duodecimo enim ca. legitur. Ionathas Summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum Spartiatis fratribus salutem. Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam primum sacerdotẽ à Dario, qui regnabat apud nos, quoniam estis fratres nostri. Sequitur. Nos cum nullo horum indigemus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, & amicitiam, nè fortè alieni efficiamur à vobis. Multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos, & subdunt sancta suffragia. Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus, & cæteris, quibus oportet, memores sumus uestri in sacrificijs, quæ offerimus, & obsecrationibus, sicut fas est, & decet meminisse fratrum. Et infrà. Mandauimus itaque eis, veniant etiam ad vos, & salutent uos, & uobis reddant epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. Et nunc bene facietis respondentes nobis ad hæc. Hæc ibi. AVCTOR. Ecce quia fratres eos habebant genere, addiderunt eis fraternitatem in sancta prece, & sacrificio, & omni memoria oblationis & obsecrationis fraternæ. Videtis † ergo quoniam nõ sunt nouæ tales fraternitatum literæ signillatæ. Et sequitur epistola responsalis. Onias Ionathæ sacerdoti magno salutem. Inuctum est in scriptura de Spartiatis & Iudæis queniã sunt fratres, & quia sunt de genere Abraham. Et nũc ex quo cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace uestra. Sed & nos rescripsimus uobis. Pecora nostra, & possessiones nostræ, uestrę sunt, & uestræ, nostræ. Mandauimus itaq; hæc nuntiari uobis. Et libro. 2. expositionis in hunc librum. RABANVS. Iosephus huius loci mentionem faciens, non uidetur tantummodo cognationem Spartiatarum cum Iudæis, uerùm etiam

1.Reg.16.

Act.7.
1.Tim.2.

Aug.To.7.

Rabanus.

etiam aliquam societatem velle exprimere, qui taliter Lacedæmoniorum epistolam scriptam refert. Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Legẽtes scripturam antiquam, inuenimus ex uno genere Iudæos, & Lacedæmonios extitisse, & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo, vt fratres existatis, & transmittere ad nos, & petere quæ uobis necessaria iudicatis. Facimus uerò & nos idem, & nostra propria simul & uestra reputamus communia. Portitor literarum Dunotilis epistolas vobis deferẽ quadrangulo scriptas, signaculum habentes aquilam draconem unguibus portantẽ. Hæc ille. AVCTOR. In vnum connectamus dicta ista è scripturis, & sensum sancti spiritus ponderantes, habebimus non inutiles esse has literas suffragia mutua promittentes, vbi cùm fratres essent mutui generis ex Abraham longè distantes, vt se propinquos facerent, hi pro eis oblationes, & preces, & sacrificia legalia, hi ecõ trario carnales sua pecora, & possessiones, & prædia communiter offerebant. Quid aliud rogo, quàm vt ait Apostolus, si spiritualium eorum participes facti sunt, debent & hi in carnalibus ministrare eis? Placuit enim, & debitores sunt eorum. Et quid circa hãc rem dixit scriptura? Benefacitis scribentes nobis de pace uestra. Hoc agunt prælati ecclesiarum, & claustrorum in literis, quas Witcleff in calumniam ducit: hoc egerunt sancti isti, quos scriptura commemorat, addentes signaculum aquilæ draconem portantis in unguibus: & sub hoc signaculo iustum arbitrabantur petere ab eis, quæ necessaria iudicabant, addentes, ut fratres existatis. Et hoc ipsum fraternitatis charitatem nominabat Apostolus ad Hebræ. 13. Charitas fraternitatis maneat in uobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Et primæ ad Thessal. 4. de Charitate autem fraternitatis non necesse habui uobis scribere, etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Et Petrus Apostolus in canonica sua secunda. In pietate fraternitatis amorem, in fraternitatis amore charitatem. Etenim beatus Gregorius existimat has esse pennas alterius ad alterum sub firmamento directas, quas Ezechiel commemorat. Vnde libro primo super Ezechi. homilia. 7. GREGOR. Tunc† pẽnæ uirtutum sub firmamento rectæ sunt, quando bonum, quod alter habet, hoc alteri impendit: ut qui terrenã substantiam accepit, indigentis proximi inopiã subleuet: qui doctrinæ gratia plenus est, ignorantis proximi tenebras uerbo suæ prædicationis illustret: qui temporali potestate subnixus est, oppressos à violentis releuet. Sequitur. Qui à terrenis actibus liber soli Deo uacare meruit pro delinquentibus proximis exoret. Fit autẽ sæpe, ut qui terrena substantia nimis occupatur, orationi non quantum debet, inuigilet. Et fit plærunque, ut is, qui ad exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus uacat, sustentationem uiuendi non habeat. Sed dum dues porrigit alimentum, atque uestimentum pauperi, & dum pauper orationem suam animæ diuitis impendit, pennæ animalium rectæ alterius ad alterum tenduntur. Nam dum ille mihi uerbum prædicationis exhibet, & lumen ueritatis ex corde meo ignorantiæ tenebras expellit; dumq; ego illi, quia fortè à mundi huius potente opprimitur, solatium meæ defensionis impertior, atque hunc de uiolentis manibus euello, uicissim nobis pennas nostras tendimus, & nos affectu & ope uicaria ex bono, quod accepimus, tangimus. Vnde benè primus pastor admonet dicens. Omnium autem finis appropinquabit. Estote itaque prudentes, & uigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in nobismetipsis charitatem habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Quòd ergo apud Ezechielem pẽna, hoc apud Petrum apostolum accepta gratia dicitur. Et quod ille ait rectæ pennæ alterius ad alterum, hoc ecclesiæ pastor dixit, unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Pennæ enim nostræ rectæ iam non sunt, si ad utilitatem nostram solummodo reflectuntur: sed tunc rectæ fiunt, cùm in utilitatem proximi dirigimus quod habemus. Hæc ille.

1.Cor 9.

1.Thes.4

2.Pet.1.

1.Pet 4.

C ¶QVOD SANCTOS PAVPERES debent fideles præcipuè carnalium suorũ habere participes. Cap. CI.

SVMMA.

1 *Pauperum duo genera, scilicet pauperum sanctorum & uulgarium egenorum.*

2 *Pauperes sancti, & religiosi præ cæteris nutriendi.*

3 *Paulus pro quibus pauperibus postulare non erubuerit.*

4 *Witcleff, quã impiè dixit contra deum iure euangelij pascendos esse pauperes publicos, sanctis dimissis.*

5 *Dãdum, quòd sit omnibus sine morum discussione, non tamen ob malas artes.*

6 *Argenti modij pauperibus missi.*

7 *Christiani, quòd omnibus pauperibus sint debitores, maximè uero sanctis.*

Contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONtra prædictas scripturas addit Wit A
cleff loqui verba prophana capit. 31.
quarti trialogi, Homines, quibus fra
tres concedunt talia, multipliciter de
merentur. Primò, quia sunt in fide instabiles, di
mittentes fidem catholicam propter mendacia
friuola horum fratrum. Secundò, quia tales cæ 2
cati, nutriunt fratres Antichristi discipulos, &
dimittunt pauperes infirmos, cæcos, claudos, &
debiles, quibus de iure euangelii debent dare.
Hæc ille. AVCTOR. Nihil ex his probat, qua
si tantum dixisse sufficiat, Testem Christum in
uoco, qui pro nobis pauper factus est, cum es
set diues, q̃ nihil in pauperum publicorum de
trimentum, nihil in eorum præiudicium opera
ri propono. Sed quia iste scripturas inuocat cõ
tra pauperes sanctos Christi, præponens eis il
los coactos inopes, & pauperes publicos, quan
tum sufficit ad repellendum iniuriam, veritatẽ
meram de scripturis eliciam, Christo iudici cõ
mendando residuum. Duo† igitur genera pau- B
perum iam dixi, pauperum. s. sanctorum, qui sic
uocantur in scripturis: & vulgarium egenorũ.
Primi paupertatem subierunt pro Christo, se
cundi in Christo. Primos (audeo dicere) eum
omni sollicitudine curabant apostoli in scriptu
ris suis, vt suprà addidi lib. 4. mittentes eisdem
de communi consilio Paulum & Barnabam, dã
tes eis dextras tantùm, vt pauperum memores
essent. Dextras, tantùm, prout disputat Hiero
nymus viriliter contra Vigilantium, qui inue
nit hanc hæresim, quam modo fouet Witcleff:
hosq; sanctos pauperes semper appellarunt, cu
ius rei rationem aperit, exponendo hunc textũ
apostoli secundæ Corinth. 9. Dispersit dedit 3
pauperibus. AMBROS. Per exemplum, inquit,
ad curam pauperum, vt in omni opere bono a-
bundent. Si enim huius, qui pauperibus largi-
tur, iustitia manet in seculum seculi, quantò ma
gis eius, qui ministrat sanctis? Pauperes enim
possunt dici, qui publicè egeni sunt. Sancti. n.
discernuntur ab his, quia hi serui sunt Dei, insi-
stentes orationibus, & iciuniis, puram uitam ã-
gentes, sicut & Anna prophetissa, quæ non di-
scedebat de templo, iciuniis & orationibus ser-
uiens die ac nocte: omnem curam huius mundi
postponens. Misericordia hæc iustitia appellata
est, quia sciens qui largitur, omnia Deum com-
muniter omnibus dare, quia sol eius omnibus
oritur, & pluit omnibus, & terram omnibus de
dit: idcirco diuidit cum his, qui copiam terræ
non habent, ne beneficiis Dei uideantur priua
ti. Hæc ille. AVCTOR. Accipe fundamen-
tum distinguendi pauperes per scripturam, hos
quidem sanctos pauperes appellantem, & pecu
liariter Dei seruos, quia Deo seruiunt die ac no
cte instar Annæ, ieiuniis & orationibus instan
tes, mundi curis postpositis, quibus misereri, iu
stitiam quandam appellat: & hos præferendo
cæteris pauperibus publicis arguit à maiori: q̃
si huius, qui pauperibus largitur iustitia manet
in æternum, quantò magis eius, qui ministrat
sanctis? Falsè† ergo increpat eos Witcleff con
tra sanctas scripturas dimittere fidem catholi-
cam, qui prius aut potius nutriunt fratres, quã
pauperes, cæcos, claudos, & debiles: quoniam si
hoc sit contra ius euangelii: ergo apostoli, ergo
Paulus in euangelico iure deliquit, qui sanctos
pauperes cæteris in eleemosynis gentium om
nimodè prætulerunt, dicendo, Tantùm ut pau
perum memores essemus. lib. 2. super Esaiam,
textu. Vos depasti estis uineam meam. rapina
pauperum in domo uestra. HIERO. Pauperem
vel simpliciter accipe, qui indiget eleemosyna,
vel certè pauperem spiritu: de quo scriptũ est.
Beatus qui intelligit super egenum & paupe-
rem. Et Paulus apostolus. Tantùm ut paupe-
rum memores essemus. Hæc ille. AVCT. Ergo
nó multi vulgi pauperes includũtur in hac regu
la cũ tñ hos includat, qui pauperes sunt electio
ne vel spiritu, de quibus scriptura psalmistæ pci
puè cecinit beatũ esse, qui super pauperẽ talem
intelligit. Et Paulus hos solos amplectitur di-
cens, tantùm vt pauperum memores essemus.
Hi quidem, & discipuli apostolorum Pauli, &
ipsius Pauli erant, qui cum essent ignobiles, &
inopes, quia tamen pro Christo cuncta tulerũt,
non erubuit Paulus eorum in prædicando com
memorare pauperiem, & postulare inuamen.
Prout Homilia. 3. de laude Pauli CHRYSO-
STOMVS. Neq; † vero hoc solùm admiratione
dignum q̃ tãtam potentiam talis obtinuit, sed C
quoniã discipulorum quoq; illius plurimi pau-
peres imperiti, ac totius erant eruditionis ex-
tranei, in fame, & egestate viuentes ignobiles,
& de ignobilibus procreati, quòd certè ipse ẽt
prædicauit, nec erubuit eorum commemorare
pauperiem, immo necessaria quidem victui po
stulare: proficiscar, inquit, in Hierusalem mini
strare sanctis. Et ut rursus secundùm vnam sab
bati vnusquisq; vestrum reponat quod ei bene
placuerit, vt non cùm venero tunc collectæ
fiant. Hæc ille. AVCT. Vides q̃ pro his postula
re Paulus non erubuit, causam bonam se putãs
habere talium virorum, & sanctorum inopiam.
Horum tutor proprius voluit Paulus esse, & si-
militer diuites alios secundùm Deum iussit es-
se tutores, dicens. Qui subministrat semen se-
minanti, & panem ad manducandum præstabit
& augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ.
secundæ Corinth. 9. Vbi in expositione AMBR.
Hæc est iustitia, ut quia Deus dat, retribuat ex
eo homo ei, cui deest. Hos enim uult ministros A
esse ipsorum, qui potiora eligentes, copias præ
sentis temporis spernunt, totos se Dei rebus o-
bligantes. Vnicuiq; enim secundùm bonam uo
luntatem Deus præstat auxilium. Sancti enim
quia nihil volunt possidere, nisi victum habe-
re, & vestitum, hos, qui habere volunt, tutores
illorum Deus esse disposuit: vt qui bene & sim
pliciter eis ministrauerit amplificetur Dei nu-
tu, vt habeat vnde semper possit largiri, & ad
præsens locupleatus, & in futurum. Hæc ille.
4 AVCT. Iam † potest videre Witcleff, quàm im-
piè dixit contra Deum iure euangelii pascen-
dos esse pauperes publicos, sanctis dimissis.
Ambrosius totum hic agit pro releuandis san-
ctis pauperibus, dicens uoluntatem Dei esse, vt
horum diuites sint tutores. Quorum putas? Nõ
simpliciter pauperum dicit, sed qui copias præ
sentes spernunt, totos se Dei rebus obligantes:
qui nihil volunt hic possidere præter uictum,
& uestitum. Horum pauperum eos, qui hæc ha
bere volunt, tutores Deus esse disposuit. Non B
ergo prædatores, aut dimissores. Cur autem ho
rum præcipuè, prima quæstione ad Edibiam
HIERO. Rationem assignat euangelii iubentis hos facere amicos de mammona iniquita-
tis, ut nos recipiant in æterna tabernacula. Et
ad Iulianum in epistola consolatoria de amissis
pignoribus HIERO. Difficulter intrant diui
tes in regnum cœlorum, quod expeditos, & ala
rum leuitate subnixos habitatores desiderat.
Vade, inquit, & vende, non partem substantiæ,
sed vniuersa quæ possides, & da, non amicis, nõ
consanguineis, non propinquis, non uxori, non
liberis: plus aliquid addam, nihil tibi ob metum
inopiæ reseruaueris: ne cum Anania damneris,
& Sapphira: sed da cuncta pauperibus, & fac ti-
bi amicos de mammona iniquitatis, qui te reci
piant in æterna tabernacula, vt me sequaris ut
dominum mundi. Hæc ille. AVCT. Hoc ponde
rat semper Hieronymus in processu uerborũ
huius euangelii, vt amicos sibi faciat quis de
mammona iniquitatis, qui cum recipiant in æ- C
terna tabernacula. Ipsi inter omnes sunt sancti
pauperes, qui cuncta reliquerunt, donantes pro
Christo, ut ipse iussit: aut deferentes ea paupe-
ribus, vt Christum sequerentur ex tempore.
Hi quoque in amicos conciliandi sunt, non tan
tùm quia sic Christo per sequelam proximi sui
sed etiam quia cum Christo iudices diuitum
sunt futuri: hoc promittente eis Christo qui nõ
potest fallere de promissis. Vos, qui reliquistis
omnia, in regeneratione cum sederit filius ho-
minis in maiestate, sedebitis & uos super sedes.
12. iudicantes. 12. tribus Israel. Hi ergo præ
aliis amici facti diuitibus de mammona iniqui
taris, non tantùm precibus in hac uita, sed & in
iudicio futuro in æterna tabernacula introduce
re possunt beneficios suos, data eis à Christo iu
diciaria potestate. Vnde super primum uersum
psalm. 40. Beatus, qui intelligit super egenum
& pauperem. CASSIO. Legitur, inquit, omni
petenti te, tribue, scriptum est. n. Desudet elee
mosyna in manu tua, donec inuenias iustũ cui
des: sed si omnes iustos quærimus, imperatam
constringimus largitatem, uerum hæc causa in
sola pia uoluntate consistit: quia non est no-
strum prius mores discutere & sic indigentiæ
subuenire. Sufficit nobis, ut nos dare aliquid
malis artibus nesciamus. Nec opiniones homi
num captando, eleemosynam largiamus, sed o-
peremur solo affectu subueniendi & quid nos
præcepit diuinitus intuendi. Qui sic dederit, & si
iustis non det, iustè rñ omnibus erogauit: Sed
maior opera danda est, ut sanctis uiris in aliqua
indigentia subuenire debeamus propter Chri-
stum dominum, qui de pauperibus suis in indi
cio proprio dicturus est, Qui fecit uni ex mini
mis istis, mihi fecit. Quid. n. dici potest subli-
mius, quidve gloriosius, qñ aut ipsi prætermis-
si in ignem dirigent, aut remunerati nos ad de
xteram collocabunt? Sed aduerte quòd dixit, in
telligit: ut ẽt non petentibus talibus offeratur:
nam qui petẽti tribuit, bonum opus efficit, qui
uerò tacentem intelligit, beatitudinem sine ali
qua dubitatione conquirit. Hæc ille. AVCT.
Tria diuersa disposuit nobis Christus in hac se
rie sancti patris studiosè pensanda. Primò, q̃ ul
timò iam sonuit eleemosynarios diuites tãta cu
ra debere intelligere necessitates sanctorũ pau
perum, ut eis etiam non petentibus tribuant,
& præueniant indigentes. Nam non indiget,
inquis. Qualiter tibi constat? Securius & san-
ctius nondũ egenti subuenies, q̃ egere expecta
tione tua compelles. Paulus abũdauit acceptis,
gaudebat tñ Philippenses sibi communicare, &
missa recepit. Gauisus sum in domino, inquit,
uehemẽter, qñ tandem aliquãdo reflоruistis, p
me sentire, non quasi pp penuriam dico. Ego
.n. didici in quibus sum sufficiens. Et sequitur.
Habeo aũt omnia, & abundo. Repletus sum ac
ceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem
suauitatis hostiã acceptã, deo placentem Philip.
4. Vbi in expositione REMIG. Repletus sum,
inquit, sub omni abundantia acceptis ab Epa-
phrodito, subaudi muneribus, quæ subaudi mu
nera misistis. Miserãt illi Philippenses, aut aurũ
aut argentum, & uestimenta p Epaphroditum:
in quibus ipse multum congratulatus est. A-
pud Deum odor suauitatis est intentio bona
& voluntas promptissima offerentis. De qua
legimus in Genesi, quia odoratus est dominus
odorem

Pauperum 1 duo genera

Tome 1.

Gal. 2.

2. cor. 9.
Amb. To. 5

Luc. 2

Pauperes sancti & religiosi præ cæteris in eleemosynis præferendi.

Gal. 2.
Esa. 3.

Hie. To. 5
Psal. 40.

Ruff. 1. cor. 16.

Chri. To. 5

Mat. 19.

Mat. 25.

Philip. 4.

Gen. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

odorem suauitatis. Hæc ille. AVCTOR. Item † inter superiora uerba Cassiodori notabatur sine discussione iusti vel iniusti dandum pauperibus vniuersis, hæc, inquit, causa in sola pia volũtate consistit, nec est nostrum prius mores discutere, sed sufficit nobis, ut nos dare aliquid malis artibus nesciamus: hoc contra impiam Witcleff sæuitiam, iubentis, & exhortantis inquirere de egeno, ne fortè quis foueat, Christi aduersariũ contra Christum. Sed contra hanc hypocrisim Pharisæorum ait Christus in euangelio: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Vbi libro. 4. super Lucam capit. 3. BEDA. Si ipse bonum bona intentione patrauerit, non habens in conscientia tua aliquam partem tenebrosæ cogitationis: etiam si contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri, uerbi gratia, aut de pecunia, quam à te indigens & petens acceperat, facere vel pati aliquid mali, aut de uerbo exhortationis, quo errantem corrigere uolebas, fortè perniciosius errare: tu tamen pro tuo simplici & lucido corde, & hic, & in futuro lucis gratia donaberis. Hęc contra hypocrisim pharisæorum subdolè signa quærentium. Hæc ille. AVCT. Quid ergo turbat Witcleff lucidas conscientias hominum? bona intentio pauperi dantium forsan malo re uera quæratur, & amicus pauperum nusquàm erat. Nec quod hic dixit de pauperibus cæcis & claudis, ipsis fouendis, dixit de vulgo: sed magis ad subtrahendum, eis pauperibus sanctis, qui degunt in claustro. Qualiter Iudas occasionem sumpsit quasi ex parte pauperum loquendi contra Christum: potuit, inquiens, venundari multo, & dari pauperibus. Sed alius euangelista hoc (inquit) ait, non quia de pauperibus pertinebat ad eum, sed fur erat. Aliter rogo cur diceret aliis in locis quòd Christus & sui apostoli nonsic corporales eleemosynas sed spirituales faciliùs ministrarunt? de officio pastorali capite. 10. Et iterum nec Christus in persona propria, nec suos apostolos voluit fieri talium distributores. libro de diabolo in fine. AVCT. Qualiter ergo constituit Christus Iudam dispẽsatorem loculorum non est ignotum euangelium. Et Christus tantam curam habuit egentiũ populorum: quibus ducentorum denariorum panes non sufficerent, vt vnusquisque modicum acciperet: diceret tamen Philippo, vnde ememus panes ut manducent hi? Et septem diaconos quis instituit ministrare mensis? nũquid apostoli Christi, ante quos ipsi apostoli exercebant officium, dicentes: non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis? Et penè in omnibus epistolis suis Paulus mentionem facit benefacere sanctis pauperibus in Hierusalem. Qualiter ait ad Romanos. 15. Nunc † proficiscar in Hierusalem sanctis ministrare. Vbi in expositione REMIGIVS. Sanctos appellat illos, qui pro Christi amore omnia sua reliquerant, aut vendiderant, & pretium illorum ad pedes apostolorum posuerunt. Vel illos, qui deprędati fuerant à Iudæis non credentibus: quos laudat in epistola ad Hebræos, inquiens. Rapinam bonorum uestrorũ cum gaudio suscepistis. De istis etiam dixit Esaias. qui recessit à malo eorũ prædæ patuit. Isti omnes, qui omnia reliquerant, vel qui expliati fuerant, qui scientiam prædicandi nõ habebant, ut ad prædicandas gentes possent ire, erant in Hierusalem vacantes iugiter orationibus, ac ieiuniis. Quibus apostolus de singulis prouinciis, & locis, in quibus prædicabant quicquid pecuniarum, argenti, aut frumenti, vel vestimentorum accipiebant, eis mittere satagebant: maxime tamen Paulus, qui pluribus gentibus prædicabant. Vnde † dicunt doctores, quòd aliquando amplius quàm tres, aut quinque modios argenti eis mittebat. Probauerunt enim Macedonia & Achaia, id est, sanctum & bonum uisum est illis collationem aliquam facere munerum in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem. Hæc ille. AVCTOR. Videant omnes homines si Christus & apostoli nolebant esse talium corporalium distributores, puta auri, & argenti, uestium, ciborum, & huiusmodi corporalium. Vsquequò hic homo contra planas scripturas frontem opponet cornutam? Ita ut trium, aut quinque modiorum argenti distributio nulla putetur. Condoleo mendacijs eius tam numero copiosis. Se † ergo omnibus pauperibus debitores esse nouerint Christiani. Nullum egenum excipio, nec dico dimittendum sanctum, ut uulgari detur, quod contra euangelicam rationem est. Nec dico dandum sanctis, cæteris dimissis, quod impium est, sed omnibus dandum cẽseo, maximè uerò sanctis, qui more istorum sanctorum Hierusalem omnia uendiderunt, aut penitus reliquerunt, uacãtes iugiter orationibus, & ieiunijs, qui & beneficos suos censoria quadam potestate, prout iã suprà dixit Cassiodorus, in æterna tabernacula possunt inducere: & de quibus omnem sollicitudinem fecerunt apostoli, & quibus prouidere non desinit ipse Christus. Vnde psal. cap. 3. tractatu. 3. uersu, Producens fœnum iumentis AMBROSIVS. Nemo dicat, nobis præceptũ à Christo est, ut seruo Dei detur, mendico nõ detur. Absit prorsus. Impius ista loquitur, da illi, sed multò magis illi. Ille enim petit, & in uoce petentis agnoscis cui des. Ille autem quantò minus petit, tantò magis uigilandum tibi ut tu præoccupes petituram, aut fortè modò non petiturum,

Dandum omnibus sine morã discussione, nũ sa mẽ ob ma las artes.

Lu. 11. Beda.

Matt. 26. Io. 12.

Io. 6.

Act. 6.

Ro. 15.

Remigius.

Heb. 10.

Esa. 33.

Apostolus de singulis prouinciis, & locis, in quibus prædicabant quicquid pecuniarum, argenti, aut frumenti, vel vestimentorum accipiebant, eis mittere satagebant.

Vsal. 10. Ambr.

pes periturum, aut fortè modò non periturum, & aliquando damnaturum. Itaq; curiosi estote ad ista fratres mei, & inuenietis multorum Dei seruorum indigentiam, tantùm vt velitis. Et bene post. Cum ergo sunt quisq; suscipit, non suscepto, sed susceptori præstatur. Nunquid in illa fame non pascebatur Elias? Nonne coruus asserebat carnem & panem seruo Dei seruiente creatura? Missus est autem pascendus ad viduã, non vt militi, sed ut prouinciali aliquid præstaretur. Hæc ille. AVCTOR. Quid amplius contra Witcleff dici posset præferentem pauperes cæcos, inopes, publicos, seruis Christi sanctis pauperibus, allegando primis victum iure euangelii, quod nos concedimus, dummodo primos præferat istis secundis, dicentibus sanctis omnibus: da illi, sed multò magis illis? Et illum præoccupes petiturum, aut fortè modò non petiturum: & aliquando damnaturum. Nam ut tuam opem in eius sustentatione prouideas plusquã suam, dominus ipse Eliam seruum suum sine omni homine pauit in coruo: vt autem beneficiendi occasionem sumeret, demum pauit ex feminа. Et putas Eliam istum publicum fuisse mendicum? Semper ergo in diuina lege pauperes sancti & religiosi uiri in eleemosynis percipiendis cæteris prælati sunt. Quod item Christus exercuit, & fecerunt apostoli, primò omnium de perfectis in omni sua distributione curantes. Vnde libro de catechizandis rudibus ante finem. AVGVST. Itaque iam ueteris hominis terrena desideria mortificantes, & spiritualis uitæ nouitate flagrãtes, sicut præceperat dominus in euangelio uendebant omnia, quę habebant, & pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum ponebant: ut ipsi distribuerent unicuiq; sicut opus erat: viuentesq; in Christiana dilectione concorditer, non dicebant aliquid suum, sed erant illis omnia communia: & anima una, & cor vnum in Deum. Et infrà. De Paulo loquens. Ecclesias autem constituens p omnes gentes, qua euangelium seminabat, impendere præcipiebat, ut quoniam ipsi ex idolorũ cultu uenientes ad unum Deum colendum, adhuc rudes non poterant facilè rebus suis venditis, & distributis Deo seruire, oblationes facerent in pauperes sanctorum, qui erant in ecclesiis Iudeæ, quę Christo crediderant. Ita illos tanquàm milites, istos autem tanquàm stipendiarios ꝓuinciales apostolica doctrina constituit, inferẽs eis Christum uelut lapidem angularem. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̃ rudes illos de gentibus constituit apostolica doctrina in primæuis ecclesiis oblationes facere in pauperes sanctorum per ecclesias Iudeæ, qui iam rebus suis renuntiauerant, ut secundum uerbum Christi fo rent perfecti: quibus tunc distributionẽ ipsi fecerunt apostoli, ipsi postulauerunt, ipsi pertulerunt, ipsi quoque manibus distribuerunt oblata: quam curam peculiariter in religiosos uiros succesloribus suis postmodum commiserunt episcopis, prout cap. 2. Vrbanus Papa. Ipsæ uero res indictione singularum parochiarum, episcoporum, qui locum tenent apostolorum, erãt & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Ex quibus episcopi & fideles dispensatores eorum, omnibus communem uitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur.

3 Reg. 17.

Act. 4.

Vrbanus pa.

¶ QVOD FIDE SVNT CERTI de suo participio cum sanctis, qui communicant cum eis in carnalibus. C. CII.

SVMMA.

1 *Fides quòd non sit opinatio, sed res certa.*
2 *Desperandum de nullo dum uiuit.*
3 *Præsciti quòd possint emendari, & salui fieri.*
4 *Peccatum ad mortẽ irremissibile. Et quãdo tale dicatur, secundum Augustinum.*
5 *Christus quomodo orauit pro nõ euenturis, quæ tamen euenire poterant.*
6 *Orandum quòd sit sine hæsitatione.*
7 *Fraternæ orationes, quòd expiationem obtineant scelerum, & impetrent charitatem.*
8 *Emendationis utrorum carnalium probatio.*
9 *Paulus purus homo, quomodo securauerit fideles socios factos, & participes meritorum apostoli eorum, contra Witeleff.*

HVIVS autem commercii certitudo aliqua est, aut nulla. Sed non uidetur piè, aut catholicè posse dici quòd nulla: quia tàm certificè dixit apostolus: Si spiritualium eorum facti sunt participes & in carnalibus debent eis ministrare. Sed de participio spiritualium quis efficit eos certos? sic arguit Witcleff. 4. trialogi capit. 30. De bono promisso ementes non habent certitudinẽ. Cum fratres ex parte sui habent certitudinem de bono sperato: uidetur quòd seminant deceptionem friuolam utrobique; acsi uenderent catum in sacco. Et iste item catus sic uenditur, in sermone quadragesimosecundo. tertiæ partis. Et hæc ratio currit ubique in libello de oratione capitu. tertio. Nemo (inquit) mercaretur cum alio emendo aliquid, nisi de commercio sit securus. & in speculo militantis ecclesiæ capite. 25. & centies alibi.

1 AVCT. Propter † hanc certitudinem fidei christia-

Sanctis in eleemosynis suscipiendis datur alijs pauperibus præferre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

christianæ tollendam æstimationem, aut reputationem aliquam incertam, ipse solet exponere, vt sicut fidem, ita spem Christianorum tollat è mundo, vt nihil nobis certum remaneat, nihil fixum. Hoc & Petrus Abellardus conabatur contra apostolos, prout in libello contra eû ad Papam Innocentium ait BERNAR. Denique in primo theologiæ, aut potiùs stultilogiæ suæ circa finem desinit æstimationem, quasi cuiq; in ea sentire, & loqui liceat, quæ libeat, aut pendeant sub incerto in vagiis & variis opinionibus nostræ fidei sacramenta: & non magis certa veritate subsistant. Nonne si fluctuat fides, inanis est & spes nostra? Stulti ergo martyres nostri subsținẽtes tot acerba propter incerta: nec dubitantes sub dubio remunerationis præmio durum per exitum, diuturnum inire exilium. Sed absit, vt putemus in fide, vel spe nostra aliquid (vt quis putat) dubia æstimatione pendulum, & non magis quod in ea est, certa ac solida veritate subnixum, oraculis, ac miraculis diuinis persuasum, stabilitum, & consecratum partu virginis sanguine Redemptoris, gloria resurgentis. Testimonia illa facta sunt nimis credibilia, si quo minus, ipse postremò spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd filii Dei sumus. Quomodo ergo audet quis dicere existimationem nisi qui spiritum istum nondum accepit: qui euangelium, aut ignorat, aut fabulã putat? Scio cui credidi, & certus sum (clamat Apostolus) & tu mihi subsibilas, fides est æstimatio, tu mihi ambiguum garris, quo nihil est certiùs. Hæc ille. AVCTOR. Sed nunquid est fides, inquit Witcleff, quòd petitiones vestræ sic innotescunt apud Deum? Nihil mihi cum malè, aut iniustè orantibus, cùm de fide agitur, omnia cum charitate faciamus, quæ omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. E contrario, superstitio, vel hæresis ponit, secundum Prophetam, bonũ malum, & malum bonum, dulce quoque amarum, & amarum dulce, tenebras lucem, & lucem tenebras. Vis audire, quid non fides sola, sed ipsa veritas ait? Quicquid orantes creditis, petite, quia accipietis, & fiet uobis. Et sub hac spe iussit, Petite, & accipietis, Pulsate, & aperietur uobis. Sub hac item spe, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Absit, ut in hac fide, uel spe nostra aliquid, ut Witcleff putat, dubia æstimatione sit pendulum: nihil plùs Christus iubet, quàm ut credamus in eum. Inde Augustinus in fide solebat orare Deum, libro Confessionũ suarum, Da quod iubes, & iube quod uis. Quod verbum eius Pelagius indignè tulit, ut ipse scribit libro de bono perseuerantiæ uersus finem

Fides nõ est opinatio, sed res certa.

Bernardus

Psal. 118.

Rom. 8

1. Timo. 6.

Colos. 1.

1. cor. 13.

Esa. 5

Mat. 11.

Lu. 11.

Lu. 16

A AVGVSTINVS. In eis certè dixi domino nostro, da quod iubes, & iube quod uis, quæ uerba mea Pelagius Romæ, cùm à quodam fratre, & coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotiùs penè cum eo, qui ea commemorauerat, litigauit. Quid uerò primitùs, & maximè Deus iubet, nisi ut credamus in eum? Et hoc ergo, si ipse dat, bene dictum est, da qđ iubes. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ergo certitudo uiri fidelis, ut credat à Deo accipere, & maximè quod sibi placet, iubere. Hoc primitùs hoc maximè iubet Deus, ut credamus in eum, nec tantùm iam, sed vt fundamentum certitudinis in orando quæramus: veteris legis adeamus fidem. Si item carnales illos de oratione pro eis facta dominus misit in hac perplexitate Witcleuistica suæ propitiationis incertos. Leuitici quarto scribitur. Si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod cõtra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suum, offeret vitulum pro peccato, &c. Rogante pro eis sacerdote, propitius erit dominus. Item si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam Domino hircum de capris, &c. Rogabitq; pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Item si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, offeret capra immaculatam, &c. Rogabitq, pro eo, & pro peccato illius, & dimittetur ei. Ita anima, quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, uel malè quid fecerit, vel bene, & idipsum iuramento, & sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit suum delictum, aget pœnitentiam pro peccato, ut offerat agnum de gregibus, siue capram, orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius. Item si anima præuaricans cæremonias per errorem in his, quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit, offeret pro delicto suo arietem, &c. ponet suprà, tradens sacerdoti, qui rogabit pro ea, offerens arietem, & dimittentur hæc omnia ex delictis per obliuionem, uel ignorantiam, uel errorem. Sequitur. De delictis ex contemptu. Anima, quæ peccauerit, & contempto domino, negauerit depositum proximo suo, uel ui aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, & e. pro peccato suo offeret arietem immaculatum, & dabit cum sacerdoti, qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro singulis, quę faciendo peccauit. In his omnibus nihil supponit dominus suę miserationis incertum. Intelligat peccator delictum, & offerat sacerdoti, & statim promittit effectum. Rogabit, inquit, pro eo, & statim dimittetur ei. Si Witcleff maiore securita-

Aug. To. 7

Leu. 4

Desperandum de nullo, dũ uiuit.

Nota

Heb. 6.

securitatem exigat de bono sperato, quam illã fidem à Dei ore promissam, seipsum infidelem conuincit. Ergo cùm fides omnem offerentem sacerdoti, & pro quo sacerdos orat, certificet de dimissione delicti, & propitiatione dei, quomodo est Witcleff ausus contra legem Dei populum ad incredulitatem protrahere, iniectis conditionibus præscientiæ, uel indignitate offerentis, uel orantis? Aut ipse extollit se supra deum, & legem eius uolens uideri in lege condenda peritior, aut cautior in explenda, aut necessitate fidei denictus concedet, quòd meritis, & deuotorum orationibus oratorum deus certos efficit suos participes de bono sperato, & indulto delicto: sic enim admonet plebem beatus præsul augustinus orare pro quodam subdiacono iam ab hæreticis reuerso: addens de nullo desperandum esse, dum uiuit, supra Psal. 36. AVGVST. Nequę enim desperare debemus fratres de aliis, qui fortè legerint uetitatem, non executi fuerint necessitatem. Vsqueadeo enim de cæteris desperandum non est, ut nec de isto desperemus quandiu uiuit. De nullo enim uiuente desperandum est. Hoc ergo fratres ex occasione hac scire debuit charitas uestra, ne fortè quis uobis dicat, nam subdiaconus eorum, qui cum ei nulla quæstio ibi commoueretur, elegit catholicam pacem, & unitatem, & illis dimissis, uenit. Reuersus sicut eligens, quod bonum est, non sicut repudiatus à malis. Sic acceptus est, ut de eius conuersione gaudeamus, & eum uestris orationibus commendemus. Potens est dominus, qui illum faciat etiam atque etiam meliorem. Cæterùm de nullo pronuntiandum est in aliqua parte, siue in bona, siue in mala. Quandiu enim hic uiuitur, crastinus dies ignoratur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc doctrina ecclesiastica est, hæc spem roborat Christianam, ne unquam de aliquo desperemus, dum uiuit. Quid ergo docet nos Witcleff trepidare de quolibet alio si sit præscitus, uel diabolus, & de orationibus, & uita eius facit omnino incertos, immo incertum quemlibet de seipso, quia nec est de se certior, quòd non sit præscitus, quàm de proximo? Ideo doctrina apostoli est, sic de proximo sicut de seipso confidere semper uiciniora saluti. Ad Hebræos. 6. Confidimus autem dilectissimi de uobis meliora, & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus deus, ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis, quam ostẽdistis in nomine eius, quia ministrastis sanctis. Ecce qualem certitudinem facit istis apostolus de bono sperato, propter hoc, quòd ministrabãt sanctis. Non uoluit enim improperare eis cum iniquo Witcleff, quòd emissent catum in sacco, sed non est iniustus deus (inquit) ut obliuiscatur operis uestri, quia ministrastis sanctis. Nec tamen certificauit eos, quòd nullus eorũ, quos dixit sanctos, erat præscitus, aut aliquem item illorum: sed confidere tantùm se meliora, & uiciniora saluti eorum, quia scilicet de nullo censuit desperandum, dum uiueret: de nullo pronuntiare aliud uolebat, nisi q̃ posset bonus esse, si uellet. Item, inter Philippenses tales erãt similes Witeleuistis, improperãtes hominibus de spe futuræ salutis. Vnde apostolus ait, Nihil secundùm irritationem, nec inanem gloriam. ad Philippenses. 2. Vbi in expositione AMBR. Sine dubio erant inter eos dissentientes, & inquieti, & qui inani gloriæ studerent, & uincere uolentes cum atrocitate animi: ubi præmium non est, sed parit lites, & rumpit charitatem. Quæ enim põt esse plebs, in qua aurea uasa, & argentea tantum sint, non & lignea, & fictilia? Sed possunt exercitio boni immutata, fieri aurea, & argentea, quia non naturæ uitium est, sed uoluntatis. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiat Witeleff, qui tam atrociter ingerit religiosis suspicionem, quòd sint præsciti. Scio † non esse talem religiosorum plebem, ut omnia sint inter eos uasa aurea, uel argentea, sed hoc scio, quòd ipsa inter eos, quantumcunque uasa lignea, uel fictilia, & si perpetuis ignibus iam præscita, possunt tamen gratia, & libero suo arbitrio in aurea commutari: quia non naturæ illorum uitiũ est, unde sunt lignea, & urantur, sed propriæ uoluntatis dicit Ambrosius. Propter hoc idem enim peccatum præscientiæ, pro quo nullus oraret. Augustinus seipsum in retractatione libri primi de sermone domini in monte, correxit, quòd dixit illius peccatum esse ad mortem, qui contra gratiam, qua reconciliatus est Deo, fraternitatem oppugnat. Addendum fuit, inquit, si tam scelerata mente uitam finiret. libro primo retracta. * cap. 18. AVGVST. Alio † loco peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioannes apostolus: non pro illo dico, ut roget quis: ita definiui, ut dicerem peccatum fratris ad mortem, puto esse, cùm post agnitionem Dei per gratiã domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur: quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc uitam, quoniam de quantũcunq; pessimo in hac uita constituto, non est utique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Hæc ille. AVCTOR. Vbi est ille ergo in hac uita tam perditus, cui fratres orationes non promittant, ne forte sit præscitus? Pone mihi præscitum, sed

Aug. To. 7

præsciti possunt emendari, & saluari fieri.

*Peccatum ad mortem Aug. To. 5 * ca. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen viuentem,non despero: ideò nec imprudenter oro. Christus † pro pœnitentibus orauit. Nunquid pro saluandis tantùm? Aut nõne etiam pro his, qui saluandi de futuro certi non fuerunt,saluari tamen præstante Christo potuerant? Sicut in horto pro calice, qui amouendus nunquam erat,sed quia poterat auferri, non imprudenter orauit. Abiecta ergo illa hæretica necessitate futurorum, quæ inter fideles præmiũ nullum habet,sed parit lites, & rumpit charitatem fraternam: confidamus in precibus sanctorum,iuxta præmissam legem,scientes, ꝙ tunc miserebitur nostri Deus. Et placabitur dominus in generationibus nostris, quando propter iustitiam, & intercessionem sanctorum, quam nobis patronam quærimus, nobis propitiatur Deus. Nullus tam perfidus est Iudæus, qui ista putet incerta: immo lex facit de his securum. Et Christus iubens cum bona fide orare,& petere, & quicquid credimus, fiet nobis. Et Iacobus † omnino prohibet hæsitare, cùm petimus: qui talis similis est fluctui: nec existimet homo ille, quòd accipiat aliquid à domino, inquit. Et tristatur aliquis vestrum, oret, inquit, æquo animo & psallat. Infirmatur aliquis, inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum,& omni dubio remoto, oratio saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. Nihil amplius suasit Christus, q̃ ut per orationes fideles, sperarent homines certum à Deo remedium,& Witcleff, quos poterit allicit ad incertum. Felix uir Chrysostomus omnem certitudinem posuit de felicibus eius cuẽtibus in propitiatione diuina per intercessiones fidelium, sermone habito, quando de Asia regressus est, uersus finem. CHRYS. Propter hoc gaudeo,& exulto,& orationes vestras exigo, cũ quibus ad Asiam perrexi, cum quibus reuersus sum, cum quibus pelagus transfretaui, & adiutus orationibus uestris feliciter nauigaui. Nec enim in nauim citra vos ingressus sum: nec exiui citra uos, aut in ecclesia eram sine vobis: sed auulsus quidem eram corpore, cõnexus autem charitate. Intrabam ecclesiam, astabam altari, orationes offerebam,& dicebam, Domine conserua ecclesiam, quam mihi tradidisti. Ego quidem corpore absens sum, sed tua misericordia præsens est. Ipse dominus uos conseruauit,& ipse me reduxit. Et in infirmitate positus, orationum vestrarum sensi auxilium, quod mihi quotidie in suffragium postulo. Hæc ille. AVCT. Hunc patrem sanctum, & antiquum in forma fidei ecclesiæ tutiùs est audire, quàm Witcleff. Ipse certificè dixit, quòd orationes eorum exigat, cùm quibus in Asiam ingressus est,& reuersus est, & eorum adiutus orationibus feliciter nauigauit: & ipse in infirmitate positus, ofonũ eorum sensit auxilium, quas sibi in quotidianũ suffragium postulat: hæc sunt uerba certifica,& hominis bonæ fidei. O q̃ longè à fide Witcleff est fides huius Chrysostomi. Cõfide fili, inquit Christus, remittuntur tibi peccata tua. Noli, inquit, Witcleff confidere, quia dicere publicè, ꝙ tu dimittis peccatum, in Deum est aperta blasphemia, nisi dixerit tibi Deus, ꝙ sic facit, & ꝑcipiat tibi publicare voluntatem Dei, quòd ipse Deus dimiserit hoc peccatum. Hæc ille in expositione vulgari euangelii tertiæ hebdomadæ Quadragesimæ feriæ tertiæ. AVCTOR. Ergo blasphemauit Paulus, quando ait Corinthiis, Si quid cui donastis,& ego, in persona Christi, eo ꝙ non exposuit in publico hoc Deum sibi dixisse, sed nec requisiuit ab eis, si Deus hoc eis ꝑcepit facere,& voluntatem suam in huiusmodi publicare, ꝙ ipse sic donauerit. Et ergo blasphemauit Augustinus, quando pro quodam Mathematico iussit plebem orare, dicens pro certo oratione tali peccatum eius esse delendum. Nec exposuit in publico hoc Deum dixisse, aut sibi ꝑmississe. Super Psal. 61. in fine. AVGVSTINVS. Ante Paschа cœpit petere de ecclesia Christi medicinam, sed quia talis ars, in qua exercitatus erat, quæ suspecta erat de mendacio, atque fallacia, dilatus est, ne tentaretur, & aliquando tamen admissus est, ne periculosiùs tentaretur. Orate pro illo Christum. Prorsus hodiernam precem pro illo fundite domino Deo nostro. Scimus enim,& certi sumus, ꝙ oratio uestra delet omnes impietates eius. Hæc ille. AVCT. Quantus ergo blasphemus Witcleff, qui dicit. publicam blasphemiam, quòd tu dicas publicè dimittere te peccatum in Deum, Augustinus audaciter dicit orationem eorum delere omnem impietatem huius Mathematici. Et cur tam surdus est nunc Witcleff, ut auertat auulsus suam aurem, ne audiat Christum publicè dicentem ad magistros ecclesiæ, Quoruncunq; remiseritis peccata, remittent eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt? Ecce, dicunt, nos remittimus tibi hæc peccata. Quid sequitur? Iuxta verbum Christi. Remissa sunt. In quo ergo blasphemant, ꝙ sic dicũt, & sic efficiũt? Nõ corrũpas priuilegiũ principis, non peruertas. Non ait, quodcũque dimittit, à deo remittit, sed quodcũque vos remiseritis. Nec ait, Quodcunque dixerit uobis Deus, quòd dimiserit, & præceperit vobis publicare, hoc dicite. Hoc ipsum igitur fundasset Witcleff in euangelio Christi, aut apostolorum gestis, uel scriptis, quod totiens nudis verbis asserit,& mentitur in Christum: unde destruat fructum passionis Christi in ipsius fidelibus, & pulcherrimum sacramentum. Mentitur ergo, quòd dicit solum Deum peccata dimittere,

Christus orauit ꝓ non euenturis, quæ tamen euenire poterant.

Orandum sine hæsitatione.

re, si à dimissione extrudat sic hominem: quia ad homines dicit Christus, Quorumcunq; remiseritis vos peccata, remittuntur eis. Mentitur, quando dicit oportere Deum priùs remittere, sicut probatum est suprà lib. 5. in sacramento pœnitentiæ, eo quòd Christus præposuit remissionem humanam, promittens secuturam esse cælestem, tanquam maiorem, minorem primam confirmantem. Quæcunque, inquiens, remiseritis peccata, remittentur eis: ubi nisi, ut alibi ait, Quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cælis. Sed pro peccato soluendo, quod sit in Deum, hoc exigendum scribunt patres, ut instantiùs precum fraternarum impetretur à Deo remissio, post soluatur ab homine. Quam qui soluit, promisit in cælis, non cõcessit sine satisfactione Deo condigna soluendum. Ideò fortè, ne minus satisfeccerit Deo, qui nostris oculis satisfeciße speratur, forti instantia à sanctis fratribus orandus est Deus pro effectu fraternæ salutis. Et hæc est ratio quare* nunquid sine prece sacerdos peccatorem absoluit in foro item priuato. Nec sine fratrum precibus in foro publico, prout lib. 3. contra Cresconium cap. 22. dicit AVGVST. Baptismum à pernersis datum habere inconcussam sui roboris firmitatem,& eis, posse quidem in esse: sed nisi correctis non posse prodesse. Correctis autem, & fraternis orationibus expiatis per charitatẽ operientem multitudinem peccatorum. Hæc ille. AVCTOR. Fraternis ergo orationibus tales expiandos docet, ut accipiant charitatem. Fraternæ † ergo orationes expiationem obtinent scelerum: & fraternæ orationes impetrant charitatem: sed antequàm expiantur scelera, & obtineat charitatem, expiandus est indignus Dei beneficio. Possunt ergo indignis participium sui suffragij fratres ad remissionem consequendã concedere, quod Witcleff regulariter abnegat. Sed hoc sperant à Deo credentes exigunt singuli Christiani: pro se donatum lachrymis matris suæ in libro confessionum,& iterum assumis libro de bono perseuerantiæ, post medium. AVGVST. Et in eisdem etiam libris. Quod de mea conuersione narraui, Deo me conuertente ad eandem fidem, quam miserrima, & furiosissima loquacitate uastabam; non me ita narratum esse meministi, vt ostenderem fidelibus, & quotidianis matris meæ lachrymis, ne perierem, fuisse concessum. Vbi vtique prædicant non solum auersus à recta fide, sed aduersus etiam rectæ fidei ad Deum ad eum sua gratia conuertere hominum uoluntates. Hęc ille. AVCTOR. Quàm infideliter ergo dicit in libello suo de oratione Witcleff, quod nemo confideret in orationibus alienis, sed in vita propria stetisset. An non plus

in prece materna, quando publicè confitetur,& pluries cùm iam furiosa loquacitate fidem Christi vastaret quotidianis matris suæ lachrymis, ne periret * sese fuisse concessum? Aut si beatus Paulus magis confidebat in vita propria, quàm in orationibus alienis, quando ait, secundæ ad Corinth. 1. ut nõ simus fidentes in nobis, sed in domino, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos, in quẽ speramus, adiuuantibus & uobis orationibus pro nobis: ut ex multarum personis facierum, eius, quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Breuiter negata omni confidentia in uita, uel persona propria in Deo spem ponit, & per orationes in adiutorio alieno fraterno. Et ad Colossen. 4. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum Christi mysterium: ut manifestẽ illud ita ut oportet me loqui. Hoc euidens est, Paulum plus in oratione fraterna confidere pro fructu prædicationis futuræ, quàm in uita sua, arte, uel facundia. Sed quomodo dat hoc hæresibus uiantibus occasionem publicè delinquendi, si quis crederet propter modicam pecuniam datam fratribus absolui simpliciter de toto crimine, quod commisit, inquit, Witcleff. 4. Trialogi, cap. 3. AVCTOR. Quis frater hoc tibi promisit? Scio promisisse dominum, quòd eleemosyna extinguit peccatum, sed de oratione non est pertinens, quod dixisti. Attamen † sicut apostolo uisum erat emendatos esse Corinthios, quia prompti erant ministrare sanctis: ita de pœnitentia donantium religiosis posset homo confidere, & sic habere Deum propitium, dicente Apostolo, secundæ ad Corinth. 8. Sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut in hac gratia abundetis. Vbi in expositione AMBROSIVS. Exhortaturillos, ut glorietur de eis apud cæteras ecclesias. Hæc est enim probatio emendationis eorum, si sint prõpti administerium sanctorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce probatio est emendationis uirorum carnalium, si sint parati ministrare sanctis. Ex his facilè est respondere prioribus, si uelit mihi Witcleff satisdare de securitate Pauli, qualiter poterat Paulus certificare credentes, uel seipsum de emẽdatione sua, uel de adiutorio suo sperato per preces fideliũ. Et qualiter ipse emit, alios emere facit catum in sacco, cap. 3. de oratione. Nemo mercaretur cum alio emendo aliquid, nisi de commercio sit securus. Cum ergo nullus talis fictus orator securare potest aliquem, quòd propter suam orationem Deus uitam alterius acceptabit, non det alijs pretium

sibi.

Aug. To. 7.

Amb. To. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

commercij,antequàm de illo,quod emitur, sit securus.Hæc ille.AVCT. Pulchrè dispositum argumentum: de quo nec potest reddere rationem politicam,neque fidem,inanis gloria de vico est. Nam quòd mundani mercatores cum aliis mercantur,necdum de commercio sunt securi.Nonne penè omnes,& quasi ad fati aleam sub ventis,& undis,aut rerum euentibus cuncta proponunt ad detrimentum vel lucrum? At quid moramur, in his,qui cuncta penè perdiderint?Petrum adeamus,& apostolos,quæsituri ab eis,quid lucrifecerint, cum cuncta donarint pro Christo. Nonnelongo post sequente tempore interrogabant a Christo, Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te, quid ergo erit nobis?Matthæ.19. De præterito dicũt Matthæus,Marcus,& Lucas,Nos reliquimus omnia, & iam serò repetunt,quid ergo erit nobis?Ecce quales mercatores,mi Witeleff, non extremi, sed primi inter apostolos, Petrus & socij. Hi mercabantur cum Christo, nec de commercio sunt securi,dicẽtes diu post,Quid ergo erit nobis? Respondit autem eis bonus mercator Christus,Omnis,qui reliquerit domum,aut fratres, vel sorores,aut patrem,aut matrem, aut vxorẽ, aut filios,aut agros propter nomen meum,centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ecce, pone Petrum sic mercantem de commercio non securum, tamen quia fidus est, cum quo agit, non est de simplicitate sua defraudatus à pretio. Omnis,inquit, qui reliquerit domum,&c.centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit. Sed nec in hac promissione Christus Iudam *accepit, quannis inter relinquentes erat tunc præscitus. Quid dicit Witeleff,si sit præscitus,cui meritum tuum communicas, Iudas talis erit,cui communicauit & Christus, si se præparasset & Iudas. Non est nobis datum scire in talibus spiritualibus committandis, qui priores participabunt his meritis.Idcò in hunc locum,textu Matthæi, Erunt nouissimi primi &c.RABAN. Multos tales intra ecclesiam cernimus,sed eos nec imitari,nec desperare debemus. Quid enim sit hodie,aspicimus, sed quid cras futurum sit,vnusquisque nescimus. Plerunque & quid post nos venerit,per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix eum cras sequemur,quem nos hodie præire videbamus. Certè cùm Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium vestimenta seruabat omniũ: ergo manibus ipse lapidauit,qui ad lapidandum omnes exercitos reddidit, & tamen eundem ipsum in sancta ecclesia laudibus antecessit, quem & persequendo martyrem fecit. Hæc ille. AVCT. Pro omnibus igitur Stephanus orationem fecit nec omnibus satisfecit,& Paulo sufficit:& Christus omnes apostolos certos reddidit de mercede:nec tamen Iudæ profecit,ut sic securare possemus omnes homines de spe,quam in Christo habemus item orando prodesse,qui sic obsunt, quòd prodesse non possumus, uerùm tamen fides apostoli tutos nos efficit in promittendo, & eos,quos habemus precum nostrarum participes in mercando spiritualiter commutando ꝓ carnalibus suis æterna,dum dicit in eodem casu Hebræis fidelibus, Rememoramini pristinos dies,in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum:& in altero quidem oppropriis,& tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conuersantium effecti:nam & uinctis compassi estis, & rapinam bonorum cum gaudio suscepistis.Heb.10. Vbi apostolus Paulus certificauit socios meritorum effectos eos, quibus compatiebantur in vinculis alimoniam tribuentes. Socij,inquit, taliter conuersantium effecti,subdens causam, nam & uinctis compassi estis. Vnde & in expositione huius loci REMIG. Iudæi credentes quidam expoliati sunt à non credentibus, quidam uerò non.Illi verò,qui non fuerant expoliati,subministrabant alijs de facultatibus suis,quapropter cum agnouissent infideles, multa mala intulerunt verisque.Sequitur. Ex parte altera opproprijs,id est,contumeliis,& irrisionibus,seu tribulationibus spectaculum facti estis: hoc est, publicè, & in conspectu multorum irrisi. Ex parte autem altera effecti estis socii in passione taliter conuersantium, apostolorum videlicet, & eorum,qui sunt expoliati propriis facultatibus,& uerberibus afflicti, atque in carcerem retrusi.Duobus modis ostendit eis bene laborasse.Siuel quia publicè contumeliis,& tribulationibus sunt diuersis afflicti, quod genus humanum grauiùs fert in conspectu plurimorum aliquid inhonestũ,aut verbis,aut factis pacti. Seu et, quia positis in carceribus compatiebantur, uictumque,& vestimẽtum,prout poterant,subministrabant:unde facti erant eorũ socii.Quoniam mercedem,& retributionem,quam percipiet prædicator ueritatis pro Christi nomine positus in carcere,aliisq; tormẽtis afflictus,eandem recepturus est ille,qui subsidium ꝑbet, ne deficiat in tribulationibus,sicut ipsa veritas ꝓmittit,dicens:Qui recipit prophetam in nomine prophetæ,mercedẽ prophetæ accipiet. Hæc ille. AVCT. His dicat Witeleff,qui sine ulla scriptura, facta phantastica ratione sua arguit, solum Deum facturum participes meritorum: ideo hoc purus homo securare non potest. Paulus †ecce purus homo securauit fideles socios factos & participes meritorum apostolicorum omnes illos, qui compatientes *eis uictum,aut uesti-

*excluſit

Matt.21.
Rabanus.

Act.7.

Matt.25.

*ei.

vestimentum,prout poterant,ministrabant, dicente Remigio, Facti erant eorum socii: quoniam mercedem,& retributionem,quam percipiet prædicator positus in carcere, & alijs tormentis afflictus,eandem recepturus est is, qui illi præster subsidium:hoc est dicere, socius factus est prædicationis,incarcerationis, afflictionis illorum, tàm quo ad mercedem, quàm quo ad retributionem,ideſt,meritum, & præmium. In quo igitur recedit religiosus à Paulo,si item socium dicat prædicationis,incarcerationis, afflictionis,suæ uigiliæ,ieiunij,studij,qui benefaciendo sibi compatitur,meritis hic, & præmiis in futurum? Tales ecce socios meritorum suorum fecerunt apostoli,& ea ratione tales faciũt modò fratres,& clerici collegiati in cathedratis ecclesijs.

¶AD OBIECTVM WITCLEFF, quòd religiosi deberent instare pro participio suffragiorum à populo, sicut laici instant apud eos pro suffragiorũ eorum participio. C.CIII.

SVMMA.

1 *Orandum quòd sit mutuò.*
2 *Caput,quod maiorem gratiam refundat, contra Witeleff.*
3 *Orationis beneficium,ꝙ sit à sanctis viris maximè appetendum.*
4 *Oratorum ꝙ non sit eadem paritas,ostenditur.*
5 *Macedones,& Achaici,quot modis erãt debitores sanctorum,de quibus Paulus ad Rom. 15.*
6 *Religiosorum esse prædicare,demonstratur.*

MVtuas tamen preces nimirum fidelium Christiana semper fides commendat,quid ergo uult,quòd contra religiosos pauperes, septimo loco arguit Witeleff sæpe prædicto capitul. 30. quarti Trialogi.Cùm lex euangelica Matthæ. 7. doceat,ꝙ quæcunque vultis vt faciant uobis homines,facere debetis & illis:uidetur, quòd sup posita iustitia acquisitionis istarum literarum de fratribus,fratres etiam debent acquirere literas de simplicibus extra hos ordines, cum probabiliter ex suppositione debent supponere,ꝙ tales literæ plùs eis valerent,quàm laicis literæ de fratribus impetratæ. Hæc Witeleff. AVCTOR. Quasi non haberent fratres in summis uotis fidelium plebium precibus commendari. Aut ipse prædicatores quoslibet non audierit unquam à populis,quibus prædicant, orationes exigere. Ego enim quondam iunior solitus eram audire deuotos presbyteros singulis dominicis ad orandum pro monachis, & fratribus,cæterisque religiosis ecclesiæ zelo cõcitare fideles,quam regulam ecclesiæ patres à primæuis temporibus traxerunt indubie, ipso apostolo sic iubente Ephesinis Christianis,per omnem orationem,& precem orantes in omni tempore,& in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis,& pro me:vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium euangelii,pro quo legatione fungor in catena,ut in ipso audeam, pro ut me loqui oportet.ad Ephesi. 7. Vbi in expositione AMBR. Si †rectè conuersamur,Spiritussanctus manet in nobis, & quod postulamus, possumus impetrare: hoc est ergo in spiritu semper orare munda conscientia, & fide integra precem ad Deum dirigere. In carne enim orat,qui pollu ta mente precatur, iterum peccaturus, non deuentu, aut surreptione, sed de proposito.Sed potest non peccari ad mortem, si perseueranter oretur,ut animus sedula mente intentus sit semper in Dei legem, ea meditans die, noctuque,quæ amat Deus. Tunc & pro sanctis possunt orare. Non est enim indignum, ut pro se inuicem sollicita sint membra: nec temerarium poterit videri, si pro magistro discipuli idonei interpellent,adiuuantes eum, vt postpositis impedimentis, libertate utatur ad prædicandum, sicut traditum est ab auctore. Hæc ille. AVCTOR.Hæc pietas Christiana semper fuit,hæc humilitas,orationes mutuas petere,& soluere, & orare pro inuicem,vt saluentur. Non est indignum,inquit Ambrosius, ut pro se inuicem sollicita sint membra:sed nec temerarium uideri poterit,si pro magistro discipuli idonei interpellent. Sed instat hostis pietas pro literis acquirendis de populo, nec aduertit consensum corporis consummari per sententiam capitis.vn de de Isaac Ecclesiasticus ait,ꝙ benedictionem omnium gentium dedit illi,& testũ suum confirmauit super caput Iacob.Huius ergo sanctæ participationis vnguentum necesse est à capite in barbam descendere,& deinceps in oram uestimenti eius.Caput plebis sub Christo,est Episcopus.Non†ergo quælibet membra,sed caput gratiam vberem effundit. Et quidem inter ipsos sanctos gratia huiusmodi communicationis deriuatur à capite.Nec enim communicatæ preces,sicut nec fœdera pacis per salutationes, & oscula,stabilem auctoritatem habent, nisi sub literis prælatorum, aut principum instrumentis:& sic Iudæi pacti sunt Romanis societatem in tabulis æreis per Iudam: & Alexandro per Ionatham principes suæ gentis: primo Machabæorum.8.& 10.Ecclesia uero Romana publi-

Grandum mutuo. Amb.To.5

Psal.132.

Caput maiorem gratiã refundit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam salutationem misit, Petri literis requisitis: & ecclesiæ Ephesinæ Corinthiorum ecclesiis p literas episcopi sui Pauli. Cum autem Paulus preces populorum postularet in literis, non tamen ab eis literas postulauit. Et ita quanquam hanc gratiam inter plebes religiosi quamplurimi petunt, & obtinent, non tamen eis ad tãtum derogare potest humilitas, ut ordo subuertatur apostoli, qui spiritualibus spiritualia comparat, carnalibus autem lac potum signat, non escam solidam, primæ Corinthiorum. 2. Si ergo spiritualia sunt preces, & intercessiones, & oblationes pro peccatis, quanuis multi sint spirituales in populis, spiritualibus tamen viris in clero comparandi non sunt, nec sic omni populo. Et inde apostolus Iacobus cum dixisset, Orate pro inuicem, vt saluemini: subiunxit, quod est præcipuum, Multùm enim valet deprecatio iusti assidua. Et adducit Eliam orantem pro pluuia. Aut fac Deum iniustè statuere, quòd omnes de populo hostias & oblationes facerent sacerdoti, ut ipse oret Deum pro eis. Nec sic instituis sacerdotem offerre quibuscunque de populo, vt ipsi econtrariò pro sacerdote orarent, cùm tamen multi ex eis erant sacerdote meritis altiores: sed ipsum sanctorum officium, & situs distantes docent fideles, apud sanctos, plebeis præcipuum locum esse orandi pro eis. sic libro de templo Salomonis, cap. 10. BEDA. Accedebat vulgus vsque ad atrium sacerdotum, & hostias suas ab hoc usque ad ianuam proferebat, susceptas à sacerdote, atque in altari oblatas oculis prosequebatur, ipsum etiam templum cùm aperiebatur, intuitum suum à longè dirigebat: nec tamen atrium sacerdotum intrandi facultatem habebat, uerùm de inferioribus clamabat ad dominum. Et infrà. Afferunt & suas hostias ad atrium sacerdotum offerendas domino per illos, dum bona, quæ præualent operantes maiorum, ac doctiorum, & firmantur exhortatione, & intercessione commendantur. Offerunt etiã hostias suas sacerdotibus per eos domino commendandas, cùm sanctis quibusque egentibus necessaria mundi huius, quibus ipsi abundant, summæ mercedis intuitu retribuunt, domino admonente, ac dicente, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Et quicunque, inquit, potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, &c. ac sic vtrorunque hostias vnus idemque ignis in altari Dei absumit, cùm dominus eleemosynas diuitum, quibus ministrauerunt sanctis, unà cùm magnis eorũdem sanctorum virtutibus suo intuitu, ac retributione dignos iudicat. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † diuina legis sententia manifestat præcipuum orationis beneficium à sanctis viris maximè appetendum, & sub allegoria veteris templi ordinem docet orantium in locis suis, ut quamuis plebs pro sanctis, & sancti pro plebibus exorarent: ubi tamen grandis adest necessitas, plebes orationis solennis locum non adeunt, nec appropinquant atrio sacerdotum, sed de inferioribus locis clamant ad dominum. Et item munera offerunt sanctis viris meriti loco, & professione maioribus, quorum firmentur hortatibus & intercessionibus commendentur: facientes sibi amicos de mammona iniquitatis hos, qui eos in æterna tabernacula possint recipere sacerdotes, & sanctos. Inde communis ecclesiæ vox est ad Deum, Holocausta medullata offerã tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. Super quod in Psalmo 65. AVGVSTINVS. Arietes duces ecclesiæ totũ corpus ecclesiæ loquitur: hoc est, quod offert Deo incensum, quod est oratio, cum arietibus. Maximè enim arietes orant pro gregibus. Sequitur. Quid illi, qui fortè consci sunt aliquorum peccatorum, qui fortè in ipso itinere lapsi per pœnitentiam, sanantur? Nunquid ipsi remanebunt, & ad holocaustum non pertinebunt? Ne ipsi timeant, addidit, & hircos holocausta medullata offeram tibi, cum incenso & arietibus, offeram tibi boues cum hircis: adiunctione ipsa saluantur hirci, per se non possunt, adiuncti bobus accipiuntur. Fecerunt sibi amicos de mammona iniquitatis, vt ipsi recipiant eos in æterna tabernacula. Ergo isti hirci non erunt à sinistris, quia fecerunt sibi amicos de mammona iniquitatis. Qui autem hœdi, ad sinistram? Quibus dicetur, Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Qui peccata sua eleemosyna non redemerunt. Hæc ille. AVCTOR. Hoc autem dicit Witeleff, arguens in 4. Trialogi ca. 30 doctrinam sacram de fratrum suffragiis occasionẽ dare viantibus publicè delinquendi. Quis, inquit, timeret opera voluptuosa, uel lucratiua facere, si postmodum crederet propter modicã pecuniam datam fratribus, absolui simpliciter de toto crimine, quo commisit? Hæc Witeleff. AVCTOR. Non sic, sed qualiter Augustinus iam dixit, Hirci, id est, peccatores, non erunt à sinistris, si fecerint sibi amicos de mammona iniquitatis. Ipsi autem erunt à sinistris, quibus dicitur, Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Ratio, quia per se saluari non possunt. Adiuncti bobus, & arietibus, id est, perfectis uitris, & suis ducibus, per orationis eorum incensum saluari possunt. Qualiter ergo alios introducent, qui nec possunt introducere semetipsos, sed aliorum ad hoc opus exquirunt, quærit Hieronymus. Non † igitur est hic paritas oratorum, sed spiritua-

Laco. 5.

Beda

Matt. 5.

Orationis beneficium

3

4

Aug. Tom. 8

Luc. 16.

Matt. 25.

spiritualium virorum, qui cunctam sollicitudinem mundi deposuerunt pro Christo, cum sanctis Hierusalem est orare pro plebibus, & eorũ studiis, & prædicationibus confortare, & eo ipso alios, quibus hæc agunt in temporali subuẽtione debitores efficiunt, secundùm illud apostoli ad Ro. 15. Probauerunt Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Debitores enim sunt eorum, quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. Vbi in expositione AMBROS. Romanos scire vult, quòd huiusmodi operibus studendum est. Qui enim per misericordiam viuunt, & iustificati sunt apud deum pios se debent exhibere fratribus: debitores. n. sunt & c. vt sicut in spiritualibus participes eorum facti sunt, ita bene & hi communicent corporalibus necessitatibus illorum, vt gaudentes ex Iudæis credentes collaudent prouidentiam in salute ipsorum, per ministerium eorum. Hi enim totos se diuinis tradentes obsequiis, nihil mundanum curantes, exemplum bonæ conuersationis præbeant credentibus. Hæc ille. AVCTOR. Cur non interrogat Witeleff Apostolum, & sanctos Hierusalem, quod iam interrogauit à fratribus, quare, scilicet, non instabant esse participes orationum fidelium Romanorum: sicut dicebant eos in scriptis literis confirmabant suarum orationum Romanos esse participes? Sed apostolus in carnalibus suis Romanos fideles sanctis istis pauperibus debitores ascripsit. Aut nunquid inter fideles istos aliquos æquè sanctos poterant credere? Forsan poterant, sed isti totos se diuinis tradebant obsequiis, nihil mundanum curantes, dicit Ambrosius. Ideò sine sollicitudine sunt mundi, vt domini possint esse solliciti, quomodo placeãt domino: quomodo autem possent talium scilicet orationum, vigiliarum, prædicationum, & rerum spiritualium literas coniugati concedere, qui cum uxoribus sunt, & cum uiris uxores solliciti, quæ sunt huius mundi, quomodo placeãt suis coniugibus. Nec habent potestatem sui corporis fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacent orationi, & iterum reuertantur in idipsum, ne tentet eos Satanas: Ego nescio, nec sciuit apostolus hoc primæ Corinthio. 7. Ideò constituit eos debitores, non spiritualium qui minus habent, vnde vices rependant, sed carnalium suorum, quibus abundant eis, quorum spiritualium participes facti sunt. Vt item in expositione prædicti textus ad Romanos.

5 REMIGIVS. Macedonia, † & Achaia, quæ & Achæa uocatur, à qua, & populi eius Achæi dicuntur, prouinciæ sunt nobilissimæ Græcorum sibi adiacentes, quas apostolus ecclesiis repleuit. Placuit enim eis, & debitores sunt eorũ. Quid acceperãt Macedones, & Achaici, uel Achæi à sanctis, qui erant in Hierusalem, ut eorũ debitores essent? Tribus modis erant debitores eorum. Vel quia in fide processerant, à quorum fide, & apostolis prædicatoribus eruditi sunt. Vel quia ipsorum exemplo, & doctrina proficiebant. Vel etiam, quia unius fidei erant, & unum Deum patrem habentes, fratres erant in fide. Omnes enim Christiani, qui fratres sunt in fide, debitores sibi sunt, vt alteri alterius onera portent, Potest & quarto modo intelligi in hoc eos existere debitores eorum, quia illi die ac nocte pro salute istorum orationibus insistebant, vt fides Christi in eis roboraretur. Qm̃ si eorum spiritalium bonorum participes facti sunt gentiles, debẽt & in carnalibus ministrare eis iisdẽ modis erãt participes eorum, quibus & debitores. Et est sensus. Iam quia in spiritalibus illi præstant istis supplementum, & quod in se non habent, habent in illis: iustum est, ut temporalibus beneficiis eis subueniant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † primi religiosi in ecclesia habebant prædicatores, quos destinarent ad populos, contra eos, qui dicũt religiosos nõ debere prædicare, à* quorum (inquit) apostolis, & prædicatoribus eruditi sunt. Et habet hoc idem Hieronymus. Cur item apostolus facit istos Achaios debitores sanctorum Hierosolymitanorum in suis temporalibus, & non spiritualibus, causam assignat Remigius, quia non talia spiritualia in se habebant. Quod (inquit) in se non habent, habent in illis scilicet sanctis: sanctam puto prædicationem: exempla sanctæ uitæ, & doctrinæ, & sanctas preces pro eorum fide, die ac nocte: talia spiritualia bona ad æquiualentiam non poterant sanctis communicare Achaici: ideò debebant in his, quibus superabundabant sanctis scilicet in carnalibus ministrare. Non ergo rependerent sancti uices, nisi quod sancti minus haberent, ipsi supplerent. Non autem hoc facerent, nisi spiritualibus sanctorũ, quibus effluẽtius abũdabant, adderent Achaici parua sua temporalia.

*quibus. Religiosorũ est prædicare.

Rom. 15.

Ambr. Tom. 5

Gal. 2.

1. Cor. 9.

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ QVOD FRVCTVOSIVS, ET efficaciùs exaudiuntur viri officio,& perfectione sublimes in ecclesia, quàm etiam valde iusti viuentes in seculo;& ideò in arduis sunt potiùs expetendi. Cap. CIIII.

SVMMA.

1 *Culpa quò maior, quòd eò maiora sint quærenda suffragia, contra Witeleff.*
2 *Orare in arduis qui idonei.*
3 *Deo quantò plùs cupimus adhærere, quòd tantò plùs famulos eius, qui ipsi ardentiùs obsequuntur, interpellare debemus.*
4 *Famuli Dei, quòd sint adeundi, & interpellandi à sponsa Christi populo Christiano, contra Witeleff.*
5 *Witeleff, qui dicit fideles homines non posse alios facere participes meritorum suorum, reprehenditur.*
6 *Charitas fraternitatis, quòd unionem singulorum in meritis faciat, ostenditur.*
7 *Petiliani hæretici diabolica superbia. Et quid de eo dicat Augustinus.*

ATT si liceat, audeam comparare precantes precantibus: & dicere, quòd si clemés dominus exaudit fructuosè orãtem de plebe, multò tamen fructuosius, maximè, ubi est offensa grauis in parte, exaudit oratorem deuotum ex sanctis. Et notetur pro hac re, quod ait scriptura. Si peccauerit homo ad hominem, orabunt pro eo dominum, si autem peccauerit homo in Deum, quis orabit pro eo? Et assumit eam libro. 1. de pœnitentia AMBROSIVS. Quid scrupuli adfert ista quæstio? Non enim scriptum est: nullus orabit pro eo, sed quis orabit pro eo? hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orare possit, quæritur, non excluditur. Deniq; habes Psalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Non enim nullus, sed probatus habitabit. Nec hoc dicit, quòd nemo requiescat electus. Et ut scias hoc verum esse, non multò pòst in Psalm. 23. ait. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Id est, non quicunque de vulgo, nec plebeiæ vilitatis aliquis, sed uitæ egregiæ, singularisque meriti. Et infrà. Similiter igitur accipiendum. Quis orabit pro eo? hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Deum. Quò † maior culpa, eò maiora sunt quærenda suffragia. Non enim quicunque ex vulgo pro Iudæorum populo, sed Moyses rogauit: quoniã vituli caput, fidei immemores adorauerunt. Nunquid errauit Moyses, qui rogauit, & meruit, & impetrauit? Quid autem talis electus non impetraret quando se obiecit pro populo, dicens, Et si nunc dimittis peccatum', dimitte, sin autem, dele me de libro vitæ. Vides, quòd non tanquã delitiosus intercessor, & fastidij plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat. Sequitur. Meritò ergo scriptum est, Quis orabit pro eo? hoc est, talis, qualis Moyses, qui se offerat pro peccantibus: talis qualis Hieremias, cui prophetæ cùm esset dictum à domino Deo nostro, Noli orare pro populò hoc, tamen orauit, & veniam meruit. Dẽnique intercessione prophetica, & obsecratione tanti vatis inflexus Dominus dicit ad Hierusalem, quoniam ea quoque pœnitentiam pro delictis egerat, dicens, Domine omnipotens Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te, Audi domine, & miserere. Et iubet luctu suestimenta deponi, & abijci gemitus pœnitentiæ. Sequitur. Tales ergo deprecatores in delictis maximis sunt requirendi: nam si quicunque ex populo orent, non exaudiuntur. Hæc ille. AVCTOR. Cum ex hac scripturæ sententia deriuauit Ambrosius tantã distantiam precum populi, & sanctorum, ut in rebus tàm arduis omnino, tàm in efficax ad impetrandum sit supplicatio popularis, & requirantur alicuius singularis vitæ potiora suffragia, quomodo ualere potest intricans conuersio Witeleff, quòd si sancti uiri concedant eis sua suffragia, æque debent à plebeis sua repetere, & eos reputare meritis meliores? Nolo laudibus efferre modernos, sed sanctorum patrum qualitas, & modus agendi respondeat. Moyses, ut hic dicit Ambrosius, orauit pro populo. Cur ipse non repetijt suffragia publica populi: multos ex eis reputans meliores? Hieremias item orauit pro populo, ubi requisiuit ipse plebeia suffragia? Non dico non potuisse hoc facere, sed non ad æquiualentiam respondisse. Idcirco in comparatione maioris de minori tacetur. Sicut Daniel orauit pro populo: non ita legitur sollicitasse populum orare pro se. Et Samuel dicit, Congregate uniuersum Israel in Masphath, ut orent pro uobis ad dominum. primo Regum. 7. At illi non iterum preces suas obtulerunt Prophetæ, sed hoc dixerunt, Ne cesses pro nobis clamare ad dominum Deum nostrum, ut saluet nos de manu Philistinorum. In † maioribus ergo causis orent, non quilibet homines: sed qui cum oratione ieiunant, Christo iubente: & qui omnimodè continent, ut orationi uacent, Apostolo sic dicente. Et qui delitijs abstinent, & relictis seculi rebus, pauperes Christi

1.Re g.2. — Amb. To.1. cap.8. — Psal.14. — Psal.23 — Exo.32. — 1.Reg.7. — orare in arduis idoneos

sti fiunt. Breuiter non adhibeat sibi quilibet de populo peccatorem: sed qui possit orare pro eo hominem meriti amplioris. Vnde subiungit prædicto loco AMBROSIVS. Nec illa quæstio quicquam poterit adferre põderis, quam sumitis de epistola Ioannis dicentis, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit illi uitam deus qui non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico, ut oret. Non enim ad Moysen, & Hieremiam loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorum, alium deprecatorem deberet adhibere. Cui satis est, si pro leuioribus delictis Deum precetur, gratiorem ueniam iustorum orationibus reseruandam putet. Hæc ille. AVCTOR. Populus ecce non sufficit per se, uel sui similem misericordiam impetrare diuinam, sed gratiorum ueniam, iustorum orationibus reseruatam esse putabit. Qualiter ergo potest oranti bus illis nices orando rependere? Moysi dico, & Hieremiæ religioni, & clero? Ratio 3 enim dictat, ut † quantò plus Deo cupimus adhærere, tantò plus famulos eius, qui ipsi ardentiùs obsequuntur, interpellare debemus, nec putare consequens esse, si filiam regis orem, iterum expectare, ut ipse me cõget. Filiæ enim Hierusalem adiurandæ sunt, ut ait exponens illud in Cantico, Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, annuntiate ei, quia amore langueo. libro tertio super Cantica BEDA. Nos quippe sumus 5 sponsa hæc, & amica eiusdem dilecti & domini nostri, inquantum ei adhærerentes, unus cũ eo spiritus efficimur. Et cùm æternorum desideriis accensi, atque ad eius, quem nondum uidemus, conditoris nostri faciem suspirantes uenimus ad famulos illius, quos angelicam in terris agere uitam credimus, eosque subnixè petimus, vt tempore suę deuotę orationis nos quoque domino commendent, ac pro nobis interueniant, ut eius uidere uultum mereamur. Hoc est profectò, quod agimus, adiuramus filias Hierusalem, ut amoris nostri magnitudinem ad deum referant, & pro eius uidenda gloria, nobis æquè ut sibi supernum poscant auxilium. Hæc ille. AVCTOR. Non† potest 4 ergo Witeleff fugere istud Bedæ, quoniam dei famuli adeundi sunt, & interpellandi a sponsa Christi populo Christiano, ut inter deuotas spsces se item cum ipsis sponso commendent, & fiat argumẽtum euangelicum ibi assumptum, ubi uiri portantes paralyticum in lecto, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum ante Iesum. Quis sensatus diceret, eos uiros debuisse iterum procurare para lyticum sibi baiulum, qui eos poneret de superiore tecto in medio ante Iesum? Viri isti sunt oratores eximii alicuius spiritualiter egri. Vnde libro. 5. super Lucam, cap. 2. AMBROS. Primum omnium, quod antè diximus, vnusquisq; æger, petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos nostræ uitæ compago resoluta, actuumque nostrorum clauda uestigia uerbi cælestis remedio reformentur. Sequitur. Quorum fidem, inquit, ut uidit. Magnus dominus, qui ob aliorum merita ignoscit aliis, & dũ alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non ualeat, cùm apud dominũ seruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Discе, qui iudicas, ignoscere: discе qui æger es, impetrare: si grauium peccatorum diffidis ueniam adhibe precatores, adhibe ecclesiam, quæ pro te precetur: cuius contemplatione, quod tibi dominus negare posset, ignoscit. Et quamuis historiæ fidum non debeamus omittere, & uerè paralytici corpus istius credamus esse sanatum: cognosce tamen interioris hominis sanitatem, cui peccata donantur. Hæc ille. AVCT. Ergo viri paralytici portitores beneficii adepti medii fuere patroni salutis corporalem summissionem de tecto; secundæ per deuotam oblationem, & intercessionem fidelem in medio, quorum fidem, inquit, vt uidit. Quod notans Ambrosius, Magnus dominus, inquit, qui ob aliorum merita ignoscit aliis: & dũ alios probat, aliis relaxat errata. Igitur † hac auctoritate retunditur Witeleff, cum dicit, fideles homines non posse alios facere participes meritorum suorum. Nonne hi uiri gestando, ascendendo, meritorie offerendo, credendo coram Christo fecerunt hominem ægrum suorum meritorum participem, intantùm, ut non illius fidem, sed baiulorum conspiciens Christus, sanitatem duplicem ipsi dederit? Et ideò ex fide concludit Ambrosius, quòd ob aliorum merita ignoscit aliis: & alios probans, aliorum laxat errata. Hæc est ergo sanctorum communio, qua meritis suis Christiani uicissim communicant, & singulorum uirtutibus participant secundùm meritum, quas non habent secundùm essentiam. Et apostolus sic orationis suæ meritum impertiebatur Ephesiis, benedicens eos à Deo omni benedictione spirituali. Ad Ephe. 1. Quod quomodo posset, respondet in expositione REMIG. Quæstio oritur, quare dixerit in omni benedictione spirituali, cũ nullus hominum posset habere in præsenti seculo omnes benedictiones, id est, omnes uirtutes, si ue omnia dona Spiritussancti? Quæ quæstio tripliciter soluitur. Quod vnusquisq; in semetipso non habet, in generalitate habet. Charitate frater-

cap.9. 1.Ioan.5. — Amb.To.5. — Beda — Marc.2. Lu.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

fraternitatis hoc faciẽte. Verbi gratiâ quia unus hẽt charitatẽ, alius mansuetudinẽ, alius abstinẽtiã, alius sapientiã. Hæc ille. AVC. Et ideò Augustinus iam suprà dixit. Dilige in isto abstinẽtiam, & tua est. Hanc† facit charitas fraternitatis unionem singulorum in meritis, sicut & paralyticus partem suam accepit de fide gestantiũ & omnes iam fideles gestantur coram Christo in fide precantium. Discite, inquit, Ambrosius, tales tibi adhibere precantes. Et cùm superbus Witeleff, peccator homo est, inquit, sicut & ego immo dixit Ambrosius, Cur apud te homo collega non ualeat, cùm apud dominum seruus ægri baiulus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Christus non repulit intercessorem seruum, cur tu repellis collegam & parem? Quòd si collegam spernis, saltem adhibe meliorem, ne nullum accersias. Paralyticus sanus est meritis fortiorum: seruus Centurionis ad uitam rediit, intuitu fidei domini sui, cui nullam parem inuenit in Israel. Si parua sint propria merita, maiorum & perfectorum intercessiones acquire. Vnde lib. 2. super Lucam, ca. 13. BEDA. Probatur fides domini, & serui sanitas roboratur. Possunt ergo domini famulis suffragari, non solùm fidei merito, sed etiam studio disciplinæ. Et infrà. Mystícè, vt dixi, Centurio, cuius fides Israeli præfertur, electos ex gentibus ostẽdit, qui quasi centenario milite stipati, virtutũ spiritualium perfectione sublimes, nilque à domino terrenum, sed sola æternę salutis gaudia sibi suisq; requirunt. Numerus. n. centenarius, qui de læua transfertur in dexteram, in cælestis uitę significatione poni consueuit: unde est, q̃ arca Noe centum annis fabricabatur. Sequitur. Talis ergo * meriti pro his necesse est domino supplicent, qui adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ad superiora proiectis, perfecta dilectio foras mittat timorem. Hæc ille. AVCTOR. Domini ergo meritum famulo suffragatur, & eius intuitu profectione sublimes inuitari debẽt ad precem. Inter hæc tamen utrum Witeleff requisiuit preces populi pro se fieri, scire desidero. Nondum. n. in omnibus scriptis eius, vel eum assiduè Deum orantem inuenio. Assiduè dico, quia semel uix eum comperi orasse, & tunc in malo proximi, & in alio contra notum propriũ libello suo de præuaricatione mandatorum. ca. 6. Voluit, inquit, Augustinus relinquere Hipponensibus bona sua contra legem domini occupata, & uiuere de bonis donatis titulo eleemosynæ, ut debent esse oblationes, & decimæ, sicut uixerunt clerici tam noui, quàm ueteris testamenti. Et oro Deum meum, ac sanctos in triumphante ecclesia, ut sic fiat. Hęc Witeleff.

Matt. 8.

Beda

Gen. 6.

*merita.

1. Io. 4.

A AVCTOR. Ecce deprehendi hic eum orasse deum, & sanctos: nescio quid ipsi uenit in mentem, q̃ non in causa propria sanctos petere potuit, aut quemlibet uiatorem orasse pro se. Et cùm tot literas, & paginas misit in plebes, ipse nec unam oratiunculam reperietur exegisse de plebe: qualiter apostolus fecit in epistola ad Romanos. * Sollicitudinem, inquiens, impertiamini in orationibus pro me ad Deum, ut liberer 7 ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. Non † impono ipsi quicquam, sed Petilianus hæreticus uidebatur sibiipsi tam sanctus esse sacerdos, ut orationem plebis pro se non necessariam iudicaret, assumens sibi illud scripturæ, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Et respondet lib. 2. contra eundem Petilianum, responsione. 106. AVGVST. O scelus, ò monstrum, quia enim te B sacerdotem asseris, quid aliud per hoc propheti cum testimonium, nisi te omnino sine peccato esse dixisti? Nam si habes peccatum, quis pro te orabit secundum intellectum tuum? Ita etiam uos miseris plebibus uenditatis, commemorantes ex Propheta, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? ut uos sine peccato esse credant, & peccata sua uestris orationibus purganda committant. Magni homines uos, excelsi, cę lestes: dum nec iam homines sed angeli: qui pro plebibus oratis, & pro uobis plebes orare non uultis. Tu iustior Paulo, tu perfectior tanto Apostolo: quia eorum, quos docebat, se orationibus commendabat. Orationi, inquit, instate, uigilantes in illa in gratiarum actione, simul & orantes pro nobis, ut Deus nobis aperiat ostiũ uerbi. Sequitur. Ecce oratur pro Apostolo, qđ fieri non uis pro Episcopo. Videsne quanta sit ista diabolica superbia? Hæc ille. AVCT. Si talẽ iam non hominem reputauit se Witeleff, sed angelicum sacerdotem, ut orationem populi pro se nollet: ò scelus, ò monstrum, ò diabolica innata superbia? si talis non fuerit, tunc rectiùs tendam ipsi, quàm tetendit in fratres. p priam quæstionem. Cur nusquam petit, aut se commendat precibus aliorum? sancti nunquam poterat memorari, arcta sibi fuit custodia sensus, & sine spe resolutionis memoria gelida ta.

Ro. 15. * obsecro ut adiuuetis me in orationibus &c.

1. Reg. 2

Aug. Tr. 6.

Colos. 4.

De

DE ORATIONIBVS GENERALIBVS, & specialibus, earũ quę comparatione.

Titul. XI.

¶QVOD ORATIO SPECIALIS AMPLIVS PRODEST EI, PRO QUO ORATUR, QUÀM ORATIO GENERALIS; CÆTERIS PARIBUS. Cap. CV.

SVMMA.

1 *Oratio specialis, quòd plùs prosit ei, pro quo fit, quàm oratio generalis, cæteris paribus, multis exemplis palàm fit.*
2 *Fructuosi sancti dictum circa orationem quã quis petebat à se fieri pro eo.*
3 *Polycarpus martyr, quomodo tendens ad martyrium, in oratione sua de singulis memoriam fecerit.*
4 *Saluator quòd specialiter orauerit pro Petro, & postea etiam pro apostolis.*
5 *Mundus multiplex.*
6 *Orationis specialis præeminentia utilitatis super generalem.*
7 *Præsulibus quæ deceant.*
8 *Orationis efficacia, & effectus.*

DE comparatione orationis generalis ad specialem desinit mater ecclesia, cuius desinitioni gaudenter Witeleff repugnat, eo se sciolũ C putans, si tam ualidæ auctoritati possit obiectare, quod nescit. Est enim conclusio eius inter damnatas. 19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos, vel religiosos, non plùs prosunt eidem, quàm generales, cæteris paribus. Cõtra cuius damnationem factam sub Guillelmo Cãtuariensi in Concilio, quod ipse terræmotus appellat, frustrà conatur in tertia parte sermonũ. 48. per ratiunculas sine sensu, & absq; omni auctoritate ecclesiæ. Pro parte autem ecclesiæ, quem non statim certificat dogma Pauli apo- 1. Tim. 2. stoli sic instituentis Timotheum episcopũ prima epistola. ca. 2. Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitati sunt constituti, vt quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & castitate. In hoc manda- A to Apostoli uide primò, q̃ generaliter orare instituit, dicens, pro omnibus hominibus. Superaddit autem specialem precem applicatam eisdem, dicens, pro regibus: & item generali specialem pro his, qui in sublimitate constituti sunt. Ad quid hæc, si non ampliùs prosunt illis speciales sequentes, quàm quæ præcesserant generales? Vnde in suo Enchiridio, cap. 61. scribit AVGVSTINVS. Præceperat enim Apostolus, ut oraretur pro omnibus, & specialiter addi derat pro regibus, & iis, qui in sublimitate constituti sunt, qui putari poterant fastu, & superbiam secularem fidei Christianæ humilitatem abhorrere: proinde dixit, Hoc enim bonũ est coram Saluatore Deo, id est, ut etiam pro talibus oretur. Hæc ille. AVCTOR. Expresè †videtur dicere Augustinus, q̃ primæ orationi p omnibus hominibus, addidit Apostolus specialem pro regibus, & personis sublimibus: un B de patet eum secundam orationem addidisse priori tanquam meliorem, & eis, quibus preces suas impenderet plùs utilem. Sed arguit Witeleff, q̃ spiritus se conformans uoluntati diuinæ plus amat communia, & pro peculiaribus sibi incognitis, nisi fortè conditionaliter nunquã orat: sic autem sæpe fit in oratoribus q̃ orant pro oppositis, quod oportet omnino esse dissonum uoluntati diuinæ. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hæc maior argutia inter ratiunculas Witeleff, contra orationes speciales, quò tẽdet, quando spiritus Deo conformis, seu Deus spiritus non potest amare, vel benefacere rei communi, nisi priùs benefaciat singulari? ideò ut fieret homo in communi, factus est primus homo singularis, ut ablueretur natura hominis ab originali delicto, priùs sine delicto nascitur Christus homo. Ita sunt partes in corpore Christi, C quarum alleuiatio per preces speciales redundat in bonum totius, sed priùs applicantur parti in eo, quòd recreatio in specie fit integra refectio sui totius. Ideò spiritus ecclesiæ primitiuæ conformans se uoluntati diuinæ, pro particulari sancto Petro applicatione precis ad suã personam, Deum orauit, dicente textu, Oratio Act. 12. autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cur non orabat tunc pro toto mundo sine applicatione precis ad Petrum? sed orabat pro eo, inquit. Et Paulus applicat precem populi ad specialem interuentum pro eius prępositis. Mementote, inquiens, prępositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbũ Heb. 13. Dei: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Et adhuc hanc præsentiam specialem magis specificans, applicat eam sibi statim post. Orate pro nobis benè uolentes cõuersari. Amplius autem deprecor uos hoc facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,quo celeriùs restituar vobis. Ad Hebræos vl timo. Hic ecce apostolus specialem requirit pre
1.Thes. cem,tàm secundùm personam,quàm secundùm causam pro nobis scilicet, vt celerius restituar vobis. Confimiliter etiam hortatur Thessaloni censes.in prima epistola, vt abundatiorem habeat charitatem erga eos præ cæteris Christianis, qui præsunt eis in domino. Et in secunda
2.Thes.3. epistola hoc specialiter vendicat sibi cum specialibus causis adiectis: De cætero,inquiens, Frarres orate pro nobis, vt sermo Dei currat,& clarificetur,sicut & apud vos, vt liberemur ab importunis,& malis hominibus. 2.ad Thessalonicenses.3. Aequè autem alijs applicat specialiter preces suas, putà Ephesijs. Ego, inquens,
Ephe.1. audiens fidem vestram,quæ est in Christo Iesu, & dilectionem. quæ est in omnes sanctos, non cessо, gratias agens pro vobis, memoriam uestri faciens semper in omnibus orationibus meis,vt Deus domini nostri Iesu Christi, pa-
B rer gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ, & revelationis in agnitionem eius. Ephesi.1. Non dixit memoriam generalem pro omnibus faciens, sed specialem pro uobis. Et nonne in eadem intercessit adhuc specialiùs pro seipso?
Remigius. Vnde super eiusdem textus expositione REMIGIVS. Non cessо, gratias agens, subaudi, Deo, memoriam uestri faciens in orationibus meis, subaudi, primùm pro me, deinde pro uobis. Hæc ille. AVCTOR. Specialiùs ergo orauit dominum pro seipso,& priùs, quàm pro Ephesijs. Specialiùs item pro eis, quàm pro cunctis fidelibus,pro causis specificatis ibidem, & ad speciales effectus. Et ab apostolis traxerunt fideles primitiui orare specialiter pro commodis illis specialiter preces applicando: prout an
Tertullian. tiquus in suo Apologetico,cap.30. TERTVLLIANVS. Precantes sumus semper pro omnibus Imperatoribus uitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes,senatum fidelem,populum probum,orbem quietum. Quæcunque hominis, & Cæsaris unta sunt, hæc ab alio orare non possum, quàm à quo me scio consecutum. Quoniam & ipse est, 3
qui solus præstat, & ego saluti tuæ impetrare debeo famulus eius, qui eum solus obseruo. Hæc ille. AVCTOR. Nisi sic plùs prodesse uideretur in speciali orare,non sic scripsisset Christianos orasse pro rebus: & quanuis oratione uterentur communi,ipsa tamen per applicationem ad hoc, uel illud sit necessariò singularis: sicut communis terra sit per appropriationem alteri specialis. Vbi autem causæ speciales ad specialitatem non urgent, sufficit orare communiter. Quod industriæ relinquitur dispensatoris prudentis, qualiter de sancto Fructuoso

A recitat in natali eius sermone. 33. tertiæ partis
2 AVGVST. Cùm † ei diceret quidam & peteret,ut eum in mente haberet,& oraret pro illo, Aug.Tract.
respondit,Me orare necesse est pro ecclesia catholica ab Oriente usque ad Occidentem diffusa. Quis enim oret pro singulis? sed neminem singulorum præterit,qui orat pro uniuersis. Ab eo nullum membrum prætermittitur,cuius oratio pro toto corpore funditur. Quid ergo uobis uidetur admonuisse istum Christi beatum Confessorem,à quo rogabatur,ut oret pro eo? Quid putas?sine dubio intelligitis cõmemoraminí,& à uobis. Rogabat ille, ut oraret pro illo. Et ego, inquit, oro pro ecclesia catholica ab Oriente usq; ad Occidentem diffusa. Tu si uis, ut pro te orem,noli recedere ab illa,pro qua oro. Hæc ilAVCTOR. Hoc forsan dixit,quia uidit eum facilem ad recedendum ab ea,aut alios excludendumab hac prece,gaudens, singulariter accipi secundùm Donatistarum stultitiam. Et quidam
B imprudentes hodie uolunt sic esse in precantũ memoria singulares,ut excludant alios uniuersos. Talibus bene dicitur, si uis ut pro te orem, noli à fidelium omnium societate recedere. Ego pro ecclesia oro,non ita tamen, ut pro nullo in speciali: alioquin ineptè rogasset Paulus Colossenses,dicens,Orationi instate, uigilantes in ea Colos.4.
in gratiarum actione,orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum. Et in fine. Memores estote uinculorum meorum. Stultèque orasset beatus latro Christum, Memento mei domine,cùm ueneris in regnum tuum. Hoc dixit Christo, quod ille alius Fructuoso. Nec similiter respondebatur utrique. Habe me in mente,& ora, inquit: pro me,inquit,is,Memento mei, dixit alter. Quid Ioan.21.
ait Fructuosus? Pro ecclesia oro,non oro pro singulis. Quid ait Christus? Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Specialem orationem fudit uterq;. Prior ad communem precem remit
C titur. Secundo specialitas postulata conceditur. Dico tibi,& eris mecum. Non ergo speciali suffragio derogat Fructuosus. Absit, ne Christo deroget,& Paulo,& ecclesiæ uniuersæ. Et † Polycarpus martyr antiquus, & ab ipsis apostolis Smyrnensium episcopus ordinatus, tendens ad martyrium,in oratione sua de singulis quos in notitia habere potuit,memoriam fecerat specialem: ut testatur epistola eiusdem Smyrnensis ecclesiæ ad ecclesias Ponti quam recitat ecclesiastica historia,lib.4.cap.14. EVSEBIVS. Orabat totus Dei gratia repletus, ut ad mirarentur Euseb.lib.
omnes, qui aderant,& ipsi,qui ad comprehendendum eum uenerant, pœniterent, q; tam honestum uirum,ac Deo dignum,& ipsa ætate uenerabilem rapere iuberentur ad pœnam. Sequi

tur.

tur. Posteà uero finiuit orationem, memoriam
A faciẽs omnium quoscunq; nosse potuit maiorũ, minorumq;,nobilium,& ignobilium, & totius ecclesiæ,quæ per orbẽ terræ est. Hæc ille. AVCT. Ergo de singulis memorari placuit melius Polycarpo,maiorũ & minorũ, nobiliũ & ignobiliũ, & tandẽ pro ecclesia catholica in memoria generali. A Christo.n. Iesu ipse hoc didicit,qui specialem precem fecit primò pro Petro, dicens, Ego rogaui pro te,ut non deficiat fides tua. Lu
Lu.23. cæ.23. Vbi in lib.6.cõmentarij.cap.5. BEDA.
Beda. Cùm pro Petro rogans Saluator,non ut tentet, sed ut nõ deficiat fides eius, obsecrat: hoc est, ut post lapsum negationis ad statum pristinum
Lu.22. pœnitendo resurgat: insinuat vtile sanctis esse tentationum flammis examinari. Sequitur. Et tu aliquando conuersus,confirma fratres tuos. Sicut ipse tuam,inquit,fidem,ne Satana tentan te deficiat,orando protexi: ita & ita infirmiores quosq; fratres exemplo tuæ pœnitentiæ, ne de uenia fortè desperent,erigere, & confortare me
4 mento. Hæc ille. AVCT. Ergo † orauit Saluator specialem orationem specialiter applicatam Petro,& in speciali causa,ne deficiat fides illius post lapsum. In ea quoq; hora sic paulò pòst orauit Christus specialiter pro apostolis, qui tunc
Io.17. secũ erant,dicens, Ego pro eis rogo,nõ pro mundo rogo, sed pro his,quos dedisti mihi,quia tui sunt. Sequitur. Pater sancte, serua eos in nomine tuo,quos dedisti mihi. Ioannis. 17. Et tertiò dem in addidit orare pro toto mundo fidelium; 6
dicens, Non pro his rogo tantùm, sed pro his, qui crediturí sunt per verbum eorum in me. Sequitur. Vt mundus credat, quia tu me misisti. Super cuius primam partem dixit in expositio-
tracta- ne Ioannis, sermone centesimo nono AVGVS.
tu. Illa oratione pro omnibus,redemit,siue tunc in
Aug.To.9. carne uiuentes,siue posteà futuros, redemptor noster orauit, cùm rogans pro Apostolis, qui tunc cum illo erant, adiunxit etiam illos, qui per eorum verbum in eum fuerant crediturí. Hæc ille. AVCT. Tunc ergo orauit pro Apostolis, qui cum eo erant, & demum huic orationi
Multiplex 5 speciali adiunxit generalem precem pro omnibus crediturís in mundo. Ibi sermone sequente AVGVST. Non pro his tantùm rogo, sed & pro eis,qui crediturí sunt per eorũ uerbum in me, continuò subiungens, vt omnes unum sint. Isti † autem omnes quid est, nisi mundus,nõ hostilis utiq;,sed fidelis. Nam ecce, qui dixerat, non pro mũdo rogo, pro mũdo rogat, ut credat quoniam est mundus, de quo dictum est, Ne cum hoc damnemur: pro isto mundo nõ rogat, neq; enim qui sit prædestinatus ignorat: & est mun
Io.3. dus,de quo scriptum est, Non venit filius hominis in mundum, vt iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vnde & Apostolus, Deus erat in Christum mundum reconcilians si bi: pro isto mũdo rogat dicẽs, ut mũdus credat, quia tu me misisti: Hæc ille. AVCT. A principio ergo precis suæ orauit Christus p Petro vicario suo in ecclesia,cui adiũxit specialem orationẽ pro Petro,& apostolis: & tertiò fecit orationẽ simpliciter generalem pro mũdo plebis fidelis. Prima oratio fuit simpliciter specialis pro persona & causa: secunda generalis quodammodo,& pluribus specialis: & tertia cunctis fidelibus generalis. Quem modum nõ omnino omittit ecclesia orans in capite cononis missæ pro Papa loco Petri,addens item antistitem loco Apostolorum, & demũ pro omnibus orthodoxis,& Apostolicæ fidei cultoribus,id est, per eorũ ver *credenti
bum Christo * tradentibus. Et mulier illa magnæ fidei Chananæa orationem specialem fecit bus.
Matt.15. dicẽs, Miserere mei domine, filia mea malè à demonio uexatur. Et qd ait Christus? Specialiter
B orãti speciale rependit subsidium, magna est.n. fides tua, fiat tibi sicut tu vis. In sermone de eadem CHRYS. O mulier,grãdis est fides tua, fiat Chry.To.2
tibi sicut uis, voluntas tua curet eã. Chananæa uoluntate curauit,& filius Dei, sicut dicunt hæretici, hæc à semetipso nõ curat. Fiat tibi sicut tu vis, neq; iussit mulieri, neq; imperauit, sed sola mulieris voluntas curauit filiam, dæmonẽq; fugauit. Hæc ille. AVCT. Non ergo specialis oratio contemptibilis est, quæ talia promeretur. Et
† præeminentia utilitatis eius super generalem pater ex hoc, q, omnis oratio specialis ritè facta, continet generalem, sicut singulare totum genus: idcò particeps factus* omnium orationũ *specialiũ
ecclesiæ, est etiam socius factus orationũ generalium in eadem: non sic econtrariò. Modò ergo fructuosius est suffragium speciale, quo habito, generale item addetur: quod est apud ecclesiam regulare. Non est autem orationem specialem applicare singulis, pro quibus in generali precaC mur. Sic rex Dauid eximius orationem suam specialem subdit ad dominum pro seipso, dicens, Miserere mei Deus &c. & speciali modo illud, Psal.50.
quod tunc molestabatur delictum, cõfessus, Delictum, inquiens, meum contra me est semper: illius specialis delicti remissionem specialem accepit,& uirtute eius omnium criminum remissionem generalem: prout notatur in Apologia Amb.To.4
eius,& hoc loco scribit AMBROSIVS. Si dixit pronuntiabo, & ueniam meruit antequam pronuntiaret, quantò magis ubi de se pronuntiauit, dicens, Iniquitatem meam ego cognosco,& delictum meum contra me est semper? Remissum est ei omne peccatum, licet specialiter de hoc & Nathan propheta respondent ei: dominus traduxit peccatũ tuum, ergo & remissionẽ 2.Reg.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meruit iniquitatis,& texit charitate, atque ope ruit peccata sua. Hæc ille. AVCTOR. Ecce remissum est ei generaliter omne peccatum. Cum specialiter propter hoc peccatum, de quo Nathan certificauit eum, in spe specialiter pœnitens exoraui. Respice scripturas sacras,& penè ubique speciales sunt orationes, quæ factæ probantur à sanctis, & fructuosæ exaudiebantur à domino. Nam auctor legis Christus, quando secundùm dispensationem carnis orauit, specialem precem fecit. Et beatus Stephanus, Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt, pro lapidatoribus suis specialiter orando, quemadmodum Christus pro crucifixoribus suis, specialiter intercessit, dicens, Pater igitur ignosce illis, dum passionem generaliter suam extendit ad omnes. Hæc deberet esse praxis certior ad imitandum, quàm cæcæ rationis sine sensu. Obijcis autem dedignanter in sermone prædicto, q̃ prælati locorum, aut monasteriorum patres, applicarent sua & subiecto rum suorum suffragia ad orandum specialiter pro his, aut illis. Non licet, inquiens, vt Begardi faciunt, secundùm suum iudicium euagari, uel sua suffragia secundùm intentiones, quantumcunque irregulares desiderant limitare. Hæc 7 Witcleff. AVCTOR. Ex odio dicis, irregulares sed fideliter dic, regulares, & tunc nonne licet eis sua suffragia secundùm intẽtiones huiusmodi præsidentibus limitare? Dicis vbique penè, q̃ non, quia soli Deo competit arbitrium meritorum: veni priùs mecum ad Christum, qui applicare docuit,& præcepit suffragia subiectorũ ad causas speciales,& per speciales preces. Ora te, ne intretis in tentationem. Orate, ne fuga vestra fiat sabbato, uel hyeme. Et sic orabitis, Pater noster, qui es in cælis: vbi generalis oratio in septem speciales diuiditur. Quotiens te remisi ad facta Pauli, qui tot locis apostolica suffragia subiectorum ad intentionem suam specialem planè monstrat, rem licitam,& imitandam à nobis. Præterea quæ superiùs dixit ad Romanos fideles, ait. Obsecro vos fratres per dominum Iesum Christum,& per charitatem Spiritussancti, vt sollicitudinem impertiamini in orationibus ad deum pro me, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio fiat in Hierosolyma sanctis ad Rom. 15. Hic uidere potes sanctum Paulum applicare preces populi secundùm suum iudicium, & intentionem propriam ad orandum specialiter pp duo, vt liberetur ab infidelibus in Iudæa,& dignè suscipiatur à sanctis religiosis in Hierusalem, & interoones eorum, quas generaliter faciebant, desiderauit partem specialem fieri pro se ipso: sollicitudinem, inquit, impertiamini pro me in orationi

Act 7.

Lu.23.

A bus uestris. Quis dicet imprudẽs sanctum Paulum post orationem fructuosiorem, quæ fiebat generaliter pro se,& aliis, præparasse sibi precẽ inualidiorem per applicationem specialẽ, tàm quo ad personam, dicendo, pro me: quàm quo ad negotium, addendo, vt liberer ab infidelibus &c. Cùm meliùs dixisset, secundùm Witcleff, vt omnes omnia faciamus secundum Dei placitũ? Ad Ephesios quoque idem apostolus preces applicat speciales, dicens, Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tpe in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis,& pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Sequitur. Ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Ephe. 6. Ecce preces flagitat speciales, pro omnibus sanctis, inquiens,& seorsum pro me. Super quem locum in commentario, tomo. 3. HIERO. Apostoli humilitas admiranda petentis Ephesios, ut pro se obsecrationes faciant: ait quippe, in omni instantia,& pro omnibus sanctis, inquiens,& pro me, ut seorsum sui facerent mentionem. Hæc ille. AVCTOR. Seorsum. i. peculiariter in generalitate sanctorum pro se. Hoc præsulem docuit, hoc patrem fidelium populorum. Post † quem item eius exẽplo cæteris, qui tuitionem spiritualem acceperint animarũ, incumbit & ipsis tanquam patribus applicare suffragia, & secundum incumbentes personas & causas preces specificare subiectis: quia secundum CHRYS. Homil. 30. imperfecti. Ipsi gerunt vicem stomachi in corpore Christi mystico: cuius est membris singulis congrua alimenta diuidere, & distribuendo singulis specialia sua, toti corpori generaliter procurare. Et ipse item in expositione 1. ad Timotheum Homi. 6. CHRIS. Velut cõis quidã pater orbis terrarũ uniuersi est sacerdos. Omnium igitur dignũ est procurationem hẽre eum, sicut & deus habet, à quo consecrat: propterea ait, Deprecor igitur omnium primum facere intercessiones,& orones. Hæc ille. AVCTOR. Illud apostoli cõmorat unde incepimus, ubi apostolus iubet per Timotheũ obsecrationes fieri spãles pro regibus,& his, qui in sublimitate cõstituti sũt, dicẽs, q̃ horũ procuratio decet sacerdotẽ maximè, qui est pater orbis, sicut & deo maxime cõpetit, qui cõsecrauit eũ, & cuius est ipse uicarius. Quòd arguũt quidã de lumine inducto in domũ, quo cõsolati sũt alii æque ut ille, cuius rõne spãli infert, longè distat hoc exẽplum luminis ab officio spãlis precis. Oratio. n. efficax uiuit de spiritu hominis, participatione fidei,& affectus eius,& limitatur ab illo: lux uel illuminatio, est actus extrinsecus iductus, nec ex se limitatus ad effectũ eius plusq̃ ad lapidẽ. Vñ frequen-

Mat.6.

C

Ephe.6.

Gio.To.3.

Argumẽt friuolum.

quenter non illuc pergit, quò intendit. Oratio A efficax illuc semper tendit, & agit modo primi agentis secundùm effectum eius, secundùm fidem eius, dicente Christo. Quicquid orantes petitis, credite,& fiet vobis. Et Iacobus. Oratio fidei saluabit infirmum. Inde est, q̃ oratio solùm proficit secundùm fidem, & affectum agentis, & est actus liberi arbitrii,& uariatur, & actuatur ab effectu orantis: prout in sermone Quando regressus est de Asia CHRYS. Iste meus thesaurus: hæ sint diuitiæ meæ: & ideò uestras orationes requiro: orationes uestrę mihi murus & munimen mihi sunt. Noli dicere, ego languidus sum, quomodo potero pro sacerdote orare? Audi scripturam dicentem, Oratio † continua, & ecclesiastica oratio soluit uincula Petri: & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit: oratio cõclusit ora Leonum, oratio seditionem compescuit, oratio paradisum aperuit, oratio cæli cardines reserauit, ora tio sterilem fœcundauit, oratio Cornelii cæ B los penetrauit, oratio Publicanum iustificauit. à uobis munimen exquiro, talem gratiam postulo,& Deus gloriæ suscipiens orationes uestras det mihi in apertionem oris mei sermonẽ, quo I possim creditum populum instruere ad salutẽ. Hæc ille.

Chr.To.5.

Orationis efficacia, et effectus.

8

¶MONET, VT ORETVR SPECIALITER PRO DEFUNCTO PATRONO, QUANVIS ORANS IGNORET STATUM,& MERITUM EIUS: & UT AMICI EIUS INSTENT APUD SANCTOS ORARE PRO EO. CA. CVI.

SVMMA.

1 *Ignorantia docta.*
2 *Orandum quòd sit pro patronis in spe fideliter, et amanter, etiam si nesciamus si sint in cælo, an in purgatorio, contra Witcleff.*
3 *Cura q̃ sit exhibenda specialiter defunctis sine ac* C *ceptione boni uel mali.*
4 *Exequiæ defunctorum, q̃ antiqua consuetudine ecclesiæ sint ab Apostolis acceptæ.*

DEficiente, uel magis, repugnante sibi fide catholica, tãm ex auctoritate scripturæ, quàm traditione ecclesiæ currit Witcleff ad Logicam, sicut deficiente diuino oraculo cucurrit Saul cõsulere Phitoniſſam, arguens prædicto sermone. 48. Patet, inquiens, quàm prolixi sunt mundi oratores, q̃ dimissis orationibus generalibus, obligant se gratis ad orandum specialiter, atque simpliciter pro patronis, de quibus trepidant, si nunc sint in cælo, an i purgatorio, uel i inferno: si eũ 2 decedebant in mortali, uel hæresi, tunc sunt diaboli condemnati. Ista consequentia, est cognita illis esse bona,& antecedens, nec est illis cognitum esse uerum, nec illis cognitum esse falsum: ergo nec consequens subducta obligatione alia ab aliis simpliciter est negandum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Hoc insultat iste fidelibus, quòd concedunt orare pro patronis,& cæteris amicis suis in specie, quorum statũ in uia alia ab eis simpliciter & absolutè ad grauãdum causam oratorum proponit. Sic enim absolutè oraturos se faciunt qualiter orationis institutor informauit orationis modum, cum diceret: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, & qualiter ipse idem ait, Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis,& fiet uobis. Quid absolutius dici potest, quid simplicius? Sed qui promittunt se orare, inquit, quod non cognoscunt? Hoc orantibus Deum in hac uita commune est, nec tamen ab oratione cessandum, quia Christus ipse ait. Oportet orare semper, & non deficere,& tamen per Apostolum suum ait, quid oremus ut oportet, nescimus. Ideo epistola ad Probam de orando Deum AVGVSTIN. Est † in nobis (ut ita dicam) quædam docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Nam cùm diceret Apostolus, si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, ibi subiecit. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã. Quid. n. oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundùm Deum interpellat pro sanctis. Sequitur. Interpellare utique sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans. n. desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narratur quando desideratur quod ignoratur? nam utique si omnino ignoraretur, non desideraretur, & rursus si uideretur, non ignoraretur, nec gemitibus quæreretur. Hæc omnia considerans, & si quid aliud de hac re tibi dominus insinuauerit, quod uel mihi nõ occurrit, uel dici à me longum fuit, concerta in oratione uincere hoc seculum, ora in spe, ora fideliter & amanter, ora perseueranter & instanter. Hæc ille. AVCTOR. Attendat iã Witcleff cum calumniatrice sua consequentia doctam ignorantiam oratorum, & in spiritu dei, qui facit interpellare sanctos suos, & orare quod nesciunt, inspirans eis rei desiderium, quam ignorant, non omnino, quia si omnino ignoraretur, non desideraretur, & iterum si uideretur, non gemitibus quæreretur,& precibus. Sed † iterum finale consilium est Au-

Matt.6. Lu.11. Ro.8.

Ignorantia docta. Aug.To.2. ca.15.

1.Reg.28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gustini, ꝙ hæc omnia considerantes, oremus in A
spe fideliter & amanter pro his patronis, quos
nescimus si sint in cælo, an in purgatorio: qui
enim mihi præcepit orare, non obligauit orare
id solùm, quod noscerem. Non enim dixit, Qđ
cunque petitis uobis cognitum, sed simpliciter
ait, simplicitate saltem Euangelij: Quicquid o-
rantes petitis, credite, & fiet vobis. Non ait, co-
gnoscite, nec tamen de patronis illis, vt tu ar-
guis, trepidamus, sed bene de eis speramus, &
credimus, quod item fideliter ignoramus. Sic
enim Iacobus ait: Postulet in fide, nihil hæsitãs
qui enim hæsitat, similis est fluctui maris. Ma-
gis ergo qui trepidat, quàm qui hæsitat cum tre 3
more. Vnde ad soluendum totam tuam argu-
Aug.To.4 tiam, Augustinianam audi sententiam libro de
cura pro mortuis agenda ad finem. AVGVST.
existimemus ad mortuos, pro quibus curam ge
rimus, peruenire, nisi quod pro eis, siue altaris,
siue orationis, siue eleemosynarum sacrificio
solenniter supplicamus: quantùs non pro qui-
bus siunt, omnibus prosint: sed iis tantùm, qui- B
bus dum uiuunt, operantur ut prosint. Sed quia
non discernimus qui sint, oportet ea pro rege-
neratis omnibus facere, vt nullus eorum præ-
termittatur, ad quos hæc debeant beneficia, &
possint peruenire. Meliùs supererunt ista suf-
fragia eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quã
eis deerunt, quibus prosunt: diligentius tamen
facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo pro
illo fiant similiter à suis. Hæc ille. AVCTOR.
Hoc semper Augustinus respondere solet, con-
tra quod Witeleff semper solet obijcere de ab-
solutionibus sacerdotum, quos solet Witeleff
arguere, ꝙ absoluunt quos nesciunt: ideò con-
tra judices, contra suffragia concedentes, cõtra
electiones canonicas, contra eleemosynas ero-
gantes, contra religionem intrantes, unam hãc
laicam garrit argutiam: quia nesciunt. Iam Au-
gustinus in hoc casu respondet dicens ipsi, quã
uis pro quibus fiant orationes altaris, vel solen
nes eleemosynæ non discernimus, oportet tamẽ
ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus p̃-
termittatur, ad quos tam magna beneficia pote
runt peruenire, vel debeant. Sic dixit superius,
quòd dubitare possimus, ne prætermittatur qui
verè iam pœnitet. Ne prætermittatur fidelis, in
terdum baptizamus & fictumne prætermitta-
tur iustus, iniusto benefacimus. Hæc regu-
la est Christi patris nostri, qui scienter facit So-
lem suum oriri super bonos & malos: & multò
Mat.5. magis non excludamus, quem esse indignum
simpliciter ignoramus. Sic item tertia parte
sermone. 29. de cathedra sancti Petri. AVGV-
Aug.To.x STINVS. Quia increduli homines uiden-
tur ad superstitionem hanc specie esse pietatis
attracti, ostendam eis, qua ratione animas defun
ctorum, suorum iuuare possint utiliùs. Orent
quotidiè pro charis suis, interpelient dominum
voce flebili, precentur eis veniam, eorum scili-
cet errorum, & lapsuum remissionem, pascant
esurientes, vestiant nudos, vt si quid defuncto-
rum negligentia minus factum est, fide uiuen-
tium impleatur, adhibeat unusquisque charis
suis sanctorum preces, suffragia, sacrificia offe-
rat, & sacerdotali eos professione domino com
mendet. Sequitur. Hæc sunt, quæ charos uestros
iuuare possunt, hæc sunt refrigeria quiescentiũ,
hæc remedia defunctorum. Hæc ille. AVCT-
Curam † esse communem sine acceptione boni
vel mali defunctis specialem exhibendam. Sic
enim specialiter docet nos eleemosynis & pre-
cibus iuuare charos nostros, & professione sa-
cerdotum eos domino commendare, & orare di
cendo. Exaudi me pro charis meis domine: etsi
quid ignoretur status eorum. Sic cura nobis est
de mortuo patrono orare fideuter vt quiescat
in pace, quanuis quid agat in alia uita nescia-
mus: sicut diues damnatus inculpabiliter cura
uit de uiuis, quanuis quid agerent omnino ip
se nesciret. Sicut prædicto libro de cura mor-
tuorum agenda AVOV. Itaque illi fuit cura
de uiuis, quanuis quid agerent, omnino nesci- Lu.15.
ret, quemadmodum nobis est de mortuis cura
quanuis quid agerent, omnino utique nescia-
mus. Nam si nihil de mortuis curaremus, non
utique pro illis Deo supplicaremus. Hęc ille.
AVCTOR. Ipsa (vt videtur) est naturalis affe-
ctio, ut pro eis simus magis solliciti, quorum
valitudines ignoramus. Hæc auibus & feris
bestiis communis, ut eò diligentiùs pullos nu-
triant, aut alimenta quærant, quò magis quid
eis euenerit, nesciunt. Idcirco poterat es- C
se in diuite sollicitudo curæ pro fratribus eò
maior, quò magis nesciret quid agerent. Et
sic nobis quoque est cura de mortuis, quanuis
quid egerint, ignoramus: aliter non pro illis
Deo supplicaremus, inquit Augustinus: & cer
tificè dixit se ostendere qualiter animas defun-
ctorum suorum fideles iuuare possent vtiliùs:
& subdit preces, eleemosynas, & sacerdotales
commendationes ad Deum. Hæc sunt, inquit
quæ charos nostros iuuare possunt, hæc refri-
geria quiescentium, hæc remedia defunctorũ.
Cur non potest orator ecclesiæ ad hoc se obli-
gare gratis ad sic orandum specialiter, & sim-
pliciter: sicut simpliciter hæc fore remedia de-
functorum charorum promiserit Augustinus?
Et qualiter Witeleff iam orat pro omnibus in
generali, iam uellem agnoscere. Nunquid ipse
est ita ignarus de omnibus, qualiter agant uel
in gaudio, uel in pœnis, & multò incertior de
liberatio-

liberatione omnium per preces suas generales, A
quàm nos, qui intercedimus pro quibusdam?
Dicit sed de omnibus quosdam liberari spera-
mus. Verè & eo certiùs orares pro quibusdam,
quàm pro omnibus liberandis, magisque uale-
ret oratio specialis, quæ certificè expedit, quàm
oratio generalis, quam non cognoscis in forma
generali, qua petitur valituram pro singulis.
Exequiæ de 4 Sed † redeamus ad orationem specialem pro ta-
functorum. li patrono, si non sit Deo conformis, de cætero
qualiter potuit esse deo placita in principio mi-
grationis suæ de seculo, quando sacerdos erat in
locatione, & i funere, & pro anima huius defun
cti uel defunctæ: quæ item antiqua consuetudo
ecclesiæ ab apostolis derelicta? Nec aliter, vt pu-
Dionysius. to, libro de ecclesiastica hierarchia tàm signan-
ter dixisset DIONYS. Accedens diuinus hie-
rarcha, osculatur dormientem, & post illum præ
sentes omnes. Vbi in theoria. Accedens diuinus
hierarcha, orationem sacram dormienti facit, &
post orationem ipse etiam hierarcha, cum oscu- B
latur, & præsentes omnes. Oratio quidem à the
archica benignitate deprecatur omnia dimitti,
quæ per humanam infirmitatem peccata sunt
dormienti: Constitui autem illum in regione ui
uentium in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, quo
ausugit dolor, & tristitia, atque suspirium. Ista
ergo, vt puto, manifesta sunt sanctissimorum
præmia. Quid ergo fit? omnis intristitiæ & luci
dalis immortalitatis æquali genere. Sequitur.
Verum etiam sermonem arbitror, quia oculus
non vidit, & auris non audiuit, & in cor homi-
nis non ascendit, &c. Hæc ille. AVCT. Ecce mi
Witeleff qualiter Dionysius antiquus pater ex-
ponit obsequia circa funerationem defuncti iu
xta regulas ab apostolis tunc acceptas. Episco-
pus orationem facit super eum, & osculatur, nec
orat tm̃ oratione in generali: sed quem in specie 1
osculatur, pro eo specialiter deprecatur. Et reci- 2
tat per partes penè totam orationem, quam uni C
uersa in hoc officio frequentat ecclesia. Depre- 3
catur, inquit, omnia dimitti, quæ per humanam 4
infirmitatem peccata sunt dormienti. & Eccle-
sia. Deur, cui omnia viuunt, & cui non pereunt 5
moriendo corpora nostra, sed mutantur in me-
lius, te supplices: deprecamur, vt quicquid ani- 6
ma famuli tui vitiorum, tuæque uoluntati con-
trarium, fallente diabolo, & propria iniquitate,
atque fragilitate cõtraxit, tu pius & misericors
abluas indulgendo. Sic ait Dionysius, ꝙ precã-
tur ea dimitti, quæ per humanam infirmitatem
peccata sunt dormienti. & sequitur. Constitui
autem illum in regione uiuentium in finibus
Abrahæ, Isaac, & Iacob, loco, quò ausugit dolor
& tristitia, atque suspirium, fit in oratione eccle
siæ. Eamque suscipi iubeas per manus sanctorũ
angelorum tuorum deducendam in sinum pa-
triarcharum tuorum Abrahæ scilicet amici tui,
& Isaac, electi tui, atque Iacob dilecti tui, quo
ausugit dolor, & tristitia, atque suspirium. Et
Dionysius. Ista sunt sanctorum beatissimorum
præmia, quæ oculus non vidit, & auris non audi
uit, & in cor hominis non ascendit, quæ præpa-
rauit Deus diligentibus se. Oratio ecclesiæ. In-
ter sanctos & electos tuos eam facias perpetuæ
gloriæ percipere portionem, quam oculus non
vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nõ
ascendit, quæ præparasti Deus diligentibus te.
Per Christum dominum nostrum. Hanc oratio
nem habet ecclesia super funerandum specialiter flagitandam, quæ, vt liquet, eadem est, quã
ecclesia vt tunc orauit, habens eam sibi traditã,
vt postea scribit Dionysius à diuinis ducibus,
suis. s. apostolis, & magistris ecclesiæ. Has ego
orationes sollicitè procurarent decedentibus
amicis suis specialiter fieri, & hoc diligenter se-
cundùm hanc formam primitiuæ apostolorum
ecclesiæ, qui amicos suos diligunt, & desiderant
bene esse. Velut docet tertia parte sermonũ ser- Aug.To.x
mone. 146. AVGVST. Illa, quæ adiuuant spiri-
tus defunctorum, orationes, oblationes, eroga-
tiones, multò pro eis obseruantiùs, instantiùs,
abundantiùs impendant, qui suos carne, nõ spi-
ritu mortuos, non solùm carnaliter, sed etiam
spiritualiter amant. Hæc ille.

¶ QVOD APVD DEVM ET SANctos satisfaciant amici defuncti ut oretur pro eo, & specialiter adiuuetur. Cap. CVII.

SVMMA.

1 *Aeriani hæretici.*
2 *Orationes pro defunctis, ꝙ auctoritate Christi fiant.*
3 *Mortuis quomodo prosint uiuorum suffragia.*
4 *Suffragia deuotorum, quòd prosint patronis defunctis iam damnatis ad damnationem mutiorẽ.*
5 *Orationis dominicæ forma, & tenor.*
6 *Witeleff obiectio contra specialem orationem, & ad eam responsio.*

TImeo, nè Witeleff errauerit i hac re, ꝙ
fundius, ꝙ putamus. Scribit n. in libel-
lo de oone ca. 3. Cũ nullus fictus ora
tor securare põt aliquẽ, ꝙ pp oonẽ suam deus
vitã alterius acceptabit, nõ abũdet aliquis tãta
desidia, ut det pretium cõmercii anteq̃ de illo,
quod emit, sit securus. Sicut n. quilibet hẽt pro-
prietates aliquas personales, quæ ex natura rei
uel vitæ hominis consequuntur: sic est de præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mijs meritorum. Vnde Apo. 14. dixit & prophe A
ta. Opera eorum sequuntur illos. Sicut enim
umbra sequitur in uespera ad currentem homi
nem versus solem: sic præmiorum dignitas in-
fallibiliter & propriè consequetur hominem
apud solem iustitię promerentem. Sicut enim
non prodest emere à proximo statum suum, vt
magisterium suum, decus, vel honorem, sic nō 3
prodest ab ipso emere meritum, uel peccatum.
Hęc Witeleff. AVCTOR. Suspectam rem ha-
beo. ꝙ spreuit orationes quaslibet pro uiuis &
defunctis fiendas specialiter hac ratione iam fa
cta, ꝙ unusquisq; recipiet secundum merita
propria. Quid ergo proderunt ipsi orationes,
quid eleemosynæ speciales? & erunt omnibus
& hominibus tales, quæ per amicos, uel orato-
res fiunt inutiles preces, inutiles sepulturę.
Hanc hæresim Aerius docuit, prout libro hęre
Aug. To. 6 1 sum ca. 53. exprimit AVGVST. Aeriani † ab Ae-
Aeriani. rio quodam sunt, qui cum esset presbyter, do-
luisse fertur, ꝙ episcopus non potuit ordinari:
& in Arianorum hæresim lapsus, propria quo-
que dogmata addidisse nonnulla, dicens offerri
pro dormientibus non oportere. AVCTOR. B
Non offerri putes eleemosynas, preces, vel hos-
tias. Quod item ab Witcleuistis cum obseruatur quæri solet, ubi in nouo testamento fiunt
orationes pro mortuis laxandis scilicet à pœ-
na, quam tolerant, & culpæ reatu? dicitur, ꝙ
Orationes pro defunctis auctoritate christi fiunt. 2 †ubi oratum est pro suscitatione Lazari, pro vi
uificanda item puella in domo, hoc medio, ꝙ
non Christus curauit quenquàm exterius, quę
ité nō intus seruasset. Quod nisi orationibus
piorum fidelium mortuorum debita soluerentur: cur de quibusdam reis in spiritum sanctum
dixit Christus eorum blasphemiam irremisibi
lem in hoc seculo & in futuro? Vnde in exposi
tione illius Machabæorum. Sancta & salubris
1. Mac. 12 est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur lib. 3. cap. 22. Rabanus. Quòd ue-
rò post exitum uitæ presentis, pro fidelium pec C
catis exorandum sit, & eleemosynarum opus
agendum quatenus ii, pro quorum remedio
res agitur, à peccatis soluantur, & presens locus ostendit; & in euangelio dominus ubi de
peccato blasphemię in spiritum sanctum dispu
tauit, irremisibile peccatum istud esse ostendens, ait: qui dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra
spiritum sanctum, non remittetur ei neque in
hoc seculo, neque in futuro. Cùm enim dixit
unum illud irremisibile esse peccatum: ostendit, alia tàm in presenti, quàm in futuro posse
remitti. Qualiter autem pro defunctorum sa-
lute agendum sit, ostendunt sancti patres in
scripturis suis. Hæc ille. AVCT. Ex hoc igitur

euangelico illo eum frequenti usu ecclesię con
trà hàc hæresim semper orabatur pro mortuis.
Non, inquiunt, solui potest post mortem: quia
unusquisq; iudicium suum portabit, prout ui-
tam digessit ut Witeleff iam arguit. Huic autē
hæresi diu ante Aerium uel Witeleff obiecit se
iam in dicto loco post sanctus pater DIONY
SIVS. Quæri † potest, quare episcopus rogat di Mortuis quomodo sint utilia suffragia.
mitti peccata defuncto, & donari ei beatam san
ctorum communionem. Cùm enim diuina iu-
stitia retribuit in futura bona & mala, quæ ges
sit in hac uita: & defunctus iam cuncta opera
sua finaliter compleuit: quomodo per orationē
episcopi aliam retributionem obtinebit, quàm
ipse meruit, per opera quæ fecit in hac uita?
Ego autem sacram scripturam sequens, noui, ꝙ
unusquisq; habebit retributionem in futuro,
quam hic promeruit. Et infrà, Dico autem se-
cundùm scripturas, ꝙ sanctorum orationes uti
les sunt in hoc seculo, hoc modo. Si quis dona
Dei desiderans, & affectum sanctum habens,
ad ipsorum participationem tanquàm propriā
cognoscens paruitatem, rogat aliquem uirum B
iustum fieri sui susceptorem, & cooperatorem,
iste consequetur ex his maximam utilitatem, &
diuina dona percipiet, Deo ipsum exaudiente
mediantibus suipsius religiosa cognitione, re-
uerenda in uiris iustis laudabili desiderio petitu
ris, orationum conueniente & Dei formali ha-
bitu proprio. Sequitur. Si quis ergo prædictū
modum obtinendi diuina bona reprobet, falsa
opinione arbitrans se sibi sufficere ad orandum
Deum, & sanctos contemnant: aut & si petitio
nes dignas Deo, & iustas postulet, & repidè di-
uina dona desideret, & quod sibi non congruit,
per propriam culpam priuabitur consecutione
petitionis imperitæ. Hæc ille. AVCTOR.
Hunc textum assumpsi de sancto Thoma, qui
in nullo uerbo ab aliis uariat, & est ad intelli-
gendum expresior. In quo satis uideri potest,
C qualiter contra mercatorem diaboli Witcleff,
fideles incitat ad orandum sanctos, & iustos, tā
pro seipsis, quàm pro charis suis, & quàm dilei
diligentia docet modum, scilicet, vt aliquis affe
ctum sanctum habens cupiens dona Dei, pro-
priam recognoscens paruitatem, orat iustum
aliquem orare pro se: ex hoc facit consequen-
ter maximum commodum, Deo ipsum audien
te, tàm propter laudabile suum desiderium de
sanctorum suffragiis, quàm propter suæ paruita-
tis religiosam notitiam: qui autem spernit iu
dicans se sibi sufficere ad orandum Deum, &
sanctos contemnat, propria culpa sua optato
priuabitur. Quid dicere uult iam Witcleff ad
sanctum Dionysium, cùm prudenti sua mercā-
tione, dicens in hoc casu oratorem non posse se

curare

curare aliquem, ꝙ propter orationem alterius A
Deus acceptabit, & inde consulit, ne quis det
pretium, donec de empto sit securus? Incredule
& miser homo, quis doctus in fide hanc securi-
tatem postulabit à sancto? Sanctus Dionysius
nil aliud dixit, nisi quòd recogitans propriam
paruitatem, roget quis uirum iustum fieri su-
sceptorem sui coram Deo: quam aliam securi-
tatem facit illi sanctus, nisi forsan dixerit, propi
tius sit tibi Deus? Dicis, sed qualiter iudicabit
eum Deus secundùm opera sua, si sanctorum
prece iuuabitur? Quia & hoc meruit dum uiue
ret sanctorum precibus scilicet adiuuari: quod
mereri non posset ex propriis. Sic enim ait san-
ctus Dionysius. Ego, inquit, sacram scripturam
sequens; noui, ꝙ unusquisq; habebit retributio
nem in futuro quam hic promeruit. Quòd au-
tem orationes sanctorum prosint, siue in hoc se
culo, siue in futuro post mortem, qui eisdem
orationibus se indignos exhibuerunt, sacræ scri
pturæ non docent. Et subdit huius primam di- B
gnitatem, si humiliter subdiderit se precibus
sanctorum, credens se posse iuuari ex eis: qui au
tem preces talium repulerit, ipse nunquàm in-
ueniet eas sibi utiles post mortem: sicut nec hæ
retici obdurati. Sic enim censetur eis indigni-
Act. 12. ficut Christus docebat indignum, qui repulit
uerbum Dei, secundùm illud apostoli: quia iudi
castis nos indignos uitæ æternæ, ecce conuer-
timur ad gentes. Hæc est enim prima indigni-
tas, repellere scilicet orantis beneficium, uel do
centis. Qui autem hoc admiserit, sentiet com-
modum cuiuscunque sit sortis. Vnde Enchiri-
Aug. To. 3. cap. 110. 2. cor. 5. dii cap. 64. AVGVST. Non igitur ista, quæ pro
defunctis commendandis frequentat ecclesia,
illi apostolico sunt aduersa, de quo dictum est.
Omnes autem astabimus ante tribunal Christi
ut referat vnusquisq; secundùm ea, quæ per cor
pus gessit, siue bonum: siue malum: quia & in
hoc metitum quisque cùm in corpore uiueret,
comparauit, ut ei possint illa prodesse. Hæc il-
le. AVCTOR. Hoc ecce vetus argumentum C
à dicto apostoli fecerunt hæretici ab apostolo-
rum tempore, & sancti Dionysii, contra eccle-
siasticas orationes pro defunctis; & dum sem-
per eodem modo respondetur, catholicè sem-
per ab hæreticis renouatur. Dicimus, cui pro-
sunt suffragia pro defuncto, ipse hoc meruit bo
na fide in precibus supplicantium, quamuis nō
omnino de bona uita: quia de quanto bene ui-
xerunt, preces non mouerunt: sed quod pecca
tis non meruerunt, sanctorum suffragiis repa-
ratur. Vnde sermone tertiæ partis de celebrita-
Aug To. 8. te defunctorum AVGVS. Orationibus uero san
ctæ ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis
quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est

dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis mi-
sericordiùs agatur à domino, quàm eorum pec-
cata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum
uniuersa obseruat ecclesia, ut pro eis, qui in cor
poris, & sanguinis Christi communione defun
cti sunt, ad ipsum sacrificium commemorentur
oreturq; pro illis, ac id offerri commemoretur.
Cum uerò commendandorum causa opera mi-
sericordiæ celebrantur, quis eis dubitat suffra-
gari, pro quibus oratione Deo non inaniter al-
legantur? Hæc ille. AVCTOR. Quàm palam
dixit Augustinus non esse dubitandum mor-
tuos adiuuari, ut misericordius cum eis agatur
à domino, quàm eorum peccata meruerunt? Et
iterum. quis dubitet eis suffragari, pro quibus
orationes Deo non inaniter allegantur? Si nul-
li debet esse dubium, quid securitatē petit mer-
cator incredulus? At dicat mihi quam cautionē
securitatis accepit Iudas Machabæus, cum tot
drachmas argenti. 12. scilicet millia misit Hie- B
rosolymā, offerens ea ibi ut orarent specialiter
pro peccatis mortuorum, eorum, qui de dena-
riis idolorum habebant, A quibus lex prohi-
bet? 2. Machabæorum. 12. Quibus tamen sine
ulla securitate præter hoc, ꝙ fuerant circunciſi
sacrificia profuerint: sicut habet lib. de animæ
naturæ ad reatum AVGVS. Non est, ut dicatur Aug. To. 7.
eas, quas baptismus non abluit, sacrificia pro
eis crebra mundabunt. Et infrà. Quæ quidē
si adhiberi possent, procul dubio non baptiza-
tis prodesse non possent. Sicut nec illa, quę de li
bro Machabæorum commemorauit sacrificia
facta pro peccatoribus mortuis eis aliquid pro
fuissent. Hæc ille. AVG. Pleni sunt libri sacri, &
quantò priores in ecclesia, tantò pleniores de
hac orationum fide à sanctis faciendarum in
speciali pro uiuis & mortuis. Pro quibus im-
petrandis apud sanctos qui negligit, aut con-
temnit, arbitrans se sibi, & amicis suis suffice- C
re ad orandum Deum, uicinior hic Deo sibi ui-
detur Iuda Machabęo, qui sacerdotes templi ro
gabat pro mortuis suis Deum habere propi-
tium. Procul dubio dixit sanctus Dionysius sur-
sùm, per propriam culpam priuabitur consequu
tione petitionis imperitæ, & stultæ. Sed garrit
adhuc quarto trialogi capitu. 38. Nunquid (in-
quiens) applicatio facta per Christum sit me-
lior, quàm blasphema applicatio, quam fratres
fingunt se illis personis, qui uolunt sibi dare pe
cuniam, applicare? Hæc Witcleff. AVCT. Im-
mo melior, si non sit eadem, secundùm quòd
Christus ipse dixit, Sine me nihil potestis fa- Io. 15.
cere. Quotiens ergo fidelis orator applicat
debite precem suam ad aliquod speciale, Chri-
stus caput hoc facit in mēbro. &* Christo blas- * Christū
phemauit, qui applicationem istam fecit in mē

bro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bro. Sed si Christus applicat generalitatem nostram ad speciale, nonne melior est eius applicatio specialis, quàm nostra intercessio generalis? & quare ergo non nos debemus precem nostram conformare preci, & applicationi Christi, qui semper interpellat pro nobis applicatione speciali: qui & ipse docuit nos orare, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra? & prosequitur. Cùm beati instar Christi plùs ament populum, quàm personam priuatam, satis apparet mihi, quòd generalis oratio plus prosit ecclesiæ militanti, quàm fratrum oratio specialis. Hæc Witcleff. AVCTOR. Is est debitus amor communitatem præferre personæ: sed vnde succurritur communitati, nisi beneficio personalis? Deus hunc modum condendo naturam hominis reddidit meliorem, & nunquid homo communis in comparatione creati entis est entitas specialis? & item non intulisset hominem communem mundo, nisi condendo hunc hominem. Priùs ergo beneficium creationis contulit vni, vt esset hominum multitudo creata, & Deus patet plùs dilexit ecclesiam quàm proprium filiũ, cui non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; sed priùs illum glorificauit, ut in illo, aperto cœlo glorificaret ecclesiam, ideò sublimat bonos reges in populis, bonos pastores in plebibus, dans eis copias gratiarum præ participibus suis, vt bene sit communitati plebis, quã diligit. Et ideò priùs ipsis rectoribus benefacit: ita priùs subuenit Christus, subueniunt & sancti eius vero uni defuncto in speciali, ut eius beneficium redundet paulatim in plures. Sicut priùs sanaui infirmum unum, quàm omnes: unum cæcum, quàm hominem omnem: ita quoque preces pro unoquoque reddi debent in specie tam Christo, quàm eius sanctis, ut in eius solutione de pœnis, gloria sanctorum in cœlis, numerus intercessorum crescat interis. Sed quid si sit beatus, inquit, pro quo te obligas ad orandum aut quanto magis si damnatus? In fide illa tunc oro, quæ dixit, quòd oratio non reuertetur ad me uacua, sicut nec imber descendens super optimam terram. Vnde tertia parte sermonum sermone. 9. de cathedra sancti Petri AVGVS. Illud vnusquisque uestrum agat, quod superiùs diximus: ut per orationes, per eleemosynas, per sacrificia, per oblationes & defunctis suis prosit, & ipsi sibi, ut si peccator est pro quo hoc agit, ælleuientur peccata eius, si autem sanctus est pro quo sacrificium Deo offert, in æternum cum sanctis mereatur. Hæc ille. AVCTOR. Sic ergo responsum sit demum ad illud Witcleff, si talis patronus sit in cœlo, uel in inferno: quia si iam sit in cœlo, adhuc non malè oratur, ut saltem accidè taliter magis mereatur esse cum

Mat. 6.

Esa. 55.

Aug. To. 8.

A sanctis. Si malis uel *temporibus pœnis traditus, uel æternis, ualebit ut alleuientur peccata eius ad gradum, quem præuidit Deus. De quo Enchiridij * capite. 63. AVGVST. Cùm sacrificia, siue altaris, siue quaruncunque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde malis, propitiationes sunt: pro ualde malis & si iam nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque uiuorum, consolationes sunt: quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certè ut tolerabilior fiat *ipsi damnatio. Hæc ille. AVCT. Sic † ergo prosunt suffragia deuotorum patronis defunctis, siue iam damnatis, ut tu truculenter supponis, ad damnationem mitiorem, siue beatis ad gratiarum actionem Deo & congratulationem eum aliis sanctis, & non minus sunt istæ consolationes uiuorum. Cùm, quia si bi mercntur ex his impendiis charitatis. Tùm, quia spe gaudent, ut prosint amicis. Et in hac spe, & affectu sancto prosunt amicis, tàm apud Deum, quàm apud sanctos. Ideò & orationis locum habet quæ specialiter pro charis nostris fienda requiritur: libro de cura pro mortuis agenda post principium AVGVSTINVS. Profectò prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorum locus bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum: quoniàm si nonnullis religio est, ut sepeliantur, nõ potest nulla esse, quando ubi sepeliantur, attenditur. Sed cum talia uiuorum solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus apparcat, non uideo quæ sunt adiumenta mortuorum, nisi ad hoc, ut dum recolunt ubi sunt posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos apud dominum adiuuando, & adorando commendant. Et infrà. Cũ itaque recolit animus, ubi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus, nomine martyris uenerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis, & precantis affectus. Qui cum defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, eũ prodesse non dubium est iis qui cùm in corpore uiderent, talia sibi post hãc uitam prodesse meruerunt. Verùm & si aliqua necessitas, uel humari corpora, uel in talibus locis humari nulla data facultate pmittat, nõ sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorũ, quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica defunctis societate etiã tacitis nominibus eorum sub generali cõmemoratione suscepit ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunq; cognati, aut amici, ab una eis perhibeantur pia matre cõmunisi autem deessent istę supplicationes, quę fiũt certa fide,

*Temporalibus.

Aug. To. 3. *ca. 110.

*ipsa.

Aug. To. 4. cap. 4.

ta fide, ac pietate pro mortuis, puto q̃ nihil pro A sit. Et iterum obiicit ibi Witcleff. In ista ergo
desset spiritibus eorum quamlibet in locis sanctis exanima corpora ponerentur. Hæc ille.
AVCTOR. Totus hic locus ait defuncto, quid ipsi prodesset plusquam vbilibet apud ecclesiã martyrum sepeliri, & dixit Augustinus, vt propensiori affectu cõmendetur sepultus ille martyribus, quæ item commendatio, & iugis oratio pro tali spiritu sic defuncti prætermittenda non est, quæ solet pro omnibus exerceri in catholicæ religionis societate defunctis, & si apud martyres sepulti non sunt, intantum, vt si amici eorum, vel cognati defuerint, adhuc tacitis eorum nominibus, generali commemoratione eos commendat communis mater ecclesia. Hic ergo uidetis specialibus amicis defunctis memoriam requisitam: & hunc esse optimam, quando solùm ob defectum eius ad generalem recurritur. Sic arguit Augustinus pro tali defuncto non esse prætermittendam pro eo B recordationem, & commendationem tali sancto, vel Deo: quia & vbi amici defuerint, orat generaliter pro eo mater ecclesia. Non. n. potest in speciali & nominatim orare pro singulis. Et inde patet necessitas specialis precis, & dignitas, quæ semper præeligitur in omni oratione ecclesiæ: & post specialem memoriam labitur in generalem, ne omni prece fraudetur, quanuis non fruantur tam bona, qui specialis precis nec portione gaudebant. Et subiicit plecap 5. nam definitionem de precibus AVGVST. Cũ ergo fidelis mater fidelis filii defuncti corpus desiderauit in basilica matris poni: si quidem credidit eius animam meritis martyrum adiuuari, hoc, q̃ ita credidit, supplicatio quædam fuit, & hoc profuit, si quid profuit. Et q̃ ad idem sepulchrum recurrit animo, & q̃ filium precibus magis magisq; commendat, adiuuat defuncti spiritum, non corporis mortui locus, sed ex loci memoria vnius martyris affectus. Simul. n. & quis, & cui commendatus sit, non utiq; infructuosè religiosam mentem precantis attingit. Hæc ille. AVCT. Iam singulariter loquitur q̃ in prece mentem precantis simul attingit quis commendetur, ut filius, & cui scilicet sancto, quia quòd credidit eius animam meritis martyris adiuuari, supplicatio quædam fuit & hoc profuit, si quod profuit: & quod filiũ suũ sanctis precibus magis commendauit currens ad sepulchrum. Votum hoc à generali recedit: & repetit speciale, quòd pro isto filio hunc sanctum exorat, q̃ ad hoc sepulchrum currit, quòd meritis huius sancti animam filii credidit adiuuari: & hoc, inquit, profuit, si quid profuit: quia non infructuosè religiosam mentem precantis attingit simul quis, & cui commendatus

Obiectio.

Responsio Orationis dominicæ forma & tenor.

5

C

Aug. To. x Fide etiam Aug. To. 4 in 2. libr. de ser. domini in monte.

ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti neceſſarium eſt:nam cùm ad illã venerimus, debita finierimus, In hac terra tentatio eſt, In hac periculosè nauigatur. Sequitur. Cùm autem facti fuerimus æquales angelis Dei, abſit ut dicamus, abſit ut rogemus Deum, ut dimittat debita noſtra, quæ nulla erunt. Hæc ille. AVCT. His ergo huius terræ ſpecialibus precibus orationis dominicæ nulla generalitas deroget, ſed nec ſpecialiſsime eius applicationi, cũ ſpeciales caſus occurrant, cùm ideo omni die ſpecialem precem & applicationem Chriſtus edocuit dicens, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. i. in hoc die. Item arguunt Witcleuiſtæ per uiam charitatis in libello porrecto ad parlamentum regis Ricardi ſecundi, concluſione. 7.

Obiectio altera. 6 Speciales † orationes pro animabus mortuorũ factæ in eccleſia noſtra præferentes unum per nomen pluſquam alium eſt falſum fundamentũ eleemoſynæ, ſuper quod omnes domus eleemoſynarum Angliæ nequiter ſunt fundatæ. Iſta cõ

Probatio. B cluſio probatur per hoc, quod oratio meritoria & alicuius ualoris 'eſt, & deberet eſſe opus procedens ab alta charitate: & perfecta charitas excipit nullam perſonam: quia per eam diligis proximum tuum, ſicut teipſum, quapropter apparet nobis, quòd donum boni temporalis collatum ſacerdotibus, & eleemoſynarum domibus, & ſpeciale conſilium ſpecialis orationis, non eſt longe à ſimonia. Hæc Witcleuiſtæ. AVCT. Induantur confuſione, ſecundum pſalmiſtam, pro

Pſal. 108. *Reſponſio.* tam maligna concluſione, non tãm contra nos modernos, quàm contra Dei ſanctos ſophiſticè practizata. Eliam nunquid tangit, quia ſpecialẽ orationem fecit pro filio mulieris hoſpitæ, præ-

3. Reg. 17. ferens eum per nomen pluſquàm alium aliquẽ tunc temporis, inquiens. Domine Deus meus, etiam ne uiduam, apud quam utcunque ſuſten- C tor, afflixiſti, ut interficeres filium eius? Et tunc ſubiunxit. Reuertatur oro anima pueri. 3. Regum. 17. Ecce ſi hoc factum ſancti uiri ſapuit ſimoniam. Sicut eſt dictum ſancti Pauli, debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus?

1. Cor. 9. primæ Corinth. 9. An peccauit Paulus faciens contra charitatem, quæ nullum excipit, cùm re, & nomine primò intrauit ad patrem Publij febribus & dyſenteria tunc vexatum: & cum oraſſet, ſpecialiter impoſuit ei manus, & ſanauit eum? Ac demum omnes qui in inſula infirmitates habebant, generali cura ſanauit. Act. 28. Subiecitque. Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus impoſuerunt quæ neceſſaria erant. Nunquid hoc factum Pauli ſic orantis in ſpeciali priuſquàm in generali, & recipientis ſubſidium corporeum poſt hãc precẽ,

Act. 28. A & curam, ſapuit ſimoniam? & an ſit etiam contra ordinem charitatis, qui ita ad uiuos, & ad mortuos eſt ſeruandus? Docuit Apoſtolus Timotheum prim ò omnium facere obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, ex nomine pro regibus, & iis, qui in ſublimitate conſtituti ſunt. Nouerint igitur pii Chriſtiani ipſam charitatem eſſe ordinatam, ita ut cum nullum excludat, aliquem alicui præponit. Ex ipſa, nanque charitate, qua teneor diligere generaliter quoſque propter Deum, teneor diligere Deum pluſquàm omnes. Ex hominibus, plus meipſum. De proximis, plus parentes, poſt parentes, plùs domeſticos. Inimicos quoque diligam, plùs tamen amicos. Vnde ad illud, ordinate in me charitatem: de uerbis domini ſermone. 12. AVGVSTINVS. Quid eſt ordinate in me charitatem? Facite gradus, & quod cuique debetur, reſtituite. Nolite ante B riora poſterioribus ſubdere. Amate parentes, ſed præponite Deum parentibus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce in ipſa charitate eſt ordo: & faciendi ſunt gradus, ita ut plus, & affectuoſiùs hunc amem, quàm illum: ſpecialiter & ex nomine Deum preferendo parentibus, etiam illis ſpecialem charitatem impendendo, quia eſt ſpeciale charitatis præceptum, Honora parentes. Ergo ſi iuxta charitatem honorabo ſpeciali honore parentes: cur non ſpeciali oratione honorabo parentes, ſiue mortuos, ſiue uiuos? omnibus ergo ſuis paſtor prouidere tenebitur ſed ſpecialiter, ex nomine primò domeſticis: Si quis ſuorum, inquit, Apoſtolus domeſticorum curam non habet, fidem negat & eſt infideli deterior, primæ Timoth. 5. Et iterum. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad do- *1. Tim. 5.* meſticos fidei. Ad Galath. 6. Et ille idem ait *Gal. 6.* omnia ueſtra in charitate fiant. Sicut ergo ex charitate operamur bonum ad omnes, ita ex charitate debemus in ſingulari præferre domeſticos: magis ergo ac magis domeſticos. Vbi in expoſitione epiſtolæ ad Galath. AMBROSIVS. Tempus enim idcirco conceditur uitæ ut iam iuſtè uerſemur exemplum dantes gentibus, maxime autem ad domeſticos fidei: uerum eſt quia faciliores & propenſiores in bono circa fratres eſſe debemus. Hæc ille. AVCTOR. Hæc eſt lex charitatis obſeruata ſemper eccleſiæ nullumexcludere, ſed quenquàm præferre: quam præferentiam, qui dimittit, audeo dicere charitatem ipſam amiſit: quia charitas ſi eſt, ordinata eſt, & habet prius & poſterius, maius & minus: quo contra quàm plane dicunt Witcleuiſtæ eronei in præfato libello corollarium. Oratio, p cedẽs ex charitate pfecta amplexarẽ in generali omnes illos, quos Deus vult habere ſaluatos,

& dimit-

& dimittere et uſitatam* mercandiſam pro ſpe- A'
cialibus orationibus. Hæc Witcleuiſtæ. AVCTOR. Hæc in terminis ſuæ primæ intentionis eſt planè hæretica tam pro Chriſto, qui pro pter orationem generalem, quam fecit morien do pro ſingulis in genere, ſpecialem orationem pro crucifixoribus non dimiſit. Et Paulus orationem generalem pro omnibus hominibus fieri iuſſit, ſed ſubmiſit ſtatim orationem ſpecialem pro regibus: ita eccleſię forma iubet in hũc vſq; diem ſpecialem orationem præponi, & tandem ſubſequi generalem. Planius ergo contra ſcripturas nunquàm amplexantes omnes occur ſarunt hæretici. Audeo dicere, qui non ſpecialiùs, & magis orat pro parentibus, quàm amplexans in generali cunctos ſaluandos, ipſe maledictionem ſpecialem incurrit, quia ſpecialiter dicitur, Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam: & dicet omnis populus, Amen. Deut. 27.

De ſanctis orandis.

Titu. XII.

¶QVOD APVD DEVM, ET ſanctos ſatisfaciant amici defuncti, orando pro eo, ut ſpecialiter adiuuetur. Et quod ſancti ſint orandi. Ca. CVIII.

SVMMA.

1 *Cathari hæretici, antiqui, & quomodo ab his rapuit Witcleff, quod ſancti non ſint orandi.*
2 *Vigilantius hæreticus de ſemine conuenarum natus. Et unde conuenæ dicti.*
3 *Valdenſes hæretici.*
4 *Errantes quòd quærunt ſibi ſocios, quos regnantes refugiunt.*
5 *Guillelmi Sartoris propoſitiones hæreticæ circa orationem, & earum confutatio.*
6 *Chryſoſtomus quomodo humili prece rogauit non ſanctum uirum, ſed peccatorem notorum pœnitere de lapſu.*

VID canitur dulciùs, quàm per ora Chriſti fidelium in vniuerſo orbe tympanizat mater eccleſia, dicens: Laudate dominum in ſanctis eius? quo cõtra hoſtis omnium ſanctorum Witcleff ſuffragia viuorum deſpiciens auſu nimio debacchatur in ſanctos, eos orare prohibens, feſtiuitates eorum & honores quoſ libet interdicens, ter damnati trialogi. capi. 30. Multis uidetur, qp quando ſingulariter oratio directa fuit ad illam perſonam mediam pro adiutorio ſpirituali, tunc plùs profuit, & creuit eccleſia, quàm fecit modò multis interceſſoribus adinuentis. Hęc Witcleff. AVCTOR. Primo loco interrogãdus eſſet, cur igitur ipſe orat ſanctos, ut ſuprà cap. proximo demonſtrani, niſi ut magiſter non ſolùm erroris unius, ſed gemini, *Gen. 1.* & ſibi contrarius appareret, non talis, qui ut di *Matt. 7.* xit, facta ſunt: ſed de iis planè, qui dicunt, & nõ B faciunt. Quid mirum de eo, qui tot contradicẽ 1 tiũ errores amplectitur? Præter † enim Eliphaz in libro Iob figurantem hæreticum, qui orationem faciendam ibi ſanctis deridet, ſicut dicetur infrà, ab antiquis Catharis rapit hanc hæreſim *Cathari.* uelut libro hæreſum ſcribit GVIDO CAR- *Guido Carmelita.* MELITA. Malè acquiſita non reſtituunt, nec implorant auxilium beatæ uirginis, ſanctorum, aut angelorum. Hæc ille. AVCTOR. Et 2 †Gallias Vigilantius hac ipſa hæreſi maculauit uelut in epiſtola ad Riparium, & Deſiderium *Hier. To. 2.* contra blaſphemias eius ait HIERONY. Di- *non longè a principio epiſtolæ.* cis in libello tuo, qp dum uiuimus, mutuò pro nobis orare poſſumus: Poſtquàm autem mortui fuerimus, nulliùs ſit pro alio exaudienda oratio, preſertim cùm martyres ultionem ſui ſanguinis obſecrantes, impetrare nequiuerint. Hæc ille. AVCT. Deſcribit autem patriam, ex C qua ortum habebat iſte Vigilantius, dicens eum natum de ſemine Conuenarum ſub Pyre *reſpõdet neis iugis, ubi ſuperius HIER. Nimirum* reſpondit generi ſuo, ut qui de latronum, & conuenarum natus eſt ſemine: quos conſul Pompe ius, edomita Hiſpania, & ad triumphum redire feſtinans, de Pyreneis iugis depoſuit, & in *Conuenæ.* oppidum congregauit. Vnde & Conuenarum urbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur *Arreba* contra eccleſiam Dei, & de Vectonibus * Arua *cis ſiue* tis, Celtiberisque deſcendens, incurſet Gallia- *Aruernis* rum eccleſias, portetque nequaquam uexillum *ut alibi* *crucis, ſed inſigne diaboli. Fecit hoc idem *ſcribitur.* Pompeius etiam in orientis partibus, ut Cilici *Chriſti.* bus, & Hauris Piratis, latronibusque, ſuperatis, ſui nominis inter Ciliciam & Hauriam conderet ciuitatem. Hæc ille. AVCT. Et infrà cen

ſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

fet ipsum errorem suum ab antiquo hæretico dixisse Basilide. HIERON. Quid necesse est enim in manus sumere, quod ecclesia non recipit? Nisi fortè balsamum mihi, & Barbelum, & thesaurum Manichæi, & ridiculum nomen Leu siboræ proferas. Et quia ad radices Pyrenei habitas, vicinusque es Hiberiæ Basilidis antiquissimi hæretici, & imperitæ scientiæ, incredibilia portentia prosequeris, & proponis, quod totius orbis auctoritate damnatur. Hæc ille. AVCTOR. Adhuc hæretici quidam tempore sancti Bernardi hanc impiam herbam rigare curabant, vt arida facere apud mundum nostrum suffragia beatorum. Vnde in expositione sua super cantica Homil. 66. BERNAR. Irrident nos, q̃ baptizamus infantes, quòd sanctorum suffragia postulamus, in omni genere hominum atq; in utroque sexu festinant proscribere Christum in adultis, in paruulis, in viuis, & mortuis. Hinc quidem infantes ex impossibilitate naturæ, inde verò adultos ex difficultate continentiæ. Porrò mortuos viuentium fraudantes auxiliis, viuentes nihilominus sanctorum, qui decesserunt suffragiis spoliantes. Hæc ille. AVCTOR. Putassem autem si non dixisset ibi Bernardus eorum principem innominatum, ipsos 3 esse Valdenses † qui item precibus sanctorum seipsos negando fecerunt indignos, prout scribit de eis libro primo sui quatripartiti ALANVS. Dicunt hæretici orationes sanctorum nõ prodesse viuis. Immo probare contendunt, q̃ sancti non orant pro viuis &c. Hæc ille. AVCTOR. Et in libro hæresum de Valdensium hæresi. 16. GVIDO CARMELITA. Dicunt, q̃ sancti in cœlo non audiũt orationes nostras nec pro nobis orant, nec ipsi sunt implorandi. Hæc ille. AVCT. Sed, quãtum opinor, isti sunt publici illi hæretici, qui de prouinciis Galliæ tempore regis Henrici, qui eos candente clauo signauit, serpebant in Angliam, quia, ut Henricus Huntingdoñ. Chronicarius refert, ut Bernardus iam dixit, asserebant paruulos non baptizandos, donec ad intelligibilem peruenirent ætatem, non orãdum pro mortuis, nec sanctorum suffragia expetenda, nuptias damnant, purgatorium non credunt, necdum aruit hedera, quæ lumen cœli Christianis inuidit: eousque, vt per quendam, cui se opponit in quadam epistola venerabilis Hildebertus Cenomanen. quę incipit. In regno quidem nullus, excidendã palmitem mittis ad Witeleff. HILDEBERTVS. 4 In † regno quidem nullus, in errore autem omnis homo sibi consortem quærit. Quod utique ideo fit, quia cuilibet inuctioni hominum consensu multitudinis auctoritas accedit. In ortu suo Arriana suffocaretur impietas, nisi tu

Hier. To. 2

Bernar.

Alanus

Valdenses. Guido car.

Hildeber. Erroneũ non regnat nisi sui patroni.

tores, qui natam educarent, inueniret. Donat schisma perpetuò premeretur silentio, si persona non infecisset, non turbam. Tu quoque tãquã doleas ablatione suppressam Vigilantii peruersitatem suscitare eam perhiberis, & tibi socios adhibere, quorum cultu plantatio, quam non plantauit pater cœlestis, ficca dudum reuiuiscat. Ais enim (vt aiunt) quid in ista geratur uita sanctorum animas ignorare, atque otiosas ideo esse litanias, quibus oramus ut pro nobis orẽt sancti, quia nec audiunt nos, nec norunt, quid agatur apud nos. Hæc ille. AVC. Ibi tangit Witeleffistas nostros ad regulam eorum loquendi, cũ dicit: Quibus oramus, vt pro nobis orent sancti quia concedunt interdum orandam esse litaniã & sanctos oraturos pro nobis, non tamen orandos esse sanctos orare pro nobis: ita vt aliud sit dicere, Sancta Maria ora pro nobis: & Sancta Maria oro te, ora pro nobis. Non autem oramus, quia hoc esset committere idololatriam. B Vnde † Guilhelmi cognomento Sartoris damnati Londini Anno Dñi Millesimo. CCCC. XXII. Prima conclusio erat ista: Omnis oratio, quæ est petitio alicuius doni super naturalis, uel gratuiti, soli Deo est dirigenda. Secunda: Oratio soli Deo dirigenda est. Tertia, Orare aliquam creaturam, est committere idololatriam. Quarta, Fideles nunquam dirigerent orationes suas ad Deum sub ratione humanitatis, sed solùm sub ratione deitatis. Hæc Guilhelmus Witeleffista. AVCT. Ergo Paulus apostolus erat idololatra, qui ait ad Roma. 15. Obsecro uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & charitatem spiritus sancti, vt sollicitudinem impertiamini in orationibus pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. Ecce non solùm instat, ut orent pro se, C sed orationi adiurationem accumulat, contestans eos per dominum Iesum Christum, & per spiritus sancti charitatem obsecrãs eos imperti ri sibi sollicitudinem in orationibus pro se, deo. Quid est ergo obsecrare eos, aut quid minus, quam eos orare pro se? Hic respondet sophisma facturus cum apostolo, quòd orare non dixit, sed obsecrare: quod potest æqualis, aut socius ad comparem suum dicere modo hortantis aut ad orandum excitãtis, uel monẽtis. Quasi omnis orans, & solus, inferiorem se redderet exorãdo, nõ autem rogans, obsecrans, aut supplicans. Quo cõtra de Christo loquẽs * libro collationis cum Ariano, Pascẽtio, coram Laurẽtio iudice, uersus finem AVGVSTINVS. Si æqualitas nõ est, nõ auderet inferior dicere superiori. Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea. nec auderet dicere, volo & vbi ego sum, sint, & isti mecum. Non, inquam, diceret uolo, sed

Matt. 11.

Guilhelmi Sartoris propositiones hæreticæ.

* habetur inter epistolas 2. ep. 178 Aug. Lib. 15. to. 17.

sed diceret supplico, id est, rogo. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ergo si diceret supplicans, rogo, inferiorem Deo Christum argueret: qualiter ergo non obsecro, precor, uel supplico? Et de eodem Christo dixit Apostolus, quòd in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui saluum illum posset à morte facere, cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ad Hebræ. 5. Hic preces & supplicationes Deo facit Christus, & istæ erant orationes. Vnde ut omnis hæc parte uerbi difficultas abesset, Ambrosius hanc obsecrationem Apostoli orationem exponit, super eum locum in expositione ad Romanos. AMBROSIVS. De hinc orat, ut adiuuetur in orationibus, ut euaderet manus Iudæorum infidelium, non quia ipse minus mereatur, sed ordinem sequitur: ut ab ecclesia B fiat oratio pro rectore suo. Multi enim * in vnum dum congregantur, unanimes fiunt magni, & multorum preces impossibile est ut non impetrent. Hæc ille. AVCTOR. Ergo Apostolus Paulus orat ecclesiam Romanorum pro se orare: ordinem sequens antiquum, ut ecclesia pro rectore suo peroret. Hi creaturæ erant, nec omnes sancti, & iusti, ut humanitas Christi, aut ut beati in patria, sed peccatores longè infra merita sancti Pauli: sicut dixit Ambrosius. Non quia ipse minus mereatur: sed quia multorum preces impossibile est ut nõ impetrent, ideo orat eos vt orent pro rectore. Et in annotationum libro super eundem locum. HIERONIMVS. Rogat ut pro se instanter oret ecclesia, quia nouit multùm ualere preces in commune multorum: Iacobo enim occiso, Petrus fratrum precibus de carcere liberatur, quia C non tàm sibi, quàm illi præstiterunt beneficium, scilicet vt per eius possent doctrinam firmari. Hæc ille. AVCTOR. Et iste sanctus pater obsecrationem Pauli in rogationem commutat, nẽ tu iussionem, aut imperium exponeres potestatis. Qualiter idem Apostolus alibi obsecrat eosdem Romanos, dicens: Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem. Vbi in expositione Remigius, Ac si diceret, non per potentiam magisterialem uobis impero, quasum uester magister, & Apostolus, sed deprecor, ac obsecro, quasi socius: quapropter & fratres eos appellat, non carne, sed fide. Hæc ille. AVCT. Humiliter igitur fideles orat Apostolus quando eos obsecrat. Sicut item fecit prima Timoth. 2. Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, & pro regibus, & pro omnibus, qui A in sublimitate constituti sunt. Et ad Hebr. ultimo. Orate pro nobis. Confidimus enim, Heb. 16. quia bonam conscientiam habemus in omnibus, bene uolentes conuersari. Amplius autem deprecor uos, quo celeriùs restituar uobis. Non sufficeit ei dicere, Orate pro nobis, nisi precem adderet super precem, inquiens. Amplius autem deprecor uos hoc facere. Orat ergo, vt orent, non monens simpliciter, nec instans per imperium. Vbi in expositione HAYMO. Voluntatis quidem meæ est uenire: ideoque attentè deprecor uos pro me orare, ut cito desiderium meum impleatur uenièdi ad uos. Et notandum quia primò postulat ab eis orationis suffragium, ac deinde non simpliciter, sed tota intentione, ac omni prsus studio piam orationem pro eis ad dominum fundit, inquiens, Deus autem pacis. Hæc ille. AVCTOR. Et hunc morem Apostoli consecuti patres ecclesiæ confratres secum in præsenti carne uiuentes orant humiliter ut pro se orent, ut in præfatione secunda HIERONIMVS. Tunc te deprecor Desideri mi charissime, vt qui tantùm opus me subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues, quo possim eodem spiritu, quo scripti sunt libri, in latinum eos transferre sermonem. Hæc ille. AVCTOR. Planè non tantùm excitat, sed precatur orationibus eius in translatione iuuari. Et in lib. 1. registri, epistola ad Ioannem Cõstantinopolitanum, Eulogium Alexandrinũ, Antiochenũ Ioannem Hierosolymitanum, & Anastasium, GREGORIVS. Frater sanctissime, per uenturum iudicem rogo, per multorum millium angelorum frequentiam, per ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis, sub hoc pastoralis curæ onere lassescentem, orationis tuæ intercessione me adiuua, ne susceptа me pondera ultra uires præmant. Memor uerò, quòd scriptum est, orate pro inuicem, ut saluemini: ẽt impendo qd peto, sed recipiam quod impẽdo: dum.n. nos uobis per oões opem coniungimus, quasi ambulantes per lubricum uicissim uobis manum tenemus. Fitque ex magna prouisione charitatis, ut eò singulorum robustiùs charitas perfigatur, quò firmius alter in altero inniti tur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quia dixit Guilelmus orare actum esse latriæ: ideo soli Deo à fidelibus dirigendum, hic uenturum iudicem commemorat, & per eum hominem purum rogat orationis suæ se intercessione iuuare: & ipse item uices reddens, impendit eis quod petit, scilicet, orationem suam, ut quod impendit recipiat. Et iterum eodem libro primo, epistola quarta, ad Ioannem Constanti-

Hab. 5.

Amb. To. 5

* minimi dum congregãtur

Hie. To. 9. Act. 12.

Ro. 12.

Remigius.

Gre. To. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gre.To.2. nopolitanum GREGORIVS. Quia uetustam nauem, uehementerque confractam indignus ego infirmusque susce pi: undique enim fluctus intrant, & quotidiana ac valida tempestate calsatæ, putridæ naufragium tabulæ sonant, per omnipotentem dominum rogo, vt in hoc mihi periculo orationis tuæ manum porrigas, quia & tanto enixius potes exorare, & quanto & à confusione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis. Hæc ille. AVCTOR. Gre.To.1. Et in fine librorum pastoralium GREGOR. In huius quæso uitæ naufragio, orationis tuæ me tabula sustine, ut quia pondus proprium deprimit, tui meriti manus leuet. Hæc ille. AVCTOR. Mirum ergo, quomodo posset uenire in mentem hominis Christiani, quòd orare creaturam, quantacunque polleat sanctitate, sit idololatria, cùm ab initio populi Dei sancti uiri orabant conciues suos attendere legi Dei, orabant eos piè facere, orabant benefacere: quid impedit nè orent eos pro se orare? Nunquid male fecit sanctus pater Chrysostomus, quando tam humili prece rogauit, non iam sanctum uirum, sed peccatorem notorium pœnitere de lapsu? libro quem ad eum edidit de Reparatione lapsi, uersus finem. CHRYSOSTOMVS.

6 Curre † itaque quæso te & obsecro charissime, & per ista te merita, quæ prius quæsieras, ex oro, ac per illã libertatem, quam prius regibus obtestor, ut sic te iterum in illum cernam uirtutum verticem conscendentem, & in isto rursus pœnitentiæ labore & robore solidatum. Parce mihi amanti te. Parce omnibus, qui pro te scandalizantur, & pro tuo lapsu labuntur. Parce cunctis, qui pro tua desperatione desperãt, nec putant se uia virtutum incedere, si te ad eã rediisse non uideant. Respice quæso & quantus nunc mœror omnium sanctorum fratrum habeat corda: & quanta lætitia, atque exultatio incredulis fiat: quanta desidiosis adolescentibus de te decantetur fabula: quantaque eis ad præcipitia luxuriæ de te crescat auctoritas. Qd si redeas denuò ad illam priorem uirtutum uiam, omnia hæc uertentur in contrarium. Hæc ille. AVCTOR. Pius iste pater quanto affectu præcatur? orat, obsecrat peccatorem, vt reuertatur ad veniam: nec orat tantùm, sed, ut suprà fecit Gregorius, obtestatur per antiqua merita, & vt reuertatur, adiurat. Oratio uerò ista non pro re leui processit & commodo secu lari, sed erat petitio (ut tu diffinis) alicuius doni supernaturalis, nel gratuiti: nullum enim esset magis cuiquam donum gratuitum, quàm uia uirtutum rursus incedere, & in contrarium uer tere omnes occasiones malorum. Et in exordio libri, dixit iste sanctus præcari uelle ad eun-

A dem effectum omnes sanctos, & amicos eius una secum lugere, & orare, dicens CHRYSOSTO. Et quidem mulier illa, quæ in euangelio drachmam, quam perdiderat, inuenit: conuocauit vicinas, & amicas, ut congratulentur sibi. Ego autem conuocabo omnes amicos meos tuosque, ac vicinos nostros, & deprecabor eos uenire, nõ ut gaudeant, sed ut lugeant mecum, & ingentem planctum, sublatis in cælum una mecum vocibus, reddant. Dicam ad eosdem, Vlulate mecum ò amici, & plangite: profundite mecum fontes fletuum, & producite fontes lachrymarum: non quia auri pondus immensum, nec argenti talenta innumera amisi de manibus meis: non quia gemmarum sila pretiosa perdiderim: sed quia horum omnium carior & omni auro, omnique gemma pretiosior amicus noster, qui una nobiscum uitæ huius pelagus, & mare hoc magnum & spatiosum nauigabat, nescio quomodo lapsus, usque in ipsum fertur perditionis profundum. Hæc ille.

B AVCT. Qui peccatorem orauit pro suo remedio pœnitere, iam omnes amicos sanctos, & vicinos suos uocat ad lugendum secum, & orare communiter pro conuersione eiusdem. Videant omnes gentes, si creaturæ non sunt orandæ pro spiritualibus bonis à Deo quidem vltimatè petendis, sed sanctorum intercessionibus mediis impetrandis. Sapiens etiam scripturarum AVGVSTIN. sanctum Paulinum duxit affectuosè orandum, epistola ad eum inter epistolas. 16. dicens: Tu autem legis, mi sancte Pauline, non te ita rapiant, quæ per nostram infirmitatem ueritas loquitur, vt ea, quæ ipse loquor, minus diligenter aduertas, ne dum auidius hauris bona recta, quæ data ministro, non ores pro peccatis, & erratibus, quæ ipse committo. Et infrà. Hæc ut ex animo semper confitear, meumque cor à lingua non dissonet, ora pro me frater, ora obsecro, vt non laudari uolens, sed laudans in vocem domiC num, & ab inimicis meis saluus ero. Hæc ille.

¶QVOD CHRISTVS SECVNDVM quòd homo est vt refugium nostrum orandus à singulis: sine quo nulla uenit salus à Deo. Ca. CIX.

SVMMA.

1 *Christus quòd sit aduocatus hominum & mediator.*

2 *Christi ante aduẽtum, quomodo eramus intra Dei præsentiam per naturam, sed extra præsentiam eius quo ad gratiam.*

3 *Christus, quòd sit orandus humanitus, & interpellandus, contra Wicleff, & Guillelmum sar torem.*

4 *Columbæ, quare super aquas resideant.*

5 *Ecclesia docetur per pulchram allegoriam directè contra latrantes hæreticos, dicentes non esse orandam Christi humanitatem, neque sanctos.*

6 *Deus uerbum, quomodo per humanitatem suam homines rogat homo factus, & per apostolos & sanctos.*

PRAETENDITVR occasio dehonorationis Christi, si sancti eius orentur in terris, prædicto cap. 33. Mouet (inquit) quòd mẽs uiatorum ex multitudine beatorum, quos orat, dispergitur: & affectio à Christo laxatur, eò quòd tantùm est finita, & per consequens remittitur cũ sic in plurimos sit dispersa. Hæc Wicleff. AVCTOR. Timet ecce creatæ affectionis remissionem à Christo, si uiator alium ab eo orauerit. Sic proterui Iudæi remissionem diuini honoris timendam finxerunt, si Christus sicut Deus peccata dimitteret quis (inquiũt) est hic, qui loquitur blasphemias? quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Lucæ. 5. Iniustè timent, & Luc.5. sub hoc fuco diuinum miraculum euacuare conantur, & tractare calumnias. Vnde libro 5. super Lucam. cap. 2. AMBROSIVS. Spectant Amb. To 5 surgentem increduli, mirantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere, quàm credere. Nam si credidissent, non timuissent utique, sed dilexissent: perfecta enim dilectio timorem excludit foras. Et ideo isti quia non diligebant, calumniantur. Calumniantibus autem dixit: quid cogitatis mala in cordibus uestris? Hæc 1 Io.4. ille. AVCTOR. Noli timere mi Witeleff, sed crede, quia enim non credis, times, & in Christi sanctos struis calumnias, uocans eos riuos turbidos, siue scurras: sed & timeo, quòd sic timẽs non diligis, quia perfecta dilectio foras mittit timorẽ. Imò dices, diligo, sed sub Christo. Qualiter sub Christo sanctos diligis, nisi ex multitudine tanta sanctorum, tua dispergatur affectio, & à Christo laxetur, eò quòd est tantùm finita, & per consequens remittitur, cùm sit in plurimos sic dispersa? Si ualeat ratiuncula de affectione orandi, plus ualeret de dilectione, quæ est affectio pro se primò. Et tunc contra se dedit Deus præceptum de dilectione proximi: & amplius contra se, & proximum de dilectione inimici: quia ex tanta multitudine dilectorum dispergetur affectio uiatoris, & remittetur à Christo. Qualiter etiam non remittitur affectio erga honorem Dei, si item iubeat honorare parentes, & tamen est præceptum. Et honorabo reges & presbyteros: iuxta Apostolum. Nunquid ex tanta multitudine honoratorum remittetur affectio honoris Dei cùm sit finita? Et honor intrinsecus prius est affectio, quàm oratio in natura, quæ tantùm deforis dicitur esse talis. Nec audis Christum magnum metaphysicum dicere, Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & paMatth.15. ropsidis, ut fiat & id, quod deforis est, mundum? Quod nunc attinet, dilige sanctos, & orabis: mundes affectionem à detestatione sanctorum, & oratio erit munda. Reuera ratio ista faceret, nec Christum dominum nostrum fore orandum quantum Christus est, quia Christus item cum Deo homo est, quomodo ergo non remittetur affectio à Deo ad hominem sic dispersa? Omnes eius argutiæ factæ contra sanctos nè orẽtur, pari uirtute militant contra Christum, nè ipse oretur secundum hominem: sed solus Deus est paratissimus ad omnes secundùm essentiam, præsentiam, & po-B tentiam, & quia nec Christus homo iuuat aliquem, nisi prius imperaretur à Deo, & quia in comparatione Dei qui est fons, Christus homo est turbidus riuus, & scabellum pedum eius, & quia Deus misericordiæ infinitæ, ideo stultus, qui alium quæreret mediatorem: Et sic fides mediatoris Dei & hominum nisi citra Deum mediatio ualeat, statim uacat periculis. Nam quod est aliud officium aduocati, quàm coram iudice perorare pro miseris? *Aduocati officium.* Quod aliud mediatoris officium, quàm foris extra dominium interuenire pro reis? Sic *Mediatoris officium.* † Christus est aduocatus hominum, & taliter 1 mediator. Vnde super hunc textum Hebræ. 1. Et cùm iterum introduxit primogenitum in *Heb.1.* orbem terræ. In expositione, AMBROSIVS. Foris eramus à Deo, ut sicut qui sunt extra re- *Amb. To.5* gales aulas in uinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis offensam, huiusmodi quippe regali aula foris excluſi sunt. Qui uoluerit enim istis ueniam impetrare, non primum istos in aulam regis introducit, sed ipse foras egreditur. Ibique in eis miscet fermocinandi negotium, usque dum eos correctos reddat, & dignos efficiat, qui regis uultui repræsentari mereantur. Sic ergo Christus effecit. Egressus quippe ad nos, hoc est, carnem sumens, & C collocutus nobiscum, præcepta nobis intonuit, & sic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalem, uelut aduocatus optimus, introduxit. Hæc ille. AVCTOR. Et habet Chrysostomus. 3. Hebr. idem ad uerba. Ecce quantuncunque clames de assisten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia Dei,& de præsentia eius paratissima creatu-
ris,tamen ante aduentum Christi nos foris ste-
timus,extra Dei præsentiam,extra regis aulam,
quousque adueniens Christus, factus aduoca-
tus noster, & mediator per carnem, introduxit
2 nos.Eramus † quidem intra eius præsentiam p
naturam,cui nihil absens:sed extra præsentiam
eius quo ad gratiam. Et quid oras deum quan-
do oras,propter naturam quam habes præsen-
tem, an propter gratiam quam non habes? Si
propter naturam Dei,uel essentiam:frustra tũc
orares,quæ non contingit abesse: si propter gra
tiam:illa ergo deest, & inter te & Deum plusq̃
inter te & aliquam creaturam adest distantia.
Peccata uestra(inquit propheta) diuiserunt in-
ter Deum,& vos:& tantò longius,quantò om-
nis creatura propinqua Deo per gratiam magis
3 aptabitur mediatricem. Qua † enim ratione
quenquàm ab hac mediatione præcludis quan
uis minorem, Christum excludes præ cunctis
optimum aduocatum. Quod puto ego nostrũ B
Witcleff ex eius argutijs intellexisse sequaces.
Sicut etiam discipulus eius Guillelmus cogno-
mento Sartor scripsit,& tradidit,Christum,sci-
licet,orandum non humanitùs,nec interpellan
dum à quoquam.Ideo etiam addidit ecclesiasti-
cas orationes,vel in collectis, vel in litaniis ad
Deum,dirigi sub ratione deitatis,nunquam sub
ratione humanitatis:homo sui immemor:quòd
ecclesia in litaniis oret. Fili redemptor mundi
Deus miserere nobis: cùm sub ratione deitatis
sine omni ratione humanitatis nunquàm fuit
filius Dei redemptor mundi:sed nec sine homi
ne illo præstari nobis potest salus, de qua dixit
1.Tim.2. Apostolus,q̃ uult omnes homines saluos fieri.
& idcirco unus(inquit Apostolus) Deus, & u-
nus mediator dei & hominum, homo Christus
Iesus.Quocirca epistola ad Paulinum inter epi
Aug.To.2. stolas * 42.AVGVSTIN. Ne quisquam dice-
*59. ret posse esse salutis viam in bona conuersatio- C
1.Tim.1. ne,& vnius Dei omnipotentis cultu sine parti-
cipatione corporis & sanguinis Christi: unus,
inquit Apostolus Deus, & vnus mediator Dei
& hominum,homo Christus Iesus. Vt illud,qđ
dixerat,omnes homines vult saluos fieri, nullo
alio modo intelligatur præstari, nisi per me-
diatorem non Deum, quod semper uerbum
erat, sed hominem Christum dominum: cum
uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.
Hæc ille.AVCTOR.Perpende quid dicat Au-
gustinus in prædictis uerbis sensisse Apostolũ
de mediatore, non solùm sub ratione deita-
tis suæ concepto, quia semper erat uerbum,
sed quòd per eum omnis nostra salus præsta-
tur. Quid & ipse compræstat, q̃ verbum caro
factum est,& habitauit in nobis, hominem Ie-

A sum, & Christum Iesum secundùm hominem.
Addit rationem quare, ne.s. sine participatione
corporis & sanguinis Christi solo Deo uenera-
to saluus esse quis posset. Qualiter ista co-
hæreant, nisi humanitatis nostræ substantiam
in persona dei orare, & uenerari saluatorem
possemus,quam in corpore & sanguine redem-
ptoris communem habemus? Sicut & libro
de corpore & sanguine domini cap. 46. pul- *Rabanus.*
chrè dixit RABANVS. Carne quidem caro
spiritualiter conuiscerata transformatur, vt &
Christi substantia in nostra carne inueniatur,
sicut & ipsum nostram in suam constat assum-
psisse deitatem. Vnde orantes ad Deum cum *Ysal.38.*
Propheta diximus: Memorare quæ mea sub-
stantia. Nunquid enim vanè constituisti omnes
filios hominum? Quæ igitur maior securitas
hominis, quàm ad suam substantiam orare, &
in ea Deum venerati, atque per unitatem per-
sonæ fidenter dicere, O Deus mea substantia,
B qui me constituisti, nunquid uanè me creasti?
Hæc ille.AVCTOR.Omnia planè dixit, quòd
non sit maior securitas, quàm proprium ora-
re substantiam in Christo, quod participatio-
nem accepit Augustinus corporis & sangui-
nis Saluatoris, & quòd illam orare Christum
Deum, & dicere Christo secundùm illam, ò
Deus mea substantia, non secundùm hoc lo-
quor,quòd semper erat uerbum,sed secundum
quòd uerbum caro factũ est, & habitauit in no
bis.Hoc mihi in Deo solum refugium, & nisi
in illo nullum à Deo refugium. Nec imperito
rum solùm est hoc orare, sed maximè præpo-
sitorum ecclesiæ, qui non ignorant quomo- *quarto Colossen. quare pro quo orandum sit.*
do debeant proferre sermonem, prout lib.*3.
super Cantica textu, Oculi eius sicut colum-
bæ super riuos aquarum. BEDA. Columbæ
4 † super riuos aquarum:non solum propter po-
tum, uel lauacrum, uel loci amœnitatem, ac
munditiam residere solent, sed ea non minus
intentione, ut uenientis umbram accipitris in
aquarum perspicuitate præuidere, ac sic immi-
nens ab hoste periculum euadere possint. Cu-
ius figura naturæ in propatulo est, quia uide-
licet iugi diuinorum eloquiorum meditatio-
ne opus habemus, ut uel sanctorum facta, uel
dicta legentes, quo nos genere apertæ impu-
gnationis antiquus hostis, quibusve fraudum
machinis debellare, ac supplantare conetur,
sollicita mente perscrutemur. Moxque ubi fu-
turas eius insidias perspeximus, unicum no-
bis refugium foramina petræ nostræ, id est,do-
minicæ fidei præsidia intremus, ac signo nos
passionis illius defendere studeamus. Sed & ea
uernam maceriæ cito uolatu petamus, id est, * *uel angelorum*
sanctorum, * angelorum,& hominum crebras

pro

pro nobis intercessiones apud misericordiam A
pii conditoris quæramus. Quod cum uniuer-
sis fidelibus conueniat, illis maximè probatur
esse necessarium, quibus non sui solummodo
cura,sed & aliorum gubernandorum,atque eru
diendorum est onus impositum. Hæc sunt et-
enim firmissima ac tutissima sanctæ ecclesiæ p-
sidia, ꝓpter quæ superiùs à domino audiuit,Sur
ge amica mea,ispõsa mea,& veni,columba mea
in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.
5 Hæc ille. AVCTOR. Per † pulchram allego-
riam docetur hic ecclesia directè contra iam la
trantes hæreticos,ubi maligni spiritus à procul
timetur incursus,ad illam petram currere,de cu
ius latere mortui,sanguis effluxit,& aqua,& si-
gno dominicæ passionis defendere, & in cauer
nis maceriæ sanctorum angelorum & hominũ
pro nobis intercessiones apud misericordiam B
pii conditoris acquirere.Iam ergo puto accipi-
trem esse per pullos perditionis suæ nos ab his
cauernis,& sanctorum precibus cupit abigere,
dicens:Nolite uolare illuc,non orabitis sanctos
immo nec refugium à petra humanitatis Chri-
sti passi quæretis. Solam misericordiam condi
toris aspicite,& ab illa intercessorem alium no-
lite repetere:ut ego propter contemptum Chri
sti,& sanctorum eius priusquàm in Deum pu-
rum volare poteritis,vorare vos possim.Sicut si
ne Christo sanctos patres omnes absorbui. No
lumus hoc fratres,nolumus. Accipitris fine du
bio est hoc consilium.Nam Beda pater dixit o-
rationes Christi hominis & sanctorum firmissi
ma esse ac tutissima ecclesiæ sanctæ præsidia.
Ah quanta superbia, eum orare refugere cum
domino Saluatore, quando idem dominus me
ipsum orare non distulit peccatorem. Non con
tra scripturarum consilia hæc sancti patres di- C
xerunt.Secundus nempe liber Esdræ,si quid in
auctoritate penes uos habeat, hic inquam dixit
Dominus omnipotens. Nonne ego uos rogaui
ut pater filios,& vt mater filias,&ut nutrix par
uulos suos,ut essetis mihi in populum, & ego
uobis in Deum? Quæ utique sententia calum-
niam non est sumptura de libro, cum eadem pe
ne uerba ex persona Dei filii habeantur Iob 19.
Orabam filios uteri mei,stulti quoque despicie *Gre.To.1.*
bant me.Vnde.14.Moralium,cap.19.GREGO-
RIVS. Deus, qui manet ante secula, uteri
sui filios orauit, quia quos per diuinitatem cõ
didit,incarnatus ueniens humiliter rogauit.
6 Hæc ille.AVCTOR. Rogant † ecce Deus ver-
bum per humanitatem suam homines homo fa
ctus humiliter. Ipse quoque per Apostolos &
sanctos iam pater exiltens secundum conditio-
nem & fidem rogauit eosdem. Vnde epistola
ad Damasum Papam de filio prodigo HIERO

NIMVS. Egressus pater illius cœpit rogare *Hie.To.3.*
illum. Quàm benignus & clemens pater ro-
gat filium,ut lætitiæ domus particeps fiat. Ro-
gat autem per Apostolos,& euangelii prædica-
tores. De quibus ait Paulus. Precamur pro
Christo reconciliamini Deo.Hæc ille. AVCT. *2.Cor.5.*
Orat ergo pater:orat & rogat Deus uerbũ crea
turas,quas condidit:orat miseros, quos rede-
mit: orat per assumptum hominem qualiter nõ
est Deus: orat per apostolos,per euangelistas, *igitur forsan legendum.*
& singulos sanctos. Quid impedit * scirem ne
per Apostolos Deum oremus, & ipsos aposto-
los,& assumptum hominem citra deum:cum ip
se nos orauit à Deo remotissimos, & infrà san-
ctorum illorum merita longè defossos? Post
Deum patrem & filium angeli homines rogãt.
Veniamus tandem ad homines,angelos fortitã,
sed terrestres,qui & ipsi orare populos suos sup *Cyprianus*
plicibus suis gaudebant. Insignis ille martyr &
præsul in libro suo de lapsu CYPRIAN. Quæ
so,inquit,uos fratres acquiescite salubribus re-
mediis,consiliis obedite melioribus, cũ lachry-
mis nostris uestras lachrymas iungite,cum no-
stro gemitu uestros gemitus copulate. Roga-
mus uos,ut pro nobis Deum rogare possitis.
Preces ipsas ad uos priùs uertimus, quibus
Deum pro uobis, ut misereatur, oramus. Hæc
ille. AVCT. Vides ne qualiter facer pastor
oues suas orat,ut pro eis orare possit: & prius
in ipsos uertit precem, quam post conuertere
pro eis disposuit in Deum? Et libro suo de uĩ-
nea Nabuthæ,uersus finem, AMBROSIVS. *Amb.To.4*
Oro uos orate, & reddite Domino Deo uestro
omnes, qui in circuitu eius offertis munera.
Gratias agite pauperes, quia non est personã-
rum acceptor Deus. Hæc ille. AVCT. Ne-
C scio quis tumor istorum cor hominum appre-
hendit, qui uerentur facere preces sanctis, an
humiliari pudet, an beneficium dedignantur,
an sine ipsis reputant se Deo propinquos? sed
quantumcunque existiment se Deo propin-
quos, Deus non sunt, nec ut Paulus,qui sub-
sidium petiit. Nec sunt omnes ut Cyprianus
episcopus,qui pecoris sui præcibus suas pre-
ces subiecit humiliter. Putas ne lapsi
illi episcopum rogarent sine pec
cato,quos ipse deus rogauit
aut Paulus angelũ,uel su
perbus homo domi
num suũ Deum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD CAETERI SANCTI SVNT orandi, quanuis Christus sit potissimus, ac paratissimus mediator, & optimus. Cap. CX.

SVMMA.

1 *Witcleuistarum schisma tripertitum de orando Christum.*
2 *Witcleff, qui dicit, quòd stultum foret alium intercessorem præter Christum inquirere, confutatur.*
3 *Christus homo quomodo mediat inter Deum, & nos.*
4 *Christi humanitas, nubes. Et omnes angeli & sancti dicuntur etiam nubes.*
5 *Deus igni cõparatur. Et quando deus dicatur esse præsens, & quando absens. Et in quibus dicatur inhabitare, & in quibus non.*
6 *Christiani duplex gradus prouectus. Primus, pœnitere delictorum. Secundus, sanctos obsecrare suppliciter.*
7 *Ioannes euangelista ab apostolis eorum intercessor institutus.*

HAec tamen hæresis non uno modo tenetur à Witcleff, & eius complicibus. Ipse quidem ausus est primò ipsam efferre post longi temporis sepulturã. Sed de adoratione Christi, & aliorum sanctorũ scribendo vacillat, in quo & alii Lollardi eius cũ transcendunt & vincunt in errore magistrum. Ab ipso igitur erroris fonte latissimos fluuios obstructuri sumamus exordium. Arguit enim cap. 3. libri tertii trialogi. Multi probabiliter æstimant, q̃ foret expediens Christum singulariter inter homines adorare, quia ipse est mediator, & intercessor optimus paratissimus quò ad utrunque extremum, & benignissimus ratione charitatis, & misericordiæ infinitæ. Stultus ergo foret, qui alium intercessorem inquireret. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ex hac conclusione, q̃ † stultus foret, qui alium intercessorem 1
inquireret, quidam Witcleuistæ Christum solum secundùm hominem orandum intelligunt: quidam nec Christum hominem, sed Deum solum, qui est eo paratior: quidam Christum solum orandum de his, qui iam perfecerint cursum viæ, propter hoc, & Paulus orat fideles orare pro se: sed rationes Witcleff probãt primum frustum placuisse sibi schismatis tripertiti. Stultus, inquit, foret, qui alium præter Christum, siue viantem, siue incolam intercessorem inquireret. Sic arguit Eliphaz Temanites deridendo iubẽs sanctum Iob orare aliquem de sanctis: in hoc stultificans uirum sanctum, & dicens. Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracundia. Iob. 5. Vbi lib. 5. Moralium GREGORIVS. Derideudo subiungit, ad aliquem sanctorum conuertere. Ac si despiciens dicat, Sanctos inuenire in afflictione adiutores non uales hos, quos habere socios in hilaritate noluisti, qui post irrisionem protinus subdit, dicens: Virum stultum interficit iracundia. Hæc ille. AVCTOR. Qui † tamen Eliphaz non sic delirauit, vt Witcleff, deridens eum, si ad sanctos adiutores se conuerteret, sed hoc addito, quòd eos ante in hilaritate socios non haberet, tunc putauit rem esse ridendam, q̃ eorum afflictus auxilium postularet. Quod ut sanctus Iob quàm non esset rectum ostenderet, postmodum eosdem sanctos inuocans, ait, Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me. Iob. 19. ubi in annotationum libro super Iob AVGVSTINVS. Angelos B
uidetur postulare, ut pro eo deprecentur, aut certè sanctos, ut pro pœnitente orent. Hæc ille. AVCTOR. Nunquid putas sanctus uir Christum in spiritu prophetico intercessorem futurum & Deum æternum non nouerat, de quo ipse cecinit, Scio quòd redemptor meus uiuit? Stultus ergo fuit, quòd angelos, & sanctos alios intercessores inquireret, aut ualde stultus Witcleff, qui contra auctoritatem ecclesiæ tam robustam in patribus scripturæ sanctæ sic arguit. Et nota, quòd non dixit, qui intercessorem alium oraret, ut alii de secta eius stringunt sermonem, sed largo utens uerbo, qui alium intercessorem inquireret, stultum uocat. Et stultè tunc inquisiuit sancta Hester intercessiones omnium Iudæorum, di- C
cens: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susis repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo. Hester. 4. Stultus item populus vniuersus Israel, quia requisiuit sanctum Samuelem intercedere dominum pro peccato suo dicens. Ora pro seruis tuis ad dominum Deum tuum, vt non moriamur. Et stultus ipse Samuel, qui hanc petitionem plebis admisit, dicens: Absit à me hoc peccatum in domino, ut cessem orare pro uobis. Et docebo uos viam rectam, & bonam. Primi Reg. 12. Vnde homilia. 5. super Ezechielem. GREGORIVS. Iam mentis inimicitias postponere cupimus, in benignitate animũ dilatare. Samuel in cognitionem deducatur, qui de principatu deiectus à populo, cum idem popu-

populus peteret, vt pro eo preces effunderet, A
Respondit dicens, Absit à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis, quos aduersarios pertulerat vsque ad deiectionem, benignitatem gratiæ non reddidisset in pace. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo culpandus erat populus, quia Samuelem intercessorem appetiit, sed magis inde peccasset, si non petiisset, faciens intercessorem ad Deum quem læsit: quia & culpam sanctus vir perpetrare se credit, si benignitatem gratiæ non reddidisset in prece. Sed forsan dicet, hæc eo tempore legis aptè erant agenda: adueniente autem redemptore in carnem, sola esset eius meditatio postulanda: quia ipse, inquit, est mediator, & intercessor o- 3
ptimus. & sequitur infrà prædicto capitulo, Christus est semper viuens apud patrem ad interpellandum pro nobis, & paratissimus illabi B
in mentem cuiuslibet viatoris, qui ipsum dilexerit: vnde nõ oportet ad captandum eius colloquium sanctos alios mediare, cum sit benignior, & pronior ad iuuandum, quàm aliquis eorum. Hæc Witeleff. AVCTOR. Et intellectiua humana est paratissima ad ostium omnis sẽsus, quid ergo oportet item mediare ad deferendum ipsi verbum plusquàm nasum, cum ita ꝓsens sit in naso, & in pede, sicut est in aure? Si dicas aurem esse medium competẽs ad præsentandum ipsi verbum. Iam arguo, non oportere aliquem sensum medium esse ad captãdum colloquium eius, cum sit paratissima secũdum suam essentiam tota in toto, & in omni parte tota. Aut dicat Witcleff, qua frõte ausus est prædicatores medios prouidere, quibus plebes occurrant ad hauriẽdum (ut fingit) aquas uerbi Dei: cum fons vitæ sit paratior suis fidelibus, quàm turbidi riui tales? Quòd si doctores medios colligat, cur nõ oratores medios colligemus? Sed si nõ oportet mediare sanctos inter Deum, & populum, quare ait Moyses ad populum: Ego sequester, & medius fui inter Deum & vos in tẽpore illo, vt annũtiarem vobis verba eius: Deute. 5. Aut in omni illo populo non fuit aliquis, quem Deus diligeret, cui posset esse paratissimus ad illapsum, ita vt non oporteret mediare Moysen ad captandum eius colloquium: cum tamẽ diceret, vt annũtiarem vobis verba eius, ego medius fui. Sed ideo intelligere debuisse, quòd inter Dei substantiam, & nos, nõ mediat intercessor, sed vt efficiat Deus aliquid qd̃ disponit: sicut multæ reperiũtur causæ mediæ inter causam primam, & eius effectum remotum. Vnde libro quæstionum Deut. quæst. 10. AVGVSTINVS. Quid est quod ait: ego stabam inter Deum & uos in illo tempore annuntiante uobis uerba domini? Tanquàm in loco esset dominus, hoc est in monte, unde illi voces audiebant, quòd accipiendum est, ut non ex hoc suspicemur Dei substantiam in illo, aut alicuo esse corporali loco, qui est ubiq; totus, nec per locorum interualla propinquat, aut recedit sed demonstrationes eius in ea creatura, quę nõ est quod ipse non aliter exhibentur. Sequitur. Medium ergo se dicit Moyses, non inter Dei substantiam, & populum interuallo aliquo loci, sed quia per eum populus audire potuit cætera uerba Dei, posteaquam exterritus est, audita de medio ignis uoce Dei dicentis decalogum legis. Hæc ille. AVCT. Cum ergo dicis illapsum diuinam notas substantiam, per quam cunctis ęq; creaturis illabitur. Nec sic mediat Christus hõ inter Deũ & nos ut inter deũ & nos sit medius interceſſor, sed ut accipiamus ꝑ eũ medias influentias gratiæ spiritalis, & cui Deus, ut capiti, prius influit uitam, & sensum membris. Et hoc genere mediandi sancti alii intercedunt, de monstrationes uarias Dei populis exhibendo secundùm ipsorum genera uaria meritorum. unde Eccles. 35. Qui adorat Deum, in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius usque ad nubes propinquabit. Nubes, id est sancti, ut & nubes plãt iustum, hoc est, sanctorum preces germinent nobis Christum, unde super illud Marci. Percutiam pastorem. HIERON. Precibus sanctorum filius à patre mittitur, & pereutitur, id est, incarnatur, & patitur. Hæc ille. AVCT. Et in illo, ueniẽtem cum nubibus, ibidem HIERON. In nube ascẽdit, cum nube ueniet, in corpore suo solo, quod sumpsit à uirgine, ascendit, & cum multiformi ecclesia, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius ad iudicium uẽturus est. Hæc ille. AVCT. Nubes † ergo Christi C
humanitas est: nubes angeli, & omnes sancti. 4
Qui ergo adorat Deum, præcatio illius propinquabit ad nubes: quia quãtis tepidus sit orator, sanctorum tamen suffragio preces eius in eum, quem intendit orare, peruenient. Vnde ibidem Eccle. 35.
subditur. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, id est, consolationem de sua prece non sentiet. Nec eius tamen humilitas contemnetur. Ob quam causam Saluator ait in euangelio, Qui Mat. 17. Lu. 15.
scandalizauerit unum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius. &c. Super quem locum libro. 7. expositionis suæ cap. nono. AMBROSIVS Amb. To. 5
Docet infirmos non esse tentandos, ne in nos eorum delicta uertantur, quorum preces ad dominum: & si ipsi uirtuti meritis infirmi sint, angelorum tamen patrociniis euehuntur. Nemo ergo irrideat pauperem, quia exercebat illum,

Aug. To. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum, qui fecit eum. Ne tentet in nalidum, ne angelos ladat. Nemo præcipitet infirmum, ut soluat beneficium redemptoris. Hæc iile. AVCTOR. Hanc repulsam iam digne sustinet argutia Witeleff, ut sciamus angelos, & homines sanctos & medios, & sequestros inter Deum & nos propter imbecillitatem nostri affectus: quorum patrocinijs nostræ preces euehantur in Deum. Ipse tamen per illapsum Emmanuel præsentiæ immediator nobis est omnibus: nec minus tamen oportet ad captandum eius colloquium alios sanctos mediare: colloquium, inquit, per præsentiam gratiæ, qua priuatur, longe factus à Deo per reatum nequitiæ. Secundum illud uerbum psalmistæ: à lege autem tua longe facti sunt. Et sequitur Prope es tu domine. Ipsi † ergo longe à Deo, Deus eis prope: ipsi absentes Deo per culpam: Deus præsens p potentiam: ideo comparatur igni cap. 15. cœlestis Hierarchiæ DION. Ignis operatiuus potens omnibus præsens inuisibiliter neglectus non esse uisus. Hæc ille. AVG. Vbi in expositione HVGO. Ignis in omnibus, & per omnia clarè uenit, & tamen remouetur ab omnibus: prope est per præsentiam, longè est per excellentiam. Sequitur. hoc est quod sequitur. Et lucidus simul est, & quasi occultus. Lucidus enim est, quia in subiecta materia percipitur: occultus, quia in sua essentia corporaliter non uidetur. Incognitus quippe est ipse per ipsum nõ accũbente materia, quia sine subiecta materia percipi nõ põt Hæc ille. AVCT. Quasi concluderet ita Deus præsens, sed nisi in subiecta materia. Vnde in expositione. LINCON. Quomodo non præsens est illi, in quo est? Sed sciendũ, ꝙ alterũ est esse in aliquo, & alterũ est esse præsens illi. Solis. n. radius est i oculo cæci, sed nõ est p̃sens illi, quia nõ eũ sentit, nec iuuatur ab ipso in actione uidẽdi. In oculo aũt uidentis & est lumen, & est p̃ sens ei. Hæc ille. AVCTOR. Hoc modo libro de cognitione ueræ uitæ, de præsentia Dei loquitur AVGVS. Quanuis Deus in omnibus creaturis essentialiter manere credatur, tamen propriè in cœlis, uel in iustis habitare prædicatur, quia ipsi in habitationem eius fruendo sentiunt. Sequitur. Sicut enim uidens & cæcus in sole stantes, uidens claritate solis uidendo fruitur, cæcus lumine eius priuatur. Quanuis enim solis p̃sentia utriq; æquè adsit, tamen eius p̃sentiam non utique æqualiter sentit. Sic Deus tantùm hoc in habitare dicitur, qui etiam eius præsentia, aut facie ad faciem videndo, ut angeli, aut per contemplationem, ut iusti in hac uita fruuntur. In his non esse dicitur, qui eius uisione priuantur. Hæc ille. AVCTOR. Attendat Witeleff In his non esse dicitur, qui eius uisio-

Psal. 118.

Dionysius.

Aug. To. 9.

A ne priuantur: in his tamen est per essentiam, sed sanctorum mediatione requiritur præsens esse per gratiam. Sic Elisæus adfuit Syris percussis cæcitate, quos duxit in Samariam, sed præsens eis non erat, quibus ipsi præsentes non erant per iudicium sensus. Et Deus præsens Adæ erat per essentiam, sed absens per gratiam, quando ait. Adam ubi es? & ille ait, abscondi me. Non fuit materia subiecta, ideò nec ad eius oculos diuina p̃sentia. A quo tempore, & deinceps tam longe factus est Deus ab homine. Secundùm illud Psal. Longè à peccatoribus salus, vt sine mediatione sanctorum nunquam posset homo Deum habere præsentem sibi per gratiam. A tempore gratiæ Christum hominem postula, in tempore legis prophetas interroga. Tunc enim primò dictus est Emmanuel, quãdo venit Deus in carnem, ut esset nobiscum plusquàm erat per gratiam. Sicut Homilia. 2. imperfecti. super illud Matthæi. Emmanuel, quod est nobiscum Deus. CHRYSOST. Quanuis enim sẽper gubernando nobis p̃sens sit, tamẽ essentialiter ex vnitate personæ p̃sentior factus est. Vnde uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc ille. AVCT. Nobiscũ ergo Deus à principio: nobiscum plus in assumpto homine, & sic inter Deum & nos medius, uel mediator factus, secundum Moysen, qui itẽ dicit se sequestrum, & medium inter Deum, & populum. At si Witeleff reputauit se tam propinquum, ut non posset Raphaelem medium habere, uelut habebat sanctus Tobias ad offerẽdũ Deo lachrymas suas, & preces & officia sepulturæ. Cùm ergo nihil afferat pro se nisi hanc rationem ruralem, quæ sic aduersatur scripturis diuinis, & ecclesiæ filiis, ita ut in primo sanctæ uitæ aggressu preces sanctorum susp̃iciant, nor mam antiquam fideles procurent, pro præactis flagitijs pœnitentia iam susceptа. Qui adhuc hoc negligit, sancto Psalmista sit peritior sibi uisus: aut sanctior: de quo in expositione. Psalmcẽtesimi & nigesimi in titulo scribit CASSIODO. Primò in tribulatione positus propheta ad exemplum publicani illius, qui tunso pectore oculos leuare non audebat ad cœlũ, liberari sic petit se à labiis iniquis, & à lingua dolosa: nunc autem respirans, ad secundum gradum proiectus, oculos leuauit ad montes, ad intercessores vtiq; sanctos, quorũ suffragiis munera superna mereretur. Hoc enim ex persona sua loquitur, ꝙ pheta, qui tamẽ & ipse mons erat, & patriarcha mirabilis. Hæc ille. AVCT. Notum est prophetas hunc morem seruare scribendo, ut quædam pro se loquantur, & quædam, imò multa pro cæteris. Ne igitur sub hoc ambiguo de eo solueretur auctoritas, ingenio sancto distinxit

Ioan. 1.

Tbob. 12.

Cassiodo.

doctor,

doctor, ꝙ hunc modum patriarcha cum esset ip A ne. 5. de sancto Ioanne. AVGVST. Tanta mase sanctus, instituebat pro se. Vnde in diuisione eiusdem psal. CASSIODO. Propheta, sicut diximus, ad cœlestem Hierusalem diuina largitate conscẽdens, primo membro ad sanctorum merita eleuasse se oculos dicit suos, vt eorum precibus auxilia postulata mereretur, ne mẽs ipsius hostili impugnatione succumberet. Hæc ille.

6 AVCTOR. Primus † ergo gradus prouectus Christiani est pœnitere delictorum. Secundus est, sanctos obsecrare suppliciter, vt eorum suffragiis tendere ualeamus, quò ex nobis ipsis nõ possumus: qualiter fide dignus Centurio ad Christum dũ per se venire reputauit indignũ, accesit mediis senioribus Iudæorum, prout notat libro secundo super Lucam. cap. 14. BEDA Quicunq; passiones nostræ seruitutis agnouimus, ad residentem in dextera patris iam per fidem accedere debemus. Iam seniores Iudæorũ mittere, hoc est, summos ecclesiq viros, qui nos ad dominum præcesserunt, humiliter obsecran B do patronos acquirere, qui nobis testimonium reddentes, ꝙ diligamus ecclesiam, & quantum in nobis est ædificare curemus, pro nostris apud Deum nostrorumq; peccatis intercedant. Hæc ille. AVCTOR. Vbiq; sancti patres ecclesiæ scribunt, docent, cõsulunt fideles petere diuinam maiestatem orãdo, sed intercessoribus mediis: & hanc esse dicũt fidei portionem, ut per seniores ecclesiæ, qui nos præcesserunt ad dominum suppliciter deprecãdo patronos quæramus: & qui nobis testimonium reddant, ꝙ diligamus ecclesiã. Ergo sancti obsecrãdi sunt, & ipsi mediãt inter Deum, & nos, testimoniũ de nobis reddẽdo, & pro nobis orando. Vnde. 3. parte sermonum sermo. 136. AVGVSTINVS. Ab illo martyres acceperunt, quia pro illo acceperũt. Paterfamilias dedit illis unde illum paſcerent; ipsum habemus, ab ipso petamus: & si accipere per nos indigni sumus, per C amicos ipsius, qui eum de ipsius bono pauerũt, petamus. Orent ipsi, ut donent pro nobis: Hæc ille. AVCTOR. Medios intercessores hic Augustinus *obseruat sanctos, id est, martyres amicos Dei, per quos possumus à Deo petita nostra accipere, cum per nosipsos ad hoc sumus indigni. Sollicitè enim interrogant Witeleuistæ probationem huius in fide euangelii, quibus satisfacientes, sanctum Ioannem 7 euãgelistam ducemus in medium: quem sancti omnes apostoli medium ordinarũt patronum, vt eius interuentu ad magistrum Christũ de traditore suo noscendo venirent, dicente se in euangelio, quòd innuit ei Simon Petrus, ut dicere t, quis est de quo dicit. Quem locum pulchrè tangens, quarta parte sermonum sermo-

Aug. To. x.

Lu. 7

Beda

Ioan. 13

Ioannem euangelistã constituerunt apostoli intercessorem.

Codex Veteris non habet hunc seruorem.

gistri præsidentis videbatur auctoritas, ut sub districta compesceret discipulorum cõscia disciplina, hæsitant, ambigunt, atque inter se inuicem oculorum nutibus quodammodo interrogantes aspiciunt, verumtamen lingua proferre quod gestiũt, vel dominum consulentes inquirere non præsumũt. Tacet Petrus. Tacet clauicularius cœli. Tacet denique lingua, quæ clauis facta cœlorum, cœlum & terram ligat, & soluit. Sequitur. Silet Andreas, qui ipsi fratri ad frontem vitæ præuius fuit. Non loquitur Thomas, qui viam se nescire professus, eundem esse viam veritatem, & vitam, ipso referente cognouit. Non præsumit os aperire Philippus, qui dũ patrem sibi popposcit ostendi, profundum mysterium indiuiduæ diuinitatis audiuit. Et infrà. Sed cùm res diu sub hac ambiguitate penderet ut nodum quispiam dubietatis absolueret, tandem Ioannis patrocinij quæritur: & sic ad rei dubiæ notitiam peruenitur. Hæc ille. AVCT. Stultè, inquit Witeleff, quia cũ Christus, fons sapientiæ fuit eis paratissimus, & benignissimus ratione charitatis, & misericordiæ infinitæ, stultus foret, qui alium intercessorem inquireret. Augustino autem visa est sapiẽtia, ut magis amatum Christo præmitterent. Addit enim AVGVS. Ille nimirum discipulorum in se personа susceptа consultor accedit, qui de amplioris familiaritatis, & dilectionis prærogatiua cõfidit. Vnde considerandum est fratres mei quã tæ deuotionis instantia beati Ioannis flagitare debeamus auxilium, quem sibimetipsi interuẽtorem ipsi apostoli petierunt. Quantum apud iustum iudicem pro peccatoribus poterit, quĩ pro ipsis cœlestis curiæ senatoribus intercessor factus interuenit? Qui aduocatus est summis, quàm humiliter implorandus est à minimis? Hæc ille. AVCTOR. Ita ne videtis qualiter ad C hortatur fideles sancti Ioannis auxilium flagitare cum magnæ deuotionis instantia, quia & ipsum interuentorẽ ipsi apostoli fecerunt, quã quã fons uitæ erat eis paratus parator indubiè q̃ sit nobis. Videtis ergo quàm deridẽda sit omni humili Christiano hæc popularis argutia Witeleff, quam calcauerunt apostoli, & calcare, ac despuere monentur humiles omnes fidelii Iesu Christi.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVOD SANCTI ANGELI ET A beati sunt precibus aduocandi ad auxilium hominum, sicut in litaniis solet ecclesia. Cap. CXI.

SVMMA.

1 *Fideles quomodo sanctorum patrum & scripturarum traditione commoti, per Litanias sacras sanctos exorant. Et unde dicantur Litaniæ. Et in quo differt Litania ab Exomologesi.*

2 *Orandi quòd sint martyres, patriarchæ, prophetæ, angeli, Maria, sanctiq; omnes, contra Witcleff.*

3 *Sanctos interpellandi quanta ratio.*

CONtra quæ aliud fortius (vt putant æmuli) argumentum adducitur ab illo. 30. cap. prædicto Witcleff. Adorato Christo, & placato, ad eius imperium beati cæteri iuuant de suffragio spirituali, & quomodocunque ipsi colantur, singulariter non iuuant aliquem, nisi de quanto ab ipso domino imperantur. Stultitia quidem videtur fontem omnino paratiorem relinquere, & ad riuum turbidum, & remotum accedere. Hæc Witcleff. AVCT. Ecce rationem aliam popularem. Quæ scriptura sacra attestatur ei? Vnicuique viro fideliter exercitatio in scripturis ratio ista concluderet oppositum, scilicet, q̃ eò magis orandus est sanctus, quantò magis adiuturus est hominem, qualiter mandatum habet à
4.Reg.17. domino. Patriarcha noster Elias accepit uerbũ à Domino, quòd iam præcepisset mulieri uiduæ pascere eum in tempore famis in Sarepta Sydoniæ, ad quam ueniens, non iam dominum sed mulierem ipsam obsecrat, dicens: Da mihi paululum aquæ vt bibam. Et iterum: affer mihi C & buccellam panis. Ecce viduam paupercula obsecrat, cui dominus ante præceperat: & cùm propheta esset, fonti saturitatis existens propinquior, rituum turbidum orauit annonam. Cui, s. ipse potuit postmodum impetrare Hydriam farinæ, quæ non deficeret, & lechytum olei nõ minuẽdum de cætero. Ecce signo sensibilis incrementi monstratur propheta potior esse, quã vidua: sed quia in manu eius posuit Deus præsens eius auxilium, non contempsit eam orare, cui dominus iuuare prophetam voluit imperare. Elias ipse tempore siccitatis orans in uertice
3.Reg.17. montis Carmeli impetrauit à domino pluuiã, adiuuans homines, ut ei intus fuit imperatum à domino. Quem si Acab, aut alius orasset hoc facere iuuasset cor eius accendens ad precẽ, nec Deo subtraxisset honorem, prout declarat li-
Cant.7. bro 3. super cantica, textu, caput tuum ut Carmelus BEDA. Narrat scriptura, quòd Elias in monte Carmelo flexis genibus orauerit, & post longam siccitatem à domino pluuias impetrauerit. Vnde, caput spõsæ vt Carmelus est, qui corda electorum, quæ sublimia sunt per cõuersationem, q̃ à domino, & in se ascensum sibent per quotidianum virtutum profectus. Elias nanque dominus Deus dicitur, qui in his orat patrem, velut arentibus aruis pluuias de cælo euocat: quia hæc ad orandum Deum inuisibiliter accendit, & per eorum preces ac merita sæpius mundo periclitanti sua dona largitur. Hæcille. AVCT. Ecce qui ad corda electorũ, quæ domino in se ascensum præbent, patrem orat. pluuias vocat de cœlo: quia hęc eorum corda ad orandum Deum inuisibiliter accendit, p quorum preces ac merita Deus periclitanti mundo sua dona largitur. Accendimus ergo corda sanctorum orantium, cùm sanctos oramus, & quasi per quosdam gradus eos orantes, B per eorum corda in Deum ascendimus, & quãliter nisi sanctos ipsos oremus? Eliseus alter pa- 4.Reg.6. triarcha obsessus in Dothain orauit dominum, & misit ipsi in auxilium dominus grandẽ exercitum angelorum, ita ut diceret plures nobiscum sunt, quàm cùm illis, nec ipsi forsitan aduenissent, nisi per eum aduocati orando fuissent. Qualiter in epistola contra Auxentium Amb.Ep. de tradenda basilica dicit AMBROSIVS. Eliseus querebatur à rege Syriæ, missus erat exercitus, qui eum caperet, & circumuallatus erat undique. Cœpit timere eius seruulus, quia seruulus erat, hoc est, non erat liberæ mentis, & liberæ potestatis, petiuit aperiri eius oculos sanctus propheta, & ait, Respice, & vide quantò plures sunt pro nobis, quàm contra nos, & respexit, & uidit angelorum millia. Aduertistis ergo, q̃ famulos Christi hi magis custodiant qui non uidentur, quàm qui videntur. Sed & illi si custodiunt, nostris custodiunt orationibus aduocati. Legistis nempe eos ipsos, qui Eliseũ quærebant, ingressos esse Samariam per eum ipsum, quem capere gestiebant, cui non solũ non potuerunt nocere, sed ipsius, aduersus quẽ uenerant, intercessione seruati sunt. Hæc ille. AVCT. Iam de scripturarum fonte uenit, quòd dicit Ambrosius, seruos Christi magis custodiunt qui non videntur, quàm qui uidentur, sed & illi si custodiunt, nostris custodiunt orationibus aduocati. Et tamen angelos custodes habemus imperatos à domino, qui tamen orandi sunt à nobis vt nos conseruent, uel à nobisipsis cùm orare nouerimus, uel à parentibus, & amicis, aut aliis ecclesiæ fidelibus, ut tutionis officium non remittant. Quid iam ualet contra tantam scripturarum auctoritatem, & sanctorum

rum patrum argutia Witcleff, quòd ideo orandi non sunt a nobis, quia tantùm præcisè iuuabant, quantùm imperantur à domino. Sed tamen si hoc faciant, non vult dominus vt nobis ingratis famulentur inuiti. Igitur vt nostris faciant orationibus aduocati. Et in huius signũ Petrus fuit ad suscitandum Thabitam præparatus à domino, sed non minùs, vt hoc faceret, o-
Act.9. randus, à discipulis, ne pigritaretur venire. Act. 9. Quantumcunq; enim sancti sunt homines, hoc exemplo moueri possunt sanctorum inuocare auxilia, cùm necessitatis occasione premũ-
Beda tur. Sic habet in expositione eiusdem loci super actus BEDA. Sancti, inquiens, cùm per fragilitatem naturæ mortalis aliqua quasi delinquunt, quasi in diebus operum bonorum casu I subitæ infirmitatis occumbunt. Sed cùm lachrymis insistũt, & spem recuperandæ virtutis ascẽdunt, sanctorum auxilia inuocant quæ intermiserant, bona acta, bona recogitant. Hæc ille. AVCTOR. Si sanctorum virorum est sanctorum auxilia inuocare quando casu subitæ infirmitatis occumbunt, occasio arguendi datur fidelibus, q̃ quibus imperatur à domino auxilia ri nobis, talibus etiam orationum suffragia deferimus. Sed dicit Witcleff, stultitia est fontem paratiorem relinquere, & ad riuum turbidum & remotum accedere. Duo dicit. Primum suũ est, & hæreticis proprium, de quibus in sensu patrum dicit propheta: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, vt foderent sibi cisternas dissi-
Hierr.2. patas. Hieremiæ. 2. Secundùm nonest sanctorum, sed magis illud quod ait Esaias 33. Locus fluuiorum riui altissimi, & patentes, non transibit per eum nauis remigum, id est, erraticorum spirituũ. Errauit igitur ipse in vtroq; quia neq; sancti iam beati in illa septemplici claritate turC bidi dici possunt, nec si eos petunt Christiani, idcirco fontem Christum reliquunt; alioquin fons ipse doceret sic homines, qui & ipse ad hos riuos iussit accedere. Vnde Iob. 42. ca. dicit dñs
Iob.42. ad Eliphaz Themanitem, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam nõ estis locuti coram me rectũ sicut seruus meus Iob. Sumite vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis, Iob autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, vt non uobis imputetur stultitia. Ecce dominus Deus iussit hos tres reos diuinæ iustitiæ petere seruum iob cùm muneribus, & hostiis: non quidem ut fontem ipsum relinquerent, & illi holocaustum offerrent, sed ut per ipsum, quem intercessorem orarẽt, Deum placarent. Ad quid enim ad eum redirent cùm holocausti munere, nisi ut oratori suo prostrati, ipsum precibus flecterent, cuius precibus salui essent? Alioquin sufficeret dicere, Iob orabit pro uobis: nunc autem à Deo additur, ite ad seruum meum Iob offerre holocaustum. Ipse orabit pro uobis, & faciem eius suscipiam. Et dñs nonne erat fons paratior eis, quàm turbidus riuus Iob? Fuit, sed ipsi remotiores à fonte. Ideo de meritis suis longè facti, per riuum necesse est fontem attingant. pecca ta enim eorum diuiserunt inter Deum & ipsos. Et libro ultimo moral. in hoc loco habet GRE- Gre To.1. GORIVS. Sacrificia uestra non accipio, uerba petitionum uestrarum non audio nisi per intercessionem illius, cuius professionis uerba ueraciter recognosco. Hæc ille. AVCTOR. Hoc † ergo more sanctorum patrum & scripturarum traditione commoti fideles per litanias sacras sanctos exorant: ut si quidem per se ipsos indigni sunt, per amicos Dei ad eius clementiam & propitiationem perueniant, orantes primo Deum, cuius sunt sancti, & cuius solo intuitu dicitur litania: sicut libro de institu- Litaniæ. tis clericorum cap. 47. RABANVS. Litaniæ autem græco nomine appellantur, quæ dicuntur rogationes. Litaniæ uerò dicũtur pp deum rogandum & impetrandum aliquã eius misericordiam. Inter litanias & exomologesim hoc Exomologesis. distat, q̃ exomologesis ex sola confessione peccatorum agitur, litaniæ uerò indicuntur ad Deum pro pluribus necessitatibus supplicandum. Hæc ille. AVCTOR. In Deum ergo omnis turba sanctorum concitatur ad orandum: omnes intercessores uocamus primò, scilicet, ipsum per nosipsos orantes, & demum per matrem eius, & angelos, & seriatim per apostolos & martyres, confessores, & virgines Deum simulq; & ipsos, ne ipsi nobis offensi Deum, nobis non placent, sed exasperent: qui quamuis q̃ ni sint, tamen oratione nostra communicare desiderant. Sicut Christus dominus noster ad socrum Simonis sanandam sponte descendit, sed Lu.4 ne non rogatus sanaret, rogauerunt eũ pro ea non pauci, sed plures apostoli. Quem locum tangens libro de viduis. AMBROSIVS. Cùm Amb.De.1 socrus Simon magnis febribus detineretur, Petrus, & Andreas rogauerunt pro ea: & stans supra eam, imperauit febri, & dimisit illam. Magnis, inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro illa: & tu habes proximos, qui pro te supplicent, habes apostolos proximos, habes martyres proximos, si in ipsa martyribus deuotionis societate misericordiæ quoque muneribus appropinques. Proximus est enim, qui misericordiam facit, fac & tu misericordiam, & eris Petro proxima: non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio proximos facit: Quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama quo-

quc

Universidad de Deusto
Biblioteca

que propinquitatem Petri, affinitatem Andreę, & pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ. Et infrà. Ergo rogauerunt pro vidua, vtinam exiſtat aliquis tàm cito, qui poſsit orare pro nobis, vel certè iſti, qui pro ſocru rogant. Petrus & Andreas frater eius: tunc enim pro affinis poterant, nunc iam poſſunt pro nobis, & pro omnibus impetrare. Videtis enim, quòd magno peccato obnoxia, minus idonea ſit, quę pro ſe precetur, quę pro ſe impetret. Adhibeat ergo ad medicum alios precatores. Aegri enim niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare nō poſſunt: infirma eſt caro, mens ægra eſt, peccatorum uinculis impedita, ad medici illius ſedem debile nō poteſt explicari veſtigium. Obſecrandi ſunt angeli pro nobis, qui nobis ad præſidiū dati ſunt: martyres obſecrandi ſunt, quorum uidemur nobis quodām corporis pignore patrociniū uendicare. Poſſunt pro peccatis orare noſtris, qui proprio ſanguine, ſi quæ habuerūt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei martyres noſtri præſules, ſpeculatores vitæ, actuumque noſtrorū. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, quia ipſi infirmitatem cordis, et cum vincerent, cognouerunt. Hæc ille. AVCTOR. Eleganter † hortatur nos pater ſanctus orare ſanctos, vt ipſi pro nobis orent: orare apoſtolos, & dicere, oro te ſancte Apoſtole Petre, ora pro me. Et oro te ſancte Paule, ora pro me, ſancte Ioannes, ſancte Iacobe: & apoſtoli omnes. Obſecrandi ſunt apoſtoli, inquit. Item martyres obſecrandi ſunt, ut dicamus: Sancte Stephane ora pro nobis, ſancte Clemens, ora pro nobis: omnes ſancti martyres. Patriarchæ ſancti obſecrandi ſunt, quemadmodum dominus ad Abimelech ait Gene. 20. Redde vxorem uiro ſuo, quia propheta eſt, & orabit pro te, & uiues. At ille tollens oues, & boues, ſeruos, & ancillas dedit Abrahæ, muneribus obſecrans, ut fieret affinis prophetæ: ſicut iam dicit Ambroſius. Sic angelis occurrendum eſt, quos obſecremus orare: obſecrandi ſunt angeli, inquit. & ſubdit cauſam, quia ægri ſumus, & ad medici ſedem per nos non ualemus accedere. Adhibendi ſunt ergo precatores, inquit. Non erubeſcamus cum Witeleuiſtis ſuperbis interceſſores innixos ſcalæ eius Geneſis. 28. Adhibeamus obſecrantes Hieremiam, & Oniam, qui pro ciuitate orent eccleſiæ. Machabæorum ultimo. Oret pro nobis beata Dei genitrix uirgo & mater ſancta, omnes ſancti ſanctæque, quos noui commēdat auctoritas teſtamenti: quia ut ad Witeleff compendio dicam: fons gratiæ nobis præſto eſt, nec ideò abeſt, quia per gratiæ interceſſores adeſt. Sed nec putet Deum ociosè creaſſe ſanctos, quos gratiarum procuratores, vel tutores ſine omni dubitatione creauit. Qualiter docet libro de vera & falſa pœnitentia cap. 19. AVGVSTI. Præſto ſemper eſt gratia, quæ nunquā deficit, niſi prius expulſa: continuò & neceſſariò quod ſuum eſt, inſpirat, ſi eſt qui recipiat. Et expulſa reuertitur per pœnitentiam, & ut non peccet creatura, quam pietate creauit liberam, & ex libertate dicatam in auxilium retinendæ gratiæ, quæ ſemper præcedit oēm creaturā, fecit ut liberè ſeruiret. Ad hanc protegendā, ad hanc non expellendam addidit angelos, & omnes ſpiritus beatos. Addidit quoq; omnes in æterna uita collocatos. Addidit & in carne uiuos, & totam ſanctam eccleſiam omnibus in ſuo bono ſuccurrentem. Et, quod maximum eſt, filium ſuum miſit in auxilium, quem tanta pro nobis pati decreuit, & interpellatorem conſtituit continuū: quē dilexit, vt inſpiratione ſuæ pietatis, præter quām nihil creauit, non expellamus, non fugiamus, non faſtidiamus, ſed omnibus adiuuantibus firmiter & cum gratiarum actione teneamus. Hæc ille. AVCTOR. Videtis † quanta ſit ratio interpellandi ſanctos, ut ipſi nobis conſeruent gratiam, quæ nunquam nobis deeſt, niſi expulſa per nos. Ad hanc protegendam, ad hanc non expellendam addidit Deus creare angelos, omnesque ſpiritus beatos, omnes in æterna uita collocatos, & in carne uiuos, & totam ſanctam eccleſiam. Vnde libr. 6. ſuper Lucam. cap. 22. AMBROSIVS. Roget pro te eccleſia, illachrymet populus, nec uereare, ne nō impetres. Aduocatus ſpondet ueniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paterna pollicetur pietas. Aſſertori credē, quia ueritas eſt, acquieſce, quia uirtus eſt: habet cauſam ut pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus ſit. Hæc ille.

Orādi ſunt 2

Martyres.

Patriarchæ

Prophetæ. Gen. 20.

Angeli.

Gen. 28.

Maria. Sanctique omnes.

Aug. Tom

Amb. To

¶ QVOD SANCTI IAM BEATI ſunt orandi, non obſtante reſponſione duplici hæreticorum, quòd ſcilicet iam obierunt, & quòd continuè intercedunt. Ca. CXII.

SVMMA.

1 *Vigilantius, & eius ſequaces, qui dicebant ſanctos poſt obitum non poſſe orare pro uiuis, confutantur.*

2 *Sancti qualiter aliqua ratione poſſint orari ut orent, quamuis ab orando non ceſſent, contra Guillelmum alburi hæreticum.*

ET

HOC ipſum ab aduerſarijs orthodoxi ſemper interrogant: cum homines imbecilles, & miſeri poſsint orari, quid obſtat ne ſanctos iam beatos ex orare poſsimus? Ad hoc multi illorum, multa reſpondent, & præ multitudine ſenſuum diſperſorum non eſt conueniens illorum teſtimonium. Vigilantius, & eius ſequaces dicebant ſanctos, cùm hic uiuunt, orare poſſe pro uiuis, non autē cùm mortui fuerint. Sed conuincit hanc dictionem libro, quem edidit contra eum tertio, HIERONYMVS. Sit inquit, apoſtoli, & martyres adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando adhuc debent de ſe eſſe ſolliciti, quantò magis poſt coronas, uictorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus amatorum impetrat ueniam à Deo: Stephanus imitator domini ſui, & primus martyr in Chriſto perſecutoribus ueniam deprecatur: & poſtquam cum Chriſto eſſe cœperint minus ualebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex, ſibi dicit in naui animas cōdonatas, & poſtquam reſolutus cœperit eſſe cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro his, qui in toto orbe ad ſuum euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorque erit Vigilantius canis uiuens, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc de eccleſiaſtico proponeres, ſi Paulum in ſpiritu mortuum confiterer. Denique ſancti non appellantur mortui, ſed dormientes. Vnde & Lazarus, qui reſurrecturus erat, dormiſſe perhibetur. Et Apoſtolus uetat Theſſalonicenſes de dormientibus contriſtari. Tu uigilans dormis, & dormiens ſcribis, & proponis mihi librum apocryphum, qui ſub nomine Eſdræ, à te, & tui ſimilibus legitur. Vbi ſcriptum eſt, quòd poſt mortē nullus audeat pro aliis deprecari: quem ego librum nunquam legi. AVCTOR. Ad hoc argumentum ſancti patris iam plus mille annis uali dum, hæretici ſequētes uel ſemel uice magiſtri ſui aliquatenus reſponderent. Quid proderit tā ridiculum ſectari principium, quòd à uinculis publicæ redargutionis nunquā ſciunt exiſtere? Si ſeruus inutilis domino ſuo poteſt impetrare conſeruo: multò amplius qui iam intrauit gaudium domini ſui, & ſupra multa conſtitutus, efficaciùs impetrabit, quis dubitet? Heſter potuit rogare regem immitem, cum ſtaret ante illum, & longè potentiùs quando ſimul cum eo in ſolio collocata, cuncta pro uoto compoſuit: & domina orbis, regina cœli, modicum uinum æternis noſtris nuptiis cum filio ſuo clementiſsimo ſolio reſidens comparare non poteſt, vnde totius gentis ſuæ reſtinguat æſtum generalis incendii? Reſilit ab argumento hæreticus imperitus, & uires malignandi ſumit ab Ecclesiaſte dicente, quòd melior ſit canis viuens leone mortuo. Sed negat pater Hieronymus, Petrum, aut Paulum ſicut & Chriſtum hominem mortuum. Arguit item de apocriphis Eſdræ, q̄ poſt mortem nullus audeat precari pro alio. Et in ſecundo* eorundem uoluminſe non aduertit dictum, Reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen meum in illis. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. Mittā tibi adiutorium pueros meos, Eſaiam, & Hieremiam, ad quorum conſilium ſanctificaui, & paraui tibi albores duodecim grauatas uariis fructibus, ſecundo Eſdræ uerſus finem. Non perpendit pater Hieronymus ſe illum librum legiſſe, quem profert hæreticus, ſed nouit apocriphum. In hoc libro dicit dominus ſe mortuos ſuſcitare per loca, & miſſurum illis adiutorium pueros ſuos, Eſaiam, & Hieremiam, qui iam lōgè antè ſunt corpore mortui, quamuis ſpe reſurrectionis ſpiritu dormientes. Poterant ergo hi ſancti adiuuare ſuperſtites, quos Deus adiutores prouidit, & quorum cōſilio arbores. 12. fructibus grauidas præparauit. Sicut Onias, & Hieremias poſt hanc uitam oraſſe dicti ſunt pro populo: ſic Noè, Iob, & Daniel oratores plebis poſt hanc uitam conſtituuntur à domino. Quis uel modicum ſciolus ſcripturarum, his perpēſis neget ſanctos, qui iam dormierunt in domino, poſſe ſuis precibus ſuffragari uiuentibus? AMBROSIVS. conſidenter ſcribit Theodoſium imperatorem fuiſſe iam poſt hanc uitam præſulam, & tutorem pœnes Chriſtum Archadio, & Honorio ſuis liberis, & imperio potiis poſt patrem. Qualiter poterant Abias & Amos tenellis ſuę ſucceſsionis hęredibus Ioſię & Aſaph precatores fuiſſe ualentes: tantùm intercerat, q̄ fideles non erant. Vnde lib. de obitu Theodoſii AMBROSIVS. Quis ergo dubitauit filiis eius apud dominum præſidium fore? Domino fauente Archadius imperator iam ualidus inuentus eſt. Honorius continuò pulſat adoleſcētiæ fores, prouectior ætate, quàm Ioſias. Ille enim deſtitutus patre, orſus imperium uſque ad trigeſsimum primum annum regni ſui perduxit ætatem, & placuit domino, quoniam præ cæteris regibus Iſrael domini paſcha celebrauit, & cæremoniarum aboleuit errores. Aſaph quoque adhuc imalidus corporis robore, cum regnandi periculo recipiſſet. 40. annis regnauit in Hieruſalem. Et infrà. Sed illorum patres Abias, & Amos ambo infideles: Theodoſius ut plenus timoris Dei, plenus miſericordiæ, ſperamus, & liberis ſuis apud Chriſtum præſul exiſtat, ſi dominus propitius ſit rebus humanis: Bonus eſt miſericors homo, qui dum

*eiuſdem

2 Eſd.

Amb. To. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis subuenit, sibi consulit, & in alieno remedio vulnera sua curat. Hæc ille. AVCTOR. Iste sanctus non dubitat dicere, ꝙ pater principibus filiis penes Deum præsul existeret, & ꝑsi dium foret, mortuis in Christo viuentibus filiis, iam exul mundo proli superstiti. Qualiter hoc? quia uir misericordiæ plenus erat Theodosius, & timoris Dei. Cæteros reges impuberes patribus asserit destitutos, quibus subuenire nō poterant, infidelitate causante, quia nec uiui possent infidelitate manente. Contra illos faciunt isti, qui sanctorum preces, qui iam obierunt in Christo, negant prodesse uiuentibus.

Responsio secunda.

Respondit Guillelmus cognomento albus: ió non sunt orandi sancti, quia semper orant. Ad quid n. oportet eum instigare, qui semper instat operi? Homines, qui ab orando tepescunt, necesse est interdum monere vt orent. Ita vt non aliter velit intelligi sanctos orandos, nisi monendo, vel pulsando, non suppliciter flagitādo. Sed

Refellitur. 2 huic breuiter dictum est, ꝙ † angeli, & cælestes spiritus Deo semper præsentes, incessanter benedicunt Deum: & tamen nec male, nec superfluè scripsit Propheta domini, quod tota interorandum quotidie resumit ecclesia: Benedicite angeli domini domino, benedicite spiritus & a-

Dan. 3. nimæ iustorum domino, benedicite sancti & hu les corde domino, benedicite cæli domino, benedicite omnes uirtutes domini domino. Et creaturæ illæ, quæ in naturali tantùm cultu sine sensu deum perenniter benedicunt, uelut Sol, Stellæ, Luna, aquæ super cælos, frigus, ꝙstas, nix

Psal. 150. & glacies, montes & coles omnes iubentur benedicere deum. Et item Psal. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Et consonanter Apoc. 19. auditur vox magna quasi tubarum multarum in cælo dicentiū, Halleluia: Laus, & gloria, & virtus deo nostro. Et item non dixerunt halleluia. Et ceciderunt. 24. seniores, & quatuor animalia adorantes sedentem in throno, dicentes Amen, halleluia. Et tamen dum hæc aguntur, exit uox de throno dicēs: Laudem dicite Deo nostro oēs serui eius. Et iterum. Vox tubæ sicut aquarum multarum dicentium: Gaudeamus omnes, & exultemus, & demus gloriam ei. Ecce dicebant, laudabāt, & honorabant, & tamen de throno, & de tuba, & de tonitruo laudare, & exultare iubētur. Et cur nō eos orare precabimur iam orātes? Nō maximè ꝓp illos excitādos à somno hæc dicimus, sed magis ꝓp nos ad illorum conformitatem spūaliter eleuādos, vt nos indesinēter Deum cum illis benedicere ualeamus: & efficiētur tūc bene dicētes, & laudantes in nobis, quemadmodum in seipsis. Qualiter item in oratione dominica sanctificari Deum oramus in nobis, qui in se omni sanctificatione redundat, dicentes, Sancti ficetur nomē tuum. Et li. 8.* de fide ad Gratianum AMBROSIVS. De filio apostolus dixit, *Matt. 26.* *3. de S. qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redēptio. Vides ꝙ factus est *Amb. To. 3* sanctificatio, sed factus est nobis: nō ut ille mutaret, quod erat, sed ut nos sanctificaret in carne. Hæc ille. AVCTOR. Vides igitur qualiter sancti aliqua rōne possunt orari ut orent, quanuis ab orando non cessent: aliter incongruè unā ipsam dictasset sniam Paulus, dicens: Consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut facitis. 1. Thessalon. Quod item nō renuit facere apud Corinthios, quāuis ex abundāti hoc agat, ꝓ ministerio in sanctos. Nam de ministerio, qđ sit in sanctos, inquit, ex abūdanti mihi est scribere uobis. Scio eīm promptum animum uestrum. 2. Corin. 9. Vbi in expositione AMBR. Superfluum dixit scribere de ministerio, quod sit in *Amb. To. 5* sanctos, ut de his bene sentire uideatur. Superfluum est enim, si commoneas quē scias facturum, sed ut diligentiam suam ostendat, necessarium est ut scribat, ut & hos promptiores faciat & quid de eis, cæteris prædicet, manifestet. Nā superflua solent maiorem parare sollicitudinē. Nam & dominus nō dubitans de amore erga se Petri Apostoli, dixit ei ter: Simon Ioannis amas me? quæ trina repetitio quasi superflua uidetur: sed prodest ad perfectionē monitionis, ut sciat magna secum diligentia debere curare, quod frequenter mandat. Hæc ille. AVCT. Hic docet Ambrosius factum superfluum, quod alia litera Pauli modestè dixit abundans ex causis duabus esse faciendum. s. ut præceptor diligentiam suā ostendat in reiteratione iussionis, & ut hoc ꝓ sit ad perfectionem monitionis, quam eo diligētius debet curare, cui mandatur, quanto mandatum est frequentius. Ita dicimus non esse illicitum orare beatos, tam ut uideant diligentiā nostram in orando (qualiter Christus uoluit diligentiam Chananææ) quàm ut nosipsos frequēs oratio faciat diligentes: non illos moneat tanquàm torpidos, quos oramus. Denique nunquàm orandus est, credis, spiritus sanctus, de quo dixit Apostolus, quòd ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ita scilicet, ut oratores nos faciat. Aut ipse Christus secundum hominem non est orandus, de quo idem ait, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Romanos octauo. Ecce isti semper postulant: assiduè interpellant.

AD

¶AD OBIECTVM HAERETICORUM nouellorum nè orentur sancti: quia in Apocalypsi Ioannis omnis oratio, & adoratio fiebat sedenti in throno, & non aliis sanctis: non etiam homini Iesu Christo. Capi. CXIII.

SVMMA.

1 *Christus homo quòd adoretur etiā in mēbris suis mysticis, ostenditur contra hæreticos.*
2 *Christus ꝙ sit mediator noster inter deum, & hominem, & sic adeundus, & orandus.*
3 *Petrus & Paulus quomodo prædicauerint Christum uirū, de Deo nihil exprimentes, & quare.*

ADhuc acredine quadā temperato responso cœpit dicere idē Guillelmus. Sed in primitiuis ecclesiæ, uelut in actibus apostolorum, ubi unq; interfectis, aut abeuntibus sanctis dictum est: Sanctæ B Stephanæ ora pro nobis, aut sancte Iacobe ora pro nobis, aut expresiè pro nobis oratio aliqua sanctis directa? Sed uelut in Apocalypsi Ioānis, omnis oratio. 24. seniorum & quatuor animalium intenta est sedenti in throno. AVCTOR. Astutè dicit sedenti in throno, vt in uerbo ambiguo sepè auribus poneret, & in persona Christi secundùm hominem dum ipse intenderet filium Deum, tñ recordans illius sui magistri ꝑdicto ca. 33. trialogi Witcleff. Multis uī quando singulariter oratio directa fuit ad illam mediā personam pro adiutorio spāli, tunc plùs ꝓfuit, & creuit ecclesia, q̄ facit modò multis intercessoribus adiuuentis. Hæc Witcleff. AVCTOR. Frequenter cùm nominasset Christum, personā appellat, ne Christum secundum hominē adorandum dicat, uel orandum: & iste ad sedentem recurrit in throno. Sed nos ad eundē locum ca- 1 mus scripturæ, ut Christum deum, & item eun- C dem secundùm hominem adorandū probemus: non sedentem in throno, sed in conspectu throni agnum in medio seniorum: quanquam non idem uidentur iam nobis apponere, quando adorandum dicunt, & aliàs tamen adorandum: sed quia uerba se inserunt secundùm eos sequamur paulatim. Apoca. 4. Lectio refert, ꝙ cum darēt quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum, procidebant 24. seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula seculorum mittentes coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloriā, & honorē, & uirtutem, qui creasti oia. Lege consequenter, & de agno audies, ꝙ cum aperuisset librum, quatuor animalia & 24. seniores ceciderunt cum agno, cātantes, & dicētes: Dignus es domine accipere librū & aperire signacula eis, qm occisus es, & redemisti nos domine in sanguine tuo. Et sequitur. Et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & 24. seniorum, & erat numerus millia millium dicētium: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem, & sapientiam. Obscurus esset hic locus intellectui, nisi sedens super thronū deus secundum suam diuinitatem esset Agnus Christus, qui item de dextera sedentis sup thronum, librum accepit, & inde diuinitatem accipere dignus fuit, quod Deus ipse non potuit. Vnde in expositione Apoc. sermone. 4. AVGV. Sedentē *Aug. To. 9* in throno, & patrem accipimus, & filium, & spiritum sanctum. Accepit ergo agnus de dextera Dei. i. à filio accepit opus libri perficiendum, ipso dicente: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc ille. AVCT. Sic intelligas igitur aliū *Io. 20.* sedentem esse in throno, alium agnum, & distinctos benedictionum eorū titulos, sed adorationes consimiles. Sedenti in throno non datur benedictio nisi gloriæ, & honoris tanquàm uiuenti in secula seculorum. Agnus benedicitur, quia occisus est, & accepit virtutem, & diuinitatem, quòd solus Christus potuit secundum hominē. Ideo ibidem uersus finem AVGVSTI. Dignus est agnus qui occisus est, accipere &c. non de* Deo dixit, in quo sunt omnes thesauri sapien- *Domino dicit.* tiæ ut ipse accipiat, sed de homine assumpto, & eius corpore, qđ est ecclesia, uel de martyribus eius, qui pro noīe eius occisi sunt: quia in capite suo *totū accepit ecclesia. Sicut scriptum *totā accipit ecclesiam.* est: Et cum illo oīa nobis donauit. Ipse. n. agnus *Ro. 8.* accipit, qui in euangelio *dixit: Data est mihi oīs *dicit.* potestas in cœlo & in terra. Secūdū humanitatē *Matt. 28.* * cm̄, non secundum diuinitatē accepit. Hæc il- *ergo.* lc. AVCT. Ergo † nō sola Christi diuinitas, sed *Christus homo adoratur, etiam in mēbris suis mistica.* & assumptus ille homo adorat in agno. Christus dico secūdū humanitatē assumptam, imò quod plus est, in corpore suo mystico, in ecclesia sua, in martyribus suis: in quibus sapiētiam, & diuinitatem accepit. Sola diuinitas adorat primò sedens in throno, agnus postea, Christi. s. humanitas, & martyres corporis eius membra, & demū vna adoratione in throno & agnus. Vnde subdit ibi textus. Omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno, Benedictio, honor, & gloria in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebāt, Amē. Et 24. seniores ceciderūt in facies suas, & adorauerūt. Apoca. 5. Quem putat Guillelmus adorauerūt, nonne quem benedixerunt? Non solū ergo Deum sedentem, sed agnum, Christi humanitatem, & martyres adorabant, qđ vtique significans ex litera textus palam dixit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

prologo galeato beatus HIER. Hos libros in A suo putant numero supputandos, ac per hoc prisce legis esse libros. 24. quos sub numero. 24. seniorum Apoca. Ioannes adducit ad orantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes & stantibus coram quatuor animalibus oculatis retro & ante. i. in præteritum & futurum respicientibus indefessa uoce clamantes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm planè. 24. seniores adorabant agnum. i. humanitatē in Christo & sanctos eius. Et coronas, inquit, prostratis vultibus offerentes, non tantùm sedēti in throno, sed ante thronum ipsi agno: prout in explanatione Apocalyp. ad Anatholium idem scribit HIER. Denique cùm *venerit, qui mortem

*uenit uenit.

disiungeret, & coronam immortalitatis solus dignus sumeret, omnes, qui habebant pro gloria aliqua actus sui optimi coronas, proiecerunt B eas sub pedibus eius, id est, propter eminētem uictoriam Christi, oēs victorias subiecerūt sub pedibus eius. Hos & in euangelio suppleuit spiritus sanctus ostendendo. Cùm enim passurus

Matth. 21. Io. 12.

nouissimè ueniret Hierosolymis dominus noster, & exisset illi populus obuiam, alii præscissis ramis viam sternebant, alii tunicas suas subiiciebant: duos. s. ostendentes populos, unum patrum, & alium prophetarum magnorum virorū qui quascunque habebant palmas victoriarum suarum contra peccatum, victori omniū Christo sub pedibus iactabant. Palma autem, & corona idem significant, quoniam non dantur nisi uictori. Hæc ille. AVCTOR. Taliter adorantes agnum, victoriarū suarū coronas & palmas proiecerūt: dicit sub Christi pedibus, ergo eas Christo homini obtulerunt, sicut & Christo deo. Et inquit, qui coronā immortalitatis solus dignus assumeret. Valde ergo incautè misit Guillelmus C nos ad hunc locum scripturæ, ut probaret solū Deum adorandum, & orandum: quia sedentem in throno. 24. adorabant. Nec uidere potuit statim sequi agnum ibi adoratum eadem adoratione secundum humanitatem, & per sanctos suos qua Deus. Procedebāt in facies suas coram Deo, mittebant coronas suas coram Deo, benedicebant, glorificabant, & hæc eadem coram agno, coram Christo homine, secūdum hominem dico, & coram sanctis: ita ut palam vincatur Christum hominem ex hac scriptura, quam protulit adorandum, & orandum esse: & sanctos eius similiter adorandos, & orandos ut membra. Nam pro orationibus nostris Christo homini offerē dis signanter in eodem loco notatur cùm dicitur: Cùm aperuisset agnus librum, quatuor animalia & 24. seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramētorum, quæ sunt orationes sanctorum. Qui ergo adorabant agnum Christum secundùm hominem assumptum, proiiciētes sub pedibus eius coronas, iam uidentur adorare eūdem, offerendo ipsi phialas orationibus sanctorum refertas. Phialæ uasa dicebantur incensi. Vnde in eundem locum sermone. 4. super Apo cap. AVGV. Habentes singuli citharas. i. corda laudum, & phialas, aureas. Hæc sunt uasa in domo domini, in quibus thimiama offerri consue- *in eis intelligimus. uerat, ideo orationes sanctorum bene *intelliguntur. Hęc ille. AVCTOR. Orationes ergo sanctorum in istorum cordibus reconditæ vlterius per eorum ministerium sunt Christo homini præsentatæ. Vnde in sequenti. 8. ca. Data sunt angelo incensa multa, ut adoleret ea ad altare aureum, quod est humanitas saluatoris, vt ita perueniant ante oculos conditoris. Ergo 2 † uelit Witeleff, aut nolit, Christus noster mediator est inter Deum & homines, ut per ipsum ueniamus ad Deum fontē uiuum. Et unde mediator nisi unde homo? Inde agnus occisus: inde aduocatus. Ideo, inquit Apostolus, noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem præuaricationū eorū qui erāt sub priori testamēto, repromissionem accipiāt, qui uocati sunt æternæ hæreditatis. Heb. 9. Vnde li bro 10. de ciuitate Dei ca. 6. AVGV. Profectò efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, cōgregatio, societasque sanctorum uniuersale sacrificium offeratur deo per sacerdotē magnum, qui ēt seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus secundum formam serui. Hanc obtulit: in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Hæc ille. AVCT. Ergo si mediator, adeūdus est, & orandus secundum Wiceleff, tūc secundum formam serui est orādus, secundum quam mediator tūn est, & sacrificium, & sacerdos. Igitur ut intercedat per mortem, ideo mediator est, non ut iudicet. Per ipsum ergo necesse est ascendamus per mortem testatoris, per sanguinem redemptoris, sine quo cassæ sunt preces, quæ appetunt fontem domini. Vnde bene orationes sanctorum prius diriguntur ad hunc hominem, ut odore bono currant in Deum. Prius item ad sanctos, qui sunt de corpore agni membra. Quod autem dixit Guillelmus non expressum in actibus, aut euangelicis literis ubi oraretur ad sanctum. Quid si dicam recenter tunc emigrantes non statim exorandos pro sanctis: quam formam ab eis hactenus obseruat ecclesia, ut bene expectato tempore, Dei placitum homines in sanctis eius agnoscant? Sed reuera cuncta

cuncta gerebant Apostoli ad clarificandū Chri A stum hominem, ne obscuraret eum crucis despectio. Vnde per omnes actus ipsi baptizabant in nomine Iesu, cùm ipse suprà mandaret baptizare omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: tunc etiam orabant in Iesu filio hominis. Vnde Stephanus vidit Iesum stantem à dextris Dei. Vnde enim à dextris Dei Deus stare non dicitur, non forma Dei, sed hominis videbatur. Vnde ait. Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris uirtutis Dei. Cui orans ait: Domine Iesu accipe spiritū meū.

3 Et † prædicaturus Christum Petrus: Iesum, inquit, Nazarenum virum approbatum à Deo. Et Paulus insuper apud Atheniēses prædicat Christum virum, de Deo nō exprimit. Quòd notans

Chr. Tr. 4

in expositione super Ioannem Hom. 3. CHRIso. Quid mirum, inquit, si hoc Petrus ait: Athenientibus enim loquens Paulus, uirum eum uocat solùm, ita dicens. In uiro quid determinauit, fidem retribuens omnibus, suscitans eum a mor B tuis, & nihil de ea, quę Dei est, dixit forma, neq; quin par ei, neque q̄ splendor gloriæ eius decēter. Notandum. n. tempus horum verborū erat, sed amabile erat eos suscipere interim q̄ homo est, & q̄ surrexit: ita & ipse fecit Christus, à quo Christo & Paulus discens tic res dispensabat. Non enim confestim nobis suiipsius deitatem reuelauit, sed primum quidem existimatur prophetа esse, & simpliciter homo, postea uerò apparuit per uerba & opera quid erat. Petrus propterea ad Iudæos communicatus est, & in principio hoc modo prima hac communicatione: & quia nihil de diuinitate eius interim indicere manifestum volebant, propterea his, qui de dispensatione, immoratur sermonibus, ut his auditus exercitatus, reliquæ faciat viam doctrinæ. Hæc ille. AVCT. Itaque orationes in deum dirigere consuetum erat semper Iudæis, & multis gentibus proximum erat exorabilem facere C Christum hominem, vt hoc exercitato auditu, ad reliquos sanctos orandos ordinatè uenirent. Nullus tamen calumnietur hæreticus me Christum diuidere, sed formæ serui, quod suum proprium est, assignare: in qua forma exoratum deo, sicut in hominis forma prædicatus est à Paulo, diuinitate, sapientia ditatus, & à. 24. senioribus adoratus in agno. Sic enim adorantes in benedicendo nouerunt, quòd Christo deo non poterant. Et in hac forma à Deo abstracta dixit

Philip. 2.

Apostolus ad Philippenses, quòd Deus donauit illi nomen, quod est super omne nomen. & lib. contra Maximinum post altercationem ca. 5. AVGVSTINVS. Propter quod deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super 1 omne nomen. Homini enim donauit, non Deo. Neque enim cùm in forma Dei esset non excelsus erat, aut non ei genua flectebant cœlestia, terrena, & inferna: sed cùm dicitur propter qđ & eum exaltauit, satis apparet, propter quid exaltauerit. i. propter obedientiam vsque ad mortem crucis. In qua ergo forma crucifixus est, ipsa exaltata est: ipsi donatum est nomē, quod est super omne nomen, ut cum ipsa forma serui, no minetur filius unigenitus Dei. Hæc ille. AVCTOR. Sic in qua uisus est à Stephano, & lapidantibus prædicatus secundùm ipsam est oratus, & cum ipsa forma serui præcipuè filius dei uiui. Nec enim orandus nōn est Deus, quia Stephanus & primitiui fideles orabant filium hominis Iesum, sicut nec dimittendus est baptismus in nomine trinitatis, quia ipsi baptizabant in nomine Iesu. Nec prædicatio deitatis Christi, quia ipsi humanitatem eius prædicabant. Ita econtrario nec dimittemus orare sanctos, quan uis ipsi non leguntur orasse, sed magis eos orabimus, quia sanctum sanctorum orabant, à quo peruenerunt in sanctos: quia sic martyres licet interim ignorare, ut Deus colatur. Contra cleri cum autem dei valuisset hoc argumentum Iudæis post circuncisionem acceptam: quia toto illo tempore post benedictionem filiorū, non legitur quisquam coluisse Deum, prout li. 16. de ciuitate Dei, ca. 2. colligit AVGVS. Benedictis Aug To.5 igitur duobus filiis Noe, atque vno in medio eorum maledicto, deinceps usque ad Abraham de iustorum aliquorum, qui piè deum colerent, cō memoratione silentium est, per annos ampliùs quàm mille. Nec eos defuisse credēdum est, sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret, & esset hæc historica prouidentia. Hæc ille. AVCT. Nonne his Iudæis, qui vitulum conflatilem adorabant, ualuisset hæc auctoritas? quid coleremus Deū in uisu, quem Abrahā, Isaac, & Iacob celebrāt errore seducti: ante quos nullus C tot annis post Noe legitur coluisse, sed q̄ non legit, tñ defuisse non creditur, inquit Aug. nec certè de orantibus sanctos defunctos post corū coronas hoc creditur, sed longum esset facere. Et qui diligenter orasse Petrum leguntur pro mortua, plus iam cœlis beatus credi potest orasse eos pro tota ecclesia.

¶QVOD SANCTI ORATIONIBVS inuocati sunt magni amici dei, domestici, & intercessores, & ad impetrandum potentes. Ca. CXIIII.

SVMMA.

Honorandi quòd sint sancti ut amici Christi, & filij & hæredes Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Sancti uiri, quòd possint suis precibus Deo resistere, & quòd Deus possit ab hoc, quod statuit, sanctorum precibus retineri, contra Wit cleff.* 1

3 *Sanctorum oratio, quàm efficax, quàmq; potens sit coram Deo.*

4 *Orationibus sanctorum miracula facta recensentur.*

5 *Mastiezelis, atque Theodosii victoria seruorum Dei orationibus sine bello adepta, narratur.*

6 *Acholij victoria, eius oratione, & deuotione impetrata, monstratur.*

7 *Orationes pauperum, quomodo ambiebat Ambrosius, & quare.*

8 *Sanctorum preces quantum possint apud Deum.*

HActenus contra Witcleuistas nouissimos ista descripsi, qui negant adorari aliquas creaturas, etiam nec humanitatem Christi, uel quoslibet sanctos: & ideo nec orandos, cum tamen magister eorum Witcleff humanitati Christi sacræ pepercit, & reliquiis, & cruci, & item imagini primo de sermone domini in monte. ca. 29. In id modo redeamus, quo communiter errant de orando, vel adorando sanctos, magistes cum discipulis. Quis rogo, inquit, faceret scurram mediatorem suum, vt regis paratioris, & clementioris colloquio potiretur? Sancti igitur in cœlo licet non sint scurræ, sed incorporati Christo per gratiam saluatoris: tamen minus se habent in comparatione ad illum, quàm scurra ad regem terrenum. Hæc Witeleff. cap. 30. tertii trialogi. AVCT. Si hæc argutia valeat contra sanctos ne orentur aliqui citra Christum, cur item contra Christum non ualet, inquantum mediator est Dei & hominum, & interpellat pro nobis ut homo? Sic enim homo est Deum exorans. Quod dico scurra, aut seruus, immo comparatus Deo, terra est, & scabellum pedũ eius, ut iam suprà audisti. Iam procedat argutia, quis faceret hunc scurram mediatorem suũ & æterni regis paratioris & clementioris colloquio potiretur? Huic rationi miserrimæ inniten tes seducti eius discipuli, contra intentionẽ apostoli à ratione orandi Christum hominem excluserunt cùm aliis, quia tantùm contra eum visa est, sicut contra quoslibet militare. Quia uerò dixit non consulendum scurram, quid dicet si quis amicum regis consuleret, immo filios aut hæredes regis, immo parentes, putasnè stultè factum? Teste enim in euangelio beata virgo mater regis est, Ioannes baptista amicus sponsi, Apostoli item amici & uicarii magni regis. Demum de omnibus sanctis ipse rex ait.

Lu.1 Io.15. Matth.12.

A Quicunque fecerit hæc, mihi frater, & soror, & mater est. Idcirco quarto* lib. sententiarum ca. 7. DAMASCEN. Honorandum † sanctos ut amicos Christi, & filios, & hæredes Dei ut ait theologus Euangelista Ioannes. Quotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: quare non adhuc serui, sed filii. Si autem filii, & hæredes, hæredes autem Dei, cohæredes autem Christi. Sed dominus in sacris euãgelicis ait. Vos amici mei estis, non adhuc uoco uos seruos. Seruus autem non nouit quid faciat dominus eius. Si autem & rex regnantium & dominus dominantium, & Deus deorum conditor est, & dominus omnium dicitur: ergo omnes sunt dii, domini, & reges. Horum enim Deus, & dominus: & rex est, & dicitur. Sequitur. Deos autem dico, & reges, & dominos non natura, sed sicut passionum dominantes, & de his regnantes, & diuinę imaginis similitudinẽ secundùm quam & facti sunt in transmutatam B custodientes (Rex enim dicitur, & regis imago) & unitos Deo secundùm electionem, & hunc suscipientes inhabitatorem, huius participationẽ effectos gratia, quod ipse est & natura. Qualiter igitur non honorandi sunt, qui mini stri, & amici, & filii Dei existunt? Hæc ille. AVCT. Iste sanctus doctor nõ tam uiles existimat sanctos Dei, sicut Witcleff, scurris eos adæquans, sed hoc cogitat in eis, quod eos Dei gratia iam efficit, qualescunque fuerint ex natura. iam amici Dei sunt, filii Dei sunt, reges regũ sunt, domini dominantium, conuiuæ magni sponsi, commensales agni filii Dei, & membra, & in ipsum ex gratia transmutati. Si tales, & tantos cogitaueris, nonne tibi honorabiles, & exorabiles esse possint? Audi quid de cognitione ueræ vitæ versus finem libri consulit. AVGVSTINVS. Cùm sanctos, inquit, in oratione uocatis, sic oportet de eis cogitare constitutis, æternæ *charitatis. splendidissima lumina lõgè præ Solis fulgore lucentia, qui omnia bona pleniter in visione Dei habeant, & cunctis se inuocantibus potentes subueniant. Hæc ille. AVCT. Hæc est syncerior norma fidelium, hæc sanctior, & solatio spirituali plenior disciplina. Hæc sanctos inuocare debet, & qualiter cogitationes nostras de eis formare debemus, instruit: Sic, inquit, oportet eos cogitare, non quasi uiles scurras, sed quasi splendidissima lumina: non quasi Dei secretorum ignaros, & qui nihil nos plus vili mancipio iuuare possint, sed quasi qui omnia pleniter in uisione Dei habeant, & cunctis se inuocantibus potenter subueniant. Ecce cunctis se inuocantibus, & non segniter, sed potẽter subueniant. Affirmat hoc verbum super psalm. Beati immaculati, uersicu

*Damasc. *lib. de fide orthod. c.16. Io.1. Gal.4 Ro.8 Io.15.*

*Aug. To.8 *claritatis.*

Psal.118

Hilarius

lo, Clamauit in toto corde meo, pater HILARIVS. Non humilis sanctorum querela est, nec depressa oratio fidelium est. Altum ergo est quod postulant, & excelsum est quod expectant: clamore personum est quod precantur. Hæc ille. AVCTOR. Sed modificat ista dicta sanctorum in prædicto famoso capit. Witcleff. Adorato Christo, & placato, ad eius imperium beati cæteri viuant de suffragio spirituali, & quomodocunque ipsi colantur singulariter non iuuant aliquem, nisi de quantò ab ipso domino imperantur. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quid ex isto sequitur, nisi q; unum sit sancto rum orare suffragia citra Christum? Maximè si Christus sit nobis offensus, quia sine eius mandato nullus sanctus iuuat. Certum est autem, *Io.13.* q; Deus docet & sanctos suos, & nos, suggerẽs nobis omnia quæcunque dixerit nobis. Voluntas eius à Saluatore incitatur, ut petat, & accipiat quod petierit. Quòd si ideo orare sanctos est inutile quia non nisi ad eius imperium omnia faciunt: ergo & nosipsos eum rogare est superfluum: quia nec quicquàm ualemus eum orare, quod ipse non imperet. Sed quomodo ergo orantes Deo possunt occurrere, immo, ut cum scripturis dispensatiuè loquamur, ipsi resistere? Nunquid ipse hoc nobis non imperat? *Hierem. 7.* Hieremias dixit. Si prophetæ sunt, & est uerbũ domini in eis, occurrant domino exercituum. *Hier.To.5* 2 Hiere. 27. In quem locum libr. 5. commentarii HIERO. Quod † ait, occurrant domino exercituum, ostendit verum Prophetam posse domino precibus resistere, secundum quod & Moyses stetit in persecutione contra dominum, ut auerteret iram furoris eius. Samuel idem quoq; *Psal. 105. Exo.32.* fecit: & dominus ad Moysem: Dimitte me, ait, percutere populum istum. Quando autem ait, dimitte me, ostendit se precibus sanctorum posse retineri. Occurrunt, inquit, prophetæ, & quæcunq; prædicunt, opere completa demonstrant & tunc veritate vaticinium comprobatur. Hæc C ille. AVCT. Quid ad hanc Dei scripturam dicere potest Witcleff cum suis argutiis? quid ad expositorem eius Hieronymum, qui totiens infert hoc Deus non potest, illud absolutè non potest, istum præscitum absoluere, aut quod iã statuit hominum precibus reuocare? Ecce de scripturæ sensu probat Hierony. sanctos uiros suis precibus posse Deo resistere, & Deum posse ab hoc, quod statuit, sanctorum precibus retineri. Probat in Moyse, cui ait dominus, dimitte me. Nec hæc est impotentia dei, sed beneuolentiæ eius est indicium, & quantæ fiduciæ apud eum sint sancti. Vnde in lib. Numerorum hom. *Orig.To.1.* 8. ORIG. Fit hæc tanta comminatio à domino, non ut passibilis, & iracundiæ uitio subiacens

A ostẽdatur diuina natura, sed ut per hoc & Moysi charitas, quam erga populum habebat, & Dei bonitas, quæ super omnem malum agẽtem est, innotesceret. Scribitur enim irasci Deus, & cõminari interitum populo, quo doceatur homo tantum ipsi esse apud dominum loci, tantumq; fiduciæ, ut etiam si sit in Deo aliqua indignatio, obsecrationibus mitigetur humanis, tantũque de eo impetrare posse hominem, ut & propria statuta conuertat. Hæc ille. AVCT. Hic planè fatetur Origenes quod dixi, tm esse apud deum loci sanctis eius: tantũq; impetrare posse, ut obsecrationibus mitigetur humanis, & propria statuta conuertat. Audi q; hoc idem de scripturis sanctis lib. de quæstionibus ueteris & noui testamenti ca. 115. probat AVGVS. *Aug.To.4* Dixit, inquit, Ioannes apostolus, maior est qui *1.Io. 3.* in nobis est, quàm qui in hoc mundo. Rogatus enim Deus, etiam quæ statuit, amouet. Nam utique statuit in peccatores uindicandum, & tamen deprecantibus ignoscit: quia ipsi Soli statio concessa non sit, sub Iesu naue iussus est stare, & obediuit eius imperio, contra id quod sibi licet ligare, & soluere. Vnde tamen Soli illi statio concessa in ratione mundi fuerat præceptũ. 3 Hæc ille. AVCTOR. Monstrat † ex scripturis sanctis, quàm efficax, quàmq; potens sit coram Deo sanctorum oratio. Ad tantum enim ualet, ut penes singulas res, & item uniuersæ regimẽ creaturæ ea, quę Deus statuit, possit cõuertere. Dat autem rationẽ huius ad inhabitantẽ Deũ tali oranti Moral. 29. super epistolam ad Hebræos CHRYSOST. Videamus quanta ualet uir *Chri.To.4* tus sanctorum si hoc operantur, si hic talia faciat angelus; quid ergo illic quantam habent claritatem, fortasis, inquit, & nostrum unusquisq; talis esse ut possit iniungere Soli & Lunæ. Et infrà. Sed his adipiscemur si uoluerimus, qualia. n. enuntiauit nobis Christus, non Solis C stationem, neq; Lunæ, neq; repedationem Solis, sed quid? Veniemus ad eũ ego, & pater, ait, *Io.14.* & mansionem apud eũ faciemus. Quid mihi igitur opus est Sole, & Luna, & miraculis his ipsis dominatore omnium apud me degente, & insidente nõ opus est mihi aliquo horum, ipse mihi erit in Solem, & Lunam. Hæc ille. AVC. Hoc intendit Chrysosto. q; orante sancto uiro venit ad eum mansurus cum eo pater & filius. Facilè ergo statutas res alias posset mutare potẽtia tanti hospitis, qui ipsum dominũ ex oratione deuota põt acquirere. Sic interuentu matris suæ miraculum unum compleuit, quod antea differre disposuit: quia eius hora nondum uenerat. Vnde super hunc uersum: Beati immaculati &c. Tempus faciẽdi domine AMBROSIVS. Fortasse vult à nobis admoneri, vult ro *Amb.To.5*

gari

Universidad de Deusto
Biblioteca

gari,imò si rogatus fuerit, etiam ante tempus uenit. Nam ante tempus uenit ad siculneam,& ante tempus uenit,ut dixit,ad matrem. Illa roga
Ie.2. bat pro nobis, illa festinabat dicens: Vinum non habent fili. Respondit Iesus. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Et mater, quæ sciebat eius affectū, dixit ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Iesus quoque, qui horam suam venisse negauerat, fecit quod ante
4 differebat. Hæc ille. AVCT. Si † autem ad sanctorum orationes quis oculos dirigat, quid inter nos faciant iam recenter eorum uires bene amplexas poterit experiri. Libro nanque. 7.
Orationē sanctorum miracula facta. 5 de ormesta mundi refert OROSIVS. Quòd † Mastezel quidam à Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi à clementia Dei impetraret, Caprariam insulam adiit: unde secum sanctos seruos DEI aliquot permotos precibus suis sumpsit. Cum his orationibus, ieiuniis, psalmis, B dies noctesque continuans, sine bello victoriam meruit, ac sine cæde uindictam. Et infrà. Insistente nocte beatum Ambrosium episcopum Mediolā. paulò ante defunctum per somnium sibi uidere visus est, signantem manu, & impacto ad humum ter baculo dicentem: hic hic hic, quod ille prudenti coniectura intellexit merito annuntiantis fidem victoriæ uerbo, locum numero dierum significari: substitit, ac tertiò demum die post noctem orationibus hymnisque peruigilem, abipsis cœlestium sacramentorum mysteriis in hostem circūfusum procedit. Et cū ad eos, qui primum occurrerunt, pia pacis uerba iactaret, signiferum quendam insolenter obsistentem, & iamque pugnam excitantem, gladio percussit in brachio. Eumque manu debilē ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes deditionem iam fieri præmiorum existimantes, certatim se- C runt, ut euaderent: regressi posteà pacem rogarunt, ut uiuerent. Hæc ille. AVCTOR. Ob hoc solùm hæc uniuersa sanctus pater curauit inscribere, ut vnius sancti uiri quantum cōtra tot armatos posset intercessio, literis monstraretur: & aptè eum comparat Elisæo: ut utriusque uirtus sit euidens, illius in Syros, huius in Gothos. Ille inani metu venientis exercitus, hic uerò peste currente cūctos hostes sola prece fugere cogebat: tàm potentes sunt sancti orare pro uita. Sic sancti dimicāt, ait, etiam cum feriātur: quia & otiosus erat Elisæus corpore, quando diris-sima precū tela usque ad interniciem uibrabat in Syros. Quàm potēs ergo, magne Deus, quā effi cax est omnipotēs manus tua cùm percutit, quā do tuo munere tàm terribilis est in hostes: tam utilis ad postratos sanctorum lingua dum orat? Quid arguit ergo Witeleff, q; quasi sint scurræ apud

Mastezelis victoria. Theodosij. victoria.

Acholij victoria

Amb. To. 3 lib. 7. epist. epist. 59.

A Dum merita viri considero, & quasi discedentē spiritu sequor, & sanctorum choris deducentibus intermisceor, non merito vllo, sed affectu penè sum oblitus mei. Ita ne ergo raptus est nobis murus fidei, gratiæ, & sanctitatis: quem totiens ingruentibus Gothorum cateruis nequaquam potuerunt Barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor? Deinque in cæteris populatores locis, illic pacem rogabant: mirantibusque quid sibi sine milite vllo obsisteret, à prudentioribus intimabatur Elisæi intus imitatorem degere supparem, non im- *4. Reg. 5.*
parem spiritu, caueret ne exemplo Syriaci agminis sibi quoque cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa dona Christi sunt. Elisæus quidem in Samariam captiuas acies induxit Syrorum: sanctus autem Acholius precibus suis fecit, ut de partibus Macedoniæ victores fugaret. Nonne & hoc intelligimus superioris uirtutis fuisse, vt ubi nullus miles adorat, illic pelleretur sine milite? Sed vrgebat, & præliabatur Acholius, non gladiis, sed orationi bus, non telis, sed meritis. An incognitum nobis est dimicare sanctos etiam cùm feriuntur? Nonne otiosus erat Elisæus scilicet corpore? *4. Reg. 6. & 5.* sed vibrabat spiritu, & orationibus præliabatur, quando in castris Syriæ, vel equitum, & vox uirtutis magnæ audiebatur, adeò, ut putarent Syri aliorum regum aduersum se aduenire exercitus, qui populo Israel adiumento forent. Vnde percussi, magno fugerunt pauore, ita, ut leprosi quatuor, qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostium *deprecarentur. Nonne in Ma- *deprecarentur.*
cedonia similia dominus per orationes sancti Acholii fecit mira, aut prope maiora? Non .n. inani metu animi, nec superflua suspicione, sed fœuiente luc, & ardenti pestilentia perturbati Gothi, ac perterriti sunt. Denique tunc fuge-

apud summum Deum minus impetrare ualentes, cum tot, & tanta apud Deum possint, quasi eorum non tantùm annuat precibus, sed & obediat voluntati? Ab armario scripturarum sanctarum hoc verbum accipimus, quia nō fuit pòst & antè tam longa dies obediente domino voci hominis. Iosue 10. Et ad sanctas fœminas Paulam & Eustochium in sermone de assumptione beatæ uirginis versus finem HIERON. *Hier. To. 2*
Malui accipere ruborem pudoris, quàm non exequi iussionem vestram, quarum precibus nonnunquàm Deus noster obedire videtur.
7 Hæc ille. AVCT. Et † ob hoc ambit Ambrosius orationes pauperum, dicens eos robustis bellatoribus fortiores, quia obligant ipsum Deum, * libro contra Auxentium de tradenda *oratione Amb. To. 2 Vide lib. 5. ep.* 1
basilica. AMBROSIVS. Vtinam hoc mihi crimen semper asscribant, quòd aurum pauperibus erogatur: quòd obiiciunt quia defensionem ab 3
his requiram, non nego, sed etiam ambio. Ha- B
beo defensionem, sed in orationibus pauperū. 4
Cæci illi, & claudi, debiles, & senes, robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pau- 5
perum, Deum obligant: quia est scriptum: Qui *Pro 19.*
8 largitur pauperi, Deo fœnerat. Hæc ille. AVC. Congregemus † in unum hæc omnia, & uidebimus quantum possunt apud Deum sanctū preces sanctorum: quomodoque verum sit, quod dixit Augustinus iam suprà, eos cogitandos tā potētes apud Deum in gloria, ut succurrere nobis possint cum inuocantur, etiam in rebus impossibilibus nobis uisis, tantū si ita mereamur apud eos, ut ipsi nos diligant. Quod amplius probat de dicto domini ad Moysen. Permitte *Aug. To. 4 q. 149.*
me ut irascar in populum. Exo. 32. Vnde quæstionum libro super Exo. * quæst. 132. AVGVS. Huius tam fidelissimi famuli apud Deum tantum erat meritum per illius gratiam, vt ei dicere Deus, Sine me, & iratus conteram eos: qd utrum iubentis sit cum ait, Sine me an quasi pe- C
tentis, utrumque uidetur absurdum. Nam & si iubebat Deus, inobedire famulus non debebat & Deum hoc à seruo uelut à beneficio petere non decebat. Cum præsertim posset eos, etiam illo nolente, conuertere. Ille itaque sensus in promptu est, quo his Deus uobis significat plurimum apud se prodesse illi populo, quia sic ab illo uiro diligebantur, quem sic dominus diligebat: ut eo modo ammoneremur, cum merita nostra, nos grauant, ne diligamur à Deo, releuari apud eum eorum meritis posse quos Deus diligit. Nam ab omnipotente dicitur homini: Si ne me, & conteram eos, quid aliud dicitur, quā contererem nisi diligerentur abs te? Ita ergo dictum est, sine me, ac si diceret: Noli eos diligere 1
& conteram eos, quia ne id faciam, d lectio tua

A in illos intercedit mihi. AVCT. Quàm larga gratia Saluatoris, ut iniusti, & peccatores offenso domino locum possint obtinere cum amicis eius, per quos reconciliationis gratiam mereantur, de qua re sermo subsequitur.

¶ AD DICTVM VVITCLEFF hæreticum, ꝙ non ualet oratio alicuius sancti, nisi is, pro quo orat sit tunc iustus per obseruantiam mādatorum, & quòd tunc ualebit, ipso sancto nolente. Cap. CXV.

SVMMA.

Oratio alicuius sancti quòd ualeat, etiam si is pro quo orat, non sit iustus, multis auctoritatibus probatur, contra Witeleff.
Stephani oratio, quòd fuerit à Deo exaudita pro Saulo.
Deus etiam, quòd peccatores, & pro peccatoribus audiat.
Oratio sanctorum, quòd prosit his, quorum uita est inualida ad uitam capiendam æternam.

DEnique cōtra omnium orationes sanctorum scilicet tàm beatorum in patria, quàm peregrinantium in hac uita, unum commune præparatur obstaculum, de iustitia uitæ in orationis hora & merito sic orantis, propter quam iustitiam attēdendam infert Witcleff in hoc 30. ca. tertii tria logi, Vitam sancti, quem orat quantum similitus erat ipse Christum in moribus: & tamen statim post dixit contra seipsum postponendas tales uitas, & ad solam uitam Christi attendendū. Quid uult putas finaliter, nisi oraturum indu- C
cere, ut talem sanctum exorare non curet, quia uelit, nolit, cum iustæ uitæ fuerit, pro se talis sanctus orabit: dixit enim ca. 3. de oratione. Dicunt quidam presbyteri dominis, qui rogant orationum suarum suffragia, ꝙ uiuant iustè, seruando Dei mandata: & erunt orationum suarū & meriti ecclesiæ totius participes, uelint, nolint: & quantumcunq; clamauerint, sine tali iustitia secularis domini, priuata oratio nihil ualet. Hæc Witcleff. AVCT. Quid cōficit hoc, ni si ꝙ nullus possit * ab aliquo orare pro se? quia *petere ab aliquo ut oret pro se.*
quantuncunque clamauerit sanctus in cœlo, aut uiator in terris pro quocunque, non proficit oranti eum, nisi uiuat iustè iustitia mandatorum, quod si iustè uixerit, proficient ipsi preces, tales, uelit, nolit. Conclude. Quid ergo proderit mihi eos sic orare, quòd orent? Sed 1
† ab hac dictione cerebrosa, scripturarū pelagus adeamus. Christus pro crucifixoribus exora- *Lu. 23.*
uit

Universidad de Deusto
Biblioteca

*dominus uit sacerdotibus & * dominis de militia secula- A
ri. Aut erant omnes tunc iusti obseruantia mã-
datorum,& tunc eius oratio debuit eis prodes-
se,vellet, nollet:aut non erant sic iusti,& oratio
Christi nihil eis profuit, & mentitur scriptura,
dicens: quòd appositi sunt in illa die,& baptiza
ti circiter tria millia. De quibus antè dixit,quòd
per manus iniquorum affligentes Iesum Naza-
Act.2. 2 renum interemistis. Actuum.7.Et † oratio Ste
phani fuit à Deo exaudita pro Saulo,quando ad
huc contra ecclesiam Dei, & obseruantiam mã
datorum eius grassabatur in Stephanum. Vnde
sermone de sancto Stephano AVGVST. Sau-
lus inter illos cũ lapidaretur Stephanus agnus,
adhuc ipse erat lupus. Adhuc sanguinem sitie-
bat. Adhuc manus suas quibus lapidaret parum
putabat,lapidantium vestimenta seruabat. Er-
go recolens quid per se dictũ sit,si & ipse inter
illos erat,de quibus dixit quãdo ait, Pater igno
sce illis,quia nesciunt quid faciunt. Imitans er-
go dominum suum in hoc,ut eius amicus esset, B
dixit & ipse, Domine ne statuas illis hoc pecca-
tum. Putas ista verba audiuit Saulus? audiuit,
& irrisit, & tamen ad orationem petinebat Ste-
phani, adhuc grassabatur, & iam pro illo Ste-
phanus audiebatur. Hæc ille. AVCTOR. Au-
diat Witeleff, & Colloliardi presbyteri, quorũ
ipse confirmans perfidiam,ait, quòd quantum
cunque orantes clamauerint sine iusta obseruã
tia mandatorum talis domini secularis, eorum
priuata oratio nihil ualet. Ad orationẽ Stepha-
ni pertinebat Sauli priuata persona, quando au
diuit, & irrisit, quando Saulus grassabatur, &
Stephanus pro eo exaudiebatur. Sic enim Au-
gustinus dixit,Iam pro illo Stephanus exaudie
batur,& superius dixit, quòd fortè inter crucifi
xores Christi fuit Saulus. Et si fuit inter illos,p C
ipso ualuit hæc oratio, Pater ignosce illis, quia
nesciunt quid faciunt. Pro illo, ergo Stephani,
pro illo iam reo ualet oratio Christi ad-saluté.
Et quantum grassabatur etiam in oratorem suũ
Stephanum tũc Paulus,ipso loco, sermone.37.
Aug.To.x. exprimit AVGVST. Quando lapidatus est Ste
phanus primus martyr pro nomine Christi,eui
dentius aderat & Saulus,& sic aderat lapidanti-
bus,ut non sufficeret eis, si tantum suis mani-
bus lapidarent. Vt enim esset in omnium lapi-
dantium manibus,ipse omnium uestimenta ser
uabat, magis sæuiens,omnes adiuuando, quàm
suis manibus lapidando. Hæc ille. AVCTOR.
3 Iam † respice,quis erat,aut qualis, pro quo ip-
Deus etiam peccatores. & pro peca toribus audit. se orauit sanctus Stephanus. Quid illud? Ora-
tio ergo Stephani priuata,& personalis pro Sau
lo,exaudiebatur pro Saulo, quando Saulus graf
sabatur contra iustitiam mandatorum. Quod
autem oratio Stephani generalis generaliter au

diebatur æqua forma pro omnibus, unde pro-
bes,non habes. Hæc probata pars hæresis Do-
natistarum est, quòd sine tali iustitia secularis
domini,talis oratio nihil ualet: hæc erat, quam
insertam libro suo de ordine pœnituit AVGV- Aug.To.1
STINVS. Nec illud mihi placet,quòd cùm di-
xissem, summa opera danda est optimis mori-
bus, mox addidi, Deus enim noster aliter nos
exaudire non poterit: bene autem uiuentes faci
lè exaudiret. Sic enim dictum est tãquàm Deus Io.9.
non exaudiret peccatores, quod quidem dixit
in euangelio:sed ille, qui nondum cognouerat
Christum,à quo iam fuerat illuminatus in cor-
pore. Hæc ille. AVCT. Bene librat terminos Au
gustinus, ut utrunque retractandum uideatur,
siue dicatur dominum exaudire nos non posse,
cùm pro nobis oramus, uel cùm oramus pro a-
liis,misi simus optimis moribus prædi ti, Deus
nó exaudit peccatores. Dixit cæcus ille de Chri
sto,quasi pro sua illuminatione Deum patrem
orasset:sed hoc dixit, inquit AVGVS. qui non-
dum agnouerat fidem Christi. Bene viuentes
Deus facillimè exaudiret,quasi propter bonam
vitam audiendus esset quis,non secundum Dei Le.15.
gratiam,nec vult recordari,quòd dum filius pro
digus adhuc longè esset,occurrit ei pater,& mi-
sericordia motus est. Sic dixit AMBROS. libro Amb.To.4
de Ioseph, cap.3. quòd fratres Ioseph à longè
erant, qui erant in Dothaim,id est,in defectio-
ne:& ideò sæuiebant,quia his non appropiasset
Christus. Nam si appropiasset hic typus Chri-
sti fratrem utique dilexissent. Fuit item longè à
patre filius dissipator,longè per meritum, lon-
gè per peccatum, & sine omni suorum iustitia
meritorum valebat apud patrem tantùm, quòd
redijt, quòd orare uoluit,quòd dipositi se di-
cturum: Pater, non sum dignus vocari filius
tuus,fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Nó
dum orauit,& occurrit ei pater. Putasne repu-
diaret orantem? Vnde in epistola ad Damasum Hier.To.2
de eo dixit HIERONYMVS. Cùmque adhuc
longè esset, vidit eum pater eius, & misericor-
dia motus est. Antequàm dignis operibus
& uera pœnitẽtia ad patrem rediret antiquum
Deus,apud quem cuncta futura facta sunt iam,
& qui omnium est præscius futurorum,ad eius-
dem præsentiam Dei præcurrit aduentum, &
per uerbum suum, quod carnem sumpsit ex
uirgine, reditum filii iunioris anticipat. Et præ
currens, incubuit super collum illius. Antè ue
nit ad terras, quàm ille domum confessionis
intraret. Hæc ille. AVCTOR. Ecce antequam
dignis operibus rediret ad patrem, aut item ue
ra pœnitentia (quod plus est) pater ei adfuit.
Ergo sine iustitia mandatorum, quæ est prima
dignitatis operum,& sine vera pœnitentia,futu-

ro tamen pœnitenti, & confessuro reatum, pa A
ter accurrit,& adit adhuc indignum. Antequã
(inquit)ille domum confessionis intraret. Ma
lè ergo respondebant sacerdotes Witcleff, si
iuxta magistrum suum intellexerunt, quòd ni-
si domini seculares iustè uixerint, non possent
orationum suarum,aut ecclesiæ totius esse par
ticipes, quia nec pro peccatoribus hæreticis,
aut paganis oraret vnquam ecclesia. Nunquã*
Matt.6. item homo peccator oraret pro se dicendo, Di
mitte nobis debita nostra, cum tamen expers
quisquàm peccati illud orare non posset. Sequi
tur tamen ex hoc dicto, quia quantulumcunq;
esset eius peccatum,de quanto obliquaret à iu-
stitia mandatorum,de tanto orationis propriæ,
aut meriti ecclesiæ particeps esse non posset.
Et sic propitiaretur Deus homini secundùm
iustitiæ meritum, non secundùm gratiam, di-
cente Apostolo. Ei,qui operatur,merces nó im
putatur secundùm gratiam,sed secundùm debi B
tum. Roma.4. Et nonne dominus secularis erat
Pharao,cui dicenti ad Moysen,& Aaron, Ora-
te dominum,vt auferat ranas à me,& à populo
meo:non responderunt ei sicut sacerdotes Wit
cleff, Viue iustè, seruãdo mandata Dei, & eris
orationum nostrarum particeps,velimus,nolimus? Sed ait Moyses, Constitue mihi quando
deprecer pro te. Qui respondit, Cras. At ille ait
iuxta verbum tuum faciam. Et sequitur. Et ex-
clamauit Moyses ad dominum pro sponsione
ranarum,quam condixerat Pharaoni. Fecitque
Exo.8. Deus iuxta uerbum Moysi, & mortuæ sunt ra
næ. Exod. 8. Ecce mendaces homines Witeleff
cum suis Lollardis, Pharao iã particeps factus
est orationis sancti Moysi, etiam Deo concedẽ
te,qui præscius erat obdurationis eius, & bene
conscius, q̃ non iustè viueret iustitia mandato
rum. Ne autem latebram quæreres in oratione
priuata, non soli Moysi dixit, Orate, sed solus C
orasse describitur,pro sola rana tollenda a sola
plebe aduersa. Orauit postèà cessare muscas, &
cessabant. Orauit cessare tonitrua, & grandines
dicens, Noui autem, quòd & tu,& serui necdũ
dominum timeatis. Orauit autem & cessarunt,
nec stillauit ultrà pluuias super terram. Plana
ecce scriptura conuincit hoc esse mendacium,
quòd quantuncunq; clamauerint oratores sine
subiecta iustitia,nihil ualeat eis. Ecce clamauit
Moyses,& ualuit eius oratio. Valuit, inquit
eis,quibus dixit, Noui,quòd tu, & serui necdũ
dominum Deum timeatis. Fugiet Witeleui-
sta,scio fugiet à facie scripturarum, dicens for-
tè, Sed hæc oratio proficit tantùm isti uitæ:
4 Probemus igitur, quod † sanctorum oratio
profit his, quorum uita est inualida ad uitam
capiendam æternam. Veniamus ad euange-

lium, ubi Christus exemplo uillici iniquitatis
ait filii seculi huius prudentioribus filii lucis,
Facite uobis amicos de mammona iniquitatis,
ut & ipsi uos recipiant in æterna tabernacula.
Lucæ.16. Interrogarem,quibus Christus dat
hoc consilium. Iustis,an adhuc iniustis seruanti
bus Dei mandata,& habentibus per hoc pro-
pria merita, unde sint amicorum illorum parti
cipes, ita ut eos recipiant in æterna tabernacu
la uelint, nolint:an adhuc peccata sua habenti-
bus,ut non ex sua uita,& iustitia mandatorum,
sed solis intercessionibus amicorum sanctorũ
in ipsa tabernacula recipiantur æterna? Pri-
mùm de necessitate dixit Witeleff,q̃ inconsul
tè dixit eis Christus, Facite uobis amicos de
mammona iniquitatis, sed dixisset de propria
iusta uita. Secundum uerò placet sensui Chri-
sti euangelico,prout planè literam eius expo-
nit 21.de ciuitate Dei cap.ultimo. AVGVSTI. Aug.To.5
Venire debet in mentem seruus ille,cui debito
ri dominus eius relaxauit decem millia talento
rum, quæ postea iussit ut redderet, quia ipse
non misertus est conserui sui, qui ei debebat
centum denarios. In his ergo,qui filii sunt pro
missionis,& uasa misericordiæ, ualet quod ait Luce.2.
idem apostolus consequenter adiungens, Su-
perexaltat autem misericordia iudicium, quo-
niam & illi iusti,qui tanta sanctitate uixerunt,
ut alii,quos recipiant in æterna tabernacula, à
quibus amici facti sunt de mammona iniquita
tis,ubi tales essent,misericordia liberati sunt ab
eo,qui iustificat impium, imputans mercedem
secundùm gratiam, non secundum debitum.
In eorum quippe numero est Apostolus,qui di 1.Timo.1.
xit,Misericordiam consecutus sum, vt fidelis
essem. Illi autem, qui recipiuntur à talibus in
æterna tabernacula,fatendum est,quòd nõ sint
his moribus prædi ti,ut eis liberandis sine suf-
fragio sanctorum sua possit uita sufficere. Ac C
per hoc amplius misericordia in eis superexal
tat iudicium. Sequitur. Est itaque quidam uitæ
modus,nec tam malæ,ut his,qui ea viuunt, ni-
hil prosit ad capessenda regna cœlorum, largi-
tas eleemosynarum,quibus etiam iustorum su
stentatur inopia, & fiunt amici, qui in taber-
nacula æterna susc ipiant. Nec tam bonæ, ut ad
tantam beatitudinem adipiscendam, eis ipsa
sufficiat,nisi eorum meritis, quos amicos fece
runt, misericordiam consequantur. Mirari au
tem solco etiam apud Virgilium reperiri istam
sententiam domini, ubi dicit, Facite uobis a- Le.16
micos de mammona iniquitatis ut recipiant
uos in tabernacula æterna. Cui est & illa simil- Mat.10.
lima:qui recipit prophetam in nomine prophe
tæ,mercedem prophetæ accipiat. Nam & cum
Elysios campos Poeta describeret, ubi putauit

ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

animas beatorum habitare, non solum posuit A cos, qui propriis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adiecit, atq; ait, Quiq; sui memores alios fecere merendo, id est, Qui promeuerunt alios, eosq; memores promerendo fecerunt prorsus, tanquam eos diceret, quòd frequẽtatur de ore Christiano, cùm se cuiq; sanctorum humiliis quisq; commendat, & dicit, Memor mei esto, atque id, vt esse possit, promerendo efficit. Hæc ille. AVCTOR. Audiatur processus pii patris: hic expresse supponit Augustinus processum euangelii contra Witcleff, q̃ scilicet sine sufficienti iustitia suæ vitæ potest dominus secularis per intercessiones sanctorum, quos fecit sibi amicos de mammona iniquitatis, recipi in æterna tabernacula. Et in huiusmodi superexaltat misericordia iudicium. Fatendum est, inquit, quòd non sint his moribus præditi, vt eis liberandis sine suffragiis sanctorum, sua possit vita sufficere, & subdit talis vitæ modum, quæ nec tam mala est, vt nihil pro sit ad capiendum regnum, nec tàm bona, vt per se sufficiat sine ipsorum meritis, quos de largitate eleemosynarum sibi fecerunt amicos ingredi illud regnum: Hoc ex processu illo euangelico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, Augustinus probat expresse, sequentemq; sensum euangelij miratur, paganum Virgilium in campis suis Elysiis secutum, quem tàm aperte despexit solo sensu Collollardorum suorum imperitorum noster Witeleff Christianus, hæreticus.

Aenaid. 6.

¶ QVOD DILIGENTER OREmus sanctos, quia sine eorũ intercessione saluari non possumus: & quòd solus orat frustrà, qui mereri contemnit. C. CXVI.

SVMMA.

1 *Orandi quòd sint sancti diligenter, Et quare. Et an orans possit pro oratione aliquid recipere.*
2 *Scientia bonæ fidei.*
3 *Christiani, quòd nec præsumendo de meritis, sanctorum contemnere debeant suffragia, nec tanti faciant eorum preces, ut merita sua negligant.*
4 *Quomodo frustrà roges pro indigno.*
5 *Orare quomodo debeat sanctus omni consilio pro uiro peccatore, ut uoluntate bona conuertatur in Deum.*

REspuantur igitur, & exufflentur, quæ ex ista sequuntur verbales eius blasphemiæ, sicut ca. 3. de oratione, quòd nemo debet orationem suam vendere pro possessionibus, uel prædiis, aut bono aliquo temporali, & per consequens nullus secularis debet cum presbytero, uel alio taliter * commorari. Et in Dialogo sui mendacii. capitu. 22. Claustralis uẽdens simoniacè orationũ suarum suffragia p̃p lata prædia, haberet conscientiam super isto, quia neutra pars scit, si sua suffragia ualeant aliquid. Hæc Witcleff. AVCTOR. Breuiter †respondet sibi Christus, Mentiris, Ego ueritas prima semel dixi carnalibus seruis mei, Pacite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt ipsi vos recipiant in æterna tabernacula, quò uenturi non estis per uitæ vestræ iustitiam. Ego spiritualem hanc mercationem edocui: nec uolui dicere hanc uenditionem simoniacã, ut tu falsa lingua deprauas: sed hoc dixi facere, illud recipere. Per Apostolum autem Paulum rationem dati, & accepti per communicationẽ in sanctos. Hoc semper factitauit apud sanctos uiros à tempore euangelii pietas Christiana. Quod item euangelium spiritusancto instigante p̃ seruum Maronem laudabat Romana peritia, tanquàm diceret, inquit Augustinus, quòd frequentatur ore Christiano cùm se uiro sancto quisque commendat memor mei esto, atque ut memor esse possit promerendo efficit, eleemosynam largiter conferendo. Nunquid priuatam precem iam rogat iste sanctus, memor mei esto? ergo intendit priuatam precem orantis alicui valituram ad introitum regni, cui non sufficit iustitia proprii meriti. Et ampliùs declarat Augustinus sollicitus scire, quis ille modus uitæ sit, aut quæ sint illa peccata, quæ non nisi per intercessiones sanctorum possunt obtinere remedium consequenter subinferens AVGVSTINVS. Sed quis iste sit modus, & quæ sint ista peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est inuenire, periculosissimum definire. Ego certè vsq; ad hoc tempus, cùm inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui, sed fortassis propterea latent, nè studium proficiscendi ad omnia cauenda peccata * putrescat. Quoniam si scirentur, quæ vel qualia sint delicta, pro quibus etiam permanentibus, nec proiectu melioris vitæ absumptis intercessio sit inquirenda, & speranda iustorum, eis secura se ob uoluueret humana segnities: nec cuolui talibus implicamentis ullius uirtutis expeditione curaret, sed tantummodò quæreret aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de mammona iniquitatis,

**conatur.*

**sibi*

Luc. 16.

Philip. 4.

**pigrescat.*

Luc. 16.

tatis, eleemosynarum largitate fecisset. Nũc uerò, dum uenialis iniquitatis, ét si pseueret, ignoratur modus, profectò & studium in meliora p̃ficiscendi, & orando, & instando uigilantius adhibetur, & faciendi de mammona iniquitatis sãctos & amicos, non spernitur cura. Hæc ille. AVCTOR. Vigilat semper huius sancti patris euangelica sententia contra Witcleff, q̃ aliquis modus uitæ sit, & quædam delicta, quæ ad suã purgationem ultra omnia merita sic uiuentis requirunt auxilium ab intercessione sanctorum. 3 Hos dico fratres illos, quos iuxta Christi consilium ipse * tibi fecerit amicos de mammona iniquitatis: uel per pias oblationes ad eorum memorias, si sint iam in cœlo beati: uel per eleemosynarũ largitates apud sanctos iã expectantes in carne. Neutra pars scit, inquit Witcleff, an sua suffragia ualeant aliquid, imò utraq; pars scit scientia sancti Pauli. Confidens, ait, scio quoniam permanebo omnibus uobis ad proue B 2 ctum uestrum. Phili. 1. Hæc † est scientia bonæ fidei, quam idem apostolus innuit, dicens, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Hæc scientia piscatorum, ut ait Ambrosius, stultam fecit scientiam philosophorum. Sed ergo, inquit, superfluo merebiũ aliquis per iustitiam uitæ, si sic saluari poterit si ne meritis, sanctorum prece. Nec sic, sed inter medium montium pertransibunt aquæ, ideo, inquit Augustinus, ignotus est nobis ille uitæ modus, & illa ignota peccata, quæ non sine sanctorum prece iuuantur, ut utrunque curremus, & neutrum contemnamus. Nunc, inquit, dum uenialis iniquitatis ignoratur modus, studium meritorum orando, & instando vigilantiùs adhibetur, & faciendi sanctos amicos cura non spernitur. O quàm periculosum ergo est consilium Lollardorum, sic inniti propriis meritis, vt nullam curam faciant pro orandis sanctis: sine C quibus omnes illi damnantur gehennæ, quibus non datur sufficere meritum iustitiæ suæ. Sancta fides ecclesiæ utrunque facit, utrique iugiter instat: sanctos amicos facere, & merita cumulare, sed magis, non præsumendo de meritis, sed sanctorum orationibus confidendo. Vnde in expositione super Cantica, Homil. 68. Bernard. Sufficit ad meritum, scire, quod non sufficiant merita. Sed ut ad meritum satis est non 4 præsumere de meritis: sic carere meritis satis ad iudicium est. Porrò infantium renatorum dicimus neminem carere meritis, sed Christi habere merita: quibus tamen se indignos reddunt, si sua iungere non nequiuerint, sed neglexerint: quod quidem periculum iam adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures habita, data noueris, fructum speraueris, Dei misericordiam, &

Scientia bonæ fidei. Rom. 8.

Psal. 103.

Aug. de Ciuit. Dei. lib. 22. ca. 27. post finem. Tom. 5

Bernardus.

Paupertas perniciosa, penuria meritorum.

A omne periculum euasisti paupertatis, ingratitudinis, præsumptionis. Paupertas pernicio-
sa, penuria meritorum, præsumptio autem spiri- *Paupertas perniciosa, penuria meritorum.*
tus, fallaces diuitiæ: & ideo diuitias, & paupertates ne dederis mihi, ait Sapiens, Prouerb. 30. Felix ecclesia, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest. Habet unde præsumat, sed non habet merita. Habet merita nõ ad præsumẽdum: ipsum non præsumere, nonne promerere est? Hæc ille. AVCTOR. Vtrunque † igitur necessarium Christianis, nec præsumendo de meritis sanctorum contemnere suffragia: nec tanti pendere preces sanctorum, ut merita sua quis negligat, aut (qđ peius est) desperet de meritis. Hæc enim ipsa suffocat exorantem. Idcirco lib. 2. contra Academicos, in principio AVGVST I. Si modò dignus sim, qui impetrem, quotidianis uotis auras tibi prosperas orare non cesso. Oro autem *Aug. To. 1.*
ipsam Dei uirtutem, atque sapientiam. Quid B est enim aliud, quem mysteria nobis tradũt dei filium? Multùm me adiuuabit pro te deprecãtem, si non nos posse exaudiri desperes. Hæc ille. AVCTOR. Sana conditio si non nos posse exaudiri desperes, hoc solum efflagitat, ne precem suam ad Deum pro eo desperatione retardet. In extremo damnabiliori leuiorem comparatiuè insinuans, præsumptionis scilicet, uel desperationis de misericordia conditoris. Vtroque modo enim, uel præsumptione, uel desperatione euacuet sibi iustæ uitæ meritum. Hoc autem solum, ut ait Bernardus, satis ipsi est ad iudicium. Hæc sola facit, ut quic quid sanctus ad Deum clamauerit, suo supplici nihil ualeat. Vnde Sapiens. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius execrabilis, Prouerbio 28. & super hoc dixit dominus Hieremię. Tu ergo noli orare pro popu- *Prouer. 28.*
C lo hoc. Vbi libro commentarii HIE. Præcipitur Hieremiæ, ne uelit pro eis dominum deprecari, in quibus iam est consummata sententia, ne uideatur oratio quis infirma, & propriis sceleribus non exaudiri. Noli, inquit, orare pro eis, nec laudem assumas in replicando ueteris historiæ clementiam, qua ei semper misertus sum & laudando meam nitaris mutare sententiam. Etsi. n. hoc feceris, non exaudiam eos, qui me ne cessitatis tempore rogare coguntur. Ex † qui- *Quomodo frustra roges pro indigno.*
bus diximus frustra aliquẽ rogare pro aliquo, cum ille non mereatur accipere, quod pro quo oratur. Hæc ille. AVCTOR. Intellige distinctè, & discretè, quale hoc meritum, de quo dixit, frustra rogari pro aliquo, cùm ille non mereatur accipere illud, pro quo Deus rogatur. Non meretur, id est, non mereri proponit, sed magis demereri continuè, aliàs ineptè rogas-

Universidad de Deusto
Biblioteca

set Moyses pro Pharaone iam suprà: rogauit autem supputans eum posse conuerti: sed sicut ait Sapiens suprà, Qui declinat aurem suam, ne audiat legem: non dixit, Qui iam peccator est a lege, aut protinus non meretur, sed qui declinat a lege, ne audiat eam. Et Ioannes in Canonica hoc exponit peccatum usque in finem, dicens, Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. De quo item hanc dictam sententiã suam in simili uerbo Hieremiæ. 24. posteriori lib. 3. exponit HIERON. Stultum est orare pro eo, qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis, omnis iniquitas peccatum est, & est ad mortem peccatum. Ieiunia, & preces, & uictimæ, & holocausta, tunc proficiunt, cùm recedimus a uitiis, & flemus antiqua peccata, si autem in sceleribus permanẽtes putauerimus uotis atque sacrificiis redimere nos aures Dei, uehemẽter erramus, iniquum arbitrantes Deum. Qui enim semel gladio, & peste, & fame fuerit cõsumi prædestinatus, nullis precibus erui potest, vnde & prophetæ dicitur, ne frustra roget, qđ impetrare non possit. Hæc ille. AVCTOR. Qui semel fuerit gladio, aut fame, aut peste consumptus, & ad internicionem spiritus indissolubili malo constrictus, nullis precibus erui poterit, sicut Iudas. Omni igitur consilio debet pro uiro peccatore sanctus orare, vt uoluntate bona conuertatur in deum. Ipseque conatu quo potest gemitibus constringat animum & sanctorũ pedibus prouolutus, imploret auxilium. Vnde in epistola ad corruptorem uirginis. AMBROSIVS. Do consilium, petas vltro terrorẽ pœnitẽtię, obstringas cathenis uiscera: animam tuam gemitibus, ieiuniisquè crucifigas, sanctorum petas auxilium, iaceas sub pedibus electorum, vt non tibi cor impœnitens thesaurizet iram in die iusti iudicii dei, qui reddet singulis secundum opera sua. Hæc ille. AVCTOR. Terrori ecce pœnitentiæ in qua perquiritur iustitia mãdatorum, non sine necessitate coniunxit auxilium impetrare sanctorum, & iacere suppliciter sub pedibus electorum, sine quibus supponere debet humiliter pœnitẽs non sibi sufficere pœnitentiam ad remissionẽ sceleris, nec uitæ suæ modũ ad iter salutis. De quo iam docuit Augustinus.

Hier. To. 5

Amb. To. 3

Ro. 2

AQVALITER ADORENTVR sancti, & eorum reliquiæ.

Titu. XIII.

¶ CONTRA LIBELLVM Guillelmi Sartoris Witcleuistæ, in quo scripsit quòd solus deus secundùm deitatem est orandus, quia solus est fideliter adorandus. Cap. CXVII.

SVMMA.

1 *Christus quomodo sit adorandus.*
2 *Orare, & Adorare quomodo differant.*
3 *Latria quid sit. Et quomodo tantùm deo debeatur.*
B 4 *Latriæ species describuntur.*
5 *Eucharistia est Teleta summa.*
6 *Hymnus, q. specialiter Deo dicatur.*
7 *Adoratio propriè dicta.*
8 *Adoratio priscorum.*

MOVET contra prædicta Guillelmus cognomento Sartor, in libello, quem edidit de orandis sanctis, q̃ omnis oratio, prout nũc loquimur, est cultus latriæ, soli deo debitus, nullo modo ad creaturam à fidelibus transferendus, dicẽte domino in euangelio, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde Augustinus habet in Enchiridio, & frequenter alibi, quòd solus deus est orandus. Et infrà. Christus sic docuit orare discipulos, Pater noster, ubi docetur, cur fideles debent orationes suas dirigere, hoc est Deo sub ratione, qua Deus est, & dominus, & nõ sub ratione humanitatis, uel alicuius creatæ naturæ: quam formam, ut patet in Euangelio, Christus communiter in orationibus suis seruauit. Si enim Christus taliter docuisset suos discipulos exorare, Iesu noster, Christe noster, Messia noster, uel Saluator noster, qui es in cælis, &c. tunc fortè haberetur euidentia, quòd oratio foret creaturæ etiam meritoriè dirigenda, eo quòd termini prænotati utranque Christi naturam significant, quod non facit iste terminus Pater noster. Hæc ille. AVCT. Quasi pater esset exorãdus in hac prece, nõ Christus: & apostolus sollicitus est, ut gentes in Christũ credant, & tunc inuocent, Quomodo, inquit, in

C

uocabunt, in quẽ nõ crediderunt? Vbi super epistolam ad Rom. li. 9. ORIGENES. Christo Iudæi non crediderunt: & ideò nec inuocant eum, sed & in principio epistolæ, quam ad Corinth. scribit, vbi dixit, cum omnibus, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. In omni loco ipsorum & nostro, cum cuius nomen inuocatur, dominum Iesum Christum esse pronuntiat. Si ergo Enoch, Moyses, & Samuel inuocabant dominum Deum nostrum, & ipse audiebat eos, sine dubio Christum dominum nostrũ inuocabant, & si inuocare dominum, ac orare dominũ Deũ unũ atque idem est, sicut inuocatur pater, ita inuocandus est Christus. Et sicut oratur pater, ita orãdus est, Christus: & sic offeremus Deo patri primò omnium, ita & domino Iesu Christo. Et sicut offerimus postulationes parti, ita & offerimus filio postulationes, & sicut offerimus gratiarum actiones Deo, ita gratias referimus Saluatori. Vnum nãq; honorem utriq; deferendum, id est, patri, & filio diuinus edocet sermo, cùm dixit, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Hæc ille. AVCTOR. Antiqua † ergo fides erat tempore Origenis, quòd cùm dicimus Pater noster, oramus etiam cum patre Iesum Christum, sicut & patrem. Si enim timeas ibi orari Iesum Christũ, ne fortè oretur secundùm vtranque naturam, & sic orare poterimus creaturam. Ergo ne cũ prece dominica tollenda est ecclesiastica illa oratio celebriter vsitata græcè, & latinè per orbẽ, Christe eleison: Christe audi nos, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Hi enim termini utrãque Christi naturam significant. Vnde habetur euidentia, ut affirmas, quòd oratio foret creaturæ simul ut creatori meritoriè dirigenda: si diceretur, Iesu noster, Christe noster. Hãc tamen euidentiam fecit fidelibus sanctus Stephanus orans, & dicens, Domine Iesu suscipe spiritum meum, &, Ne statuas illis hoc peccatum, Iesum orans, de quo antè dixit, Ecce uideò cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Iesum ergo, quem filium hominis & prædicat & uidet, ipsum orat. Et Apocalyp. ultimo. Ego Iesus misi angelum meũ testificari uobis hæc in ecclesiis, & sponsus & sponsa dicant, ueni. Sequit. Veni domine Iesu. Et in Psal. 94. de translatione Hebraica: Venite laudemus dominum, iubilemus Deo Iesu Christo. Lucæ quo que. 17. A spiritu Christi docti decẽ leprosi, Iesu præceptor miserere nostri. Vbi lib. 5. cap. 6. in expositione BEDA. Bene, ut saluentur, Iesum præceptorem nominant: quia enim in eius uerbis seorare significant, hunc saluandi humiliter præceptorem uocant. Cumque ad cognitionem præceptoris redeunt, mox ad formam Saluatoris recurrunt. Hæc ille. AVCTOR. Ecce isti laudantur, & salutem obtinent, quia Iesum præceptorem inuocant, & per tuam expositionem secundùm utranque naturam diuinam & humanam exorant. Quid ergo tàm absolutè subscribis ibidem non te meminisse quẽquam sanctorum in nouo testamento, uel lege ueteri approbatũ, alicui creaturæ suas orationes dirigere? Sanctus iste leprosus ab ore Christi probatus est, & Ioannes in Apocalyp. Et sponsus & sponsa orantes, Veni domine Iesu: & sanctus Stephanus exorans ait, Domine Iesu. Vtranque ergo naturam creatricem, & creatam orabant, quia vtranque tales termini designabant. Ascendamus ad radicem hæreticæ dictionis. Oratio, inquit, est cultus latriæ soli Deo debitus. Vnde Christus, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. De orando est sermo, & in adorandi uerbum conuertit, quasi spiritus inferni semper orarent Christum, quia adorare dicuntur genu flectentes in nomine Iesu. Longè † ergo orare ab adorare constat diuersum. Vnde responsione. 9. Ad Maximinum. cap. vtrum adoret patrem Spiritussanctus. AVGVS. Aliud, inquit, est interpellare, uel orare, aliud adorare. Omnis, qui rogat, orat, nõ omnis, qui rogat, adorat. Recole consuetudinem regum, qui plerunque adorantur, & non rogantur. Aliquando rogantur, & non orantur, ac per hoc à Sanctospiritu adorari patrem nullo modo demonstrare potuisti. AVCTOR. Recolat lector, rogo, hoc me dixisse sæpe superius cõtra vtrunque Guillelmum, probantem solum orandum, quia solum simpliciter adorandum: hoc, quod iam ait Augustinus, aliud scilicet orare, & aliud adorare: qa reges, inquit, pluries adorantur, quando non orantur. Veruntamen bene probat nullam creaturam adorandam, ut sic perueniat ad nullam creaturam orandam. Est, inquit, cultus latriæ soli Deo debitus, ideo nulli creaturæ, nec humanitati Christi donandus. Ergo docuit idololatriam Spiritussanctus per os Dauid, dicens, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctũ est: humanitatem Christi designans. Sed ad hoc postmodũ. Sed cur Abraham Patriarcha cultum soli Deo debitum Ethneis exhibuit? Gene. 24. ubi scriptum est, Adorabat dominum Abraham corã populo terræ, alia litera habet, Adorauit plebem Iudæorum filiorum Eth. Quem locum assumit lib. 2. post collationem contra Maximinum, post principium AVGVS. Quales homines, quàm religiosæ humilitatis, qui Spiritumsanctum adorare non uultis, cũ legatis: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Non vultis ergo adorare, quem uiui-

Christus quomodo sit adorandus.

Apo. 22

Psal. 94.

Lu. 17.

Beda.

Orare, & Adorare.

Aug. To. 6

Gene. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficare animas negatis,cùm pater Abraham homines adorauerit, quia concesserunt ei monumenta,vbi poneret mortuæ corpus uxoris. Sic enim scriptum est,Venit autem Abraham plangere Saram,& lugere, & surrexit Abraham de supra mortuum eius,& dixit filiis Eth,Peregrinus & aduena ego sum vobiscum,date ergo mihi possessionem monumenti,ubi sepeliam mortuum meum. Respondérunt autem filii dicentes, Absit hoc domine,audi nunc & nos: Rex à 3
Deo tu es in nobis. Inclytis monumẽtis nostris sepeli mortuum tuum. Nemo enim nostrum prohibet te monumento nostro, ut sepelias ibi mortuum. Surgens autem Abraham adorauit plebem filiorum Eth. Et uos Spiritumsanctum non permittitis adorari,ut ipsi dei gratiæ reneatis ingrati. Hæc ille. AVCTOR. Iuxta hanc historiam,qua adorauit Abraham populũ gẽtilem,probat Augustinus Spiritumsanctum amplius adorandum,quem ipsi Ariani,qui creaturam aiebant,adorandum negabant: sed homi B
nes gentiles adorauit Abraham, qui erant sine scrupulo creaturæ: quare non Spiritussanctus adoratur,qui potest creaturas etiam mortuas uiuificare? Vnde patet Wicleuistas impiè agere contra Christum hominem,qui secundum creatum esse adorandum eum improbant,uel orandum: cũ Abraham uir iustus adorauit Etheos. Sed dixit librarius Lollardorum Purney, Abraham adorauit eos,id est,salutauit,inquit, nõ aduertens,q̃ Iacob uir iustus adorauit pronus in terram septies Esau. Gen. 33. Et ancillæ, & filii eius incuruati sunt,& uxores cum liberis similiter adorabant, non simpliciter salutabant. Et nũquid ideo adorãdus est Spiritussanctus, quia Abraham salutauit Etheos? quæ rogo deductio, aut causa calumniæ Arianis, qui nollent Spiritumsanctum adorare, cum Abraham Etheos uoluerit salutare? quando Augustinus deduxit 4
a maiori,si Abraham adorauit Etheos,magis adorandus est Spiritussanctus. Nunquid salutandus tantum,sicut Ethei? Et in adoratione ipsa sunt gradus,ita ut non omnis adoratio sit diuina,& summa. Velut libro quæstionum super Gen. quæst. 57. de præfata adoratione Abrahæ
Aug. To.4 AVGVS. Exurgens,inquit, Abraham adorauit populum terræ. Quæritur, quomodo scriptum sit, Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies,cum Abraham sic honorauerit quẽdam populum gentium,ut etiam adoraret. Sed etiã animaduertendum est in eodem præcepto non dictum,Dominum Deum solum adorabis, sicut dictum est,Et illi soli seruies,quod est græcè *Latreueis* talis enim seruitus nõ debetur nisi Deo,unde damnantur idololatræ,id est,ciusmodi seruitutem exhibentes idolis, quæ debentur

A Deo. Hæc ille. AVCTOR. Sed redargúitur Guillelmus arguens ex præcepto omnem adorantem creaturam esse idololatriam, quia scriptum est,Dominum Deum tuum adorabis,sed non scriptum est,Dominum Deum solum adorabis,sicut scriptum est,Et illi soli seruies,quod intelligitur seruire latria debita soli deo, qualis seruitus est sacrificium,aut uota, prout ipse dicit,lib. 10. de ciuitate Dei,cap. 1. AVGVST. La- *Latria. Aug. To.5.*
tria† græcè nuncupatur,& latinè interpretatur seruitus,sed ea,qua colimus Deum: uel quam illi,id est, Græci *Theobiã* nos uerò non uno uerbo exprimere,sed Dei cultum possumus appellare: Hanc enim tantũ Deo deberi dicimus, qui uerus est Deus,facitque suos cultores Deos.
Hæc ille. AVCTOR. Hæc est adoratio creaturæ negata,quæ est seruitus latriæ,& expletur in multis soli Deo,prout assumit eodem lib. ca. 8. AVGV. Hinc nos seruitutem, quæ latria græ
cæ dicitur,siue in quibuscunque sacramentis,si B
ue in nobismetipsis debemus. Huius enim templum simul omnes,& singuli templa sumus. Sequitur. Cum ad illum sursum est altare cor nostrum,eius unigenito sacerdote eum placamus, **hostias.*
& cruentas uelut uictimas **bestias cædimus, quando usque ad sanguinem pro eius ueritate certamus, tum suauissimo adolemus incenso, cũ in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus,& dona eius in nobis, nosque ipsos uouemus,& reddimus. Et beneficiorum eius *solẽ*
nitatibus,festis,& statutis diebus dicamus, sacramusquè memoriam, ne uolumine temporũ ingrata subreperet obliuio. Et sacrificamus hostiam humilitatis, & laudis in ara cordis. Ad hunc uidendum,sicut videri poterit, eiúque cohærendum ab omni cupiditatum malarum, & peccatorum labe mundamur, & eius nomini *Latriæ fit ciu.*
consecramur. Hæc ille. AVCT. Membratim
† docet Augustinus genera seruitutum, quas 4
soli Deo tãquam species latriæ deferre licebit. Primum est,cum offerimus sacrificium altaris, quando eius unigenito sacerdote eũ placamus, C
inquit: non dixit,quando figuramus corpus filii eius pistorio pane nostro. Secundo, quando sacrificamus ipsi carnem, & animam nostram in martyrio. Tertio, quando flagrantis amoris alto incendio dona nostra, uel nosipsos ipsi uouemus,& reddimus. Quarto, quando solennitates eius, & dies festos, ne memoriam beneficiorum eius ingrata tollat obliuio, statuto temporum uolumine celebramus. Quinto, cum offerimus ei sacrificium spiritus humiliati: excellentius autem cæteris in sacramento pœnitentiæ. Sexto,quando eum uidendum & cum eo manendum summo rapimur fruitionis amore. His seruitutum modulis solum deũ possu-

possumus adorare, & illi soli seruire. Si qui alii modi sunt,uel ad hos pertinent, uel ad hos reduci,uel ex similibus animaduerti ualebunt. Nulli enim per fruitionem adhærere debemus nisi Deo. A nullo ullam indulgentiam ueniamque petere peccatorum,nisi à Deo. Nulli solemnitates ieiuniorum,aut dies festos dedicare,nisi Deo. Quia quando sanctis in talibus obsequimur,non eis,sed Deo,cuius sunt beneficia, protestamur. Nulli uota facimus,aut reddimus,uel rerum nostrarum,ut prædiorum,aut ẽt filiorũ, sicut Anna uouit puerum Samuelem, aut cùm uouemus nosipsos ad religionis actum, uel ad habitum per religionis ingressum,nisi soli deo. Pro nullius iure tuendo,debemus uitas nostras mandare suppliciis,nisi diuino. Nulli sacrificare licet electum illud sacrificium,nisi Deo,non angelis,non sancto quantuncunque excellenti, etiam nec assumpto ad Dei hypostasim homini prout in eodem li. 10. de ciuitate Dei ca. 20. A v
Aug.To.5. GV. Verus ille mediator, inquantum formam 6
serui accipiens,mediator effectus est Dei,& ho B
minum,& homo Christus Iesus, cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & unus Deus est,tamen in forma serui sacrificiũ
Phil. 2. maluit esse,quam sumere: ne uel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum el se creaturæ. Per hoc & sacerdos est: ipse offerẽs: 7
ipse & oblatio: cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit ecclesiæ sacrificium, cum ipsius corporis ipse caput sit, & ipsius capitis ipsa sit
Eucharistia est teleta summa. 5 corpus tàm ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsa suetus offerri. Hęc ille. AVCTOR. Ideo† teleta teletarum dicitur à Dionysio,quia quanuis alia quædam sacramenta,sicut baptismi, confirmationis,& pœnitentiæ,uel ordinis poterãt in primitiua ecclesia ad Christum referri, quia baptizabantur,& pœnitebant in nomine Iesu: nũquam tamẽ sacrificabatur nomini Iesu, sed simpliciter soli Dei. Attamen nunquam est sacramentorum seruitus relaxata in aliquem ut dominum,nisi solum Deum, ideo dixit Ambrosius totam Trinitatem tunc signatam in nomine Iesu. Vnde libro de Trinitate,& Spiritusancto grandæuus pater Athanasius. Scriptum
Athanasius est enim in Actibus apostolorum de his,qui in Samaria crediderunt,& baptizati sunt à Philippo. Tantum baptizati erant in nomine domini Iesu Christi. Petrus autem Iudæos alloquẽs
Act. 2. pœnitentiam,inquit,agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi,Et infrà. Non enim scriptum est, quòd baptizauerũt in nomine patris,& filii,& Spiritussancti. Sed nunquid sunt præuaricati? Absit. Nam licèt filii nomen tantummodò dicatur, habet tamen & patrem,& Spiritumsanctum secum pronun-

A tiatum. Hæc ille. AVCTOR. Ergo re ipsa in nomine Trinitatis baptizarunt. Sicut Augustinus iam dixit,quòd in quibuscunque sacramentis latriam exhibemus,& tunc cum aliis ꝑdictis erit species septima. Octaua uero, quam addit,siue in nobis,qui omnes,& singuli sumus templum eius,id est, quandocunque per sanctitatem uitæ,uel orationem facimus domino mãsionem. Templum enim nulli facere possumus citra Deum etiam nec fabricæ materialis, ut habetur infrà. Ideo dixit Augustinus hoc esse latriam. Sic etiam in cantibus ille, qui in culmine humani uoti est latriæ seruitus, in solennitatibus computatur,quarta specie latriæ,qualis est hymnus. Vnde lib. 1. de officiis, cap. 25. AM-
Amb. To.5 BROS. Te decet hymnus Deus in Sion: hoc est,honestum est,ut te timeamus: te diligamus, te rogemus,te honorificemus. Scriptum est. n. Omnia nostra honesta fiant: sed possumus & hominem diligere,timere,rogare,& honorare. *Hymnus.*
Hymnus † specialiter Deo dicitur hoc tanquã 6
excellentius,cæterisque decorum. Hæc ille. AV B
CTOR. Hoc forsan specialiter & excellenti modo omnes illi,qui sanctis applicantur in officiis quouis ecclesiæ,hymni non sunt,quanuis abusiuè dicuntur: cum sic hymnus est laus dei excellens cum cantico. & hymni multi sunt, qui non dicuntur. Restat item † exterior cultus quidem *Adoratio propriè dicta.*
in ordinatione membrorum corporis in adorãdo deum, in adoratione diuina, sicut est, pronũ facere caput,& altiores partes ad terram, quod fit simpliciter procidendo, uel genuflectendo depressè, sicut Hecter. 3. Flectebant genu,& adorabant Aman,& solus Mardochæus non flectebat genu,nec adorabat Aman, quia in hoc signo gestus corporei fatemur humilitatem omnimodam in comparatione excellentiæ potioris,secundum quartam adorandi speciem. Cuius genus & ortum docere uidetur, ut hẽt Thomas super illud Lucæ. 22. Positis autẽ genibus
orabat,&c. GREGOR. Humanus quidem usus C
est pronos terræ supplicare maioribus,facto ostendentes fortiores esse,qui rogantur. Palàm autem humanã naturam est nihil habere Deo condignum,& ideo honorifica signa, quæ inuicem exhibemus fatentes nos humiliores eé respectu excellentiæ proximi,transumpsimus ad obsequia incõparabilis naturæ Dei. Vnde ille, qui nostros portauit languores,ac pro nobis intercessit per hominem,quem assumpsit, genu flexit orando,sanciens non esse superbiendum orationis tpe,sed per omnia humiliatis conformandum,quia deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam, Hæc ille. AVCT. Bene docet nos pater Gregorius, q̃ pronos nos facere supplicantes humanus usus est, & talia ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

norifica signa,quæ inuicem exhibemus, ad ob-
sequia incomparabilis naturæ transumimus.
Signa,inquam,quibus excellentissimos adora-
mus. Sunt & alia signa leuiora congrua salutan
dis,velut ipsa verba salutationis,& pacis,aut o-
scula,uel amplexus:prout apostolus Paulus, Sa
lutate vos inuicem in osculo sancto. Aut si mul
tùm additur,cùm quis submisso capite salutet.
Vnde in epistola 147.ad Proculianum AVGV
August.To.5. STINVS.Non de auro,non de fundis,non de
pecoribus, pro quibus rebus quotidie submisso
capite salutamur,ut dissensiones hominum ter-
minemus, sed de ipso capite nostro tam turpis
inter nos & pernicioſa dissensio est.Quantum-
libet capita submittant,qui nos salutant,vt eos
concordes in terra faciamus , de cælo usque ad
crucem submissum est caput nostrum , in quo
concordes non sumus. Hæc ille. AVCTOR.
Modicùm ergo aduertebat scripturas, qui ado-
rationem,salutationem exposuit, quas ex ipsis B
Oratio pri- extrinsecis valde potuit scire esse distinctas,quã
scarum. tum.s.submittẽs Paulum caput,ab eo distat,qui 1
8 pronus procidens adorauit. Sic † enim antiquo
rum more adorauit Dauid Ionathan,cadẽs pro 2
nus in terram primi Regum.20.Sic Abigail ꝙ
cidit in faciem suam coram Dauid , & adorauit
super terram,& cecidit ad pedes eius.1.Regum 3
25.Sic Booz audita gratia Ruth,cadens in faciẽ
suam,adorauit super terram. Ruth.2. Hunc itẽ
adorationis modulum, tanquam quo nõ habue 4
rimus potiorem,mente tamen vltra omnẽ hũc
modum humillima referimus nos ad Deũ:Qua 5
liter computato cultu mentis creaturam adora 6
re non licet. Et hoc de non adorandis angelis
sancti patres scribunt.vt lib.de vera religione , 7
Aug.To.9. uersus finem cap.55. AVGVS. Honoramus
eos,inquit,charitate,non seruitute:nec eis tem 1
*templa. pla constituimus.Nolunt enim sic se honorari
à nobis:quia nosipsos cùm boni sumus, *tem-
plum summi Dei esse nouerunt. Rectè itaque
scribitur,hominem ab angelo prohibitũ , nese C
adoraret,sed unum Deum, sub quo ei esset & il
le conseruus. Qui autem nos inuitant , ut sibi
*quibus. seruiamus , & tanquam Deos colamus , similes
sunt superbis hominibus*qui,si liceat, similiter
coli uelint. Sed istos perpeti minus,illos uero
colere,magis periculosum est.Hæc ille. AVCT.
Manifestat August.quam uetuit fieri creaturæ
speciem adorandi,dicens,Et tanquam Deos co
lamus.qualiter homo ille voluit angelum ado-
rare,quia uidebatur ipsi,quasi poterat Deus es-
se,prout dicit Augustinus in quæstionib. super
Apoc.9. Gen.& assumit li.3.super ca.23.Gen. RABA
NVS.Nec moueat, ꝙ alio loco in quadam scri-
ptura prohibet angelus, ut pro Deo posset ado
rari,& ideò fuerat corrigendus adorator. Hæc
ille. AVCTOR.Non ergo prohibitum esset & A
in nouo testamento angelos adorare , si tamen
cultus moderamen haberet,qualis sine præiudi
cio creatoris posset incumbere creaturæ , prout
sanctus Iosue certus iam factus de illo , quem
putabat hominem euaginatum tenentem gla-
dium,ꝙ esset angelus princeps exercitus dñi,ce
cidit pronus in terram,& adorans ait,Quid do
minus meus loquit ad seruum suũ?Iosue. 5.Ado
rauit,non quem vidit uirum , sed quem angelũ
intellexit:etiam non angelum simplicẽ,sed exer
citus domini principem secundùm seipsum:nõ
figuraliter solum Deum.

¶QVOD ANGELI, ET SANCTI beati, & etiam nondum beati,possunt in se licitè adorari,sed cultu duliæ citra Deum. Ca. CXVIII.

SVMMA.

Angelos quomodo colebant fidelis populi dei mo re,priores Christiani deuoti.

Sancti,ꝙ non sint qualitercunque salutandi, sed honorandi,& magnificè uenerandi,imò congru entius adorandi.

Adorare sanctos,quauis hominum meritis , & humilitati ascribatur,quomodo discretè tamen agendum sit.

Reuereri,Honorare,Laudare,Glorificare,Ado rare,quomodo differant.

Gloria,Glorificare,quid.

Honoranda ꝙ non sint omnia a deo facta,deus ta men in omnibus honorandus.

Sanctorum honorandorum ordo describitur.

SEcundum†hunc morem fidelis popu
li dei priores Christiani deuoti colebãt
angelos,eis frequentius occurrẽtes,iõ Porphirius
tãtò mẽdacius decolorauit eos hostis *heresiarc.
Christi Porphyrius in sua*Ecthesi sub noĩe dæ
monũ,quo nõ cõtra cõsiliũ Hebræorũ,sed iux- *33.
ta talẽ cultũ angelis exhibebãt,prout scribit li Aug.To.5.
19.de ciuit.dei.ca.*24.AVG. Quis huic dixit
uel ispirauit,nisi diabolicus spũs tã vanũ,apertũ
que mẽdaciũ,ꝙ dæmones ab Hebræis coli ꝓhi
bitos reuereãtur potius,q̃ oderint Christiani?
Sed Deus ille,quẽ coluerunt sapientes Hebræo
rum,ẽt cælestibus sanctis angelis,& virtutibus
Dei, quos beatissimos tanq̃ ciues in hac nostra
peregrinatione mortali ueneramur,& amamus
sacrificari uetat in tonãs in lege sua, q̃ dedit po
pulo,& ualde minaciter dicẽs,sacrificans Diis,
eradicabitur.Hæc ille.AVC. Quid aliud, quid
diuersũ ab ipso Porphyrio metiunt nostri Wic
cleuistæ,exprobrando fidelibus,ꝙ cõtra legem
Dei

Deut.6.& 10. Dei ueterem,adorent angelos,lege dicente, do
minum Deum tuum adorabis? &c. Quibus u-
trisq; respondet Augustinus , ꝙ angelos tãquã
beatissimos cœli ciues,nos in hac peregrinatio
ne veneramur,& amamus,fatetur, nec Dei lex
hoc prohibet , sed magis laudat. Quod autẽ lex
vetat,est,ne ad tantùm adorantes venerationis
debitum excedamus , vt cultum soli Deo con-
gruum,extendamus in angelos putà,ꝙ quis eis
sacrificet sicut diis.Hoc.n.Deus prohibet He-
bræis,dicens,Sacrificans diis, eradicabitur. Ex
qua tamen calumniatrice scriptura Porphyrii
sciri potest,ꝙ fuerit frequẽs illo tempore mos
Christianis,attollendo cultu angelos uenerari:
nec tamen eis solùm, sed & cultoribus legis an
Rab.Moy- tiquæ hoc licitum videbatur,& iustum.Iõ Rab
ses. bi Moyses dixit facta duo Cherubin in sanctua
rio ad destruendam idololatriam: quia credulí-
tas angelorum , inquit,est secunda post creduli
tatem creatoris.De præceptis decimæ partis, li
bro ducis dubiorum.Et approbat Augustinus, B
rationem assignans, quia cœlestes sancti sunt,
& uirtutes Dei,ciues item beatissimi. Et hęc ra
Damascen. tio tangit omnes sanctos. Quam item scriptu-
ris confirmans euangelicis.3.sententiarum. ca.
7. prosequitur DAMASCENVS. Honorandum
sanctos,vt amicos Christi, & hæredes, & filios
Io.1. Dei, ut ait Theologus Ioannes Euangelista.
Ro.8. Quotquot autem receperunt eum,dedit eis po
testatem filios dei fieri &c. Quare non adhuc
serui,sed filii,si autem filii,& hæredes, hæredes
quidem dei,cohæredes autem Christi. Et infrà.
Qualiter ergo non honorandi sunt, qui amici ,
& ministri filii Dei existunt? Honor.n. qui ad
deuotos conseruos refertur, demonstrationem
habet bonæ uoluntatis,quæ est ad communem
dominatorem.Hi enim promptuarii Dei pura C
cœnacula facta sunt. Inhabitabo. n. in eis , ait
Deus , & inambulabo , & illorum Deus ero.
AVCTOR. Honorandos ecce sanctos Dei pro
bat tanquam Dei filios,cœli ciues, & prõptua-
rii eius pura cœnacula. Non † igitur qualiter-
2 cunque salutandi,ut Witcleuistæ uolunt , sed
honorandi,& magnificè venerandi,Immo con
gruentiùs,adorandi:quia honor, ait Damasce-
nus,qui ad deuotos seruos refertur, demonstra
tionem facit bonæ uoluntaris in dominum, Et
dominus in euangelio.Qui recipit prophetam
Matt.10. in nomine prophetæ,mercedem prophetę acci
piet.Qui recipit amicum Dei ut amicum, filiũ
Dei ut filium,consiliarium eius,nõ simpliciter
ut aliquem,sed ut consiliarium Dei , hic à Deo
peculiarem mercedem accipiet. Qualiter sine
specie præsumendi sanctus Patriarcha noster
Eliseus iã recenter accepto spiritui Eliæ, filios
prophetarum occurrentes ei ad aquas Iordanis

Ase adorare permisit , prono in terram. 4. Reg.
2.Hoc, more religiosorum filiorum patribus
facientes,non leui quodam honore utentes sa-
lutando,sed egregie uenerando. Qualiter notã
ter dixit superiùs Augustinus,Abraham sic ho Gen.23.
norauit populorum Ethæorum, ut etiam ado-
raret.Et Cornelius Centurio obuiam ueniens
sancto Petro,& procidens ad pedes eius, adora
uit eum.Act. 10. Qui quamuis excesserit in ado-
rationis signo , non tamen pœnaliter deliquit
in facto. Vnde non dixit ei Petrus, quod in A- cap.28.
pocalyp.ait angelus:Vide ne feceris,sed animo
compescens , Surge , inquit, & ego ipse homo
sum. Vbi in expositione Actuum BEDA. Ge Beda
stu corporis præmonstrat Cornelius , quid in-
tus in corde deuotionis habuerit. Obuiam eũ a.l.doctori.
suo auctori uenit auditor,qui mundo pectore,
& intenta sedulus aure, atque inhianti deside-
rio uerbum Dei suscipit. Nam qui tarde ad cre
dendum pertrahitur,quasi à Doctore iacens e-
rigitur,sed qui de suę uitæ maculis erubescens,
procidendo in faciem,humilitatis pariter,& pu B
doris indicia præfert,iure à suo præceptore me
retur erigi.Hæc ille. AVCTOR. Nihil ergo
inordinatè Cornelius mente peccauit, sed qđ
intus cordis deuotione habuerit , exteriori si-
gno humilitatis ostendit.Quæ humilitas in cor
de recta,sed in exteriori signo à circũstantibus
potuit nimia iudicari , & Dei forsan adoratio-
ni uicina.Sic iudicat ipse sanctus pater GRE- Gre.To.1
GORIVS.31.Moralium. Aduersatus ei, quia
procidit ad pedes Petri,quod soli Deo, non ho
mini facere licuisset,sed suspectam mentem,ut
puto,habebat uiri Romani,qui sic solebat leui
ter coram illis,idolis immolare.Nam & coram
excellentis gratiæ uiris humilitatis causa,quof
que procidere,non erat olim extraneum Chri
stianis.Hoc enim in laudem sanctæ Paulæ exi-
miam in Epitaphio eius scribis sanctus pater
HIERON. Post Maleas,&*Cæraunia,spar Ad Fustia-
sasque per æquor Cycladas,& crebris freta con chum.
cita terris,post Rhodum,& Lyciam,tandem ui Hier.To.1
dit Cyprum,ubi sancti Ephiphanii pedibus ꝓ- *cytherã
uoluta,decem ab eo diebus retenta est , non in
fecit onẽ,ut ille arbitrabatur,sed in opus Dei
quod rebus probatum est. AVCTOR. Et bene
infrà,uersus medium libri , ubi eam uenisse in
Nitriam dixit HIERONYM.Occurrente sibi
sancto,& uenerabili Isidoro Episcopo , & Con
fessore , & turbis innumerabilibus monacho-
rum è quibus multos sacerdotalis & leuiticus
sublimabat gradus,latabatur quidem ad gloriã
Christi , sed se indignam tanto honore fatebã-
tur.Quid ego narrem Machatios,Arsenios,se-
rapiones , & reliqua columnarum Christi no-
mina? Cuius non intrauit cellulam? quorum

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos Christum se uidere credebat,& quicquid in illos contulerat, contulisse se in Deum lætabatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm leuiter sanctorum episcoporum,& monachorum beata fœmina legitur pedibus prouoluta: quid aliud,quàm uiros eminentes adorans? Christum se putans uidere per singulos,& sic cuiq; honorem proprium donans humanum, ut nulli supra modum dederit quid diuinum. Beatus autem pater Chrysostomus hortatur deuotum quenque fidelem hac humilitate prosterni coram sanctis,Mor. 14. super epistolam. 1. ad Timotheum CHRYSOSTO. Vade, inquit, ad eos exteros,suscipe,accede, tange pedes sancto rum:multò enim honorabilius est illorum tangere pedes, quàm aliorum caput,Sequitur. A pedibus enim sanctorum magna ualuerunt, quia & puniunt,cùm pulueren pedum excussē rint. Hæc ille. AVCTOR. Hoc † ad cautelam li cet inter cætera dicere,quanuis sanctos adorare hominū meritis,& humilitati a scribitur, discrete tamen agendum est, ne per humilitatem nimiam,aut aliud subrepens uitium, diuinus honor homini deferatur. Attendendumque uelim, quod libro. 10. de ciuitate Dei, cap. 4. ait AVGVSTINVS. Multa deniq; de cultu diuino usurpata sunt,quæ hominibus deferuntur,siue humilitate nimia,siue adulatione pestifera:ita tamen,vt quibus ea deferuntur,homines haberentur,qui dicuntur colendi,& uenerandi. Si autem multū cis additur,& adorandi. Quis uerò sacrificandū censuit,nisi ei,quem Deum aut sciuit, aut putauit,aut finxit? Hæc ille. AVCTOR. Quòd aliqua de diuinis honoribus usurpata deferantur hominibus,impium iudicat, quamuis non nisi ut homines haberentur,hoc fiat. Quòd autem propter excellentias bonorum Dei, dicantur quidam colendi,aut uenerandi,aut ubi multùm additur,adorandi,quis abnegat? Nam Dauid inclinauit pronus in terram,& adorauit Saul. primi Reg. 24. Nec hoc fecisse credendus est uir iustus,aut humilitate nimia,aut adulatione pestifera ei,qui omni persecutionis rabie animā suā quæsiuit: sed Dei donum eximiæ unctionis in eo perpendit:ideò quamuis spretum à Deo,durante tamen munere regio,adorauit. Nabal uerò salutauit,ut inter adorationem, & salutationem aliquid interesset. Et ualde notandus est ordo specierum humani huius honoris, & demū quòd pro summo honore, si multum additur, inquit,adorandi,præsupponens colere, & uenerari pro minoribus. Et ex hoc colorem habere uidetur dictum Walsingham,& Henrici: quòd ista quinque,reuereri,honorare,laudare,glorificare,adorare, se habent per ordinem, & posterius semper addit aliquid super prius. Reuereri, † est animo reputare magna bona, quæ quis uidet,aut existimat esse in alio, paruipendendo in eorum comparatione bona, quæ considerat in seipso. Honorare, est reuerentiam existentē intus in anima, opere exterius indicare. Hinc est, ꝙ honor dicitur esse exhibitio reuerentiæ in testimonium uirtutis eius, quem reueretur. Laudare,est honoratum pro bonis, quæ in ipso sunt,aliis commendare. Glorificare † autem,est laudes honorati largè latèque præconizare;propter quod dicitur esse Gloria,frequens fama cū laude. Adorare aūt est in id,quod reuerendum, laudandum,honorandum,glorificandum, propter eminentiam eius sanctitatis,ac uirtutis totam spem,ac fiduciam subijciendo, se illi proijcere. Propter quod Adoratio dicitur cultus scilicet propter diligentē intētionem erga id quod adoratur. Illud enim soli dicitur, cui quis studiosè intendit operam suam illi exhibendo. Sic gradatim crescit affectio cultus de reuerentia, quam Augustinus ab honore exorditur usque ad culmen adorationis:ita ut minorem cultum extendat affectus mentis,& reuerēdo,quàm honorando:minorem item honorificando, quàm glorificando,sicut minor est reuerentiæ cultus, quàm honoris,aut gloriæ. Sicut Augustinus ait superius,quòd Abraham sic honorauit Ethòos, ut etiam adoraret. Multò magis est adorare, quàm honorare: sed ideo creuit honor. Vnde libro contra sermonem Arianorum cap. 23. AVGVSTINVS. Filius, inquiunt, honorat, & adorat patrem:Spiritussanctus honorat,& adorat filium. Propter formā serui dicuntur ista de filio dicant si possunt ubi legerint adorari filiū à spiritu sancto. Quod enim subijciūt,unde hoc probare conantur, quia uidelicet scriptum est, Pater ego te honorificaui super terrā,& de Spiritu,Ille me honorificabit,quia de meo accipiet & annuntiabit uobis:ad rem,de qua agitur, nō pertinet. Honorat. n. omnis qui adorat,non aūt adorat omnis, qui honorat: nam & fratres secundum Apostolum, inuicem se honore præueniunt, nec tamen inuicem adorant. Alioquin,si honorificare, hoc est, adorare, dicant, si placet,quòd filium adorat & pater, & hoc iubente filio,qui ei dixit, honorifica me. Hæc ille. AVCTOR. Deceptos uidemus hæreticos in ambiguitate adorationis, & honorationis, & quia nihil plus putabant adorare quàm honorare: sed bene probat Augustinus, plus esse: quia omnis adorans honorat, non econtrariò: quia honorem necesse est crescere, ut aliquis adoretur. Inde prius ait, quòd quidam homines dicuntur colendi, & tunc reuerendi,& si iustum est, additur adorandi.

Chry. To. 4

Aug. To. 5.

Aug. To. 8

Ex Aug. epistola ad Volusianū quæ est 3. in To. 2.

Honorandi non sunt amicæ a deo facta. Deus honora in eo quod honorandi.

di. Intenditur gradatim,& crescit affectus, sicut etiam crescit ratio honorabilis in re culta. Sed in hoc colendo hominem,non autem Deum: vbi quicquid debitè sit, ex tota simpliciter fit mente colentis: quia reuerendo Deo nihil accrescit honoris:alioquin fuit olim sub non gradu honorabilis. Prout subtiliter deducit contra Athanasf. Potentinum Arianum,lib. 5. de Trinitate, responsione. 3. grandæuus præsul ATHANASIVS. Adhuc adiecit iniquitas eorum, dicendo, antequàm generaret,non erat pater, sed erat omnipotens Deus. Proh nefas, hæc uos tam temerè de Deo sentire. Ergo sine dubio(ut dicis)si omnipotenti Deo de recenti,honor patris accesit priùs imperfectus fuisse detegitur. Et si omnipotenti Deo tanquàm homini egenti per ordinem dignitas creuit,priùs iam omnipotens nō fuisse cognoscitur,quia cui honor accedit,dum usque ad summum gradum peruenerit, melior incipit esse in nouissimo, quàm fuit in principio: dum de humilitate usque ad summum fastigij culmen ascendit. Hæc ille. AVCT. Honorem obiectiuè rationem dixit honorādi:que cui accedit usque ad summum ut melior ita fiat in fine,uilem &,inhonoratum fuisse probat in principio. Igitur quantumcunque species honorandi Deum sint definitione diuersæ, omnium tñ cultus bene par est. Ex tota mente laudatur,sicut ex toto animo adoratur. Nec minus est honoratus,quàm adoratus,quia utriusque cultus ratio est immensa. Omnino autem alicui est in creatura. Hic autem ad punctū interrogat Witcleuista, quæ poterit esse ratio adorandi creaturam? Non enim propter se creaturam,quia tunc omnis creatura esset adorabilis:si propter creatorem,quia in ea gratia & magnificentia conditoris relucet, adhuc modulus straminis esset colendus latria, quia in eo relucet eximiè gratia,& omnipotentia conditoris. Interrogo ego rursus, Quid quæris ordinem huius facti, ubi tota ratio faciendi est uoluntas facientis? Nunquid (ait Apostolus ad Romanos)potestatem habet figulus ex eadem massa luti aliud quidem uas in honorem facere, aliud uerò uas in contumeliam? Non ergo omne uas honorandum est,ubi quædam fiunt in contumeliam placito conditoris. Et subdit ibi, ꝙ uolens Deus ostendere iram,sustinuit uasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Non ſomnia ergo à Deo facta sunt honoranda,quamuis Deus honorandus in omnibus. Sed sunt sicut uasa iræ, & uasa misericordiæ,hæc in contumeliam, hæc in honorem. Item quædam ad maiorem honorem, quædam ad maximum, secundùm quòd ostendit Deus diuitias gloriæ suæ plùs & minùs in uasa misericordiæ. Non secundùm communes merces suæ potentiæ, quæ cursum reperiuntur in singulis, sed secundùm diuitias gloriæ eius, quas peculiariter largitur suis præcipuis,hunc assumens in hanc gloriam suam, illum in hanc,ut in Mardochæum dictum est. Sic honorabitur,quemcunque rex uult honora re,acceptis insigniis regij honoris, prius equo de cella regia,diademate super caput, & principe præcedente præcone. In quamlibet ergo creaturam Deus has diuitias in gloriæ elargitur, ipsa præcipuo cultu inter omnes homines necessariò ueneratur. Vnde lib. 3. sententiarum ca. 7. DAMASCEN. Vita enim Deus est,& lux, & qui in manu Dei sunt, in uita, & luce sunt. Quoniam autem per intellectum, & corporibus eorum inhabitauit Deus,ait apostolus,Ne scitis quoniam corpora uestra templum inhabitantis in uobis Spiritui sancti sunt? Dominus autem spiritus est, & si quis templum Dei corrumpit,corrumpet hunc Deus. Qualiter igitur non sunt honoranda animata templa Dei, & animata tabernacula? Isti uiuentes in ueritate cum multa pœnitentia Deo assistunt fontes nobis salutares. Hæc ille. AVCT. Argumento isto utitur,quia Deus honorat sanctos, faciendo eos templa sibi præcipua, & suæ habitationis tabernacula animata: & fontes nobis assistentes, semper deo præsentes, quis audet eos non honorandos dicere? Et infrā. Subdit DAMASCEN. Deiſ genitricem,ut uerè & principaliter dei matrem honoremus, Prophetam Ioannem,ut præcursorem,& Baptistam,& apostolum,& martyrem:quo neque in natis mulierum maior est erectus,ut dominus dicit: & regis primus præco factus est. Apostolos, ut fratres domini,& inspectores,& ministros pasionum, quos præuidens prædestinauit conformes imaginis filij sui Deus & pater. Primùm apostolos. Secundò prophetas. Tertiò pastores, & doctores,& martyres domini ex omni ordine electos,sicut milites Christi,& qui eundem biberunt calicem:& uiuificæ huius mortis baptizati baptismate:sicut commilitones passioceps est protodiaconus Christi,& apostolus,& protomartyr Stephanus. Et sanctos patres norios ius martyrum conscientiæ,ut Athletæ certauerunt,& circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis,egentes,deficientes,tribulati,afflicti,in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ: quibus dignus non erat mundus. Prophetas,qui ante gratiam Patriarchas iustos, qui prænuntiauerunt dei præsentiam. Horum omnium respicientes conuersa-

Athanasf.

Reuereri.

Honorare.

Laudare. Glorificare.

Gloria. Adorare.

Rom. 9.

Ioan. 17.

Ioan. 16.

Ioan. 17.

1. cor 3. & 6.

Damascen.

Hester. 6.

Sanctorum, honorandorum ordo

Maria, Ioannes Baptista, apostoli.

Matt. 11.

Rom 1. cor. 12.

Eph. 4.

Martires.

1. Cor. 10.

Ro. 6

2. Cor. 1.

Stephanus.

Hebr. 11.

Prophetæ Patriarchæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersationem, zelemur spem, fidem, & charitatē: A zelemur uitam, patientiam, passionum constantiam usque ad sanguinem, ut eiusdem gloriæ cum ipsis participes efficiamur. Hæc ille. AVCTOR. Hac igitur ratione multiplici sunt sancti à uiatoribus honorandi, quia scilicet Deus per gratiam suam eos sibi cum honore in facultatem alicuius sui operis excellentis elegit. Idcirco sunt ab hominibus honorandi, sicut beatam uirginem elegit in matrem, Ioannem in Baptistam, apostolos in amicos, Stephanum & martyres omnes in milites, Religiosos confessores in conuersationis suæ testes, & comites. Omnes quidem opus Dei fecerunt, & in eius opus electum assumpti sunt, & dixit sapiens, q̄ omne opus electum iustificabitur, & qui operabitur, illud, honorabitur in illo. Ecclesiastici. 14. Et dominus in euangelio. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. *Ioan. 12.* Omnes ergo hi operarij honorandi, & parcè, uolente domino, q̄ qui super pauca fuerit fidelis, super multa constituatur: & de amicis Dei prædictis canit Psalm. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, id est, excellenter ualde. Vnde & imagines eorum adorandas probat in subsequenti cap. Damascenus. Quantò magis honore tantò digni sunt sancti per se, si imagines, & reliquiæ sanctorum sic honorantur in suis principijs. *Matt. 25. Psal. 138*

¶QVOD CREATVRAE IN DEO adorantur cultu diuino, sicut humanitas Christi, imago eius, crux, & reliquiæ. Cap. CXIX.

SVMMA.

1 *Adorandi duplex ratio.*
2 *Ioseph somnia, quomodo in Christo consummata.*
3 *Esau quomodo adoratus à Iacob.*
4 *Christi humanitas adoranda.*

Adorādi duplex ratio. 1 VNde † de cætero totus iste sensus adorandi creaturas, ad hæc duo colligitur: quia uel separatim uenerantur per se, uel in suo prototypo exemplari. Creaturæ per se nunquam coluntur honore diuino: quæ autem pertinent creatori, indistinctē à cultoribus intellecto cultu Dei proprio ueneramur. Velut sancta Christi humanitas, crux, * sanguis, & reliquiæ, imò & figuræ deitatis & humanitatis eius occultæ: sicut tres angelos Abraham in conualle Mambre, & duos Loth in Sodomis, in figura summæ Trinitatis, adorauerunt. Vnde lib. 3. contra Maximinum

* imago *Gen. 18 Gen. 19. Aug. To. 8. ca. 26.*

B post collationem uersus finem disputat AVGVSTINVS. Venerunt duo angeli ad uesperam in Sodomā, quid si in illis duobus angelis unus dominus inuenitur, qui secundùm uerbū suum in ipsis angelis descendit in Sodomam? Nonne manifestum erat in tribus unum dominum uisum fuisse, quid aliud quàm ipsa Trinitas figurata est? Sed uideamus, utrum nobis sancta scriptura demonstret etiam in illis angelis duobus, ut dixi, unum dominum inuentum, ne forte hoc ex corde nostro affirmasse uideamur. *Gen. 19.* Venerunt in Sodomam duo angeli ad uesperā. Loth uerò sedebat, ut scriptum est, iuxta portā Sodomorum: uidens uerò Loth, surrexit obuiā illis, & adorauit in faciem super terram. Vides hic nempe à iusto uiro angelos adoratos, & tamen non uis adorari Spiritumsanctum, quem uos quoque omnibus angelis sine ambiguitate præponitis: sed dicturus es, homines esse credebat. Nam & in hospitium tanquam homines inuitauit. Hoc magis est contra te, qui dicis, non adorari Spiritumsanctum omnibus angelis præferendum, cùm uideas & homines inferiores angelis à iustis hominibus adorari. Sed adhuc dicturus es, dominum adorauit: Eū quippe in duobus illis, quos putabat esse homines, tanquàm in prophetis, esse cognouit. Iam ergo probatum est, quòd me per scripturā sanctam demonstraturum esse promiseram, eundem dominum, qui dictus fuerat abisse, ut cessa uit loqui ad Abraham in illis duobus angelis descendisse in Sodomam, sicut dixerat, & in eis ab homine iusto cognitum fuisse. Hæc ille. AVCTOR. Planissime uincuntur his uerbis negātes creaturas adorari aliqualiter, cùm angelos C scriptura teste, Loth adorauit in faciem suam super terram: dicente autem aduersario Maximino, uel aliquo Witcleuista, quòd homines adorabat, non hoc corrigit Augustinus, sed magis obsecuat: ergo mente homines adorabat, addens eum uirum iustum, quantò magis contra te est, inquit, qui Spiritumsanctum dicis non adorandum, cùm homines inferiores angelis à iustis hominibus Abraham & Loth uideas adorari? Si angelos dixit adorasse, similiter Spiritumsanctum arguit adorandum, qui secundum utrosq; angelis omnibus præminet. Nusquam corrigit dicentem angelos adorari, uel homines, nec adorationis depauperat formam, ut salutatio parua putetur, sed adoratio nis sensum uerum in suo analogo retinens, ad Spiritumsanctum refert, si angelos, & homines iusti homines adorarent. Addunt item dominum in angelis, uel hominibus figuraliter adoratum. Et approbat Augustinus, concludens probatum esse, quod promisit, dominum deum

Deum adorandum, quem in eis esse cognouit. A
Gen. 37. 2 Sic † Ioseph somnium uerum erat, q̄ fratrum manipuli adorauerunt suum, & sol & luna cum stellis undecim adorauerunt scipsum: quia tunc figuraliter adorabant in humanitate sua, quam de Iacob assumpsit, & Ioseph figurauit Christū Iesum. Vnde libro de Ioseph patriarcha AMBROSIVS. Deniq; in puero adhuc refulsit diuina gratia, si quidem somniauit, quòd cùm alligasset (ut ipsi uidebatur per uisum) manipulos cum fratribus suis, surrexit manipulus suus, & stetit erectus: conuersi autem fratrum manipuli, adorauerunt manipulum suum. In quo utiq; *Matth. 28 Io. 24. Psal. 149.* domini Iesu futura resurrectio reuelata est: quem in Hierosolymis cùm uidissent undecim adorantes discipuli, & omnes sancti cum surrexerint, adorabunt, fructus bonorum operū præferentes, sicut scriptum est, Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Sequitur. Vidit autem aliud somnium, & B narrauit illud patri suo, & fratribus suis, eo, q̄ Sol, & Luna, & undecim stellæ adorarent eum. 4 Vnde obiurgauit eum pater suus, dicens, Quid ergo hoc uisum erit, quod somniasti? Nunquid uenientes ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Quis est ille, quem parēt es, & fratres adorauerunt super terram, nisi Christus, quando eum Ioseph, & Maria cum discipulis adorabant Deum uerum in illo corpore confitentes? De quo solo dictum est. Lauda *Psal. 148.* te eum Sol & Luna, laudate eum Stellæ, & lumen. Hæc ille. AVCTOR. Huc accedat noster Witcleuista Guillelmus, qui dicit ideò non adorandum Christum secundum suam humanitatem, quia nec orandum, ut ex hoc intelligat, non solum humanitatem nostri Saluatoris non adorandam in se propter diuinitatis cōsortium, sed nec in figura. Contra quem sunt, quæ iam adduximus. Figuram Trinitatis gesserunt C angeli, & ideò sine culpa Abraham, & Loth diuina eos adoratione colebant? Figuram Christi incarnati gessit Ioseph, ideò adorauerunt eum sicut Christum pater suus, & mater sua, & fratres undecim. Sic ait Ambrosius, Quis est ille, quem parentes, & fratres adorauerunt super terram, nisi Christus, quando Ioseph, & Maria cū discipulis adorabant Deum uerum in illo corpore confitentes tanquam Deum? Igitur adorabant, & adoratione diuina: nec hoc illi fecerunt tanquam homini, quamuis, sicut suprà dictum est, homo, qui sanctus est, poterit adorari, sed *Gen. 33. 3 Esau quomodo adoratus à Iacob. Ambr. To. 3.* tanquam figura Dei: qualiter etiam homo non lus adorari debet, & ualet, ut † Iacob adorauit Esau super terram. Vnde in epistola ad Vercellenses, uersus finem. AMBROSIVS. Quo niam ob pietatem, non propter improbitatē

exulabat à parentibus, loquebatur cum Deo, augebatur censu, liberis, gratia. Neque istis elatus, cùm fratri occurreret, sed humiliatus adorauit: non utique illum immitem, illum furibundum, illum degenerem: sed eum, quem in fratre considerabat. Ideoq̄ adorauit septies, numero scilicet remissionis, quia non hominē adorabat, sed eum, quem in carnem hominis esse uenturum præuidebat spiritu, ut tolleret pec cata mundi. Hæc ille. AVCTOR. Sic Iosue uirum euaginatum tenentem gladium in Christi *Io. 1. Iosue. 5.* adorauit figura hominem, & non hominem, sed plusquàm hominem. Hominem propter Manichæum, plusquàm hominem, quia Deum propter Deum: ut dixit AVGVSTINVS. libro *Iudæum fortè est legendum. Vide Aug. ibi. c. 4 To. 6.* contra quinque hæreses. Et item angeli adorauerunt non solum Deum, sed humanitatis mysteria propter Deum, lib. 8. de fide AMBROS. *Psal. 96.* Adorauerunt angeli, de quibus scriptum est. *Christi humanitas adoranda* Et adorauerunt eum omnes angeli eius. Adorant † autem non solùm diuinitatem eius, sed *Psal. 98.* etiam scabellum pedum eius. Sicut scriptum est. Et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Aut si negant, quia in Christo etiā incarnationis adoranda mysteria sint in quibus uelut uestigia quædā diuinitatis expressa sunt, & uias quasdam uerbi cœlestis aduertimus: le- *Matt. 28.* gant q̄ apostoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem. Hæc ille. AVCT. Hoc est, q̄d iam ante dixit, q̄ undecim fratres Ioseph adorabant manipulum eius erectum, quia undecim apostoli Christum adorabant in carnis gloria resurgentem. Non igitur solam diuinitatem Christi, sed & scabellum pedum eius, incarnationis scilicet, & humanationis Christi adoran *In enarra. Psal. 98. Vsal. To. 8. Cassiodo.* da mysteria, quibus diuinitatis eius sunt expressa uestigia. sic item exponit eundem uersiculū Psalmi beatus Augustinus: prout libro 1. describit C pissimus: & prosequitur eum super eundem uersum in expositione libri Psalm. CASSIODORVS. Quoniam beatus Augustinus diligentissimus exquisitor corpus Domini, quod de Maria uirgine sumpsit, scabellum diuinitatis eius asseruit debere sentiri propter naturam humanitatis, quam est dignatus assumere. Illi enim uirtuti esse subiectum atque unitum, omnibus *1. cor. 1. 1. Tim. 2.* creaturis constat esse excellentius, sicut dicit apostolus. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Et alibi de eodem mediatore Dei: *Phil. 2.* & hominum homine Christo Iesu, apostolus dixit. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium, & infernorum. Nunc dicendum nobis est, quid in isto scilicet uersu pedes eius signare uideantur, id est stabilitatem diuinitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis,quæ ſemper in naturæ ſuæ omnipotenti glo A
ria tantùm pedum indefecta ſtabilitate perſeue
rat.Huius ergo uerbi aſſumptum corpus, quan
uis gloriosum, quanuis magnum, quanuis ſit
adorabile,tamen propter humilitatem humani
tatis ſcabellum pedum competenter accepimus.
Nam cùm ipſe dicat, Cœlum mihi ſedes, terra
Eſa.66. autem ſcabellum pedum meorum: corpus ter-
renum,quod de Maria uirgine ſumpſit,bene(vt
opinor) eadem ſimilitudine ſcabellum pedum
eius probatur intelligi.Et nota,quòd non dicit,
quoniam ſanctum eſt,ſed quoniam ſanctus eſt,
Lo.1. ſcilicet vt corpus à deitate mentis contempla-
tione diſcerneres,ſed ad unam perſonam refer-
res,ſcilicet humanitatem Chriſti,dicens, quòd
uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Hæc ille. AVCTOR. Sequitur in hoc dicto ſen-
tētiā Auguſtini de aſſumpto corpore, uel homi
ne,id eſt, humanitate Chriſti, dicens illud ma-
gnum,gloriosum,& adorabile,ſed tamen deita- B
ti cōparatum,ſcabellum eſſe pedum eius. Sic ait
Auguſt. Chriſtum quæro,& inuenio,quomodo
ſine impietate adoretur terra. Ne diceret Wi-
cleuiſta Deum adorari in Chriſto terra facto.
Caſſiodorus dicit ideò non dici ſanctum eſt,ſed
ſanctus eſt,ut corpus à deitate mentis contem-
platione diſcerneres. Chriſtus ergo non ſolùm
vt ſanctus eſt,& vt corpus ſecundum deitatem,
ſed ſecundùm ſuam humanitem à deitate diſcre
tam,eſt à terrigenis adorandus. Qua adoratio-
ne inquies? Reſpondetur, quod adoratione ver-
bi quæ eſt latria: quia tunc ad ipſam perſonam
referres:quia verbum caro factum eſt, & habita
uit in nobis. Et Auguſtinus ait. Ad terram quā-
libet, cùm te inclinas,atque proſternis non qua
ſi terram intueāris,ſed illum ſanctum,cuius ſca-
bellum pedum eius ſanctum eſt quod adoras.
Nō credes iſtis forſan,niſi uideris in ſcripturis.
Apo.5.&.7 Ecce Ioannes in Apocalyp. de agno ſemper di-
ſcretè loquēs,& diſcretè de Deo,Deo(inquiēs)
& agno, & ſedenti ſuper thronum, & agnum.
Deum autem ſedentem intelligens ſeorſum, &
agnum,aſſumptam humanitatem ſeorſum: ſe-
cundùm illud Caſſiodori iam ſuprà, ut à deita-
te corpus mentis contemplatione diſcerneres:
Dignus eſt agnus,inquit,qui occiſus eſt,accipe
re uirtutem, & deitatem,& ſapientiam, & ho-
norem,& fortitudinem. Et interrogant Wicle-
uiſtæ,quem honorem? ſtatim ſubdit, Omnes au 1
diui dicentes ſedenti in throno,& agno: Benedi
ctio,& honor,& gloria,& poteſtas in ſecula ſe- 2
culorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen.
Et 24. Seniores ceciderunt infacies ſuas, & ado
rauerunt. Apoca. 5. Iam quære cui benedictio- 3
nem dicunt,cui gloriam, cui honorem. Reſpon-
debit textus,q; ſedenti ſuper thronum, & agno
indiuiſis ſede,& p hoc indiſtinctis honore. Vñ-
de non dictum eſt benedictiones,gloriæ,& ho-
nores, maior ſedenti,minor agno,ſed una bene
dictio,vnus honor,una gloria ſedenti Deo,ſedē
ti & agno. Nam. 22. ſequenti cap. oſtendens vtri *Apo.ubi.*
uſque ſedem indiſtinctam. Oſtēdit mihi,inquit,
fluuium aquæ uiuæ ſplendidum tanquàm cry-
ſtallum,procedentem à ſede Dei, & agni. Vnde
libro de Trinitate & fide catholica cap. de uno
Deo AVGVS. De ſede,inquit,agni, & Dei una
ſedes,non duæ. Vbi ſuprà. Sedes De , & agni in
illa erunt,& ſeruient ei. Hæc ille. AVCTOR.
Seruient ei,non eis,quia propter unam ſedem
una ſeruitute unius Dei cultu honorari deben- *Apo.5.*
tur. Quod & facto exequentes, uiginti quatuor
ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt indi-
ſtinctè(ut loquitur)Deum,& agnum. Vnde lib.
9. de fide Trinitatis ad Gratianum, uerſus ſinē
AMBROS. Nunquid cum diuinitatem Chriſti
adoramus, eam & Chriſti carnem diuidimus?
Nunquid cum in eo imaginē Dei, etucemq; ue
neramur,diuidimus eū? Apoſtolus certè, quid *2.Cor.13.*
de eo dicit? Quoniam & ſi crucifixus eſt ex infir-
mitate,uiuit tamen ex uirtute Dei. Ipſe dixit,
quia non diuiſus eſt Chriſtus. Hæc ille. AVCT.
Hic ſignat pater Ambroſius formam catholicè
adorandi carnem Chriſti humanitatem, ac ſan-
ctas reliquias,adoratione.ſ. indiuiſa uerbi Dei:
quia cum carnem Chriſti,& crucem,eius imagi
nem adoramus,Chriſtum non diuidimus. Hoc
eſt,quod Auguſtinus de uerbis domini ſermo- *Tom.vi*
ne. 58. ſicut li. 1. ſcriptum eſt, ait, Purpuram re- *In cathe.*
gis iacentem quis adoret? ſi verò rex eam indue-
rit,periculum mortis incurrit, qui eam cum re-
ge non adorat. Itaque in Chriſto humanitatem
ſolam non adoro,inquit,ſed deitati unitam, ſi
quis adorare contempſerit,æternæ mortis pœ- C
nam incurrit.

¶QVALITER SANCTAE RELI quiæ pro ſeipſis uenerandæ non ſunt,ſed ſanctitate contracta, & tunc per ſe, uel in ſuis principiis contemplatæ. Cap. CXX.

SVMMA.

Reliquiarum,aut, rerum ſanctarum triplici conſi 1
deratione diſtinctio.
Hieronymus quomodo adorauerit præſepe, & in 2
cunabula Saluatoris. Et quid de beata Paula di
cat.
Chriſti humanitas quòd non tantùm adoranda eſt, 3
ſed & præſepe,& lignum crucis,& cunctæ me
moriæ Saluatoris.

Tactus.

4 *Tactus nudus quòd non faciat rem adorabi-*
lem.
5 *Reliquiæ cur honorandæ.*

1 IXTHIS ergo ſanctas res aut reliquias
triplici conſideratione diſtinguo,vel
ut res ſunt in ſeipſis ſimpliciter,ſer-
rum, lignum, caro, uel veſtis, cum
cæteris naturæ ſuæ comparibus. Aut res tales
cunt gratiæ,aut ſanctitatis alicuius diuinæ par
ticipes, per ſe tamen conceptæ, nec ad huc in
conſideratione ad illud factum principale rela-
tæ. Vel iam tertiò, atque cum illo principali
ſancto indiſtinctè proſpectæ. Hoc tertio mo-
do ipſa ueneratione rem colimus,qua eius prin
cipem ueneramur. Probo per contrarium. Per
cutiens telo chlamydem regis, ſuper carnem
eius non tetigit, nunquid propterea nón dice-
tur mortis vulnus regi paraſſe, non ueſti? aut
ſi illam reſcindas,non ne regis cenſetur iniuria? B
Cur igitur à contrario,ſi chlamydem leues,aut
complices reuerenter,aut oſculo foueas,non di
citur regis honor in ſua veſte penſari? Auda-
1.Reg.24. cter dico,quòd in nullo minorem, quàm hono-
rem regium exhibuiſti clamydi. Quare aliter
percuſſit cor Dauid, quòd præſcidiſſet oram
clamydis, qua Saul tunc erat indutus, dicens,
Propitius ſit mihi Deus,ne faciam hanc rem do
mino meo Chriſto domini: cùm regem non teti
giſſet,ſed clamydem? Et inter duriſsimas contu
melias Chriſtus propheticè computauit,q; cru
cifixores eius diuiſerunt ſibi ueſtimenta ſua, &
Pſal.21. in ueſtem ſuam miſerunt ſortem. Nimirum
quem Ioannes in Apocalypſi adorabilem exiſti
mans, habuiſſe dicit in femore eius ſcriptum,
Apoc.19. Rex regum,& Dominus dominantium. Quare
Hieron. in in libro. 3. contra Rufinum pater ait. HIERO.
Apolog. ad Conſcendi, inquit, Aegyptum, luſtraui mona-
uerſus Ruf ſteria Nitriæ,& inter ſanctorum choros aſpides
fin.lib.3. latere cōſpexi: protinus concito gradu,Bethleē
circa mediū meam conuerſus ſum,ubi † adoraui præſepe,& C
lib.Tom.2. 2 incunabula Saluatoris. Hæc ille, AVCTOR.
Quàm conſidēter fidem ſuam exprimit ſanctus
pater. Adoraui,inquit,præſepe,& ſancta incuna
bula Saluatoris, quaſi iam uagientem in illo do
minum meminiſſet; uelut ipſe de ſancta Paula
Ad Eu- loquens in eius Epitaphio HIERONY. Perre-
ſtochium. xit, inquit, Bethleem, & in dextra parte itine-
Hier.To.1. ris ſtetit ad ſepulchrum Rachel. Sequitur. Atq;
inde ſpecum Saluatoris ingreſſa, poſtquàm ui-
dit ſacrum uirginis diuerſorii, & ſtabulum, in
quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus
Eſa.1. præſepe domini ſui, ut impleretur, quod in eo
dem propheta ſcriptum eſt, Beatus, qui ſemi-
Eſa.32. nat ſuper aquas,ubi bos, & aſinus calcant. Me
audiente, iurabat ſe cernere fidei oculis infan-
tem pannis inuolutum, uagientem in præſepe
dominum,Magos adorantes dominum,ſtellam *Luc.2.*
fulgentem deſuper matrem uirginem, nutritiū
ſedulum, paſtores nocte uenientes,ut uiderent *Matt.2.*
uerbum,quod factum erat,& tunc Euangeliſtæ
Ioannis principium didicerat. In principio erat
uerbum. Et uerbum caro factum eſt. Paruulos
interfectos,& Herodem ſæuientem, Ioſeph,&
Mariam fugientes in Aegyptum,mixtisq; cum
gaudio lachrymis loquebatur, Salue Bethleehē
domus panis,in qua natus eſt panis, qui de cœ-
lo deſcendit. Salue effrata κα μοσόφη, regio uber-
rima,atque cuius fertilitas Deus eſt. De teq̄ō
dam Michæas uaticinatus eſt. Et tu Bethleem *Matt.5.*
domus Effrata non minima es in millibus Iuda.
Et benè infrà. Et ſtatim quid deſideraret,expo-
ſuit,atque oculis prophetalibus ſuis, quem nos
ueniſſe iam credimus, illa uenturum eſſe cerne
bat. Ecce audiuimus eum in Effrata: inuenimus *Pſal.131.*
eum in campis ſyluæ. Vau quippe ſermo He-
braicus,ut te docente didici,non Mariā matrem
domini,hoc eſt αὐτὸν, id eſt,ipſam,ſed αὐτόν. i.
ipſum ſignat. Vnde loquitur cōfidenter. Introi-
bimus in tabernaculum eius, adorabimus in lo
co,ubi ſteterunt pedes eius. Et ego miſera, atq;
peccatrix indigna ſum deoſculari præſepe, in
quo paruulus dominus uagiit: orare in ſpelun-
ca,in qua uirgo puerpera dominum fudit infan
tem. Hæc requies mea, quia domini mei patria
eſt: hic habitabo,quoniam Saluator elegit eam.
Hæc ille. AVCTOR. Sicut adipe, & pinguedi-
ne iocundæ ſanctitatis charitatiſquè ignitæ re-
plenda eſt anima,ut confidenter dicam cuiuslī-
bet electi,fidelis in Chriſto, audientis ſub cala-
mo tanti ſcribæ: qualiter deuotiſsima mulier
adorare nouit etiam latria ſacras reliquias ſalua
toris. Huc accedite duri cordes hæretici,alieni à
fide,& ideo ab hac multis millibus paſſuum re-
motiſsimi pietate, diſcite ſi uultis ſi non uultis,
quòd ſpecum ſaluatoris ingreſſa, uidere ſe ſa-
crum uirginis diuerſorium,ſtabulum, & præſe
pe iurauit,audiente Hieronymo, ipſam fidei o-
culis infantem cernere pannis inuolutum, ua-
gientem in præſepe dominum, Magos adoran-
tes,ſtellam fulgentem,matrem uirginem,nutri
tium ſedulum,paſtores nocte uenientes,& par-
uulos interfectos in Bethleehem,in Effrata, ut
dicit Hieronymus. Quid ridentes arguitis
nos adorare mutas petras, & ligna obeſa uermi
culis? Nolite tam cæcos putare eos, qui intra
has res, & ultra tam perſpicacibus oculis fidei
dominum contemplantur. Quid uos lippi
expectatis in ſtercore,nec auditis Auguſtinum
monentem adoraturam terram? Ad terrena *Sup.cap.*
quælibet cùm te inclinas,atque proſternis,non
quaſi terram intueāris,ſed illum ſanctum,cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

scabellum pedum eius terra est. Hanc cum ado A ut putet lignum illud, præsepe illud, uel clauum
Io.20. ras, inquit, cogitatione, non maneas in carne, si illum esse Deum: quia propter hoc dixit Cas-
cut Thomas Apostolus iussu ipsius domini vul siodorus suprà: corpus à deitate mentis contem
nerum locum & carnem tetigit, & dominum platione discerneres, sed ad vnam personam re
protinus adorauit: Deus meus, inquit, & domi- ferres. Sic crucem adorauit Paula, non cru-
nus meus. Deus ppter se, dominus quia homo cem Deum existimans, sed tanquàm dominum
Matt.15. Deus: & sic tu adorans, creaturam simul cum di in ea cerneret, adorauit. ¶ Secundò adorari
uinitate adoras: atque eius non minus diuinita- potest res sacra per seipsam concepta: per se di-
ti deseruis, alioquin crucifixores Christi non co tertio modo, ut alteri non adhæret, propter
essent rei mortis Dei & hominis: nec adorantes gratiam tamen, vel virtutem sacram, aut fa-
eum flexis genibus ei illudentes, blasphemiæ miliarem contactum, uel tractum honoris,
rei essent, quæ est crimen tantùm in Deum. Si quem à Deo promeruit. Ita quasi res ipsa vir-
autem crimen illatum carni redundat in deum, tutem sacram, aut familiarem, uel gratiam
cur non honor à contrario si uniti sunt? Vnde Luc.7. à Deo exeuntem acciperet, non coexisteret à
ut contumeliis, ita & honore separari non pos- Deo. Qualiter Hæmorrhoissa creditur ado-
3 sunt. Non † humanitas autem Christi tantùm rasse fimbriam Saluatoris: dicente postmo-
adoranda est, sed & præsepe, & lignum crucis, dum Saluatore: Quis me tetigit? Sensi virtutem
& cunctæ memoriæ saluatoris. Vnde libro exiisse à me. Fide tetigit, sed à longe tangens,
quarto, capitulo tertio DAMASCEN. Ado- uirtutem exeuntem meruit, non uindictam.
randum signum Christi. Vbi utique fuerit si- B Vnde li. de Isaac & anima AMBR. Delectauit
gnum, illic & ipse erit. Sequitur. Omnia ergo, Iesum & illa mulier, quæ tetigit eum, & curata
quæ Deo adiacent, adoramus, ipsi reuerentiam est à sanguinis fluxu. De qua dixit: Tetigit me
afferentes. Hæc ille. AVCT. Bene dixit Chri- aliquis, nam sentio de me uirtutem exiisse. Tã
stum illic esse, ubi signum eius est: quia si cor- ge ergo, & fide tene, & constringe fideliter pe-
pore non unitur ligno crucis, aut præsepi, uel des eius, vt virtus de eo exeat, & sanet animam
clauis, ut olim, tamen per uirtutem insignissi- tuam, tametsi dicat, Noli me tangere. Hęc ille.
mam, quam impressit ei, plùs quàm rebus aliis AVCT. Sic, & si inferior sis, ut Christum non
iisdem præsens est, ideo hæc vnitio, uel relatio uideas fidei oculis, saltem pedes, id est, inferiora
in affectu colentis est, rebus multùm distanti- eius fide tene, crucem eius adora, tene Christũ
bus: Ideò post tot centenos annos à Saluatoris in lancea, in clauis, in imagine: Christum tene,
infantia beata Paula solùm fidei oculis cernebat & senties exire ab eo uirtutem animæ sanati-
in diuersorio uirginis infantem pannis inuolu- uam. Vnde libro. 4. cap. 3. DAMASCEN.
tum, & vagientem dominum in præsepe, & pau Igitur ipsum pretiosum lignum quidem vt ue-
lo ant. in eodem epitaphio HIERON. Cum- re venerabile, in quo seipsum pro nobis in ho
que proconsul Palestinæ, qui familiam eius opti stiam Christus attulit, ut sanctificatum tactu
mè nouerat, præmissis apparitoribus iussisset corporis sui & sanguinis decenter adorandum,
apparari prætorium, elegit humilem cellulam, clauos, lanceam, indumenta, quia sacra eius ta-
& cuncta loca tanto ardore ac studio circui- C bernacula, quæ sunt præsepe, spelunca, Golgo-
uit, vt nisi ad reliqua festinaret, à primis non tha: salutare & uiuificatum eius sepulchrũ, Sió
posset abduci: prostrataque ante crucem, quasi ecclesiarum acropolis, id est, arx, & quæ sunt si-
pendentem dominum cerneret, adorabat. In- milia, ut ait Theopator, id est, diuus pater Da
gressa sepulchrum, resurrectionis osculabatur uid. Ingrediemur tabernacula eius, adorabimus
lapidem, quem ab ostio sepulchri amouerat an- in loco, ubi steterunt pedes eius. Quod autem
gelus, & ipsum locum corporis, in quo dominus crucem dixit, manifestat quod sequitur. Exur-
iacuerat, quasi sitiens, desideratas aquas fidei o- ge domine in requiem tuã. Sequitur enim cru-
re lambebat. Quid ibi lachrymarum, quantum cem resurrectio. AVCT. Quàm altum sanc-
Mat.2. gemituum, quid doloris effuderit, testis est cun ti patris ingenium, quo probat lignum san-
cta Hierosolyma, testis & ipse dominus, quem ctæ crucis adorandum, quia tactu corporis &
rogabat. Hæc ille. AVCT. Semper oculis fidei sanguinis consecratum. Et hac item ratione se-
in reliquiis Christum aspexit: & quę locis illis pulchrum, præsepe, claui, lancea uestes, Sion,
sacris fecit, Christo impendit: ideo ante crucem Gogotha, loca sunt adoranda. Iuxta illud: adora
prostrata, tanquàm pendentem cerneret, adora bimus in loco vbi steterunt pedes eius. Ne per-
uit, ideo locum sacri corporis fidei ore lambe- uertat sensum textus hereticus non hæc ideo
bat. Sic licet adorare res diuinas cultu diuino, si adoranda, sed Deus in his rebus, aut locis. Ipse
tanta fides fuerit adorantis, ut quasi Deum pro enim dixit ex hoc lignum &c. adoranda. Quod
spiciat rei sacrę foribus assistentem. Non dico, ut uideatur Prophetam de adoratione sanctę
crucis

crucis ibi intendere, statim ab adoratione assur- A merè ingesserunt, seditiosæ manus apprehen-
gere iubet in requiem. Resurrectionem autem dentium memoria tyrannorum perenniter ui-
Christi quid præcesserit nisi crux, & sepulchrum, uunt, & blasphemorum digiti nobis ostendunt,
& cætera, quæ commemorat tactu sacri corpo- quantis dominum nostrum conuiciis despexe-
ris dedicata? Quod si dignetur quis irrisiones, runt. Vnde tanta Christi uicinitate fruebatur la
blasphemias, vel ab obliquo prospicere Witcle- tro blasphemus, quanta beatus: sed quia quod
uiistarum dicentium in contemptum huius fidei iste nobis ostendit amandum, & honorandum
christianæ labia Iudæ Scarioth adoranda: quia uerbis astruxit, idcirco sua propinquitate eum
ipse tangebat osculo labia Saluatoris: respon- Christus sanctificauit ad gloriam: alterum ipsa Lu.23
Tactui nul- deat his blasphemiis, nec † nudum tactum argu eadem corporis propinquitate damnificauit ad
las non fa- 4 mentum sufficiens huius cultus, nec sanctifica- pœnam: sic sanctificauit protoplastum infir-
cit rem ado- tionis diuinæ: sed si res innoxia amanter tracte- mum, sanctificauit alloquium Christi cęcum na Lu.9.
rabilem. tur a sancto, & per excellentem gratiam assumẽ tum, non sanctificauit Pharisæum cæcum fidei Lu.7
tis, talem ab ipso & diligẽtibus cum mereatur aduersum.
honorem: prout subdit ibi Damasc. Si enim
amatorum diligibilis domus, & lectulus, & hor ¶ QVOD ADORATIO, AVT HO-
tus, quantò magis quæ Dei & saluatoris, p quæ nor excellens defertur sanctæ rei: non pro-
& saluari sumus? Hæc ille. AVCTOR. Diligi- pter qualemcunque modum diuinæ præsen-
bilis ergo crux, quam dominus dignabatur cli- tiæ in illa, sed propter effectum aliquẽ gra-
gere, diligibilis Christi uestis inconsutilis, dili- tiæ singularis. Cap. CXXI.
gibilis quoque lancea, diligibiles item claui, & B
diligibiles spinæ, dilecta flagella, & dilecta co- SVMMA.
lumna, coli merentur à fidelibus amatoribus Ie
su Christi. Detestanda autem Christo labia tra-
ditoris in eius proditionem aperta: sicut & ma- 1 *Adorandæ, uel colendæ quæ creaturæ.*
nus impiæ clauos figentium, & iniqui digiti spi 2 *Imagines uenerandæ cum suis prototypis.*
nas capiti sacro imprimentium, ab iniquo spiri- 3 *Crux Christi, quomodo sit apparitura in nubibus.*
tu animante eos fœdati malitia & persecutorũ *Et de illius adoratione.*
personis continui dilectoribus Iesu Christi tan 4 *Scarabei more quomodo clamauit Christus.*
tum sunt detestabiles, quantum Christo erant 5 *Helena, inuenta cruce, quid adorauerit. Et quid*
odibiles, & aduersi. Honorabiles autem, & ado *de illa dicat Ambrosius, & alij.*
rabiles ex sancti Christi contractu fuissent, si 6 *Naturæ rerum quòd non propter seipsas, sed pro*
honorificè tetigissent, si uirtuosè, & si suo ipso *diuinis gratius sunt colendæ.*
rum officio nobis Christum amandum ostende 7 *Dominus Christus est, & Deus. Et de eius adora*
Reliquiæ rent. Propter † tria hæc conspecta in sanctis re- 5 *tione.*
cur honore- liquiis, eas honorificat in sermone quartæ par-
randæ. tis sermonum de pluribus martyribus, qui inci- 1
pit. Quotiensçunque fratres charissimi, AV-
GVS. Honoro cicatrices pro Christi nomine
susceptas. Honoro uiuentes in memoria peren-
nitatis uirtutes. Honoro corpus, quod mihi o- C
stendit Deum meum diligere. Cur ergo non a-
dorarent corpus illud omnes fideles, quod uerẽ
tur etiam dæmones? Quod aliquando affixerũt
in supplicio, sed modò glorificant in sepulchro?
Honoremus itaque fratres sanctos martyres, ut
eorum participes fieri mereamur in cœlis. Hæc
ille. AVCTOR. Ergo nos honorare deberemus
labiorum oscula ad labia Saluatoris, si pro Chri
sti nomine, non Pharisæorum, & principum no
mine ea tetigissent. Palmas cædentium honora-
rem, si suæ uirtutis mihi memoriam reliquissẽt:
& adorarem utrosque, si dilectionis, & non iniu
riæ Dei mei insignia demonstrassent. Modo au-
tem in contrarium res uersa est: quia labia Iudæ
prophana ad Christi dedecus sacris se labiis te-

NEC † omnis tactus saluatoris, bene-
dictio, uel præsentia, cultum istum sin
gularem rebus tactis requirit fieri ue
lut benedictis, ne sic cogamur adora-
re, uel colere singulas creaturas, quas in exordio
seculi benedixit: sed in quibus exhibet signa, uel Matt.21.
fauores gratiæ singularis. Sic uenerandum est li Mar.11.
gnum aridum sanctæ crucis, non lignum male- Matt.3.
dictum arescentis ficus. Sic Iordanis alueus co- Io.6.
effecit. Sic lacus Tyberialis, quem sua, & Apo
stolorum frequenti nauigatione dedicauit. Vn- Hier.To.1
de in epitaphio sanctæ Paulæ HIERO. Cito
itinere percurrit Nazareth nutriculam domini,
Chanaam, & Capharnaum signorum eius fami
liares, Lacum Tyberiadis nauigante domino
sanctificatum, & solitudinem, in qua multa po-
pulorum millia paucis saturata sunt panibus.
Hæc ille. AVCT. Lacum uides domini naui
gatione sanctificatum. Hoc modo singula coli

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent, quibus singulari beneuolentia tanq̃ rebus sanctitatis suæ capacibus de se innoxiis utebatur Christus, tanquàm donorum suorum excellentium salutaribus instrumentis, siue sint eius reliquiæ sine sensu, ut crux, & claui: siue cum sensu, ut caro, & membra, uel eius humanitas benedicta: postquàm eius sancti omnes, & eorum reliquiæ sunt suis gradibus adorandæ: quia uasa erant in honorem eminentem electa ad dispensandum singulariter gratiam saluatoris. Cum reliquiis item Christi sunt earũ signa colenda, & eius imago, & † sanctorum imagines cum suis prototypis, ut statim dicetur infrà. Hæ autem omnes in seipsis conceptæ, & secundum id tantùm quod habent ex se, nec uenerandæ sunt, nec ullatenus cum honore colendæ. Vnde in prædicto iam loco Damas. Adoramus & typum pretiosæ crucis, & si ex alia materia facta est, non materiam honorantes, absit, sed typum, vt Christi symbolum. i. notam: dedit enim signũ suis discipulis, tunc † apparebit signum filii hominis in cælis: ideoque mulieribus dixit in resurrectione angelus. Iesum, quem quæritis, Nazarenum, crucifixum. Et Apostolus. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Multi quidẽ Christi & Iesus, sed unus qui crucifixus. Non dixit lanceatum, sed crucifixum. Hæc ille. AVCTOR. Hoc uult, quòd crux Christi omnem Christi passionem signat, lanceatio solam partem: ideo crux perfectum signum est crucifixi Christi, ratione cuius signaturæ est adoranda à fidelibus, & signum huius signi: neutrius uerò materia, uel natura. Et hoc est, quod in libro de obitu Theodosii dicit AMBROS. Habeat Helena quod legat, unde crucem domini recognoscat. Inuenit ergo titulum: regem adorauit, nõ lignum utique: quia hic gentilis est error, & uanitas impiorum, sed adorauit illum, qui pependit in ligno: illum, qui † sicut Scarabeus clamauit, ut persecutoribus suis peccata donaret. Hæc ille. AVCTOR. Regem adorauit, ecce non lignum. Verum est, non ipsam ligni naturam, sicut Damascenus ait, sed lignum tamen per uirtutem, & speciem crucifixi. Sic uerbum item temperat sermone. 72. tertiæ partis sermonum de natali beati Laurentii, qui incipit. Beati martyris: AVGVST. Christianus es, in frõte portas crucem Christi. Character tuus docet quid profitearis, quando ille in cruce pendebat, quan doer ucem portas in fronte, non signum ligni te delectat, sed signum pendentis Hæc ille. AVCTOR. Non lignum propter se, sicut ait Ambrosius, multò amplius nec signum ligni, propter lignum, sicut dicit Augustinus, est adorabile Christianis, sed ideo lignum & signum ligni, quia signum est in ligno pendentis. sed ne ipsa pendens humanitas est adorabilis propter rẽ aut naturam suam, nec breuiter natura aliqua citra Deum. Ideò dicit Augustinus super Psal. Si dimissa esset, nec adoraret eam, nec ei seruiret, scilicet nec seruitute diuina, si in re & mente referente colentis eius amitteret unionem: nec seruitute altæ duliæ, si cœpto chrismate priuaretur: nihil est enim adorabile propter seipsum: quia res est, nisi Deus, qui summa res est. Ideo bene dixit Ambrosius, quòd † Helena regem adorauit: non lignum: attamen lignum adorauit propter regem: sicut nec clam adorauit naturam. sed etiam gratiam adorauit. Vnde eodem lib. de obitu Theodosii AMBROS. Helena, ut imperatores redimerentur, misit filio suo Constãtino diadema gemmis insignitum, quas pretiosiore ferro innexas crucis redemptionis diuinæ gemma connectant. Misit & frænum: utroque usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaque credentium imperatorum sanctum est, quod super frænum. Ex illo fides, ut persecutio cessaret, deuotio succederet. Sapienter egit Helena, quæ crucem in capite regum leuauit, & locauit ut Christi crux in regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cùm defertur sacræ redemptioni. Bonus itaque clauus Romani Imperatoris, qui totum redegit orbem, ac nefcios principum frontem ut sint prædicatores, qui persecutores esse consueuerant. Rectè in capite clauus, ut ubi sensus est, ibi præsidium. In uertice corona, in manibus fides. Habent coronam de cruce ut fides luceat, habent quoque frænum de cruce, ut potestas regat: sitquè iusta moderatio, nõ iniusta præcatio. Habebãt hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum, ut ad imitationem domini dicatur de Imperatore Romano: Posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso. Ex illo gratulatur ecclesia, erubescit Iudæus. Sequitur. Nos crucifiximus, quem reges adorant, quem non adoramus, ipsi adorant. Ecce & clauus in honore est, & quem ad mortem impressimus, remedium salutis est, atque inuisibili quadam potestate dæmones torquet. Et infrà. Ferro pedum eius reges inclinantur, reges adorant, & Photiniani dignitatem eius negant. Clauum crucis eius in diademate suo præferunt Imperatores, & Arriani potestatem eius imminuunt. Hæc ille. AVCTOR. Quantum gaudium putas Witeleuistarum erat audientium prius dici Helenam adorasse non lignum, sed regem. Non clauum, sed clauo transfixum? Crudelis, & perfida gens tantopere detestans audire crucem honorari, uel clauum, quanto Iudæus, qui crucifixit Christum. Iam igitur audiat illud, qui dicit

Imagines uenerandæ. 2

Damascen.

3 *Crux Christi apparitura in nubibus.*

Amb. To. 3

Scarabeus more clamauit Christus, 4

5

Amb. To. 3

Eusebius.

Longauilla

Esa. 49.

C

cit non adoraturum lignum, sed regem ab Helena: dicere item Helenam sapienter egisse, quæ crucem in capite locauit, ut Christi crux in regibus adoretur. Crux, inquam, quæ in regũ capite ponebatur, crucis lignum sicut & claui, de quo ait: Ferro pedum eius reges inclinantur reges adorant. Quid amplius dici potuit contra Witeleuistas superbos, qui cum impijs Iudæis crucis reliquias uilipẽdunt, quas prædicandi reges adorant? Et addit clauum in honore esse, quem Iudæi impresserunt ad mortem, & esse salutis remedium Christianis, & inuisibili potestate dæmonibus ad torturam, & ipsis regibus corona de cruce, vt potestas regat. Ex isto, inquit Ambrosius, gratulatur ecclesia, erubescit Iudæus: adde, & tristatur noster Witeleuista hæreticus. Sequitur in hoc ipse beatus pater fidem ecclesiasticæ historiæ, quæ qualiter res facta sit, aperit lib. 10. cap. 8. Eusebius. Sic euidenti indicio regina, voti compos effecta, templum mirificum in eo loco, in quo crucem repererat, regia ambitione construxit. Clauos quoque, quibus corpus dominicam fuerat affixum, portat ad filium, quibus ille frænos composuit, quibus uteretur ad bellum, & ex aliis galeam nihilominus belli usibus aptam fertur armasse. Ligni uerò post ipsius salutaris partem detulit filio, partem uerò thecis argenteis deditam dereliquit in loco, quæ etiam nunc in memoriam sollicita uenerationi seruatur. Hæc ille. AVCT. Ecce ligni sancti pars ibi ad memoriam sollicita ueneratione seruatur. Ex residuo autem uerborũ Ambrosij ducit huius rei causam ad Romanos ultimo capitu. super Zachariam, textu, In die erit quod super frænum est sanctum domino. Longauilla Clarauallen. Frænos, inquit, composuit, uel potius ornauit, quibus uteretur ad bellum. Mysticè per frænum sermo Dei accipitur, qui equos, & mulos lasciuientes, id est, carnales, & superbos homines insanientes libidine, refrænat, & coercet à uitiis, & non finit exire per præceps. Tale reuera sanctum est: Nolite sanctum dare canibus. Hæc ille. AVCT. Sic ex beato Ambrosio non sermoni domini tantùm, sed ipsis Christi reliquiis Deus hanc uidetur influxisse uirtutem in eodem loco consequenter de obitu Theodosii, AMBROS. Quæro inquit, quare sanctum super frænum, nisi ut imperatorum insolentiam refrænaret, comprimeret tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhinnirent, q̃ liceret eis adulteria impunè cõmittere: quæ Neronũ, quæ Caligularũ, cæterorũq; probra cõperimus, quibus nonfuit sanctum super frænum? Quid ergo aliud egit Helenæ operatio, ut frænа dirigeret, nisi ut omnibus imperatoribus sancto dicere spiritu uideretur, Nolite fieri sicut equus, & mulus, sed in chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui se non agnoscerẽt reges, ut regerent sibi subditos? Prona enim potestas in uitium ferebatur, & more pecudum uaga sese libidine polluebat. Ignorabant Deum: restrixit eos crux domini, & reuocauit à lapsu impietatis: leuauit oculos eorum, ut Christum in cælo quærerent. Exuerunt se chamo perfidiæ, susceperunt fræna fidei & deuotionis. Inde reliqui principes Christi, præter unum Iulianum, qui salutis suæ reliquit auctorem, dum philosophiæ se dedidit errori: inde Gratianus, & Theodosius. Non ergo mentita est prophetia dicens: Ambulabunt reges in lumine tuo, planè ac maximè Gratianus & Theodosius præ cæteris principes. Hæc ille. AVCTOR. Ex istis facilè potest uideri, quid ecclesiæ patres uolunt, quando Deum solum adorandum dicũt, & angelos, aut homines, reliquias Christi, aut sanctorum imagines à Christianorum adoratione uerbo repellunt. Non dico sensu, & uerbo. Naturas † enim istas intelligunt non colendas, ut fecerunt idololatræ, & dicetur infrà, sed prodiuinis gratiis sunt colendæ. Sic suprà lignum & clauus adoranda non erant, & postmodum adoranda, sic præsepe & loca sancta: sic dixit Augustinus angelos à iustis hominibus adoratos suprà, quos dixit nullatenus adorandos de religione uera. Sic item dixit solum Deum adorandum in cælis, & tamen regem adorandum in teris. libr. de quæstionibus noui & ueteris testamenti ca. 91. AVGVS. Deus nihil stultum decreuit, maximè cùm non liceat nisi Deum adorari, quantò magis in cælis? Rex enim adoratur in terris, quasi uicarius Dei: nam post hanc uicariam impletam dispensationem adoratur in cælis & in terra. Hæc ille. AVCT. Ecce solum Deum adorandum dicit, & tamen regem hominem terrenum adorandum affirmat. Qualiter ergo solum Deum? intantum hoc asserit, ut hominem in Christo citra deum adorandum phibeat AVG. Aut si Deus potentias illas cęlestes, & sanctos angelos, ut hominẽ adorẽt, decreuit, sed absit. Hæc ille. AVC. Absit igit, ut homo ai sumptus adoret, sed nõ absit ut hõ rex terrestris adoretur. Respondebat ad hoc supius: absit ut adoretur seruitute diuina, siue rex, uel itẽ homo assumptus per se conceptus. Adoretur autẽ seruitute debita creatæ gratiæ excellenti. Ipsi ergo debetur honor per excellentiam seruitutũ, sed dominationi humanæ congruæ seruitutis. Vnde libro contra Maximinum post collationem. AVGVSTIN. Exponẽ † nobis, Iesus Christus quomodo sit dominus, qui non trinitatis, sed solus patris asseris esse uocem. Ego sum dominus & non alius præter me. Sequitur. Non. n. agitur

A

B

6

C

7

Aug. To. 4

statim supra

Aug. Contra max. li. 3. ca. 23.

Dominus Christus est et deus. Deu. 6. & Esa. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de domino,quales sunt homines domini homi A tatis,quia & si erret adorans,adoratio falsa nul- 1.Cor.2.
num*suorum,quos apostolus secundùm carnē lius est generis, dicente apostolo: Idolum ni
dominos esse dicit. sed de domino agitur, cui hil est.Hoc ergo debuit iste Witcleuiista præsci
seruitus illa debetur,quæ græcè Latria dicitur, re:quia solus iuxta scripturæ sensum & modum
secundum quàm dictum est,Dominum Deum loquendi ecclesiæ excludit quandoq; rem alte
tuum adorabis,& illi soli seruies.Qui dominus rius generis,non semper omnem rem aliam,
Deus si non est trinitas,sed solus est pater, pro ut solus deus adoretur,ita ut nil aliud p se sicut
hibemur vtique domino Deo tali Christo serui Deus illo genere adorandi: sicut de Iesu Chri-
re in eo quod audiuimus, illi soli seruies. * Sic sto canitur in hymno angelorum: tu solus san-
itaque dictum est,ac si diceretur, Deo patri so- ctus,tu solus dominus:tu solus altissimus, Ie-
li seruies.Qui profectò si solus, & non ipsa tri- su Christe: sed incluso tamen patre & spiritu
nitas dicit, Ego sum dominus,& non est alius sancto illo colendi genere adorando.Item sicut Aug.To.3.
præter me:negauit filium esse dominum talem peritus logicus Avgvs.est ausus scribere in epi circa finem
quali seruitus illa debetur, qua non nisi Deo stola ad Martianum in ordine epistolarum 155 epistole.
cum uera religione seruitur: Non enim dicit, Omnino non est cui alteri præter dominum
Ego sum dominus,maior,aut melior:&non est Christum dicat genus humanum, Te duce si
tantus,ac talis præter me,sed uolens soli sibi ea qua manet sceleris uestigia nostri, Irrita perpe
quæ domino Deo debetur, seruitute seruiri. tua soluent formidine terras. Quod ex Sibylli-
Ego sum,inquit,dominus,& non est alius præ B no carmine se fassus est transtulisse Virgilius:
ter me.Porrò si uox ista,sicut fides catholica di quoniam fortassis etiam illa uates aliquid de
cit,unius Dei est,quæ est ipsa Trinitas, sine ul unico Saluatore in spiritu audierat, quod neces
la dubitatione huic soli seruiendum est ea serui se habuit confiteri. Hæc ille. AVCTOR:
tute,quæ non nisi domino Deo debetur, quia Dicit non esse, cui alteri, præter Christum di
ipse est dominus,& nō est alius præter ipsum. cat hos uersus genus humanum: non putes
Hæc ille. AVCTOR. Hæc audiat Witcleui- excluſisse eum patrem & spiritum sanctum,
sta Guillelmus,& sciat responsum esse frequen quibus est cum Christo unus simplex honor,
ti solutione ad hanc argutiam suam: ne ado- & unus ducatus hominum ad superna. Nisi
rentur creaturæ:quia dominum Deum tuum quia dicit sceleris uestigia nostri, respexerit ad
adorabis,& illi soli seruies. Iungit simul domi opus redemptionis soli filio debitum.
num,& propriam seruitutem,quia ad mensurā
seruitus domino correspondet:Deus autem so
lus dominus est plenus, sine diminutione, nel
atributione ad alium,sic est pater,sic magister.
Sic ergo solus dominus,sicut solus pater, solus
magister,ut canit euangelium:& in 2. libro su-
pra definitum est,ubi agitur de magistris. Sunt
tamen alii in perfectione magistri, & alii pa- C
tres,ita ergo alii domini,& aliæ seruitutes. sed
solus Deus est adorandus,inquit, secūdùm Au
gustinum in Enchiridio: immo solus Deus est
colendus,ut ibi dicit,& tamen homo colendus
& terra colenda. 10.de ciuitate. Soli Deo ho-
nor,& gloria:nosti quis dicit. Et iterum dictū
nosti gloria,honor,pax omni operanti bonum
Iudæo primùm,& Græco. Et iterum, Honora
patrem tuum,& matrem tuam. Sed honor iste
congruus creaturæ:honor ille solam condecēs
deitatem.Breuiter dico: dominatio, adoratio,
magisterium,paternitas,cultus, honor, gloria, 1
laus,seruitus,sicut entitas & bonitas, sanctitas
& magnitudo, & quotquot talia dicantur de 2
Deo,idem nomen habent,sed ut Dei sunt,lon-
gè sunt alterius,& omnino disparis rationis:ve
lut calor ignis & si infinitè crescat, non potest 3
calorem infinitum attingere. Ita nec adorario
hominis in adorationem parilem crescere dei-

Ose.13. *seruorū. 1.cor.7. 1.Tim.6 Deut.6.

*In Aug. legitur, si ita dictū est, ac si diceretur deo patri &c.

Matt. 23.

1.Tim.1. Ro.1 Exo. 20.

DE CANONIZANDIS
id est, catalogo ascribendis sanctis.

Titu. XIIII.

¶DE CANONIZATIONE rectè fienda per testes, per iudicem competentem, & per miracula. C. CXXII.

SVMMA.

Sanctorum primus, & præcipuus honor quis sit. 1

Witcleff,qui negat rectè canonizationem fiendā per testes,per iudicem competentem,& per miracula,confutatur. 2

Christi canonizatio per Petrum. 3

PRIMVS

1 PRIMVS† & præcipuus ho A quòd usque ad mortem fuit hypocrita,& præsci
nor sanctorum, est sanctos tus. Falleris Witcleff contra suppositum pro-
uelle cognoscere, & canoni prium de notitia ueritatis canonizandi detecta
cè cognitos, fidelium popu Papæ fideliter sine mendacio.repugnat nanq;,
lis prædicare colendos: qđ quòd conuersatio sancti fuit facta detectaque
ne fiat obuiat Satā in Wit usque ad notitiam ueritatis fideliter,& sine mē
cleff,obstruens omnes vias dacio papæ:& quòd ille datus usque ad mortē
p quas in hac vita de venerādis sanctis posset ha fuit hypocryta & præscitus. Hæc tamen sic si-
beri notitia.Primū cōtra iudicem cognitorem, mul catenasti per copulas, dominus noster te-
deinde contra deponentes testes de uita: & itē stimonium ethnicorum efficax esse decreuit ad
de miraculis ca.illo 30.trialogi.Videtur multis probandum uirum gentilem dignum apostolis
q̄ curia ista sic canonizans sanctos,blasphemię suis,& tu probatissimorum fidelium testimo-
præsumit crimen: cum subducta reuelatione, nium dicis nihil probare pro inferioribus san-
tam planè ignorat, ut Ioannes Presbyter, uel ctis suis.Christus ipse dicit.Matth.10. In quā-
Soldanus: & certum est, q̄ testium depositio cunque ciuitatem, aut castellum intraueritis,
quantum ad propositum,nihil probat cum sup interrogate quis in ea dignus sit,& ibi manete.
posita ueritatis notitia canonizandi, ac detecta Vbi in commentario HIERON.Super ordina Hier.To.9
Papæ fideliter sine mendacio,quod rarò,uel nū tione episcopi, & diaconi Paulus loquitur: o- 1.Tim.3.
quàm euenit. Adhuc de episcopo quantum ad portet autem & testimonium eos habere bonū
propositum nihil probat cum supposita uerita ab his,qui foris sunt.Ipsi uerò nouam introcun
te:quia sententia alterius iudicis sententiantis B tes urbem,scire non poterant quis qualis esset:
secundùm allegata & probata: qui iudex foret ergo fama hospes eligendus est populi,& iudi- *prædica
mundo magis authenticus,tantum probaret,si cio uicinorum, ne*prædicatoris dignitas susci- tionis.
cut Papæ sententia in hac parte: tamen etiam pientis infamia deturpetur..Hæc ille. AVCT.
quia horum deponentium testimonium pro- Et qualiter eligendus est hospes apostolorum
bat ad maximum, quòd dati sancti conuersatio fama populi, & iudicio uicinorum infidelium
fuit talis:& cum hoc stat,quòd usque ad mortē paganorum,si in proposito nihil probet his ma
fuit hypocrita, & præscitus.Quæ ergo præsum ximè,qui introcuntes ciuitatem scire non pote
ptio superallegata,& probata,confirmare,& ca rant quis qualis esset plusquam Presbyter Ioan
nonizare potest,quod talis in patria stit beatus? nes,uel Soldanus?Sed in hoc ipso noueris Chri
2 Hæc Witcleff. AVCTOR. Videte † per proces stum approbasse legem illam ueterem naturæ,
sum,quàm dignè euangelicus doctor iste dica- q̄ in ore duorum uel trium stabit omne uerbū Deut.19.
tur,ubi sunt uerba eius euangelica? ubi scriptu hoc apud omnes homines iussu Christi probat
ræ apostolicæ?Istæ ne sint stipulæ eius authen- epiſcopos & Leuitas,hoc probat hospites apo
cæ quibus obediat omnis mundus? De isto di- stolorum,hoc ciues sanctorum, & domesticos
Prouer.26 cit sapiens.Quomodo si argento sordidū orna Dei,etiam dico quamuis pagani deponant bo-
re uelis uas fictile,sic labia tumentia cum pessi na fide penes iudicē ecclesiasticum;quòd om-
mo corde sociata.Prouerb.26.Sordida ista sen C nino requirebatur in ordinandis ministris, & Matt.10.
tentia sua in uerbis uanis,& tortis,& sibiipsi re hospitibus eligendis, Christo dicente aposto-
pugnantibus uas fictile ornat suis sophistis, lis.Interrogate uos quis in ea dignus sit. Hæc
quæ circumspectis uiris cum totum se probas- quamuis non sit scientia analectica,aut demon
se putauerit,nihil probat. Videte stultitiam pri strativa,sufficiens tamen est ad fideliter sanctū
mò, quòd supponit reuelationem in processu celebrandum. Vnde & libro de fide resurre-
subductam,ubi totius processus sollicitudo est, ctionis uersus medium AMBROS.Morte mar- Amb.To.3
ut reuelatio habeatur tàm diuinitùs per iuges tyrum religio defensa, cumulata fides ecclesia
preces,& ieiunia,quàm item humanitùs per te roborata est: uicerunt mortui, uicti persecuto
stes.Et testium inquit depositio ad propositum res sunt,Itaq; quorū uitā nescimus, horū mor
nihil probat.Quomodo hoc?Quia sententia al tem celebramus. Vnde & Dauid prophetice
terius iudicis tantum probat, quantum Papæ. gloriatur in suæ mētis excessu:pretiosa,inquit, Psal. 115
Dicatur quòd ratio eius nihil proficit, quia cui in cōspectu domini mors sanctorū eius. Mortē
dentia alterius arguentis tantum proficit, quā mauult præferre,quàm uitam. Hæc ille. AVC.
tum ipsius.Quis tales non ridet argutias in re Ecce qui tot ponere paratus es scrupulosas am
tanti ponderis,& tam robustæ auctoritatis in bages in canonizatione martyris, ut nunquam
Christi ecclesia?Et iterum. Tale testimonium sciat iudex definire de sancto, Ambrosius tibi
deponentium probat ad maximum, quòd dati liberè dicit,quorum uitam nescimus,horū mor
sancti conuersatio fuit talis. Et cum hoc stat, tem celebramus.Nescimus,cum Witcleff, quā

uis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis fide scimus. Hoc est scire fidelium, qualiter apostolus bona fide dicit se scire, quòd gaudiũ suum de annuntiatione Christi per occasionẽ, uel per ueritatem proueniret sibi in salutẽ per orationem populi Philippensis habens spem, q̃ non confunderetur in vllo. Philip. 1. Hæc non est scientia à principiis posteriorum potissimè demonstrata, sed est de qua dicit apostolus, Nõ me iudicaui aliquid scire inter uos nisi Christũ Iesum, & iterum. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscõdita est, quam nemo principum huius seculi cognouit. 1. Corinth. 2. Secundum hanc scientiam, & sapientiam fidei iudicat Papa iudicio Dei, quis est sanctus. Accusatores audiuntur, si sint defensores locum habent. Testes non nisi diguissimi fide sub diligenti examinatione limatas & bene purgatas ueritates exponunt. Quid uis amplius, ut sciat iudex in differendo iudiciũ? Iudicium Dei esse pronuntiat Origenes, quod hoc ritu procedit, expositione epistolæ ad Romanos lib. 2. ORIGENES. Rectum iudicium esse Dei quis dubitet, ubi accusatores, & defensores adhibentur, & testes? Et quidem de hoc iusto Dei iudicio nos homines capiamus exemplum, nec putemus vnquàm sine accusante, & defendente, & testibus iustum haberi iudicium. Hæc ille. AVCTOR. Si tale sit iudicium Dei: non nisi ex parte perditorum est, qui huic diffidit. Qualiter iudicauit Arrianos hæreticos purgando iudicium suum de transferendo sanctos Geruasiũ & Pthasiũ per ueridicos testes, & miracula patula, tractat. 3. de eiusdẽ AMBROSI. Quid aliud hoc biduo, nisi uerbum Dei intimo eructastis affectu, & scientiam nos habere fidei probauistis? Cui tamen celebritati nostræ qui solent, inuident, & quia celebritatem nostram inuidis animis referre non possunt, tantum celebritates oderunt, atque intantum amentiæ prodeunt, ut negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Siquidem tanta est incredulorum perfidia, ut toleribilior sit diaboli plærunque confessio. Dicebat enim diabolus: Iesu fili Dei uiui, quid uenisti ante tẽpus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipsi tamen Dei filium denegabant. Et nunc auditis clamantes dæmones, & confitentes martyribus, quòd pœnas ferre non possint, dicentes, Quid uenistis, ut nos tàm grauiter deleatis? Et Arriani dicunt. Non illi martyres: nec diabolũ torquere possunt, nec aliquem liberare, cum tormenta dæmonum, ipsorum uoce probentur, & beneficia martyrum remediis sanctorum & absolutorum iudiciis declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille sanatum se nõ negat. Ideo dicit, uideo qui non uidebam. Ille dicit, cæcus esse desij, & probat facto. Isti beneficium negãt, qui factum negare non possunt. Notus homo est publicus, cum ualeret mãcipatus obsequiis, Seuerus uomine, lanius ministerio, deposuerat officium postquàm inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis. Eos iudices suæ uisionis accersit, quos habebat testes, & arbitros cæcitatis. Clamat, quòd ut cõtigit fimbriam de uestе martyrum, qua sacræ reliquiæ uestiuntur, redditum sibi lumen sit. Nonne simul illud est, quod in euangelio legimus? Vnius enim potentiam laudamus auctoris, nec interest utrum opus sit, an munus: cũ & muneretur in opere, & in munere. Quod enim aliis faciendum donauerit, in hoc aliorum opere nomen eius operatur. Legimus ergo in euangelio Iudæos cum uiderent in illo loco sanitatis remedium requisisse parentum testimonium, & interrogant, quomodo uidet filius uester? cum ille diceret, cæcus cùm essem, modò uideo. Interrogate alios, si mihi non creditis. Interrogate extraneos, ne obstipulari mihi parentes putetis. Detestabilior est istorum, quàm Iudæorum pertinacia. Illi cùm dubitarent uel parentes interrogabant: isti occultè interrogant, palàm negant iam non operibus increduli, sed auctori. Hæc ille. AVCTOR. Quid aliud damnat Ambrosius in toto processu, nisi Arrianorum perfidiã, & in omni uerbo ipsam eandem Witeleuistarum duritiam? Vident miracula, testes audiunt, gesta considerant: & adhuc inuidia crepitans cor eorum magis elegit Dei opera tribuere Beelzebub, quàm conuenire cum sanctis. Pater Ambrosius accersiuit iudicio suo uidente de cæco, & adhuc super illo arbitros cæcitatis, sed Arriani, & Witeleuiste, obsistunt increduli, dicentes, nec Papam habere scientiam de sancto, nec sanctum Ambrosium, quia nullus Witeleuista falsus testis accedit. Ambrosio autem credant fideles populos sciuisse confirmat. Scientiam, inquit, uos habere probauistis fidei, quia pię credebant intestes fideles, non tàm operum, quàm sanctæ uitæ, & post testes in iudicẽ. Hoc est enim quod dicit psal. Testimonium Israel ad confitendum nomini tuo. In quem locum CASSIODORVS. Testimonium Israel, id est, qui testimonium præbeant sanctitati, & sunt probatio eorum, qui Deum uident. Testimonium enim confirmationem præstat ignorantibus, ut credant esse reuera Dei famulos, qui uiderint beatos uiros actuum probitate conspicuos. Nam ut hoc non haberes ambiguum, subiecit, ad confitendum nomini tuo. Ad confitendum

Orige. To. 2

Amb. To. 3.

Matt. 8.

Luc. 18.

Psal. 121.

Cassiod.

tendum enim dicit ad laudandum, quia cum Angelis omnes sancti laudes Domini deuotissimè celebrabant. Hæc ille. AVCTOR. Testimonium ecce præbere sanctitati aliquorum, est probatio eorũ, qui scilicet sancti sunt & iam præsenter uident Deum. Quomodo ergo insensatus iste dixit, q̃ testes nihil probãt? Et subdit, q̃ hoc testimonium præstat confirmationem ignorantibus. Putà iudicibus, vt credant reuera esse Dei famulos, quos in uerbis testium uident beatos uiros esse actuum probitate conspicuos. Qualiter hoc si nihil probent? probant ergo ita ut iudices sciant, qui prius ne scii fuerant: sed cum hoc stat, inquit, quòd sit hypocrita, & præscitus. Latior difficultas ex his uerbis se offert de illis, qui inter sanctos memoriam habent in ecclesiis: & tamen de quibusdã eorum improbis actibus, & etiam inhonesta morte historiæ eorum non tacent. Sicut de superbia Buccij, & aliis. Sed huic satisfacit ambiguo primo de ciuitate Dei. ca. 26. AVGVSTINVS. Sed quædam inquiunt sanctæ fœminæ tempore persecutionis vt insectatores suæ pudicitiæ deuitarent, in rapturum, atque necatarum se fluiuum proiecerunt, eoque modo defunctæ sunt, earumque martyria in ecclesia catholica, ueneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audeo iudicare. Vtrũ enim ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut eorum memoriam sic honorent, diuina persuaserit auctoritas, nescio, & fieri potest ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus deceptæ, sed diuinitus iussæ, non errantes sed obedientes, sicut de Sanson aliud nobis fas non est credere. Cùm autem Deus iubet, seque iubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen uocet? quis obsequium pietatis accusет? Hęc ille. AVCTOR. Non paruã auctoritatem reputat Augustinus fidem dignorum testium, qui poterunt diuina quadam auctoritate persuadere ecclesiæ, quòd hæc ipsa, quæ putamus absurda, iusserit Deus sanctis suis. Vnde cò magis sunt eorum memoriæ recolendæ celebriter, quò obedientiam pietatis nulli sit licitum ut accusет. Si esset catholicus Witeleff, si filius pacis ecclesiæ, non supponeret p̃scitos esse, quos canonizat ecclesia. Sed magis insipidum, & maleficiatum cerebrum suum cũ Augustino submitteret: de his inquiente: nihil audeo temerè iudicare, sed in partem bonã retorquere parabolam. Et tunc concludit. Quæ ergo præsumptio, super allegata, & probata, & confirmata canonizare, quod talis in patria sit beatus? AVCT. Rñdeo, quòd præsumptio bonę fidei, si cętera sint allegata, & probata: quia mendosa allegari non possunt, etiam quamuis homini seducto probata credantur, si sint, sed ergo ueritas doceatur hoc: primò quòd contra iudicem tentat, quia sententia, inquit, alterius iudicis, qui mundo esset magis authenticus tantum probaret, quantum sententia Papæ in hac parte. Quamuis iudex iste sit, siue angelus, siue Christus non hic definit. Sed fortè supponit ac supputat unum cum magistro suo Guillelmo, dicente, quòd canonizatio sanctorum, seu ueneratio pertinere debet concilio generali Christi fidelium tantum, quia sic, inquit, Gregorius quartus ex assensu Lodirici imperatoris, & omnium sanctorum episcoporum instituit, ut festum omnium sanctorum celebraretur. Et quæri posset à Guillelmo, utrum semper à primitiuis suis hoc obseruauit ecclesia. Et iterum, si rex cum episcopis faciat plenarium generale concilium. Tertiò quærit, an hoc sit canonizare sanctum, quod est statuere diem esse solemnem. Quartò item, si definire de meritis uariis mortuorum pertineat soli cõcilio generali: quo contra dicit libro de ecclesiastica Hierarchia cap. 7. DIONY. De dicta oratione, q̃ Hierarcha orat dormicti nobis aduenię te nobis de diuinorũ p̃ceptorũ traditiõe dicere necessariũ reor. litera Themæ intelligibilius habet. Quod autem de dicta oratione episcopi super defunctum nobis tradiderunt, dicere debemus. Episcopus secundum scripturam manifestatiuus est diuinorum iudiciorum. Iuxta illud, Angelus domini exercituum est. Didicit ergo episcopus ex sacra scriptura ex his, qui sanctè uixerunt clarissima & diuina uita dignè à regibus iustissimis retribuitur diuina clementia supportante maculas per humanam infirmitatem contractas, quia nullus (ut dicit scriptura) mundus est à macula. Hæc igitur nouit episcopus in scripturis promissa, & postulat eadẽ fieri, & dari his, qui sanctè uixerunt, sanctus retributiones, in hoc à Deo confortatus benignitate, quòd aliorum dona sicut proprias gratias petit. Et in eo quòd ipse scicns has promissiones futuras, præsentibus manifestat, quòd ea, quæ ipse petit, secundùm attestationes scripturarum omnino fient his, qui in sancta conuersatione decedunt. Episcopus autem recitator est diuinæ iustitiæ, nec postularet, nisi Deo placita & Deo promissa: propter quod & his, qui in mundo moriuntur, non ista postulat: non quia solum id faciendo diuinæ recitationis ordinem peruerteret, & opus aliquod Hierarchicum sine diuino instinctu præsumptuosè exerceret: sed quia iniustæ orationis effectum non consequeretur audiens sacram scripturam, petitis, & non accipitis, eo q̃ malè petatis. Episcopus autem, qui petit à Deo quæ Deus promisit

Dionysius.

Malach. 2.

Iob 27. secundũ lxx

Iacob. 4.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& diligit, & omnino donabit proprium bonũ affectum ostendens Deo bonorum auctori, & his,qui ibi præsentes sunt, manifestans retributiones,quæ fiunt sanctis.Hæc ille. AVCTOR. Hæc est traditio apostolorum: hæc ante argutias Witeleff & Guillelmi norma fuit ecclesię. Quod apostoli,inquit,nobis tradiderunt, dicemus,primò ꝙ auctoritate scripturæ sacræ episcopus est manifestator diuini iudicii,qui ex eisdem scripturis accipit quam retributionem Deus est tacturus sanctè uiuentibus, & qualiter supportabit infirmitates humanas,quia nullus est mundus à sorde.Pro eis ergo postulabit bona fide,sciens promissiones Dei non posse deficere his,qui in sancta conuersatione decedunt.Pro execratis autem non deprecabitur, & pro his,qui turpi uita decedunt non solum ne diuinũ puertere conetur iudicium, sed & quia iniustæ orationis non consequetur effectum. Ideo sine trepidatione confidit ecclesia, quòd episcopus petit,& iudicat circa mortuos, quæ sola Deo sunt placita,ostendens hominum zelum Deo auctori bonorum, & toti populo ibi præsenti retributiones diuinas, quæ fiunt sanctis,si iuxta scripturas sacras & fidem ecclesiæ hoc donetur episcopo ad tantum iudicare de mortuis,ut possit ex his,quæ sibi constant, certificare præsentes de retributione diuina fienda sanctis in gloria pro sancta conuersatione sua,quid impediet episcopum, ne canonicè inquirat de uita diutina talis sancti,ut pleniorem trahat notitiam:& si eam inuenerit sanctorum cultu dignam,auctoritate episcopali confidenter exprimere sanctum Dei plebibus uenerandum ? Et si omnis episcopus hoc habet iuris, quid maximè facere poterit episcoporum episcopus? Mortua Thabita, quis apostolorum quæritur, nisi Petrus à Ioppe, non ad suscitandum dormientem sanctam, sed ad cognoscendum de vita & conuersatione defunctæ, qualiter eleemosynis & bonis operibus plena, merita esset, ut benè digna haberetur in ecclesia sanctorum consortio?Actuum.9. Et hoc ad testimonium fidelium fecerat sanctus Petrus. Vnde super Ioannem Mora. 85. CHRYSOSTO. Si enim memoria mirabilium uirorum defunctorum proficit uiuentibus,Expio,ait, ciuitatẽ hanc propter me,& propter Dauid puerũ meũ, multò magis eleemosyna hoc operabitur, hæc enim &mortuos suscitauit,quum circunstabãt uiduæ,ostendentes quid fecit cum eis existens Dorcas.Hæc ille. AVCTOR. Et post resurrectionem Christi sanctus Petrus primò omnium testificationes apostolorum super vita & conuersatione Christi, & demum resurrectione eius à mortuis promulgauit in plebibus definiens cum sanctum domini,& omni instãtia colendum,& hominibus singulis adorandũ. Viri,inquit,Israelitæ audite uerba hæc, Iesum Nazarenum uirum approbatum a Deo in nobis uirtutibus, prodigiis, & signis, quę fecit Deus in medio uestri,sicut uos scitis. Et infrà. Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus, dextera igitur Dei exaltatus &c. Actuum 2.Quid erat hoc minus, quàm canonizatio Christi Iesu, id est sanctificatio conuersationis & operum Christi,iuxta regulas canonicę scripturę,ad prouocandum populum in cultum eius?Et capi. 3.idem Petrus: Deus Abraham,Deus Isaac,& Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem tradidistis, & negastis. Sequitur.Quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius hunc,quem uos uidetis, & nostis, confirmauit nomen eius,& fides,quę per eum est,dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Actuum.3.Et in hoc item Petrus sententiam dedit sanctificationis nominis Christi, tã per testes operum eius,quàm item per miraculum.Cuius sanctificationis Christi ipsos eosdẽ fideles,ut Christum sanctum colant, & prędicent,ammonet postea,dicens. Dominum autẽ Christum sanctificate in cordibus uestris. primę Petri tertio.Et hos item testes producit paulus in sua pronuntiatione Christum dominum sanctificãdo in Antiochia:Deus, inquiens, suscitauit eum a mortuis tertia die, qui uisus est dies multos his,qui simul ascenderunt cum eo de Galilea in Hierusalem,qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. Actuum. 13.Sic ab initio Deus ipse uoluit per maiores plebis, & maximè sacerdotes effici sanctus, id est taliter nuntiari, & sic sanctificari coram plebe. Numer. uigesimo. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis populos hos .Sic itaque pater sanctificauit filium suũ Christũ, quem pater sanctificauit , inquit, & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemat. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Ioannis decimo.

Chr. To.3

4.Reg. 19. & Esa.37. Ac.9

Christum canonizat Petrus.

¶QVOD IN FORMA CHRISTI canonizantur sancti eius, per testes uitę. Cap. CXXIII.

SVMMA.

Stephani Canonizatio.
Cornelij Papæ, & martyris uirtus describitur.

3 Theodosius princeps augustæ memoriæ ab Ambrosio sanctus enuntiatur.

Stephani canonizatio.

Aug.To.x. In serm. de sanctis ser. 3.qui scipit Deneſ mlos D eus an ta dicere &c.

Luc.23.

Act.7.

Io.10.

Io.1.

TIT. XIIII. DE SANCTIS CANONIZANDIS. 228

TOC eodem modo sanctificatur Deus in sanctis suis,quo sanctificatur in se per testes uitæ,& operum, & signorum, pronuntiatione tamen apostolica.Vnde dominus per os prophetæ. Sanctificabor in eis coram gentibus, & habitabunt in terra sua.Ezechie.28.Audite † qualiter sanctificatus est Stephanus,& canonizatus in scripturis. Primò testificatio fit de sanctimonia uitæ eius, ubi elegerunt Stephanum plenum fide & spiritu sancto, demum quomodo operatus est signa publica,dicendo, quòd Stephanus plenus gratia,& fortitudine,faciebat signa, & prodigia magna in populo. Cuius facies in concilio uisa est tanquam angeli:& quomodo sub confessione nominis Christi, uidens ad dexteram patris, cuius imitator factus est, pro persecutoribus orans,migrauit ad Christum. Act.6.&.7.Attende testimonium,& nonne totum ad hoc pergit, quòd ex synceritate uitæ, & claritate signorum credi debet esse cum Christo? & in hac summa tota inquisitio ecclesiæ quiescit:quam plene colligit in sermone de eodem, parte tertia sermonum,sermone.21.AVGVSTIN. Audiuimus, & audiuistis, non sunt uerba multa necessaria, quia audistis:hoc tantum exhortãdam uideo charitatem uestram,& ædificandam,ut sciatis sanctum Stephanum honorem Christi quæsisse, ut sciatis sanctum martyrem Christi testem fuisse, ut eum sciatis tanta nunc miracula in nomine Christi fecisse. Sequitur. Videte cui animam suam commendauerit. Ecce,inquit, uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei. Vidit Christum,confitens Christũ, moriturus pro Christo,perrecturus ad Christũ. Dominus pro inimicis suis in cruce pendens ait: Pater ignosce illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Stephanus sub lapidibus genu flexo ait:Domine,ne statuas illic hoc peccatum. Secutus est uestigia pastoris ouis. Bonus agnus secutus est agnum,cuius sanguis tulit mundi peccatum. Et infrà. Quomodo non potsit iste ibi esse, vbi erat quem imitatus est? triumphauit, coronatus est. Hæc ille. AVCT. Vide quid fidenter concludit, quidve definit episcopus.Triumphauit, coronatus est. Vnde hoc?Quomodo,ait, possit ibi non esse, ubi erat quem imitatus est? Sed restat docere qualiter imitatus est Christum, ut sic credere possimus eum esse cum Christo.Imitatus est uita, inquit, quærens in omnibus honorem Christi, plenus fide & spiritu sancto, plenus gratia & fortitudine:quod probant testes,& examinata miracula. Morte tenus imitatus est Christum: cuius item testes sunt uiri illi timorati,qui curauerunt Stephanum humandum.i.funus eius fecerunt,plãctum magnum facientes super eum.Actu.8.Testes probi sunt,quia timorati.Hoc totum facio diligentiùs, ut sciat Witit. quantum ecclesia nostra conuenit cum scripturis,dum conatur canonizare sanctos maiores, eisdem.s.utens mediis, & eadem inquisitione in forma, eo quòd ipse dicit in sæpe dicto.30.trialogi.3. si ad acuendum, deuotionem uestram beatos aliquos adoremus uidetur quòd dereliquendo ambiguum illos adorare debemus,quos fides scripturæ & sic dominus canonizat.Hæc Witeleff. AVCT.Concedit ergo canonizationem sanctorum in scripturis in facto dominico. Reuera nullum sanctum in specie canonizat scriptura de nouis,nisi Deum sanctum , & Christum sanctum, quia nullum definit hominem per se colendum.Cuius ratio est sicut dicit Augustinus.ut in toto testamento ueteri coleretur Deus,ad quod uix trahere poterat populum ut reuocaretur ab idolis.In nouo testamento tota sollicitudo est,ut colatur Christus.Interim ergo dimittantur martyres,inquit,ut colatur Deus,quia in breui uenerabitur corpus capite coronato. Ibi omnis difficultas, ibi omnis contentio,ut infrà dicetur.Scripturis ergo sanctis utriusque paginæ de sanctis Dei testimonium redditur, quod est ad eorum sanctificationem in terra præambulum. Testimoniũ, inquit,uitæ,& signorum. Quod si plenè consequatur ecclesia,qualiter errat in iudicio? Aut uis ut modo non liceat, quæ tunc licebant,fides purà Christi de sanctis,inquirere, ipsa scriptura iubente? Congregate illi sanctos eius in moribus, congregate de signis: quia quanuis martyres Christi sint,inquirendi de uita, & fide, ne propter improbitatem morum occultè fatiscant in pœnis. Qualiter li.4.Ecclesiasticæ historiæ cap.14.de quodam Phryge dicit Eusebius. Cum ad exclamationem grauis perturbatio fieret,Corinthium quendam natione Phrygem nuper de suis regionibus aduentare accidit,qui primò quidem bestias, cæteraque tormenta sponte laecsisse dicitur: deinde fractis animis cedere, ad ultimum etiam segnitia fidẽ perdere. Quæ res eum ad martyrium procacia potiùs,& temeritate,quàm deuotione prosiluisse declarat. Ipse nanque se iudiciis ingesserat. Virtus itaque exemplum cuidens omnibus dedit cautiùs in rebus talibus & circũspectius agẽdum,quia non temeritas,sed fides,& modestia coronantur.Hæc ille. AVCTOR. Deuotio igitur uitæ, & morum antecedens tormenta quærenda est in martyre, quanuis paritas sit in causa certandi,ne morum fœditas, Dei causam

Aug.To.x. In serm. de sanctis ser. 3.qui scipit Deneſ mlos D eus an ta dicere &c.

Psal.49.

Euse.8.

obumbret

Universidad de Deusto
Biblioteca

obumbret in affectibus honestorum. Hancigi
tur sanctæ conuersationis notam conformiter
ad scripturas interserit actis suis circa solemni
tatem sanctorum martyrũ Geruasii & Protha-
sij tractatu 2. Beatus AMBROS. Aspicite ad
dexteram meam, aspicite ad sinistram reliquias
sacrosanctas. Videtis cœlestis conuersationis,
uidetis uiros spectantes animi sublimis tro-
phæa. Isti sunt cœli, qui enarrant gloriam Dei,
hæc opera manuum eius, quæ annuntiat firma
mentum. Non enim eos sæcularis illecebra, sed
diuini operis gloria ad firmamentum sacratissi
mę passionis euexit. Multoque ante morum
uirtutumque documentis annuntiauit in
his martyrium, qꝑ aduersus lubricum seculi huius
stabiles permanserunt. Cœlum erat Paulus, qui
ait, Nostra autem conuersatio est in cœlis. Cœ
li erant Iacobus & Ioãnes, deniq; filii tonitrui
nuntiabantur, & ideo quasi cœlum Ioannes,
quia uerbum apud Deum uidit. Ipse dominus
Iesus perpetui luminis erat cœlum, cum enar-
raret Dei gloriam, sed eam, quam nemo ante
aspexerat: & ideo dicit Ioan. 1. Deum nemo ui-
dit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in si
nu patris. Hæc ille. AVCTOR. Ab hac paginã
suam inchoat sanctus pater sanctos martyres
dedicaturus in terris. A uita, à moribus, à sancta
conuersatione, quos futuros Christi certatores
diceret, & deuoti populi defensores. Non, in-
quit, eos secularis illecebra, sed diuini operis
gloria ad firmamentum sacratissimæ passionis
euexit. Sic canonizari cœpit Stephanus in scri-
pturis, qꝑ plenum eum afferunt spiritu sancto,
& gratia domini, antequam de passione tracte
tur. Et hic Ambrosius. Multo, inquit, antè mo
rum uirtutumque documentis annuntiauit in
his martyrium, qꝑ aduersus lubricum huius se-
culi stabiles permanserunt. Quo dicto ad eorũ
certandi modum accedit subinferens AMBRO.
Dies dici eructat uerbum. Ecce uerè dies, quos
nulla caligo noctis interpollat. Ecce uerè dies
pleni luminis, & fulgoris æterni, qui non per-
functorio sermone uerbum Dei, sed intimo
corde eructarunt, in confessione constantes, in
martyrio perseuerantes. Hæc ille. AVG. Imita-
tur planè formam scripturæ, quæ sic item subin
fert de Stephano, qꝑ omnes de synagoga dispu-
tabant cum Stephano, nec poterant resistere sa
pientiæ & spiritui, qui loquebatur in eo, & in-
ter lapidantium ictus: Domine, inquit, Iesu ac
cipe spiritu meum: & obdormiuit in domino.
Vbi ergo forma scripturæ seruatur, & ordo, cur
non eundem speremus euentum? An non si mo
dò iustè uiuat homo eandem ueniam habebit,
quam scripturæ loquuntur de suis? Cur igitur
non eãdẽ gloriã in cœlis, & eandẽ manifestatio

Amb.To.3

Psal.18.

Philip.3.

A nem in terris: ubi identitas est processus & ordi
nis? Sanctus pater Ioannes Chrysostomus aude
bat hoc modo sanctos probare, libro de repara-
tione lapsi post principium CHRYSOSTOMVS. *Chrisost.*
Scio enim plures, & nostris temporibus, & à
maiorum memoria lapsos ab itinere recto, & *Matt.8.*
præcipitatos ab ingressu uiæ angustæ, & ita re- *Luc.13.*
paratos rursus esse, ut posterioribus priora trã
sierint, atque ad palmam peruenerint, & coro-
nam, numeroque rursus & choro inscripti cre-
dantur esse sanctorum. Hæc ille. AVCTOR.
Responsum est Witcleff, suspicanti de tali san
cto, qui fuerit usque ad mortem hypocrita, &
præscitus. Chrysostomus dicit se scire plures ex
perientia sui temporis, & testimonio sanctorũ
post lapsum ita reparatos, ut numero, & choro
sanctorum credantur adscripti. Hæc est testifi-
catio bonæ fidei, hæc depositio orthodoxa pro
sancto. Sic contra detractores sanctum corne-
lium, sanctum Dei martyrem in epistola ad *An Cyprian.*
B tonianum probat CYPRIA. Factus† est Cor *Cornelius pa*
2 nelius episcopus de christi & Dei eius iudicio, *pa & mar*
de clericorum penè omnium testimonio, de ple *tiris virtus*
bis, quæ tunc affuit, suffragio, de sacerdotũ anti
quorum, & bonorum uirorum collegio, cùm ne
mo ante eum factus esset: cum Fabiani locus es
set, cum locus Petri, & locus cathedræ uacaret.
Quo occupato, & de Dei uoluntate, atque om
nium nostrum consensione firmato, quisquis
iam episcopus fieri uoluerit, foris fiat necesse
est, nec habeat ecclesiasticam ordinationẽ, qui
ecclesiæ non tenet *ueritatem. Sequitur. Tunc *unitatẽ.*
deinde post episcopatum non ex ambitu, nec
extortu, sed de dei, qui sacerdotes facit, uolunta
te sic susceptum, quanta in ipso suscepto episco
patu suo uirtus, quantum robur animi, qualis
firmitas fidei? Quod nos simplici corde, & per-
spicere, & laudare debemus sedisse intrepidum
C Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, quo
tyrannus infestus dei sacerdotibus fanda, atque
infanda comminaretur: cùm multò patientius,
& tolerantius audire leuari aduersum se æmu-
lum principem, quàm constitui Romæ dei sa-
cerdotem. Nonne is frater summæ uirtutis & si
dei testimonio prędicandus est? Nonne inter
glorioſos confessores, & martyres deputandus
est, qui tantum temporis sedit expectans corpo
ris sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores:
qui cornelium aduersus edicta feralia resisten-
tem, & minas, & cruciatus, & tormenta, fidei
uigore, calcantem, uel gladio inuaderent, uel
crucifigerent, uel torreret igni, uel quolibet in
audito genere pœnarum uiscera eius, & mẽbra
lacerarent? Etiam si maiestas domini protegẽ-
tis, & bonitas sacerdotem quem fieri uoluit, fa
ctum quoque protexit: tamen cornelius quan

tu n

Psal.44.

tum ad eius deuotionem pertineret & timorem
passus est quicquid pati potuit, & tyrannum ar-
mis & bello postmodum uictum prius suo sacer
dotio uicit. AVCT. Quàm sano, q̃ inexpugna-
bili processu, profectum, & constantiam descri-
bit Papæ Cornelii, quibus eum probat inter cõ
fessores dei, & glorioſos martyres collocandum
& semper uicisse dicit tyrannum priùs sacerdo-
tio, quẽ post uicit martyrio. Et tamen tales (qua
les nũc sunt Witcleuistæ) detractores uitæ suæ
morumque item morte tolerata sustinuit. Ideo
subiungit CYPR. Quòd aũt quædam de illo
inhonesta & maligna iactantur, nolo mireris,
cum sciας sp hoc esse opus diaboli, ut seruos dei
mendacio laceret, ut opinionibus falsis glorio-
sum nomen infamet, ut qui conscientiæ suæ clã
rescunt, alienis rumoribus sordidentur. Hęc il-
le. AVCT. Suspicientur igitur hęretici contrã
sanctos, dicant clam esse hypocritas, processus
ambulat sano pede definitione patrum, postq̃
inquisitio recta sanctos reddiderit. Nec timẽt
B sanctos asserere, postquam sanctos inuenerint,
2 sed palam enuntiant. Sicut ſitem cõstat de prin
cipe Theodosio in li. de eius obitu, Dicente AM
BR. Conuertere anima mea in requiem tuam: ī
quam festinauit intrare Theodosius, atque in-
gredi ciuitatem Hierusalem, de qua dictum est.
Et reges terræ ferent gloriam tuam in illam. Se
quitur. Absolutus igitur dubio certamine, frui-
tur nunc augustæ memoriæ Theodosius, luce p
petua tranquillitate diuturna, & prò ijs, quæ in
hoc gesſit corpore, munerationis diuinæ fructi
bus gratulatur. Ergo quia dilexit augustæ me-
moriæ Theodosius dñm suum, meruit sanctorũ
consortia: & ego, ut quidem sermonem meũ p
orationem concludam, dilexi uirum misericor-
dem, humilem in imperio, corde puro & pecto-
re manſueto prædituni, qualem dominus ama-
re consueuit, dicens. Super quem requiescam ni
ſi super humilem, & manſuetum? Hæc ille.

Amb.To.3 Pſ.114. Hebr.4.

Eſa.66.

¶ QVOD ITEM CANONIZAN-tur ſancti, probatis miraculis, quæ ultra modum diſplicent Witcleuiſtis: ſi-cut olim Saracenis, Arianis, & Paganis. Capitulo. CXXIIII.

SVMMA.

1 *Miraculorum deteſtatores qui.*
2 *Miraculis ad fidem aſtruendam opus eſt.*
3 *Miracula quomodo torqueant & crucient hæreticos, & perfidos.*
4 *Miracula priſcorum ſanctorum narrantur.*
5 *Miraculorum effectus.*

A DE miraculis item teſtes nihil probare
confirmat ibi ſubiungens. Nec dubiũ,
quin miracula magis poſſint illudere, *2.Cor.11.*
cum diabolus transfigurans ſe in per-
ſonam defuncti, uel in angelũ lucis maiora mi-
racula damnati poſſit oſtendere. AVCT. Nul
li ſit dubium, Witcleff, & ſectatores deteſtan- *Miraculo-*
tur miracula ſupra modum, ut magis ſuam o- *rum deteſta-*
ſtendant originem: ſic Machometus in alchorã *tores.*
no, quia miracula non potuit facere deprauauit:
& omnis deinceps Agarenorum ſecta: ſic item
Pagani omnes facilè ſine miraculis ſe idolis mã
cipabant. Scripturæ ſacrę teſtantur, qꝑ Achaz re *Eſa.7.*
futauit miraculum, qꝑ obtulit dñs. Cauſam refe
runt patres, ne ſic idolis cogeretur abſcedere. *Hiere. 19.*
Reuera impiũ dogma, qđ fabricat ſibi Witcleff *Hie.To.5.*
in corde, hoc eſt idolũ eius ī mẽte. Vñ li. 4. com-
ment. in Hiere. text. Aedificauerũt excelſa Baã
lim HIER. Oĩs hæreticus derelinquit Deũ, & aliẽ
nũ locum facit habitationis dei, quẽ ſua fraude
polluit, & libat diis alienis, quos nec ipſe noue-
rat, nec patres eius, apoſtoli uidelicet, & apoſto
lici uiri. Hæc ille. AVC. Eadẽ ergo cã detrahunt
hæretici diuinis miraculis, quibus & Achaz, ne ido
la errorũ ſuorũ deſerãt, ſub illo fuco. Nõ tẽtabo
dñm. Probatio eius eſt, quia ubi fanet eis aliqua
ex parte, qđ cõtingit diuinitus, nõ abiiciũt, ſed
uſurpãt, iactãtes eã ad gloriã ſuę partis, uelut ip
ſe Witcleff de terræmotu garrit ī 4. trial. ca. 36.
Multi fideles piè putãt, qꝑ ſicut ī alia dãnatione
Chriſti p ſacerdotes legis ueteris, q̃ fuit re, pba,
ſic in iſta damnatione, ad oſtẽdendum defectũ
atteſtationis humanę fuit inſolitè terræmotus.
Qñ. n. membra Chriſti deficiunt, ad reclaman-
dum contra tales hæreticos, terra clamat. Hęc
Witcleff. AVCTOR. Ecce qꝑ pro ſe putat illo
die contigiſſe terræmotum, & non uult eſſe illu
ſionem diaboli, nec uult eſſe quid ineffica x ad
probandum: immo dicit, qñ membra Chriſti de
C ficiunt, terra clamat, Sed pro hęreſi ſua: pro cor
pore ſancto cęlum & terræ mutęſcunt. Videãt
omnes gentes, quid iſte agit de miraculis. Reli-
gio. n. pura Dei nunq̃ ſine magnis miraculis cul
to res obtinuit, nec itinere debuit ſecundum pa
tres, ne ſic paganizaremus de facili. Vnde li.
2 de quæſtionibus ue. & no. teſt. ca. 114. AVGV.
Quo † pudore fidem noſtram reprehenden- *Aug. To.4*
dam aut ridendam putant, quorum legem uir- *Miracula*
tutum teſtimoniis fu. tam, necnon ipſius domi *ad fidem ae*
ni, ac dei noſtri relegunt uocem, dicentes: Ego *ſtruendam*
ſum Deus, & non eſt alius prꝛeter me. Quod ſi *opus eſt.*
nudis uerbis diceret, non erat ei credendum, ne
ſimiles Paganis * haberemur, qui nulla deorum *uidere-*
ſuorum ſigna maieſtatis uidentes, colere eos cę *mur.*
perunt, & (quod peius eſt) inhoneſta. Turpia
enim aguntur illic, quę pudoris eſt reuelare, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

prudentes se appellant. Porrò autem Deus no-
ster teste uirtute cæli se mandauit, & ut nihil su
spicionis relinqueret, legem ipsam honestam,
& sanctam, & ut Deo dignum est, tradidit. Nos
uerò, qui stulti à Paganis dicimur, Deo nostro
non credidissemus, nisi nobis satisfecisset testi-
moniis uirtutum, nec legem eius suscepissemus
si nó illam puram, & ipsa professione condignã
cognouissemus. Hæc ille. AVCTOR. Duo er-
go in Paganis annexa, lex turpis, & carẽs signis,
uincunt professores insanos. Duo in fidelibus,
maiestas alta signorum, & honesta regula præ-
ceptorum prudentes eos, & cautos. Qualiter er
go illudunt, aut decipiunt diuina miracula Chri
stianos sanctos, quæ ipsos prudentes fecerunt,
3 & cautos? Attẽdant orthodoxi rem ab exordio
nihil ita torquet persidos, aut cogit insuriam, si
*miracu-la. cut miraculorum potestas, & diuinarum virtu-
tum uictrix* Frequentia hæc Pharaonem durisi
mè cruciabant, & tãdem quousque mergeretur
ad persequendum Dei populum incendebant. B
Hæc Pharisæis, & Scribis stimulos dabant inui
diæ, vt eò maiori studio deprauarent Christum
Iesum, quò videbant eum curare cæcum natum
Io.9. rectificare claudũ, & Lazarum suscitare defun-
Io.5. ctum, quem atrocissimo odio conabantur occi-
dere, quia maiestati miraculi non poterant re-
spondere. Et nunquid gentiles persequẽtes san
ctos non dicebant miracula Dei dæmoniorum
esse magica arte præstigia? Consimiliter arguũt
hæretici contra catholicos, q̃ miracula, quæ fe-
cit Deus contra ipsos pro fide, sunt illusiones
diabolicæ. Nam & hoc Arriani dicebant contra 4
Amb.To.3 sanctos Geruasium, & Prothasium, negantes in
cæco raparato, & expulso dæmonio, diuinum mi
raculum: de quo refert tractatu tertio de eisdẽ
AMBROS. Cedit diabolus plagis, & adhuc ce
dere nesciunt Arriani. Quanta perpessi sunt, &
quemadmodum Pharao malis suis indurantur?
dicebat diabolus, ut scriptum legimus: scio te q̃
C sis: tu es filius dei uiui. Dicebant Iudæi: nesci-
mus quis sit. Dicebant hodie, & superiore die
Marc.1. Luc.4. Io.9 uel nocte dæmones: scimus quia martyres estis.
Et Arriani dicunt: nescimus, nolumus intellige
re, nolumus credere: dicunt martyribus dæmo
nes, uenistis perdere nos: Arriani dicunt, non
sunt dæmonum uera tormenta, sed ficta, & com
posita ludibria. Audiui multa componi, hoc ne
mo unquam fingere potuit, ut* dæmonium el-
* dæmo-niacum. se se simularet. Quid illud, q̃ ita agitari eos vi-
demus, quibus manus imponitur? Vbi locus
fraudi est, ubi suspicio simulandi? Sed non ego
ad suffragium martyrum vsurpo vocem dæmo-
niorum: beneficiis suis sacra passio comprobe- 5
tur. Habet iudices, sed purgatos: habet testes,
sed absolutos. Melior uox est, quam sanitas lo-
quitur eorum, qui debiles aduenerunt. Melior
uox est, quam sanguis emittit. Habet. n. sanguis
uocem clamorum, quę de terris ad cælum perue- Gen.4.
nit. Hęc ille. AVCT. Audistis de duritia here-
ticorum, qualiter duriores diabolis negant dei
miracula, quæ dæmones confitentur. Arriana
uox incredula, quam iam increpauit Ambro-
sius, ipsa est vox Witcleff, & sectatorum eius, q̃
non sunt uera tormenta dæmonum apud mar-
tyres, nec sunt vera miracula, sed ficta, & cõpo-
sita ludibria. Et Witcleff. Talia miracula sunt il-
lusiua, quia diabolus in persona defuncti potest
facere his maiora. Sed ergo probentur ait Am-
brosius, Dæmonum nemo fingit, agitantur æ-
groti, non est locus fraudi: sed dicunt Arriani,
nolumus intelligere, nolumus credere. Sed di-
cit Witcleff, q̃ hæc omnia sint citra fidem, & ui
detur, quòd per testes, iudices, & patrias procu
rantes particulares, ecclesia sæpius sit seducta.
Hoc autem foret facilè, & diabolus non dormit.
Hæc Witcleff ubi prius. AVCTOR. Igitur
prophetico spiritu, priusquàm Witcleff loque-
retur, omnes hos nodos Ambrosius absoluebat,
beneficiis suis, inquiens, sacra passio comproba
tur. Habet iudices, sed purgatos, habet testes,
sed absolutos. Ipsa enim miraculorum benefi-
cia purgant iudices procurantes, & testes absol-
uunt. Vbi enim sunt beneficia uera, testes non
producunt, & iudices non probant, nisi vera mi
racula: & hæc ipsa miracula quàm officiosa sũt,
quia deo testantur, sanctorum uirtutes loquun-
tur, & miseris suffragantur. Prout Homi. 15. su
per Ezech habet GREGOR. Quid† inter pro-
pugnacula, & clypeos distat, nisi q̃ in sacro elo-
quio patrum præcedentiũ & miracula legimus,
& uirtutes bonorum operum audiuimus? Ibi
nanque cognoscimus, q̃ alius potuit mare diui
dere, alius solem figere, alius mortuum suscita-
re, alius paralyticum erigere verbo, vmbra ægro
tos curare, alius p̃ sua semicinctia infirmãtiũ se
bribus obuiare: qui tamen omnes patientiæ lõ
ganimitate mites, & zelo rectitudinis feruen-
tes, fuerunt verbi prædicatione diuites simul &
misericordiæ largitate. Hi itaque quàm uera
de Deo dixerint, testantur miracula, quia ta-
lia per illum non facerent, nisi uera de illo nar-
rarent. Et quàm pii, quam humiles, quàm
benigni extiterint, eorum testantur operatio-
nes. Si igitur de side tentamur, quam ex illo-
rum prædicatione concepimus, loquentium mi
racula conspicimus, & in side, quam ab eis acce
pimus, confirmamur: quid ergo illorum miracu
la, nisi ipsa sunt nostra propugnacula? Hæc ille. 5
AVC. Primum† officiũ miraculi designat Gre-
gorius, q̃ quàm uera de deo dixerint sancti, mi
racula protestantur, quia talia per illum nó face-
rent,

Miracula præstarum sanctorum
Exod. 14. Iosue 10. Act. 3. Act. 6. Act. 8.

rent, nisi de illo uera narrarent. Non igitur est
otiosum opus miraculi, quod uerba priora cor-
roborat: & siue martyr cõsensus fuerit, siue spõ
tè obierit, fidem Dei in sua assertione cõfirmat.
Aug.To.2. epist.122. post mediũ. Vnde epistola ad Victorianum AVGVS. Ne ali
quis existimet illos Dei seruos, quos dicis à bar-
baris interfectos, sic illam mortem euadere de-
Dan.3. buisse, quomodo illi tres uiri ab ignibus, & Da-
Dan.14. niel a leonibus liberatus est, sciat illa propte-
rea facta miracula, ut eos uerum Deum colere
Tradebantur. crederent reges, à quibus in illa supplicia trahe
bantur: hoc* tamen erat in occulto iudicio, &
misericordia Dei, vt illis regibus eo modo con-
*Enim. 2.Macha.7 suleret ad salutem. Antiocho autem regi, qui
Machabæos pœnis crudelibus interemit, no-
luit ita consulere, sed eorum gloriosissimis pas-
sionibus cor duri regis acriori seueritate puni-
uit. Hæc ille. AVCTOR. Hoc, quod dicit Gre-
gorius, Augustinus affirmat, illa miracula triũ B
uirorum ideo facta, ut eos uerum Deum cole-
re crederent reges. In robur ergo fidei nostræ,
quam de sanctis audiuimus, eorum miracula
uideamus. Sic enim quandoque fiunt, ut non
tantùm fidelium uirtus robur accipiat, sed etiã
infidelium noua fides accrescat: & propter hoc
lapides Onychinos ad ornandum Ephod, ac ra-
tionale, libro primo de tabernaculo capit. 7. con
iũgere docet BEDA. Lapides Onychinos, & gẽ
Beda. Exod.35. mas ad ornandum Ephod, ac rationale con-
nectimus, cum miracula sanctorum, quibus co
gitationes Deo deuotas, & opera uirtutum or-
nare digna laude prædicamus: atque hæc in ad-
iutorium nostræ fidei, ubi opus fuerit, assumi-
mus. Sequitur. Lapidèsq; Onychini, ac gemmę
ornant Ephod, & rationale, cũm eximiis sancto
rum patrum actibus, & cogitatibus etiam mira
culorum insignia iunguntur. Hæc ille. AVCT.
Et quàm pii, insuper quàm humiles, quàm be- C
nigni sancti tales extiterint, eorum testantur
operationes. Ait supra Gregorius. Imò, & quan
to in honore propter has uirtutes apud domi-
num habeantur, miracula ipsa probant. Prout
scribit. 3. parte sermonum sermone. 36. qui est
de sancto Vincentio AVGVST. Quid, inquit,
agit Deus mira opera faciendo circa sanctorum 1
corpora defunctorum, nisi testimonium perhi
bet sibi non perire, quod moritur, & ut hinc in 2
telligatur, in quali honore secũ habeat animas
occisorum, quando caro exanimis tanto affe- 3
1.Cor.12. ctu diuinitatis ornatur? Sicut enim de membris 4
ecclesiæ loquens apostolus similitudinem adhi
buit de membris corporis nostri: quoniam quæ 5
inhonesta sunt nostra, his abundatiorem hono 6
rem circumdamus, ita prouidentia creatoris ca
daueribus martyrum tam præclara miraculorũ 7
testimonia præstando abundãtiorem honorem
exanguibus hominum reliquiis circumponit, A
& quam e uita migrante tanquam deforme iam
remanet, ibi euidentiùs præsens uitæ dator ap-
paret. Hæc ille. AVCTOR. O sancti patris à
spiritu sancto impręgnata sententia, quæ san-
ctorum titulos inæstimabiliter auget: piorum
deuotionem in sanctos accendit, & impudicos
Witcleuistas confundit. Dicat modo si nihil
probent testes sanctorum miracula producen-
tes. AVGVSTINVS. Fidelis iudex ecclesiæ
dixit eos probare quanto honore tales sancti
fuerint apud Deum, quorum inanimata cada-
uera tanto miraculorum honore curantur, &
q̃ eo euidentiùs uitę dator ibi præsens apparet,
quanto magis deforme corpusculum inter tan-
ta miracula remanet. Hæc ipsa miracula fidem
eius probant, & tu dicis, quòd nihil probant. O
quàm facilè fuisset isti corrumpere custodes do
minici sepulchri pro principibus sacerdotũ, & B
cum pecunia quantumlibet copiosa tollere, uel
suspectum facere Christi resurrectionis mira-
culum, tot qui illusionum fucis omnium mira
culorum splendores obumbrat, quæ ab illa re-
surrectione capiunt fructum suum. Obstina-
tis Indæis iste uidetur obstinatior: de quibus ta
men psal. quærulus ait in gemitu. Patres non
intellexerunt in Aegypto mirabilia tua. In quẽ
uersum HIERO. Viderunt, & non uiderunt.
Viderunt carnalibus oculis, & spiritalibus ocu
lis non uiderunt: non dixit: Non uiderunt, sed
non intellexerunt. Non enim ea spiritali contẽ
plabantur intuitu. Hæc ille. AVCTOR. Ita &
Witcleff, & cæteri patres hæreticorum de Ae-
gypto non intellexerunt miracula etiam quæ
uiderunt. Viderunt dicam, sed non viderunt:
quia dissoluti Witeleuistæ non ea spiritali, sed
superbo contemplantur intuitu.

Psal.105. Hier. super Psal.105. Tom.8.

¶ QVALITER MIRACVLA apud sanctorum memorias probant, & iudicant eos sanctos, & Dei amicos. Cap. CXXV.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit omnia miracula esse illusiones diaboli, confutatur.*
2 *Ioseph ossa, quomodo post mortem prophetauerunt, ad probandum eum sanctum Dei.*
3 *Miracula in Christi morte.*
4 *Deus quomodo egit miracula in præsentia corporis diui Vincentij, ad iudicandum eum sanctum.*
5 *Miracula sanctorum, ad quid ualuerunt.*
6 *Petrus quo pbauerit ptãtẽ simul miraculi primus post Christũ, in Simone mago, ad laudẽ euãgelij.*
7 *Prophetare, uirtutes facere, & demonia eijcere quomodo possint etiam mali.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Witeleff quare tam inimicatur sanctorum miracul is, ostenditur.*

VLtis scire ipsum interrogate: dixit. n. in dialogo sui maioris mendacii ca. 16. Quantum ad orationes, & miracula patet, ꝙ sunt illusiones diaboli somniatæ, cum publicatur hodie, ꝙ quilibet sacerdos consecrando eucharistiam facit infinita miracula, & tanta, & quanta fecit dominus Iesus Christus, & secundùm apostolum 1. Cor. 13. Si uiator habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil est. Multò ergo magis signa ostensa, siue a deo, siue à diabolo in præsentia corporis mortui non indicant, ꝙ sit sanctum: ideo una de præcipuis cautelis diaboli, per quam seduxit uiantes, est deceptio in his signis. Credamus igitur uiuis operibus conformibus legi Dei, & dimittamus hæc
1 signa friuola. AVCTOR. Stupeo † ad hæc uerba, ita vt pennam contineam, dubitans utrũ uir iste fuerit Christianus, an de Christiano factus apostata. Retractemus hæc dicta, & diligentiùs attendamus. Quantum ad orationes, inquit, & miracula patet, ꝙ sunt illusiones diaboli. Indefinitè loquitur hæc uerba: ideo uniuersaliter summi possunt, logica propria eius docet: quia homo ex corpore est & anima rõnali, ideo quilibet homo est rõnalis: sic hæc miracula sunt illusiones diaboli, ita omnia. Confirmat sensum istũ, ꝙ statim infert ab apostolo. Multo ergo magis signa ostensa, siue à domino, siue à diabolo in præsentia corporis mortui non indicant, ꝙ sit sanctum. Omnia signa iam comprehendit, siue à Deo, dicens, siue à diabolo facta in præsentia corporis mortui non indicant, quòd sit sanctũ.
2 Quid † ergo ad canonizandum sanctum Ioseph & sanctum Dei probandum, recitat sapiens hæc miracula, dicens, Ioseph, qui factus est hõ princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi, & ossa ipsius uisitata sunt, & post mortem prophetauerunt? Ecclesiastici 49. Prophetam ostenderunt, ut exponunt patres. Ecce miraculum ad probandũ sanctum Dei, quia ossa eius prophetauerunt. Proiecerunt item quidam hominem mortuum in sepulchrum Eliseï, qui tetigit ossa Eliseï, reuixitque homo ille, & stetit super pedes suos. 4. Regum. 13. In canonizationem Eliseï, & ad probandum eũ sanctum hoc adducit scriptura miraculum, & dicit, ꝙ mortuum prophetanit corpus eius. In uita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Eccles. 48. Si hæc miracula quãuis à Deo facta in præsentia corporis mortui nihil probant, sed sunt illusiones diaboli somniatæ, ut quid sanctus sanctorum, ut probaret se

Miracula in Christi morte.

A sanctum, ea requisiuit in morte? Clamans † & 3 uolens *emisit spiritum, uelum templi scissum est, terra mota est, petræ scissæ sunt, sol obscuratus est, monumenta aperta sunt: ut quid hæc omnia fecit Deus pater in præsentia corporis mortui filii sui, si non indicant eum sanctum? Hoc in commentario Matthæi dixit HIERO. Nulli dubium est, quid significet iuxta literam magnitudo signorum: ut crucifixum dominũ suum, cælum, & terra, & omnia demonstrarẽt. Hæc ille. AVCTOR. Et ampliùs infrà super hunc textum. Ecce terræmotus factus est magnus. Idem HIERONYMVS. Dominus noster vnus atque idem Dei filius, & filius hominis iuxta utranque naturam diuinitatis & carnis, nunc magnitudinis suæ, nunc humilitatis signa demonstrat. Vnde & præsenti loco quanquam homo sit, qui crucifixus est, qui sepultus, qui clausus tumulo, quem lapis oppositus cohibet, tamen quæ foris aguntur, ostendunt filium dei: sol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, uelum scissum, saxa diruptã, mortui suscitati, angelorũ ministeria, quę & ab initio natiuitatis eius probabant. Hæc ille. AVCT. Ecce perfide, ecce perdite Witeleff his oblo quaris, si potes, & audes, ut nedũ homines, sed hęc omnia, quæ Dei filium in eius morte probabant circa corpus mortuum te cõfundant. Gentilis ille Centurio ueniens tecum ad iudicium te cõuincet: qui cum Christus animam suã poneret, dicere nouit: Verè filius Dei erat iste. Et tu dicis, hæc eum non indicant esse sanctum. Et beatus Petrus beatum illum esse probauit, de quo prophetauit Dauid, quia caro eius nõ uidit corruptionem. Act. 2. Et beatus Paulus in sermone ad populũ Antiochiæ Pisidiæ hoc ipsum probauit Act. 13. Cur non sequatur ecclesia patres suos, & scripturas, & ipsum scripturarum auctoré in sic scrutando miracula, & indicando de mortuis? quis detrahet, nisi pfidus, & qui diuinis scripturis nõ credit, & p hoc nec deo credit? Scio † ꝙ per hanc auctoritatis peritiã indicauit Vincentiũ sanctũ, dũ uiueret, quia in pſentia corporis eius mortui Deus egit miracula. in sermone de ipso secundo, qui incipit: In passione, AVC. Qđ uerò tãta cura seruauit dñs martyris corpus, qd aliud demõstrauit, nisi se gubernasse uiuẽtẽ, quẽ nõ reliqt exanimẽ? Vicit ergo Datianũ uiuẽs Vincẽtius, vicit & mortuus, uiuẽs tormẽta calcauit, mortuus maria trãsnatauit. Sed ipse inter undas gubernauit cadauer extinctum, qui inter ungulas animum donauit inuictum. Nec flexit flãma tortoris corpus eius, sed i his, & hmõi omnibus nihil est aliud, nisi fictiosa sẽp in conspectu domini mors sanctorum eius. Hæc ille. AVCT. Attende quid dicat, ꝙ tanta

uoce magna. Matt. 27.

Hæc lib. 4. exposit. in Matth. ad c. 27. To. 4

Matth. 8

*psal. 15. *est nutus. sermone 2. To. 1.*

ꝙ tanta cruce seruauit dominus martyris corpus, & monstrauit se gubernasse uiuentem, quẽ nõ reliquit exanimem. Inter undas gubernauit cadauer extinctum, qui inter ungulas animum donauit inuictum. Ergo indicat esse sanctum. Item non flexit tortoris flamma cor eius, nec mersit aqua maris corpus eius. Quo dicis, credimus uiuis operibus, relictis his signis? sunt ne hæc opera Dei mortua, quia dicis, Signa ostensa siue à Deo, siue à diabolo in pręsentia corporis mortui, non indicant eum sanctum? & subinfertur. Credamus uiuis operibus, dimittentes hæc friuola. Cùm Magi Pharaonis post Moysẽ fecerant signa magna, ut patet Exod. 7. & 8. Et secundùm veritatem euangelii, præsciti dicent, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus & dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Matt. 7. & Christus asserit Matthæi. 24. ꝙ pseudo Christi, & pseudoprophetæ dabũt signa magna, & prodigia. Erubesce ergo de cętero esse B de generatione adultera, nisi docere sciueris, ꝙ hæc signa mortua fiunt ab homine, quem asseris esse sanctum. Hæc Witeleff. AVCTOR. Iam expresè dixit signa mortua, quæ doceri exigit scita esse fieri ab homine, quem asserit esse sanctum, quasi tunc non erubesceret cultor, sed si Deus ea fecerit in præsentia talis sancti, erubescere debet, & si dimittenda sunt hæc signa tanquam mortua, quia in præsentia mortui facta, & credenda: uiua opera, quia à uiuentibus facta, falsum cecinit Augustinus de Psal. ꝙ pretiosa sit in conspectu domini mors sanctorũ eius: sed sola uita ptetiosa in conspectu domini & uiuentium opera. Attamen quid te iuuat, ꝙ Magi fecerunt signa post Moysen, ut suadeas miracula sanctorum dimittenda tanquam friuola? Nunquid Moyses, & Aaron ideo dimiserant sua signa? Scriptura ibi consequenter dixit, ꝙ deuorauit uirga Aaron uirgas Magorum, & post C sanguinis signum in paludibus, & post signum ranarum addiderunt sancti Cynifes per Aegyptum, qđ quia Magi non poterant, digitus Dei
5 est hic, inquiunt. Ad hæc † ergo sanctorum miracula ualuerunt, ut magicis prævalerent, & ad Dei fidem hostes compellerent. Sic item qualiter primus dux, & sacerdos, miraculi diuini po-
Act. 2. 6 testatem probauit in Magis ad legis ingressum, Ita † primus post Christum potestatem simul miraculi probauit in Simone Mago ad laudem
Egesipp. euangelii Petrus sacerdos, prout antiquus pater & scriptus semper uicinus apostolis, li. 3. de laudibus Iudæorum Egesippus. Quanuis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentiam scilicet Simon Magus, tamen præueniens Romam, ausus est iactare, ꝙ mortuos resuscitaret. Defunctus erat id tpis Romæ adolescens A nobilis propinquus Cæsaris cum uniuersorum dolore. Admonuere plerique ad experiendum, utrum posit resuscitari. Celeberrimus in his operibus Petrus habebatur, sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit inquiri remedium: perrectum est ad Petrum, fuere qui etiam Simonem accersendũ putarunt, utrique adfuerunt. Ait Petrus Simoni, qui de sua iactaret potentia, priores sese partes dare, ut si posset, mortuum resuscitaret: si ille nõ resuscitasset, se non defuturum, ut Christus opẽ ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud urbem gentilium plurimum suas ualituras artes, conditionem proposuit, ut si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideret, qui magnæ potentiæ (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias pari genere irrogauisset, sin uero inualuisset, Petrus in Simonem uindicaret. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon, accessit B ad lectulum defuncti: incantare, atque murmurare dira carmina, ut cœpit, uisus est agitare caput, qui mortuus erat. Clamor fit ingens gentilium, quòd iam uiueret, quòd iam loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quòd se ausus esset conferre tantæ potestati. Tunc sanctus apostolus popposcit silentium, & ait, Si uiuit defunctus, loquatur, si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur, phantasma illud esse, nõ ueritatem, quòd uideatur caput mouisse. Denique seperetur inquit, à lectulo Simon, & tunc ne quidem id ostentui futurum. Abducitur Simon a lectulo, manet sine specie motus alicuius qui mortuus erat. Adstitit Petrus longius, & intra se paulisper orationi intentus, cum magna uoce ait. Adolescens surge, sanet te dominus Iesus. Et statim surrexit adolescens, & locutus est, & ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Hæc ille. AVCTOR. Hic non C abstinuit Petrus à faciendo miraculum, quia Magus fecerat illusiuum, sed magis prosequit: sicut Moyses, ut fictitiam ueritas superaret. Qđ item damnandi dicent, In nomine tuo uirtutes multas fecimus, & dæmonia eiecimus, nõ ideo *Matt. 7.* probas dimittenda miracula tanquam friuola: alias culpandus Christus, qui continuè post aduentum tot fulsit miraculis. Stultus esset Petrus qui curauit claudum in porta, Aeneam in Lydda *Act. 3.* Thabitam in Ioppe, ægros innumeros per pla- *Act. 9.* teas umbra sua. Paulus quoque miraculo cõuer- *Act. 5.* tit Paulum Sergium, & curauit Eutychum iuue- *Act. 13.* nem. Per manus quoque apostolorum fiebant *Act. 10.* prodigia, & signa magna in populo. Magnifi- *Act. 5.* cabat eos populus tanquam sanctos, Deo agente. Et quis inuidet istis signis, nisi hi increduli de hæresi Sadducæa? Aut nunquid ideo dimittendæ sunt Christi prædicationes, & le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctiones prophetarum tanquam friuolæ? Ipsi, A qui dicebant, uirtutes multas fecimus, ipsi præ miserunt, in nomine tuo prophetauimus. Nec item illusiones erant istæ virtutes, quas fecerũt illi mali, quia dæmonia eiecisse fatentur, & fecisse uirtutes, sed in his miracula domini sunt laudanda pro magnis, quia ad honorẽ dei sunt: & fiunt ad laudem meriti eorum, si boni sint, ꝓ quos fiunt, vel ad eorum condemnationem, si improbi: aut certè ad eorum commodum, apud quos fiunt. Vnde in eundem locum, Matt. 1. libro commentarii HIERO. Prophetare, † & uirtutes facere, & dæmonia eijcere interdũ non eius est meriti, qui operatur, sed vel inuocatio nominis Christi hoc agit, uel ad condemnationem eorum, qui inuocant, vel ad utilitatem eorum, qui vident, & audiunt, conceditur: ut licèt homines despiciant signa facientes, tamen Deũ honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul, & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, nescientes quid dicerent. Et Pharao, & Nabuchodonosor somniis futura co B gnoscunt, & in Actibus apostolorum filii Sceuæ uidebantur eijcere dæmonia, & Iudas apostolus animo proditoris multa signa inter cæteros apostolus fecisse narratur. Hæc ille. AVCTOR. Sed propter hoc non habes in scripturis, quòd homines declinare tenentur à miraculis domini: sicut nec à prædicationibus legis Christi propter pseudo prædicantes: quia plures conuerterunt ad fidem Christi signa, quàm uerba, & eos, qui non poterant suaderi verbis, miraculis uincebant: sicut tot millia per Petrũ 8 in rectificatione claudi. Adsunt tamen Witcleuistæ, sustentantes magistrum ex hoc, ꝓ dixit Augustinus de uera religione, quòd miracula primæ ecclesiæ in nostra tempora duratura nõ essent, ne anima semper uisibilia quæreret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Ex quo infe- C runt, post illa miracula, cætera non sunt diuina miracula, sed machinamenta diabolica. Benedictus ergo Deus, qui in cor misit sacri antistitis scipsum exponere, quod voluit in prædictis: libro enim primo retractationum ca. 13. in eundem librum ait AVGVS. Quod dixi, nec illa miracula in nostra tempora durare permissa sunt, ne semper anima uisibilia quæreret &c. uerum est quidem. Non enim nunc usq; cùm manus imponitur baptizatis, sic accipiunt Spiritum sanctum, ut loquantur linguis omnium gentium, aut nunc usque per vmbram transeũtium prædicatorum Christi sanantur infirmi: & si qua talia tunc facta sunt, quæ postea cessasse manifestum est, sed non sic accipiẽdum est, qđ dixi, ut nunc in Christi nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipse, quando istum scripsi librum, ad Mediolanensium corpora martyrum in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuisse iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus fiunt, ut nec omnia cognoscere, nec ea, quæ cognoscimus, enumerare possimus. Hæc ille. AVCT. Doceat uos Augustinus, increduli Witcleuistæ & ab ipso audite, non hoc sapuisse, quod uos: ꝓ deinceps post apostolos nulla fiant in nomine Christi miracula, & omnia illusiua esse diaboli, cùm ipse cæcum visum recepisse cognouit ad corpora martyrum. Quod item retulit libro de ciuitate Dei, ut habebitur infrà, & de eodem facto martyrum disputans tractatu 3. de sanctis Gerualio, & Prothasio AMBROSIVS. Quæro quid non credant? vtrum à martyribus possint aliqui uisitari, hoc est Christo non credere. Ipse enim dixit, Et maiora his facietis. An ab istis martyribus, quorum merita iam dudum vigent, corpora dudum reperta sunt? Quæro hic, vtrum mihi, an sanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquæ uirtutes fiunt? nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident, quod meum non est? Si martyribus (restant enim ut si mihi non inuident, martyribus inuidere videantur) ostendunt alterius fidei fuisse martyres, quàm ipsi credunt. Non. n. aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in ijs fuisse eam, quam non habent, iudicarent. Fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare uon possunt, sed Arriani negant. Hęc ille. AVCT. Iam † noui, quare Witcleff tam inimicatur sanctorum miraculis, quia certè alterius fidei est, uel extranеitate perfidię à fide sanctorum. Sic hostis fidei Christi est, & sanctorum suorum in uiuis, & mortuis. Scit eiñ perfidiam suam statim uincendam, cùm venitur ad miracula, sicut ęqua gentilitas, & cęcus iudaismus, & miracula, quibus instaurauit Christus suos apostolos, dicens, Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Ideo primus eis obloquitur, quibus orbis victoria celebratur, vt saltem si non poterũt vincere, non vincantur, sed more Philosophorũ luctentur cum fidelibus, sicut capitulo 114. de quæstionibus noui, & ueteris testamenti AVGVSTINVS. Omnes Philosophi, & sectarum inuentores, diuersis disputationibus inuicem se confuderunt. Nullus ad alterum transiens, quia unusquisque, in quo imbutus fuerat, permanebat. Perid enim, quòd uerba contradictionis obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Sequitur. Hinc factum est, ut Dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest

Hie. in ca. 7. Matth. Tom. 9.

1. Reg. 19 Gen. 41. Dan. 2. & 4. Act. 9.

Aug. de uera Reli ca. 25. To. 1.

Aug. To. 1

Amb. To. 3 lo. 14.

Mar. 16.

Aug. To. 3

potest, prædicationi suæ uirtutem adiungeret, A vt veritas prædicationis uirtutis testimonio ꝓ 3 baretur: ut qui uerbis contradicerent, uirtutibus non auderent. Quæ enim maior poterit esse testificatio ueritatis, q̃ operatio uirtutis? Si 5 q̃s ãt opera virtutũ deneget, accusãs scripturas, 6 qũo poterit stultã fidẽ nostram dicere denegãs scripturas? Vbi enim scriptum est de Christo, ꝙ filius Dei credendus est, eodem loco uirtus testis inuenitur. Hæc ille. AVCTOR. Nulla ecce maior est testificatiò ueritatis, quàm est operatio uirtutis. Igitur si Witcleff in scriptu ris fidem suam inueniat, probet illam, quia no ua est, certis miraculis: aut nostris nõ inuideat, miracula pulchra pro antiqua fide pãdentibus. Fidem illam dixit Ambrosius maiorum traditione firmatam, quam dæmones coacti non negant: Ariani negant, & cum Arrianis improbi denegant Witcleuistæ. Semper enim cum vetustis hęreticis consentit manus Christum, & cũ toruis gentilibus. Nam comparando miracula sanctorum incantationibus Magorum, quid B aliud fecit, quàm uesanus Porphyrius contra signa fidelium fecit, & Philosophi Romanorũ? Vnde libro. 21. de ciuitate Dei, capi. 8. ubi dicto de miraculosa statione solis per Iosue, & Ezechiam infert AVGVS. Sed ista quoque mi 1 racula, quæ meritis *sunt concessa sanctorum, quando credunt ista facta, magicis artibus tribuunt. Vnde est & illud Virgilij. Sistere aquam fluuiis, & uertere sydera retrò. Nam & fluuium stetisse superiùs inferiusque fluxisse, cùm populus Dei ductore Iesu Naue uiam carperet, & Elia propheta transeunte, ac posteà discipulo eius Elisæo id esse factum in sacris literis legimus: & retrouersum fuisse maximum sydus regnante Ezechia modò commemorauimus. Hæc ille. AVCT. Vera nonne erant ista miracula à uero Deo meritis sanctorum facta? & tamen si dicant facta esse magicis, disputant, sed C unde, non est quod probent. Sic sufficit coruo Witcleff sanctorum deprauare miracula, comparando illa Magorum signis: sed ultra contumeliosum uerbum non habet uel uerbum.

Aug. To. 5. *Scimus,

Aeneid. 6.

Iosue. 3. 2. Reg. 2. 2. Reg. 20.

¶QVALITER VERA PROBANtur Dei miracula, si cultum dei commendent: & ꝙ quando meritis bonæ uitæ succedunt, tũc probant eos sanctos, per quos fiunt. Cap. CXXVI.

SVMMA.

1 *Miracula, quæ uera dicãtur, & credantur esse facta, ipso Deo in illis operante.*
2 *Miraculum an sit uerum, uel fictum, quomodo deprehendatur.*
3 *Vacua opera, quæ dicantur.*
4 *Miraculorum scrutatores, quid habeant aspicere.*
5 *Gregorius prædicatores sanctos appellat.*
6 *Witcleff, ꝙ mentiatur contra Deum, & sanctos, quum dixit, quòd miracula nihil probant.*

INtererit autem nostra pro fide catholica differentias ponere inter illusiones Magorum, Deorum, aut dæmonum, & uerè sanctorum, & diuina miracula, quas semper ad oculos habent sancti patres, cùm de miraculis illis loquuntur. Maximè autem, cùm de sanctorum miraculis rogati, uel requisiti, definire coguntur. Hinc scribit libro 10. de ciuitate Dei, cap. 12. AVGVSTI. Quia tanta, & talia geruntur his artibus, ut uniuersum modum facultates excedant, quid restat, nisi ut ea, quæ mirificè tanquam diuinitus prædici, uel fieri uidentur, nec tamen ad unius Dei cultum referuntur, cui simpliciter inhærere fatentibus quoque Platonicis, & permultà testantibus, solùm beneficium bonum est, malignorũ dæmonum ludibria, & seductoria impedimenta quæ uera pietate cauenda sunt, prudenter intelligantur? Porrò † autem quæcunque miracula, siue per angelos, siue quocunque modo ita diuinitùs fiunt, ut Dei unius, in quo solo beata uita est, cultum, religionemque commẽdent, ea uerè ab eis, uel per eos, qui nos secundùm ueritatem, pietatemque diligunt, fieri ipso Deo in illis operante, credendum est. Neq; enim audiendi sunt, qui Deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant, cùm ipse etiam secundùm eos fecerit mundum, quem certè visibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profectò minus est, quàm totus hic mundus, id est, cœlum, & terra & omnia, quæ in eis sunt: quæ certè fecit Deus. Sicut autem ipse, qui fecit, ita modus, quo fecit occultus est, & incomprehensibilis homini. Hæc ille. AVCT. Hic discant Witcleuistæ distinctius loqui de miraculis, nec indefinitè cuncta damnare, illusiones esse dicentes: sic enim loqui damnantes audiuimus: non autem audiuimus alicubi laudantes miracula. Et ex hoc de illis esse uidẽtur, quos hic tetigit Augustinus, dicens, Neque audiendi sunt, qui Deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant. Facit. n. miracula etiam coram cadaueribus mortuis ad confirmationem illius fidei, quam sanctus ille defendit, aut docuit, uel propter homines instruendos, quàm diligenter Deus honoret sanctum illum secum in gloria, cuius corpus exanime sic honorat in terra. Sicut exposuit Augustinus

Aug. To. 5 in calce 11 c. & initio 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 stinus iam suprà. Veruntamen † quia multæ sunt illusiones malignorũ spirituũ, multæ sunt fictiones cupidorũ fideliumideirco sancti patres sibi reseruare cœperũt examen, ne sub specie uerisimilis, & non ueri, plebs fidelis per incuriã posset illudi. Sic dixit Augustinus, modò quòd uera pietate cauenda sunt, & intelligenda prudenter. Hoc ideo in unoquoque miraculo eis oblato, patres, vt prudẽter intelligãt, primò discutiunt, si vnius Dei, in quo sola uita beata est, cultum, & religionem commendet expresse. Et ibi attendunt fines historiæ, & plausus, quò tendunt fidelium auditorum, & circunstantias rerum gestarum cum omni qualitate negotii, quod potius cogitari, aut fieri poterit, quàm doceri. Quòd si notanter in aliquo uideantur excedere à cultu Dei, statim deprehenditur, aut fictio esse, aut seductorum illusio. Si autem deuotionem synceriter accendat in Christum, & fidem Christi commendet, & augeat, sine no uitatis, sine singularitatis scrupulo, tunc uerè B siue per angelos fiat, siue par homines, per eos, qui nos piè diligunt, diuinitus fieri credendum est. Et hoc est in discussione miraculi primum indicium: si autem propter opacitatem* relatio nis, uel rei, quid horum agatur, quia adhuc est ambiguum, curritur ad antiquitatis exemplum, 3 & illud magis petendum est, in quo conuenit cum antiquis. Vnde lib. 22. de ciuitate Dei, ca. 8. AVGVST. Si enim miracula sanitatum (ut alia taceam) ea tantummodò uelim scribere, quæ per hunc martyrem, id est, per glorioſissimum Stephanũ facta sunt in Colonia Calamẽsi, & in nostra, plurimi conficiendi sint libri. Nec tamen omnia colligi poterunt. Sunt tamẽ de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. Id nanque fieri noluimus, cùm uideremus antiquis similia diuinarum signa uirtutũ, & nostris temporibus frequentari, & ea non debere multorum notitiæ deperire. Hæc ille. AVCTOR. Valde noto, quòd Augustinus inter omnia, & tot miracula, quot contigerant tunc apud memorias sancti Stephani, quanuis Christi martyris indubitati, & in canone testamenti noui probati, ea discretè elegit, quæ uidit antiquis diuinis signis uirtutum similia esse oblatas sibi libellis, ut ad Dei laudem, & augmentũ cultus fidei pro multorum notitiis probarẽtur. Nam ubi de lignorum fasce fit castrum, aut de stipulis surgunt armati, & huiusmodi, quæ mirum quoddam oculis ingerunt, sed nec fidei prosunt, nec deuotioni fidelium uiuorum, potiùs adiudicanda sunt ludicris, aut prestigiis illusorum, nec tam inutilia, quàm uana, & inde uetita, quia uana. Lege enim ueteri inspici prohibẽtur: sed quomodo, inquis, discerni possunt

*rationis

Aug. To 5.

Deut. 18.

A signa ista portentosa à ueris? Respondet quæstione. 29. lib. 5. super Deutero. AVGVS. Quoniam portentorum inspectores prohibet esse in populo Dei, quærendum est, quomodo ista portenta, quæ inspici prohibentur, discernantur ab eis, quæ documentis ita dantur, ut quid significent, dici debeat, sicut omnia miracula, quæ in scripturis reperiuntur significantia quod pertineat ad sanam regulã fidei, sicut dicimus, quid significauerit uellus in area compluta siccum, uel in sicca area complutum: aut uirga Aaron, quæ floruit, & nuces attulit, aut cætera huiusmodi. Sicut autem discernuntur diuinationes, quas consequenter prohibet à prædictionibus, uel annuntiationibus prophetarum: sic illæ inspectiones prodigiorum à signationibus diuinorum miraculorum discernendæ sunt. Hæc ille AVCTOR. Ecce sicut discernuntur diuinationes à prædictionibus propheticis, sic miracula à prodigiis discernuntur. Sic item discerne B miracula Homilia. 19. super Matth. operis imperfecti. CHRYSOS. Adhuc considera uirtutes, quas fecit, utiles sunt, aut inutiles? Vtiles sunt, quæ mirabiliter fiunt, & ad salutem proficiunt: ut putà, infirmos sanare, & alia huiusmodi, quæ fecit Christus. Vacua † autem sunt, quæ admirationem quidem uidentibus, utilitatem nullam adferunt, ut putà uolare per aerem, sicut diabolus hortabatur Christum, statuas facere ambulare, aut commisceri flammæ, & non comburi, qualia fecit Simon: nam plena opera ex Deo sunt, quia & ipse plenus est. Vacua autem opera ex diabolo, sicut & ipse uacuus est, & uanus. Nam quòd quędam mirabilia sunt ex Deo: quædam ex diabolo, demonstrat Nicodemus. Non enim dixit, nemo facit signa, nisi sit Deus: sed, Nemo facit hæc signa, quæ facis, nisi sit Deus cum illo. AVCT. Ita † ergo ad hæc habent scrutatores miraculorum aspicere, si sint utilia, & conformata prioribus. Antiqua enim Dei miracula ultra mirum, quod operantur exteriùs, semper habent Dei laudem, & fidei ualidos stimulos compungentes spectatorum mentes interiùs, & ea sunt Dei miracula, qualibus antiquitus glorioſi facti sunt patres. Quæ quanuis noua tunc erant, quondam tamen facta collecta sunt in multis libellis, ut essent formæ sequentibus, sicut in catalogo sanctorum ueterũ patent. Ecclesiastici. 44. ubi de laude Enoch dixit, quòd placuit Deo. Hæc laus uirtuosæ uitæ eius, & tandem subdit diuinum miraculum, q̃ translatus est in paradisum, & adiungit effectũ miraculi, ut det gentibus sapientiam. Hic ex omni parte solida uirtus resplendet, unde concluderet fidelis, prudensque, quod sanctus Dei est. Sic de Noe primò docet, quòd inuentus est perfe-

Aug. To 4

Iudic. 6. Num.

3

Vacua ipse re.

Matt. 4.

Act. 8.

4

C

fo. 3.

perfectus, & iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Subdit miraculum de eo, seruata est in diluuio omnis caro, scilicet seruitura Deo pòst. Et de Abraham, q̃ non erat similis illi, qui conseruaret legem excelsi: & tũc subdit miraculum incrementi seminis instar stellarum cœli: de quo nimirum processurus erat omnibus stellis maior sol iustitiæ Christus Deus noster. De Isaac quoque dixit similiter. Propter Abraham patrem suum, & ita de Iacob. Hac forma canonica reddit patres esse sanctos, Moysen, Aaron, Phinees, Iosue, Samuelem, Nathan, Dauid, Salomonem, Eliam, Eliseum, Ezechiam, Iosiam, Hieremiam, Ezechielem, Zorobabel, Neemiam, Simonem, & Oniam, hoc. n. loco uiros sanctos istos Dei sapiens canonizat præbens formam canonicam: primum à fide, & operibus, & demum à miraculis Deo dignis sanctos Dei sequentes in seculis pariformiter approbare. Inquisitores ergo mirabilium horum spectent, & uitas, & miracula, & tunc de dei sanctis, si suæ functioni incumbat, audacter diiudicent, retinentes semper pro themate, quod sanctis his sapiens præassumpsit, Laudemus uiros glorioſos. Multam gloriam fecit dominus magnificentia sua à sæculo. Corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum uiuent in generationes. Ita in gloria Dei cuncta inchoent, & cuncta concludant. Nec putet quis istos solos canonizatos esse pro sanctis, quos hoc capitulum comprehendit expresè: sed hac forma sacri canonis omnes, quos ex similibus scriptura commendat, aut forsan & multi alii, sicut prophetæ, qui nec specialiter innotescunt. Vnde Homil. 3. super Matth. in opere imperfecto.

à 45. usque ad 50. cap.

Iudic. 6. Num.

Chr. To. 2

CHRYSOSTOM. Per omnes prophetas Nazarẽ nus uocatur Christus, q̃ sanctus est, aut fortè per aliquos prophetas iste dicentes, qui non sunt nobis canonizati. Aliquanti enim prophetauerunt, & non scripserunt, sicut Nathan, & Esdras. Hæc ille. AVCTOR. Hoc tamen non seruat, qui sanctos taliter canonizat, q̃ licèt hoc modo prædicto uera miracula, & à Deo facta possint, à non factis, & non ueris discerne re, tñ & si uera sint, non statim sanctum p̃ se p̃ bant, penes quem fiunt, sed si iuxta formam ecclesiasticã uerę fidei formate charitate iũgant uera miracula: quia & apud hæreticos quandoque fiunt causis Deo notis, & ipsi habent dicere, q̃ Witcleff orthodoxis obiecit: Domine, nonne in nomine tuo uirtutes multas fecimus? sed sicut elcemosyna cum bona uita arguit uirũ piũ: & sub laudibus hominum non efficit facienti ueniam peccatorum, sic miracula diuina cum sit de recta, arguunt canonicè eum sanctum, quæ idem sanctis suis Deus addit, ut non tam corũ

A sanctitas, quàm fidei suæ ueritas hominibus cluceſcat, sicut 26. lib. Moralium super hunc textum, Si uoluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, scribit GREGORIVS. Rectè nunc nubes istę eius tentorium dicũtur, quia ad nos Deus per gratiam ueniens, intra prædicatorũ suorum mentes operitur. An Paulus eius tentorium non erat, cùm ab Hierusalem per circuitum, usque ad Illiricum in corda mortalium ueniens, in eius mente dominus quieſcebat? Nubes quippe erant hominibus, tentorium Deo. Sequitur. Nubes eius Moyses extitit, cum priuſ quàm plebi Israeliticæ ducatum præberet quadraginta annis in deserto permanens, & sublimia appetens, à conuersatione populi segregatus uixit. Et infrà. Sed iisdem sanctis prædicatoribus nequaquam ad persuadendum uerba sufficiunt, nisi cùm miracula adduntur. Vnde cùm dictum sit, Si uoluerit extendere nubes, quasi B tentorium suum, rectè subiungitur, & fulgurare lumen suum desuper. Quid enim sentire fulgura, nisi miracula debemus, de quibus p Psalmistam dicitur, Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos? Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgurat, quia per prædicatores sanctos, insensibilitatis nostræ tenebras etiam miraculis illustrat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † pater sanctus Gregorius prædicatores sanctos appellat, quorum sanctitas per prædicationes pollet in uerbis, & apud populos tota tonat miraculis & signanter dixit contra Witeleff q̃ eisdem sanctis nequaquàm ad persuadendũ, uerba sufficiunt, nisi cùm miracula adduntur, dum scilicet noua, & inaudita, rudi populo prædicaret, quales sanctos assumpsit Moysen, & Paulum. Quod mirum, cum lex sua, & uirtus C sua erat, quam illi populis suadebant. Quæ ergo optimo, & potissimo modo prædicanda erat hominibus: qualiter nulla hæresis, aut callida gentilitas posset ostendi. sicut cap. 114. de quæstionibus ueteris & noui testamenti, circa medium AVGVSTINVS. Vt ad fidem Dei accederemus unius, & filium incarnatum, & crucifixum crederemus, non uerbis suasum est nobis, sed rebus. Vidimus enim mortuos excitatos, leprosos mũdatos cæcos natos, oculos restitutos, dæmonia ejecta, & simul omnes infirmitates curatas; Nunc quando stulti fuisse iudicemur, cùm nudis uerbis credidimus, aut cum rebus, sine dubio enim res ante uerba sunt: quippe cũ ad res significandas inuenta sint. Si ergo traditioni humanæ, nulla suadente uirtute, quæ ad illudendas hominum mentes inuenta est, fidem dedimus: quantò magis huic, quam diuina, & deifica omnium signa, quæ Deum inuocant, conteſtantur? Nonne stulti digni diiudicaremur,

Iob. 36. Gre. To. 1. Ro. 15.

Psal. 143.

quæst. aduersus paganos. &c.

Aug. To. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur, si uirtutibus non crederemus, qui sermonibus *crederemus? Hęc ille. AVCTOR. Stultus esse ecce probatus est Witclest, non potest negare, declinare non poterit: quia uirtutibus non credit, nec patitur esse credendum, qui solis uerbis suis, & deliris argutiis, quas extra sacras scripturas diuinas sola traditione format humana, pugnat, instat, certat esse credendum
6 Mentitur ‡igitur, & contra Deum mentitur, & sanctos, quum dixit, quòd miracula nihil probant. Maximè uerò, quia miracula Domini ad gloriam suam in claris basilicis, & tumulis martyrum audet dicere illusiones dæmonum, nec ullis prodesse, nisi incredulis. O nunquid sensit eum Hieronymus, sicut senserit eadem illusione Vigilantium, quòd spiritus immundus coget cum hæc dicere, qui à martyribus tortum 1
se sensit epistola contra eum secunda. HIERO NY. Argumentatur contra signa, atque uirtutes 2
quæ in basilicis martyrum fiunt, & dicit incre- 3
dulis eas prodesse, non credentibus, quasi nunc 4
hoc quæratur, quibus fiant, & non qua uirtute 5
fiant. Esto, signa sint infidelium: qui quoniam 6
sermoni, & doctrinæ credere noluerunt, signis B
adducantur ad fidem, & dominus incredulis si- 7
gna faciebat, & tamen domini non ideirco sug
gillanda sunt signa, quia illi infideles erant, sed maiori admirationi erunt, quia tantæ fuerunt potentiæ, ut etiam mentes diuersissimas edomarent, & ad fidem cogerent. Itaque nolo mihi dicas, signa infidelium sunt, sed respõde, quo modo in uilissimo puluere, & fauilla nescio qua tanta sit signorum uirtutumque præsentia.
Sentio, sentio infelicissime mortalium, quid do 1
leas, quid timeas: spiritus est immundus, qui te cogit hæc scribere, sæpe hoc uilissimo tortus est puluere, immo hodieque torquetur, & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confitetur, nisi forte in morem gentilium, impiorumque Porphyrii, & Eunonii has præstigias dæmonũ esse confinges, & non uerè clamare dæmones, sed sua simulare tormenta. Do consilium ingre C
dere basilicas martyrum, & aliquando purgaberis: inuenies ibi multos socios, & nequaquam cereis martyrum, quia tibi displicent, sed flammis inuisibilibus combureris, & tunc fateberis quòd nunc negas, & tuum nomen, qui in Vigilantio loqueris, liberè proclamabis te esse aut Mercurium, propter nummorum cupiditatem, aut nocturnum Iouem, iuxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente, in Alcumenæ adulterio duas noctes Iuppiter copulauit, ut magnę fortitudinis Hercules nasceretur, aut certè Liberum patrem pro ebrietate, & cantharo ex humeris dependente, & semper rubente facie, & spumantibus labiis, effrænatisquè conuitiis.

*credide ramus.

Hier. To. 2: epistola quæ suscepit multa in orbe mostra possit medium.

A Hæc ille. AVCTOR. Ita uidere uellem Witclę uisitas ad sanctorum aduentare basilicas, & experiri semèl eos purgari à dęmone, quem semper in ore suo reuoluunt, & cui penè cuncta designant fidelium pro Christo & in Christo obsequia deuotorum.

¶ QVALITER NECESSE EST sanctos canonizari nobis adhuc continuè per ecclesiã, etiam de his, qui canonizantur à scripturis, & à deo. Cap. CXXVII.

SVMMA.

Christus quomodo se, & Apostolos apud patrem canonizauerit, & quare. 1
Cayni qui, & unde dicti. 2
Cano.izati per Paulum, recensentur. 3
Fides uera, quæ dicatur. 4
Hæreticorum miracula pro nihilo habenda. 5
Canonizationes sanctorum, quomodo est necessarium ut continentius celebrentur. 6
Finis omnium, quod pendeat de statu, & consummatione ecclesiæ. 7

PRobant miracula maximè, sed cùm sunt ipsa probata. Nobis enim tunc probant. Sicut iam suprà ait Chrysostomus notanter aliquos prophetas non esse canonizatos nobis, quia nobis adhuc per uerba fidei, & per miracula non innotescũt. Hac ‡de causa Christus se, & apostolos apud patrem canonizauit, & sanctificauit in terris, dicens, Pro eis, quos dedisti mihi, sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate: & subdit. Et ego claritate m, quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus & ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, & ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi. Et pater iuste mundus non te cognouit, ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt, quia tu me misisti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. Ioan. 17. Ecce quanta fecit Christus, ut ipse, & sancti eius noti fiant nobis, & canonizentur & patri, & item Petrus post Spiritussancti misionem canonizauit populis Christum Iesum uerbis, & signis. In nomine Iesu, inquit, Christi Nazareni surge, & ambula, &c. Actuum 3. Et subdit, Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut uos quid intuemini, quasi nostra uirtute, aut potestate hunc fecerimus ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum. Et infrà. Et in fide nominis eius

eius hunc, quem uidetis, & nostis, confirmauit A
nomen eius, & fides, quæ per eum est, dedit ei integram sanitatem in conspectu omnium uestrum. Et iterum idem Petrus orans, Da seruis tuis, inquit, cum omni fiducia loqui uerbũ tuũ in eo, ꝙ manum tuam extendas, sanitatem, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cùm oraret, motus est locus, in quo erant: & repleti sunt omnes Spiritusancto. Actuum 4. In quem locum retractationum sup
Actus Beda. In Græco habetur, Per nomen pue
ri tui Iesu. Quòd magis apostolorum uotis con
gruere uidetur, qui per omnia satagebant, ut homo, quem crucifixerunt Iudæi, clarescentibus per nomen eius miraculorum signis in cœlum assumptus, & Dei filius esse innotesceret. Hæc ille. AVCTOR. Deo patri satis hoc innotuit, & angelis eius, quibus passio, resurrectio, ascen 3
sio, & omnia gesta Christi erãt canonizata certissimè: sed hoc ipsum uolebant innotescere, & B
canonizari hominibus. Hæc igitur ualde noto, ne pro nullo ducatur, ꝙ sancti canonizentur modò p patres ecclesiæ, sed omnino stetur sanctificationi Dei, & canonizationi illorũ, quos scripturæ specificant. Sicut uidetur Witcleff intendere ca. dicto 30. Si ad acuendum deuotionem nostram beatos aliquos adoramus, uidetur, ꝙ relinquendo ambiguum, illos adorare debemus, quos fides scripturæ, & sic dominus canonizat. Hæc ille. AVCTOR. Qui sint illi, ut noueris eos sanctos, nisi quos tibi dixerit mater ecclesiæ? Ecce ipsos libros scripturæ, qui tibi istos dicerent canonizatos ex fide, quis canonicos instituit esse præter ecclesiam? In fide autem scripturæ, ubi habes Petrum, habes Simonem Magum. Vbi habes Paulum, habes fornicãtem corinthium: potuit pœnitere Simon sicut pœnitebat corinthius. Ex scripturis nihil amplius habes. Cur ergo non adoras sic Simonem C
Magum, sicut Petrum? sic Corinthium peccatorem, ut Paulum? At ne putares inutile argumẽtum, ex ipsis scripturis inspectis perpendebant aliqui Cain primum fratricidam adorandum ꝙ sancto, Iudam item proditorem, & traditorem, Chore item, Dathan, & Abiron, & omnem illam schismaticam clientelam, quam terra patens absorbuit, & Sodomitas igni subuersos, & sulphure. Vnde libro hæresum hęresi. 18. AVGVSTINVS. Caini † sic appellati sunt, quoniã cain adorant, dicentes eum fortissimę uirtutis. Simul & Iudam traditorem diuinum aliquid putant, & scelus eius beneficium deputãt asserentes cum præscisse, quantum generi humano Christi passio profutura esset, & occidendum Iudæis propterea tradidisse. Illos 4
etiam, qui & schisma facientes, in primo popu

Beda Vide glo. ad illum locum

Nu. 16. 2
Gen. 19
Caini. alias Caiani.
Aug. To. 6

lo dei terra dehiscente perierunt, & Sodomitas colere perhibentur: blasphemant legem, & deũ legis auctorem, carnisque resurrectionem negant. Hæc ille. AVCTOR. Quis istos damnauit & decreuit hæreticos: quia pro sanctis adorabant, sacrilegos, nisi patres ecclesiæ? Ipsi scripturas uidebant, & in scripturis canonizatos suo iudicio reputabant. Quis conuinceret ergo contra scripturas non sanctos pro sanctis coluisse, nisi mater ecclesia? Aut quis tibi uidebitur canonizatus ex hac fide, si non post hanc fidem canonizet eum ecclesia? Quis canonizet libros scripturæ? Quis dies festos Christi, & matris eius? Quis Apostolorum, & dies, & nomina canonizat præter ecclesiam? & hoc uobis in quio. Nunquid putas frustra, cùm sic canoniza
ti scripturis, canonizentur & nobis? Alioquin
† frustrà canonizauit beatus Paulus patres ue
teris testamenti, quos prius canonizauit scri- Canonizati per Paulũ.
pturæ fides in ecclesiastico, & locis aliis, sic solemni stylo rem prosequutus, & ordinem. Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est iustus, testimoniũ perhibente munere eius deo & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Fide Noe responso accepto de iis, quæ adhuc non uidebantur, metuentes aptauit arcam. Sequitur, & iustitiæ, quæ per fidẽ est, hęres institutus. Fide, qui uocatur Abraham, obediuit in locum exire. Fide moratus est in terra repromissionis. Fide & ipsa Sara sterilis uirtutem in conceptione seminis accepit. Fi
de Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit. Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis C
mandauit. Fide Moyses natus, occultatus est, Fides Raab meretrix non periit cum incredulis Et tunc finaliter, Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Samson, Iepte, Dauid, & Samuel, & aliis prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugarunt aciem gladii &c. usq; illuc, & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ut non sine nobis consummarentur. Ad Hebræ. 13. Vbi canonizat sanctos istos in fide Christi pro nobis, ut fide ampliùs roboremur tales patres habentes exemplo. Fidem, intellige charitate formatam, prout eo loco in expositione
4 REMIGIVS. Fides † ita est accipienda, ut credatur in corde, confiteatur ore, exornetur operi- Remigius. fides uera.
bus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Ille enim uerè credit, qui exercet operando, quod credit. Quo contra de his, qui fidē no mine tenus retinent, Paulus dixit, Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hæc ille.

Tit.1.

Hebræ.11. Remig.

AVCTOR. Et posteà exponens illud Apostoli, Et hi omnes testimonio fidei probati sunt, idem REMIGIVS. Qui omnes testimonio fidei probati sunt, nisi superius omnes memorati, quorum tam clara, & tam laudabilis fides cō memorata est? stellæ uidelicet firmamenti, terreni homines, & cælestes angeli, uiui lapides, & splendidæ margaritæ: quorum opera, quæ egerunt, fidem eorum confirmant? Sequitur. Testimonio itaque fidei probati inuenti fuerāt, hoc est, operatione facta, quæ per fidem operabatur, laude digni inuenti sunt. Fides illorum. n. operibus mūdis declarabatur. Hæc ille. AVCT. In utroque canonizationis catalogo tàm ueteris legis apud Ecclesiasticum, quàm nouæ legis apud Paulum probatur fides sanctorum cum operibus bonæ uitæ, & tandem miracula declarata probantur, qualibus Deo commendati putantur: & in hoc plus est catalogo, quia & meri

ubi supr. cap. præcedenti. Hebræ.11.

B tis, & miraculis recitati patres definitè probantur. Probant ergo miracula sanctum uirum, sed ubi fides, quæ per dilectionem operatur, esse probatur. Ideòque † inquisitores sancti ad ytrū

5 que conspiciunt, ne nobis interdum canonizēt hæreticos: de quibus & si quandoque miracula faciant, ecclesia Christi dixit, Quorum uirtus manuum erat mihi pro nihilo. Iob. 30. Vbi libro 20. Moral. ca. 7. GREGORIVS. Nonnunquàm signa hæretici quoque, & mirabilia faciunt, sed ut hic præmia afflictionis suæ abstinentiæque recipiant, uidelicet laudes, quas quærunt, unde

Hæreticorū miracula pro nihilo habenda.

Gregorius.

Matt.7. & in redemptoris uoce, Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quòd nunquàm noui uos. Qua nimirum sententia, quid datur intelligi, nisi quòd in hominibus charitas, & humilitas debeant, non autem signa uirtutum uenerari? Hæc ille. AVCTOR. Iam patet, quòd illud euangelii, quod attulit Witeleff contra sanctorum miracula, non de ipsis, sed de hæreticorum signis, quæ fecerint, eo quòd fide sancta priuentur, debent intelligi, quæ Gregorius nō miracula dignatus est dicere, sed signa, ut miracula, quæ nunquam sanctos probant, quia nunquā fideles, sed omnia in igne probationis clarescūt

6 ecclesiæ. Ideò † ualde necessarium est canonizationes sanctorum continentius celebrari, tàm ut ficti arguantur, quàm ut manifestentur iusti, ut fides consolationē accipiat, & laudetur Deus in sanctis suis, gustu quodam præambulo: sed non sic, ut infuturum perfecto. Fiat tamen uo-

A luntas Dei in nobis sic in terra, sicut in cælo. Vt de uirtutes cœlorum sibi applaudant, & sine quo scilicet nostro comitatu nec sancti consummabuntur in cœlo, dicente iam suprà Apostolo, q̄ sancti illi priores nondum repromissionem accipiunt, Deo nobis meliùs prouidente, ne sine nobis consummarentur, id est, quousque sanctos nostros consummatè perceperint ad uidendum in bonitate electorum suorum, ad lætandū in lętitia gentis tuæ, ut laudetur Deus cum hæreditate sua. Vnde Homil. 68. super Cantic.

Hebra.11.

Psal.105

Bernardus.

BERNARDVS. Nec parum hoc opus existens, nullum dico tibi remanebit opus perfectum, si hoc mutaret. Nonne † de statu, & consummatione ecclesiæ, finis omnium pendet? Tolle hanc, & frustrà inferior ista creatura reuelationem filiorum Dei expectat. Tolle hanc, & neque patriarchæ, neque prophetæ aliqui consummabuntur: cùm Paulus asserat Deum ita ꝓ uidisse pro nobis, ne sine nobis consummarentur. Tolle hanc, & ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec Dei ciuitas de sui integritate gaudebit.

Rom.8.

Hebræ.11

Sequitur. Tu putas dominum Deum nostrum habiturum suæ gloriæ laudem, donec ueniant, qui in conspectu angelorum psallant illi? Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quib. uidimus mala. Hoc genus lętitię cæli nescierūt, nisi p ecclesiæ filios. Hoc nemo unq̄ lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportunè post tristitiam gaudiū subit, post laborem quies, post naufragium portus. Et infrà. Pars mea hæc in cælesti conuiuio, & seorsum ab ipsis beatis spiritibus. Audeo dicere expertem meæ beatitudinis ipsam beatam uitam, nisi qui dignetur fateri, quòd per charitatem ea in me fruitur, & per me aliquid suæ perfectioni illi uidetur accessisse exme: neque parum hoc: denique gaudent angeli ad pœnitentiam peccatoris: q̄ si deliciæ angelorum lachrymæ: quid deliciæ? Omne opus ipsorum, laudare Deum, sed deest

Psal.88.

C laudi, si desint, qui dicant, Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Hæc ille. AVCTOR. O quàm remota sunt ab his occultis Dei Witeleuistarum ingenia. Neque enim uel peritiores illorum sagacius disputarent, quod caput asini, quàm qualiter sancti cælestes ultimum sanctum nostrum de terris canonizandum expectent, nec ante cum cōsummabuntur, dixit Paulus. Vbi iam beati sunt in gaudio paradisi: si enim hoc scirent isti terrigenæ, & filii hominum, necessarium scirent, & super necessarium patres huius militantis ecclesiæ, cœlesti ciuitati in celebrando sanctos aggregatione illius sacri collegii continuè subuenire, sine quorum cumulo accedente, continuè

nuè angelorum gloria claudicat, apostolorum, prophetarū, & martyrum chori uix medijs laudibus iubilant, imo & Deus noster, dixit Bernardus, non habet ex creaturis gloriæ suæ laudem, donec in conspectu angelorū ueniant, qui psallant illis lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti. Audeo ergo dicere, quòd patres nostri tm̄ tenentur in nostris canonizationibus aggregare sanctos sanctis, conformando se triumphāti choro sanctorum in gloria, quantùm deuotus aliquis Christianus tenetur desideranter orare patrem in cælis, ut eius uoluntas fiat sicut in cælo, & in terra. Sic enim cælestis Hierusalem ædificatur à nobis, ut ciuitas, secundùm prophetiā

5 A

6

Psal. 121.

Psalmistæ. Vbi CASSIOD. Dixit. n. primùm, Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas. Ædificatur planè, quæ quotidie usque ad consummationem mundi uiuis lapidibus, spirituali operatione construitur. i. confessoribus, martyribus, & qui dño syncera mente deuoti sunt. Hæc ille.

B AVCTOR. Præ aliis iam dictis, quia hęc est debita ueneratio sanctis, taxata eis à Deo, ut memoria laudis eorū relinquatur hominibus. Iacobi. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem dñi uidistis, quia misericors est dominus, & miserator. Attendamus, quid Apostolus dicat, p p pœnalem exitum suum longanimitatem, laborem, patientiā, prophetas beatificamus. Quid beatificamus. i. beatos eos facimus coram hominibus, & reddimus eos sanctos in terra, qui Deo sancti sunt in cælis: teste scriptura, quia & hoc eis dominus uult uice cuiusdam beatitudinis portionis concedere, qui miserator, & misericors. Vbi in expositione huius canonicę BEDA. Misericors est Deus, uel miserator, ut & in ꝑsenti suos a tētationibus liberet, & pro constantia fidei ēt coram hominibus uiuentes glorificet, uel post mortem occultè coronet & nec sic quidem ab hominibus memoriā, quā meruere, laudis auferat. Hæc ille.

1

Beda

C

¶DE EXHVMATIONE, ET SOlenni translatione sanctorum, & eorum ossium ad loca solēnia. Ca. CXXVIII.

SVMMA

1 *Iacob Patriarchæ translatio ab Aegypto.*
2 *Corpora defunctorum, maximè iustorum, atque fidelium, q̄ non sint contemnenda, nec abijcienda.*
3 *Michææ, & Habacuc translatio.*
4 *Stephanus primus martyrum post Christum, quo modo tardè canonizatus ecclesiæ.*
5 *Geruasii, & Prothasii translatio. Et quomodo cæcus tunc fuerit illuminatus.*
6 *Dionysii cōfessoris reliquiæ Mediolani trāslatæ.*

RDo deinceps exigit in honorādo deū in sanctis eius, ut eorum notitiā in ecclesia exhumatio, & in locum uenerabilem translatio subsequaī: sup hoc nauseat ois cognatio Lollardorū. Citra annum Guillelmus cognomento Albus, iudicialiter cōfessus est, q̄ reliquiæ sanctorum. i. carnes, & ossa hominum mortuorum, non debent à populo uenerari, nec de monumēto fœtido extrahi, nec in capsa aurea, uel argentea reponi, quia homines sic faciētes, nō honorāt Deū, & sanctos eius, sed cōmittūt idololatriā. Est inter cōclusiones eius. 22. Audiuit aūt W iteleff dicere dicto ca. 30. tertii Trialogi, q̄ multi patrię, ex seductione diaboli plùs colūt uocatum sanctum nouum hmōi, & spāliter assistente sumptuoso signo sensibili, q̄ colunt dñm Iesū Christū. Hæc W itcleff. AVC. Isti multa inculcāt, sed nos tractemus p sericm de exhumatione sancti corporis, & translatione ad locum celebrem, primo dicētes, Scimus † qui dem ex scripturis, Iacob patriarchācū magna ueneratione filiorum suorum, & seniorū Aegypti translatum ab Aegypto, & sepultū in sepulchro duplici contra faciem Mābre. Gen. 50. Et Ioseph mādante, ossa eius dudum sepulta in Aegypto, exhumātur, & cū magna ueneratione tot annis translata, tandē sepeliuntur in Sichē, Gen. & Iosue, capi. ult. Cæteri autem fratres eius, secundū Iosephum, quisq; in obitu suo deferebaī, & sepelichaī in Ebron, & posteà translati sunt in Sichem. In hoc putabant se ueneratione magnam prestare defuncto, nullus dubitat: nec usquequaque committere idololatriam populum illū dei electum: quem inter ìdola Aegypti Deus sibiip si seruauit immunem, & sanctos, maximè Patriarchas, qui iusserunt hęc fieri. Dicet W itcleuista, sed ista non fecerunt eis tanquam sanctis, sed curam exhibentes tāquam hominibus mortuis. Reuera si non in hoc peccauerunt, uenerādo sepulturas pretiosas, & translationes solennes, & loculos, uel capsas pretiosas, prestando reis, multo magis non peccarent hęc ipsa cum ueneratione solenni, prestando sanctis Dei amicis, & ciuibus uere beatis Deo fruentibus sine fine. Vnde lib. 1. de ciuitate Dei, ca. 13. AVGV-

2 STINVS. Non † contenenda, nec abiicienda sunt corpora defunctorum, maximè q̄ iustorum atque fidelium, quibus tanq̄ organis, & uasis ad omnia opera bona sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna uestis annulus, ac si quid huiusmodi tantò charius est posteris, quantò erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa sper-

Aug. To. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

nenda sunt corpora: quæ utique multò familariùs, atque coniunctiùs, quàm quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum, vel adiutorium, quod exhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate sunt curata, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa. Ipsi quoque, dum uiuerẽt, de sepeliendis, uel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandauerunt: & Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoque dominus tertia die resurrecturus, religiosę mulieris bonũ opus prędicat prædicandum, commendatque, quòd unguentum pretiosum super membra sua effuderit: atque hæc ad sepeliendum se fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum diligenter, honorificè tegendum, sepeliendumque curarunt. Verum istæ auctoritates non hoc admonent, quòd insit ullis cadaueribus sensus, sed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendã. Sequitur. Sunt quidem & alia, quæ sancti Patriarchæ de corporibus suis uel cõdendis, uel trãsferendis prophetico spiritu intelligi dicta uoluerunt. Hæc ille. AVCTOR. Hic tradit Augustinus triplex officium curæ, tribus mortuis exhibendum. Docet curam corporis humani in genere, scilicet omnium corporum fidelium, atq; iustorum, quibus tanquam organis, & uasis ad omnia opera usus est Spiritus sanctus. Et de corporibus subdit antiquorum iustorum, de quibus sepeliendis, uel etiam transferendis, filijs mandauerunt. Tertio item de his, qui corpus domini Saluatoris honorificè deposuerunt, texerunt, & sepelierũt honorificè quali laude cõmemorantur in Euangelio. Primis in erit pietas: secundis pietas cum reuerentia debita iustis: tertijs item honor euangelicæ laudis in opus diuinum. Quæ tamen omnes satis admonent, non inesse sensum illis corporibus, quibus agunt officium, sed quia ad resurrectionis fidem astruẽ dam pertinere uidentur. Et de corporibus quidem Patriarcharum condendis, uel transferendis, alia sunt, quæ spiritu prophetico uolebant intelligi, puta, quia in illa terra, ad quam transferebantur, resurrectura corpora sanctorum erãt cum Christo. Aut quia ibi recondi uolebant, vbi à Christi futuris cultoribus translationis suæ præstolarentur honorem, non aliter, quàm exẽplo, & auctoritate scripturæ, quæ talem admisit sanctis eius: quorum tamen spiritus ad spectandum Saluatoris aduentum mittebantur ad inferos. Cur non magis illorum corpora, quorum spiritus iam per angelorum manus sẽcure transferuntur ad cœlos? uelut † sanctorum corpora Michææ, & Habacuc de uico Seila translata ferũtur circa tempora Epiphanij Cypriorum Episcopi. Vnde libro. 9. historiæ tripartitæ ca. 49. CASSIDORVS. Non solum hæc religionem tunc uolitabant, sed etiam Habacuc & Michææ prophetarum corpora, sicut audiui, hoc tempore sunt ostensa reuelatione diuina, dum Zebennius tunc Elencherapolitanam gubernaret ecclesiam in uico, qui priùs uocabatur Coyla, in Berathasia prædio, quòd distabat ab urbe quasi stadia decem. Circa hunc locum sepultura Michææ fuit, quam nescientes, quid dicerent prouinciales, O fidelem memoriam uocitabant. Hæc ille. AVCTOR. Insufficienti igitur definitione usus est Witeleff, dum diceret, Si beatos aliquos adorare debemus, illos adoremus, inquit, relinquendo ambiguum, quos scriptura, & dominus canonizat. Ecce hos canonizauit scriptura, non tamen eos reuelandos dominus duxit, ut canonizentur à nobis, usque post tot annos, tunc inuenta sunt eorum corpora, tunc honorantur translata, ad quid? nisi ut nouo honore colerentur sancti Dei in antiquis carnis suę officinis in Christi ecclesia? Sanctus † item Stephanus Protomartyr post Christum primum martyrum, quem scripturę canonizant, sic disponente Christo, qui tanto tempore latere eum mundo uolebat, longè post multos martyres reuelatus est, & ideò tardè canonizatus ecclesię: sicut in sermone. 70. de inuentione eius recolit AVGVSTINVS. Expectat sanctitas uestra scire, quid hodie in isto loco positum sit. Reliquię sunt primi, & beatissimi martyris Stephani. Audistis cum passionis eius lectio legeretur de libro canonico Actuum Apostolorum, quemadmodum lapidatus sit à Iudæis. Sequitur. Huius corpus ex illo usque ad ista latuit, nuper autem apparuit, sicut solent apparere sanctorum martyrum corpora reuelatione Dei, quando placuerit creatori. Sic ante aliquot annos nobis iuuenibus apud Mediolanum cõstitutis, apparuerunt corpora sanctorum martyrum Geruasij, & Prothasii. Scitis, quòd Geruasius, & Prothasius longè pòst passi sunt, quàm Stephanus beatissimus: quare illorum priùs, & huius posteà, nemo disputet. Voluntas Dei fidem quærit, non quæstionem: verùm autem reuelatum fuit ei, qui res ipsas inuentas monstrauit: præcedentibus enim signis, locus demõstratus est. Et quo modo fuit reuelatum, sic est inuentum. Multi inde reliquias acceperunt, quia Deus uoluit, & huc uenerũt. Hæc ille. AVCTOR. Hic agnoscant

Tobiæ. 2. & 12.

Matth. 26. & Io. 12.

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. & Io. 19.

Michææ & Habacuc trãslatio. Cassiod.

Aug.

scant Witeleuistæ, se quæstionẽ friuolam quæsisse, cur non essent sancti occumbentes statim post Christum canonizati tunc ecclesiæ, & a singulis obsecrati, immo post iam diu, post sanctos tardiores tardius honorati. Noli per hos ecclesię factis derogare: sed arrogãtem quęstionem diuinę uoluntati submitte, quia quare illorum prius, & huius prioris posteà, nemo disputet, inquit Augustinus. Voluntas Dei fidẽ quærit, non quęstionem. Si uero res ipsa qõne melior fieret, quærerẽ ergo, Cur tu ista quæris, quæ citra Christi ascensionem de cultibus mortuorum, & ueneratione sanctorum ĩ omni antiqua ecclesia hactenus dubitata non sunt? Dei uoluntas fuit, ut nunc primo uenirẽt in lucem: quod signa precedentia, & diuina reuelatio patefacit. Accedit ergo cœlestis monitio per signa, & uisa, quid tunc restat, nisi ut iubenti deo seruiat creatura? Ordinem exhumandi, & hos martyres transferendi narrat ille, qui fecit: teste iam Augustino. Idem dicit tractatu primo de eisdem sanctis AMBROS. Quid multa? dominus gratiam dedit formidantibus etiam cle ricis. Iussi eruderari terram eo loci, qui est ante cancellos sanctorum Felicis, atque Naboris. In ueni signa conuenienti, adhibitis etiã, quibus per nos manus imponenda foret. Sic sancti martyres eminere cœperunt, ut adhuc nobis silentibus arriperetur urna, & sterneretur prona ad locum sepulchri. Inuenimus miræ magnitudinis uiros duos, ut prisca ætas ferebat, ossa omnia integra, sanguinis plurimum, ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra, ad ordinem transtulimus, uespere iam incumbente, ad basilicã Faustæ: ibi uigiliæ tota nocte, manus impositio: sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam: dum transferimus, cęcus sanatus est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ẅ itcleuista Guillelmus, quid dicet Ambrosio? Non uult sanctorum corpora à populo ueneranter de monumento extrahi, & in pretiosa capsa translata reponi. Ambrosius secutus auctoritatem scripturę, iussit fossoriis, & sarculis eruderari sepulchrum, inuentum thesaurum sãctorum cadauerum transferri prœcepit, comitatur & dominus transferentes, & in signum beneplaciti sui cęcum curauit in uia. Cui nomen fuisse Seuerum dicit, lanium officio, dum id prosequitur insequenti tract. 3. cui item miraculo, li. 22. de ciuitate Dei. cap. 8. tanquam uero Dei miraculo, & eius sanctos probante, is, qui tunc adfuit iuuenis, vt iam asserui, attestatur AVG. Miraculum, quod Mediolani factum est, cùm illic essemus, quando illuminatus est cęcus, ad multorum notitiam potuit p eruenire, quia est ciuitas grandis, & ibi erat Imperator, & immenso populo teste, res gesta est, concurrente ad corpora martyrum Geruasii, & Prothasii, quæ cum laterent, & penitus nescirentur, ẽpo Ambrosio per somnium reuelata, reperta sunt, ubi cęcus ille, depulsis uteribus tenebris, diẽ uidit. Hęc ille. AVCT. Hic dicit, quod supra tacebat Ambrosius, reuelata. s. sibi per somnium esse sancta corpora, quæ prius cunctis erant ignota: & de cæco antiquo testatur, quem dixit Ambrosius restitutum, dum comperti martyres transferrẽtur. Ipse idem Ambr. In eam ciuitatem translatas illuc reliquias sancti Dionysii digno condebant honore: prout in martyrologio sub. 8. Cal. Iunii testatur BEDA. Mediolani † inquit, sancti Dionysii epi, & confessoris, qui apud Cappadociam pro fide catholica damnatus exilio ibi quieuit: postea reliquias corporis eius per sanctum Basilium præfatæ urbis episcopum receptas, beatus Ambrosius cum digno honore condidit. Hæc ille. AVCT. Multum honorem credit sanctus pater se præstare deo, cùm tam erat sollicitus effodere corpora sanctorum eius de uili gleba: & cum omni ueneratione fidelium ea amplius ueneranda in loca sancta, & alta Christo propinqua transferre.

Amb. Gervasij, & Prothasij translatio. 7. 3.

Cæcus illuminatus. Aug. To. 5.

Sancti Dionisij confessoris reliquiæ.

¶DE SOLENNI DEDICATIONE corporum sanctorum, & ossium, & repositione eorum in capsis, ædiculis, aut scrinijs pretiosis. Cap. CXXIX.

SVMMA.

Ambrosius, quomodo sacris reliquijs de monumẽto translatis sacras ædes concesserit, apostolorum more, atque constitutione.
Apophoreta triumphalia.
Agricolæ, & Vitalis translatio, & dedicatio.
Petri, & Pauli corporum leuatio, contra insanos, qui negant Romæ fuisse Petrum, aut præsedisse.
Constantinus imperator, quæ corpora sanctorum leuauerit.

Quantos plausus, quantum gaudium putas ipsi Ambrosio fuisse, quòd sibi concessum est, & suo tempore ista præstare martyribus? Vnde tractatu secundo de eisdem AMBROSIVS. Eruuntur † nobiles reliquiæ de sepulchro ignobili: ostenduntur cælo trophæa: sanguine tumulus madet, apparent cruoris triumphalis notæ, in uiolatæ reliquiæ, loco suo, & ordine repertæ. Auulsum humeris caput. Nunc senes repetunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sudisse se aliquando horum martyrum nomina, titulumque legisse. Perdiderat ciuitas suos martyres, quæ rapuit alienos. Et si hoc Dei munus est, tamen gratiam, quam temporibus sacerdotii mei dominus Iesus tribuit, negare non possum: quia ipse martyr esse non mereor, hos uobis martyres acquisiui. Succedant uictimæ triũ 3 phales in locum ubi Christus est hostia: sed ille super altare pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ergo locum prædestinauerã mihi (dignum est em ut ibi requiescat sacerdos, ubi offerre consuevit) sed cedo sacris uictimis dexteram porrionem, locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas, & dignis ædibus inuehamus: totumque diem fida deuotione celebremus. Hęc ille. AVCTOR. Concesit ergo sacris reliquiis de monumentis translatis sacras ædes: sic ab antiq uæ legis patribus deinceps cũ cesserunt apostoli corporibus maximè iustorũ, ubi etiam persecutio permisit dignas pretio sepulturas: prout ordinauit ecclesiasticum officiũ B ab apostolis sibi traditum, ca. 7. ecclesiasticę hierarchiæ DIONYS. Hæc perficiens Hierarcha, reponit in domo prætiosa corpus cũ aliis coadunatis sacris corporibus. Si, n. in anima, & corpore Deo amicam uitam, qui dormiuit, uiuebat, pretiosum erit cum anima sancta, & qđ concertauit ipsi corpus, secundùm sacros sudores. Vnde diuina iustitia cum suo corpore ipsi donat retributiuas quietes, ut cocunt, & comparticipi diuina, uel contraria uita. Hæc ille. AVCTOR. Ecce, qp institutione apostolica Episcopus reponit corpus iam defuncti in prætiosa domo, & limitat cum aliis coordinatis, secundùm Vercellensem cum aliis eiusdem ordinis, putà similis meriti. Et assignat rationem, quia si sanctam uitam duxit anima cum illo corpore, diuina iustitia uult retribuere corpori honorem ẽt sepulturæ: sicut animæ retribuit inter sanctos suæ præsentiæ, vt totum hominem sanctificet, qui totus promeruit. Secundùm hunc ordinem C transtulit sanctorum corpora Vitalis, & Agricolæ Bononiensis præsul, quorum festiuitati adfuit inuitatus, prout ipse refert primò martyrũ nomina, & triumphos, li. 2. de uiduis in principio AMBROSIVS. Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta deferre secum consueuerunt. Ego ad Bononiense inuitatus cõuiuium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta uobis plena sanctitatis, & gratiæ reseruaui. Apophoreta † autem solent habere triumphos principum. Et hæc apophoreta triumphalia sunt, Christi enim principis nostri triumphi, sunt martyrum palmæ. Sequitur. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit ante, nunc consors & collega martyrij. Præcesit seruus, ut prouideret locum, secutus est dominus securus, quòd fide seruuli iam inueniret paratum. Non aliena laudamus. Passio. n. serui, domini disciplina est. AVCTOR. Prosequitur exhinc postea ordinem passionis AMBROS. Sanctus † Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur, ideoque differebant eius passionem. Sed hæc persecutorum honorificentia omni erat immanitate acerbior, quæ inuidebat martyrio. Denique ubi non acquieuit sanctus Agricola, crucifixus est, ut aduertamus illas blanditias illorũ nó sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio serui dominum terrere uoluerunt, uertit hoc Christus in gratiam, ut martyrium serui dominus imitaretur. AVCTO. Sequitur de sepultura AMBROS. Sepulti autem erant Agricola, & Vitalis in Iudæorum solo inter ipsorum sepulchra. Iudæi ambierunt cum seruulis sepulturæ habere consortium, quorum dominum negauerunt. Sic & aliquando Balaam dixit. Moriatur anima Num. 23. mea in animis iustorum: & tamen non cõicauit eorum operibus, dum uiueret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti, quos uiuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Et mox de translatione. Illic ergo martyrum exuuias requirebamus, tanq̃ inter spinas rosam legentes. Circũfundebamur à Iudæis, cum sacræ reliquiæ euoherentur. Aderat populus ecclesiæ cum plausu, & lætitia. Dicebant Iudæi: flores uisi sunt in terra, cum uidebant martyres. Dicebant Christiani, Tempus incisionis adest. Iam qui metit, mercedem accipit. Alii seminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audiẽtes Iudæi uoces plaudentis ecclesiæ, dicebant inter se. Vox turturis audita est in terra nostra. Vnde benefactum est, Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. Dies diei. i. Christianus Christiano: nox nocti, id est, Iudæus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi, qp habebant scientiã martyrum, sed non scientiam uerbi. i. non secũdum illam solius boni, & solius ueri scientiã. Ignorantes. n. Dei iustitiam, & uolentes se iustificare, iustitiam Dei non receperunt. AVCT. Huius martyris reliquias sic translatas dedicabant, quasdam tamen secum delatas condidit, & dedicauit, ut subdit AMBROSIVS. Collegimus sanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc sanctæ uiduæ negare nõ potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur. Ea igit uidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum parauit, atque obtulit, quod hodie dedicamus digna tali oblatione, quæ in sobole sua templa iã domino pudicitiæ, atque integritatis sacrauit

Dionysius. *S. Petron.* *Amb. To. 1* *Apophoreta* *Agricola.* *Hie. To. 1* *Cant. 1. Io. 4.* *Psal. 18.* *Rom. 10.*

crauit. Hæc ille. AVCTOR. Totum penè ordinem facti recitauit ex integro, testatur de passione, & de genere mortis, & fidei constãtia, de sepultura, de effusione, & collectione reliquiarum præsentibus ibi episcopis, de translatione, & euectione solenni cum populo ad altiorẽ locum, de dedicationeque eorum solenni. Quam item dedicationem ossium sancti alterius martyris, tangit epistola ad Iulianum consolatoria super pignoribus suis HIER. Laudent te ergo alii, tuasque contra diabolum victorias panegyricis prosequantur, qp læto vultu mortes tuleris filiarum, qp in quadragesimo die dormitionis earum lugubrem uestem mutaueris: & dedicatio ossium martyris candida tibi indumenta reddiderit, ut non sentires dolorem orbitatis tuæ, quam ciuitas uniuersa sentiret: sed ad triũphum martyris exultares. Hæc ille. AVCT. Hæc antiquorum sanctorum formata deuotio successionem em pietatis suæ, iam mille annis dereliquit B ecclesiæ, & ipsi à suis patribus eius regulam susceperunt, uelut diu ante istos officio solenni transtulit Petri, & Pauli Cornelius Papa uigesimus ex decreto eius inter decreta Pontificum, ca. unico CORNEL. Charissimis, atque dilectissimis sanctæ Dei ecclesiæ filiis, & omnibus domino, recta fide famulantibus, Cornelius episcopus. Et infrà, Rogo vos nobis congratulari, 5 quia rogatu cuiusdam deuotæ fœminæ, atque nobilissimę matronæ Lucinæ leuata sunt corpora beatorum Apostolorum Petri † & Pauli de Catacumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus leuatum silentio, ac positum est in prædio prædictæ matronæ, uia Hostiensi, ad latus, ubi decollatus est: posteà uero beati Petri Apostolorum principis accepimus corpus, & condecenter posuimus illud iuxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum, in in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neroniani, tertio Calend. Iuliarũ die. C Hæc ille. AVCT. Fecit iste sanctus Papa, quod tunc potuit, sæuiente adhuc rabie tyrannorum, sub quibus & ipse martyr occubuit. Nec habet in eo locum dos ecclẽsiæ, qui tot episcopis dotem præcesit: nec illa inordinata cupiditas matronam inflauit Lucinam petentem hãc trãslationem fieri à sancto Papa, qualiter imponit Witeleff ecclesiis petentibus cito Romanam curiam pro suis fratribus transferendis, sed imponat, si audeat, Constantino Augusto hanc cupidinem, & Witeleff, & Guillelmus item satrapa magnus Witeleff idololatriam, quòd ipse corpa sancti Petri prius translatum æde, uel loculo prætioso condidit: prout habet libro de Romanis pontificibus ex Damaso HIERO. Augustus Constantinus ex rogatu Syluestri episcopi beato Petro apostolo basilicam fecit, cuius loculum ita condidit cum corpore sancti Petri, ipsumque loculum undique ære conclusit ad caput pedes quinque, ad latus pedes quinque, subtùs pedes quinque, & sic inclusit corpus beati Petri apostoli, & recondidit, & ornauit superius ex columnis uitreis, quas de Græcia perduxit. Hæc ille. AVCT. Ad hunc sanctum Constantinum Augustum blasphemam linguam torqueat, si audeat Witeleff propter signum sumptuosum sensibilis loculi, quo dignè corpus recondidit sancti Petri. Et Guillelmus uasallus eius doleat capsa prætiosa reponi. Eodem enim dæmone agitante sunt isti sanctis infesti, quo & Vigilantius eorum doctor, & ante eum Eunomius. Vigilantius nanque dedignanter ait, Nescio quod in modico uasculo transferendo colis. At contra eum libro contra Vigilantium ad Riparium HIER. Quid est illud, nescio quid, *Hie. To. 2. lib. qui incipit multa & orbe nostra, non longe a principio.* scire desidero: expone manifestius, ut tota liber tate blasphemes. Puluisculum, inquit, in modico uasculo prætioso linteamine circundatum? Solet martyrum reliquias prætioso operiri uela mine, & non uel pannis, uel cilicio collocari, uel proiici in sterquilinium, ut solus Vigilantius ebrius, & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, qñ apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus † Imperator, qui sanctas reliquias Andreę, Lucę, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dęmones rugiunt, & habitatores Vigilantij illorũ se sentire prędentiam confitentur? Sacrilegus nũc dicẽdus est Augustus Archadius, qui ossa beati Samuelis longo post tpe de Iudæa transtulit in Thraciam. Omnes ępi non solum sacrilegi, & tui iudicandi, qui rem uilissimam, & cineres dissolutos inferico, & uase aureo portauerunt. Stulti omnium ecclesiarum populi, qui occurrerũt sanctis reliquiis, & tanta lętitia, quasi pśentem, uiuentemque cernerent, susceperunt, ut de Palestina usque Chalcedonem iungerent populorũ examina, & in Christi laudes vna voce resonarent? Videlicet adorabunt Samuelẽ, & nõ Christum, cuius Samuel, & Leuita, & propheta fuit. Hęc ille. AVC. Hoc ęculum inspicit iã Guillelmus ibi argumenta sua inter antiquas blasphemias uidit Vigilantii idololatras dicens fideles, qui uenerantur sanctos defunctos in loculis, aut capsis aureis, uel argenteis ędibus. Responde mihi Guillelme: responde Hieronymo, ne Vigilantius magister tuus in disputatione succumbat. Ergo, inquit, Constantinus sacrilegus? immo die & idololatra, ergo & Archadius idololatra? ergo omnes episcopi sancti à sancto petro hucusque sunt idololatrę? omnes populi concurrentes sunt idololatrę? Conce-

Cornelius qui fuit circa annum 225. *Petri, & pauis corpa ex loculo extra urbem, qui ne Dñi Romæ posse Petrum aut profodisse.* *Constantinus, quæ corpora ĩ loculorum leuauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

do,dicas,& solus sanctus Vigilantius, sanctus Eunomius qui has reliquias calcauerunt ut puluerum contemptores. Adhuc dicas altius, ergo sanctus Ioseph fuit idololatra? qui tam numerosa plebe utriusque gentis concurrente tanto terræ tractu, cum grandi ueneratione ossa patris sui recondenda transtulerat. Et ipse itẽ,qui ossa sua sic cum ueneratione per fratres suos transferenda mandauit. Omnes sancti sunt idolatræ,& solus fœtidus Witcleff, & Eunomius ab origine cum sua hæretica clientela est cultor Christi catholicus.

Gen. 50.

¶QVOD HOS HONORES EXhibentes sanctis, non colimus eos ut Deos,sed ut Dei amicos,& nostros apud Deum patronos. Cap. CXXX.

SVMMA.

1 *Adorandi sanctos mos antiquissimus.*
2 *Deus solus cultu latriæ colitur.*
3 *Sanctos,quomodo non colimus ut Deos,neq; pro Dijs eos habemus,sed ut Dei amicos.*
4 *Sancti defuncti q; sint honorandi,non adorandi.*
5 *Serapis. Aegyptiorum Deus qui priùs & Apis appellatus.*
6 *Gentilium error circa mortuorum hominum cultum.*

GEntilium esset hæc impositio,non hereticorum fidelium. Aut ergo putat Witeleff nos paganizare, colẽdo sanctos, ut gentiles, qui tot habebant deos responsales,quot honores. Aut necesse est se confiteri paganum, qui calumnias Paganorum nobis imponit. Quid aiunt gentiles? q; colimus plures deos. Quid Witcleff in Dialogo C sui mendacii,ca. 16. Erubescę esse de generatione adultera, nisi docere sciueris, q; hæc signa mortua miraculose fiunt ab homine,quem asseris esse sanctum. Sequitur. Idem est legem Christi postponere, & ista apocriphachronicorum anteferre,& antiquum dierum relinquere. & Deos recentes infideliter acceptare. Hæc Witcleff. AVCT. Ecce deos recentes acceptamus,si præter legem Christi, chronicorum libris de miraculis sanctorum credamus,& in capit. 30. tertii Trialogi dicit,fideles plus colere nouum sanctum,quàm dominum Iesum,& proprer ista appellat cultores sanctorum Guillelmus idololatras. Attamen sine consilio, & assensu gentilium Witcleff ista non scripsit. Puto enim eum consilium iniisse secretè cùm quodam Niceta: de quo refert lib. 4. ecclesiasticæ historiæ. ca. 16

1

2

A Eusebius. Aemulus totius boni, & aduersarius omnium iustorum,& postquàm uidit, q; martyrum gloria,& pro uitæ egregiæ uirtutibus coronatus est sanctus scilicet Polycarpus, & per mortem præmia immortalitatis adeptus, satis agere cœpit,ut reliquias eius ad sepulturam nostris desiderantibus nemo concederet. Instigabatur ergo Niceta Herodis pater,frater autem Dalce adire iudicem,& petere ab eo,ne humandum concederęt corpus,ne fortè,inquit, relinquentes eum,qui crucifixus est,Christiani hũc colere incipiant: Iudæis maximè ista machinantibus,qui & nostros intentis oculis obseruauerant, ne eum flammis adhuc ardentibus raperent: ignorantes miseri, quia neque Christum aliquando possimus derelinquere,qui mortem pro totius mundi salute sustinuit: neque alium quemquam colere,quàm uerum Deum, & qui solus colendus sit,nouerimus. Martyres uerò B tanquàm discipulos domini diligamus,& uenemur,quasi integrè fidem magistro seruantes, & domino,quorum in fide,& perseuerantia charitatis optamus esse participes. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ingenium uiri gentilis, quod illi immisit spiritus hostis sanctorum,non humandum sancti corpus,ne ita incipiant colere Christiani,ut Christum relinquant. Vnde & ingenium Witcleff,nisi ab eodem principe omnis mali,quando dicit Christianos plus colere talem sanctum,quàm dominum Iesum. Vnde nisi ab eodem,quod suprà dixit, q; mens uiatoris ex multitudine beatorum,quos orat, dispergitur,& affectio à Christo laxatur. Ignorantes omnes uos miseri à diabolo inspirati pagani Witcleuistæ,& iudæi,q; neque christum aliquando possumus derelinquere,neque alium quenquam colere tanquam Deum. Martyres uerò tanquam discipulos domini diligamus, & uenemur,in hoc seruantes fidem integram magistro nostro,qui de eis dixit, Qui uos recipit,me recipit. Gentiles sunt,aut Iudæi,qui hæc imputant fidelibus. Et † tamen modus iste orandi sanctos,quàm sit antiquus,uidetis,calumniá quam christianis adiiciunt,uidetis item antiquam. Hanc gaudenter accepit Witcleff, dicẽs nos acceptare deos recentes. & sermone item. 34.3.par. AVG. Nos, martyres nostros pro diis non habemus,non tanquam deos colimus,non eis templa,non eis altaria,non sacrificia exhibemus,non eis sacerdotes offerunt. Absit, Deo † ista præstantur,immo Deo ista offeruntur, à quo nobis cuncta præstantur,etiam apud memorias sanctorum martyrum. Sequitur. Quando audistis dici apud memoriam alicuius sancti,Offero tibi Petre,aut,Offero tibi Paule? Nunquid audistis? non fit non licet. Et si dicatur

Euseb.

1

2

Aug.

tur tibi, nunquid tu Petrum colis? Respondę, quod de Fructuoso respondit Eulogius, Ego non colo Petrum, sed eum colo, quem colit & Petrus: tunc te amat. Nam si uolueris pro Deo habere Petrum,offendis Petrum,& uide ne pedem frangas, offendendo in petram. Vt nouerit is uerũ esse, quod dico,audite,ad moneo uos in Actibus apostolorum,cum magnum miraculum fecisset apostolus in Lycaonia: ciues eiusdẽ ciuitattis suæ prouinciæ prædicauerunt Deos descendisse ad homines, & crediderunt Barnabam esse Iouem, Paulum esse Mercurium, quia ipse erat in sermone promptissimus. Hoc credẽtes,attulerunt hostias,& uictimas, & uoluerũt offerre illis. Illi continuò non irriserunt,sed expauerunt,uestimenta sua conscciderunt,& dixerunt eis,Fratres,quid facitis?& nos sicut uos homines sumus,homines passibiles: sed annuntiamus uobis uerum Deum. Conuertimini ab his B uanis. Videtis quomodo sancti horruerunt coli se pro dijs? Item Beatus Ioannes Euangelista, qui scripsit Apocalypsim,inter illa mira, quæ sibi ostendebantur, stupet,expauescens quodam loco cecidit ad pedes angeli,à quo sibi hæc omnia demonstrabantur. Et illi ait angelus,cui nullus homo est comparandus: quid facis? Deum adora. Nam ego conseruus tuus sum, & fratrũ tuorum. Sequitur in fine. Ideo charissimi reuereamini martyres,laudate,amate,prædicate,honorate,Deum martyrum colite. Hęc ille. AVCT. 3 Hæc † est apostolica regula: hæc fidelium disciplina, quanuis martyres ueneremur, honoremus,amemus: nõ tamen eos habemus pro dijs, neque colimus scilicet sicut deos. Hoc intelligunt sancti de cultu, quòd non coluntur, pro dijs, sed pro Dei amicis, quia etiam res alias à Deo colimus ut terram ipsam colimus, ut su- C prà docuit Augustinus, ubi de cultu sanctorum tractauimus. Sed non colimus eos pro dijs, ut Romani solebant,& Lycaonienses isti uolebãt: quorum item ruditate Witcleuistæ nostri cæcantur. Hanc distinctionem colendi planè scribit lib. 20. contra Faustum, calumniæ eius satis faciens, quòd catholici memorias martyrum honorantes conuertunt se ad idola. AVGVST. Colimus, inquit, martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac uita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro euangelica ueritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tãtò deuotiùs, quantò securiùs post in certa omnia superata, quantò etiam fidentiore laude prædicamus iam in uita feliciore uictores, quam in ista adhuc usque pugnantes. At illo cultu, qui in græco Latria dicitur. latinè uno uerbo dici non potest, cùm sit quædam propria diuinitati debita seruitus: nec colimus, nec

Apoc. 19. ℣. 11.

Aug. To. 6. cap. 21.

A colendum docemus, nisi unum Deum. Cùm autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiã idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, uel cuiquàm martyri, uel cuiquàm sanctæ animæ, uel cuiquã angelo. Et quisquis in hunc errorem dilabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur, siue ut caueatur. Ipsi enim sancti, uel homines, uel angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo, & in Barnaba, cùm * commoniti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonij, tãquam diis immolare uoluerunt. Conscisis enim uestimentis suis, confitentes, & persuadentes se Deos non esse, ista sibi fieri uetuerunt: Apparuit & in angelis, sicut in appocalypsi legimus, angelum se adorari prohibentem, ac dicẽtem adoratori suo, Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sancti martyres colendi, & angeli colendi, sed non cultu diuino: hoc tantùm intererat, quod & suprà dixi, ne Petrus se pateretur à Cornelio adorari, sicut nec angelus à Ioanne, uel à Lycaonienśi paganitate Apostoli. Quid clamant hæretici? semper eis, respondum est, Cultu sanctorum sanctos colimus, non ut Deos: hoc Porphyrio, hoc Fausto, hoc Witcleff continuè respondemus, hoc Vigilantio dicimus: & continuè repetunt, cuius solutionem surdi non audiunt: nempe Vigilantio contra blasphemiam istam eius consimili uerbo Augustini respondit HIERONY. Galliæ uernaculũ hostem sustinent, & hominem moti capitis, & * Harpocratis uinculis alligandum, cernunt, sedentem in ecclesia, & inter cętera uerba blasphemiæ ista quoque dicentem: Quid necesse C est tanto honore, non solùm honorare, sed etiam adorare illud, nescio quid quod in modico uasculo transferendo colis? Et rursum in eodem * loco. Qui puluerem linteamine circundato, adorando oscularis? Et in consequentibus. Prope ritum gentilium uidemus sub prætextu religionis, introductum in ecclesiis, sole adhuc fulgente, moles cereorum accendi. Et Vbicunque puluisculum, nescio quod in modico uasculo, prætioso linteamine circundato, osculantes adorant. Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant de uilissimis cereolis illustrandos, quos agnus, qui in medio throni est, cum omni fulgore suæ maiestatis illustrat. Quis enim ò insanum caput aliquando martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Nonne Paulus, & Barnabas, cùm à Lycaonibus Iuppiter, & Mercurius putarẽtur, & eis uellent hostias immolare, scinderunt

3

Hier. To. 2 loco etiam superius citato aduersus Vigilantium non longe à principio.

*Hippocratis sed melior est hæc lectio siquis diligentius rem perpẽdat.

*libro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt ueſtimenta ſua,& ſe homines dixerunt eſ A ptiorum: nominis autem huius cur non Apis
ſe? Non ꝙ meliores non eſſent, olim mortuis etiam poſt mortem,ſed Serapis appellatus ſit,
hominibus Ioue, & Mercurio,ſed ne ſub genti facillimam rationem Varro reddit, quia enim *Serapis.*
litatis errore eis honor Deo debitus deferretur arca,in qua mortuus ponitur, * quam omnes *quod*
Quod & de Petro legimus,qui Cornelium ado iam ſarcophagum uocant, σορὸς dicitur græcè,et
rare cupientem,manu ſubleuauit,& dixit,Surge,nam & ego homo ſum. Hæc ille. AVCTOR ibi cum uenerari ſepultum cœperant,priuſquā
templum ei eſſet extructum, uelut Soroſapis,
Sic reſpondet Hieronymus argumento ueſtro uel Sorapis primò deinde una litera, ut fieri aſ
communi, cum magiſtro ueſtro Vigilantio im ſolet,commutata,Serapis dictus eſt: & conſti
properante fidelibus pia oſcula, & honores ad tutum eſt de illo,ut quiſquis hominem eũ fuiſ
corpora,& reliquias martyrum. Non adorant, ſe dixiſſet, capitalem pœnam penderet. Hæc
inquit. Et ſubdit exemplum,quòd non adorant 6 ille. AVCT. Hic † error erat gentilium ad tan
cultu diuino, qualiter Lycaones uolebant apo tum colere mortuos homines,ut deos exiſtima
ſtolos adoraſſe,& Cornelius ſanctum Petrum. ri permitterent, qui erant ab origine mortales.
Et cauſam dicit planè,ne ſub gentilitatis erro Hæc autem omnia inter ſacrilega damnat ſa
re,honor Deo debitus, eis deferretur. Non ta era fides. Sed non ideò denegat eis omnia, quæ
men ſuſtulit eis omnem honorem,quia tulit di concesſit gentilitas uenerationes putà fideliũ
uinum, alioquin non eſſent honorandi paren ædes pulchras,ſcrinia,capſas aut fabricas pre
tes,nec qui bene præſunt, duplici honore di tioſas:ſed nec negabimus ſepulturam, quia ſe
gni eſſent,ſecundùm Apoſtolum. Honorandi B pelierunt ſuos idololatræ,ſed iſta non faciemus
2. Tim. 5. ergo ſunt, ſed honore congruente ſanctis ho tam prætioſa eis ut diis, ſed ut hominibus facie
minibus, non Deo, ſicut ſuprà dictum eſt. Et mus & prætioſas eis fabricas ſtatuemus, ut ſan
†dicit honorandos ſanctos defunctos,non ad ctis hominibus. Hæc enim uoluntas Dei in ſer
4 rando,libro de uera religione,in fine AVGV uos ſuos,& amicos,quam item reuelare digna
STI. Non ſit nobis religio cultus hominum tus eſt,& aperire miraculis. Sicut de ſancto Vin
Aug. To.1 ca.55. mortuorum: quia ſi piè uixerunt, non ſic habẽ centio in ſermone. 36. tertiæ partis de eodem
tur,ut tales quærant honores,ſed illum à nobis ſcribit AVGV. Magnum autem teſtimoniũ per
coli uolunt, quo illuminante, lætantur meriti hibet dominus teſtibus ſuis,cum ille,qui erexit
ſui nos eſſe conſortes. Honorandi ergo ſunt cornua certantium,nec corpora deſerit defun- *Aug.*
propter imitationem,non adorandi propter re ctorum. Velut de huius ipſius beati Vincentii
ligionem. Hæc ille. AVCT. Modificat ecce, corpore præclariſſimm miraculum exhibuit: ut
qualiter adorandi ſunt. Non ſunt adorandi, in quod inimicus non apparere cupierat,fecerunt
quit,propter religionem,quia ipſorum non eſt tamen,ut præſenti nutu proderetur, & religio-
religio,ſed Dei ſolius,ſicut nec uota, nec ſacri ſius humandum uenerandumque demonſtrare
ficium,nec ſacerdotes. Gentiles autem hæc om tur,ut uictricis pietatis, & deuictæ impietatis
nia hominibus ſuis mortuis ſicut diis præſta in eo memoria perduraret. Verè prætioſa in cõ
bant: ideò fecernit eos in iſtis à fidelibus libro C ſpectu domini mors ſanctorum eius quando *Pſal. 115*
22. de ciuitate Dei capi. 10. AVGVSTINVS. Ad nec terra carnis uita deſerente contemnitur, &
iiciunt ſe habere Deos ex hominibus mortuis, inuiſibili anima de domo uiſibili deſcendente
Aug. To.5 ſicut Herculè, ſicut Romulum, ſicut alios mul habitaculum ſeruitura domini cuſtoditur, & in
tos, quos in Deorum numerum receptos opi gloria à ſeruis fidelibus honoratur. Hæc ille.
nantur. Sed nobis martyres non ſunt dii, quia AVCTOR. Tangit Auguſtinus hiſtoriam
unum eundemque Deum ſcimus noſtrum, & de paſſione Vincentii, ubi Datianus iuſsit cor
martyrum. Et infrà. Denique illi talibus diis pus exanime ad mulam ingentem ligari, & in
ſuis,& templa ædificauerunt, & ſtatuerunt a mare demergi. Quod cum feciſſent nautæ, ſu
ras,& ſacerdotes inſtituerunt, & ſacrificia fece perfuit ſtatim aquis ſacrum corpus,& citiùs eis
runt. Nos autem martyribus noſtris non tem cum uelo & remis corpus cum mola remigauit
pla, ſicut diis, ſed memoriam ſicut hominibus ad litus. Quod ſtatim matrona quædam deuo
mortuis, quorum apud Deum uiuunt ſpiritus: ta complexa palmis,cum omni gaudio uenera
fabricamus. Hæc ille. AVCT. Intantum autem bili tradidit. ſequitur. Sic igitur ait Auguſti. q̃
in iſta ſtultiùs tumeſcebant idololatræ, ut de in beati Vincentii corpore præclariſsimum mi
multis illorum illicitum eſſet & mortale crimẽ raculum Deus exhibuit,ut quod inimicus non
eos homines appellare. Sicut de Serapide,& Iſi apparere cupiebat,fecit Deus ne celaretur, &
de,& de Api apud Aegyptios libro 28. de ciui ampliùs proderetur,& religioſiùs humandum,
tate ca. 5. docet AVGVSTINVS. Factus eſt (in uenerandumque demõſtraretur. Eſt igitur dei
5 quit) Serapis † omnium maximus Deus Aegy uoluntas,ut ſit uenerabilis ſepultura ſanctorũ,

quam

quam ipſe miraculis promouit, cui item inui- A beſtia eſt Antichriſtus, Et huius beſtiæ mẽbra
dent Witcleuiſtæ cum impio Datiano, & cæte quis dubitet tyrannos eſſe, perſequutores ſan
ris hoſtibus ſanctorum honori infeſtis. Nõ au ctorum,qui martytum corpora incẽderũt igni
tem hoc ſatisfecit latratibus Witcleff inſaniẽ aut ſubmerſerunt aquis, ne eos ut Chriſti ſan
tis,quòd ſanctorum hiſtorias fideles legunt in ctos in terris colerent Chriſtiani? de quibus
codicibus, quos ipſe clamet apocriphos, & à erant & hæreſiarchæ,& hæreſum defenſores,ue
probabilitate alienos,multa falſa inſerta eis, & luti circa annum domini. 766. Conſtantinus
hoc eſſe dicit legem Chriſti poſtponere, & iſta Cæſar,de quo SIGISBERTVS. Conſtantinus *Sigisbertus*
apocripha anteferre. Saltem uenerabilis Augu 1 †inſuper ægrè ferens gloriam ſanctorum mira
ſtinus non dedignabatur hiſtoricum librũ Vin culis coruſcantium,etiam lipſana eorum ubiq; *Conſtanti-*
centii,nec propter eum poſtponit legem Chri iubet effodi,& iactari in profundum. Hæc il- *nus impius.*
ſtii. Et quare Witcleff ipſe conſulit ſectatores le. AVCT. Horum etiam erat Iulianus ma
tantum ad uniuerſalia & prædicamenta Ariſto gnus apoſtata: de quo lib. 6. hiſtoriæ triperitæ *Caſſiodo.*
telis non fidelis, ſed pagani? nunquid hoc eſt cap. 31. Caſſiodorus. Cum Iulianus apud Py
magis poſtponere legem Chriſti, quàm cerne thium Daphneum peteret reſponſa de Parthici
re hiſtorias ſeruorum Chriſti? Et ſuper omnia belli victoria, & ille in ciuitate corpus Babyle
quando docturus eſt homines non legant ſuas martyris accuſaſſet,iuſsit corpus auferri. Ob
ſchedas,& codices,quibus non tantùm præter quam rem cùm Chriſtiani feſtiuitatem deduc
fidem,ſed contra fidem,nec à probabili,ſed ꝓ to pſallentes agerent,& ob indignationẽ prin
bato,nec tantùm multa, ſed millia ſunt eis in cipis quidam Theodorus iuuẽculus multa paſ
ſerta falſa,hæretica,& blaſphema? Et ideò idem ſionum tormenta pertuliſſet, hoc geſto fallax
& omnino non aliud eſt legem Chriſti poſtpo B dæmon martyris quidem gloriam auxit, ſuum
nere,& hæc mendoſa, & turpia hæretica ante uerò mendacium clarius enudauit. Fulmen nã
ferre. que cœlitus miſſum,omne templum accendit,
ipſumque Pythii Apollinis ſimulacrum rede
¶ QVOD ORNARE VEL CON gît in puluerem. Hæc ille. AVCT. Ecce hi ſunt
dere ſepulchra pretioſa ſanctis Dei mor apud quos putẽt ſanctorum cadauera, ideo nec
tuis,eſt à lege Dei pietas approba monumentis recondunt, nec recondita toleret
ta,ſed ſemper impiis,& hære ad ornatum. Iungantur patribus ſuis Witcleff,
ticis deteſtata. Capit. dicens libro 2. de ſermone domini in monte, ca
CXXXI. pit. 17. Quid rogo ualet ornare ſepulchra homi
num mortuorum: & in iſta hypocriſi laborare?
SVMMA. Nam nec animæ,nec corpora ſunt nunc in iſtis
ſepulchris,quæ incolunt,collocata,& tamen ex
1 *Conſtantini impietas circa ſanctorum miraculis* fide patet,ꝙ Chriſtus eſt eſſentialiter in quali
coruſcantium reliquias. bet creatura,& uirtualiter ſecundum humani
2 *Sancti quòd ubique ſint honorandi,& quomodo* tatem per omnem partem eccleſiæ militantis:
ſecundum ueritatem non poſſint deeſſe ſepul quare ergo non honoramus iſtud caput eccle
chro, contra Witcleff. ſiæ,& hypocriſim ſepulchrorum dimittimus?
3 *Ædificare ſepulchra pretioſa, quòd nõ ſit peccа* Hæc Vvitcleff. AVCTOR. Communis eſt hęc
tum. & quos ornãtes monumenta, & ſepulchra C argutia Witcleff idem ſemper cancntis cum cu
ædificantes redarguat Chriſtus. culo: ſed ſcripterarum fundamenta expectani,
quotiens dixi tam cæcum eſſe iſtum, ut non ꝑ
FVndamenta ſua exponant iſti contẽ mittat iuxta legem Dei quemquam honorare
ptores ſepulchrorum pro ſanctis. parentes, ne dicatur ei, Chriſtus eſt eſſentiali
Fundamenta item ſua ornatores co ter in qualibet creatura, quare ergo non hono
rum, ut quietari poſſit ibi uera pie ras illud caput eccleſiæ, dimiſſa hypocriſi hono
tas deuotorum. Re enim uera, quod iſti garruli randi parentes? Dicet. Sed honor eſt & laus
ponunt, ſanctus Ioannes exponit Apoc. 11. fun Chriſti in honore parentis: uerum dicis. Et ip
dans eorum inſaniam in beſtiam, quæ aſcendit ſa ueritas ait. Laudate dominum in ſanctis eius *Pſal. 150*
de abyſſo, faciens bellum aduerſus duos teſtes puerorum iſtæ ſunt nugæ,ſed rationem primã
Chriſti, duas oliuas, & duo candelabra, quos vin attende, nec animæ, nec corpora ſunt nunc
cet, & occidet, & corpora eorum relinquet in iſtis ſepulchris, quæ incolunt, collata. Quid pu
plateis ciuitatis Sodomæ ſpiritualis. Ita ut ui tas iſtum mouet, quod fides quotidie nobis ca
deant tribus, & linguæ, & gentes corpora eo nit: Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt *Eccle. 44.*
rum, nec ſinant ea poni in monumentis. Iſta & uiuent nomina eorum in æternum? Vt ſi

nomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomina uiuant, colantur saltem sanctorum me A runt, festiuis stolis ad suas accedunt custodias,
moriæ. Aut si sanctorũ cineribus nihil credat, sacras uestes cũ omni veneratione reuoluunt:
quid dicet, ubi Deus sanctorum corpora iam si fideles peregrinos instruunt consolantes, ho
mille annorum cursibus in corrupta seruauit? stes terrent, lapidem deponunt ad ingressum
Hoc certè Deo agentè fit, ut mendax obiectũ sanctorum. Cur igitur & si sancti corpus va-
Witeleff confusione graui dignam pateretur cet, id est, loco sepulturæ, non adorent, & sup-
instantiam. Sed hoc erat argumentum Fausti plicent dominum peccatores, tàm ubi festiuè
Aug. To. 6. Manichæi lib. 20. contra Faustum concludentis spiritus obsequuntur angelici? Cur ibi dedi-
ideo umbras circa tumulos uolitare, quod gen- gnaris humiliter poscere gratiam, ubi angeli
tium dicit stultitia. Et Lucanus ait, umbraque deuotum famulatum impendunt? Hæ sunt à
erraret Crassus inulta. Superat autem in hac ca- scripturis rationes acceptæ, nõ vt argutiæ Wit
lumnia suum magistrum Vigilantium, qui hoc cleff puteis hæreticorum exhaustæ. Sed addit
tantùm arguebat de sepultorum spiritibus. Re- his Witcleff. capitu. 16. secundi libri de ser-
spondet tamen ei libro contra Vigilantiũ. HIE- mone domini in monte. Non sine causa no-
Hiero. To. 2 lib. qui incipit multa in orbe & non lige à principio. RONY. Mortuum suspicaris, & ideo blasphe- luit Christus seipsum, matrem suam, baptistã,
Matth. 22. Marc. 12. mas. Lege euangelium Deus Abraham, Deus & cæteros charos apostolos in sepulchris tali-
Isaac, Deus Iacob non est, Deus mortuorum, bus adorari, non dubium affectus viantium in
sed uiuorum. Si ergo uiuunt, honesto iuxta te talibus adorationibus sunt subuersi, Hæc Wit
carcere non clauduntur. Ais enim, Vel in sinu cleff. AVCTOR. Nullum nisi captiuum hæ-
Abrahæ, uel in loco refrigerij, uel subter aram B reticũ potest necessitare hæc ratio. Scio quòd
Dei animas apostolorum & martyrum consedis- non sine causa noluit Christus seipsum, matrẽ
se, nec posse suis tumulis, aut ubi uoluerint, ad suam, baptistam, adde item alium Ioannem euã
esse præsentes. Senatoriæ uidelicet dignitatis gelistam in sepulchris talibus incinerari. Quid
sunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, ergo, nunquid ideo affectus uiantium ad om-
sed in libera, honestaque custodia, infortunato nes incineratos sunt subuersi? Sed tentas ec-
rum insulis, & in campis Elisiis recludũtur. Tu clesiasticos, ut talium sepulchrorum viris san-
ergo Deo leges pones? tu apostolis uincula inii- ctis fundamenta probemus. Miror cur sic mẽ-
cies, ut usque ad diem indicii teneantur custo- tiris plane, & nullo rubore suffunderis. Nun-
Apoc. 14. dia, nec sint cum domino suo: de quibus scri- quid inuitè Christus ponitur in sepulchro?
ptum est. Sequuntur agnum quocunque ierit? Aut item mater eius, & baptista sepulti non
Si agnus ubique est, ergo & ii, qui cum agno sunt? Quòd si dicas, nunquid Christus pretio-
sunt, ubique sunt credendi. Et cum diabolus, & sa prophetarum sepulchra diebus suis facta co-
dæmones toto uagentur orbe, & celeritate ni- gnouit, & factores eorum non propter factam
mia ubique præsentes sint martyres, post effu- fabricam, sed propter neglectam uitam re-
sionem sanguinis sui arca operientur, inclusi, & darguit? Væh uobis scribæ, & pharisæi, in-
inde exire non poterunt? Hæc ille. AVCTOR. quiens, qui ædificatis sepulchra prophetarum,
Vbi ab ore magistri tui argutiam rapuisti: qua- & ornatis monumenta iustorum, & dicitis:
re non timuisti responsa Hieronymi? qua lege si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non
à memoria sua sanctum excludis? qua fronte se- essemus socij eorum in sanguine prophetarum.
curare non potes, quòd animæ sanctorum in Matthæi. 23. Legas expositionem patrum,
suis sepulchris, quibus coluntur, præsentes sint? C & ubi uideris aliquem sentire, quòd Christus
Hoc asseris firmiter, quod probare non potes: redarguit sanctorum affectus, quia sic orna-
quia nec illò excludis diabolum, dicens miracu- bant monumenta iustorum, semel enarra.
la ibi facta illusiones eius esse tantam libertatẽ Sed quia sectabantur uitam persecutorum, &
illi donas ut noceat, quantum sanctis aufers, ut operabantur sepulchra iustorum, ideo increpat, & pro diuaricatione affectus ab opere ap-
prosint fidelibus. Sed Hieronymus dicit, quòd pellat hypocritas. Vnde super eundem lo-
si agnus ubique est, tam secundùm deitatem es- cum Lucæ sexto. capitulo septimo. AM-
sentialiter, quàm secundùm humanitatem uir- BROSIVS. Et enim propheticorum ædi- Ambro.
tualiter, ut tu pridem assumseras, directè tibi ficatione tumulorum sceleris eos, qui occi-
concluditur, quòd hi, qui cum agno sunt, ubiq; derant, arguebant, & similium æmulatione
2 credendi sunt. Ergo † & ubique honorandi, ita factorum se esse quoque declarabant paternæ
saltem, ut secundùm ueritatem non possint de- iniquitatis hæredes. Non igitur ædificatio,
esse sepulchro. Et pone ita esse: angeli descen- sed æmulatio loco criminis æstimatur. Hæc
derunt ad sepulchrum domini uisitandũ, post- ille. AVCTOR. Ergo ædificare illa sepul-
quàm Christus surrexisset, & ibi corpus, & ani chra pretiosa non erat peccatum, non, inquit,

ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstima- A bat pro uiro diuite, & nobili, qui administratio
Beda tur. Item quarto capitul. libri quarti super Lu- ne erat decurio, fabricatum, hoc euangelium ip
cam BEDA. Non monumenta prophetarum or sum testatur. Ornatum † autem eius libro ul
nare, sed interfectores prophetarum imitari sce 1 timo super Marc. exponit BEDA. De monu- Beda Sepulchri dominici ornatus.
leris est. Hęc ille. AVCT. Sunt ergo inter fide- mento domini ferunt, qui in nostra ætate de
lium præcipuos computandi, qui sanctorum tu Hierosolymis uenere in Britanniam, q; domus
mulos fabricant, saltem si sic fabricant, q; item fuerit rotunda, de subiacente rupe excisa, tantæ
eos sanctos imitentur, sicut perfecti. Igitur ex altitudinis, ut intra consistens homo uix manu
hoc loco scripturæ fundata sunt pretiosa sepul extenta culmen posset attingere: & finaliter.
Hier. To. 9 ad 23. cap. Matth. chra sanctorum, etiam sumptuose facta. Nam Color autem eiusdem monumenti ac loculi ru
& HIERON. quem tu legeras, dicit ea sic fa- bicundo, & albo dicitur esse permixtus. Hæc
cta in 4. libro commentarii super Matth. Ambi ille. AVC. Ampla ecce domus domini fuerat
tiosè, & magnificè ædificant memorias occiso- pro sepulchro rés grandis & splendidi apparа-
rum, quos à patribus suis ingulatos esse non ne tus. Quas autem mulieres sanctas, quos item
Rabanus gant. Hæc ille. AVC. Et super ipsum locũ Mat- apostolos illuc peregrè uenire in cultum suum
th. Rabanus. Simulabant quidem se ob fauorẽ paratos, euangelistæ non tacent. Quot uerò
uulgi captandum patrum suorum horrere perfi sancti illuc adhuc inter frementes gentes ad
diam, memorias prophetarum, qui ab eis occisi cum adorandum accedant, quis ex omnibus te
sũt, magnificè ornãdo: sed i ipso opere testificã rarum finibus potest populus numerare. San-
tur, quantum paternæ nequitiæ consentiant, ctus Ambrosius Helenam Reginam? Sanctus
dominum, qui ab eisdem prophetis est prænun B Hieronymus sanctam Paulam. Cæteriq; san-
tiatus iniuriis agendo. Hæc ille. AVCTOR. cti sanctos & sanctas illuc Deo uocante ad eũ
3 Ecce sepulchra illa, quæ isti ædificauerant, iu- in loco crucis & sepulchro adorandum iuisse
stis & prophetis sumptuosa erant, & ornata, mirantur, & scribunt. Quid igitur dicit iste,
nec propter ea redarguit Christus, quod facta Christus noluit seipsum in sepulchro adorari,
*interfectores. fuerant per eos, qui imitabantur *factores eo nec matrem suam? Et in sermone de assumptio
rum. Multo ergo maiori ratione necessitatus ne eius ad Paulam, & Eustochium dicit HIE-
esses ex fide ista laudare, quàm supra fidem, & 2 RO. Monstratur † sepulchrum eius cernenti- Hier. To. 9 serm. qui in capit cogitis me. circa initium.
ultra Christum ista contemnere. bus nobis, & usque ad præsens in uallis Iosa-
phat medio, quæ uallis est inter montem Sion, Sepulchrũ Mariæ.
¶QVOD CHRISTVS VOLVIT & montem Oliueti, quam & tu ò Paula oculis *muro lapide.
semetipsum, & beatissimam matrem suã, aspexisti: ubi in eius honore fabricata est eccle- * potestis
& sanct. Ioann. Baptistam in sepul- sia *muro lapideo tabulata, in qua sepulta fuisse
chris congruis poni; & in eis (ut scire *potes) ab omnibus ibidẽ prædicatur.
à deuotis populis uene Sed nunc uacuum esse Mausoleum cernenti-
rabiliter adorari. bus ostenditur. Hæc ille. AVC. Ergo in fide ma-
Ca. CXXXII. iorum, & eorum maximè, qui ista potuerunt ui
dere, & sensibus experiri, beatissimæ matri suæ
C uoluit Christus præparare sepulchrum & su-
SVMMA. pra sepulchrum uenerandi tanti operis fabricã
tàm pretiosam. Sed dum hæreticus, qui ad eius
1 *Sepulchri dominici ornatus describitur. & quo- uenerationem ratione traheretur, non credit
modo illuc multi fideles deuoti ad adorandum confluebant.* historiis, cæteri tamen Christiani fide & san-
2 *Sepulchrum Mariæ in medio uallis Iosaphat.* ctorum ratione perrexerunt: quibus prædicto
3 *Sepulchrum Ioannis baptistæ, & quomodo ossa* sermone aliquanto post, deuotas literas effun-
eius fuerunt cremata. & de crebro illuc fide- dit HIERO. Legimus sæpe ad funera, & ad se-
lium concursu. pulturas quorunlibet sanctorum angelos ad-
uenisse, & ad exequias eorum obsequia præsti-
tisse: necnon & animas electorum usque ad eę
Vòd autem addis, Christum non in los cum hymnis & laudibus detulisse. Vbi &
sepulchro huiusmodi adorari, sicut utriusque sexus chori commemoratur frequen
nec matrem eius, uel Baptistam. Am ter auditi, & laudes cecinisse interea: & quod
biguum est, utrum noluerit sepul- perspicacius est, multò nonnunquam lumine
chrum adorari, an in sepulchro adorationẽ sui eosdem resplenduisse, insuper & adhuc in car-
Matth. 27. Marc. 15. Lu. 23. Io. 19 fieri: sed sufficit nobis, quòd utrobique menti- ris. Sepulchrum eius sumptuosum erat, & am ne uiuentes ibidem miri odoris fragrantiam
plum, quantum tunc temporis pretium exige- diutius persensisse. Quod si ad recreandam spẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& corroborandam fidem interdum astantium A Saluator noster Christus, ob merita suorũ amplius comprobanda talia ac tanta dignatus est exhibere per suos cœli ministros circa defunctos, quantò magis credẽdum est hodierna die militiam cœlorum cum suis agminibus festinè obuiam aduenisse genitrici Dei: eamque ingenti lumine circumfulsisse, & usque ad thronum olim sibi ante mundi constitutionem paratum, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse? Hæc ille. AVCTOR. Quis ergo dubitet illuc gratia uenerandi Dei matrem non properaret, quò tot cœli ciues iussu Christi cõcurrunt, ad tot & tam magnifica obsequia cum celebri deuotione complenda? Et si ad recreandam fidem & spem roborandam astantium tanta mira dignatus est Christus facere per cœlestes angelos circa peccatores olim & iam iustos defunctos, quanto maiori fide & robustiori spe ipsa beneficia quærenda sunt ad tumulum Dei matris? Et Baptistam, inquit, Christus noluit in sepulchro huiusmodi adorari. De Baptista refert Euangelista Marcus, q̃ discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius. Marc. 6. Si ibi non sunt uenerati sanctum Deo uiuentem in spiritum quem prius cœlestem magistrum uenerati sunt in carne: quis tibi dixit? Monumentum audis, nec potes reuerenter negare sepulchrum. Vnde in expositione huius loci prosequitur BEDA. Iosephus narrat, uinctũ Ioannem in castellum Macherunta adductum: ibiq̃ truncatum. Narrat ecclesiastica historia eum sepultum in Sebaste urbe Palestinæ, quæ quondam Samaria dicta est, ac tempore Iuliani principis inuidentes Christianis, qui sepulchrum eius pia sollicitudine frequentabant, paganos inuasisse monumentum, dispersisse ossa per cãpos, & rursum collecta igne cremasse, ac denuò dispersisse per agros, ac fuisse tunc temporis ibidem de Hierosolymis monachos, qui mixti paganis ossa legentibus maximam corũ partem congregauerunt & ad patrem i. abbatẽ suum Philippum Hierosoly. detulerunt. At ille missit ea beato Athanasio Alexandriæ episcopo ibi quòd seruata sunt usque ad tempora Theophili eiusdem urbis episcopi, quando iubente Theodosio principe, omnia gentium phana destructa sunt, tunc expurgato à sordibus templo serapis, ibidem illata & basilicam pro ædicula Serapis in honorem sancti Ioannis esse conse-

Beda

Sepulchrũ Ioan. Baptistæ & eius ossa cremata.

cratam. Lege 11. ecclesiasticæ historiæ librum. Hæc ille. AVCTOR. Hic habes sepulchrum sancti Ioannis Baptistæ in Sebaste, ubi à sanctis populis fuit ipse pia sollicitudine frequentatus, habes & post malitiam inuidorum qui quia nolebant cum Christo colligere, malebant dispergere ossa sancta industria quoq; sanctorũ in basilica consecrata eisdẽ uenerabiliter collocata. De hac sepultura Ioannis prima, & uenerationefidelium, & miraculorum crebro concursu in epitaphio sanctæ Paulæ qualiter illuc peregrè uenit docet HIERO. Inde inquit, diuertens uidit 12. patriarcharum sepulturas, & Sebastẽ. i. Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, græco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sũt Helisæus, & Abdias propheta, & quo maior inter natos mulierum non fuit Ioannes Baptista: ubi multis increbuerunt mirabilibus. B Nam quia cernebat dæmones uariis rugire cruciatibus & ante sepulchra sancta ululare homines luporum more, uocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentium, mugire taurorum: alios rotare caput & post tergum uertice tangere: suspensisque pede fœminis uestes defluere in faciem. Miserebatur omnium & p singulis effusis lachrymis Christi clementiam deprecabatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ante sancta sepulchra dæmones tui singulis cruciatibus rugiunt, nec uacat eis ut illudant fidelibus. Iam audiant Witeleuistæ, ut euidenter sciant magistrum suum de capite proprio contra miracula sanctorum larga fecisse mendacia: quando ca. 6. ad argumenta Stroodæ dicit, Christus noluit corpus suum iacens in sepulchro corpus suę martyris: corpus Ioannis baptistæ, & corpora cæterorum sanctorum, quos C fides ecclesiæ dictat in beatitudine triumphare, talibus miraculis sensibilibus coruscare. Hæc ille. AVC. Mentiris, inquit Hiero. quia in Sebaste, ubi sepultus est sanctus Ioannes sepulchrum eius inter cætera multis increbuit mirabilibus. Et inter tot sanitatum gratias, quot ibi audisti morbos de diabolicis illusionibus in cõspectu sanctorũ corporũ nullã mentionẽ fecit Hiero. Sed hæreticus es, & tali spiritu obsessus: de quo frequenter loqueris. Idcirco fidem minuere studes, quam, ut Hiero. suprà dixit, Christus satagit roborare frequentando miracula circa defunctos.

Hier. Tom. 1.

¶DE PEREGRINATIONE ad sanctos, aut sancta loca.

Titu. XV.

¶DE DEVOTA PEREgrinatione fidelium ad templum domini olim probata, sicut modò ad loca sacra natiuitatis, & crucis, & incunabula saluatoris. Cap. CXXXIII.

SVMMA.

1 *Peregrinari quid sit.*
2 *Iesus quomodo fuerit peregrinus.*
3 *Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum quomodo uenerit peregrè adorare in Hierusalem.*
4 *Pastores, & Magi quòd peregrè primi uenerint adorare saluatorem.*
5 *Christus q̃ a fœminis in sepulchro sæpe fuerit peregrè uisitatus, contra Witeleff.*
6 *Christus quòd uoluerit in sepulchro adorari, contra Witeleff ostenditur.*
7 *Maria sepulchrum domini, & cætera loca sancta uisitauit, & Ascensionis uestigia.*
8 *Helenæ præpropera uisitatio loci salutaris laudatur.*
9 *Vestigia pedum Christi quomodo ab apostolis adorata. Et quid de eis dicat Sulpitius.*

Ie.3.

OLVX quanta uenit in mundum, & dilexerunt homines Witeleuistæ magis tenebras quàm lucem: quia nec coruscа loca sancta passionis, crucis, sepulturæ, prædicationis, conuersationisque eius à piis fidelibus uisitanda permittunt. Dicunt enim, q̃ Christus noluit seipsum in sepulchris talibus adorari. Hoc à magistro suo susceptо addunt audacter peregrinos nostros esse idololatras infideles: cum tamen peregrinari *Peregrinari.* † in nostro proposito nil aliud sit quàm ire de manso, seu domicilio suo quemquam longiùs, ut acutiori deuotione Deum adoret. Quod qui contingit aliquando ex memoria loci, uel sancti, uel signi ostensi Dei intus, ideo diuinæ legis est instinctus. Hoc modo peregrinari Deus instituit Israeliticam plebem ter in anno ad domũ dñi in Hierusalem, dicens: Tribus uicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini Dei tui in loco, quem elegerit: in solennitate azymorum: & in solennitate hebdomadarum: & in solennitate tabernaculorum. Deutero. 16. Additur autem & honor tributi debiti ab eis Deo: Non apparebit ante dominum uacuus, sed offeret unusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini Dei sui, quam dederit ei. Informantur igitur peregrini limitati ad locum, ad tempus, & fructum oblationis, sine quo non est proprie peregrinus. Iuxta † hanc regulam legis Dei ascendit Iesus cum parentibus suis ad diem festum paschæ. Luc. 2. Vbi item in commentario BEDA. Euangelista dominum post natiuitatem continuo cum hostia transfert ad templum. Eundem illo singulis annis cum parentibus ducit, & duodennem in templo doctorum choris inserit. Hæc ille. AVCTOR. Hic noto, quòd singulis annis peregrinabatur ad templum Iesus cum suis parentibus, & ad diem festum sce- *Luc. 2.* B nophegiæ item ascendit. Nec ualet dici hoc fuisse cæremoniam Iudęorum non profuturam ecclesiæ: cum magis perfici debuit in ecclesia gentium, quod tunc in populo cœperat Iudæorum dicente propheta. Et omnes qui reliqui fuerint de uniuersis gentibus, quæ uenerũt, contra Hierusalem, ascendẽt ab anno in annum, ut adorẽt regem dominum exercituum, & celebrent festi uitatem tabernaculorum: & erit, qui non ascenderit de familiis terræ ad Hierusalem ut adoret dominum regem exercituum, non erit sup eos imber: Zachariæ ultimo. Secundum quam prophetiam Gentiles quidam ascenderãt citò post suscitationem Lazari, ut adorarent in die festo. 3 Ioan. 12. Et † uir æthiops Eunuchus Candacis reginæ æthiopum uenit adorare in Hierusalẽ. Act. 8. Iustus in hoc facto, & ideo iustitiæ præmium sumens fidem à domino. Vnde in expositione huius loci Actu. BEDA. Pro uirtute, & C integritate mentis uir appellatur non immeritò, qui tantum studium in scripturis habebat, ut eas etiam in uia legere non cessaret, tantumque amoris in religione gerebat, ut aula regia dereliçta, in ultimis mundi partibus ueniret ad templum domini: unde iusta mercede dum quęrit interpretem lectionis, Christum, quem quærebat, inuenit. Plusq̃, ut Hieronymus ait, in deserto fontem ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hæc ille. AVCT. Loco ergo non mutato peregrinatio est translata sacerdotio. Inde omnes familiæ gentium, quas prophetauit Zacharias, ut secundum literam peregrè uenirent adorare Christum ad Caluariæ locum, ad sepulchrum, ad montem ascensionis, ad præsepe natiuitatis, quorum † erant primitię peregrè uenientes pastores ad saluatoris exortum: & tres magi uenientes peregrè adorare regem Iu-

Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

dærorũ à solis exorto: uelut docet in 2. parte ser
mo. sermo. 30. AVGVSTINVS. In his terris de
longinquo isti peregrini puerum istum nondũ
uerba promentem adorqueruut, ubi ciues illi in
uenem miracula faciẽtem crucifixerunt. Isti in
membris paruis *dominum agnouerunt, illi in
factis magnis, nec tanquã homini pepercerũt.
Et bene post. Manifestatus est. n. in ipsis cuna-
bulis infantię suæ iis, qui propè, & iis, qui lõgè
erant Iudæis in pastorum propinquitate, Gen
tibus in Magorum lõginquitate. Hæc ille. AV-
CTOR. Hos euangelicos peregrinos culpet
Witcleff, si audeat, ꝙ Herodes impius non au-
debat. Isti de longinquo peregrini puerũ istum
adorauerunt, ait Augustinus, & isti de primis.
Sed properas audire de ultimis, de his, qui eum
in sepulchro peregrè uisitarunt, quia dixeras iã
suprà, Christus noluit seipsum in sepulchris ta
libus adorari. Nõ aduertis forsan, quid dicas
5 Christus † semel, & unico sepulchro, sepultus,
non ampliùs altero sepelitur, & quotiens à fœ
minis ibi peregrè uisitatur: Euangelista enim
dicit, quòd uespere sabbati, quę luceſsit in pri-
Matt. 28. ma sabbati, uenit Maria Magdalene, & altera
Maria uidere sepulchrum. Et his angelus ait.
Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Surrexit, nõ
est hic: ecce locus, ubi posuerunt eum. Iesum er
go quærebant, quem in sepulchro totiens uisi-
tabant. Vnde in commentario super illud Mat
Hier. To. 9 th. 28. HIERON. Quòd diuersa sunt tempora
istarum mulierum in euangeliis, non me nda-
cii signum est, ut impii obiiciunt, sed sedulæ ui
sitationis officium, dum crebro adeunt, & rece
dunt: & non patiuntur a sepulchro domini diu
abesse longius. Hæc ille. AVCTOR. Cre-
bro igitur a mulieribus istis, domini uisitatur se
pulchrum: crebroque repetitur. Quòd si pro a-
doratione contendas Christi in suo sepulchro,
ut non litigemus amplius, angeli illius, qui cu-
stos sepulchri dñici factus, custodes ad mor-
C tem exterruit, tibi seruitutem oppono, si latriã
domino suo hoc custodiendo non fecit. Vnde
in prædicto loco Matt. citò post scribit HIE-
Hie. ibidem RON. In præsenti loco quanquam homo sit, q
crucifixus est, qui sepultus, qui clausus tumulo
quem lapis oppositus cohibet, tamen quæ fo-
ris aguntur, ostendunt filium Dei. Sol fugiens
tenebræ ingruentes, terra commota, uelũ scis-
sum, dirupta saxa, mortui suscitati, angelorũ mi
nisteria, qui & natiuitatis eius probãt insignia.
Nunc quoq; angelus uenit custos sepulchri do
minici, & in uestitu candido signat gloriã triũ-
phantis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce angelica ser
uitus ad sepulchrũ sit filio Dei, quæ minor esse
non põt, quam latria. Qũo ergo non adorat in
sepulchro, cui in sepulchro sicut filio Dei & ho
A minis debitum facit obsequium? Nec ipse solus,
sed & qui intus sedere secundũ Ioannem, unus Io. 20.
ad capũt, & alter ad pedes. Aut si plures ibi visi
fuerint relatu sanctarum fœminarum, quæ di-
cunt se uisionem angelorũ uidisse, imò multa Lu. 24.
millia, quæ uisa non fuerant, sed circa sepulchrũ
intra sepulchrum, aut ante sepulchrum sepultũ
adorabant Deum, & omni cultu dignissimo ve
nerantur & hominem resurgentem: circa cuius
sepulchrum, quamuis uacuum, iuges parant ex
cubias, & benignè refouent, ostendentes san-
ctas reliquias, & lęta nuntia referentes, pieque
tractantes beneuolos peregrinos, pp hæc. n. an
gelorũ submissæ seruitutis obsequia psalmista Ps. 96.
prædixit, quod habet apostolus: Et adorent eũ
omnes angeli Dei. super quod Hebræ. primo
REMIG. Tale est, ac si diceret, omnes angeli Remigius.
mei, & illius, quia per ipsum facti sunt. Tunc
adorauerunt eum quando natiuitatem illius an
nuntiauerunt: & quando illo esuriente accesse-
B runt, & ministrauerunt ei. Siue quando sepul-
chrum eius custodierunt. Hæc ille. AVCTOR.
Ergo conuinceris ò Witcleff quòd teste Dauid
6 & apostolo Christus † in sepulchro noluit ado-
rari, & ab angelis adorari. Iungamus his Nico
demum, qui uenit cum tanta mistura myrrhæ, Io. 19.
& aloes, quasi librarum centum. Et Ioseph ab
Arimathia prænobilem, qui tanto cultu dita-
bant Christum uenerabili sepultura. Non pu-
tas, ab istis uoluit Christus in sepulchro taliter
adorari? Non inquis quia ei non obsequebantur
ut Deo, sed ut homini mortuo. Et tantò
hoc fortius est pro nobis, qui ipsos hoc opere
commendatos sanctis cultum faciendo iacen-
tibus in sepulchris laudabiliter imitamur. Sic
& in sermone. 22. secundæ partis AVGVSTI.
De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta ma-
gnus. Iam non dominus, sed propheta, hoc
enim eum putabant, cum mortuus esset, ad-
C huc honorabant quasi prophetam. Nondum
agnoscebant Deum non solum prophetarum,
sed & angelorum. Hæc ille. AVCTOR.
Honorabant, audacter assero, tanquàm san-
ctum Dei iacentem in sepulchro, & quem nisi
Christum? Iam ne recolis te olim dixisse Chri-
stum esse trium naturarum, habereque quam
libet sigillatim? Caro ergo Christi in sepul
chro erat: Christus in carne sua in sepulchro,
qui fuit adorandus ubique. Vbi inueniſti tu
prohibuisse Christum, ne quis eum adoraret
in sepulchro, quando omnes discipuli argu-
untur hactenus de triduana perfidia, quia
eum non Deum & hominem crediderunt, &
ideo nec sicut Deum, sed prophetam mortu-
um coluerunt? Tu autem à Deo nolitum præ-
sumptuosè usurpas, quod ipsi ingrati Deo,
& in

& increduli omiserunt. Qui autem ad Chri-
stum adorandum uenerunt, siue tanquàm san-
cto, siue Deo præbentes obsequium, siue disci
puli, siue fœminæ, quia ad deuotionem suam
acuendam uenerunt in Deum, cuius intuitu
hoc fecerunt, pii peregrini fuerunt. Hierony-
mus sanctus pia ratione confidit matrem domi
ni sepulchrum filii sui, uisitasse frequenter post
ascensionem eius, imò inhabitasse morosè, &
cætera passionis loca, quibus propinquum est
perambulasse quotidie, in sermone assumptio-
nis eiusdem ad Paulam. HIERONYMVS.
Hiero. To. 4 Marcella sepulchrum Domini, & cetera loca ad dia uisitauit 7 Christus † in omnibus est amandus ex toto cor
de, & ex tota anima, atque tota uirtute quæren
dus: maximè tamen ab ea ardentius, cuius & do
minus erat, & filius. Fortasis ergo præ nimio
amore in loco, quo sepultus dicitur, interdum
habitasse eam credimus, quatenus piis pascere-
tur internus amor obtutibus: sic nanque locus
Ascensionis ostigia. B medius est hinc inde constitutus, ut adire pos-
set ascensionis eius uestigia, & locum sepultu
ræ, ac resurrectionis, seu omnia, in q̃bus passus
est, loca inuisere. Non quo iam uiuentem quæ-
reret cum mortuis, sed ut suis solaretur aspecti
bus. Hoc quippe habet impatiens amor, ut quæ
desiderat, inuenire se credat. Ignorat si quidem
iudicium, multotiens ratione caret, modum ne
scit. Nec aliud cogitare, quàm quod diligit, po-
test. Amor non accipit de impossibilitate sola-
tium, neque ex difficultate remedium. Quæ li-
cet beata uirgo quanuis iam in spiritu esset, ta-
men dum in carne esset, carneis mouebatur
sensibus, & ideò quam sæpe locorum recreaba-
tur uisitationibus, & quem genuerat, mentis cũ
plectebatur amplexibus. Hæc ille. AVCT. Qđ
dicit dubitantis more, Fortasse beata uirgo lo-
cũ inhabitauit, quo sepultus est Christus, argu- C
mentum facit fidelibus non hoc esse illicitum,
nec contra hoc, quod uoluit Christus, non, sci-
licet illicitum esse eum in talibus uisitari sepul
chris. Nã quis hoc credat de uirgine, quòd pec- 9
cabiliter filium dominum irritaret? Sed & Hie-
ronymus arguere hoc incipit à debito amoris,
per quem ex tota anima, & ex tota uirtute quæ
rendus. Tamen erat ab ea, cuius Dominus erat
& filius, quærendus in sepulchro, quærendus in
oliueto, quærendus in caluario loco. Tandem
concludit firmiter, quòd sæpe locorum istorum
recreabatur uisitationibus, complectens eum,
quem genuit, mentis amplexibus. Et in laude
Helenæ matris principis Constantini libro de
Ambro. 8 obitu Theodosii AMBRO. Magna † fœmina,
quę multo amplius inuenit quod imperatori cõ
ferret, quàm ab imperatore acciperet. Anxia
mater pro filio, cui regnum orbis Romani ces-
serat, festinauit Hierosolymam, & scrutata est
A locum passionis dominicæ. Et infrà. Venit ergo
Helena, cœpit reuisere loca sancta. Infundit
ei spiritus, ut lignum crucis requireret: Acces-
sit ad golgotham, & ait. Ecce locus pugnæ, ubi
est uictoria? Hæc ille. AVCTOR. Laudet quan
tum sentio perproperam uisitationem loci sa-
lutaris in fœmina, & ideo stipendium pietatis
accepit, uisitationem sancti spiritus, ut quę sitę
crucis inuentrix fieret, quæ & crucifixum repe-
rit, quem quæsiuit. Quid pigritor in paucis san
ctæ terræ peregrinis, cum dicere possem ab om
nium regnorum fideliũ incolis de cætero post
ascensionem Christi illuc per annos & menses
perexamina populorum fluxisse fideles? Vnde
libro de obitu sanctæ Paulæ de ea ait HIE RO-
NYMVS. Quam Romæ habitãtem nullus extra Hiero. To. 1
Romam nouerat: latentem in Bethleem, &
Barbara, & Romana terra miratur: cuius enim
gentis homines ad loca sancta non ueniũt? Hæc
B ille. AVCTOR. Quasi dicat, rarissimę. Vt ad sa
tis impleretur prędictum iam Zacharię prę- Zach. 14.
sagium: Reliqui de uniuersis gentibus ascendent
ab anno in annum ut adorent regem dominũ
exercituum in Hierusalem. Exponit causam in
epistola ad Desiderium presbyterum, quę inci-
pit: Lecto sermone. HIERO. Hortor, & precor Hiero. To. 3
uos per domini charitatem, ut nobis uestros tri
buatis aspectus, & per occasionem sanctorum
locorum tanto dicetis munere. Certè si consor
tia nostra displicuerint, adorasse ubi steterunt
domini pedes, fidei est, & quasi recentia natiui-
tatis & crucis uidisse uestigia. Hæc ille. AVCT. Psal. 131.
Vbi nunc est blasphemia Witcleff arguentis
in docti, Deum ubique esse, nec alicui loco san-
cto, uel tumulo suam potentiam alligasse? Iam
C uerum est: sed linguam tuam maledicam utinã
alligasset. Nisi enim emineat locus loco per gra
tiã, cur pars fidei est adorasse ubi steterunt pe-
des domini, & recentia dominicæ crucis uidisse
uestigia? Hoc † ad literam implebant apostoli
Christo iam ascendente in cœlum, dicente Lu- Luc. 24.
ca: factum est dum benediceret illis, recessit ab
eis, & ferebatur in cœlum: & ipsi adorantes, re
gressi sunt in Hierusalem, & erant semper in tẽ
plo laudantes, & benedicentes Deum. Lucæ ul
timo. In quem locum BEDA. Ascendente in Beda.
cœlum domino, discipuli adorantes in loco ubi
steterunt pedes eius, confestim Hierosolimam
redeunt: quia ibi promissum patris, quod audi-
uere per os domini, sunt expectare præcepti.
Hæc ille. AVCTOR. Attende, quòd adorabant
non tantum in loco ubi steterunt pedes eius,
sed ubi nouissimè steterunt ad aliquam gratiæ
prærogatiuam ex ipso pedum uestigio ultimo,
quod ascendens ibi reliquit, peculiariter prome
rendam. Et adorabant habitu corporis compe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenti,capite illuc depresso, & toto corpore con A
sternato,iugibus putemus oscul is sacra eos re-
fouisse uestigia.Iuxta quod prophetauit Esaias.
Locum pedum meorum glorificabo, & ueniẽt
ad te curui filii eorum qui humiliauerunt te,&
adorabunt uestigia pedum tuorum. Esaiæ. 60.
Iam exponit propheta prophetam,scilicet quid
in mente Dauid conceperit,dicens, introeũtes
adorare in locum ubi steterunt pedes eius.& Be
da,ubi nouissimè steterunt,hic autem dicit eos
adoraturos non Deum tantùm in loco pedum,
sed ipsa planè uestigia,quibus marmora locum
dabant,& formam, nunquàm æquari poterant
reliquo pauimento: nunquàm calcantium dam
na sentire,prout sanctum patrem Sulpitium sic
dicentem recitat in hoc libro expositionis A-
ctuum apostolorum SVLPITIVS. Illud autem
mirum est,quod locus ille,in quo postremùm
perstiterunt diuina uestigia,cùm in cœlum do
minus nube sublatus est, continuari pauimen- B
to cum reliqua stratorum parte non potuit.
Siquidem quæcunque applicabantur, insolens
humana susc ipere terra respueret, excusis in
ora apponentium marmoribus:quoniam & cal
cati à Deo pulueris adeò perenne documentũ
est,ut uestigia impressa cernantur.Et cùm quo
tidie confluentium fides ad dominum calcata
diripiat,damnum tamen area non sentit. Et
eandem adhuc sui speciem uelut impressis si-
gna uestigiis terra custodit. Hactenus Sulpi-
tius. AVCTOR. Huius sanctæ ergo peregri na
tionis,& sanctæ adorationis ad uestigiorum di
uinorum reliquias formam fidelibus primò da
bant,quam consecutæ sunt sancta Christi puer
pera,sanctæ aliæ fœminæ,& fideles deinceps in
tempore sancti Sulpitii.Et ille.adeo,inquit, p-
enne documentum est,ut uestigia impressa cer
nantur. Et cùm quotidiè confluentium fides
ad dominum calcata diripiat, damnum tamen
area nõ sentit.Vnde ammonetur Hieronymus
hortari,& precari deuotos sancta loca crucis & C
sepulturæ per uisitationem appetere, dicente
iam illa fide, quam tetigit, Introibimus in ta-
bernaculum eius,adorabimus in loco ubi stete
runt pedes eius.in psal. Prætereiri item non dẽt
ad sepulchrũ christi sanctę peregrinationis exẽ 1
plum q; Theodosius imperator mitissimus reli
quit fidelibus.De quo li.12.historiæ tripertitę
c.15.CASSIOD. Theodosius imperator pro be
neficiis à Deo sibi collatis gratias referebat plu 2
ribus honoribus Christo uota sua compensans
coniugemque suam Eustochium ad Hierosoly
mam destinauit. hoc enim & ipsa uotum ha-
buit,si filiam uideret nuptam,quæ tam Hiero- 3
solymis ecclesias constitutas, quàm per singu-
las ciuitates positas honorauit, & cum perge- 4
ret,& cum denuò remearet. Hæc ille. AV-
CTOR. Dignus à beato Ambrosio inter san
ctos computari post obitum,tic compensare de
creuit sanctæ coniugis suæ, & peregrinatione,
& uoto beneficium multiplex à Deo sibi colla
tum. Quo tempore Arianæ & Eunomianæ fę-
ces de calice, quem sectatoribus reliquerunt,
contra peregrinationes ad sancta loca exina-
nitæ non erant. Ad idem quoque instigat Ru-
sticum pœnitentem, maximè ut satisfaciat uo-
to suo loca sancta uisitare cum coniuge, Episto
la ad eundem HIERONY.Narrauit mihi uxor
quondam tua, nunc soror atque conserua, q
iuxta præceptum apostoli ex consensu abstinue
ritis uos ab opere nuptiarũ, ut uacaretis oratio
ni. Et infrà. Cunq; uos rabies barbarorum, &
imminens captiuitas separaret, sub iurisiurãdi
testificatione pollicitum,ut ad sancta transeun
tem loca,uel statim,uel postea sequereris,& ser
uares animam tuam,quam uisus fueras negli-
gentia perdidisse. Redde igitur, quod præsente
domino spopondisti.Incerta est uita mortaliũ,
ne ante rapiaris, quàm tuam impleas sponsio-
nem.Imitare eam,quam docere debueras. Et se
quitur pòst.Tu uagaris in patria,imò nõ in pa
tria,quia patriã perdidisti.Ista pro te in locis ue
nerabilibus resurrectionis,& crucis, & cunabu
lorum domini nostri saluatoris,in quibus par-
uulus uagiit,tui nominis recordatur, tecq; ad se
orationibus trahit:ut si non tuo merito,saltem
huius salueris fide.Hæc ille. AVCTOR. Pro-
uocat ecce uisitare peregrè sancta loca. Sed ual
de noto,q; eũ monet ex uoto,ne antè rapiatur,
quàm impleat sponsionem. Tale autẽ uotum
Witeleff committit dispensationi propriæ eius
qui uouit.Hieronymus autem cauere iubet pe
riculum.

Vestigia pedũ Christi.

Sulpitius

Hier. Tom. epistola quæ incipit, Cognita ex. circa fin.

¶QVOD RELIGIOSA SIT PE-regrinatio deuotorum fidelium ad sanctorum tumulos perornatos. Cap. CXXXIIII.

SVMMA.

1 *Witeleff,qui dicit sepulchra,& tumulos perornatos, esse tripliciter illusionis obiecta, & sic religiosa peregrinatione non uisitanda, confutatur.*

2 *Sepulchra mortuorum quomodo dicuntur uel memoriæ, uel monumenta, & quare.& quomodo has sanctorum memorias deprauat Witeleff.*

3 *Paula laudatur à Hieronymo sancto de ipsius peregrinatione assidua ad sanctorum memorias.*

4 *Romanorũ fides,quã præcipuè monstrabant circa*

ea uisitationem sepulchrorum martyrum. &c. laudatur.

5 *Romam peregrè proficisci, laudat.*

6 *Cassiodorus quomodo ex fide Romanorum,quam prædicauit Paulus, didicit trahere populos ad sanctorum corpora uisitanda.*

7 *Ambrosius quid de se dicat,cùm martyres uisitaret.*

8 *Institutum Gangrensis Concilij in fauorem sanctæ peregrinationis ad sanctorum corpora, & reliquias martyrum.*

GErtat Witcleff cõtra sanctos in tumu lis ca.21. tertij libri de sermone domi ni.Habent,inquit, isti hypocritæ tria genera rerum,quibus illudunt popu los:sicut sepulchra mortuorum sunt tripliciter illusionis obiecta:lapides enim in forma & fi-gura politi,sunt obiectum primum, aurum & argentum commaslata super exteriora supre-ma istorum lapidum sunt secũdum: Et lapides B pretiosi,ac alia iocalia super superiora illius se-pulchri pendentia sunt tertium illusiuum: ut patet de sepulchris nouiter canonizatorum à Romana ecclesia.Hæc ille.AVCTOR. Cuncta
1 †peruertit pessimus iste iudex, pestifer arbiter mentium deuotarum:honores hominũ ad san-ctos,illusiones appellat: & honorifica signa a-struit illusiua:motus eo spiritu contra sanctos, quo Iudæi,& Samaritæ, & retro mouebantur hæretici,prout in commentario super Esaiam lib.18.textu.Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. HIERONY.Sa maritani, & Iudæi nobis faciunt,omnesque hę retici,quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularunt,qui basilicas martyrum de-clinantes, nos, qui ibi orationes ex more cele-bramus quasi immũdos fugiunt.hoc aũt non tã illi faciũt q; in eis habitantes dæmones fortitu-dinẽ,& flagella sancti cineris nõ ferentes.Quis C aũt hæreticorũ non requiescit in memoriis: nõ dormit in specubus magistrorum? qualis fuit Marcion,Valẽtinus,& nup Eunomius mentis immunditiã leprosa carne contestans. Hæc ille AVC.Tot sub uno magistro diabolo scholares inuoluit,cuius instinctu Samaritæ,iudæi, Mar-cionistæ,Valẽtiniani,Eunomiani, Vigilãtiani, & iã post eos fœtidi Witcleuistæ odorẽ deuoto rũ fidelium ferre non pũt. Qui cum uirtutum odoribus ad Christi membrũ, ubi in sepulchro quiescit,p sancta desideria proficiscuntur. San ctus pater toto orbe Hieronymus queritur se ipsum cum reliquo deuotorum agmine tanq; immundum iectum à Vigilantianis dudũ hæ-reticis:& orationes ad basilicas,& memorias mar tyrũ celebrauit ex more.Ipse uero planè indica

Esa.65. Hier.Tom.5

uit non tã à scipsis,q; à diabolo inhabitante sic esse commotos,qui & ipse fortitudinẽ,& flagel la sancti cineris dæmon ferre nõ potest. Sic A-riani hæretici,ut prædixi, sanctorũ æq; memo-rias condemnabant,ita ut eorum Cæsares Con stantinus,& æq; Cõstantius contra deuotos pe grinos ad memorias martyrum leges ferebant. Vnde sanctus Hilarius quæritur libro edito cõ Hilarius tra Constantium Augustũ uersus finem. Hila-rius.Cæteri quidem mortales semp cum uiuis bella gesserunt,dum homini ad hominem ultra mortẽ nihil causę est:tibi uerò inimicitiarũ nul lus est finis.Receptos.n.iam in æternã patriam patres nostros lacessis, & in decreta eorũ puer-sus irrumpis.Apostolus nos communicare san-ctorum memoriis docuit,tu eas damnare coegi sti.Est ne aliquis hodie aut uiuus aut mortuus, cuius tu nõ decreta recideris? Sequitur. Qui nunc sanctorum memoriæ cõicabitur, anathe-ma tibi.Hæc ille.AVCTOR.Magnã est adhuc & semper fuit ad memorias sanctorum hæreti-corum inuidia,& q; in suis argutiis cauere prętendunt idololatriam:& ideo suum seruare ho-norem,planè conuincit eos mendacii, q; hæc in auctoribus suis defunctis non cauent.Quis hę rericorum,inquit Hieronymus, non requiescit in memoriis, nõ dormit in specubus magistro rum?Et cum in ipsis Deum honorem suum nõ seruent,nec sibi cauent,quomodo cauent mar-tyribus memoriæ, sunt ipsa monumenta pro ti tulis mortuorum,aut transemptiuè ab istis al-taria basilicæ,uel picturæ,ad sanctorum memo tias editæ.Sic Absalon legitur.2.Reg.titulũ sui 2.Reg.18. nominis monumentum fecisse. Vnde libro de cap.4
2 cura pro mortuis agenda ante medium.AVGV. Aug.To.4 Non † ob aliud,uel memoriæ,uel monumen ta dicuntur ea, quæ insigniter fiunt, sepulchra mortuorum, nisi q; eos, qui uiuentium oculis morte subtracti sunt, ne per obliuionem etiam cordibus subtrahantur,in memoriam reuocãt, & admonendo faciunt cogitari. Nam & memo riæ nomen id aptissimè ostendit & monumen-tum,eo q; moneat mentem, id est, ammoneat nuncupatur, propter quod & Græci μνῆμα & μνημεῖον uocant, quod nos memoriam: quo-niam & lingua eorum memoria ipsa, qua me-minimus, μνήμη dicitur. Hæc ille.AVCTOR Has igitur sanctorum memorias deprauat ipse Witcleff, tripertiens illas in tria illusionum ob iecta, primò in lapides frigidos, & figura poli tos. Secũdò in aurum,& argentum earum. Ter tiò in iocalia,& lapides pretiosos. Ideo illusio-nes obiecta dixit, quia qui populum illas de-uotius uisitat,putat illusum, & sic Christus do minus procurauit sibi primum illusionis ob-iectum in lapide illo frigido figurato sepulto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in domicilium edito, ut suprà descripsimus: ad cuius pia & deuotissima oscula tot ab omni parte trahit populos sanctorum de quo prophe tauit Esaias planissimè, dicens: Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes de precabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 11. Quem locum pertractans super epistolam ad Rom. ultimo. REMIGIVS. De sepulchro eius dixit idem propheta. Erit sepulchrum eius gloriosum. Sepultus est Christus, patefactum est illud mysterium, quod latebat. Hæc ille. AVCT. Nõ ergo uile, sed publicè gloriosum sepulchrum sibi Christus elegit. Sed ad puros homines veniamus: de quibus solent dicere Witeleuistæ. Et nunquid ipse & illi homines erant ut nos? De sepulto sancto Ioseph dixit scriptura in ecclesiastico. Natus est hõ princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: & ossa ipsius uisitata sunt. Ecclesiasti. 49. Quod si quis accipiat more nostro, quòd à deuotis populis tam suæ gentis, quàm posteris Christianis sint peregrè uisitata: non existimo scripturæ literam detorquere, & ea magis occasione, ipso patriarcha iubente de Aegypto sunt à fratribus in Sichẽ trãslata, quæ est Samaritanorum urbs Neapolis. Sic item cæterorum ossa sanctorum ueteris testamenti sunt à Christi piis fidelibus laudabiliter in dies uisitata. Laudat † non est dubium, deuotam Paulam sanctus Hieronymus, quando in epitaphio eius de ipsius peregrinatione assidua ad sanctorum memorias ita scribit HIER. Sepulchra inquit, in monte Ephraim Iesu filii Naue, & Eleazari filii Aaron sacerdotis è regione uenerata est. Quorum alter conditus est in Iannathsare à Septentrionali parte mõtis Gaas. Alter in Gabaa filii sui Phinees. Hæc ille. AVCTOR. Quid dixit Wircleff, nunquid accusaturus est ibi lapides frigidos, ac polytos, aut aliquod reliquorum illusionis obiectum, quod sanctam Paulam illudere potuerit, ut cum tanta ueneratione sanctorum memorias uisitaret? Nouerit illusor ipse, q̃ hanc pietatem, & fidem bonam nominauit Paulus Apostolus, & propter hanc commendauit Romanos cum cæteris, dicens. Fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo. Vnde in commentario super epistolam Pauli ad Galat. libr. 2. in prologo eleganter scribit HIERON. Vultis † scire ò Paula & Eustochium quomodo Apostolus unamquanque prouinciam suis proprietatibus denotarit, & usque hodie uirtutum uestigia permaneant, uel errorum? Romanæ plebis laudatur fides, Vbi alibi tanto studio & frequentia ad ecclesias, & ad martyrum sepulchra concurritur? ubi sic ad similitudinẽ cælestis tonitrui Amen reboat, & uacua idolorum templa quatiuntur? non q̃ aliam habeant Romani fidem, nisi hanc, quam omnes Christi ecclesiæ: sed quod deuotio in eis maior sit, & simplicitas ad credendum. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiant Witeleuistæ, commendatam. s. ab Apostolo præcipuè fidem Romanorum, quàm cum monstrent in pluribus, inter alia tamen, quòd tam impenso studio, & frequentia ad ecclesias, & ad martyrum sepulchra uisitãdo concurrunt: & unde nisi ab Apostolorum tempore uenit hæc religio Romanorũ, pro qua fidem eorum per uniuersum mundum annuntiatã dixit? Quæ etiam ad occũbitus martyrum ante Apostolos occiforum, & loca sancta tunc sumpsit initium, quanuis postmodum ad certũ ordinem certè scribitur redegisse eam Gregorius, prout lib. 3. de officiis scribit amicus Witeleff WALRANNVS. Ipse enim, inquit, beatus Gregorius egregium Romanæ sedis posti Petrum Apostolum decus, qui optimè, ut dictum est, auctoris eius conscius extitit, hoc sese cum illis officio consolatus est. Quippe qui in libro uitæ ipsius legimus stationes per basilicas, uel beatorum martyrum cœmeteria secundum q̃ hactenus plebs Romana quasi ea uiuente certatim discurrit: sollicitus ordinauit, per quas & ipse sollicitus discurrens, dum adhuc prevaluit loqui. 20. homilias euangelii diuerso tpe declamauit. Reliquas uero eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescente stomacho languore continuo, aliis pronuntiandas commisit. Qui sicut uerè dulcissimum sancti spiritus organũ quicquid scripsit, digito Dei dictante concepit, sic easdem stationes non sine eodem spiritu disposuit: & tàm hæc, quàm cętera eius opera, tanquam aurum rutilant in Christi ecclesia. Hæc ille. AVCT. Quid igitur mirum, si ad se totius orbis pertrahant peregrinos, ut in illorum fide, & studio solidentur? Magna laus Romæ, quę ab ore fluxit Apostoli, ex qua didicit omnis terra peregrinari, deuote, & sanctorum memorias frequentare. Planum est, dissimulari non potest fides uestra, annuntiatur in uniuerso mundo, dixit Apostolus. Nec fluxit ista fides Romanorum in orbem sine principibus, nec tantùm erat plebibus consueta. Quod magnificentia fidei Christianæ, in epist. ad Madaurenses fratres prosequitur AVGVSTINVS. Videtis certè simulachrorum templa partim sine reparatione collapsa, partim dirupta partim clausa, partim in alios usus commutata: ipsaque simulachra uel confringi, uel incendi, uel includi, uel destrui, atque ipsas mundi huius ptãtes, quæ aliquando pro simulachris populũ Christianum persequebantur, uictas & domitas non à repugnantibus, sed à morientibus Christianis

stianis, & contra eadem simulachra, pro quibus Christianos occidebant, impetus suos, legesque uertisse, & imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum Petri piscatoris (submisso diademate) supplicare. Hęc omnia diuinæ scripturæ, quæ in manus omnium iam uenerũt, ante longissima tempora futura esse testatæ sunt. Hæc ille. AVCTOR. Hoc attendite Witcleuistæ, q̃ nobilissimi imperatores Romani non humano consilio, sed instinctu spiritus sancti, qui longè ante sua tempora hæc in scripturis sãctis sua assertione decreuit, ipsi apud sepulchrũ piscatoris submisso diademate supplicarunt. Ibi enim statio solennis est peregrinorum sanctorum, tanquam ad apostolorum principem, & Christi supremum in terris uicarium. Est denique apud sanctũ Paulum coapostolum eius, & laudatorem peregrinationum hmõi, dicens esse fidem, sicut & beatus Hieronymus, adoratis ubi steterunt pedes eius, fidei partem dixit. Nil † mirum igitur apud alios, quorum fides est integra, si magna portio fidei sit merces peregrinationis Romanæ, ita ut proxima sit Hierosolymis, ubi steterunt pedes domini. Quæ sicut olim assidua erat ad templa falsorum Deorum, & simulacra per orbem frequentia, ad quæ cõfringẽda martyres certauerunt, ut nunc dixerat Augustinus: ita deinceps discurratur ad martyres, & Christi basilicas, quas martyres laudauerunt. Hanc credo uicissitudinem commutationis originalem fuisse sic uisitandi basilicas, cùm nec eius immemor esset perfidus ille Faustus, ita improperando catholicis, Sacrificia gentium uertistis in Agapes, idola in martyres, quos similibus uotis colitis. Vnde 20. lib. contra Faustum AVGVS. Nec alienum existimare debebat à bona fide factum. Si tamen hoc inuehat Apostolus apud Corinthios, De spiritualibus Autem nolo uos ignorare fratres, scitis quoniam gentes cum essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. primæ Corint. 12. Vbi REMIGIVS. Sicut cum gentes essetis, dæmonum templa sine reluctatione, prout ducebamini, frequentabatis: sic modo dum agamini spiritu sancto, secundum sanam doctrinam nostrã ad ecclsiam Dei accedite, & præceptis salutiferis cum omni humilitate obtemperare contendite. Et quod dixit, prout ducebamini, ostendit eos tãtam uenerationem exhibuisse simulacris, ut eorum cultum nequaquam abhorrerẽt, à quibuscunque hortarentur, monerentur, & ducerentur personis: ita & cõuersi, diligentes Deũ, & Paulum, & coapostolos eius, spernere nõ deberent suæ salutis amatores. Hæc ille. AVCT. Nolunt igitur hæretici ad spernendum Paulũ prouocantem peregrinari deuote concitare fideles: quia si diligerent Deum, & Paulum, & coapostolos eius, duci deberet à sublimibus ad mercedem, qui se duci permiserunt à quibuslibet ad contemptum sanctorum, & pœnam. Hanc fidem sollicitè curauit in Constantinopolitanorum plantare præcordiis, in fermone suo post reditum ab exilio, qui incipit: Quid dicam? CASSIODORVS. Ante hæc quidem ecclesia replebatur, nunc & in plateis ecclesiæ factæ sunt, & unanimes, & compunctim psallentes Dei in nos prouocatis aspectum, uoces uestræ cœli secreta penetrarent, ut omnis ætas uestras psalmodias miretur attenta. Cursus equorum hodie & pauci illuc, immo cũcti in ecclesia qua si torrẽs quidam ac fluuius uestra facta est multitudo. Voces uestræ eleuantur in cœlum: amorem, qui ad patrem est, ostendentes: orationes uestræ meum coronauerunt caput. Oratio omni monili præclarior uiri, aut mulieris. Sequitur. Ideo uos ad Apostolos inuitaui, ut ad eos, qui persecutionem aliquando passi fuerãt, uentremus, & nos quidem passi, illi uerò impugnati. Sed inimici illis nihil nocuerunt, quia isti orbem terrarum lucrati sunt. Veniamus ad sancta corpora, quæ Christi stigmata portauerunt ueniamus ad Timotheum nouum Paulum: & Andream alterum Petrum, & credimus nos ad iuuari meritis illorum. Hæc ille. AVC. Ex † fide Romanorum, quam prædicauit Apostolus, didicit sanctus pater trahere populos ad sanctorum corpora uisitanda. Credimus, inquit, nos meritis illorum iuuari. Veniamus ad sanctorum corpora, quæ Christi stigmata portauerũt. Ex hac fide uisitandi sanctos didicit in laudem matris suæ libro 6. Confessionum dicere AVGVS. Quod pro canistro pleno terrenis fructibus, plenum purgatioribus uotis pectus ad memorias martyrum afferre dedicerat: & ut qd posset dare egentibus, & si dominici corporis communicatio illic celebraretur, cuius passionis imitatione immolati sunt, & coronati martyres. Hæc ille. AVC. Hac autem fide armatus sanctus Ambrosius, in eadem ciuitate Mediolani etiam inter medios hostes pergens, non uisus, non tentus, martyres uisitauit assiduè. Vnde libro contra Auxentium de tradendis basilicis ipse AMBRO. Nonne, † ut de ipso domino sumamus exemplum quando uoluit passus est? & cùm quæreretur inuentus est? Quando autem hora non uenerat passionis, per medium quærentium transibat, & uidentes cum tenere non poterant. Quo utique euidenter ostenditur, quod quando dominus uult, unusquisque inuenitur, & capitur. Quando autem differt, etiam si quærentium manibus occurrat, & oculis, non tenetur. Ego ipse non quotidie uel uisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandi gratia prodibam,non pergebam ad martires?Non regiam palatii præteribam, cundo, atque redeundo,& tamen nemo me tenuit, cũ exturbandi me haberent,ut prodiderunt postea uoluntatem,dicentes. Exi de ciuitate, & uade quo uis.Hæc ille. AVC. Interrogatiuè legatur quod dixit non,id est,nonne quotidie uisitabã, uel peregebam ad martires? Ab hoc loco sumat Witeleff illusionis obiectum: illuduntur certè homines,sed peruersè illudebant eos non lapides frigidi & politi, sed lapides uiui, martyres Iesu Christi,ne Christi uiderent episcopum,ne uolentem eos uisitare,quotidianum tangerent peregrinum.Sic euangelio teste,uidit Herodes qđ illusus esset à Magis.Peregrinos suos deuotos Christus per angelicam uisitationem defendit:& hostem peregrinationis suæ,qui cunctas parauit insidias seruis suis,illudere,& illæsos eũ præterire concessit, quod & ipse fecerat, cum secessit in Aegyptum:ita dico uobis Witeleff uistæ,qui non hospites estis,sed hostes sancto rum,& inimici domestici Dei, quia cum Arianis illis,qui insidiabantur Ambrosio, sanctorũ sepultorum glorię inuidetis:multipliciter à Satana,& angelis eius estis illusi. Draco iste est secundum Psalm.quem formauit Deus ad illudẽdum ei. Non lapis ille frigidus, quem tu criminaris illusionis obiectũ, sed ille magis, de quo canebat Deus pater,ne filius suus dilectus offẽderet ad lapidẽ pedẽ suum.Obstinatio mẽtis est hic lapis,& contra oẽm potestatem fideliũ,frõs hæreticorum superba,& indurata proteruia.Super quẽ ceciderit iste lapis, confringetur, ait scriptura:iõ huic omnimodè prohibet speciali ter in hoc sanctæ peregrinationis articulo sacra fides. Vnde li. de definitionibus rectæ fidei. c.40. AVGV. Sanctorũ corpora,& maximè beatorũ martyrũ reliquias,ac si Christi membra syncerissimè honorãdo,basilicas eorũ nomine appellatas uelut loca sancta diuino cultui mancipata,affectu pissimo,& deuotione fidelissima adeũdas credimus. Si quis contra hanc sniam uenerit, non Christianus,sed Eunomianus, & Vigilãtianus credatur.Hęc ille. AVC.Et in Gãgrensi concilio legitur nstitutumi. Gangrense 8 CONCILIVM.Si † quis per superbiam,tanquam se perfectum existimans, conuentus,qui per loca,& basilicas sanctorum martyrum siũt, uel accusauerit,uel oblationes,quæ ibidem celebrantur,spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnendas, anathema sit. Hæc ibi. AVCTOR. Ecce iam plùs mille annis erat hæc sanctarum peregrinationum firma,discussa,fixa fides ecclesiæ pott tot latratus hæreticos,quot in superioribus numerauimus:& ne deperiret ab orbe nostro per obliuionem sanctam perfidia tot blasphemorũ,renouant Witcleuistæ incinerata pericula,& sufflant in fauillis hæreticis Cerberi focos: unde ipsi uruntur intus per inuidiam ad sanctos: sicut & Satanas princeps eorum, mouens bellum perpetuum contra sanctos,secũdùm Ioannis Apocalypsim.

¶ QVOD SANCTORVM MEmoriæ, & cætera loca sacra sunt catholicorum peregrinationibus, & rerũ oblationus personaliter uisitãda. Cap. CXXXV.

SVMMA.

Miracula,quibus uisa sunt magna.
Miracula prisca recensentur.
Martyrum memorias quare Christiani frequentent,quatuor causæ significantur.

NEC nos in conferẽdo prætereat,quod notanter dixit hoc decretum ecclesię honorãda sanctorum corpora,& statim adiunxit, & basilicas eorum nomine appellatas,uelut loca sancta diuino cultui mancipata,pijssimo affectu, & deuotione fidelissima adeundas credimus.In quo passu basilicas sanctorum adeundas honoribus eorum corporibus exhibendis copulauit. Quo contrà quidam scribit,tales basilicas, quamuis præcelsas, uelut ipsi dicunt Cantuariensem in Anglia, non plus esse petendas peregrinationibus, & oblationibus piorum fidelium,quàm ecclesiam minorem cuiuscunque parochię,ab auctoritate Christi.Ioannis.4.Venit hora,& nunc est quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem. Suppositoque processu Nicolai concludit, quòd Dei prouidentia destructum est templum Anno.42.post ascensionem Christi,ut ubique liceret ecclesias fabricare, & in eis corpus & sanguinẽ domini, & alias oblationes offerre tanquam in locis Deo acceptis. Item,inquit,si Cantuariensem ecclesiam eligeret Deus tanquam sibi magis placentem ad peregrinos susciendos: sic spernerentur parochiæ, & oblationibus & decimis priuarentur. Item si propter miracula plus expetenda foret Cantuarien.ecclesia, transubstantiatio panis in corpus Christi,conseruatio creaturarum ne cadant in nihilum, excedunt suscitationem mortuorum, quæ fiunt in ecclesijs parochialibus. Propter has,& huiusmodi rationes alias,teneo, inquit,tanquàm fidem, uel ueritatem ipsi propinquam, quòd propter nulla miracula elegit Deus Cantuariensem ecclesiam ut plus placentem sibi,ut ibi à fidelibus ueneretur corporalibus

bus peregrinationibus,& aliis, ut pecuniarum oblationibus.Hæc Denerose. AVCTOR. His in parte consentiunt Witcleuistæ propter hoc, quod ait Witcleff in de sermone domini in mõte,cap. 55. uidetur fidelibus consulendum, ꝙ non petant Romanam ecclesiam, uel Auinioni cam ad plures indulgentias impetrãdum: quia, ut dixit Hieronymus, dominus totius mundi non uult in tali breui loco uel angulo coarctari.Sequitur. Vnde subtilis hæresis Antichristi est dicere,ꝙ Christus est acceptor personarum, uel situum,quo ad influxum gratiæ tribuendũ. Hæc Witeleff. AVCTOR. Has hominum istorum argutias complico,quia retenta forma arguendi,nõ esset peregrinandum ad sanctorum ecclesias,uel ad sanctos,ubi sunt eorum memoriæ plus quàm ubi non sunt, quia ubique sunt ecclesiæ satis Deo placidæ,in quibus fiunt maiora miracula: & parochiales ecclesiæ non sunt contemnendæ,nec Deus est acceptor personarum,uel situum quo ad influxum gratiæ tribuẽdum.O leuitas hominum. O cerebrum inane: uaga mens nullis coercita disciplinis. Ideo secũdum Iacobum inconstans in omnibus uiis suis. Anno tali destructum est templum, inquit, ut ubique fabricarentur ecclesiæ:quasi non descripționem istam fabricasset Petrus ecclesias istas primò Antiochiæ, postea Romæ. Aut Paulus destructionem templi expectauit, ut postea diceret:præter ea,quæ intrinsecus sunt,ut sollicitudo omnium ecclesiarum: aut ut constitueret per singulas ecclesias presbyteros,aut ut ignotus esset facie ecclesijs Iudeæ? Et Ioannes item ut septem ecclesijs suã scriberet Apocalypsim? Et Iacobus item ut ecclesiam Hierosolymitanã in suum episcopatum acciperet: qui omnes cũ Marco,qui Alexandrinam cœpit ecclesiam, & aliis ante destructionem templi anno tradito obierunt? Et putabimus Paulum omnes ecclesias contempsisse, quibus cum Barnaba hæsitatis & relictis ascendit Hierosolymam uidere Petrum? Nec didici Christum partem Marthæ spreuisse, quia prælegit partem Marię. Optimam partem, inquiens,elegit sibi Maria: non tu malam,sed illa meliorem. Sicut nec pius Iacob Liam spreuit,quando Rachelem, quanuis sterilem, prælegit. Nec ideo contemnuntur minores ecclesię, quia à peregrinis fidelibus prælegũtur eis maiores. Argutię istę, fœminarum zelantium sunt querelę.Miracula † item magna dicuntur,uel pœnes id, quod sunt, uel pœnes quod intuentes mouent. Sicut eis uidebatur arduum, qui dixerunt, uidimus mirabilia hodie. Et quando eiecto dęmone loquutus est mutus, dicebant turbę admirantes, Nunquam sic apparuit in Israel,Matth.9. Et † tamẽ à præsente Israel siccatum est marerubrum,manna pluit de cœlo, Deus descendit in Sina, prophetæ mortuos suscitabant, leprosos mundabant. Et tunc item in Israel angelus domini descendens in piscinam,sanauit ægrotos à quacunque detinerentur infirmitate. Ioannis.5. Sed hoc unum Christi factum plus egit populum in stuporem, & idem uisum est maius omnibus.Nunquam,aiunt,sic apparuit in Israel. Hoc modo certè maius erat miraculum panum pro quinque millibus, quàm saturatio quotidiana cunctorum uiuentium ex paucis granis. Vt impleatur illud Apostoli. quod infirmum est Dei,fortius est hominibus,primæ Corinth. 1.Huic nostræ infirmitati condescendens Saluator ait discipulis: maiora horum facietis: & quis illorum de uirgine natus est uel alium nasci fecit? quis item transfiguratus est,aut resurrexit a mortuis,& tamen dixit, maiora horum facietis? quia unde stupeant homines,& acutiori deuotione uisis rebus insolitis,alacres currãt ad fidem,inde maiora. Quod item dixit Witcleff subtilem hæresim Antichristi,quòd Christus sit acceptor personarum,aut situum, quo ad influxum gratiæ tribuendum. Aliis tacitis, ut rem expediam,postulo meum Witeleff.quid innuit Christus dicens apostolis cum ascenderet,Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini uirtute ex alto,Luc.ultimo. Acceptum situm limitauit dicens.Vos autem sedete in ciuitate,unde influxum gratiæ dispensauit, donec induamini uirtute exalto,Et Lucas in Actibus dicit.Præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent,sed expectarent promissionem patris hoc ad ratiunculas hominum.Modo (ut ad rem pergamus) quare religiosi fideles memorias martyrum celebrant aut peregrè uisitent, attendæ sunt causæ,quas item libro uigesimo cõtra Faustum post medium sic colligit AVG.V. Populus,inquit,Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandum imitationem, & ut meritis eorum consocietur,atque orationibus adiuuetur. Et infrà.Quod offertur,domino offertur, qui martyres coronauit. Ex ipsorum locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem,& in illos,quos imitari possumus, & in illum,quo adiuuante possumus. Hæc ille. AVCTOR.Hic † quatuor causæ significantur, quare martyrum memorias christiani frequentant.Primò,ad excitandum deuotionem, quòd declarat postmodum,ut illos possimus imitari, & hoc adiuuante domino martyrum,quo possimus.Secundò,ut meritis eorum consociemur quorum memorias uisitamus.Tertiò,ut eorum orationibus adiuuemur.Quartò,ut ea ipsorum

Miracula prisca.

Aug.To.6

loco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem in martyres domini, & in dominum martyrum. Hoc audiant qui propter uisitationes locorum, quibus sanctorum aguntur memoriæ, locorum inuident claritati. Non est simplex causa quare ad hunc locum accedatur, sed multiplex. Aut quare sanctorũ memorias, & hoc in eorum locis, quibus aguntur memoriæ, & ipsis itẽ temporibus honoramus. Maior enim ex ipsa uisitatione, & loco, & tempore acuitur charitas in Deum, & in sanctis eius, & ex charitate zelus imitationis. Ex hoc autem zelo ipsorum meritis sociamur. Et statim sequitur. Vt eorũ orationibus adiuuemur. Et potest esse causa quinta, ut uigilãtioris simus memoriæ ad orandum Deum in locis, ubi sanctorum aguntur memoriæ. Vnde secunda parte sermonum, sermone 32. de sancto Vincentio. AVGVST. Præstitit, inquit, Deus martyrum corpora sanctorum ecclesijs suis ad memorias orationis, non ad glorias martyrum. Illi enim habent integram gloriam suam apud creatorem suum, nec ipsi corpori aliquid timẽt, quoniam non est quem timeant. Hęc ille. AVCTOR. Ecce sanctorum corpora præstat Deus nobiscum esse præsentia in ecclesiis ad nostram utilitatem: non ad sanctorum glorias martyrum statuendas, sed ad nostræ orationis memorias excitandas per exempla sanctorum, quos corpora liter uisitamus. Valde enim mirum est, quòd homines ratione utentes, nec miraculorum maiestatẽ, nec sanctorum præsentia, aut eminentia loci mouentur, ut sciãt ibi aptiùs, quàm in aliis multùm imparibus suscipi peregrinos. Sanctus pater Chrysostomus conduxit secum Constantinopolitanam plebem ad extra fines ciuitatis pro uenerandis sanctis, & ad eorum patrocinia imploranda: nec putauit esse contumeliam ciuitatis, nec maioris cathedralis ecclesiæ: quantò magis, nec reputaretur cõtumelia localis & particularis parochiæ? Vnde in sermone de ascensione domini, qui incipit. Quando de cruce

Chry.To.3 Chrysostomus. Quando de cruce nostra processit oratio, extra ciuitatem, solennitatem celebramus, & nunc quando de crucifixi ascensione præclarum diem, & omni lætitia coruscantem fines ciuitatis egressi, summa congratulatione celebramus, & hoc nõ ad dedecus ciuitatis, sed ad honorem obseruatur sanctorum: ne nos causa dissimulationis accusent, dicentes, quòd pro domino sensimus uniuersa tormenta uexantiũ manibus, nostra uidimus ossa carne nudata, libenti animo pro Christo noster sanguis effusus est, & decisa capita sunt pro eius gloria. Hæc etiam meruimus sustinere, nec mysteriorum arcana in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres ad loca conuenimus beatorum: ad sanctorum habitacula festinamus, ut conuentus noster ipsorum præsentia quoque clarior redderetur: non enim in hoc theatro tantum martyres præsunt, sed & angelorum præsidentia locus decoratur. nam & angeli præsunt. Et si martyres uidere desideras, si angelos cupis inspicere: aperi oculos fidei, & illud tibi theatrũ facilè demonstratur. Nam cum omni aere angelorum multitudo uersatur: multo magis in ecclesia, multo amplius hodierna die, quando eorum dominus ascendit in cælum. Et infrà. Vides, quòd angeli præsunt, insistunt martyres, & ubique nobis præparantur auxilia. Igitur quid miserius est illis, qui conuentum splendidum derelinquunt? Et quid uobis beatius, qui ad tacitam solennitatem concurrere uoluistis? Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc uerbo terreri potest iste magister, quo Witcleuisticam omnẽ Chrysostomus damnat progeniem. Nihil illis miserius, inquit, qui contemptu sacri loci conuentum splendidum derelinquunt. Magnum quoque piaculum non breuiter redimendũ his qui sanctos in suis locis, & memoriis cum magna pietatis ueneratione non colunt: sed eis neglectis, etiam populos Christianos alia loca simplicium precum uisitare, uel tenere quædã uerbi potestate compellunt. Cum his duabus causis ad sanctorum esset habitacula properandum eis egressis & omissis ad horam: & quisquis piorum fidelium ex sanctorum præsentia, quibus accurrit, in suis tabernaculis clarior redderetur. Velut Saul ait ad Samuelem, Peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum ut adorem dominum Deum meum. Primi Reg. 15. Tanta est apud Deum in conspectu seniorum ecclesię, angelorum, & cælestium beatorum etiam coram Deo sanctorum præsentia, ut etiam intentè precantes, eisdem honoratos faciant peccatores. Alia quoque causa est, ut sancti habita ueneratione nostra eis debita, ignauiam nostram in curia beatorum accusare non habeant. Ad honorem, inquit, obseruatur sanctorum, ne nos causa dissimulationis accusent, dicentes, quòd pro domino sensimus uniuersa tormenta, & in nostris tabernaculis, nec peregrinos aspicimus, nec oblationibus honoramur, nec sacrosancta mysteria celebrãtur.

QVOD

¶QVOD PROPTER NOVEM causas colenda uideantur quædam sancta loca præ alijs, nec hoc ipsis præiudicat. Capitulo. CXXXVI.

SVMMA

1 *Causæ quædam, unde ad memorias, & loca sanctorum currant religiosi fideles præ parochialibus, & minutis ecclesiis, quibus incumbunt.*
2 *Deus, qui non arctat uirtutem suam ad locũ, quomodo tamen limitet ad locum, ubi operetur sic, quòd non alibi operetur.*
3 *Loca tria Iudæis sancta.*
4 *Excelsa quæ dicantur.*

1 ADdamus has causas quinque prioribus Augustini, & habebimus septem unde ad memorias, & loca sanctorum currant religiosi fideles præ parochialibus, & minutis ecclesiis, quibus incumbunt. Prima, propter excitandam imitationem. Secunda propter acuendam deuotionem. Tertia, ut sanctorum meritis socientur. Quarta, ut eorum orationibus adiuuentur. Quinta, ut sint ad orandum Deum plus memores. Sexta, ut satisfaciant honori sanctorum pro eorum laboribus. Septima, ut ex sanctorum præsentia ipsi coram omni ecclesia rutilemus splendidius. Nondum uenitur ad opes necessarias firmis, & diuina miracula, per quæ tanquam præcelsa uerba uocat nos Deus ad loca sancta: & quis uocante

Exo.3. Deo prohibet peregrinum? Vocatur Moyses ad ardentem rubum, & discalciatus accedit. Et qđ dixit Witcleff uirtutem suam non uult Deus in tam breui angulo coarctari: aut q murmurauit iste contra Cantuariensem ecclesiam, uel ubi alioquin fiunt miracula: q ideo ibi fiunt, ut ad parochiales ecclesias ire tollatur libertas: non essent dicta sapientium reputanda, sed sunt iurgia querulorum, quæ quia nec ideo facit Deus parochiales ecclesias, ne nunquam liberè dimittantur, uel apud sanctos miracula ut non liberè uisitentur. Virtutem autem suam nunquam arctat ad angulum. Nec ne ibi uirtus sua compareat, & inde emanet, arctat ab angulo, qui tamen liberè quandoque facit, ut nec aliunde uirtus illa fiat, nisi in angulo, quem elegit. Nam

Marc.5 & Luc.8. Aug.To.2. in.4. de fimbria uestimenti eius uirtus exiuit, quæ nec in turbis eum comprimentibus aspirauit, & quis arctabit Deum, ne quod uult faciat, & ibi solum ubi uult? Vnde epistola prima ad Hipponen. ecclesiam. AVGVSTINVS. Vbiq; quidem Deus est, & nullo continetur, uel clauditur loco, qui condidit omnia: & eum à ueris adoratoribus in spiritu & in ueritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiã iustificet, & coronet. Verumtamen ad ista, quæ hominibus uisibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis. n. notissima est sanctitas loci, ubi sancti Fœlicis Nolensis corpus conditum est, quo uolui ut pgerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalarum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter, & terribiliter dæmones confitentur furem quendam, qui ad hunc locum uenerat, ut falsum iurando deciperet, compulsum fuisse cõ fiteri furtum, & quod abstulerat reddere. Nunquid non & Aphrica martyrum corporibus plena est? & tamen nusquam scimus hic talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dixit: Non omnes sancti habent dona curationum, nec omnes habent diiudicationẽ spirituum, ita nec in omnibus memoriis sanctorum ista uoluit fieri ille, q diuidit propria unicuique prout uult. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Deus qui non arctat uirtutẽ suam ad locum, limitat tamen ad locum, ubi operetur sic, quòd non alibi operetur, sicut Capharnaum operatus est miracula, quæ apud Nazareth non poterat, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Sic in personis, quæ diuersas habent donationes, nulla habet omnes donationes uirtutum, nec quæ habet, habet eas in omnibus temporibus item æque. Nec in omnibus memoriis sanctorum omnia uult fieri ille, qui diuidit propria unicuique prout uult. Pro hac ergo sanitate hic uisitandus est sanctus: pro hac plaga curanda alibi ille sanctus & iste sanctus concedente Deo potest per ossa mortua hæc quæ potuit in hac uita. Sicut Eli-

1.Cor. 12 *Luc.4. Matt.13. Marc.6.* *4.Reg.13.* sæus suscitauit mortuum mortuus, sicut susciterat prius uiuus. Et de sancto Fortunato libro primo dialogi capitulo 33. GREGORIVS. Cur multa de eius uita dicamus, cùm nunc usque ad corpus illius, ut uirtutum documenta teneamus, dæmoniacos quosque absoluere, ægros curare quotiens ex fide petitur, ut uiuens consueuerat, hoc indesinenter facere, & apud mortua ossa indesinenter perseuerat. Hæc ille. AVCTOR. Hoc non omnibus sanctis apud eorum memorias datur a Deo: sed cui datur, sanctum est, ut a patientibus Christianis præ aliis corporaliter requiratur: & tamen hic & ibi unus dominus est, qui operatur per sanctos suos ut uult, sed uni commisit hęc talenta, alii uero illa. Nec ideo spreta est hæc ecclesia, quia uisitatur & illa: cũ

Greg.To.1

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ægrorum illa plebs ſanctum & magnum templum conſumpſit, quia admotionem angeli adibat ad porticum Salomonis. Sic item arguit, quòd ſi Cantuarien. eccleſia ſit à Deo electa ut & ibi ueneraretur cum oblationibus & peregrinationibus populorum plùs cæteris minutis eccleſiis, tunc eſſet ſola Deo accepta, & cæteræ parochiales eccleſiæ, ſicut excelſa Iudæorum, tollendæ. Necdum eccleſiarum fundamenta diſtinguit ſecundùm curſum ſcripturæ. Sed † ut conformitatem ueteris ſanctitatis inueniamus in noſtris, tria fuerunt loca ſancta à populis uiſitata: templum ipſum cultu ſupremum, à Deo quidem inceptum, & à Deo finaliter prælectum. Vbi ſedulò per ſingulos dies iugis ſacrificij locus erat: in cæteris autem ciuitatibus, & oppidis ſynagogæ erant, ubi omni ſabbato cõuenerunt ad minorem cultum, & lectionem legis, prout Chriſtus legitur docuiſſe in ſynagogis Galilææ. Lucæ. 4. In monte uero Carmelo, & contra fluenta Iordanis ad diuinum cultum trahendum ſita erant monaſteria prophetarum. Templum locum habet in eccleſijs cathedralibus, ubi ſunt pontifices cum ſacerdotibus, & integro numero, & ordine leuitarũ. Synagogis ſuccedunt in nouo teſtamento locales eccleſiæ per omnes uillas, & parochias tot continentes plebes, quot poſſet unus ſacerdos ſufficere, qui illo tempore princeps fuerat ſynagogæ. In primitiuis autem eccleſiæ tales per domos magnatum congregabantur eccleſiæ, ſicut Apoſtolus ait. Salutate Priſcam & Aquilam &c. & domeſticam eorum eccleſiam. Ad Roman. 16 Et ſalutant uos Priſca & Aquila cum domeſtica ſua eccleſia. primæ Corinth. vltimo. Conuentus autem prophetarum inſtituit Samuel ad canendum Deo: apud quos etiam præter legem conſultum erat, quid uellet Deus, aut nollet. In hunc gregem poſt primam vnctionem incidit Saul prophetans cum eis. Ex his mittebantur, qui reges arguerent, uelut Natham, & Gad ad Dauid. His ſuccedunt modò religioſorum eccleſiæ, ad quos non propter ſacramenta, ſed magis pro ſanctę uitæ culmine rapiendo, & pro conſilijs, & monitis legis Dei & precum inſtantiis ſatis religioſè plebium fit acceſſus. Hoc dico de his in genere ſuo. Sunt tamẽ, qui apti cum patribus ſui uideantur, ut duarum priorum eccleſiarum regulas compleant, ſicut forſan fecerat cuneus Samuelis. Cætera excelſa non habent (quantum opinor) loca nobiſcum: nec erant laudata prius, forte quia importunitate plebis erant à ritu tracta gentilium. Vnde BEDA. Quod paulò pòſt de eodem rege dicitur. Excelſa † quoque, quæ erant in Hieruſalem ad dextram partem montis offenſionis, & cætera uſque polluit rex, & contriuit ſtatuas: luce clarius eſt, quod excelſa nominare ſolet ſcriptura, loca in collibus poſita frondentibus: in quibus uel dæmonibus immolabant, uel etiam domino locorum amœnitate allecti, & contra interdictum, relicto altari, quod erat in templo, hoſtias immolabant. Vnde ſæpius in hoc libro de regibus, qui minus perfectè iuſti fuerunt, dicitur: ueruntamen excelſa non abſtulit. Hæc Beda libro. 30. quæſtionum, quæſtione. 29. AVCTOR. Iam uides, quòd nõ præiudicauerat ſynagogis, quòd omnis populus uiſitaturus templum dominiter aſcendit in anno, nec ideo erant ſynagogæ tollendę: ita nec minutis locorum eccleſiis præiudicat, nec ideo ſunt tollendę, quòd Cantuarien. eccleſia mater eccleſiarum eſt interdum & ter in anno ſolenniter uiſitanda. Nec item, quia memorię ſanctorum, aut ſanctarum monaſteria ſunt deuotę peregrinationis & reconciliationis inſtin ctu. ſ. à ſanctis plebibus requirenda: quare nulli fuit præiudicium, quòd poſt aſcenſionem Chriſti omnes fideles aſcenderunt, ubi manſerunt Petrus &. 12. Apoſtoli. Act. 1. Nulli quoque, quòd Paulus multis inſtitutis eccleſiis, & cunctis poſt poſitis, aſcendit uidere Petrum, & manſit cum eo diebus. 15. Gal. 1. Nulli item, q omnes natu maiores eccleſię ab eccleſiis Epheſi fecit ſeipſum uiſitare Mileti. Actuum 20. Et ad Titum epiſcopum Cretę relicta eccleſia ad altiorem eccleſiam Pauli peregrinari iuſsit Nicopolim. Ad Titum. 3. Non modica enim eſt recreatio mentium deuotarum relicta quandoq; eccleſia domeſtica alia ſancta uel ſanctos Dei ſeruos acceſſu ipſo corporeo & petere, & contemplari ad oculum: uelut de eo, qui mortuum ſuum in loco ſancto eligit ſepeliri. Vt notat lib. de cura pro mortuis agenda cap. 5. AVGVSTI. Cùm plurimum inter ſit, ubi ponat corpus mortui ſui, qui pro ſpiritu eius Deo ſupplicat: quia & præcedens affectus locum eligit ſanctum, & illic corpore poſito, recordatus locus ſanctus eum, qui præceſſerat, renouat, & auget affectũ. Hæc ille. AVCTOR. Ita cum pius affectus ſancti memoriam, aut monaſterium, uel maiorem eccleſiam uiſitantis locum ſanctum eligit uiſitandum: recordatio poſteà loci ſancti, quem uidit elegiſſe, cum ipſum, qui præceſſit, iam poſt modum renouat, & auget affectum, & poteſt eſſe cauſa octaua. Nona pro ſanitatum, aut uotorum miraculis computata: quare loca ſancta ſint corporaliter appetenda, & hoc ipſum in augmento piæ deuotionis fidelium eſt quid magnum.

Ioſ. 5.

3 Loca tria Iudæis ſancta.

1. Reg. 19.

2. Reg. 12. & 24.

Exceſſa.

Beda. 4. Reg. 23. 4

QVOD

¶QVOD SANCTI DEI MAGNVM AFERUNT PRÆSIDIUM CIUITATIBUS, & territoriis, in quibus habent memorias, & eos honorantibus ualidi ſunt patroni. Cap. CXXXVII.

SVMMA.

1 *Deus quomodo regulariter iubet pro lege communi, ut quos inuocamus in nomine domini, præſtẽt auxilium.*
2 *Petrus, & Paulus quomodo in ſuis memoriis ultra ſupremos Gentilium Deos auxiliabantur Romanæ reipub. & ſuis rebus.*
3 *Alarici pium facinus recenſetur.*
4 *Fila chordæ citharæ, quare dicantur fides.*
5 *Sanctorum inter homines ſepulcrorum utilitas.*
6 *Martyres quod ſint ciuitatum turres.*

VENIT Deus ad Balaã noctè, & ait. Si uocare te uenerint homines iſti, ſurgens uade cum eis, ita duntaxat, ut quod præcepero facias. Num. 21. Tam propitius eſt Deus humanis caſibus, ut ſponte tutores eis aſsignet, & quotiens rogantur, iubet accurrere: ſi uocauerint te, inquiens, homines iſti, ſurgens uade cum eis, non tamen ſimpliciter dixit, ſed ſi uocauerint te homines
1 iſti: hoc † regulariter iubet Deus pro lege communi, ut quos inuocamus in nomine domini, præſtent auxilium. Quòd ſi infideli prophetæ
4. Reg. 4. tantæ ſeruitutis mandat officium, quid de fidelibus ſentiemus? Eliſæus occurrere puerum ſuũ fecerat Sunamitidi eum dolenter quærenti. Sal
Matt. 28. uator item à morte reſurgens, mulieribus mœſtis occurrit, dicens. Auete: quæ nec tunc hanc
3 conſolationem occurrẽtis acciperent, ſi non uiC more Dei ac fide uirginis motus, ad Alaricum
hæc per nuntium retulit, qui cõtinuò reportare
ad Apoſtoli Baſilicam uniuerſa, ut erant, uaſa
imperauit: uirginẽ ẽt, ſimulq; omnes, qui ad eã
ſe iungeret chriſtianos, eadẽ cũ defenſione deduci. Ea domus cũ ſanctis ſedibus longo, vt ferunt, ſpatio, & medio interiecto urbis aberat.
Itaq; magno ſpectaculo oium diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palã aurea, & argentea uaſa portantur. Exercitus undiq; ad defenſionem gladiis pia pompa munitur. Hymnus Deo Romanis barbarisq; cõcinentibus publicè canitur. Perſonat latè in excidium urbis, ſalutis tuba: omnes ẽt in abditis latentes inuitat, ac pulſat. Cõcurrunt undique ad uaſa Petri uaſa Chriſti, plurimi etiã Pagani chriſtianis profeſsione, & ſi nõ fide, admiſcentur: & p hoc tũc ad tẽpus quo magis cõfundant, cuadũt. Sequitur. O præclara illa Chriſianæ pietatis tuba, quæ gñaliter cũctos dulciſsimo ad uitã modulami-

næ reipub. & ſuis item rebus apoſtoli Petrus, & Paulus in ſuis memoriis. Vnde lib. 1. de ciuitate. ca. 4. AVGVS. Compara nunc aſylum illud, Aug. To. 5.
nõ cuiuslibet Dei gregalis, uel de turba plebis:
ſed * Iunonis ſororis, & coniugis, & reginæ om- *Iouis.
nium deorum, cum memoriis noſtrorum apoſtolorum. Illuc incenſis templis, & diis, erepta ſpolia portabantur, non donanda, uel reddenda uictis, ſed diuidenda uictoribus: hunc autem & quod alibi ad ea loca pertinere compertum eſt, cum honore, & obſequio religioſiſsimo reportatum eſt. Ibi amiſſa, hic ſeruata libertas. Ibi clauſa, hic interdicta captiuitas. Ibi poſsidendi à dominantibus hoſtibus præmebantur, hic à miniſtrantibus hoſtibus liberandi ducebantur. Poſtremò illud Iunonis templum ſibi elegerat ſuperbia & auaritia leuium Græcorũ: Iſtas Chriſti baſilicas miſericordia & humilitas immaniũ barbarorum. Hæc ille. AVCTOR. Planitiem
hiſtoriæ, quam Auguſtinus hic tangit. Oroſius manifeſtat. libr. 7. de Ormeſtra mundi de Alarico rege Gothorum irrumpente tunc Vrbem. OROSIVS. Diſcurrentibus per Vrbem Oroſius.
barbaris, fortè unus Gothorũ, idemque potẽs, & Chriſtianus ſacratam uirginem Deo, iã ætate proiectam, in quadã eccleſiaſtica domo reperit. Cumq; ab ea aurum & argentũ honeſtè expoſceret, illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plurimum, & mox proferendum ſpopõdit, ac protulit. Cumq; expoſitis opibus attonitum barbarũ magnitudine, pondere, pulchritudine, agnita ẽt uaſorum qualitate intelligeret, uirgo Chriſti ad barbarum ait, Hęc Petri Apoſtoli ſacra myſteria ſunt, præſume ſi audes, de facto tu uideris. Ego quia defendere nequeo, tenere non audeo. Barbarus † uerò ad reuerentiã religionis ti 3 Alarici piũ facinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne Inuitans,quos ad uitam inobedientesnon su A
scitauit,inextricabiles reliquit ad mortem.My-
sterium mirabile in transferendis uasis, dicen-
dis hymnis,docendis populis fuit:tanquam cri
brum fuisse arbitror,per quod ex congregatio-
ne populi Romani tanquam ex magna massa
frumenti per omnia ex uniuerso ambitu ciuita-
tis latebrarum foramina effluxere grana uiua
sine occasione,sine uomere commota. Omnia
tunc de præsenti saluti credentia exhorreo do-
minicæ præparationis accepta sunt. Reliqua
uelut stercora, & uelut palea ipsa, uel incredu-
litate,uel inobedientia præiudicante, ad exter-
minium, atque incendium remanserunt. Quis
hæc perpendere satis miracula: quis prædicare
dignis laudibus queat? Hæc ille. Avctor. At
tendat modo Witeleff,si increpare ausus est sã
ctos præclaros Dei Augustinum, & Orosium,
qui hæc legerunt apocripha, dimittẽdo legem
Christi:cùm ipse si narraret mihi parentũ suo-
rum historias,quòd eum generassent:aut quòd B
legisset Oxoniis suis,necesse haberet apocripha
narrare Christi lege dimissa. Attendat item si
sanctorum fidelium non concordat laudibus in
translatione uasorum aureorum,& argenteorũ
ad apostolorum sepulchra,quorum erant(ut ip
se scribit)iocalia, se & suę perfidiæ sectatores
cum illis infidelibus numeratos mera stercora
esse,& paleas tam incredulitate sua hæretica, q̃
inobedientia præiudicatas, quę ad exterminiũ,
atque incendium remanserunt. O sancta, & ue
neranda apostolorum sepulchra, & præhonorã
da item apostolica uasa,quæ dominos suos apo-
stolos sibi saluatores,hostibus barbaris, & uic-
toribus domitores,plebis Christianæ tutores,
& ipsi urbi uictæ patronos facere potuerunt.
Hoc faciat modò sepulchrum prophanũ Wit-
cleff,uel alicuius complicis eius.Sed ultrices flã
mæ sacris sententiis obedientes,episcopi uile ca
dauer præiudicauerunt ad inferos,& flumina ci
neres absorbebant. Et ergo non sicut Augu- C
stinus Iunonis asylum,sed ubi positus erat Wit
cleff,fœtidam foueam comparemus memoriis
apostolorum,& quicquid laudis, & tutelæ, uel
gloriæ reperiemus in eis,ignominiam, & hor-
rorem concludet in Witcleff, & ipsius quosli-
bet conblasphemos. Quotidie experimur qua
liter eius reliquiæ ecclesias dissipant, ciuitates
consumunt,& oppida. Contra,sanctorũ Christi
sepulchra, & reliquiarum memorię, ciuitates
protegunt,seruientibus suis sunt singulares pa
troni, uicinis fidelibus præsidium singulare.
Vnde tertia parte sermonum sermone. 113. Av
gvsti. Debuit apostolorum memoria, per
quam tibi præparatur cælum,seruare tibi in ter
ra theatrum insanorum. Planè uerum est,ideo
mortuus est Petrus,& Romæ positus, ut lapi-
des de theatro non caderent. Excutit Deus de
licias puerorum de manibus indisciplinatorum
Hæc ille. Avctor. Amplius adhuc probe-
mus, quæ diximus libro uirorum illustrium
cap. 1. de sepulchro Iacobi Nizibenæ ciuita- Gennadius
tis episcopi, refert. Gennadius. Moritur hic
uir Constantii temporibus,& iuxta præceptum
patris eius Constantini intra muros Nizibenæ
sepelitur ad custodiam uidelicet ciuitatis:quod
factum per fidem Constantini euenit. Nam
post multos annos ingressus Iulianus Nizibe-
næ,uel gloriæ sepulti inuidens, uel fidei Con-
stantini,cuius ob id domum persequebatur,iuſ
sit efferri de ciuitate sancti corporis reliquias,
& post paucos menses consulendæ licet causa
reipublicæ, Iouinianus imperator, qui Iuliano
successerat, tradidit barbaris ciuitatem,quæ uſ
que hodie Persarum ditioni cum finibus suis
subiecta seruit. Hæc ille. Avctor. Hanc ua-
riæ retributionis sortem de sancto sepulto fides
meruit Constantini. Hanc perfidia Iuliani seu
Iulianus substrahendo custodem, ciuitatem
perdidit, quam Constantinus ab omnibus ho-
stibus tutam fecit. Item lib. de obitu Theodo- Amb. To. 3
sii Ambrosivs. Vbi fides est, ibi exerci-
tus est angelorum: bona itaque fides, quæ o-
peratur in mortuis frequenter. Denique, & Fides obe-
aduersarius,& legationes eius quotidiana mar- ra.
tyrum uirtute torquentur. Vnde arbitror,quòd
† fila chordarum citharæ ideo fides dicuntur, 4
qm̃ & mortua sonum reddunt. Hæc ille. Av-
ctor. Nouerint itaque Witcleuistæ,& de cer
to nouerint,q, in fide sanctorum sepulchrorum
à sua tyrannide tuti sumus. Bona. n. fides opera-
tur in mortuis. Ideo 3. parte sermonum sermo-
ne. 134. de natali sancti Cypriani Avgvsti. Aug.
Si adhuc quisquam quærit fortè quis uicerit,ut
omittam regnum cæleste sanctorum,quod infi
deles credere nolunt,quia uidere non possunt;
nunc in ista terra, in ista uita, in domibus, in
ciuitatibus, in orbe terrarum:ecce sunt feruen-
tes accusationes impiorum. Ecce quemadmo-
dum honorantur memorię peremptorum. Nũc
illi ostendant idola dæmoniorum. Et bene infrà.
Illi laus, illi gloria Deo nostro regi secu-
lorum creatori, & creatori hominum, qui suo
tali antistite huius ciuitatis ecclesiam ditauit,
tam sancto corpore huius loci amplitudinem
consecrauit. Illi laus, illi gloria, qui dignatus
est illum uirum prędestinare inter sanctos suos
ante tempora, creare inter homines, uocare
errantem,mundare sordidantem,formare credẽ
tem,docere obedientem, regere docentem,ad-
iuuare pugnantem, coronare uincentem. Hęc
ille. Avctor. Ecce quas laudes, quam glo-
riam

riam Deo persoluit in publico beatissimus Au A
gustinus,q, tali antistite illius ciuitatis magnæ
Carthaginis ditauit ecclesiam, & tam sancto
corpore eiusdem loci amplitudinem consecra-
uit. Non inuidit ecclesiæ Carthaginis magnæ
suas diuitias,quòd dixit bene ditatam tali anti-
stite,& eius corpore consecratam: non tantum
puto spiritualibus gratiis, sed & peregrinatio-
nibus,& sanctorum oblationibus fidelium po-
pulorum. Hoc ipsi non sentiunt,qui dolẽt par-
uis ecclesiis non obuenire,quæ propter sanctos
ibi requiescentes sanctorum ecclesiis compe-
tunt. Hunc affectum pietatis Witcleuistæ non
habent,qui quacunque ex causa ditatas dolent
esse ecclesias:quorum quidam clamant, & ru-
giunt:si haberem corpus illius Petri,aut Anto-
nii igne concremarem. O dolendi homines,
qui hæc de corporibus sanctorum proferunt,
quorum corporibus bene esset suspensam ha-
bere molam asinariam in collo, & in profundũ
maris demergi, ne tales blasphemias proferre B
auderent in sanctos: cum nobis solum profi-
ciat Deus de sanctorum præsentia: prout ser-
mone. 32. secundæ partis de sancto Vincentio
probat idem Avgvstinvs. Quid putamus
fratres,q, istum honorem prouidentia & consi
lium omnipotentis creatoris eius etiam defun-
cto corpori detulit,martyri aliquid præstitit,q,
si non sepeliretur,ignorabatur,unde ille suscita
retur? Cui etiam uictoriæ corona,& in resurre-
ctione seruata est uita æterna: sed de corpore
ecclesiæ præstita est consolationis memoria.
Sic plerunque de seruis præstat quandam digna
tionem donans,quia magis proficit ei, cui da-
tur,quàm ei,de quo datur. Sic Eliam sanctum
Deus per auem pascebat,non autem misericor 1. Reg. 17.
dia Dei & omnipotentia defecerat, ne semper
sic pasceret. Mittitur tamen pascendus ad ui-
duam,non quia non erat unde seruus Dei ale-
retur:sed ut fidelis uidua benedictionem mere-
5 retur. Hæc ille. Avctor. Altera † ecce utili- C
tas sanctorum inter homines sepultorum, ut
benedictionem inter homines ex deuota eo-
rum uisitatione hoĩes mereantur,& iterum alia
quã prædixit,quia de corpore talis sancti ma-
gna est illi ecclesiæ præstita sanctæ consolatio-
nis memoria,de spe resurrectionis futuræ,& de
tpali præsidio patronatus,prout de sanctis mar
tyribus Geruasio & Prothasio cum nouiter in- Amb. To. 3
uenirentur tractatu 2. de eis gaudenter ait Am-
bros. Principes populi, quos alios nisi san-
ctos martyres existimare debemus, quorum iã
innumeri diu ante ignorati Geruasius & Pro-
thasius proferuntur. Qui sterilem martyribus
ecclesiam Mediolanensem iã plurimorum ma-
trem filiorum lætari passionis propriæ fece-

runt & titulis,& exemplis. Nec hoc abhorret Ps. 44.
à uera fide,Dies diei eructat uerbum, anima a-
nimæ, uita uitę, resurrectio resurrectioni, &
nox nocti indicat scientiam. hoc est caro carni,
quorum passio ueram fidei scientiam omnibus
indicauit. Non immerito plerique hanc marty-
rum resurrectionem appellant. Videro tamen
utrum sibi, an nobis certi martyres resurrexe-
runt. Cognouistis,immo uidistis ipsi multos à
dæmoniis purgatos, plurimos etiam ubi uestę
sanctorum manibus contigerunt,his,quibus la
borabant debilitatibus ablolutos. Reparata ne
tusti temporis miracula, quo se per aduentum
domini Iesu gratia terris maior infuderat, um-
bra quadam sanctorum corporum plerunque
sanatos cernitis. Quanta oraria iactitantur,quã
ta indumenta super reliquias sacratissimas, ut
tactu ipso medicabilia reposcantur. Gaudent
omnes extrema linea cotingere, & qui contri-
gerit,saluus erit. Gratias tibi domine Iesu, qui
hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum B
spiritus excitasti,quo ecclesia tua præsidia ma-
iora desiderat. Cognoscant omnes quales ego
propugnatores requiram, qui propugnare pos
sunt, impugnare non soleant. Hos ego acqui-
sini tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, no-
ceant nemini. Tales ego ambio defensores, ta
les milites habeo,hoc est, non seculi milites,
sed milites Christi,Nullam de talibus inuidiã
timeo,quorum quo maiora,eo tutiora patroci-
nia sunt. Horum etiam illis,qui mihi inuident,
opto prędia. Veniant ergo,& uideant stipato- Psal. 19.
res meos,talibus me armis ambiri nõ nego. Hi 3. Reg. 6.
in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine
Dei nostri magnificabimur. Eliseũ diuinę scri-
pturę series refert cùm ab exercitu Syrorum es-
set obsessus,dixisse timenti seruulo,ne timeret,
quia plures,inquit,pro nobis sunt, quàm cõtra
nos. Et ut hoc probaret,petisse, ut oculi Giezi
aperirentur,quibus apertis, ille innumeros ibi
adesse uidit prophetę exercitus angelorũ. Nos
& si eos uidere non possumus, sentimus tamẽ.
Erant clausi isti oculi,quandiu obrupta sancto-
rum corpora delitescebant: aperuit oculos no-
stros dominus,uidimus auxilia, quibus sumus
sępe defensi,nõ uidebamus hęc,sed habebamus
tamen. Itaque trepidantibus nobis, quasi dixe-
rit dominus, Aspicite quantos uobis martyres
dederim. Ita reseratis oculis,gloriã domini spe-
culamur,quæ in martyrum est passione præte-
rita,& operatione ꝓsenti. Euasimus fratres non
mediocrem pudoris sarcinam:patronos habeba
mus,& nesciebamus. Inuenimus unũ hoc, quo
uideamur prestare maioribus. Sanctorum mar-
tyrum cognitionem,quam illi amiserunt, nos
adepti sumus. Hæc ille. Avctor. Quantam

Universidad de Deusto
Biblioteca

materiam gaudiorum sanctus pater inuenit de A patronatu sanctorum, quos apud se sepultos inuenit: de subuentionibus infirmorum, de remedijs miserorum. Et quia eos apud se in ecclesia præsentes habebat, quanta sperauit auxilia nullatenus defutura? cùm nec tunc deerant, quando delitescebant ignota: de quibus ecclesia canit ad dominum de sanctis suis, abundantia in

Psal.121. 6 turribus tuis. Vbi in expositione psalm. CASSIOD. Turres † enim sunt, quæ obiectu, & altitudine sua ciuitates defendunt, & uenientes inimicos prima fronte suscipiunt: unde non im-

Martyres, sunt ciuitatum turres.

probè martyres signatos aduertimus, qui oppositione corporis sui ciuitatem Dei piâ confessione defendunt: & quasi eminêtia ædificia ita hostibus fidei repugnare noscuntur. Hæc ille. AVCTOR. Repete mi Witeleff à principio & iocalia sepultorum, quæ tu risisti: sancta corpora, quæ blasphemasti, sepulchrorum lapides, quos B frigidos contempsisti, iam a Deo uirtutem protectionis accipiunt, terrorem hostibus, salutem fidelibus peregrinis extorquent ab eorum manibus, qui tanto impetu, & horrore sæuire uenerunt: cæterùm ecclesias ditant, tuentur prouincias, & fidei hostibus repugnare noscuntur.

DE FESTIVITATIBVS anctorum celebrandis.

Tit. XVI.

¶ QVOD SANCTORVM Christi martyrum, & angelorum, & sanctorum hominum festi dies pijssimè celebrẽtur. Cap. 138.

SVMMA.

1 *Valdensium errorem, quòd festa sanctorum non sint celebranda, quomodo sequitur Witcleff, et confutatur.*
2 *Christi memoria, quòd rectior habeatur, quam eius beneficia recolimus in beatis, ostenditur.*
3 *Ecclesia Christi cur a primæuis memorias martyrum celebrauerit.*
4 *Festiuitates multæ in ecclesia ad quid constitutæ.*
5 *Iulianus Witcleuistarum Cæsar, & Christianorum apostata, quomodo sanctos contempserit.*
6 *Baptistæ domini capitis inuentio narratur.*

HOrum ergo sanctorum celebrare dies, fons omniũ martyrum dño ab antiquis patribus decreuit, & cœpit mater ecclesia. Vnde li. 1. de origine offic. ca. 34. ISID. Festiuitates apostolorũ, seu in honore martyrum, solenniter antiqui patres in uenerationis mysterio celebrare sanxerunt: uel ad excitãdam imitationem, vel ut meritis eorũ consociemur, atque orationibus adiuuemur: ita tamen, ut nulli martyrum, sed ipsi deo martyrum, q̃is in memoriis constituamus altaria. Quis. n. antistes in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit: offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? sed quod offerimus, offertur Deo. Hæc ille. AVC. Cætera prosequitur ibi, ut ab Augustino suprà secundum eius uerba decerpsi. Inuidia aũt diaboli, q̃ Dei sanctis sp aduersãt, hostiliter cornua Witcleff cõtra festa sanctorum suscitat in furorem. ca. dicto. 30. trial. 3. Non ualet, inquit solennizatio, uel festiuitas talis sancti, nisi de quãto ad magnificandum Christum præparat, ad honorẽ eius incitat, & amorem eius prouocat, & accendit. Vnde si aliquæ sint solennizationes sanctorum quæ exorbitãt ab hoc fine, nõ dubiũ, quin cupiditas, uel peccatum aliud sit in eã: iõ multi putant prodesse ecclesiæ, q̃ cessantibus oibus istis festiuitatibus sanctorum, solũ Christi festiuitas obseruet: quia, ut inquiunt, Christi tunc memoria recentiùs haberetur, & plebis deuotio non sic in mẽbra Christi indebite spargeretur. Hęc Witcleff. AVCT. A teipso hæc loqueris, ana-

Isidorus.

lii dixerunt tibi hæc ipsa: debere. s. p̃desse ecclesię festiuitates cessare sanctorum, quia aliquæ exorbitãt ab hoc fine? Ita. n. loquitur, quasi alio C rũ esset hic sensus. Facta aũt sequacium eius inuincibiliter arguunt esse eius, q̃is non primò eẽ ipsius, sed prius Waldensium hæreticorum de Lugduno, quorum. q. 17. recolit GVIDO. De cimusseptimus † error, q̃ festa sanctorum non sunt celebranda, nec in illis ab operibus seruilibus est cessandum. Hæc ille. AVCTOR. Sed attendatur Witcleff ratio, quia putantur ab eo exorbitare à fine honoris Dei, & tunc diu ante hæc tempora sacrificiorũ ritus debebat cessare, quia multorum sacrificia exorbitabant à fine honoris Dei: & deputabant ea dæmonibus. Item dilectio proximi deberet cessare, quia non dubium, quin multi parentes filios, & uiri coniuges, & fœminæ uiros amant, non ad honorem Christi: ideo per Witcleff cessarent hæ omnes dilectiones hominum, & sola Christi, & ad Christum dilectio haberetur, ut Christi memoria recentiùs habeatur, & plebis dilectio non

Esa. 42. non sic in membra Christi indebitè spargeret. A Miser homo debuit audire prophetã de Christo dicentem, q̃ quassatam arundinem non con-

Lignum. triuit, & *lignum fumigans non extinxit, sed nouum bonum reformauit ex malo ueteri. Ita quoque prouidit mater ecclesia corpus Christi, pro ut in superiori loco ex dictis Augustini ISIDORVS. Quisquis in hunc errorem dilabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur siue ut caueatur. Hæc ille. AVCTOR. Magis ergo corrigendi sunt, & monendi fideles sanctorum festa synceriter agere, ut Christi memoria in suis sanctis recentius habeatur, & plebis deuotio in membra Christi debitè colligatur. Qui bus ipse dixit. Qui uos recipit, me recipit. Et quid obstat sanctis Christi Witcleff ne celebretur sanctorum memoria? Eius item memoria p petuò est in ecclesia celebranda, non tamen ut teneatur, sed ut deleatur. Qualiter memoria Iudæ Scarioth, & hæreticorum indies innouatur.*

Ad ca. 3. in expõne eorum uerborum. Ut Iudam Scarioth temp̃ qui & tradidit illum.

Hie. To. 9. De quo lib. 1. commentarij in Marcum super catalogum electionis apostolorum HIERONY. Scarioth memoria mortis, Iudas confitens, uel glorioſus interpretatur: confessores sunt multi in ecclesia superbi, & glorioſi, quorum primus Simon Magus, & Arius, & cæteri hæretici: quorum memoria mortalis ideo in ecclesia celebratur, ut deleatur. Hæc ille. AVCTOR. Quantò magis sanctorum Christi, & iam beatorum cũ Christo est celebranda, quia & colenda memoria, & extollenda festiuitas. Aut die paulatim quid melius? Melius, inquit, non, ut Christi me

2 moria recentiùs habeatur. At ego, sed † Christi memoria habetur recentior, quum eius beneficia recolimus in beatis, dicente beata uirgine,

Lu. 1 cùm cœlitus hymnizaret. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est. Vnde & in fauorẽ C Saluatoris redundat, quicquid de eius genitricẽ festiuè celebrat creatura. Qualiter de assumptionis eius festiuitate, quæ quantò est celebrior, tãrò penè est in ecclesia cunctis antiquior: ait in

Hie. To. 4. sermone eiusdem festi, qui incipit: Cogitis me ò Paula. HIERON. Si gaudium sit in cœlo de quolibet peccatore conuerso, multo magis putandum pro tantæ uirginis exaltatione, & gloria, quòd exaltatio sit in supernis, cuius nimirum festiuitas omnium supernorum ciuium est gratulatio, quia eius celebritas laus, & fa- 3 uor est Saluatoris. Vnde credimus, quòd non hunc tantum diem solennem ducunt pro eius honore annuum, uerum continuum, etiã & æternum iocunditatis, ac lætitiæ, ac uenerationis obsequio cum omni colunt tripudio amoris, & gaudii. Nec immeritò igitur omnis illa cælestis ciuitas congratulatur, & ueneratur matrem, cuius super se adorat filium regem: ante quem tremunt potestates, & curuatur omne genu. Hæc ille. AVCTOR. Audis ne, quòd celebritas assumptionis uirginis, laus, & fauor, est Saluatoris? Qui ergo has laudes, & fauores festiuando non colligit, ille indubiè memoriam Christi dispergit. Hoc est enim argumentum Hieronymi, quòd non immerito omnis illa ciuitas tantùm diem solennem ducit continuum uenerando Dei matrem, cuius super se adorat filium: quasi diceret: quid mirum, si tam festiuè matrem adorent, cùm hoc ipso honorem celebriorem impendant filio, quem supra se regnantem aspiciunt? Et dicat modò Witcleff. Cur hæc ciuitas beatorum non omittit hanc festiuitatem celebrare beatæ uirginis, ut in recentiori memoria habeatur Christus? An cum hæc festiuitas, secundùm Hieronymum, sit eis continua, nunquid ideo memoria eorum de Christo non erit recens, sed arida? Fateor occasiones quærit, qui uult recedere ab amico. Si hæ festiuitates ergo sunt ecclesiæ triumphanti continuæ, magis existim, consulendum, ut eorum conformemur, quantum facultas nostra dabit, exemplis: ut nobis sint annuæ. Sic enim consuluit certior ille magister facere uirgines suas in eodem sermone post medium HIERONYMVS. Ideo charissimæ celebrate solenniter uirginis festum, quæ cælestem nobis uitam in terris ostendit: quoniam qui non nubent, erunt sicut angeli in cælo. AVCT. *Mat. 22.* Ibi tangit Hieronymus unam causam, quam suprà docuit Augustinus de celebrando sanctorum festiuitates. s. ad excitandã imitationẽ: quæ, inquit, cælestem nobis uitã in terris ostendit. Quomodo in fine sermonis idẽ prosequitur HIERON. Ornate lampades uestras, occurrit sponso, quia iam ad ostium pulsat: & matrem, si eam diligitis, sequamini. Intus autem parate, & ornate lampades uestras, quia filiæ regis estis. Omnis ergo gloria uestra ab intus sit & intus habete lumen, quod foris luceat: ne forẽ inter has solennitates priusquam sponsus ue- *Psal. 44.* niat, uestræ lampades extinguantur. Nam celebritas huius diei non nisi accensis lampadibus intus & foris rectè colitur. Ideo emendum est oleum dum uacat, ne quum sponsus aduenerit (quod absit) uacuæ inueniamini. Hæc ille. AVCTOR. Hac † de causa a primæuis celebrauit ecclesia Christi memorias martyrum, ut *Mat. 15.* eorum exemplo incitati, domino Deo fidei fortiter teneremus constantiam: prout de sancto Polycarpo, qui ut scribit Irenæus, discipulus apostolorum fuit, cum ipsis diutius conuersatus, qui dominum uidere oculis meruerunt, & ab ipsis constitutus Smyrneorum epi

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopus:de ipso,inquam,scribit li.4.ecclesiasticę historiæ,cap.16. Eusebius. Vbi dicit Centurio tam obstinatam Iudæorum concionem, positum in medio ipsorũ corpus exusit, & ita nos post modum combusta ossa pretiosissimis gẽmis cariora, & omni auro probabiliora p ignẽ facta,collegimus,ac sicut conueniebat, ex more, condidimus. Quo etiam in loco nunc præstant edomino solemnes agimus, celebresque conuentus. Maximè quidem in die passionis eius:sed & cum eorum memorias,qui prius passi fuerint,celebramus,ut sequentium animi ad præcessorum uiam exemplis in fide suscitẽtur. Hęc ille. AVCT. Ecce ueteres patres sanctorũ memorias,uelut huius sancti Polycarpi, statim post apostolos celebrabant. Putas ne hunc errorem tam manè pepererunt antiqui, ne recens apud eos esset memoria Christi;& iam serò per prophanum Witcleff omnia reintegrarentur in Deum?Et ego nec Christi hominis arbitror qualemcunque hac ratione celebrandam esse festiuitatem, sed solius Dei,& purè secundum Deum,ne à Deo, qui est caput Christi secundum apostolum,dispergatur celebrantis intentio:si autem per Christum currimus in Deum, dispergimur,hoc item uerum est,& item imitãtes membra Christi, non nisi in Christum colligimur:alioquin non dixisset Apostolus,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi,sed imitemini Christum solum.Modò dicit,Sic currite, ut comprehendatis, siue post Petrum propter fidem,siue post Paulum per constantiam uerbi,siue post Polycarpum,ut per discipulum imitemur magistros.Sic enim iam dictum est, ut eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebremus.Hoc fit,ut sequentium animi ad præcessorum uiam exemplis suscitentur in fide: & cum uarii simus,ne quis occasionem excusandi sumat,multi sanctis festiuitates facimus, infirmis & fortibus, maribus & fœminis, senibus & pueris,uirginibus & nuptis, quondam corruptis,& à natiuitate sanctis, ut omnis gradus hominum aliquem,quem libeat imitari, possit inuenire,prout sagaciter ualde 4.parte sermon. serm.151.admonet AVGV. Hoc per istas solemnitates commemorari debet sanctitas uestra: primum ne arbitremur nos aliquid conferre martyribus,quia eorum dies solemnissimos celebramus:illi nostris festiuitatibus non egent, qui in cœlis cum angelis gaudent. Congaudent autem nobis,non si honoremus eos, sed si imitemur eos. Quamquam & ꝙ honoramus, nobis prodest,non illis. sed honorare,& nõ imitari,nihil est aliud,quàm mendaciter adulari.

4 Ad † hoc ergo istæ festiuitates in ecclesia constitutæ sunt,ut per eas congregatio membrorũ Christi admoneatur imitari martyres Christi: hæc est omnino huius festiuitatis utilitas, alia non est. Si enim nobis proponatur imitandus Deus,respondet humana fragilitas, multũ esse à se imitati eum,cui non potest comparari. Si denique ipsius domini nostri Iesu Christi ad imitationem nobis proponatur exemplum: de quo scriptum legimus, Christus passus est pro nobis,uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius,tamen & hic adhuc respondet humana fragilitas, quid simile ego & Christus?Ille & si caro,tamen uerbum caro. Sequitur. Ad tollendas ergo omnes excusationes infidelis infirmitatis, martyres nobis stratam construxerunt:non lapidibus,non tabulis construenda erat,qua securè ambularemus,ipsi fecerunt sanguine suo. Quis est quem pudeat dicere,impar Christo planè impar. Impar siue Christo etiam mortali Christo impar. Petrus hoc erat quod tu:Paulus hoc erat quod tu: apostoli & prophetæ hoc erant quod tu. Si imitari pigeat dominum,imitare conseruum. Præcessit agmen seruorum,sublata est excusatio pigrorum. Postremò adhuc dicis. Impar sum Petro. Impar sum Paulo. Impar es ueritati. Coronatur rusticitas,non excusatur uanitas. Postremò impar es puellis,impar es sanctæ Valerianæ. Si adhuc sequi piget,non uis adhærere uictoriæ. Sic enim sanctorum uiginti martyrum series recitata est. Cœpit ab episcopo Fidentio, clausit ad fidelem fœminam sanctam uictoriã Initium à fide,filius ad uictoriam. Videre ergo fratres sic celebrate passiones martyrum,ut cogitetis imitari. Hæc ille. AVCTOR. Iam pro celebrando festiuitates sanctorum, immo tot sanctorum,& talium,qui per uniuersam ecclesiam penè sunt innumeri,ecclesiasticam cautam audistis. Non uos à tam utili celebritate lupus exterreat, ne si in toto circulo sanctorum non imitemini ultimum sanctum, nec etiam imitemini primum Christũ. Omnes sancti in Christum eius chorea imitantur, in nullo quisquam sanctus diuaricat ibi pedem. Qui ergo se qui ultimum dedignatur, celebrando deuotè eius memoriam,constanter affirmo, quòd est hæreticus Witcleuista, & discors omnibus factus:primò Christo in euangelica illa saltatione:cui non acclamat,repugnat. Iulianus † Witcleuistarum Cæsar, & Christianorum apostata: tales sanctos contempsit, inuidens eis nomen martyris, & honoris:quos tamen eo inuito constanter honorabant fideles,uelut de sanctis Inuentio & Maximo lib.6. historiæ tripertitæ. ca. 34.scribit CASSIODORVS. Fingebat enim se,& in eis,scilicet,Iulianus,quasi causam defendere imperialis iniuriæ,& hoc diuulgare iussit, inuidens decertatoribus ueritatis in appellatione martyrii pariter & honoris. Nomina fuerũt horum Inuentius,& Maximus, quos Antiochena ciuitas tanquam pietatis propugnatores uenerata,prætioso monumento recondidit, & usq; ad hunc diem festis annualibus honorantur. Hæc ille. AVCTOR. Videat Witcleff Guillelmus,uideat,& inuideat cum suo Cæsare Iuliano sanctis Dei prætiosa monumenta parari, & à tota sancta ciuitate uenerari, annualibus quoque festis tantò pòst in eiusdem ciuitatis ecclesiis honorari. Non iam gaudebant ecclesię dotatione Cæsaris Constantini: cupido non tũc potuit occupare Christicolas,quos omnes unà cũ clericis prophanus Iollardorum Cæsar ad ultimam paupertatem compulit Iulianus. Tempore uerò sancti Polycarpi etiam diuitus ecclesia non erat onusta,& libera possessione. Quomodo ergo tu fingis indubium,quòd solennizationes sanctorum à Christo exorbitent, & cupidinem, uel aliud peccatum esse causam: nec in ceruice tua durissima,pietatem & deuotionem populorum ad honorem Christi capitis causam esse aduertere locus erat?Ego cum Christi fidelibus semper ut sapui,sapio:quòd qualitercunque cupido se ingerat, ipsa non est mater, sed cuius super filium uiscera contremiscunt pietas sanctitatis. Alioquin cur amicus Christi Baptista uoluit inuentionem sui capitis reuelare?Ex quo uolebat ecclesia,quod suum erat supplere, & cum solennizatione congrua diẽ eius festum requirere celebrandum. Nunquid cupido eius fuit in causa? Vnde in commentario super Marc. capitul. 18. BEDA. Propterea † quòd in lib.sacramentorum natale sancti Ioannis.4. Kalend. Septembrium die notatum est, & in martyrologio, quod Eusebii,& Hieronymi uocabulis insignitum est, legitur 4. Kalend. Septembris in * Enussa ciuitate Phœniciæ prouinciæ natalis. S. Ioannis Baptistæ die,quo decollatus est:non specialiter ipsum diem decollationis eius, sed diem potiùs, quo caput eius in eadem Enussa ciuitate repertum, atque in ecclesia est conditum, designat. Si quidem,vt chronica Marcellini comitis testatur, tempore Martiani principis duo monachi orientales uenerant in Hierosolyma adorare,& loca sancta uidere,quibus per reuelationẽ assistens idem præcursor domini præcepit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes caput suum ibi requirerent, & inuẽtum digno honore reconderent: quod ibi ab eis inuentum, & assumptum est, sed non multò pòst culpa incuriæ perditum, perlatum Enussam ab aliis,& in quodam specu in urna sub terra non pauco tempore ignobiliter recondi-

Eusebius

1.cor.11.

ibidem

1.Cor.9.

Aug.

Cassiodo.

tum,donec denuò idem Ioannes sese,suumque caput ostendit Marcello cuidam religioso abbati,ac presbytero, dum in eodem specu habitaret. Quòd uidelicet caput Iulioromo eiusdem ciuitatis episcopo per præfatum presbyterum constat esse inuentum. Ex quo tempore cœpit in eadem ciuitate beati precursoris decollatio ipso,ut arbitramur,die, quo caput eius inuentum fuit,siue eleuatum est, celebrare. Hæc ille. AVCT. Hic sanctus presbyter Beda non est dedignatus citare librum fidelium chronicorum in materia pietatis,sciens plùs illi esse credendum omnibus corruptis codicibus Wicleuistarum mendacium.

¶ QVOD DICENDI SVNT dies festi sanctorum, & sunt à nobis tũc orandi,nõ autem pro eis orandum. Cap. CXXXIX.

SVMMA.

1 *Dies sanctorum quare nolint persequutores fidei duci ad memoriam.*
2 *Augustini laus.*
3 *Dies martyrum quomodo celebrat Cyprianus,nõ ut Witcleuista.*
4 *Diebus martyrum,& aliorum sanctorum,quomodo ipsi sunt a nobis tunc orandi, non autem pro eis orandum.*
5 *Dies beatorum martyrum,& confessorum Christi,quibus de seculo transierunt, quare natales uocentur.*

DIscipuli Witcleff modò superstites in tantum hui cassentiunt dedignationi magistri contra sanctorum solemnia:ut item dies eis assignari,quibus passio,natalis,aut dedicationis memoria recolatur,nõ paruã putent iniuriã. Nõ est, inquiũt, dies Petri,uel Ioannis, qui nullũ unquàm fecit diem,sed omnis dies eius est,de quo legit,Hæc dies,quàm fecit dominus. Hæc ipsa erant uerba Fausti Manichæi improperãtis ita fidelibus, & comparantis gentilibus.li.20.contra Faustũ, in dicto Fausti AVGV. Solennes, inquit gentiũ dies cum ipsis celebratis,ut Calendas, & solstitia. Hæc ibi. AVC. Mira res,quod serpens ille antiquus nondum cessat idem spiraculum mortis infundere membris suis modernis,quo intoxicauit antiquos propter odium sanctitatis, & ueritatis: quam sancti palàm dixerunt in populis persecutores eorum dies passionũ sequacibus abstulerunt,persecutores,inquit,prophetarum & sanctorum ueteris temporis. Hoc idem ne

Psal.117

Aug.To.6

putas

3.Reg.3.

Baptistæ domini capitis inuẽtio.

Beda

*Edisſa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

putas sequaces malorum modo non tractant. Vnde tertia parte sermonum, sermone. 107. de Ioanne Baptista AVGV. Scire uos conuenit, dilectissimi, cur solius tantùm prophetæ Ioannis natiuitatis diem colit populus christianus: præsertim cùm multos prophetarum passos, & interfectos pro Dei nomine, atque honore manifestum sit: secundum illud domini, quo per Stephanum Iudæos increpat, dicens: Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Cũ ergo cognoscamus etiam tunc sanctos Dei persecutionem sustinuisse, atque martyrium, quid est, quod ecclesia Christi non defert his natalitiis solennitatem, quorum susceperit, atque complectitur passionem? Illud † scilicet dilectissimi, quòd iidem populi illos dies, quibus prophetas persecuti sunt, & interfecerunt, tradere cultui, ac memoriæ noluerunt, scilicet ne religiosa posteritas, dum passiones sanctorum coleret, scelus persecutorum semper horresceret. Ac sic obliterando martyrum dies, fecerunt memoriam sanctorum natalium non esse diuturnam, dum timẽt recordationem malorum suorum esse perpetuam. AVCTOR. Hac item scelerata cautela nolunt nostri persecutores fidei dies sanctorum duci ad memoriam, ne scelus suæ deprehendatur perfidiæ, qui hoc ipsum prosequũtur in nobis, quod sancti isti docuerunt, asseruerunt, fecerunt, scriptis certissimis reliquerunt, & pro quo plurimi sancti martyrio migrauerũt è seculo. O quanta lux seculo foret abstracta, si tantus thesaurus fidei cum Augustini memoria defecisset. Quod item diebus Cælestini Papæ sæui moliebantur hæretici, prout in decreto suo, & hoc ex lib. decretorum pontificum transmittit CAELESTI. Nec mirari possumus, si hæc contra uiuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam disipare. Augustinum † sanctæ recordationis uirum, quem pro uita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus: nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor asperfit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter optimos magistros etiam à meis semper præcessoribus haberẽtur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, ut pote qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori: unde resistatur talibus, quos male creuisse uidemus. Hæc ille. AVCTOR. Resistatur ait talibus, qui nituntur quiescentium fratrum dissipare memorias: illorum maximè, quorum uita, & doctrina est quotidiana norma ecclesiæ. Malè. n. crescunt, qui eorum memoriæ diem unum proscribunt. Sed & in anno malè crescunt qui penè crescunt, nec proficiunt: sicut iam dicto sermone prosequitur AVGV. Sed nihil tamen agerunt hoc faciendo. Quid enim eis prodest, quòd dies martyrii eorum ignoramus, dum ipsos martyres nouimus? Nihil ergo profecerunt. Natales quidem omnium sanctorum pro Christo passorum scire non possumus, sed tamẽ quotidiè prophetas, qui pro Deo passi sunt, honoramus, ac sic grandi compendio detrimenta exigua pensantur: cum quibus singuli dies sublati sunt per obliuionem, omne tempus tribuitur ad honorem. Hæc ille. AVCTOR. Ecce concul cat rationem uestram beatus Augustinus, ò insipidi Witcleuistæ, quia si dies natales sanctorum nosse poterimus, illos tempore quo passi sunt, celebramus, si non poterimus omni die. O sanctum episcopum, & presbyterum antiquum Cyprianum, quis feruor fidei docuit eum annua sanctorum semper celebrare martyria? Vnde in epistola ad clerum de Celerino confessore CYPRIA. Veri, & spirituales Dei milites dum diabolum Christi confessione prosternũt, palmas à domino, & coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper ut memini sti offerimus: quotiens martyrum passiones, & dies anniuersaria cõmemoratione celebramus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † martyrum dies celebrat Cyprianus: iam recordor dixisse Paulum, dum de abstinentibus disputaret. Qui sapit diẽ, domino sapit. ad Ro. 14. Non dubito sapere Cyprianum diem illum domino martyrum, quando sapuit martyrij diem suum. Non, ut existimat Witcleuista, diem illum credidit sanctũ eẽ, quòd sanctus illum fecisset, aut sanctum diem fecisset. Sed nec Augustinus, aut quilibet orthodoxus, sed pro illius martyris gloria tradita sibi à domino die illo etiam pro illo sancto diem domino sapit & dedicat celebrando. Sic sapienter dicit sacrificia pro martyribus offerimus, quotiens eorum dies anniuersaria commemoratione celebramus. Et cur contra ecclesias murmurant, nominationes dierum gentiles obseruare conantes, quãdo magister eorum Witcleff graduationes scholasticas hac sola ratione diuellit, quòd dicit eas gentiliter introductas, dies Solis, Lunæ, Saturni, sunt gẽtiliter introducti. Vnde lib. de temporibus. capit. 8. EBDA. Gentiles cũ obseruationẽ à populo Israel hebdomadis edidicerint, mox hanc in laudẽ suorum deflexere Deorũ, primã uidelicet diem Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, sextam Veneri, septimã Saturno dicãtes. Hæc ille. AVCTOR. Has nominationes ad huc in suo uulgari Anglici retinent, præter feriam tertiam, quartam, & quintam, quæ à duabus Deabus, & uno Deo ueterum Saxonum retinent The Wis & Wedene & Tóri. Quidã putant Arturi. Similiter & menses quosdam antiquæ

quæ gentilitatis ritu denominant. Idem ibidẽ cap. 15. Aprilis. Easter Monathe, qui nunc paschalis mensis interpretatur, quõdam à Dea eorum, quæ Eastrea uocabatur, & cui in illo festo celebrabant, nomen habuit, à cuius nomine nunc paschale tempus cognominant, consueto antiquæ obseruationis uocabulo gaudia nouæ solemnitatis uocantes. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dies & mẽses falsorum Deorum nominibus insignitas blandè continent, sed si à fidelibus Dei sanctis dedicentur, obsistunt uelut Fe bruarium Dei Plutonis nomine sapiunt, sed in capite mensis diem beatæ uirginis renuunt: qđ acturi ea probabilitate non essent: si paganicæ lustrationis antiquæ nomen seruarent, & ritũ. Idem ibi cap. 12. BEDA. Secundum mensem dicauit Februo, i. Plutoni, qui lustrationum potens credebatur, lustrariquè eo mense ciuitatẽ necesse erat: quo statuit, ut iustæ diis manibus soluerentur. Sed hanc lustrandi consuetudinem bene mutauit christiana religio, cum in mense eodem die sanctæ Mariæ plebs cum uniuersis sacerdotibus, ac ministris hymnis modulationibusquè deuotis per ecclesias perquè cõgrua urbis loca procedit, datosquè à pontifice tamen cereos in manibus gestant ardentes, & augescente bona consuetudine in idipsum & cæteris quoque eiusdem beatæ & perpetuæ uirginis festiuitatibus agere didicit. Non utiq; lustrationem terrestris imperii quinquennem sed in perennem regni cœlestis memoriam, quando iuxta parabolam uirginum prudentiũ Matt. 25 omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obuiam sponso ac regi suo uenientes, mox cum eo nuptias supernæ ciuitatis intrabunt. Hęc ille. AVCTOR. Videant Witcleuistæ, & confundantur, quàm usualiter sancti patres dies sanctorum clamauerint. Beda non uetur dicere diem sanctæ Mariæ, & beatæ matris perpetuæ uirginis, festiuitates alias, sicut 4 † sciuit Augustinum dies sanctorũ dixisse, quia eo die sanctos rogamus, quorum memoriã facimus, non pro eis, sed pro nobis ipsis rogantes. Non enim orauit Augustinus pro martyribus 5 his diebus. Absit, quos iam sciuit, ut ait, à domino illustri sua passione meruisse coronas. Vnde super Ioannem Hom. 83. AVGVST. Hoc beati martyres ardenti dilectione fecerunt, quorum si non inaniter memorias celebramus, atque in conuiuio, quo & ipsi saturati sunt, ad mensam domini accedimus, oportet ut quemadmodum ipsi, nos talia præparemus. Ideò quippe ad ipsã mensam non sic eos commemoramus, quemad modũ alios, qui in pace requiescunt, ut ẽt pro eis oremus, sed magis ut ipsi pro nobis, ut eorũ uestigijs adhæreamus: quia impleuerũt ipsi charitatẽ, qua dominus dixit esse nõ posse maiorẽ. Hęcille. AVC. Dixit ecce q; sic ômemoramus sanctos ad mensam domini non sicut cæteros quiescentes ut oremus pro eis, sed magis, ut ipsi orent pro nobis. Et signat causam, quia impleuerunt charitatem, quam alii cum precibus Hebr. 10. maiorare non possunt. Vnde & Apostolus, ubi horum. s. peccatorum remissio, non oblatio pro peccato, sed oblatio ibi laudis & gratiarũ actio perfecta, est eorum charitas. Idcirco iniuriam facit, qui illã precibus suis maiorare pertẽtat. Nõ solũ hoc uerũ de martyribus, sed de singulis sanctis, qui plenitudine meritorum cœlos petunt in gratia saluatoris. Sicut de sancto Simeone, de Anna prophetissa, & Baptista, & eius parẽtibus & cęteris ueteris legis, pro quibus nec ipse Christus orare uoluit, cum pro discipulis exorauit. Aug. To. 9. Vbi super Ioannem Hoc 109. AVG. Non ergo pro eis tunc Saluator orauit, quãdo pro eis orauit, qui cum illo tunc erant. Sequitur. Omitto Lu. 2 Lu. 1. dicere de simeone sene, qui in infantulum credidit, de Anna prophetissa, de Zacharia & Elisabeth, qui eum prophetauerũt antequam de uirgine nasceretur, de filio eorum Ioanne præcursore eius amico sponsi, qui eum & in sancto spiritu agnouit, & absentem prædicauit, & aliis agnoscendum, cum præsens esset, ostendit. Hos omitto, quoniam responderi potest orandũ pro talibus mortuis nõ fuisse, qui cum magnis suis meritis hinc abierant, & recepti quiescebant. Hoc. n. & de antiquis uiris similiter respõdetur Hęc ille. AVC. Si pro istis sanctis mortuis nec ipse Saluator orauit, qui necdũ erant carceribus liberi, quantò magis nec pro his, qui iam in cœli culmine rutilant coronati? Magis ad eorum gloriam debemus ipsorum exitus, quos natales dicimus, celebrare festiuè, quia in his pleni doni spiritus sancti, meritorumquè suorum farcina leui regem suum repetunt laureandi. Hic dies est eis ultimus meriti, & primus gloriæ. C Hoc die primo dẽ, q; plenus dierum excesit. Iõquè hos dies natalitios celebramus ad sanctos de more ecclesiæ. Vnde li. de institutis clericorũ Rabanus ca. 72. Rabanus. Dicuntur † quidem sanctorum festiuitatis natalitia, & meritò: quoniam. n. consuetè dicitur nasci, cùm quis de utero matris procedens hãc in lucem ingreditur: ita certissimè põt natus dici, qui solutus à uinculis carnis ad lucẽ sublimatur æternam. Et inde mos obtinuit ecclesiasticus, ut dies beatorũ martyrum siue confessorũ Christi, quibus de seculo transierunt natales uocitemus, corũq; solennia nõ funebria, sed natalitia dicũtur. Hæc ille. AVC. Semper dies sanctorum, & natalitia replicãtur: sed illi dies, quibus indubiè domino militarunt, non uitio, sed ab illo purgati pleni spiritus sancti erant.

Aug.

Cæleſt. epiſtola prima ad Epiſcopum Galliæ qua incipit Dilectiſſimi fratris Veneſio. Auguſtini lam. 2

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant. Dies enim, quo nascitur sanctus in hunc mundum, dies hominis est, sed quo ad cœlum nascitur, dies sancti est. De primo die, qui primus erat ad gemitum, primus erat ad peccatū, quantum gaudium? Nunquid de illo ait Iob, pereat dies, in qua natus sum? Dies illa uertatur in tenebras, non requirat eam Deus desuper, & non illustretur lumine? Hoc idcirco, q̄ à die natiuitatis concrescunt nostra pericula: à die exitus nostra fœlicitas. Vnde in epistola ad Iulianum HIERO. Fœlix, & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat seruientem, quem extrema dies saluatori inuenerit militantem: qui non confundetur, quum loquetur inimicis suis in porta: cui in introitu paradisi dicetur, Recepisti mala in uita tua, nūc autem, hic lætare. Hæc ille. AVCTOR. Talis est extrema dies sanctorum omnium, & ætas iam uirtute prouecta: cuius festum celebrari potest, cum iam militat uirtute, & amouetur à uitio. Sic. n. notari solet, quòd Abraham celebraret cōuiuium die ablactationis Isaac. li. 2. super Gen. RABAN. Fecit Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Meritò queritur, cur Abraham non in die, qua natus est filius, nec die, qua circuncisus est, sed in die, qua ablactatus est, æpulum fecerit. Sequitur tunc. s. debere esse magnum gaudium spiritalis ætatis, quando homo fuerit factus nouus spiritalis: nō talis, qualibus dicebat Apostolus. Lac uobis de di potum, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Hæc ille. AVCTOR. Nec ergo die natiuitatis Pauli festum facit ecclesia: sed die conuersionis eius, qui est ablactationis eius à traditione paterna festum agit. Maximè autē postquàm integram militiam expleuit sanctus de carne per martyrium, aut exitum quenquam sanctum securè festum agitur, cuius laus amplius titubare non posset. Natiuitas hominis quando talis est, aut quotus quisque? Ideo solius Ioannis Baptistæ celebratur post Saluatorem & matrem eius natiuitas: quia statim sanctificatus, & spiritu sancto repletus domino suo, absorpto Adæ uitio, militare tutus incœpit. Vnde tertia parte sermonum, sermo. 105. AVGVST. Occurrit quæstio non prætermittēda, quare natalem, quo est ex utero Ioannes ortus, potius celebremus, quàm cuiuscūque Apostoli, aut martyris, uel prophetæ, uel patriarchę: si interrogemur, quid respondebimus? Quantū mearum uirium mediocritati occurrit, hæc causa est: discipuli domini nati, & per ætatis accessum ad annos capaciores perducti, in discipulatum assumpti sunt: illorum postea fides domino adhęsit, sed nullius eorum natiuitas Christo militauit. Recordemur & ꝓphetas, recolamus patriarchas. Nati sunt homines ætatis accessu, impleti spiritu sancto, prophetauerūt Christū, nati sunt, ut postea prophetarent. Ioannis autē dominum Christum ipsa natiuitas prophetauit, quem conceptum ex utero salutauit. Hæc ille. AVCTOR. Ratio tota celebrandi dies festos sanctorum nobis occurrit: quia enim natiuitas præcursoris Christo domino militauit præ aliis, etiam præ aliis celebratur. Et quia dies passionis eius Christo militauit cum alijs, celebratur cum aliis: uterque dies natalitius, uterque dies sanctus, sed aliter. Vnde in eo loco Augustinus dicit cognitum toti mundo, quòd ille sit dies sancti Ioannis sermo. 102. tertiæ partis. AVGVSTIN. Hodierno die beati Ioannis Baptistæ solennitatem illuxisse tradit, & credit ecclesia. Oportet autem hoc de ipso die credere, quem sine uarietate totus orbis agnoscit: sed quia Ioannis esse diem nemo dubitat. Sequitur Non nulli etiam putant passionis eius diem hodie celebrari. Sciat prius sanctitas uestra natiuitatis esse diem, non passionis. Hæc ille. AVCT. Passim ecce sancti patres ecclesiæ de more habent diem dicere talis sancti, quid ergo mordet, quid occasiones quęrit fictitius Witeleuista? Nouit puto, nouit nihil esse periculi. Aut lex ipsa ab ore domini credis periculosè festum tabernaculorum dici: aut diem festū encæniorū, aut item neomeniæ, & hæ res erant insensibiles, sine uita, noua luna templum ipsum, & tentoria pelliū tabernacula mortua, sed in his ipsis Dei miracula recolebant, & dies festos ipsorum ducebant. Cur hæc nō dicimus de templo spiritus sancti, quod sumus & nos? cur non de taberna culo corporis sanctipetri dicentis: Velox est de positio tabernaculi mei, sicut dominus signat mihi, quòd super lunam, & stellas Christus collocauit in cœlo sermone. 114. tertiæ partis AVGVSTIN. Attende, inquit, Apostolum Paulū, qnoniam & ipsius hodie dies festus est: concordem uitam ambo duxerunt, socium sanguinem ambo fuderunt, cęlestem coronam etiam ambo sumpserunt, diem hodiernum ambo consecrauerunt: & in fine sermonis. Ergo charissimi festum diem sanctorum, qui aduersus peccatum usq; ad sanguinem certauerunt, & domino suo donante, atque adiuuante, uicerunt sic celebremus, ut amemus: sic amemus ut imitemur, & imitati, ad eorum premia peruenire mereamur. Amen.

DE

Iob. 3.

Hier. To. 1. epistola quæ incipit. Filiast meus, circa finem Psal. 126 Luc. 16.

Gen. 21. Raban.

1. Cor. 3.

Aug. To. 10 sermo. qui incipit Dicit hodierne sollemnitas & est in ordine 4. in die Natiuitatis S. Ioan. Baptistæ.

¶DE CELEBRANDO FESTIVE diem dominicum, sine mundanis operibus, nisi propter necessitates immi nentes leuissimis, non à Dei laude abstractiuis. Ca. CXL.

SVMMA

1 *Dominicus dies quando cœperit habere festiuitatem suam.*
2 *Vna, & prima sabbati quid.*
3 *Dominicum diem quare sanxerint apostoli. Et quare sic appellatur. Et quomodo tali die stantes oramus, & ab operibus terrenis abstinemus. &c.*
4 *Feriæ cleri, & unde dicti.*
5 *Sabbati celebratio sub præcepto figurato est.*
6 *Actio nostra in die dominico qualis debeat esse.*

Vid modò quærimur, quid tanto sudore nibramus gladium spiritus, qd est uerbum dei, in hostes sanctorum pro eorum festis tuēdis: & qui festos dñi, & omnium sanctorum euertunt surda aure feruntur? Nec credere uolumus, quomodo dixerunt in corde suo: conatio eorum, simul cuiescere omnes dies festos Dei à terra, Hoc dlēctauit hostis honorum diuinorum in hæreticis Iudæorum in principio: & adhuc non est exinanita fæx eius, si quid dedecorare possit dies præclaros domini in extremo tempore senescentis ecclesiæ. Dixit ille cliētelus Witeleff Guillelmus albus: confessus est coram Guillelmo præsule Noruicensi hoc anno docuisse se plebes, q̄ diebus dominicis, & alijs festis indictis per ecclesiam quantumcunque solemnibus licitum est fidelibus operari, & quæcunque opera corporalia facere, & exercere, præterquàm opera seruilia, quæ peccata, siue uitia esse exposuit. Ad partem ferunt eum dixisse, q̄ omnis dies est modò feriandus, cum spiritus uiuimus: omnis dies est dominicus, omnis dies est dies Paschæ, aut Pentecostes, qualiter angeli cœlestes omnem diem æquè concelebrant. Fucum autem faciunt. Reuera solemnitates temporum à Saluatore, & Apostolis, & demum ab ecclesiæ patribus traditas euertere moliuntur, & nihil Christianum p̄ter inane nomen relinquere Christianis. Nam suis magistris miserrimis relinquunt post obitum excellentes memorias: quod ab antiquis hæreticis comperit practicatum. Prout exponit Oseam in commentario li. 2. in hoc textu. Dies regis nostri: cœperunt HIARON. Infelices populi, qui à rege diabo'o, & ab eius principibus seducuntur, siue qui ab hærescos principe, & ab eius ducibus solemnitates alias susceperunt, relinquentes ecclesiam, & ueritatem fidei conculcantes; solent clamare, & dicere, hæc est dies nostri regis: uerbi gratia Valētini, Marcionis, Arij, atque Eunomij: quod audientes, qui eis præpositi sunt, non inebriantur uino, ne leue putetur esse peccatum, sed insaniunt ex uino: de quo Moyses, sel draconum uinum eorum. Hæc ille. AVCTOR. Verum dicit iste sanctus pater, q̄ hæretici solennitates alias susceperunt, relinquentes ecclesiam. Nam dies solemnes agere in quiete naturalis lex obligat, & est morale: idcirco pagani, & gentes qui ignorant legem, in hoc, quamuis ambiguè, legem obseruant: obseruant & hæretici, sed festa sua, & docendis accommoda. Ecclesia ea ipsa custodit, quæ Christus dominus dedicarit, & Apostoli obseruabant, qualis est dies dominica, dies in numero dierum octaua, quæ quàm citò celebrari cœpit, ipsa origo eius, quam à Christi resurrectione traxit, insinuat. Vnde lib. 2. ad inquisitiones Ianuarij AVGVS. Dies † dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo cœpit habere festiuitatem suam. Hæc ille. AVCTOR. Ex illo dicit, quasi continuè post hunc. Vnde ad Titum scribens epistolam Paulus sabbati abolitionem inter p̄cepta legalia ab olim factam esse commemorat: uelut in commentario Titi super hunc textum Qui uniuersas domos subuertunt HIERON. Hi sunt & de circuncisione Iudæi, qui tunc temporis nascentem Christi ecclesiam subuertere nitebantur, & introducere præcepta legalia, de quibus ad Romanos & Galatas plenius Paulus exequitur, Sequitur. Tales homines doctor ecclesiæ, cui animæ populorum creditæ sunt, scripturarum debet ratione superare, & silētiū illis testimoniorum pondere imponere: qui nō unam, aut paucas domos, sed uniuersas cum *domibus & familijs subuertunt, docentes de cibo rum differentiis: de sabbati iam olim aboliti otio, de circuncisionis iniuria. Hæc ille. AVCTOR. Quia inter legalia tunc sublata sabbati custodia fuit unum, planum est tunc intrasse dominicam loco eius: sicut baptisma statim loco circuncisionis. Adhuc enim superstes erat sanctus Ioannes, qui diceret: & fui in spiritu in die dominica. Apo. 1. cum de dominica die nullam prorsus ante Christi resurrectionem mentio haberetur, sed statim post missionem spiritus sancti lege noua fulgente in humano cultu sublatum est sabbatum, & dies dominicæ resurrectionis clarescebat dominica. 4. sententiarum de sabbato DAMASCE. Cùm uenerit quod per fectum est, quod ex parte est, euacuabitur: & ve lamine legis. i. uelo per saluatoris crucifixionē scisso,

Eph. 6.

Psal 73.

Psal 74.

Hier. To. 6. in 4. capite 7 cap. Osee.

His liber mō est inter epi. Aug. epist. 119. in To. 2 at hoc uerbū suū in fonte c. 13.

Hie. in Cōmen. li. 3. ad Ti. To. 9

* dominis

Dominicum dixit.

dom. s. 34

1. Cor. 13. Matt. 27. Act. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scisso,& spiritu igneis linguis fulgẽte,litera eua A
cuata est, corporalia quieuerũt,& seruitutis lex
completa est,& libertatis lex nobis donata est:
festum & celebramus perfectum humanæ natu
ræ requiem:aio utique resurrectionis diem, in
quam nos dominus Iesus Christus uitæ prin-
ceps,& saluator,in promissam his,qui spirituali
Marc.16. ter Deum colunt, introduxit hæreditatem, in
quam ipse præcursor noster intrauit, cum resur
gens à mortuis, & apertis ei cœlestibus portis,
in dextera patris corporaliter sedit. Hæc ille.
AVCTOR. Resurrectionis ergo diem statim ab
ipsa resurrectione celebrabant Christiani, re-
quietionis Iudæi: sed & dominicam nostram
Paulus pro festiuitate nostra commemorat ob-
seruatam omnes ecclesias Corinthiorum, &
Galatarum. 1. ad Corinth. ultim. dicens. Nam
de collectis,quæ fiunt in sanctis, sicut ordinaui
ecclesiæ Galatiæ,ita & uos facite per unam sab-
bati:ubi in expositione AMBRO. Vna† sabbati,
una sabbati 2 dominica dies:sicut in euangelio dicunt domi- B
Mar. 16. nus una sabbati resurrexisse. Hæc ille. AVCT.
Lu.23. Et annotationum libr. HIERON. Vna sabbati
Io.20. dominica dies est,sicut in euangelio dicitur do
Dominica diei. minus una sabbati resurrexisse. Hæc ille. AVC.
Hic igitur dies dominicus festiuus tempore san 4
cti Pauli habebatur præ aliis, quo plebs ad ec-
clesiam dimissis operibus seculi pacificè conue
niret. Vnde in expositione prædicti textus RE-
MIGIVS. Vnam sabbati appellat diem domini-
cam,quæ apud Iudæos una sabbati, uel una sab
batorum,uel prima sabbati uocabatur:quæ nũc
ob reuerentiã dominicæ resurrectionis domini
cus dies appellatur,in quo præcepit omnẽ ple-
bem conuenire ad ecclesiam,& congregare eos
prout ualuerint ad opus illorum, qui erant Hie
rosolymis. Hæc ille. AVCTOR. Et suprà
Remigius. idem REMIGIVS. Præcipiebant apostoli,ut die-
bus dominicis in unum conſluentes, unusquis
que,quod sibi uideretur, daret ad opus illorũ,
& colligebantur sumptus per singulas eccle- C
sias. Hæc ille. AVCT. Quamuis igitur omni
die colendus est Deus, & omnis dies sanctus
sit,non tamen omnis dies sub præcepto cadit:
ut opera seruilia,quæ sunt negotiosa, & pœna-
lia dimittantur, & solis intendantur Dei laudi-
bus,& obsequijs pietatis, uelut est dies domini
cus. Ipso die iusserunt Apostoli (ait Remigius)
plebes ad ecclesiam conuenire tacentes de cæte
ris,si solemnitates non essent. Vnde lib. 1. de of
3 ficiis cap. 24. HIERON. Dominicum † diem A-
postoli ideo religiosa solemnitate sanxerunt,
quia in eodem redemptor noster à mortuis re-
surrexit,quique ideo dominicus appellatur, ut
in eo à terrenis operibus, uel mundi illecebris
abstinentes,tantum diuinis cultibus seruiamus

dantes. s. huic diei honorẽ,& reuerẽtiã pp reue
rẽtiã resurrectionis nostrę,quam hẽmus in illa.
Nam sicut dñs Iesus Christus,& saluator noster
tertia die resurrexit à mortuis: ita & nos resur- Statutes ore
recturos in nouissimo seculo speramus. Vnde mus dominis
etiam eo die stantes oramus, quod est signum co die
futuræ resurrectionis. Hoc agit uniuersa eccle
sia, quæ Peregrinatione mortalitatis inuenta
est,expectans in fine seculi,quod in domini no
stri Iesu Christi corpore præmonstratum est,
qui est primogenitus resurgentium a mortuis.
Hæc ille. AVCTOR. Iam uideant Witeleuistę,
qua confusione digni sint, qui sic institutionẽ
apostolicam de die dominico confundere sata-
gunt,ut præ cæteris diebus nihil habeat sancti
tatis, uel abstinentiæ ab operibus, & libertate
uacandi diuinis rebus in ecclesia extra domos.
Hoc die iusserunt Apostoli cunctos extra do-
mos suas in communem ecclesiam conuenire:
hoc die a terrenis operibus abstinere, hoc
die solis Dei laudibus uacare, & pietatis o- B
peribus,dicit Isidorus. Hoc monstret Guillel-
mus, aut quilibet Witeleuista omni die præce-
ptum,nisi tantùm clericis, pro quibus itẽ feriæ
sunt omnes dictæ. Vnde li. de temporibus qua- Beda. Feria clerio
tuor cap. 8. BEDA. Feriast uerò habere clerum
primus Papa Syluester edocuit:cui soli Deo ua- Ps. 45.
canti,nunquam militiam,uel negotiationem li 2. Tim. 2.
ceat exercere mundanam. Dicente psalmogra-
phro. Vacate,& uidete quoniã ego sum Deus.
Itemque apostolus. Nemo militans Deo,impli
cat se negotiis sæcularibus. Et primam qui-
dem diem,qua & lux in principio facta est, & Dominica
Christi est resurrectio celebrata,dominicam nũ dicta.
cupauit. Quod illi nomen iam olim primis ec- Apoc. 1.
clesiæ temporibus fuisse inditum testatur Ioan
nes,qui dicit in Apoc. Fui in spiritu die domini
co. Deinde secundam feriam,tertiam feriã,quar
tam feriam,quintam feriam, sextam feriam de
suo ingenio annectens sabbatum ex ueteri scri
ptura retinuit,nil ueritus grammaticorum feru
las,qui sicut Calend. nonas,& idus, ita etiam fe
rias proferendas plurali tantùm numero esse de
cernunt. Hæc ille. AVCT. Clericis ergo sunt
omnes dies feriæ. i. festiuæ, & ad fandum Deo
diuinum officium ordinatæ, uel quia fando Feria dicta.
Deus eas instituit. Vnde li. interpretationis
triformis HIERON. Feriæ autem à fando dictæ
eo,q in creatione mundi per singulos dies di-
xit Deus fiat. Feriati dies,festiui,in quibus diui
na res fit,siue celebratur. Hæc ille. AVCTOR.
Sunt ergo omnes dies clericis festiui, & feriati,
qualiter sunt dominici,quibus diuina res fit, &
celebratur:in hoc tamen quorundam est oppo
sita lis, & biconurta dissensio. Tenent enim
quidam dominico die omnia ab omni opere de
bere

bere uacare, etiam humanis & quotidianis usi- A
bus opportuno. Tenent Witeleuistæ hæreticis
à nullo opere tunc cessandum aliàs licito. Vter-
que horum peccat circa suum extremum: quia
cum ecclesia Christi non se tenet ad medium:&
domini præceptum de sabbato obseruando dum
minus bene intelligunt, hi nimis incrassant, hi
macerant. Putant forsan ambo dominicum no
strum hoc esse,q sabbatum, quamuis in alium
diem iam translatum. Et ideo Witeleuistæ repu
tant,q sancti doctores dicunt de obseruãdo sab
bato de dominicis obseruandis, q. s. sit tantum
spiritualiter festiuandus dominicus dies: quia
Aug. To. 9 sicut dicit AVGVST. Homi. 3. super Ioannem
de sabbato. Dies 7. est tantùm a seruilibus operi
bus,quę sunt uitia, dedicandus. Re enim uera
sabbatum ipsum cessauit, & successit domini-
cus,non in illius diei septimi obseruantiam, si-
cut succedit hæres terræ in locum patris, sed si-
Sabbati ce- 5 cut noua lux umbræ succedit,& res uera,figuræ. B
lebratio sub Vnde † inter præcepta hoc solum est figuratum
præcepto fi- mandatum,sicut habet libro. 2. ad inquisitiones
gurata est Ianuarii AVGVS. Cætera præcepta proprie si-
Aug. epist. ubi cut præcepta sũt,sine ulla figurata obseruamus
sup. significatione. Nam idola non colere manifestè
dicimus. Et non accipere in uanum nomen do-
mini Dei nostri:& honorare patrem & matrem:
& non mœchari. Sequitur. Obseruare tamen
diem sabbatum non iubemur ad literam secun-
dum ocium ab opere corporali, sicut obseruant
Iudei, Hæc Augu. AVCT. Non ad literam,hoc
est, quod exprimit litera,dicens Exod. 20. Septi
mo die sabbatum domini Dei tui est: nõ facies
omne opus tu, & filius tuus & filia tua,& seruus
tuus, & ancilla tua,& iumentum tuum, & adue
na, qui est intra portas tuas. Hoc ecce opus non
est nisi figuratè prohibitum,scilicet ut in figu-
ra quietis sempiternæ quiescerent:& iterũ ut cu
ris operũ dimissis, Deo attenderẽt,& uacarẽt. Nõ
ita pcipitur sabbatum sanctifices, & opus nõ fa C
cias:ac si dicerem tibi,ego dono nucem comede
re,tamen ut testam obserues: & si testã integrã
serues,satisfeciſſe credas,cũ uelim ut nucleũ ip-
se manduces, quẽ sine abiectione testæ non at-
tingeres:ita nisi opera dimittas,non mẽte uacas
Hier. To. 8 Fructus ergo moralis huius præcepti est mentis
attentio. Vnde in titulũ psal. 91. HIERO. Qui
cunq; in sabbato est,& in requie domini, opus
seruile facere non dẽt, hoc est, q ad mundũ istũ
pertinet. Vultis scire qm̃ in sabbato operantur
sacerdotes in templo domini? non licet in sabba
to cuiq; ligna cædere: deniq; non licet ignẽ suc-
cendere, non licet ẽt aliud quicquam operis face 6
re. Videtis aũt qm̃ omnia hæc,quæ in mũdo ali-
cui facere non licet in sabbato solis sacerdotibus
licet. Nam & ligna cædunt, & ignem supponũt,

& alia faciunt ministeria, & hostias immolant.
Hoc totũ quare dixi? Vt ostendã scriptũ esse in
lege debere nos cessare ẽt in die sabbati ab operi
bus mundi, & ea facere, quæ ad Deũ pertinent.
Psalmus igitur cantici est in die sabbati,quando
nõ operamur mundo,& operamur Deo. Hæc il
le. AVCTOR. Hic diligenter attendendum igi-
tur q opera non simpliciter prohibentur, & o-
perari Deo directè præcipitur, & sic hic ultima
est translata in dominicã secundũ seipsã sine ip
sa operũ dimissione p figurã, nisi quantum res
ipsa,ne periclitaretur,requirit. Nemo.n. carne
uiuens uacat in tentè Dei laudibus, & simul di-
stracturis se miscet operib. sicut sunt magna fo
ra,domorũ ædificia,ægrorũ sationes, causarum
uentilationes. Et hæc ipsa, quæ necessaria itẽ es
sent dominicis ipsis diebus, sicut sunt escarum
præparatio,aut defensio ciuitatis paucis item di
mittenda sunt, ut multi uacent. Hæc res est no-
stræ dominicæ iam expressa, quam intendens le
gislator iusſit,ne opus facerent,s. ut diebus aliis
uacarent. Sed quia Iudæi rudes erant, & diuinis
non dediti, magis erant ab operibus coercendi,
ut spiritualibus indulgerent. Qualiter modicũ
eruditus in obscura luce lunæ librum aspiciens
necesse est ut literis attendat,etiam ut minus le-
gat,quàm ille distortus in legendo librum aspi-
ciens in luce solis. Iudęi igitur noui coloni festa
celebrant,quasi in luce Lunę. A Luna signum
diei festi dicit sapiens. In nullo ergo à Dei cultu Eccle. 43.
sinendi erant abscedere. Christiani autem in ple
na luce solis dominico ipso die,qui & solis Deũ
excolunt: unde & si non tantum sunt ad uacan-
dum Deo ab operibus mundi coerciti ut Iudæi,
cultum tamen eius implent in spirttu. Qualiter
citharædus perfectus temperatè colloquẽs, aut
ab arte diuertens,in nullo tamen dum citharam
tangit,declinat a recto,ubi imperitus, uel modi
co distractus,totus oberret. Tantum ergo ope-
rum humanorum est necesse dimittere in obser-
uatione dominicæ,quantumde natura sua a di-
uinis laudibus intentissimè persequendis impe
dit Christianum: cuius actio est omni die cum
opere,ipso autem dominico sine opere retrahen
te cohærere diuinis, ut libro secundo ad inqui-
sitiones Ianuarii AVGVSTINVS. Stantes,in-
quit, oramus, quod est signum resurrectionis, Aug. epist.
unde etiam diebus omnibus dominicis ad alta- 119. ca. 15
re obseruatur, & halleluia cantatur, quod si- in fine cap.
gnificat actionem nostram non esse nisi lauda- To. 2
re Deum. Sicut scriptum est. Beati, qui ha-
bitant in domo tua domine, in secula seculo- Psal. 83.
rum laudabunt te. AVCTOR. Actionem † ec-
ce nostram in dominica non esse nisi lauda-
re Deum, & hoc directè intellige, & quantum
potest sine turbante negocio humana fragi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litas, ut quem cæteris diebus in laboribus, & A sudoribus nostris laudare satagimus, iam laboribus parcamus extraneis, ut interius feruеamus. Quod cum omnes non possumus, saltem plenè poterimus, paucis ad necessaria, & quotidiana, & leuissima ipsa dimissis: nec tunc omnes simul ipsi uacent in nobis: prout lib. 13. regiſtri epiſto
Gre. To. 2. la prima definit. GREG. Peruenit ad me quosdã peruersus spiritus homines praua inter uos aliqua & sanctæ fidei aduersa seminasse, vt in die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, quàm Antichristi prædicatores dixerim, qui ueniens diem sabbatum, aut dominicum, faciat ab omni opere custodiri? Quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in ueneratione vult dominicum diem, & quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem ritum legis reuocet, & sibi Iudæorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim, quod per Prophetam dici B
Tit. 2 tur: Ne inferatis onera per portas uestras in die sabbati, tandiu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta literam custodiri. At postquàm omni potentis gratia domini nostri Iesu Christi apparuit, præcepta legis, quæ per figuram dicta sunt iuxta literam teneri non possunt. Et infrà. Aliud quoque ad me perlatum est à peruersis hominibus esse prædicatum, ut dominica die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi, atque uoluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus: si autem pro necessitate corporis, hoc neque die dominico prohibemus. Scriptũ enim est: nemo carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eam. Et rursum
Eph. 5. Rom. 13. scriptum est. Carnis curam ne feceritis in cõcupiscentiis. Qui ergo carnis curam in concupiscentijs fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si die dominico corpus lauare peccatum est, lauari ergo eodem die nec facies potest. Si autem hoc in corporis parte con- C ceditur, cur hoc exigente necessitate toti corpori negetur? Dominico uerò die à labore terreno cessandum est, atque omnimodè orationibus insistendum: ut quicquid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicæ precibus expietur. hæc charissimi filij certa constantia, & recta prædicti fide custodite: stultorum hominum uerba despicite. Hæc ille. AVCTOR. Hæc dicens Gregorius, eos arguit Witcleuistas qui omne opus licitè fieri prædicant, dũ de suo genere non sit seruile peccato. Eos item reprehẽdit, qui leuia opera, & ipsa necessaria nõ pmittunt. Contra hos adducit corporis lotionem licitam: & per hãc necessaria corpori nostro, quæ tunc sine molestia differri nõ possent, concedit. Contra primos autem dicit, ꝙ dominico die à labore terreno cessandum est, & omnimode orationibus insistendum: quod dum fortibus laboribus militamus, non possumus, donec mortale hoc immortalitatem induerit, & corruptibile
1. Cor. 15. corpus nostrum spirituale fiat, ut simus tunc sicut angeli Dei, qui quantiscunque ministeriis
Matth. 22 exterius uersus terras aut homines incumbant, nihilominus pleno intuitu diuinis rebus syncerissimè semper uacant, quod & nos quando illis iungemur, tunc primitus faciemus. Vnde
Aug. To. 5 libro ultimo de ciuitate Dei ad finem. AVGVSTINVS. Hæc septima ætas erit sabbatum nostrum cuius finis non erit uespera, sed dies dominicus, uelut octauus æternus, qui resurrectione Christi sacratus est: æternam non solùm spiritus', uerùm & corporis requiem præfigurans. Ibi uacabimus, & uidebimus, & amabimus, & laudabimus. Ecce quòd erit sine fine. Hæc ille.
Orig. To. 1 super. 25. AVCTOR. Et Homilia. 23. Super librum Numerorum ORIGENES. Verum sabbatum, in quo requiesset Deus ab omnibus operibus suis, sæculum est futurum, cum aufugiet dolor tristitiæ, & gemitus, & erit Deus omnia in omnibus. In quo sabbato concedet etiam nobis Deus diem festum agere secum, & sanctis suis angelis, & festa celebrare, offerentes sacrificium
ps. 49. laudis, & reddentes altissimo uota nostra, quæ
ps. 65. distinxerunt labia nostra. Tunc fortasse & sacrificium nostrum indesinens. Tunc enim meliùs, & indesinenter assistere animam poterit Deo, & offerre sacrificium laudis per pontificem magnum, qui est sacerdos in æternum.
Heb. 3. ps. 109 AVCTOR. Dum uerò in hoc seculo sumus, quamuis abstrahamus nos ab operibus mundi, adhuc propter curas, & onera carnis, perfectum non celebramus festum domino, sed partitum, ut ibi concludit in fine Homiliæ ORIGENES.
1. cor. 13 Sicut enim dicit apostolus. Ex parte scimus, & ex parte prophetamus, & ita consequens est, ut ex parte diem festum agamus. Vt autem scias hæc ita esse, redeamus ad ipsius Pauli sermonem, quem in diebus festis, & neomeniis potuit, & uidete quomodo
Bru. To. 2. Cele. observatur, dicit enim. Nemo ergo uos iudicet aut in potu, aut in parte diei festi. Attende ergo diligentius, quomodo non dicit, in die festo, sed in parte diei festi. Ex parte enim, & non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus, interpellamur etiam si nolumus ab opere carnis, pulsamur concupiscentijs eius, curisque, & sollicitudinibus turdamur. Neque enim quid perfectum mundus iste capere potest. Ibi, ut diximus, necessitas corporis, nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit, nunc etiam quantumcunque necessariam uitæ præsentis sollicitudinem mouet, quæ omnia interrumpunt

punt sine dubio continuationem festiuitatis A diei. Hæc ille. AVCTOR. Nunquid ad tantum spiriualis factus est noster Witeleuista Guillelmus, ut plena, & attentissima mente diuinis rebus potuerit interesse ultra cursum mũdi, inter
Sap. 9. media opera huius mundi, & quasi extra carnem esset corpus corruptibile animam eius non aggrauet: nec terrena cogitatio animum eius deprimat plurima cogitantem, ut ipse sapiens plenus spiritu querebatur? Sed ita fuerit, falso carnem propriam accusauerit, dicens tantam esse tyrannidem eius, ut ipsis amplexibus fœmineis abstinere non posset.

¶AD ANTIQVAM HAERETICORum argutiam, de obseruatione dierum, & tẽporum: & quòd celebrantur festa inducta à Christo, & apostolis, & eorum uicatiis, ut Pa- B schа, Pentecoste, cœna domini, cum cõfectione chrismatis. Ca. CXLI.

SVMMA.

1 *Paschæ, & Pentecostes festa quomodo ab apostolis instituta dum uiuerent, & sicut instituerant dedicata.*
2 *Cœnæ domini festum Apostoli tempore celebratum.*
3 *Cœnæ domini mysteria recensentur.*
4 *Chrismatis consecratio quare fiat in die cœnæ domini.*
5 *Tempora quæ obseruanda.*

REdit adhuc contra festos dies uetus argutia, ut non solennitatem paschæ agamus, & Pentecostes, ne increpatio C nem illam subeamus apostoli, qua Galatas arguit, dicens: dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos? timeo uos: ne fortè sine causa laborauerim in uobis. ad Galat. 4. Breuiter antiquæ huic calumniæ antiqua ueritas satisfacit, quam in eundem locum scribit secun-
Bru. To. 2. do libro commentarii beatus HIERONIM. Dicat aliquis, si dies obseruare non licet, & mẽses, & tempora, & annos: nos quoque simile crimen incurrimus forsan quartam sabbati observantes, & parascenen, & diem dominicum, & iciunium quadragesimale, & paschæ festiuitatem, & Pentecostes lætitiam, & pro uarietate regionum diuersa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet, non eosdem obseruationis iudaicæ dies esse, quos nostros. Non enim nos azymorum pascha celebramus, sed resurrectionis, & crucis. Nec septem iuxta morem Israel numeramus hebdomadas in Pentecoste, sed spiritus scilicet ueneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem numeret in Christo: propterea dies cõstituti sunt, ut in unum omnes pariter ueniremus: non quo celebrior sit dies illa, qua conuenimus, sed quo quacunque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo maior lætitia oriatur. Hæc ille. AVCTOR. Idem tempus, est idem annus, dies eadem Iudæorum interdũ & nostrum: sed festum non idem, quia non celebratur ob idem: & dies in natura diei non est celebrior, quia tunc esset uaria dies singulorum uariatis conceptibus: dies illi semper æquales sunt, & omni die memoria beneficiorum Dei uolenti recolere, potest esse æqualis: sed communis in ecclesia dies celebris est ex concursu lætantium. Vnde prosequitur ibi HIERONYMVS. Qui oppositæ quæstioni acutius respondere coronatur, illud affirmat, omnes dies æquales esse: nec in Parasceue tantùm Christũ crucifigi, & die dominica resurgere, sed semper sanctæ resurrectionis esse diem, & semper eum carne uesci Dominica: ieiunia autem, & congregationes inter dies propter eos à uiris prudentibus constituta, qui magis sæculo uacant, quàm Deo, nec possunt, immo nolunt toto in ecclesia uitæ suæ tempore congregari, & ante humanos actus domino orationum suarum offerre sacrificium. Quotus enim quisque est, qui saltem hæc pauca, quæ statuta sunt, uel orandi tempora, uel ieiunandi semper exerceat? Hæc ille. AVCTOR. Ob causam ergo tardorum fidelium raro signati sunt dies, quibus in communi laudare Deum conueniant, aliter fides eorum teneret in Christo, cum communicatione plurium omnis proficit disciplina. C Ex hoc ergo uidere poterũt Witeleuistæ, quòd maiori parti hominum necessaria est hæc attenta solennitas, ut uacetur Deo tunc festiuius, quando ad laudandum dominum fit concursus. Nam quotus quisque ait Hieronymus, ante humanos actus iugiter Deum orat, aut orandi tempora statuta, quamuis rara, conseruat? sed quamuis sic faceret, tamen occursus infirmorum est ipsi necessarius ad corroborandam fidem suam auditu legis, & hortatu mutuo, & ad consolandum affectum gaudio plurium indistinctio. Propter hoc ipsa dimittenda sunt opera seculi, ut Deo seruiatur attentius: & propter hæc a uiris prudentibus iis, qui semper uacare non possunt, aut nolunt, instituta sunt tempora: non dicit ab apostolis, ne surriperet potestatem illam ipsorum sequacibus. Qualiter contemptores diuinorum, Witeleuistæ decipiunt, dicentes, Quid nobis cum his hominum institutis? quasi Deus nunquam con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

currat suis officiis, & si faciat, contemptibile erit opus Dei, quod fecit ipse per hominem. Et sic contemnunt decalogum mandatorum quasi humanitus institutum per manus Moysi, qui ea descripsit in tabulis, quas dolauit. Et reiicienda sunt omnia uocabula bestiarum, quæ indidit eis Adam: & nomen fœminæ, quod ipse statuebat humanitus, tamen non sine grandi mysterio, ne contemptui haberetur, quicquid homo disponeret: ipse Deus ea homini appellanda cōmisit, & ut ditioni, & institutioni eius subderetur, adduxit. Et in proposito Mardochæus, & Hester celebrem instituerūt per omnem Israel sortium diem. Ita ut nulli liceat hos duos dies absque solēnitate transigere, quos nulla vnquā delebat obliuio: nec ulla ciuitas, in qua dies Phurim, id est, sortium, nō obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremoniis obliga ta est. Hester. 9. Qui ergo sunt præsules in ecclesia Christi, qui hanc potestatem statuendi non habeant, & qui sunt Iudæis duriores, qui non obtemperent sic iubentibus, nisi prouisi pœnis impii Wicleuistę, qui non sapiunt cibum ecclesiæ: sed cum illis dicunt, qui obierunt retrò, dicentes, Quis potest audire eum? Vnde Homilia. 7. super Leuitic. ORIGENES. Iesus, quia totus ex toto mundus: & tota eius caro cibus est, & totus eius sanguis potus est: quia omne opus eius sanctum est, & omnis sermo eius uerus est. Secundo in loco post illius carnem, mundus cibus est Petrus, & Paulus, omnesque apostoli. Tertio loco eorum discipuli: & sic unusquisque pro quantitate meritorum, uel sensuum puritate proximo suo mundus efficitur cibus. Hæc qui audire nescit, detorqueat fortassis, & auertat auditum secundùm illos, qui dicebant: quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? quis potest eum audire? Et discesserunt ab eo. Sed uos si filii estis ecclesiæ, si euangelicis imbuti mysteriis, si uerbum caro factum habitat in uobis, agnoscite, quæ dicimus, quia domini sunt, ne fortè qui ignorat, ignoretur. Hæc ille. AVCT. Hoc ergo uult, ut cibum doctrinæ, quem præcepit nobis Christus, sine scrupulo comedamus, quia mundus est omnis sermo eius. Et hic accipiendus igitur in primo gradu auctoritatis. In secundo gradu sermo apostolicus. In tertio gradu uerbum cohæredum apostolici culminis. Et si sitis, inquit, filii ecclesiæ, hoc facite, & agnoscite, quæ dicimus. Et si in scripturis sanctis non commemoretur hæc eius præceptio uniuersalis ecclesiæ, consuetudo non parua censetur auctoritas, ut habet Augustinus pro precibus mortuorum, libro de cura pro mortuis agenda, in principio. Accipiendi sunt dies apostolicæ institutionis, & tunc nó reiiciēdi, quos sanxerunt sequaces eorū, sed tertio gradu auctoritatis colendi. Sic ergo domini cos dies sanxerunt apostoli; loco ergo suo colamus eos. Ipsi quoque Pentecostes festum colendum instituerunt, prout Actuum. 20. Festinabat Paulus, si possibile sibi esset, ut diem Pentecosten faceret Hierosolymis. Super quem locum libro retractationum in actus BEDA. In græco scriptum est, diem Pentecostes, id est, quinquagesimæ. Nota ergo, & Paschæ tempus, & Pentecostes ipsis etiam apostolorum temporibus esse celebratum: sed utrum in Iudęos ęmulatores legis ad diem, quo immolatus est agnus in Aegypto, & quo lex data est in monte Sinai: an uerò ad diē dominicę resurrectionis, & aduētus Spiritus sancti celebrata sint, dicant, qui nouerint. Cōstat tamen apostolum Petrum Romę die dominica resurrectionis Christi Pascha celebrasse. Constat hoc Euangelistam Marcum ab eo missum in Aegyptum docuisse. Hæc ille. AVCTOR. Ergo † ab apostolis, dum uixerunt, hæc instituta sunt festa, & sicut instituerant, dedicata: quanuis ipsa festa, quæ commemorantur in Actibus, excepto primo Pentecostes, quod in aduentu Spiritus sancti tenebant apostoli, quod uere erat nostrum, an nostra essent, multi ignorant. Cœna † autem domini tempore apostoli singulis annis celebrabatur à populo, uelut ipsa, quam. 1. ad Corinth. 11. recolebat apostolus, arguens eos, quòd non in cœnam dominicam, sed magis, ut res ipsa pandebat, ut suam cœnam comederent, conuenerunt. In cuius loci expositione REMIGIVS. Cœna dominica dicta est, eo quòd ipso die Saluator cum Apostolis cœnauerit, cō plens ueteris testamenti Pascha: & mysterium corporis, & sanguinis tradens apostolis. Corinthii, qui & Achaici, uel Achæi, uenientes ad fidem Christi per prædicationem apostoli Pauli, à quo inter cætera, quæ dominus fecit, acceperunt etiam sacramentum dominicæ cœnæ singulis annis, quinta feria ante diem Paschæ: conueniebant omnes ad ecclesiam, nobiles quoque, & potentes, atque diuites iubebant deferri, aut etiam deferebant singuli panē, & uinum, & dabant sacerdoti, unde consecraret corpus, & sanguinem domini. Hæc ille. AVCTOR. Audite, quòd ab apostolo Paulo inter cętera, quę dominus fecit, acceperunt Achaici pro sacramento cœnæ dominicæ singulis annis ad ecclesiam conuenire. Et lotionem quidem pedum, quā dominus eo die discipulis commendauit, nec omittunt ecclesiæ, sed in lotionem altarium, & pauimentorum extendunt. Vnde lib. 1. de officiis, cap. 28. de cœna domini ISIDORVS. Eo † etiam die Saluator surgens à cœna

Io. 6.
Origē. To. 1
Io. 6.
Io. 1.
1 Cor. 14.
Remigius
Isidorus.

Cœna dominico mysterio

à cœna pedes discipulorum lauit, propter humilitatis formam commēdandam: ad quam docendam uenerat, sicut & ipse docebat, potissimum ut facto doceret: quod ét obseruare discipulos prænonet: & hinc est, ꝙ eodem die altaria, templiq; parietes, & pauimenta lauantur, uasaq; purificantur, quæ sunt domino consecrata. AVCTOR. Eo etiam die chrisma sanctum conficimus. quo dominus Iesus caput & pedes à beata Maria Magdalena lauari uoluit, & inunxi: biduò. s. ante Pascha prout Euangelium Matthæi loquitur, Et erat Pascha & azyma post biduum. Sic enim intelligere uidetur hunc locū ibi Isidorus. Qua † die etiam proinde sanctum chrisma conficitur, quia ante biduum Paschæ Maria ad caput domini unguenta perfudisse phibetur, unde & dominus discipulis suis dicit, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur. Hæc ille. AVC. Per hęc potest prædictus pietate iudicare de cœteris, quia celebritas Dominicæ, & festorum est à fidelibus frequentanda: nec per hoc notantur ab apostolo, ꝙ dies obseruant, & tempora. Et libro 2. ad inquisitiones Ianuarii AVGVS. Non † itaque dies obseruemus, & annos, & menses, & tempora, ne audiamus ab apostolo. Timeo uos, nè fortè sine causa laborauerim in uobis. Eos. n. culpat, qui dicunt, Non proficiscar, quia postridie Idus est: aut quia luna sic fertur. Vel proficiscar, ut prospera cedant: quia ita se habet positio syderum. Non agam hoc mense commercium, uel agam, quia cœpit mensem, quia illa stella mihi agit mensem. Non plantem hoc anno uineam, quia bissextus est. Nec autem quisquam sapiēs arbitratur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas est exorta. Aut non nauigem, quia sunt hibernæ reliquię. Aut tempus obseruandum est, quòd imbribus Autumnalibus terra satiata est, uel si qui fortè alii naturales effectus circa motum aeris, & humoris ad uariandas tēporum qualitates syderum ordinatissima conuersione notati sunt: de quibus dictum est cū conderentur, Et sint in signis, & temporibus, & annis, & in diebus. Sequitur. Nec quisquam nostrum attendit, ꝙ eo tempore, quo Pascha celebramus, sol in Ariete est: sic enim illi appellant quendam syderum locum, ubi uere mense nouorum sol inuenitur: sed siue illi arietem, siue aliud aliquid eandem partem cœli uocare uoluerint nos de scripturis sanctis hoc dicamus ꝙ omnia sydera Deus condidit, & locis cælesti bus, quibus uoluit, ordinauit. Quæ stellis distincta, & ordinata in quaslibet partes diuidant, quibuslibet uocent, ubicunque sol esset mense nouorum, illic eum reperiet hæc celebratio, ꝙ-

Matt. 26.
Isidorus. 4
Chrismatis consecratio
Aug. To. 2. epist. 19. c. 7 5
Tempora. quæ obseruanda
Gal. 4.
Gen. 1. In prin. v. 8

pter similitudines sacramenti renouandæ uitæ Hæc ille. AVCTOR. Obseruent ergo pii filii ecclesiæ dies, & annos, menses, & statuta, ac sancta tempora cum apostolo, non obseruent contra Apostolum ad superstitionem se ętandam, & uana fatalia, deuia à fide Saluatoris.

¶ QVALITER OBSERVANDI sunt dies festi domini, & sanctorum cum plenis cętibus populorum in ecclesia, in historiis, lectionibus, Psalmis, Hymnis, & canticis, eo quòd cœlestes sancti pro nobis orāt & festis nostris congaudent. Capitul. CXLII.

SVMMA.

Dies festi domini & sanctorum ꝙ sint fideliter obseruandi, quid moneat.
Origenes quid pro custodia diei festi, quòd Wicleuistæ contemnunt, notanter dicat.
Augustinus latatur pro festiuitate diei apostolorum Petri, & Pauli: tristatur tamen aliquantùm pro pauca populi congregatione.
Festa sanctorum quomodo celebrari solita lætis canticis, & melodicis artibus.
Bardesani Armenij hæretici impietas notatur, et Effrem pietas, circa cantilenas in laude triumphatorum martyrum compositas.
Martyrum historiæ quod sint solemniter legēdæ, & sermones solemnes ad populum.
Christus quomodo festa nostra celebrat, Angeli quoque, & spiritus cælestes, ꝙ dies festos agāt pro nobis, intercedant &c.
Sancti uarij, quod uaria conferant.
Apostoli, martyres, & ipse dominus noster Christus, & angeli eius, quomodo nobis festa sua celebrent, & quasi bestiæ immolatitiæ fiant pro nobis.

QVOD † ergo obseruandi sunt fideliter dies sancti, quid aliud monet, quàm ut sequamur normam ecclesię prout exprimit eam Homil. 23. super librum Numerorum ORIGENES. Quæ est festiuitas Sabbati, nisi illa, de qua apostolus scribit, Relinquetur ergo sabbatismus, hoc est, Sabbati obseruatio populo Dei? Relinquentes ergo Iudaicas Sabbati obseruationes, qualis esse debeat Christiano Sabbati obseruatio, uideamus. Die Sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus secularibus operibus, & nihil mundanum geras, sed spiritua-

Hebr. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libus operibus uaces,ad ecclesiam conuenias, le A ctionibus diuinis,& tractatibus aurem pbeas,& de cælestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras,uenturum iudicium præ oculis habeas,non respicias ad præsentia,& uisibilia, sed ad futura: hæc obseruatio Sabbati Christiano est:sed & hæc Iudæi obseruare deberent. Hæc ille. AVCTOR. Valde† notanter inculcat hic plura pater Origenes, pro custodia diei festi, quæ Witcleuistæ contemnunt,quòd nihil gerant homines operis secularis,sed uacent spiritualibus: quòd ad ecclesiam etiam materialem conueniãt sicut Saluator per dies festos ad materiale templum ascendit. Vbi etiam ecclesia spiritualis congregatio fidelis populi conuenire solet in unũ. Sic item apostoli post Ascensionem Christi de cœnaculo,ubi ad priuatas preces, & legis tractatus manebant, tamen diebus festis in templum ascenderant ad horam orationis nonam, B ut ibi diuinis lectionibus, & sacris tractatibus aures præbeant, de solis cælestibus cogitando. 4 Vnde tertia parte sermonum sermone. 116. AVGVSTINVS. Petri,& Pauli apostolorum dies, in quo triumphalem coronam deuicto diabolo meruerunt,quantum fides Romana testatur,hodiernus est:quibus festiuitas solennis exhibet, solennis etiam sermo reddatur. Laudes audiant à nobis,preces effundant pro nobis: sicut traditione patrum cognitum memoria retinetur. Hæc ille. AVCTOR. Audiant Witcleuistæ 5 diem Apostolorum Petri,& Pauli, quibus solennis festiuitas exhibetur, solennis quoque sermo,& de concurrenti frequentia plebis laudes, quas ipsi apostoli audiant intra cælos. Et sermone ibi sequente de eisdem AVGVSTINVS.

3 Debuimus † quidem tantorum martyrum diem, hoc est, Petri, & Pauli maiore frequentia celebrare. Si enim frequentissimè celebramus annuè natalitia agnorum, quanto magis debemus arietum? Et infrà. Literæ eorum populis recitantur,& quibus populis,quantisquè primum attendite. In omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum. Et 6 nos probamus,quòd ad nos uerba ista uenerũt, & Britannos de somno excitauerunt, & ad sanitatem fidei ab infideli insania conuerterunt. Hæc loquor charissimi,lætus quidem hodierno die pro tanta festiuitate:sed aliquantum tristis, quia non uideo tantum populum congregatũ, quantus congregari debuit in natali apostolorum. Si laterebuos, nobis imputaretur. Si autem neminem latet, quæ est ista tanta pigritia? Non amatis Petrum, & Paulum? Ego in uobis,illis loquor, qui hic non sunt. Nam uobis ago gratias, quia uel uos uenistis. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiant fideles, sed inter omnes Anglici,quos in honorem gentis Augũstinus extollit,& ad gloriam apostolicæ festiuitatis gaudenter dicit eos susceptisse uerba illa apostolorum,& eorum sonitu excitatos à somno, & non hoc dicit, quia tunc primò Britanni auscultarent apostolos, sed quia remota gens est & per hoc uerum esse probat,quòd in fines orbis terræ uerba sonuerint apostolica, cùm peruenerint ad Anglos. Diu enim præcesit Eleutherius Augustinum à cuius officio Christiani sunt ab infidelitate effecti. A quo item ad ecclesias sunt conuocati, & festa celebritare didicerant. Et cum sanctum Augustinum querelari conspiciunt, sibi consulunt de pigritia populi non occurrentis ecclesiæ in tanta festiuitate sanctorum:& tamen gratias agit uenientibus. Notetur item,quòd temporibus Augustini mos erat,ut nunc est,quòd pastores in ecclesiis monerent fideles de celebrandis festis de proximo. Propter hoc, ait, de natali apostolorum si lateret uos,nobis imputaretur. In† his ergo festis læta cantica celebrabant,& melodicis artibus ecclesiæ resonabant. Vnde lib.8.historiæ tripartitæ cap.6.Cassiodorus. Hoc tempore fuit Efren in Edissa,in Alexandria uero Didymus. Et frem lingua *Syracusus spiritualis gratiæ radios emittebat,qui licet nesciret doctrinam Græcã, multos Græcorum eruditosque redarguit, & totius hæreticè prauitatis infirmitatem nudauit. Et quoniam† tunc Armenius Bardesanus quædam cantica componens, & impietatem melodiæ suauitati permiscens, illiciebat audientes, & capiebat in peste. Iste sumens inde concentus, pietatem cantilenę permiscuit, & audientibus suaue nimis,& utile medicamen apposuit: quæ cantica triumphatorum martyrum festiuitates hactenus efficiunt clariores. Hæc ille. AVCT. Cantica sancta ecce festa sanctorum martyrum hactenus decorarunt contra impietatem toxici C Bardesani hęretici. Quomodo item non contra impietatem Witcleusticam, quę cum eis, & uetustis hęreticis fremit contra fideles sanctorum festa cum gaudio celebrantes? Inter† cęteros autem tractatus sanctos eius historię martyrum solenniter sunt legendæ, & sermones solennes ad populum. Vnde sermone. 40. tertię partis, de sanctis Perpetua,& Felicitate. AVGVSTINVS. Exhortationes earum in diuinis reuelationibus, triumphosque passionum cum legerentur audiuimus, eaquè omnia uerborum digesta, & illustrata luminibus aure percepimus, mente spectauimns, religione honorauimus, charitate & laudauimus. Debetur tamen etiam a nobis tam deuotè celebrari sermo solennis: quem si meritis earum imparem profero, impigrum tamen officium gaudio

Psal. 18.

Cassiod.

Syrus

eus

gaudio tantæ festiuitatis exhibeo. AVCTOR. A Et uersus finem ibi AVGVST. Fructus laboris illorum etiam nos sumus. Miramur eos, miramur & ipsi nos: gratulamur eis, præcantur pro nobis. Illi corpora sua tanquam uestimenta pro

Matt. 21. strauerunt, cum pullus dominum portans in Hierusalem duceretur. Nos saltem uelut ramos de arboribus cædentes, de scripturis sanctis hymnos, laudesque descripsimus. Hæc ille. AVCTOR. Commune gaudium existimant,quòd in sanctorũ festis de scripturis sanctis hymnos

Amb. To. 3. laudesq; describimus. Et hoc sentire arbitror, cùm ad Imperatorem Theodosium pro incensa synagoga dicat AMBROSIVS. De ipsis compertum relatum,& præceptum(scilicet Valentinianis hæreticis) ut in monachos uindicarentur, qui prohibentibus iter Valentinianis, quo psalmos canentes ex consuetudine, usuque ueteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, moti insolentia, incenderunt phanum eorum &c. Hæc ille. AVCTOR. Vsum ueterẽ notat Ambrosius, ex quo solebant illi monachi B psalmos solenniter canere ad solennia Machabæorum martyrum, de quo item historica lectio ecclesiæ non uacabat sermone de eis. 118.

August. tertiæ partis AVGVST. Festum diem nobis solennem gloria martyrum Machabæorum fecit, quorum mirabiles passiones cum legerentur, non solum audiuimus,sed quodammodo etiam uidimus. Hæc ille. AVCTOR. Nec tantum quamuis multo potiùs in scripturis sanctis habent suas historias, sed & extra scripturas illas sanctorum martyrum passiones, prout sancta ecclesia eas recipit, in festis lectas audiuimus, ut de sancto Vincentio, sermone. 36. tertiæ partis AVGVST. Magnum, & multum mirandum spectaculum animus noster recipit,nec in amissionem,& perniciem,sicut in theatris quarũcunque nugarum,sed planè utilissimam,& fructuosissimam uoluptatem oculis interioribus hausimus,cum beati Vincentii passio gloriosa legeretur. Et infrà. In domino laudemus hanc animam,ut audiant,& iocundentur mites. Quãtas uoces audierint,quas reddiderit,quæ tormenta deuicerit,decursa declarauit lectio,& nobis tam quàm in conspectu,quæ gesta sunt,posuit. Hęc ille. AVCTOR. Colligantur ista, quæ tulimus de thesauro sanctorum,ut contra fremitus Witcleuistarum pateat pũs uiris,qualiter festa celebrent ipsis martyribus,aut sanctorum omnium 8 capiti domino, in excelsis,in ecclesiis ipsis, faciendo pios conuentus,audiendis psalmis, scripturis,tractatibus patrum,sanctisque sermonibus, & sanctorum historiis cum attentissima mente,& affectu deuotissimo aures indulgere patentes, obstrusasque præbere eas uerbis mun danis:& in his totos expendere dies lætos cum omni melodia, & spiritualibus canticis. Qui cõtra ista dicit, Arianus est, aut Bardesanus, aut Vigilantianus, aut, ne transeatur hostis sanctorũ, est Witcleuista Lollardus. In Christo,dico, fide lis non est,quia cum fidelissimo Augustino sanctorum festis gaudenter non occurrit: ut dicat uelut super illum uersum Psal. 118. Multi persequentes me,& tribulantes me. AVGVST. Purpurata est uniuersa terra sanguine martyrum: floret cælum coronis martyrum: ornatæ sunt ecclesiæ memorijs martyrum. Vnde hocẽ nisi quia impletum est,quod dictum est, Multi persequẽtes me,& tribulãtes me,quia à testimoniis tuis non declinaui. Hæc ille. AVCTOR. Quantum gaudium Augustini de memoriis martyrum,de temporibus martyrum,de natalibus martyrum? Nec mirum, ut gaudeamus cum gaudentibus de festis nostris, & in aliquo respondeamus pro nobis orantibus. Pulchrum & iustũ est,ut ecclesia militans secundùm præstitam facultatem uices compenset,& grates rependet trium 7 phanti. Christus † festa nostra celebrat, angeli quoque,& spiritus cælestes dies festos agunt,p nobis,& intercedendo,aut gratias agẽdo Deo, uarias se faciunt hostias coram Deo immolandas pro nobis. Quid mirum,si nos eis festa perficimus? Vnde Homil. 24. libri Nume. ORIGENES. Figuraliter potest uideri,q; alius,p festiuitate nouorum,alius pro festiuitate tabernaculorum quasi hircus, aut uitulus, aut aries offeratur ad reconciliãdum hominibus Deum: donec enim sunt peccata, necesse est requiri & hostias pro peccatis. Sequitur Et quoniam peccati ipsius diuersæ & uariæ qualitates fuerunt, diuersorum animalium mandantur hostiæ pro cul dubio, quæ conuenirent uarietatibus peccatorum. Sic ergo efficitur alius quidem sanctorum,siue angelorum,siue hominũ uitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis: alius autem aries in alia festiuitate, quorũ C intercessione fiat purificatio pro peccatis. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ecce fuit fides antiqua ecclesiæ nõ ducẽtorum annorum post Christum, quantam confidenter explanat presbyter Origenes, quòd scilicet in unaquaque festiuitate Christi angelorum, aut sanctorum hominum ipsi pro nobis intercedendo fiunt nobis certa morborum auxilia,& remedia peccatorum. Vn de† bene agunt fideles, qui obnixè orant sanctum Stephanum, maximè in festiuitate eius pro charitate habenda ad æmulos, Petrum pro fide, Paulum pro notitia certa legis, beatam uirginem pro constantia in omni uirtute, Ioannem Euangelistam pro corporis castitate. Morborum item curam bene petunt sanctos, secundùm

Origen. To. 1

Sæculi uarij uaria confe runt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eundùm ꝙ eorum uirtutibus ac gestis cõgruit A minum,uel etiam sanctorum prophetarum,atque apostolorum, qui enixiùs interueniat pro peccatis hominum, hic pro repropitiatione diuina uelut aries,uel uitulus, aut hircus oblatus esse sacrificium ob purificationem populo impetrandam accipi potest. An non uidetur ut aries,aut hircus holocaustum se obtulisse Paulus pro populo Israel,cùm dicebat, Optabat autem ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis secundùm carnem? Sequitur. Audi & in aliis dicentem, Iam enim immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hæc ille. AVCTOR. Rom.9. Vide†qualiter apostoli,qualiter martyres, & ip 2.Tim.4. se dominus noster Christus, & angeli eius nobis festa sua concelebrant,quasi bestiæ immolatitiæ fiunt ad placandum nobis Deum,& propitiam dum pro nostris delictis. Non ergo sine causa festa peragimus,quando ita gloria sanctorum,si ritè celebremus,si animo imitemur, intendimus. Vnde in sermone de excidio urbis Romæ AVGVS. Dico charitati uestræ fratres, martyres certè sanctos laudamus,glorificamus admiramur,dies eorum pia solemnitate celebramus.Merita eorum ueneramur, & si possumus, imitamur. Profectò magna est martyrum gloria.Hæc ille.AVCTOR.Ecce dicit Augustinus profectò magnam esse martyrum gloriã, si imitemur martyres,eorum natalitia celebrando. Communi ergo gloriæ omnium sanctorum, & nostrę,inuident Witcleuistæ,qui dies festos nobis conantur adimere.Ipsi dies,ut patet ex prædictis,nobis repropitiant Deum: angelorum & sanctorum nobis intercessionem iugem procurant,gloriam eorum augent,& tandem in nobisipsis fidem Christi corroborant,uirtutes sanctorum imitando multiplicant,& charitatẽ nostram mutuo refricant,& fœcundant aspectu. C Vnde lib.1.de officiis. cap.35. ISIDORVS. Isidorus. Omnes autem festiuitates pro uarietate regionum, diuersaq; in honore martyrũ tẽpora ideò à prudentissimis institutа sunt,ne fortè rara cõgregatio populi fidem minueret in Christo. Propterea ergo dies aliquĩ constituti sunt, ut in unum pariter omnes conuenirent, &ex cõspectu mutuo fides crescat &lætitia maior oriatur.Hæc ille.

8.Cor.11. pasionum.Pro dolore capitis,Ioannem Baptistam,dentium,uel gingiuarum,beatam Apolloniam:pro fugandis dæmonibus, archangelum Michaelem.Non dubium,inquit Origenes, diuersorum animalium fiunt hostiæ conuenienter uarietatibus peccatorum ut si contra petulantiam carnis orem beatam uirginem, ipsa ꝓ me fit hircus:quasi dicens,Vnigenite fili, cuius amore ab omni fœditate carnis intemerata permansi, huic supplici meo de meritis castitatis meæ rorem tuæ refocillationis contra carnis æstum infunde. Si persecutionis ardore consumor,beatus Athanasius mihi fit aries.Si humilitatem deprecer,mitis Andreas fit mihi ouis. Si febris,pestis,aut ulceris sanitatem beatus Petrus umbram, Paulus semicinctia, Laurentius offert Christo craticulam. Et adhuc in cęlis æstuat Paulus pristina charitate pro nobis. Et B quærit,Quis infirmatur, & ego non infirmor? Nec Paulus solus,sed & martyres, & uirgines, & caput martyrum Christus adhuc sicut olim in omni festiuitate sua ipse pro nobis fit agnus. Sic ut idem paulò ante cecinit ORIGENES. Vide ergo,ne fortè sicut dominus Saluator noster, ꝙ sicut agnus ad occisionem ductus, & in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem uniuerso præstitit mundo:ita fortasis & cæterorum sanctorum,ac iustorum sanguis,qui effusus est,à sanguine Abel iusti,usque ad sanguinẽ Matt.23. Zachariæ, qui interfectus est inter ædem & altare,alterius sicut hirci, aut capræ, aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum.AVCTOR.Notetur,quòd dicit Christum quasi agnum ad occisionem ductum & in sacrificium altaris oblatum in remissionẽ peccatorum. Non dicit figuram Christi, uel Christum figuraliter in altari oblatum, sicut ad occisionem ductum,sed quasi agnum dixit, nõ quia per essentiam agnum, nec aliquos sanctos per essentiam hircos,uel capras,quod consequẽter infert Origenes. Neque enim hoc animalia per speciem, sed per figuram referri ad illam, uel illam personam putanda sunt. Nam & ipse dominus Iesus Christus non ideò agnus dicitur,quasi qui mutatus sit,&conuersus in speciẽ agni,dicitur tamen agnus,quia uoluntas, & bonitas eius,quia Deum propitiauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis existit humano generi,quasi agni hostia immaculata, & innocens,qua placari hominibus diuina creduntur.Sic ergo fortasis &si quem angelorum cęlestiumque uirtutum,aut si quis iustorum ho

De

DE FABRICIS ECCLESIARVM.

Titu. XVII.

¶QVOD HAERETICI SPERnunt ecclesias fabricandas Deo, & sanctis & conueniunt ad spelunceas & syluas, catholici præcipuè in ecclesiis Deum orant.
Cap. CXLII.

SVMMA.

1 *Sargarelli hæretici error,quòd ecclesia cõsecrata non plùs ualeat ad orandum,quàm stabulũ porcorum, &c. Et qũo cum eo conuenit Witcleff.*
2 *Error quorundam antiquus, ꝙ non esset orãdum nisi in ecclesia,diluitur.*
3 *Errores duo extremi cõtendentium in materia de locis orationum probandis,explicantur.*
4 *Witcleuistarum turpido recensetur.*
5 *Hæretici omnes quomodo publicum fugiunt, & susurrant in cauernarum angulis.*

QVALITER ergo negandæ,nec ædificandæ sunt domus ecclesiasticæ à fidelibus populis, in quas ad adorandum Deum conueniant: sicut facit noster Witcleff, secundo sermone Domini in monte,ca.6.Christus,inquiens, uidetur parum curari de templi ædificio sumptuoso : & sic de basilicis aò hypocritis in ecclesiam introductis, ut patet Matthæi.24.Talia autem sensibilia mũdo splendentia uidentur aperire ostium domus, & introducere in suum cubiculum inimicos. Ideo dixit Christus, Ioan.4.Samaritanis allegantibus,quòd Hierosolymis est locus, in quo adorare oportet:uenit hora,& nunc est,quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu,& ueritate,nam & pater tales querit, qui adorent. Hæc Witcleff. AVCTOR. Primò uideamus qualiter errat in litera,Samaritanis,inquit,allegantibus,quòd Hierosolymis est locus, in quo adorare oportet.Non ita est,sed quòd in monte hoc.Ipsa autem mulier Samaritana hoc ait, Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis,quia Hierosolymis locus est, ubi adorare oportet.Iudæis ergo imputauit hoc dicere, ꝙ Hierosolymis adorare oportet:ipsa ex parte Samaritanorum allegante adorandum in monte illo,Vbi in expositione Ioannis AVGVSTINVS. Contento quippe fuerat inter Samaritanos, & Iudæos,quia Iudæi in templo a Salomone fabricato adorabant Deum. Samaritani longe inde ita positi,non in eo adorabant Deum. Non eñ couentur Iudęi Samaritanis, qui dicebant eis, Quomodo uos iactatis,& ideo uos nobis meliores esse perhibetis,quia templum habetis, quod nos non habemus? Nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt,in isto templo adorauerunt? Nonne in hoc monte adorauerunt, ubi nos sumus?Melius ergo nos,inquiunt,in monte Deũ rogamus,ubi patres nostri rogauerunt.Contendebant utrique ignari, illi pro templo, isti pro monte inflabantur aduersus inuicem.Hæc ille. AVCTOR. Non ergo Samaritanis allegantibus adorationem Hierosolymis opportunam dicit ita Christus, Ioan. 4. sed fœminæ:nec hęc fœmina allegauit, sed Iudæis sic contendentibus, & templum suum allegantibus imputauit, Vos,inquiens,dicitis. Tenuis autem est sophista,qui arguit Psalmistam allegare nõ esse Deũ, quia insipientem,sic dicentem Psalmistam allegat,Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, &c.Sic enim loqui incipit, ꝙ Christus parum uidetur curare de templi ædificio sumptuoso, & sic de basilicis per hypocrisim introductis, ut patet Matth. 24.Ideo magistri eius Sagarelli hæretici hoc astruunt,ut habet libro hæresum carmelita GVIDO.Octauus†error, ꝙ ecclesia consecrata non plus ualet ad orandum, quàm stabulũ porcorum, & meliùs est orare in nemoribus, quàm in ecclesiis. AVCTOR. Ecce conuenit cum magistris discipulus Witcleff cum Sagarellis:quia non curauit de ecclesiis christus, Ioan. 4.Ideò non plùs ibi orandum, quam in stabulo porcorum. Quæratur adhuc ubi hoc uidetur Christo, Ioan. 4. quia ait in spiritu & ueritate oportet adorare.Et neque in monte hoc, neque Hierosolymis:quasi dicerent, ideo non in ecclesia,quia in spiritu & ueritate. Arguamus ergo, nec in terra,nec in aere,quia in spiritu & ueritate:nec in nemore,nec in domo,nec in loco quouis corporeo,quia in spiritu & ueritate.Quòd si in materiali loco adorare oportet,quamuis christus dicit in spiritu & ueritate, quomodo hoc ipsum repugnabit ecclesiæ,quod non repugnat nemori?Sed†error oppositus est quorundam antiquus,quòd Deus quantumcunque breuiter non esset orandus alibi,quàm in ecclesia. cõtra quos in sensu Dei dicit Apostolus primæ ad Timoth. 2.Volo uos orare in omni loco, leuantes manus sanctas sine ira.Super quem locum in expositione AMBROSIVS.Sanctæ enim manus sunt, quãdo cor mundum est:sic tamen in omni loco orãdum præcipit,ut competens locus intelligatur, non utique in importuno,aut sordido loco,quippe

1
2
C
Aug.Tract. 15.To.9.
Guido Car.
Error contrarius.
Amb.To.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe cùm prohibeat dominus uulgo orare: sed hoc A monet, ne in sola ecclesia putaretur orandus. Hęc ille. AVCTOR. Ergo error erat in ecclesia solum orare, quem Apostolus intendebat obruere: ideò materialem locum ecclesiæ quamuis præferat, alia non suspendit. Sed nec gestum corporeum negligendum ducit; leuantes, inquiens, manus sanctas, sed competens locus intelligendus est, dixit Ambrosius, ut nec sic importunus, ut est forum, ut curia uulgaris, nec sordidus, uelut Sagarelli dicunt stabulum porcorum. In eundem locum Apostoli. AVGVSTI. Volo uos orare in omni loco: si Apostolus uult, deus uult qui habitat in eo, quia uas electionis est illi. Ne fortè putarent aliqui non esse orandum, nisi in ecclesia, ait Apostolus, Volo uos, id est, omnes homines orare in omni loco, in agris, in syluis, in domibus, in itinere: tamen non præcipit orare in turpibus locis, in foro uidelicet, aut in plateis, nisi causa itineris, ut in itinere sic positus, ne reprehendatur ille talis cum Pharisæis, quibus dominus ait, Veh uobis Pharisæi hypocritæ B
Mat. 6. qui oratis in angulis platearum. Hæc ille. AV-
3 CTOR. Non † uacat mihi singula ponderare quæ pondus habent in his dictis sanctorum: sed explico duos extremos errores contendentium in materia de locis orationum probandis: primi solam ecclesiam, oppositi omnem locum ut ecclesiam. Ecclesia Iesu Christi tenet medium, ut ecclesia præferatur: & q̃ in omni loco o; portuno oretur, in domibus, in syluis in itinere, sed magis & Deo gratius in ecclesia. Non, inquit Witcleff, curauit Christus multùm de basilicis ab hypocritis in ecclesiam introductis, ut patet Matthæi. 24. Omnia uerba eius sophismatum sternũtur aculeis, sed tendamus in rem. Matthæ. 24. Prophetat Christus templi ædificium ruiturum sed Matth. uigesimo primo prophetat parabolicè ipsum in ecclesias transferendum, ut sicut sacerdotii legis non erat ablatio, sed translatio, sic templi illius in ecclesias translatio sequeretur. Quod superius dixit Christus, In spiritu & ueritate, Deum adorandum, non autem solùm Hierosolymis, sed in ecclesiis Christianorum, in quibus uere & spiritualiter addiscunt populi adorare Deum. Lege ibi uincam, quam plantauit paterfamilias, scilicet populum Israel, & ædificauit turrim. Haud dubium inquit Hieronymus quin tẽplum, de quo dicitur per Michæam, Et tu turris nebulosa filia Sion, & locauit eam agricolis, scilicet custodibus huius legis. Postmodum uerò occiso filio de turris destructione non loquẽs cùm statim fuerat ecclesiarum infinitarum numero compensanda, locat eam aliis agricolis sacerdotibus nouæ legis. Quomodo ergo parum curat, quam colonis nouis diligentia tanta commendat? Nón male dices, si spirituale dicas ædificium commendatum, sed male, si materiale negligendum dicis, de quo Dominus, Domus mea Matt. 21.
domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronum, i. Paganorum, & hæreticorum. Sic enim figuratè dicebat apostolus nouis de gentilibus Christianis. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ad Ephe- Amb. To.3
sios. 5. Vbi in expositione. AMBROSIVS. Denique Pagani in tenebris mystica sua celebrantes, in speleis uelatis oculis illuduntur. Ex his Christiani facti, cognita ueritate, filii lucis dicuntur, quia Deus lux est, cuius fidem in ueritate suscipiunt. Hæc ille. AVCTOR. Qualiter autem in speleis talibus illuduntur perfidi, amplius declarat libro de quæstionibus ueteris & Aug. To.4
noui testamenti. cap. 114. AVGVSTI. Illud autem quale est, q̃ in speleo, uelatis oculis illuduntur, nec enim horreant turpiter dehonestari si oculi illis uelantur. Alij autem sicut ales alas percutiunt uocem orantes imitantes: alteri uerò leonum more fremunt. Alii autem ligatis manibus intestinis pullinis proiiciunt super foueas aqua plenas, accedente quodam cum gladio, & irrumpente intestina suprà dicta, qui se liberato rem appellet, sunt & cætera inhonestiora. Ecce quantis modis turpiter illuduntur, qui se sapientes appellant: sed quia hoc in tenebris patiũtur, putant posse nesciri. Ista enim omnia, quæ à malis, & turpibus inuenta, & ordinata sunt in occulto, sancta Christiana fides prodidit, & detexit. Prædicatam enim fidem considerantes, qui audiebant, quid boni, & sanctitatis publicè promitterentur, contulerunt se ad fidem, occulta illa inhonesta, & turpia, & quomodo per ignoran- Witcleui-
tiam illusi essent, confitentes. Hæc ille. AV- starum im-
CTOR. Ecce spelea latronum, qui sacra sua su- pietas.
rantur, ut arbitris careat occultata perfidia. Hæretici Witcleuistæ † domos ecclesiarum contaminant, conculcant basilicas, dicentes Christum
C non curasse de talibus. Sed ubi agunt ipsi cœtus, & quò conueniunt? nonne in domo? immo, sed non in domo patris, quia fecerunt illam speleã, & speluncam instar latronum gẽtilium, quò nocte plusquàm die conueniunt. In angulis ciuitatum, ubi (ut ferunt, qui ab ipsorum prauitate, ut quædam fęminæ honestæ diffugiunt) turpis, & cæca fit sexus commixtio sub extincta lucerna, & à præceptore suo discunt in tenebris & uerba tenebrarum & opera. Re autem uera, si domos non habent accommodas, speluncas quærunt, et foueas, ut se uerè probent Christo contrarios, qui in tenebris, aut in occulto locutus est nihil, sed in templo, quo omnes conueniunt. Ita si eius discipulos se probarent, in planis ecclesiis, quò omnes conueniunt, prædicarent: & nihil

Matt. 21. Hie. in expositione illius loci. To.9 Mich. 4.

in antris uulpinis, & foueis. Vnde libr. 5. super Amb. To.5.
Lucam, cap. 29. AMBROS. Vulpes enim plenũ fraudis est animal, foueam parans, & in foueam sẽ per latere desiderans: ita sunt hæretici, qui donum sibi parare non norunt, sed circunuentionibus alios decipere conãtur. Iacob domum habitat, hæreticus in foueam est, ut fraudulenta uulpes, gallinæ illi euangelicæ dolum semper intenMatt. 23. dens: de qua scriptum est, Quotiens congregare uolui tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus deserta. Meritò foueas habet, quia domum, quam habuerant, perdiderunt. Hæc ille. AVCTOR. Domum ecclesiæ perdiderunt, & procurauerũt sibi foueas: ideo indubiè tam in signo, quàm in signato spernunt ecclesias, dæmoniacum imitãtes, q̃ nec in domo manebat sed in monumentis Luc. 8. Ergo non relinquentur eis domus, nisi B
deserte in ruinis uicorum, quasi uetusta horrea, quas plerũque deprehensi sunt ingredi per fenestras, vt ostia clausa, & aranearum telis quo dammodo sigillata, omnem suspicionem illic denegarent hospitum. Vnde libro. 4. commenta Hier. To.9 1. Reg. 5 Pſal. 118.
rii super Hieremiam in Prologo HIERONYMVS. Rogo, quæ est insania, ut præcipiente Apostolo parati simus ad satisfaciendum omni poscenti nos rationem in ea, quæ de nobis est spe: & prophęta clamante, Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar, Isti publicum fugiunt, & susurrant in angulis perditorum, dolentquè quasi pro suis qui sua metuunt cõfiteri. Hæc ille. AVCTOR.
5 Ecce † non tantùm nostri, sed à primis usque ad ultimos Witcleuistas, hæretici publicum fugiunt, & susurrant in angulis cauernarum, aut in desertis nemorum, extra domum sub dio, ut certo signo comprehendantur esse pseudo, de quibus Christus nos monuit, dicens. Ecce prædixi uobis: si ergo dixerint uobis ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Matthæi. 24. Quid designat nolite exire domum aliquam? Puto certe domum ecclesiæ, in qua est congregatio consueta fidelium nolite eã exire, quæsituri Christum indeserto sub dio Witcleff, id est, aere. Nec cum discipulis eius in penetralibus perditorum nolite exire: nolite credere, quia pseudo hæc dicunt. Ecce, quòd latro- 1
num indicia qui per euangelium non intrant p ostium, sed ascẽdunt aliunde in sacras ecclesias, 2
nos hostiatim ingredimur, & fenestræ nostrę cę- 3
licis illustrantur splendoribus: quia patens est in eis ueritas fulgens, quæ necesse non habet 4
ut angulos quærat, dicente Apostolo de fideli 5
prophetias audiente legi in ecclesia. Occul- 6
ta cordis eius manifesta fiunt, & tunc cadens in 7
faciem adorabit dominum, pronuntians, quòd A uerè Deus in nobis sit. primæ Corinthio. 14. ubi in expositione AMBROSIVS. Peruidet ue- Amb. To.5
ram esse, & uenerandam religionem, in qua nihil fucatũ, nihil in tenebris uidet geri, sicut apud Paganos, quibus uelantur oculi: neque sacra uocant prospicientes, eo quòd uariis se uanitatibus cernãt illudi. Omnis enim impostura tenebras petit, & falsa pro ueris ostendit. Ideò apud nos nihil astutè, nihil sub uelamine, sed simplici ter vnus laudatur Deus, ex quo sunt omnia, & vnus dominus Iesus, per quem omnia. Hæc ille. AVCT. Ecce omnis impostura tenebras petit, & ostendit falsa pro ueris. Ideò odit lucem gentilitas, quę cum templa habeat, superat pietate Witcleuistas, qui detestantur ecclesias, & in tenebris illuduntur. Qua ratione sacras basilicas spernunt Witcleuistę, nulla dari potest auctoritas utriusque testamenti: deest eis uel negare ecclesias fidelibus, immo uel Paganis. Prout respondet libro ad Deogratias presbyterum ad Aug. To.2.
tertiam quęstionem. AVGVST. Qui Christianas literas utriusque testamenti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum, quòd construant templa, & instituant sacerdotia, & faciant sacrificia: sed quòd hęc idolis, & dęmoniis exhibeant. Hæc ille. AVCTOR. Qua iam audacia possunt seducti Witcleuistę dicere auctorem suum tàm in utroque testamento Dei peritum: qui ex lege conatur ecclesiarum domos summouere fidelibus: cum Augustinus dicat, qui Christianas literas utriusque testamenti sciunt, non hoc in Paganis culpant, quasi sensibilibus se immergant, quòd templa constituant, sed quòd dęmonibus ea prouideant: sicut Witcleuistę casas suas falsis dogmatum idolis applicant.

¶ QVOD DEVS VTIQVE CHRISTVS tanquam sibi sacratas habet basilicas, propter quas ab innocentię statu non recesit. Capitul. CXLIIII.

SVMMA.

Witcleff, qui dicit Christum parum curasse de tẽpli ædificio sumptuoso, confutatur.
Templum commune patri, & filio.
Templi ædificatorem quomodo Christus dilexerit.
Ecclesiæ quis honor habitus.
Philippus Euangelista, & quare sic appellatus.
Operaturi quomodo eramus in paradiso.
Homo quomodo in statu innocentiæ operatus fuisset.

Bru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Brutorum risus,& colloquia.*
9 *Christus quod non uitauerit domum propter recessum à statu innocentiæ.*

CHRISTVS, inquit Witcleff, parum curauit de templi ędificio sumptuoso. Et libro de sermone Domini in monte, cap. 27. In basilicis materialibus non est affectio nimium insligenda: quia in statu innocentiæ non fuissent. Christus hic tales structuras non attendit hominum; & Christus Deus noster, propter recessum talium à statu innocentiæ, ipsa humanitùs non possedit. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nunquid † tunc innocentior fuit Christus secundùm humanitatem, qui templum humanitus non possedit, quã est secundùm diuinitatem, cùm sic templum possedit, ipso dicente, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis? Ipse testatur, quòd pater domum possedit: Apostolus dixit, quòd Spiritussanctus corporeum templum. Quid ergo iam filius Dei non erit ubi pater, & Spiritus sanctus? Nec humanitus omnia dedit ipsi pater in manus, qui templum non dedit. Si iam dedit Christo templum, Christus possedit humanitus templum suum. Fatetur hoc libro de tradenda basilica contra Auxentium AMBROSIVS. Templum etiam suum Christus ingreditur, flagellum prendit, & eiecit de templo nummularios. Non patitur enim in suo templo pecuniæ esse uernaculos. Non patitur in suo templo esse eos, qui uendebant cathedras. Quæ sunt cathedræ, nisi honores? Quæ sunt columbæ, nisi simplices mente animæ, fidem candidam, & puram sequentes? Ego ergo inducam in templum, quẽ Christus excludit? Hæc ille. AVCTOR. Attende, quòd dicat Ambrosius Christum ingressum templum suum, & non passum in tẽplo suo esse eos. Nec maior potuit esse innocentia Christi hominis, quàm Christi Dei, ut sic domus fugeret possessionem innocentia paradisi, quam non fugit, sed tanquam sibi curandum possedit summa innocentia summi cœli, Quod item alibi filium audi dicentem, Quòd in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. Luc. 2. ubi in Homilia BEDA. Diuinæ † maiestatis indicium fuit, de qua alibi dixit, Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: atque ideo rectissimè templum non minus ad se quam ad patrem pertinere testatur. Inuentus quippe in templo, dixit, Quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse: quia nimirum quorum una est maiestas, & gloria, una sedes, & domus est. Non enim solum materialem Dei domum, quæ ad adorandum eum corporaliter fieri solet, sed etiam intellectualem, quæ ad laudandum eum in æternum

1 Fo.2. 2.Cor.3.2. 6.12. 2.Cor.6. Io.13.

2 *Beda Templũ commune patri & filio.* Io.17.

A constituitur, æquè patri & filio constat esse communem. Hęc ille. AVCTOR. Exponit Beda diuinæ indicium maiestatis insinuasse Christum, cùm diceret, In his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. In his, nõ negotijs actuum tantùm, sed in his locis & domibus consecratis mihi uri que simul ut patri: quia sicut nec maiestate disiunguntur, ita nec domus primæ, uel secundæ, iuxta Aggæum, spiritualis, ac corporalis gloria separantur. Templum, inquit, non minus ad se, quàm ad patrem pertinere testatur, quia quorum una est maiestas, una fides, & domus est. Et nunquid iam structuras hominum non attẽdit? Nunquid ita & filius eius? Si non attendat Deus basilicas, & structuras, cur tanta cura arcam sibi iusserat fabricari, propitiatorium, & mensam, & candelabrum cum hastilibus sphærulis, & cuncta uasa sanctuarij, & altare thymiamatis cum labio, & basibus: & uestes sanctas in ministerio Aaron, & filiorum eius? Impleuit Beseleel, & Ooliab spiritu suo ad ista facienda, prout ipse descripserat Exod. 31. Cùm item propter mansionem eiusdem arcæ in domo Obededon bene dixit ei dominus. 2. Regum. 6. Et non permisit Dauid dilectum suum fabricare sibi domum, in qua quiesceret arca: sicut nec aliquos ante eũ: quia omnes uiri erant sanguinum: sed seipsum dixit ambulasse in tabernaculo, & tentorio per cuncta loca, per quæ transiuit & arca. 2. Regum septimo. ubi in lib. quæstionum HIERONY. Hæc loca, per quæ se transisse dominus dixit, intelligenda sunt Sylo, & Galgala, & Nobe, & cætera loca, ubi tabernaculum, & arca domini collocata fuit. Et infrà. Idcirco à nullo iudicum sibi ædificari domum iussit cedrinam, quia ab omnibus contra hostes pugnatum fuit, & omnes effusores sanguinum fuerunt: filius autem tuus, cui non instabunt bella hostium, & qui non erit uir sanguinum, ipse ædificabit mihi domum, Hæc ille. AVCTOR. Ad quid omnis ista solertia hominum, & Dei cura prætendit, si humanas fabricas non attendit Deus, nec quod signant? Legamus Euangelium Lucæ, ubi Centurionis cuiusdam seruus legitur moriturus, qui misit seniores quosdam Iudæorum, dicentes ad Iesum, Hic diligit gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis: quo audito, Iesus ibat cum illis. Lucæ. 7. Vbi libro commentarii, cap. 13. BEDA. Quia † ędificatam sibi à Centurione narrant Synagogam, euidenter ostendunt, quòd sicut nos ecclesiam, illi etiam Synagogam, non conuentum solummodò fidelium, sed & locum, quò conueniebant, sint appellare soliti. Hęc ille. AVCTOR. Sic ergo materialem domum Synagoge, quò Iudęi ad sua festa conuenerant, intantùm attendebat Iesus

3 *Beda. Templũ fabricatum Centurione Iesus Synagogã.*

fabricasse

fabricasse Centurionem, ut ipsa sibi exposita A assumit in libro retractationũ hoc loco Actũ
compensaret, & redderet uices, maturauit 5 BEDA. Et intrantes domum Philippi † Euan- *Beda. Philippus Euãgelista. Act.21.*
accessum. Quod item non difficile intellexerit sonare literam Lucæ hostis fidei. Prout
Aug.contra Faust.li.33. cap.2.To.6. libro. 33. contra Faustum Augustinus eum assumit. FAVSTVS. Quoniam quidem Iesum uolunt esse planè Iudæum, persuadere ingressi sunt ei, dicentes dignum, cui præstaret, quoniam quidem diligeret gentem suam, & Synagogam ipse ædificasset sibi: tanquam & hoc ad Dei filium pertineret, si ædificationem Synagogæ suæ Iudæi à Centurione Pagano meruerint. Hæc ille. AVCTOR. Ecce, quod dixi, & aduersati hæretici negare non possunt, Lucam historiam retulisse, ut ad ipsum Christum, uelut Dei filium pertinere uideretur fabrica Synagogæ: procedamus ulteriùs, ut uidere possimus, qua † reuerentia uolebant Apostoli habitam esse domum ecclesiæ. primæ enim ad Corinthi. undecimo. Obiurgauit Apostolus Paulus carnales Christianos, B quòd confunderent ecclesiam Dei cœnis, & conuiuiis temulentis, quærens si domus proprias non haberent, quas potius ita fœdarent, ecclesiam uocans, sicut Beda iam dixit, non congregationem fidelium, sed locum aut domum, quò fideles conuenerant. Vbi in expositione AMBROSIVS. Nunquid domos non habetis ad edendum, & bibendum? An ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Hos notat, qui sic in ecclesiam conueniebant, ut munera sua offerentes aduenientibus presbyteris, quia adhuc rectores ecclesiis non omnibus locis fuerant constituti, totum sibi, qui obtulerat, uendicaret schismatis causa. Hæc ille AVCTOR. Videant Witcleuistæ apostolica institutione inter primæuos fideles soli presbytero ordinato in loco licere offerre, & posse conficere corpus Christi: quia de tanto populo nullus legitur suum munus offerre, & potuisse C conficere, sed unus omnium hostias, & hoc in ecclesia solus presbyter cùm ueniret: de quorũ item conuentibus in ecclesiam dixit ibi REMIGIVS. Soliti erant conuenire eodem die ad ecclesiam omnes diuites, potentes, & nobiles, & præparare sibi in ecclesia, & in foribus, atque atriis illius epulas, & conuiuia. Hæc ille. AVCTOR. Videri ergo potest ecclesias locales Apostolos fabricasse fidelibus, & item eis suppo suisse presbyteros, uelut in regione Lycaoniæ constituebant illis per singulas ecclesias presbyteros. Actuum. 14. Tunc autem, & deinceps credendum est ex domibus diuitum ecclesias fuisse domino consecratas uelut ex domo Cornelii, & Philippi Euangelistæ commemorat HIERONYMVS in Epitaphio sanctæ Paulæ. Et

4 *Ecclesiæ quis honor habitus.*

Amb.To.5.

Remig.

Hier.To.1

Beda. Philippus Euãgelista. Act.21. Matth.21. Marc.11. Io.1. Gen.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gula præsto essent. Respondet huic rationi, libro suo de paradiso, post principium AMBROS.

Amb. To.4 Hæc duo conueniunt, opera in agro, custodia domus: & quanuis paradisus operibus ruralibus non eguerit, tamen quia primus homo lex post ritatis futurus erat: ideo legitimam etiam in paradiso speciem suscepit laboris, ut nos ad operationem, & custodiam debiti officii, & hæreditariæ successionis munus astringeret. Hæc duo ergo à te exiguntur, siue moraliter, siue spiritualiter. Quod etiam te Psalmus propheticus docet, quia scriptum est, Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificãt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustrà uigilat, qui custodit eam. Vides illos laborare, qui in operis sunt, ædificationisquè processu: istum uerò uigilare, qui iam habet custodiam operis. Hæc ille. AVCTOR. Sustinet ergo Ambrosius opus rurale primi hominis in paradiso, & custodiam domus, & operis: respondituè ad argutiam Witcleff, q̃ quanuis in loco uberi nõ eguit operari propter uictum, speciem tamen legitimi operis suscepit, ut nos ad eandem operationem, & custodiam posteritatis munus astringeret. Et notanter ad propositum in principio ista distinxerit, opus in agro, & custodiam propter domum, & concludit in fine. Hæc duo ergo exiguntur à te, siue moraliter, siue spiritualiter. Non existimo ergo sapuisse Witeleff, quod scripsit, quando arguit tales artes fieri propter tegumenta, uel esculantia, ideo nec agriculturam, nec conditionariam ibi esse, si præsto sint omnia, & ibi præsto erant omnia, & ipso opere non egebant, sed ad manifestandum Dei sapientiam cuncta fecit ex nihilo. Vnde libro primo hexaemeron AMBROSIVS. Nam quia ut artium aliæ sunt actuosæ, quæ sunt in corporis motu, aut sono uocis, Cessauit motus, aut sonus, nihil superfuit, uel remansit spectantibus, uel audientibus. Aliæ theoricæ, quæ uigorem mentis exerceant. Aliæ huiusmodi, ut cessante quoque operationis artifice, operis munus appareat, ut ædificatio, atque textura, quæ etiam tacente artifice peritiam eius ostendunt, ut operatori operis sui testimonium suffragetur, similiter etiam hic mundus diuinæ maiestatis insigne est, ut per ipsum Dei sapientia manifestetur. Quem uidens Propheta, simul & ad inuisibilia oculos mentis attollens, ait, Quàm magnificata sunt opera tua domine? omnia in sapientia fecisti. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo Deus in statu excellentioris innocentiæ fabricam huius mundi ad esse perduxit, & custodit factam, ut subsistat tantùm, ut suam sapientiam creaturis conditis manifestet, multò magis sine innocentiæ illius fragilis detrimento debuit homo operibus tertii generis exerceri, ad manifestandam peritiam sibi datam a Deo, ut etiam magnificaretur Deus in suis operibus. Puto enim ego naturam solidam dedisse uulpibus foueas suas, telam araneis, nidos auibus, & secundum eandem speciem operis domos hominibus. Sunt enim domus eleuatæ super terram, & domus item subterraneę, quę ita hominibus competunt, sicut nidi uolucribus, secundum comparationem illam Euangelii, Vulpes foueas habent, & uolucres cęli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Propter commodum ergo educationis, aut exercitium animalis industrię, quam non p misissent incurię, seruassent domos suos, quam utique opararentur & aues, & homines: quia foueę latebrę etiam brutis sunt, domus cur non sint & homini? Vnde libro 3. diuinarum institutionum, cap. 10. Lactantius. Summum hominis bonum in sola religione est. Nam cætera etiam, quę putantur hominis propria, in cęteris quoque animalibus reperiuntur. Omnia † enim suas uoces propriis inter se notis discernunt, atque dinoscunt, colloqui uidentur. Ridendi quoque ratio apparet in iis aliqua, cùm demissis auribus, contractoque rictu, & oculis in lasciuiam resolutis, aut homini alludunt, aut suis quęquè coniugiis, aut fœtibus propriis applaudunt. Sequitur. Illa, quę sibi prospiciunt in futurum, & cibos reponunt, habent utique prudentiam: rationis quoque signa in multis deprehenduntur. Nam quando sibi inutilia appetunt? Mala cauent, periculum uitant, latibula sibi parant in plures exitus eis patentia, profectò aliquid intelligunt. Hæc ille. AVCTOR. Sed † vt ad primordium redeamus, non uideo, Christum vitasse domum propter recessum à statu innocentię. Sic etiam vestitum, & tegmen non vitauit. Hoc enim arguens tetigisti, non esse ibi artes mechanicas, nisi propter tegumenta, esculenta, uel alia corporis adiumenta. Vnde primum peccati indicium, priusquàm domus ędificarentur ad speciem uestimenti fecerunt confugium. Sic enim scriptura dicit, Vt cognouerunt se nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cùm iste esset primus penè recessus à statu innocentię, non ideo Christus uestes possidere uitauit, quibus cùm nasceretur, eum mater uirgo inuoluit. Quibus etiam angelus missus de cœlo, eum inueniendum esse indicauit. Inuenietis, inquiens, infantem pannis inuolutum. Et iuxta prophetiam Dauid, sortiliter super vestem eius miserunt sortem, nolentes eam scindere, cùm esset in consutilis, desuper contexta per totum: postquam alia sibi uestimenta diuiserant. Ergo si uestimenta possedit Christus usque in finem, non recedens per hoc à statu innocentię, cur domum habere non posset, nec ab ea possidenda recederet: maxime sacram domum dico, domum ecclesiæ? Aut cuius domus sunt ecclesiæ, nisi Dei, & Christi? Propter hoc enim nolebat Ambrosius tradere basilicam Imperatori, cùm probasset ex scripturis eam Dei esse solius, libro de traditione basilicæ contra Auxentium AMBROSIVS. Considerans enim dolum, dixit dominus Iesus ad eos, Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Et cùm dedissent, dixit, Cuius' imaginem habet, & superscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris. Et ait illis Iesus, Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Ergo & ego dico illis, qui mihi obiiciunt, Ostendite mihi denariũ. Iesus Cæsaris denarium uidit, & ait. Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei, Deo. Nunquid de basilicis ecclesiæ occupãdis possunt denarium offerre Cæsaris? Sed in ecclesia unam imaginem noui, hoc est, imaginem Dei inuisibilis, de qua dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã. Illam imaginem, de qua scriptum est, q̃ Christus est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius. s. Dei patris. In ista imagine patrem cerno, sicut ipse dominus Iesus dixit, Qui me uidet, uidet & patrem. Hæc ille. AVCTOR. In hoc actu cùm diffusus sensus sit Ambrosii, quòd Cæsari basilicam redderet, tanquàm rem Cæsaris, si in ea iuxta probationem Christi, imaginẽ Cæsaris inueniret. Non enim in ea hanc reperit, sed Dei imaginem, de qua scriptum est, quod Christus splendor gloriæ, & imago est substantiæ eius. Ex eo ergo, quòd basilicam dicit ad Christũ, tanquam ad Dei imaginem pertinere, & in Christo uideri Deum patrem, ad quem primò pertineat, probari potest, quòd Christus basilicam humanitus possedit. Cui iam homini facto, & inter homines conuersanti, de Dei iustitia basilica pertinebat, & fit iuri Cæsaris aliena. Vnde & benè infra AMBROSIVS. Conuenior ipse à comitibus, & tribunis, ut basilicæ fieret matura traditio: dicentibus Imperatorem suo iure uti, eò, quòd in potestate eius essent omnia. Respondi, si à me peteret, quod meum esset, id est, fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia, quę mea sunt, essent pauperum, uerum ea, quæ sunt diuina, imperatorię potestati non esse subiecta. Hęc ille. AVCTOR. Ecce potestati Cæsaris abstulit hoc ius Ambrosius, puta basilicæ, applicans eam Deo: Witcleff autem aufert eam Christo, & Deo posthoc, ubi legitur, quod concesit diabolo.

Amb. To.4 Operaturi eramus in paradiso.

Ps.126.

Amb. To.3

Luc.20.

Matt.8. Luc.9.

Brutorum risus, et colloquia.

Gen.1. Hil.1.

Ps.103.

Homo in statu innocentiæ operatus fuisset.

Ioa.14.

Gen.1.

Luc.3. Ps.15. Ioa.19.

¶CONTRA BLASPHEMIAM Witcleff dicentis, principium esse diabolicum in splendidis fabricis ecclesiarum, cùm sit opus latriæ Deo summè gratum. Capitulo. CXLV.

SVMMA.

1 *Witcleff blasphemia, scilicet, principium esse diabolicum in splendidis ecclesiarum fabricis, damnatur.*

2 *Basilicas construere, quòd sit latriæ cultus.*

3 *Basilicæ quòd soli Deo dedicantur, non sanctis.*

4 *Basilicam, quam Iulianus Cæsar ædificauit, quomodo diuina prouidentia non susceperit. Et quare.*

Et multa de ædificandis ecclesiis.

5 *Ecclesiarum materialium fabrica, quòd sit res eximæ pietatis, cultus Dei summus, &c.*

CONcedit facilius diabolo, quàm Deo Christi basilicas, horrido ore spirans blasphemias, lib. 2. de sermone domini in monte, cap. 6. Mundus sensibilibus sic est deditus, quòd plus attendit, ut habeat orationes nouas, cantus subtiles, & locum splendentem, quã ut habeat orationes antiquas & circumstantias, quas Christus præcipit. Sequitur. Credo, quòd hoc peccatum, quod est principium dæmoni docenti populum, ut postponat magis bonum, & sibi utile, & præponat minus bonum plus splendidum, quo ad mundum, seducit multos terrenos in ecclesia militãte. Hæc Witeleff. AVCTOR. De † orationibus nouis, & antiquis, & eccleſię cantibus suprà iam diximus: ueruntamen tabescit in se anima sua, cũ uidet ecclesias nostras repleri fidelibus, qui deuotissimè illuc currũt ad dulcissimos hymnos audiendos, & canendos à sua hęresi fugientes, uel ab ea potius declinantes, nec ad modicũ attendentes. Qualiter econtrario de reliquiis Donatistarum eò gaudet epistola ad Bonifacium, & est. 50. AVGVSTINVS. Quorum si uideas in Christi pace lętitias, frequentias, alacritates, & ad hymnos audiendos, & canendos, & ad uerbum Dei percipiendum celebres hilaresquè conuentus. Sequitur. Horum ergo populorum congregationes Africę regionis ab illa perditione liberatorum, si sub uno conspectu uideres, tunc diceres nimium fuisse crudelitatis, si dum timeretur, ne homines desperati, & istorum innumerabili multitudini nulla æstimatio-

Aug. in To. 2. epi. 50. ad Bon. Comi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimatione comparandi, suis & voluntariis igni bus cremarentur, illi in æternum perdendi, sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur. Hæc ille. AVCTOR. Hic non gemit Augustinus, sed magis gaudet in pace uideri Christi lætitias, frequentias, alacritates, & adorationes, & cantus subtiles: ipsos quoque hymnos audiendos, & canendos, & ad uerbum Dei percipiendum celebres, hilaresq; conuentus. Qualiter autem loca orationum habere splendentia, & eminenter pulchras ecclesias sit principium dæmoni docenti populum præponere minus bonum plùs splendidum, quo ad mundum, magis sibi bono postposito, seducendo multos terrenos in ecclesia: de quo habet originem, nescio nisi inter stultas quæstiones, quas apostolus docuit Titum cuitare, dicens, Stultas item quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles, & uanæ. ad Titum tertio. Quia inter has quæstio una stulta fuerat Iudæorum: qualiter Salomon perfecisset tanti templi fabricam, si non per adiutorium dæmonum. Vnde in expositione solemni epistolarum Pauli super hunc locum AVGVSTINVS. Has stultas quæstiones appellat, quæ salutis effectum non habent. Sequitur. Fabulosa, ut est non lex, sed hæresis est, quantum ad tempus illud pertinet Iudæorum, dum quidam eorum sibi uendicarent prærogatiuam, originem Patriarcharum, quæ de matrimoniis ortæ sunt, cum ex hoc nulli sit meritum apud Deum: quidam uerò urceorum, & cæterorum uasorum baptisma, & sanguinem mustelæ magna cura duxerũt expiandum. Et quia ideo Moysi sepultura est abscondita, ne a Magis excitaretur. Quòd si uerum esset, & cæterorum abscondenda fuerat sepultura. Et q; Salomon adiutorio dæmoniorum templum ædificauit, in quo opere ingens multitudo laborauit. Hæc ille. AVCTOR. Fabulosa ergo hæresis Iudæorum posuit primam fabricã diuini templi adiutorio dæmonum perfici, fabulosa hæresis Witeleuistarum contra præceptum Apostoli hanc fabulam non uitans, sed consequens concedit Christi fabricam in ecclesia, quam templum illud figurauit, principium esse dæmonum ad seductionem fidelium. Vtriusque fabulæ fabrica studio dæmonis non dubium consummata, & primò reperta. Inter has mediam proiecit se superstitio Manichæi, secundùm quam dixit Faustus. quòd Pagani aris, delubris, simulacris, uictimis, atque incenso Deum colendum putant. Ego, inquit, ab his multum diuersus incedo, qui ipsum me, si modò sum dignus, rationabile Dei templum puto: unum uiuæ maiestatis simulacrum, Christum filium eius accipio: aram mentem hominis artibus, & disciplinis imbutam: honores diuinos quoque, ac sacrificia in solis orationibus, & puris ipsis ac simplicibus pono. AVCTOR. Quàm propinquus hypocrisi Witeleuistarum accedit Faustus, à sensibilibus se abstrahens, templum, altare, incensum, simulacra, sacrificia in mente & cœlestibus ponens, ut ab ipsis sensibilibus tanquam Paganorum dæmoniacis ritibus abstineret. Respondet autem libro 20. contra Faustum, circa medium AVGVSTINVS. Ecce quomodo templum Dei blasphematis, ut non solum non sanctum esse dicatis, uerũ etiam machimamentum diaboli, & ergaustulũ Dei. At uerò Apostolus, Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Et ne putes tantummodo ad animam pertinere, quod est dictũ, audi expressius. Nescitis, inquit, quia corpora uestra templum in uobis est spiritussancti, quem habetis ex Deo? Vos autem fabricam dæmonum, Dei templum dicitis, & ibi uiuum, sicut Faustus ait, uiuæ maiestatis simulacrum Christum filium Dei collocatis. Planè Christus uester phantasmaticus habitat intra templum sacrilegæ uanitatis. Ita & mentem tuam aram fecisti, sed uide cuius. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qui in scholis & spiritualibus cuncta uolebat exponere, templum corporis nostri, quod apostolus dixit templum spiritussancti, probatur contemnere. Nonne ita Witcleff, qui templum damnat sensibile tanquam opus dæmonum? Ergo sensibilia corpora nostra templum Christi sensibile delirat dæmonum esse principium. Ipsum enim unum de sensibilibus huius mundi negare non potest, & ipsum inter cuncta splẽdidissimum, cui etiam centies plus omnibus mundus est deditus, quàm basilicis splendidis populus Christianus. Et sicut Augustinus ibi Faustum, ita hic Witcleff interrogo, si ideò postponunt fideles magis bonum, quia his sensibilibus datur mundus, & ideò subtrahendæ sunt basilicę, & cantus, quomodo ipse non subtrahit presbyteris, & uiris suę hęresis uxores, sensibiles, escas, & uestes laneas, & lineas, agros, & uineas, equos, & liberos, ipsum quoque sensibile lumen solis, & linguæ usum, quibus plus millies ipsi non solum magis bonum, & utile sibi postponunt, sed sacrilegam uanitatem suam præferunt legi Christi. Et iuxta Apocalypsim Ioannis, totam terram Bohemorum detrahunt ad infernum. Sufficiat modò tanta scripsisse, ut non sit ineuidens posteris, quo spiritu incitatus est Witcleff, basilicas opera dæmonum blasphemare, si non eo, quo crudelissimi Donatistæ non pepercerunt Christi ecclesias concremare, prout epistola ad Bonifacium 50. AVGVSTINVS. Tacco crudelissimas

Augu. Non extat.

cap. 15. Aug. Tol.

2. cor. 3.

1. cor. 6.

Basilicas cõstruere est latria

3. Reg. 7. 1

1. Cor. 10.

Aug. To. 2. paulo ante locum supra citatum.

ca. 21. Aug. To. 8.

lissimas cędes, & domorum depredationes A per nocturnas aggressiones, & incendia, non solùm priuatorum habitaculorum, uerùm etiá ecclesiarum, in quas flammas non defuerũt, qui & codices dominicos immitterent. Hæc ille. AVCTOR. Sic hodie Witcleuistæ per Bohemiam in Christi consecratas ecclesias, & religiosorum claustra flammas quoque tartareas spargere perhibentur. Ergo dæmonum sunt minis-
2 tri, si Christi cultum tanta feritate consumunt. Re-tenim uera basilicas Christi construere, cultus latriæ est, quem soli Deo debet fides grata fidelium. Tantæ sanctitatis decus, ut nec sancto Dauid uiro iuxta cor Dei comperto tantum, q̃ uir sanguinum erat, sed Salomoni licebat pacifico, & ob hoc a Deo in filium adoptato, dicente Domino, Ipse ædificauit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero ei in patrẽ, & tunc Israel carnalis erat, iuxta Apostolum, & Iudæa sensibilibus dedita sacrificiis, & ritibus, B & pro temporali præmio cuncta Deo præstans obsequia. Inter quæ basilicam tanti splendoris mundi templis omni fulgore præstantem facere, tu cum priore hæresi principium diaboli dices, ad seducendum homines terrenos, ad postponendum magis bonum, & magis utile alteri minus bono. Et qualiter tunc erit cultus latriæ basilicæ fabrica, debitus soli Deo? Quod idem habet contra sermonum Arianorum AVGVS. Et si apertissimè legerent in scripturis sanctis Salomonem regem lignis, & lapidibus iussu dei templum struxisse Spirituisancto, Deum esse Spiritumsanctum dubitare non possent, cui tanta religionis seruitus, quæ latria dicitur, legitimè exhiberetur in populo Dei: ut illi etiam tẽplum fabricaretur, cum Dominus dicat, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. & audent eum negare Deum, qui non ligna, & lapides, sed membra Christi habet templum. Hæc ille. AVCOR. Hoc audiat Witcleff, si aures C habeat audiendi, quòd iussu Dei, non diaboli, fecit Salomon templum splendidissimum Spirituisancto, seruiens in hoc Deo cultu latriæ, ut ille cultus legitimè exhiberetur in populo Dei, ut illi etiam templum fabricaretur ex lignis, & lapidibus. Non ergo potest nunc in perfectiori Dei populo gratiæ testamenti, esse cultus dæmonum, qui Deo exhibetur, & erat tunc cultus debitus soli Deo. Si dicas: quòd tunc erat medium inductiuum populi rudis ad reuerentiam Dei: ergo non est de se medium seductiuum populi sensibilibus dediti à sensibilibus attendendum, sed magis ad spiritualia contemplanda. Et si hoc in uiridi, in arido quid fiet? & libro tertio contra Maximinum idem AVGVS. Ita ne uerò cui de lignis, & lapidibus Salomon ædificauit templum, est Deus & cui templum ædificatur de ueris membris Christi, hoc est, de membris Dei, Deus non est? De quo loquens beatissimus martyr Stephanus, dixerit, Salomon ędificauit ipsi domum, sed summus, non in manufactis templis inhabitat. Hæc ille, AVCTOR. Ne obiiciendi locum haberent hęretici, Deum non habere templum gratum ex lignis, & lapidibus fabrefactum, cùm ex isto uerbo Stephani, Summus manufactis templis non inhabitat, sed sẽm per apponit Augustinus, sicut hic incipit, quòd cui de lignis, & lapidibus? Salomon ædificauit templum Deus est. Deus ergo templum inhabitat manufactum, non autem ut Stephanus intelexit, putà per gratiam: qualiter solam inhabitat rationabilem, & gretuitam creaturam. Quia quod negari non potest, inhabitat cuncta per essentiam, ut non tamen circunscribatur ab illis, sed ut impleat ipse cuncta: prout templum Salomonis compleuerat gloria Domini. Et Salomon dixit, Dominus pollicitus est, ut inhabitet in caligine. Ego autem ædificaui domum nomini eius, ut inhabitaret in perpetuum. 2. Paralipome. 6. Quid tamẽ statim subdit illud, quod Stephanus suprà ait. Ergo non credibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cæli cælorum non te capiunt, quantò magis domus ista, quam ędificaui? Sed ad hoc tantùm facta est, ut respicias orationem serui tui, quod tollit totum ambiguum. Deus habitat templum fabrefactum, ut oranti magis ꝓpitietur per gratiam, & impleat per gloriam: nõ autem ipsum inhabitat, ut eius ambitu capiatur aut contineatur per mensuram. Manichæi hæretici, & Ariani ista parauerunt suis hęredib. Witcleuistis, ut aliquid haberent, unde negarent Christo diuinum habitaculum, qui denegant esse Deum. Catholici Christiani in domo sua cum fidelibus magis Deum agnoscunt, claman te scriptura, Adorate Dominum in aula eius. Et similiter de Spiritusancto. Vnde libro contra sermonem Arianorum AVGVSTINVS. Iam uerò si aliquibus terræ molibus Spiritussancto templum fabricaremus, quis dubitaret ei nos latria, id est, ista, de qua nunc loquor, seruitute seruire? Quomodo ergo ei non seruitutem, quæ latria dicitur, exhibemus cui templum non facimus, sed nosipsi sumus? Hæc ille. AVCTOR. Semper, & ubique uno ore dicta resonant Augustini, latriæ seruitutem esse Deo ecclesias fabricare, intantum, ut cuicunque debitè fabricamus basilicam, indubitanter nouerimus esse Deum. Sed quid ad nostros simplices respondeamus, si interrogent? Vnde ergo Petro, & Paulo, & beatæ uirgini dedicamus, & fabricamus ecclesias? Simplici-

Aug. loco sio pertus cita to.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 ter† dicimus, ut iam suprà de sanctorum locis & sepulchris, q̃ non eis dedicamus basilicas, sicut nec altaria, uel sacrificia Christiana, dicente Augustino, 20. contra Faustum, &. 22. de ciuitate Dei, quòd non eos ueneramur ut Deos, quia nec templa, uel altaria consecramus eis ut Deo, sed memorias sicut martyribus: Deo scili cet in memoria sancti Petri. Vnde contra Maximinum, in collecta AVGVSTIN. Nonne si templum alicui sancto angelo excellentissimum ex lignis, & lapidibus faceremus, anathematizaremur à ueritate Christi, & ab ecclesia Dei, quoniam creaturæ exhiberemus eam seruitutem, quæ uni tantùm debetur Deo? Si ergo sacrilegi essemus, faciendo templum cuicunq; creaturę: quomodo non erit Deus uerus, cur nõ templum facimus, sed nosipsi templum sumus? Hæc ille. AVCTOR. Prudenter dixit Augustinus, si faceremus templum sancto, uel angelo anathematizaremur, subiiciens causam, & modum talis fabricæ, quoniam creaturæ exhiberemus eam seruitutem, quæ uni tantùm Deo debetur, id est, si illum cultum intenderemus in fabrica, nõ autem si Deo potissimum cultum impendentes, sancto uerò in memoriã. Aut, quod dictu breuius est, ad Deo gratias agendum pro sancto, prout lib. de quæstionibus noui & ueteris testamenti. cap. 127. de peccato Adæ, & Euæ AVGVSTINVS. Si encænia celebrabantur Hierosolymis, id est, dedicationis templi domini agebatur festiuitas, quantò magis ipsius celebrandus natalis est, qui magis templum Dei est? Cui etiam ad agendum Deo gratias manibus templum est fabricatum. Melius est autem templum nostrum, quia hoc Dei opere, illud uerò humano labore est constructum, & hoc sub spe æternitatis, illud perditionis. Hæc ille. AVCTOR. Vides, quòd homini ad agendum Deo gratias manibus templum est fabricatum, & per hoc ipsius hominis celebrandus natalis est. Sanctis ergo sunt celebranda natalitia, & sanctis sunt templa, quæ ipsi Deo consecrata, & in eorum usum conferendæ sunt facultates fidelium, & uasa etiam ecclesiarũ conflanda. Vnde lib. 2. de officiis. uersus finem AMBRO. Nemo potest dicere cur pauper uiuit. Nemo potest quæri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare quia templum Dei est ædificatum. Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulturis fidelium Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus uasa ecclesiæ etiam initiata confringere, & conflare, & uẽdere licet. Hæc ille. AVCTOR. Tria genera dixit, quorum unum erat, quod accusare nemo posset, quia templum Dei est ædificatum.

Basilicæ sanctorum Deo consecratæ. Tom. 6. Tom. 5.

Aug. To. 6.

Aug. To. 4.

Ambr. To. 1

A Ergo præter spem Ambrosii blasphemat Witcleff, ædificia ecclesiarũ à diabolo habere principium: quod ut uir sanctus putaret, accusare nemo posset. Sed si ipse hoc tentaret efficere, putarem eum uere dicere, quòd à dæmone haberet principium, euidentiam facti sumens à suo Cęsare Iuliano: De quo lib. 6. historię tripartitę, ca. 3. *Cassiod.*
4 CASSIODORVS. Basilicam † martyrum ędificauit, quam diuina prouidentia non suscepit, cum adhuc Gallus, & Iulianus in Cappadocia morarentur, aiunt habuisse eos tunc studium, vt maximam basilicam ad sepulturam martyris Mãmę fabricarent, & inter se diuiserunt opus. Cũque certarent in ędificio, ut alter alterum superaret: fertur aliquod prouenisse miraculũ, & nisi hactenus superessent, qui hęc se audisse ab inspicientibus enarrarent, uideretur forsitan incredibile: Galli nanque pars augebatur, & omnino crescebat: Iuliani uerò labores, alij quidem
B fere bantur, alii terra ipsa uomente, ruderibus implebantur: alii quotiens deposita fundamenta terrę copulari non poterant, ac si quædam uiolenta uirtus ex loco inferiore percutiendo, depelleret. Quæ causa cũctis apparebat esse prodigiosa. Ex illo nãq; existimabãt, q̃ non esset vir ille in religione Christiana saluber. Hęc ille. AVCTOR. Ecce Cæsaris clerice Iuliani, ecce Witcleuista Iuliani pars fabricæ non profecit: nec Deo erat accepta, nec martyribus. Sed quid sequitur? Ergo sanctissima seruitus Dei fabricare ecclesias, quæ pollutę hęresis auctores sacrilegos respuit. Quid mirum si sancti Dauid sangui- *1. Reg. 7.*
nolẽtas manus spreuit? Manus uestrę plenę sũ- *Esaiæ.*
sanguine: dixit Dei basilica ad detestabiles Witcleuistas, ad raptores quoslibet, & pauperũ op- *Chrys. To. 1*
pressores. Vnde Homilia. 42. imperfecti CHRYSOST. Ecce qui ecclesias maximas ædificant, sepulchra ornant, bonum opus facere uidentur. Et si quidem aliam Dei iustitiam non custo-
C diunt, si de eorum bonis pauperes non gaudent, si aliorum bona per uiolentiam, aut fraudem sua faciunt, scito, quòd ad gloriam Dei non ædificant. Si enim alias iustitias Dei non seruant, si de eorum bonis pauperes non gaudent, si bona aliorum per uiolentiam, aut per fraudem, sua faciunt, quis tàm insensatus est, ut non intelligat, quòd illa ædificia non ad gloriam Dei, sed ad humanam æstimationem faciunt, & iniustè memorias, aut monumenta ædificant, ubi pauperes ab eis uiolentiam passi contra illos interpellant? Hæc ille. AVCT. Probet ergo se homo, & qui ædificat, de thesauro bonæ fidei probet, quòd ad gloriam Dei ædificat. Nolo saltem ut cum Witcleff gaudeat, quòd ad gloriam Dei cessandum, non ædificandum erit. Prorsus non tantum ædificare, sed ad Dei gloriam

gloriam ędificare basilicam studeat, qui christianus inueniri uoluerit: ut si ipse ædificare forsan non ualeat, saltem sic ædificandum tãquam super Dei egenum intelligat. Qualiter super 5
psalm. 103. tractatu tertio. uersu: producens fœnum iumentis. AVGVSTINVS. Non indiget *Aug. To. 2.*
cibo, fortè uestę indiget. Non indiget uestę, forsitè tecto indiget, fortè ecclesiam fabricat, fortê aliquid utile in domo Dei molitur, & expectat, ut intelligas super egentem & pauperem: tu cõtrà dura terra, lapidea, non irrigata, aut fruſtra irrigata, seruas tibi dicere, Non sciebam: nemo mihi dixit. Nemo tibi dixit? Christus non cessat dicere: prophetæ non cessant: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. Non uides aream inanem præpositi tui? Vides certè uel surgentem fabricam, quo intraturus, & oraturus es. Nonne admouetur oculis tuis? Nisi forte putatis fratres quia præpositi uestri thesaurizant. Et nouimus multos non thesaurizare, & ad quotidiana B
egere: de quibus omnino non creditur, quos & uos inueniretis, si uelletis, si circunspiceretis, si ad hoc uigilaretis, ut fructum daretis. Hæc ille. AVCTOR. Ad opera arduæ pietatis fidelis Christi hic incitat Augustinus, inter quæ nunc erat fabricas ecclesiarum, aut aliud utile siendum in domo Dei, ut librorum scripturas, aut clericos & Christi famulos sustentandos. Et fortè ecclesiarum fabricat, inquit, intellige super eum. Non uides, ait, aream inanem præpositi tui, & uides saltem surgentem fabricam, quo intraturus, & oraturus es, coram oculis tuis ponitur. Cur non intelligis super eam? Alibi promittit tali constructori fideli partem in compositione ecclesiæ corporis Christi sermone. 154. tertiæ partis AVGVS. Bona opera fidelium de sua temporali terrenaque substantia, cum in thesauris cælestibus reconduntur. Fides hęc uidet, pietatisque oculum habet in corde. Vnde & ista æ- C
dificia, quæ congregandis religiosis cœtibus cõstruuntur, cum oculo carnis inspexerit, laudat interiùs, quos cernit exterius, & uisibili accipit lumine, ad quod gaudeat inuisibili ueritate. Neque enim occupata est fides inspicere quã pulchra sunt membra huius habitationis, sed de quanta interioris hominis pulchritudine proce dant hæc opera dilectionis. Retribuet ergo dominus fidelibus suis tam pie, tam hilariter, tam deuotè ista operantibus, ut eos quoque ipsos in suæ fabricæ constructione componat, quo currunt lapides uiui, fide firmati, spe solidati, charitate compacti. Hæc ille. AVCTOR. Exuit ecclesiarum structores spiritus sanctus in organo Augustini ab omni suspicione & imputatione hæretici Witcleff, qui imputat gloriari fideles in fulgore materiali, sed fides cum hunc cernit A exterius, ad pietatem conditoris currit, quam uidet interius, inquit Augustinus. Deus, inquit Witcleff, hoc non attendit, immo, inquit Augustinus, & ualde retribuet. Est † ergo ecclesiarum fabrica materialium res eximiæ pietatis cultus Dei summus, omnis hæresis & diabolicæ potestatis atrocissimum repulsiuum, & omniũ gratiarum Christi continens firmamentum. Sicut item libr. 1. de concordantiis euangeliorum cap. 31. in fine sic docet AVGVS. Nempe iam hæreditate possidet multos Christus: & fortium *Aug. To. 4*
partitur spolia, cùm ea, quæ diabolus, & dæmones possidebant, per ecclesiarum suarum fabricas, & quoslibet necessarios usus, illis expulsis, perditisque distribuit. Quid ergo ad hæc peruersi laudatores Christi, & Christiano rum obtrectatores? Nunquid ut ista per prophetas tanto ante prędicarentur, magicis artibus fecit, aut discipuli eius ista finxerunt? Hæc
B ille. AVCTOR. Ecce quòd per fabricas ecclesiarum, & alios usus necessarios (ut dixi) expulsi sunt dæmones ab eis, quos olim ut proprios possidebant: Quomodo hoc si ecclesiarum fabricæ sunt de instinctu diaboli? Quòd si diaboli opus esset, quomodo non posset illud destruere, sicut poterat fabricare? An Satanas in seipso diuisus est? Martyres uero sancti non sustinerent contra diabolum opus suum. De fabrica illa loquor, de qua sermone exhortatorio *Luc. 21.*
ad populum cùm de eius exilio ageretur, CASSIODORVS. Quomodo impurissime dæ- *Cassiod.*
mon ecclesiam te putas posse deiicere, qui trementes parietes deiicere minimè ualuisti? Non est in parietibus ecclesia, sed in multitudine piorum. Ecce quàm fortes, quam immobiles stant, non ferro, sed fide muniti. Et quid de tanta multitudine loquor? Vnum fidelem uincere non potes ô diabole. Nescis quæ tibi fecerunt martyres: quomodo frequenter ingressa est puella, ætate tenera, annis immatura, & ferro fortior, cum latera eius scindens, fidem tamen eius mouere non potuisti. Hæc ille. AVCTOR. Imbecillitas arguitur dæmonis in martyrem fœminam, quam mouere non poterat, & in parietes fabricę, quos item non deiecit. Tàm ergo huius quam martyris victoriæ expers fuit.

¶QVOD CHRISTVS CVNCTA penè agens in domibus basilicarum, domos gratas habet, & ad earum structuras ostendit. Capitulo. CXLVI.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA.

1 *Ecclesia triumphans describitur.*
2 *Sepulchrum Christi forma.*
3 *Christus quare fuerit passus sub dio in excelso ligno, & non sub tecto.*
4 *Hæresis Witcleuistarum, de non colendis ecclesiis & basilicis, unde traxerit ortum.*

DIcent collegæ nefandi Witcleff, eum hoc non dixisse contra ecclesiasticas fabricas absolutè, sed contra præsplè didas ad mundi sensibilia illectiuas. Qđ contra ne se uulpes Witcleff in hanc foueā fraudulentam semper gaudere posset habere refugium, uerbis suis eruitur: quibus ait. 3. de sermone domini in monte cap. 27. Quòd in basilicis materialibus non est affectio nimium infigēda, quia in statu innocentiæ nō fuissent: & Christus tales structuras hominum non attendit, & propter recessum talium à statu innocentiæ ipsas humanitùs non possedit: sed orauit, pernoctauit, comedit, prædicauit, passus fuit, finaliter est sepultus sub dio. Hæc Witcleff. AVCTOR. Iam palàm dixit, quòd Christus tales hominum structuras non attendit: & eum cuncta fecisse sub dio, ut nos spernamus ecclesias, & cuncta fiant penitùs sine tecto. Structuras, inquit, hominum non attendit Deus in ecclesijs. Mentitur autem cum sit cultus latriæ, ut dixit Augustinus. Dicit eas in statu innocentiæ non fuisse, uel esse debuisse, præsumptiuè hoc loquitur suprà suam, ut ipse solet dicere notitiam propriam, sicut pica. Et
1 †per idem simili studio trahit affectus hominum
Ecclesia triumphans. ab ecclesia triumphante, quæ describitur ciuitas habens 12. portas, & 12. margaritas, cuius sunt plateę aurum mundum, & tanquàm uitrum perlucidū, nec eget Sole, nec Luna, sed claritas Dei illuminat eam: & lucerna eius est Agnus. Nec aliud templum eius, quàm Deus. Apoca. 21. Putas hanc ecclesiam aliqua affectione diminui sperandam fidelibus. Aut dic ubi in statu innocentiæ, de qua loqueris huiusmodi ciuitatem uel tēplum inueneris. Dicis ultra fouendo mendaciū sub tegmine falsæ fagi, ꝙ Christus orauit pernoctauit, comedit, prædicauit &c. sub dio. Dic quotiens rogo: an non pluries hoc fecit, & penè semper in domo? nam quo ad prædicationem scio quamuis docebat in monte discipulos, & turbas in campestribus, tanta tamen frequentia prædicabat in domibus ut ipse diceret, Ego semper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudei conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Ioannis. 18. Comedendi usum non habe
1. Cor. 11. bat in ecclesiis, dicente Apostolo eius. Nunquid domos non habetis ad edendum & bibendum? uel ecclesiam Dei contemnitis? Et Christus, qui nusquàm comedit in ecclesiis, ubi, uel quotiens eum extra domos comedisse reperis in scripturis? si sine tecto & illius uice comedit post resurrectionem in littore. Ioan. 21. Neutrum tamen scripturæ affirmant, uel aliud unquàm (si non fallor) inuenies. Sepultus item fuit, ais, sub dio, fallis item mendaciter, ait Beda: qui super euangelium Marci describit Christi sepulchrū fuisse domum altam, super hunc textum, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de
2 petra. BEDA. De †monumento domini ferunt, qui in nostra ætate de Hierosolymis in Britanniam uenere, quòd sit domus rotunda de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut intus consistens homo uix manu extenta culmen posset attingere, quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus, atq; impositus est. *Marc. 15. Sepulchrū Christi. Beda.*

B In cuius monumenti parte aquilonari sepulchrū ipsum hoc est locus dominici corporis de eadem petra factus, & septem habens pedes longitudinis, trium verò palmorum mensura, cætero paui mento altiùs tumens, qui videlicet locus non desuper, sed à latere meridiano totus patulus est vnde corpus inferebatur. Hæc ille. AVCTOR. Cum igitur monumentum ipsum tectum habuit tanti fastigij, in cuius aquilonari parte tantùm non ambiens domum locellus erat domini ci corporis non desuper, sed a meridiano latere patulus: qualiter dicis, improbe homo, ꝙ sub dio uo Christus finaliter sit sepultus? sed sub dio passus est, inquit, hoc certa fecit ratione mysterii quā declarat in sermone de cruce & latrone sanctus pater CHRYSOSTOMVS. Ob † quam cau- *Chr. Tom.*
3 sam in excelso ligno, & non sub tecto immolatur, ut etiam ipsius aeris natura mundetur. Hac de causa in excelso, & non sub tecto, ut universus aer in excelso immolatu eius à tetro odore
C mundetur, sed & terra beneficiū sentiebat decursi de latere sanguinis distillatione mundata. Iō non sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi sustraherent sacrificium, & sibimet uendicarent ne putarent pro illa tantùm plebe oblatum. Ideo extra ciuitatem, ideò extra muros, ut sit sacrificium commune totius terræ, oblatio terræ communis, cōis expiatio, non particularis, sicut Iudæis consuetudinis fuit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sub dio, id est, aere & cœlo passus est, ut aerem mundaret à sordibus: ut oblationem communem faceret omnibus, sed qui semel passus est, ne sic ampliùs patiatur, sui corporis oblationem in domo constituit, ut sic quotidie renouetur. In domo. n. cœnaculi grandis ipsam oblationem secundum naturam fecerat sub figuris, ut nos eā iugiter recensęamus in ecclesiis, quam alioquin per se patulam immolauit sub dio: sed figuris

figuris tectam sub tecto. Vt ergo exordiamur à
A primis, si ideo cōtemnendæ sunt basilicæ, quia Christus aliquādo orauit, rarò pernoctauit, dubium an comedit, prædicauit interdum, passus fuit, & nec unquam sepultus finaliter sub dio: multò magis colendæ sunt basilicæ, quia Christus est incarnatus, & natus, & à Magis adoratus, & à pastoribus uisitatus in domo, quia à parentibus oblatus, & inter doctores repertus in templo, quia semper docebat, & ad populos manicabat & ad orationes publicas & dies festos sacrificans, prædicans, & signa faciens conuersa batur in templo: quia cum discipulis, cum pharisæis uescebatur in domo: quia coram Herode, pontificibus, & Pilato alapa cæsus quasi in domo, flagellatus, examinatus, illusus, conspūtus, spinis punctus erat in domo, sepultus finaliter, & cum triūpho resurgens è domo, hæc ad ratio
4 nem eius euellendam puto sufficiunt. Quantū †autem ad hæresim in sua substantia ab hæresi Masilianorum eam motam inuenio, de qua li- *Damasc.*
B bro centum hæresum. 80. DAMASCENVS. His apposuerunt ecclesiarū, & altarium despectum, uelut opportunum as[s]etas ecclesiasticis quidem non immanere cōgregationibus, sufficere autem in oratoris ipsorum operationes. Tantam enim dicebant esse orationis ipsorum uirtutem, ut & ipsis, & ab ipsis disciplinatis sen sibiliter spiritus sanctus superappareat. Hæc ille. AVCTOR. Ceteris ecce hæresibus suis addiderunt hi uiri ecclesiarum despectum, & sacrorum altarium, nec orare putabant optimum in ecclesiasticis congregationibus, sed eis sufficere bona opera, quæ Witcleuistæ orationes uitales appellant. Et argumenta faciunt Hierobo
3. Reg. 13. Iosephus. am primi regis Israelitarum idololatræ secundū recitatum Iosephi libr. 8. antiquitatum. IOSEPHVS. Viri contribules nosse uos puto, quòd omnis locus habeat Deum, & non ostendetur
C locus, in quo propriè præsens est, sed ubiq; sem per exaudit, & ad cultores suos intendit. Vnde non mihi uidetur necessitatē uos pati ad Hierosolymā properandi ad hostium utique ciuitatē, & ut adoretis Deum longo itineri fatigare, homo enim ædificauit templum, & ego feci duos uitulos aureos. Hæc ille. AVCTOR. Perpendat, si uult, & hic inueniet omnes penè argutias Witcleuistarum contra sacros conuentus in ecclesiis materialibus: primò quia Deus non limitat se, uel gratiam suam ad ecclesiam, uel ad Roma nam sedem, sed influentia sua sine angulo respicit omnem locum: sic dixit Hieroboam, quòd omnis locus habet Deum, & ubique semper exaudit. Item Deus non placatur labore sensibili, nec peregrinationibus laboriosis ad loca, sed solum laborem mentis attendit: ita & Hieroboā
A non uidetur uos necessitatē pati ad Hierosolymam properandi ut adoretis Deū lōgo itinere fatigari. Item arguunt Witcleuistæ, quòd templum uel ecclesia est opus manuum hominum: ideo Deus non attendit talem structuram. Item Hieroboam ait, homo ędificauit templum, & ego feci duos uitulos, quasi non plus habitet Deus in ecclesiis hominum, quàm in illius uitulis, quæ sunt opus, aut (ut dixerunt Sagarelli) in stabulo suo porcorum: & hæc disputatio conue
2 nit Manichæis murmurantibus contra legem, quòd habitaret Deus in tabernaculo, quod erat opus hominum, prout habet libro contra Adimantium, capit. 10. AVGVST. Disputant enim, *Aug. To. 6.* & magnum aliquid sibi uidentur dicere, cum di
2 cunt, quomodo ille Deus, cuius, cœlum sedes, & terra scabellum pedum eius, in tabernaculo habitet, quod ex auro, uel argento, & ære, purpura, & pilis pecorum, pellibusque constructū
3 est? Adhibent etiam testem apostolum Pau-
B lum, qui dixit, Deum lucem habitare inaccessibilem. Quibus nos parem referimus quæstio- *1. Tim. 6.*
nem, & quod de nouo testamento protulerunt, de ueteri testamento proferimus. Ibi enim inue nitur priùs scriptum, Cœlū mihi sedes est: terra *Esa. 65.* autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificatis mihi? quis locus requici meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Ecce habēt in libris ueteris testamenti Deum in templis manufactis non habitare, & tamen filius Dei flagello de funiculis facto expulit eos de templo, qui oues, boues, & columbas uendebant, & numulariorum cuertit mensas, & fit: Domus patris mei, domus orationis uocabitur: uos au- *Luan. 11.*
tem feciſtis eam spelūcam latronum. Si ergo aliquis istis etiam duobus ex aduerso capitulis cō stitutis uelit imperitos decipere, & dicere, in ueteri testamento magnificare Deum, cuius se
C des dicitur cœlum, & terra scabellum pedum eius: & negatur habitare in domo manufacta: in nouo autem testamento domus eius dicitur templum constructum ab hominibus: nonne Manichæi uel ferò fatebuntur, & habitaculum Dei per manus hominum factum ad aliquam significationem in utroque testamento accipi, & Deum non habitare in locis ab hominibus fabricatis, in utroque testamento prædicari? AVCTOR. Ista controuersia, quam inuidentem hic Augustinus dimittit, soluitur in prædictis secundum quod Deus non habitat in domo manufacta, circunscriptus ibi per essentiam: habitat tamen ibi per abundantiorem gratiam.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ QVOD ALIQVANTO PRAESENTIOR est dominus Deus oranti in ecclesia per gratiam, quàm oranti alibi extra ipsam. Cap. CXLVII.

S V M M A.

1 *Deus an sit magis præsens in ecclesiis, quam in cæteris locis non sacris.*
2 *Deus, quòd ubi manifestat gratiam suam uberiùs illic est eius propitiatio cariùs expetenda.*
3 *Ecclesia pro domo in nouis scripturis semper intelligenda.*
4 *Ioannis euangelistæ obitus in ecclesia. Et quid suis discipulis super omnia commendauerit.*
5 *Dominus Iesus quomodo præcipuè in Synagoga docebat, & operabatur uirtutes in sabbato, & quare.*
6 *Missa quòd non sit in prophano nec audienda nec celebranda ex Fœlicis Papæ decreto.*

1 REgulariter creditur, q† fidelibus suis magis est Deus præsens in ecclesijs, quàm in cæteris locis non sacris. Vnde & in scripturis legitur intrasse David regem & sedisse ante dominum, id est, ante arcam. Vnde locum exponens libro 2. ad Simplicianum in fine AVGVSTI. Quòd autem quæris quid sit, Intrauit rex Dauid, & sedit ante dominum. Quid aliud intelligendum, nisi q‡ sedit in conspectu domini, siue ubi erat arca testamẽti, per quam sacratior, & commodatior quædam præsentia Domini accipi potest, siue quia oratus sedit ibi in conspectu domini, quod non fit rectè nisi in conspectu Dei, hoc est, in intimis cordis? Potest autem sic accipi, quod dictum est ante dominum, ubi nullus esset hominum, qui audiret orantem. Siue ergo propter arcam testamenti, siue propter secretum remotum locum ab arbitris, siue propter intimum cordis, ubi erat orantis affectus, conuenienter dictum est, sic C dit ante dominum. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiant Wicleuistæ, Hieroboamitæ, Massiliani & Sagarelli, omnes hæretici, quod tunc dixit scriptura Dauid intrasse, & sedisse ante dominum, quando ad tabernaculum uenit, ut federet super 2 arcam: quare? propter sanctiorem, & commodatiorem præsentiam domini, Nonne ibi quàm alibi sic sacratior erat præsentia domini, ubi apparebat Iacob in Bethel. Vnde compulsus est dicere, Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Quàm terribillis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Genes. 28. ubi rediens ædificauit altare domino, appellans nomen loci illius domus Dei. Gen. 35. Ergo qui ubique præsens est, & omni loco præsto p subA stantiam, multò præsentior est, ubi est domus Dei per accommodam gratiam, ita ut ibi præcipuè propter gratiarum effluxum esse uidebitur porta cœli: non sic ad omne punctum alibi. Non enim frustra ait Salomon ad dominum. 2. Paralipo. 6. Si cœlum, & cœli cœlorum non te capiunt, quantò magis domus ista, quam ædificaui? quasi dicat, ideo non ad hoc feci, sed ad hoc tãtùm facta est, ut respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus, & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te, ut aperias oculos tuos super domum istã diebus ac noctibus: super locum, in quo pollicitus es, ut inuocaretur nomen tuum: & exaudires orationem, quàm seruus tuus orat in eo. Exaudi preces famuli tui, & populi tui Israel, quicunq; orauerit in loco isto. Et subiungit ibi alta negotia, quæ in domo illa fuerant impetranda, non solummodo postulanda, sed ob sanctitatem loci orationum meritis obtinenda. Ideò præmisit, super locum, in quo pollicitus es inuocari nomen B tuum, & exaudires orationem, quam orat seruus tuus. Vlciscendo periurium, si quis falsò in hãc domũ iurauerit: mitigando captiuitatem, si quis reduci petierit. Vnde libro quæstionum Hebraicarum super. secundo Paralip. HIERON. Propitiare eorum peccatis, & reduc eos in terram, quã dedisti patribus eorum: cùm enim in loco ipso eos oraturos dicat, cur dicit, & reduc eos in terram, quam dedisti patribus eorum: nisi fortè hi, qui ibi *adorabunt Deum, meritis obtinere ualeant, ut hi, qui in captiuitatem ducti sunt, reducantur. Hæc ille. AVCTOR. Nota quàm prudenter complicat Hieronymus uerba textus, ubi dicturus, q‡ meritis suis obtinere ualerent de captiuitate reduci, præposuit, hi, qui ibi adorabunt Deum. Ex ipso ergo loco sacro impetratio nis bonum super merita procuratur, ne solis hominum meritis, sed Dei gratiæ, ut ipse limitat, ascribatur euentus. Et quia in loco plus sacro C plùs est Deus propitiùs. Vnde grauiter errant, qui ambagibus rationum arguunt non plùs orandum esse Deum in vno loco, quam in alio, vel non plus in loco sacro, quàm non sacro, vel *imaginiad vnam ecclesiam, vel *agmen, quàm ad aliam. Vbi†enim Deus manifestat gratiam suam uberiùs, illic est eius propitiatio cariùs expetenda. Vnde Daniel sanctus in Babylone orans in cœnaculo, quia non potuit orare Hierusalem in tẽplo, saltem illuc diuertit seipsum in precẽ, dicente textu, quòd ingressus domum suam, & fenestris apertis, in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturq́ue coram Deo suo. Daniel. 6. Et quia non præualuit David ire ad altare, quod eą tempestate erat in excelso Gabaon,

Quæst. 4. 2. Reg. 7. Aug. To. 4

Sub initiũ illius libri Hier. To. 3

*ad orandum uenerint.

baon, q‡ ut ibi obsecraret Deum: nimio. n. fuit timore perterritus, uidens gladium angeli Dei, 3 dixit: Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel 1. Paral. 21. & 22. Vt quid tanta sollicitudine domum peterent ad exorandum Deum, si non meritum affectus amplius promoueret ad promerendum gratias sanctus locus? Ne autem dicas ista contigisse Iudæis in umbra, ueniamus ad primos credentes, quibus sanctũ cœnaculum, ubi post Christum manserunt apostoli, non potuit eis pro prece sufficere, sed quotidie ascendebãt ad orationis horam in templũ, non ut putas eos obseruantias templi caras habuisse tunc temporis, sed ut ecclesiam Christi, Act. 3. cuius fabricam non habebant, uenerarentur tamen ut poterant ei seruientes in templo. Vnde libro de doctrina Christiana cap. 6. AVGVSTINVS. Qui crediderunt ex quibus facta Aug. To. 3 est prima ecclesia Hierosolymitana, satis ostendunt, quanta utilitas fuerit eo modo sub prædagogo custodiri. Et infrà. Quia unum didiceAct 4. B rant uenerari æternum Deum, tam campaces extiterunt spiritus sancti, ut omnia sua uenderent, eorumquè pretium indigentibus distribuerent, ante apostolorum pedes ponerent, sedquè 4 totos dedicarent Deo, tanquàm templum nouum, cuius terrenæ imagini, hoc est in templo ueteri seruiebant. Hęc ille. AVCTOR. Templo ecce ueteri adhuc seruiebant primi credentes tã quam terrenæ imagini ecclesiæ christi, quæ erant, & ipsi. Quid eos putas & esse facturos in ecclesiastica domo, quæ esset eius imagini propinquior si haberetur? sed ideo fide crescente creuerunt domus ecclesiæ, ne cum Lollardis ecclesiastici conuentus finerentur orare sub dio. Ipse. n. diuinæ scripturæ domos ecclesiarum parare cogebant. Vnde homi. 2. super Exodum. Origenes. Quia timebant obstetrices Deum, fe- C Orig. To. 1. Exo. 1. cerunt sibi domos: quod dictum nullam consequentiam secundùm literam habere potest. Quis. n. ordo est ut dicam, quia timebant obstetrices Deum, fecerunt sibi domos: quasi propter ea domus fiat, quia timetur Deus? Hæc si ita accipiantur ut scripta sunt, nihil consequentiæ, sed & inanitatis plurimum habere uidebuntur. Sin autem uideas quomodo noui ac ueteris testamenti scripturæ timorem Dei docentes domos ecclesiæ faciant, & uniuersum orbem terræ domos replent, tunc quod scriptum est, rationabiliter scriptum uidebitur. 5 Hæc ille. AVCTOR. Ecce tota consequentia sancti textus, quòd ideo fecerunt obstetrices domos, quia Deum timebant, in hoc ipsum reducitur, quòd scripturæ noui ac ueteris testamenti quia timorem Dei docent: ideo domos ecclesiæ faciunt, & uniuersum orbem terrę orationum domibus replent. Vnde † quotiens in scripturis nouis ecclesiam audio, in domo eam intellige. Salutate, inquit Apostolus, Priscam, & Aquilam Ecclesia pro domo. adiutores meos; Sequitur. Et domesticam eorũ ecclesiam. ad Romanos ultimo. Et de eisdem, Salutant in domino multùm Prisca & Aquila cum domestica sua ecclesia. primæ Corinth. ultimo. Et salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nympham, & quę in domo eius est, ecclesiam. Ad colossenses. 4. Et sermonem prolixum una sabbati pertraxit usque in mediam noctem Paulus in cœnaculo, de cuius fenestra cecidit Eutychus, non sub dio. Actu. 20. Et quotidie disputauit per biennium in schola cuiusdam tyranni, & prædicauit in synagogis per tres menses. Ephe. Act. 19. Vbi vel semel hoc inuenis in nemore vel paludibus feciſſe eum: quod semper eum audis in domo facere uix sub dio? Vt autem Apostolos omnes scias domos ecclesiæ frequentasse de beato Ioanne Apostolo legitur, quòd item in ecclesiam se ferri fecit, ut ibi moriendo desineret, ubi semper uiuens accubuit. Vnde in libro tertio commentarii super epistolam ad Galatas textu: Ergo dum tempus habemus operemur bonum. HIERO. Beatus † Ioannes euange- Gal. 6. Hie. To. 9. lista cum Ephesi moreretur usque ad ultimam Ioan. cuan. obitus. senectutem, & uix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura uocem uerba contexere, nihil aliud solebat per sin- Diligite al ternetrum. gulas proferre collectas, nisi hoc: filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tædio q‡ eadem semper audirent, dixerunt, Magister quare hoc semper loqueris? Qui respõdit, dignam Ioanne sententiam. Quod præceptũ domini est, si solum fiat, sufficit. Hæc ille. AVCTOR. Valde ergo accusandę pigritiæ est, si quis nõ illuc sollicitè pergat uiuus, & sanus, quo Ioannes non deesse potuit semiuiuus, & ad collectas ibi non defuit, i. ad orationes publicas: ucrùm non gratia orationis tantum, sed itẽ ut in unũ cętum fideles conueniant, ad unam domũ celebri hora orationis accedere sanctiùs est, quã in loco priuato orare. Qualiter etiã ueteres monachi in desertis Aegypti ad ecclesias de solitudine conueniſſe leguntur ad audiendum uerbũ communis fidei, & communia sacramenta percipere. Quod notat item feciſſe dominum Iesũ libro secundo super Lucam textu, Factum est & in alio sabbato ut intraret in synagogam, & do- Luc. 6. ceret. BEDA. Sabbatis † præcipuè dominus Beda in synagoga docet, operaturq́; uirtutes. Non solum p‡ p insinuandum spirituale, & sabbatũ, sed & propter celebriorem eo die populi conuentũ, cui tunc ex antiqua patrum institutione moris erat, quia uacare à labore per legem iubebatur legendis audiendisq́; scripturis operam dare. Iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta quod in actibus apostolorum Iacobus loquitur. Moyses.n. à diebus antiquis ubi per omne sabbatum legitur. Nam sicut hi, quibus uenandi ars est, ubi feras, pisces, & uolucres plùs habere didicerint, ibi maximè sua retia tendunt: ita & dominus semper docuit in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, uolès omnes saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hæc ille. AVCTOR. Contrarium Antichristus & omnis hæreticus, ne sectatores sui ad agnitionem ueritatis eueniant, conuentus sanctos, & domos sacras dissuadent, ne sancti uenatores retibus fidei doctrinæ eos quandoq; capiant, & compedes soluant, quibus miseræ animæ detinentur: ideo petunt ne mora fiat tempore, quo fideles petunt ecclesias: ideo ingrediuntur caueas, domos desertas, & loca occulta, in quibus Christus loquutus est nihil: sicut Hieroboam fecit Sychen in monte Ephraim, dicens in corde suo. Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo dei in Hierusalem: conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda: interficientq; me, & reuertentur ad eũ. Et excogitato consilio, fecit duos uitulos aureos, & dixit. Nolite ultrà ascendere in Hierusalem: posuit unum in Bethel, & alterum in Dan. 3. Regum 12. Idem est apud Witcleuistas consilium ut dicant fidelibus peruersis. Nolite ascendere in Hierusalem, ubi est ecclesia Christi, & uera fides catholica. Si.n. ascenderit populus iste in domum domini, conuertetur cor eius ad dominũ assidue audiendo uerbum Dei, & item conuictũ & consortium sanctæ plebis, sed uenite ad domum diaboli in Dan, & Bethel. Sequamini nos qui dicimus ecce illic est Christus, aut in deserto sub dio, ubi Aegyptius quatuor millia Sicariorũ educit ad perdendum ecclesiam. Actuum 21. Dicit hæreticus Witeleuista hæc uerba. & si non actu oris, tamen effectu operis. Immo & interdum dicit palam. Spiritu uiuo, & ubi sũ, legem Dei attendo, sufficit mihi benefacere uel in campo ne intrem ecclesiam. Sic non dicit quisquam filius matris ecclesiæ illius mulieris fortis, quæ operata est lanam, & linum iuxta eloquium Sapientis. Vnde & in sermone de eadem 34. primæ partis AVGVS. Interiora sunt linea uestimenta, lanea exteriora: quicquid carne operamur in promptu est: quicquid spiritu in secreto. Operari autem carne, & non operari spiritu, quanuis bonum uideatur, utile non est. Operari in spiritu, & non operari pigrorum est. Inuenies hominem porrigentem manum, uel eleemosynã pauperi, & tamen nec de Deo ibi cogitantem, sed hominibus placere cupientem. Lanea uestis uideri potest, interiorem lineam non habet. Inuenies alium dicentem tibi. Sufficit mihi in cõscientia Deum colere, Deum adorare, quid mihi opus est, aut in ecclesiam ire, aut uisibiliter misceri Christianis? lineam uult habere sine lanea tunica. Non nouit, neque commendat talia opera mulier ista. Hæc ille. AVCTOR. Sic carnale opus corpore intrare ecclesiã, si ipsum spernas nudus ineedis à tunica inconsutili domini, à consortio charitatis. Non sufficit tibi conscientia nuda sine opere, sicut nec linum tenue sine uestе lanea: dura est hyems, & hęretici uolitant. Magistri tamen ecclesiarum non timeant, imò captiuis ipsis hæreticorum audacter promittãt, ꝙ rursus ædificandæ sunt per parochias suas ecclesiæ, in quibus faciem domini deprecentur, iuxta illud Zachariæ. Venient populi mei, & gẽtes robustæ ad quærendum dominum exercituum in Hierusalem, & deprecandum faciẽ domini. Vbi in commentario HIERONI. Persecutionis tempore magistri & sacerdotes ecclesiæ audacter captiuis credentibus repromittant ꝙ rursum ędificandæ sunt parochiæ, & pacis reddenda tranquillitas, & in ecclesiis facies domini deprecanda. Hæc ille. AVCT. Post hyemẽ ergo persecutionis sunt ecclesiæ reparandæ, & ibi facies domini deprecanda: non sub dio, sed in ecclesiarum fabricis. Sed ideo loca & tempora filijs suis taxauit mater ecclesia, ut nec aliò quoquam eant ad dies festos uel lectiones sacras, quàm ubi palã est recta fides, & salutaria sacramenta tractanda per plebes. Vnde ex decreto Papę Felicis. Satiùs est missam nõ cãtare, aut audire, quàm in iis locis, ubi fieri nõ oportet nisi (ut sæpe dictum est) pro summa contingat necessitate, quia necessitas legem non habet. Hæc & plura illic. AVCTOR. Limitat ergo scriptura loca, ad quæ populi conueniant. Vnde & AVGVS. In sermone. Omni die dominica ad ecclesiam conuenire. In qua nolite rixas prouocare, nolite lites committere, & scandala concitare, nec secularia uerba fari, sed lectiones diuinas patienter audite. Qui enim in ecclesia fari uerba secularia uoluerit, ꝑ se, & pro aliis malam redditurus est rationem, dum uerbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Hæc ille.

Act. 15.

Ie. 18.
1. Tim. 2.

Matt. 24.

Prou. 31.

Zach. 8.

Hier. To.

Decretum Felicis Papæ quod non sit missa ubi non est ecclesia.

Augustinus in prophana ne audiat.

De apparatu ecclesiæ.

Tit. XVIII.

¶QVOD IN SPLENDENTIbus ecclesiis non confidamus cum hæreticis, ornemus tamen eas splendidè ad honorem Dei picturis, libris, uasis, & amictibus pretiosis. Cap. CXLVIII.

SVMMA.

1 *Confidendum quod non sit constitutis in ecclesia in splendore ecclesiarum, sed in uera fide, & sancta conuersatione.*

2 *Basilicas quomodo inter Christianos condendas, et ornandas spiritus Dei per prophetas suos instituerit.*

3 *Witeleuistæ quomodo imitantur persium, Deorũ templis apparatum negantem.*

4 *Nepotianus a Dino Hieronymo laudatur pro ornatu, quem curauit ecclesiæ.*

5 *Imagines sponte traditæ.*

OFFENDITVR in basilicis Witcleff splẽdidis, & apparatu earum decoro certè dolens ualde, quòd fideles animæ in ecclesiis delectantur. Vnde libro secundo de sermone domini in monte ca. 6. sic de basilicis ab hypocritis in ecclesiam introductis. Talia sensibilia mundo splẽdentia uidentur aperire ostium domus orantis, & introducere inimicos. Et libro tertio capitul. 17. Fideles debent cauere in talibus, ne suũ desiderium nimium immergatur. Sequitur. Discamus ergo amare plùs meliora, quàm ista corporalia petora: & tunc non nimis adulteremur cũ basilicis, domibus, imaginibus, & fenestris. Hęc Witcleff. AVCTOR. Quid mirum, si in corporali ecclesia non lætatur, qui ipsius spiritualis est hostis ecclesiæ. Non enim potest dicere: Domine dilexi decorem domus tuæ: qui habitatores eius odit, & patrem familias, & filios, & dominũ detestatur, uouens in omni animo suo, & dicens: Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Videamus per ordinem ea, quæ docet cauenda esse. Non nimis adulteremur, inquit, cum basilicis, domibus, imaginibus, & fenestris. Dissursum faciens per scripturas, ubi culpatos inuenio gloriantes in fulgore templi, ipsi sunt hæretici intellecti, qui in fabricis gloriantur dogmatum peruersorum: quos cauendos à fidelibus docent, ne in templorum suorum fulgoribus glorientur. Velut hi, de quibus loquitur Hieremias. Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes templum domini, templum domini est. Vbi lib. 2. commentarij HIERON. Præcepit † autem & nunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui uidemur in ecclesia constituti, ne fiduciam habeamus in ædificiorum splendore, auratisque laquearibus, & uestitis parietibus marmorum crustis, & dicamus, templum domini, templum domini est. Illud enim templũ domini est, in quo habitat uera fides, sancta conuersatio, omniumque uirtutum chorus. Denique infert. Si rectas feceritis uias uestras, & cogitatio uestra non abierit post errorem, & sequuti fueritis iustitiam, & malum non effeceritis, neque effuderitis sanguinem innocentem, simplices quosque scandalizantes, & post Deos alienos non ambulaueritis, peruersa adorantes dogmata, quæ de uestro corde simulastis in malum uobismetipsis, habitabo uobiscum in loco isto, quem uocatis templum domini, & in templo, quod dedi patribus uestris, Apostolis uidelicet, & apostolicis uiris, uel certè * in confirmatione habitare uos faciam à principio usque *stationem*. in finem. Hæc ille. AVCTOR. Præceptum hoc ecce nobis dicit in ecclesia constitutis, in splendore ædificiorum non habere fiduciam, sed in uera fide, & sancta conuersatione: ita ut post deos alienos non ambulauerimus in malum nobismetipsis. Exponit hoc, id est, adorantes peruersa dogmata, quæ de nostro corde finxerimus. Vbique uitia fugienda & hæreses deserendæ. Vbi ergo populi in suis basilicis tantum delectantur, ut ad fugiendum præpositum, aut alium hæreticum ibi prædicantem nolunt deserere locum pulchrum: ipsi in splendore loci nimiam habent fiduciam: id circo ad eundem sensum epistola contra Auxentium Arianum ad ecclesiæ plebes scripsit Hilarius. Multa alia proferre ecclesię me pudor inhibet, & committere epistolę Arianorum blasphemiarum dedecora pertimesco. Vnum moneo, cauete Antichristum. Malè enim parietum uos amor cępit: malè ecclesiam Dei in tectis, ædificijsque ueneramini: malè sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est in his antichristum esse sessurum? Montes mihi, & syluæ, & lacus, & carceres, & uoragines sunt tutiores. In his enim prophetæ aut manentes, aut demersi Dei spiritu prophetabant. Absistite itaque ab Auxentio Satanę angelo, Christi hoste, uastatore prodito fidei negotiatore. Quam sic est re-

1 cepit † autem & nunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui uidemur in ecclesia constituti, ne fiduciam habeamus in ædificiorum splendore, auratisque laquearibus, & uestitis parietibus marmorum crustis, & dicamus, templum domini, templum domini est. Illud enim templũ domini est, in quo habitat uera fides, sancta conuersatio, omniumque uirtutum chorus. Denique infert. Si rectas feceritis uias uestras, & cogitatio uestra non abierit post errorem, & sequuti fueritis iustitiam, & malum non effeceritis, neque effuderitis sanguinem innocentem, simplices quosque scandalizantes, & post Deos alienos non ambulaueritis, peruersa adorantes dogmata, quæ de uestro corde simulastis in malum uobismetipsis, habitabo uobiscum in loco isto, quem uocatis templum domini, & in templo, quod dedi patribus uestris, Apostolis uidelicet, & apostolicis uiris, uel certè * in confirmatione habitare uos faciam à principio usque *stationem*. in finem. Hæc ille. AVCTOR. Præceptum hoc ecce nobis dicit in ecclesia constitutis, in splendore ædificiorum non habere fiduciam, sed in uera fide, & sancta conuersatione: ita ut post deos alienos non ambulauerimus in malum nobismetipsis. Exponit hoc, id est, adorantes peruersa dogmata, quæ de nostro corde finxerimus. Vbique uitia fugienda & hæreses deserendæ. Vbi ergo populi in suis basilicis tantum delectantur, ut ad fugiendum præpositum, aut alium hæreticum ibi prædicantem nolunt deserere locum pulchrum: ipsi in splendore loci nimiam habent fiduciam: id circo ad eundem sensum epistola contra Auxentium Arianum ad ecclesiæ plebes scripsit Hilarius. Multa alia proferre ecclesię me pudor inhibet, & committere epistolę Arianorum blasphemiarum dedecora pertimesco. Vnum moneo, cauete Antichristum. Malè enim parietum uos amor cępit: malè ecclesiam Dei in tectis, ædificijsque ueneramini: malè sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est in his antichristum esse sessurum? Montes mihi, & syluæ, & lacus, & carceres, & uoragines sunt tutiores. In his enim prophetæ aut manentes, aut demersi Dei spiritu prophetabant. Absistite itaque ab Auxentio Satanę angelo, Christi hoste, uastatore prodito fidei negotiatore. Quam sic est re-

Hier. 7.

Hier. To. 5.

Firma

Psal. 25.

Psal. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gi professus, ut falleret, sic fefellit, ut blasphema A ret. Hæc ibi AVCTOR. Malè, inquit, eos amor parietum cœpit, & malè in ædificiis Dei uenerabantur ecclesiam, ut ne eam desererent, cum Auxentio antichristo & hæretico pacem haberent. Structura illa splendida non eos tutari posset à diuina ira, quam hosti Christi assistentes, meruerunt incurrere: quia in his ędificiis splendidis sessurus est Antichristus iuxta Euangeliũ. *Matt. 24.* Quo uicino, nullus locus est tutus: ubique tanquàm pestis uestra est perfidia fugienda. Sed tamen quia hæc in basilicis possunt contingere, non ideo ab earum ædificiis, & ab ecclesiarum editarum apparatibus est cessandum, nisi ad tantum abũdaret malitia hominum, ut generalius noceret, quàm prodesset. Ecce non leuiter putem populum domini totum his malefidis hominibus caruisse, quando non minus mandato domini templum illud incomparandi splendoris & operibus plenum Salomon consumauit: etenim templum hoc, figura erat ecclesiæ nostræ: tàm quò ad ædificium spirtuale, quàm quò ad ædificium corporale exemplaris imago: prout in transmigratione illa Babylonis Hieremias insinuat, dicẽs, quòd ibi sub regibus alienis ędificarent domos, id est, ecclesias. Vnde libro. 12. *Hiere. 29. cap. 36.* contra Faustum AVGVST. Norunt qui legunt: *Aug. Tr. 6.* iam ipsa in Babyloniam trãsmigratio, quò etiã spiritus Dei per Hieremiam prophetam iubet ut pergant, & orent pro eisipsis, in quorum regno peregrinantur, ꝙ in illorum pace pax etiã esset eorum, ut ædificarent domos, & nouellarẽt uineas, & plantarent hortos: quis non agnoscit *Io. 1.* quid pręfigurauerit, qui attenderit ueros Israelitas, quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum euangelico sacramento ad regnum gentium transmigrasse? Vnde nobis Apo *1. Tim. 2.* stolus tanquàm Hieremiam replicans dixit. Volo ergo primò omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam, & tranquillam uitam agamus in omni pietate, & charitate. Sequitur. Ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicæ christianarum congregationum, & nouellatæ uineæ populi fidelium, & plantati horti: ubi etiam inter omnia holera granum illud sinapis *Matt. 13.* regnat, sub cuius umbraculis longè latèque porrectis, etiam altipetax superbia gentium tãquã in cœli uolatibus confugiendo requiescit. Hæc ille. AVCTOR. Totum in sacramentum est redactum ecclesiæ, quicquid uel literaliter, uel spiritualiter cecinit Hieremias. De terra sancta in Babylonem populus Dei transmigrauit, sic ab Hierusalem per hunc mundum cõualuit eccle-

sia. Illic orare pro regibus terrarum, & incolis regionis Propheta mandauit. Et hoc idem pro regibus, & personis sublimibus, & uniuersis hominibus iussit Apostolus. Ad huius orationis officium domos iussit extruere: & ex hoc, inquit, Augustinus, credentibus constructa sunt domicilia pacis, & basilicæ christianarum congregationum. Si ergo ex hoc spiritu Dei loquente per Hieremiam ædificãtur basilicæ christianarũ cõgregationum, falsò dicit Witcleff in eis spiritũ malũ habere principium. Per prophetas. n. suos spiritus Dei inter Christianos basilicas & condẽdas, & ornandas instituit. Aliter non tantùm laicos, sed Christi utique sacerdotes ad tãtùm pro congruitate operis splendorẽ domus Dei augẽdum non excitasset. Vnde lib. 2. de officiis cap. 13. AMBRO. Quid, inquiens, ex affectu puro, *Ambro.* aut syncero ꝓmittitur, hoc est decorũ, nõ superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias, & maximè sacerdoti hoc conuenit ornare Dei templum decore congruo, nõ fulgido, nec ædificationes superfluas aggredi. Hæc ille. AVCT. Dicit non aggredi fulgidas ædificationes: sed nec prætermittere necessarias: quales tu nullas dices: quia Deus quaslibet non attendit, ut ais, sed congruum ornatũ templi Dei intantum exponit Ambrosius, ut hoc cultu aula Christi resplendeat, & hactenus impensas minimè conuenientes præcipit frequentare, quas ab carnalium christianorum collectis sacerdos faciet exhauriri, ut ad impensas templi si nolint in maioris perfectionis officiis, saltẽ in minoribus obsequantur. Quemadmodum ueteri tabernaculo Gabaonitæ, de quibus Homil. 10. super *Origẽ. Tom. 1* Iosue ORIGENES. Vides quomodo ligni *Iosu. 9.* cæsores, uel aquæ gestatores fieri condemnantur ad obsequium populi, & ad altaris Dei ministerium, quoniam quidem cum dolo & calliditate accesserunt ad filios Israel pannis, calceamentisque ueteribus induti, & cibum uetusti panis ferentes. Isti ergo ueniunt ad Iesum cũ omnibus uetustatibus, & orant ab eo hoc tantũ, ut saluentur. In quorum figura tale mihi uidetur aliquid ostẽdi. Sunt quidã & in ecclesia credentes quidem, & habentes fidem in Deum, & acquiescentes diuinis præceptis omnibus, quique etiam erga seruos Dei religiosi sunt, & seruire eis cupiunt, sed ad ornatum ecclesiæ, uel ministerium satis prompti paratique sunt: in actibus uero suis, & conuersatione propria, obscœnitatibus, & uitiis inuoluti, nec omnino deponentes ueterẽ hominem cum actibus suis sicut & isti pannis & calceamentis ueteribus obtecti, præter hoc, quòd in Deum credunt, & erga seruos Dei, uel ecclesiæ cultum uidentur esse deuoti, nihil adhibentes emendationis, uel *Ephe. 4.*

innoua-

innouationis in moribus. Istis ergo Iesus dominus noster salutem quidem cõcedit, sed quo *Lu. 16.* dammodo salus ipsa eorum notam nõ euadit infamiæ. Hęc ille. AVCTOR. Sufficiat ergo eis, si salui sunt, & hortatibus sacerdotum saltem de iniquitatis mammona salui fiãt. Docẽa tur Christi seruis, & religiosis pauperibus ministrare. Doceantur ligna cædere ad ecclesiarum fabricas, ad fenestrarum cultum, ad uestium, uasorum sacrorum, cæterorumque utensilium atque librorum decus impensas transferre: ita ut ad inuidiam Witcleuistarum luminoso cultu Hierusalem supercælestis hæc aula resplẽdeat. Videtis quòd in diebus Origenis ornatus domus domini põdus habebat in populis. Et qui dem uetus templum in fulgore & diuitiis quot inter nos adæquant ecclesiæ? cùm ipsum fuit figura tantum, & nostrarũ imago. Eãt ergo presbyteri, & ornent ecclesias: primò cõpositis mẽ 3 tibus, & demum oculatis fulgoribus, sed ꝓinui di Witcleuistæ dum ecclesiæ cultũ deprauant, B Persium imitantur deorum tẽplis apparatum negantem his uerbis: at uos Dicite pontifices in sacro quid facit aurum? Nempe id quod Veneri donatæ à uirgine pupæ. Quin damus id superis. Sequitur. Compositum ius, fasque animi 4 sanctosque recessus mentis, & incoctum generoso pectus honesto, quomodo recitat li. 2. diuinarum institutionũ cap. 4. Lactantius. Non *Lactant.* inquit, placebat Persio, quod aurea uasa tẽplis interantur, superuacuũ putãti esse inter religiones, cũ nõ sanctitatis, sed auaritiæ sint instrumẽtum. Illa. n. est fatius Deo, quẽ rectè colas inferre pro munere cõpositũ ius, fasque animi, sanctosque recessus mentis, & incoctũ generoso pectus honesto. Egregiè sapiẽterque sensit, uerũ illud ridiculi subdidit, hoc esse aurũ in tẽplis, qđ sunt Veneri donatæ à uirgine pupæ. Hęc ille. AVCTOR. Certũ est oẽm cultũ ibi superstitiosum & uacuũ esse, ubi oĩa superstitio possidebat: ideo bene nõ placebat persio. Nec, inquit, C Witcleuista placebat HIERONIM. dicenti *Tom. 7. Epist. ad Nepot.* in epistola ad Nepotianum. Multi ędificant pa *Petit ut nec Ecclesiæ post thesaurum.* rietes, & colũnas ecclesię. Neque uero mihi aliquis opponat diues in Iudęa tẽplum, mẽsas, lucernas, thuribula, patellas, scyphos. Tũc hęc probabãtur à domino, quãdo sacerdotes hostias immolabãt: nũc uerò cum paupertatẽ domus suę pauper dominus dedicarit, cogitemus crucẽ eius & diuitias lutum putabimus AVCT. Scio & ista dixisse Hieronymũ, ut tũ Witcleff acceptabilẽ sibi hẽat rnsalẽ, auctorẽ suũ de officiis ipsi oppono, qui hęc soluit in capitu. de ornatu altaris WALERANVS. Nec illud, inquit, nobis obijciatur ex dicti Hieronymi, qđ si hæc ueteri testamento suscipimus, consequen-

ter & uictimarum ritum, & legem sabbati, & his similia susceipere debeamus. Pugnat enim hæc sententia, ne aurea, uel gemmata cultus domini ornamenta, ut necessaria requirantur. Nam scribens aduersus Vigilantium itemque ad Demetriadem uirginem eleemosynam quidem pauperum prætert, sed de huiusmodi unusquisque, inquit, in suo sensu abundat. Non damno, non reprehendo. Hæc ille. AVCTOR. Iste alumnus Witcleff, quem inter sanctos colit in materia de sacramento eucharistiæ iam pro parte apparatus ecclesiæ soluit Hieronymum, quòd non damnat, nec reprænendit ornatum prætiosum ecclesiæ, sed si intãtũ præferatur, ut pastus pauperum negligatur. Sic hic increpat ista tanquam fieri, & cum hoc de ministris christi nulla esset electio, alioquin non laudasset Christus uiduam pauperem, quæ ad ornatum templi, Christo prełente, misit totam substantiã. Laudauit autem, & admisit, ubi liquet, quòd diues tẽplum à deuota paupere ornatus sui incremẽtũ non damnatur accipere. Nec Hieronymus reprobaret in ecclesia opulenta. Nam si ista non approbet, cur tanto plausu laudauit eundẽ pro ornatu, quẽ curauit ecclesiæ in epitaphio? HIE- *Hie. To. 1.* RON. Nepotianus † noster aurum calcans, scedulas consectatur, sed sicut sui in carne contemptor est, & paupertate incedit ornatior: ita totũ ecclesiæ inuestigat ornatum. Et infrã. Erat enim sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa, si ianitor creber in porta, uela semper in ostiis, si sacrarium mundum, si uasa lucentia, & in omnes ceremonias pia sollicitudo disposita, non minus, non maius officium negligebat. Vbicunque eum quæreres, in ecclesia inuenires. Nobilem uirum Quintum Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanæ scriptor historiæ est: sed magis ex pictura q̃ literis nomen inuenit. Et Beselehel nostrũ plenum sapientia & spiritu Dei scriptura testatur. Hyram quoque filium mulieris Tyriæ, quòd al- *Exod. 31.* ter tabernaculi, alter templi suppellectilem fa- *3. Reg. 7.* bricatus fit. Quomodo enim lætæ segetes, & uberes agri interdum spicis, aristisque luxuriant, ita præclara ingenia & mens plena uirtutibus in uariarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos Philosophus ille laudatur, qui omne, quo uteretur, usque ad pallium, & anulũ manu sua factum gloriatus est. Hoc idem possũmus, & de isto dicere, qui basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis, uitiumque pampinis adumbrarit, ut quicquid placebat in ecclesia, tam disputatione, q̃ usu laborem presbyteri testaretur, & studium. Hæc ille. AVCTOR. Et bene sicut iam dixit Hieronymus, sacerdoti sic con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenitornare Dei templum,ut hoc cultu Dei au A
la tota resplendeat. Qualiter istis sanctis respon
deat fulginosus & teter hæreticus,quitantòpe
re cauet à basilicarum splendoribus : nusquàm
cauet,aut cautelam inducit, ut cum sancto Ne
potiano presbytero pauimenta tergantur, ni
teat altare, sacrarium mundum sit, & uasa lu
ceant. Sed quicquid obscurum,& horridum es
set,hoc obstruso placet hæretico: quicquid orna
tum aut decorum in basilica, quia prę honestā
tis opinione damnari non posset, peruersi iudi
cij dedecore fœdaretur. Nam & Iudæus bene in
terpretaretur donata ad ornatum ecclesiæ. Si
cut ipse lib. 2. de dubiorum cap. 15. Rabbi Moy
ses. Positum est candelabrum aut pp honorem
& gloriam domus Dei. Et candela cõtinuè, quæ
sit distincta cum cortina, significat diuitias in 1
corde hominis. Et iam scis tu qualiter corrobo
rat lex fidem diuitiarum templi,& timoris eius, 2
ut informet hominem, pietate, mansuetudine, B
& humilitate. Hæc ille. AVCTOR. Erubescat
Christianus, qui hoc nescit, & saltem à Iudæo
discat, quòd informat hominem pietate, mãsue
tudine,& humilitate, conferre ornatus cõgruos
ad domum domini. Nec hoc puto esset plebisci
tum difficile, si ad illecebras conuerteretur, 4
quod cedit in Deum. Faciliter dederunt inaures
filiarum & uxorum suarum ad cultum idoli, 5
quas maiori difficultate tradidissent ad cultum
domini. Prout notat cõne. 141. super Exodum
AVGVST. Quodꝺiubet Aaron inaures demi 6
ex auribus uxorum, atque filiarum, unde illis fa
ceret Deos, non absurdè intelligitur difficilia ꝓ
cipere uoluisse, ut hoc modo illos ab illa inten
tione reuocaret. Factum tamen est illud ipsum
difficile, ut esset aurum ad faciendum idolum:
quod propter eos notandum putaui, qui contri
stantur, si quid tale propter uitam ęternam diui
nitus fieri, uel æquo animo tolerari iubeatur.
Hæc ille. AVCTOR. Exprimimur tristitiam
istam in carnalibus Christianis, quibus non
parum nocet ad ecclesiæ cõmodum con
ferre denarium: ad sustentandum
hæreticum Witcleuistã in
ecclesiæ discrimẽ: non
ualde tristantur
attenuare
subsidiã-
tiam.

Inaures spõte traditæ.

¶ De religiosorum domibus.

Titu. XIX.

¶ DE FABRICANDIS DOmibus religiosis & ecclesiasticis altis secundum moderamen, & de Apostolis, qualiter non omnino carebant eis Christus & Apostoli. Cap. CXLIX.

SVMMA.

Christus quomodo ad noui religionem sacramenti altam domum requisiuerit, & amplam. 1

Apostoli statim post ascensionem Christi, quomodo in superius & altum cœnaculum conuenerunt. 2

Cœnaculum quid sit. Et quomodo in eo apostoli ꝓmorabantur, Et elegerunt Mathiam, acceperunt Spiritumsanctum &c. 3

Paulus quomodo hospitium sibi præparari mandauerit, Et ꝙ fuerit celebre, & amplium, contra Witcleff. 4

Elias quomodo in cœnaculo habitauerit, quod est alta domus. 5

Leporius sacerdos sanctus quomodo monasterium religiosorum construxerit, basilicam, & Xenodochium. 6

POst basilicas, domos ecclesiarum deprauat. Non nimis adulteremur, inquit, cum basilicis, domibus, imaginibus & fenestris. De quibus item in trialogo cap. 29. dicit de Apostolis, ꝙ non habebant C
in domiciliis proprietatẽ domorũ : & omnino carebant altis domibus, & ad onus proximi sũptuosis. Hæc Witcleff. AVCT. Quod non habebant altas domos in proprietate Apostoli quis non diceret, cùm & dominus ẽt secundũ deitatẽ dũ in tabernaculis uersaretur, proprietate domus habitationis, uel altæ, uel humilis caruisse signauit, dicẽs ad Dauid: Neque.n. habitaui in domo ex die, qua eduxi filios Israel de terra Aegypti usque in diẽ hanc: sed ambulabã in tabernaculo, & in tentorio ꝓ cũcta loca, quæ trãsiui cũ oĩbus filiis Israel. 2. Regũ. 7. Sic in exordio legis nouæ per multorũ annorũ spatia expectatũ forsan erat, antequã conderentur in altas domos ecclesiæ: & adhuc multo plures antequã in proprietatẽ Apostolorũ domus ueniret, antagri.

agri. Non tamen tantum distabant a domibus al A
tis, quantum Deus in principio ueteris legis, ꝙ
dixit, se nec inhabitasse domum à die egressio
nis ex Aegypto tunc usque, Apostoli uerò sta
tim inhabitare cœperunt templum illud, unde
dictum est in fine Lucæ, quòd ipsi adorantes re *Beda*
gressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, *Act. 1.*
& erant semper in templo laudantes, & benedi
centes Deum. Vbi in commentario BEDA. A
scendente in cęlum domino, discipuli adorantes
in loco, ubi steterunt nouissimè pedes eius, con
festim Hierosolymam redeunt, quia ibi promis
sum patris, quod audiere per os domini, expe
ctare præcepti sunt. Sequitur. Manent semper in
templo laudantes, & benedicentes Deum, ut in
loco orationis, & laudis deuotiores, promissum
sancti spiritus aduentum, promptis per omnia
paratisque cordibus expectent. Et infrà ad finẽ.
Pulcherrimè Lucas, qui Euangelium suum à mi
nisterio templi per sacerdotium Zacharię cœ
pit, hoc in templi deuotione compleuit, cum a
postolos inibi ministros uidelicet noui sacerdo
tii futuros, non in uictimarum sanguine, sed in B
laude Dei, & benedictione concluſit. Hæc ille.
AVCTOR. Primò notetur, quòd occasione
quadam se notandum infert, quia ad sensum E
uangelistæ discipuli Christi iam Christo trãsla
to in cælos ibi adorare cœperunt, ubi nouissi
mè pedes domini steterunt. Ad quid ibi, si non
relicta esset ibi uirtus sacri uestigii? Quò bene
peregrè eunt Christiani fideles, ut ibi præcipuè
Christum adorent, ubi præcipuè Apostoli ado
rabant, & manebant, inquit, semper in templo,
ut in loco orationis, & laudis deuotiores spiri
tus sancti promissum aduentum cordibus para
tis expetent. Non bene ergo sapuit Witcleff de
uotionem Apostolorum, quando dicit orationẽ
fidelis Christi uiri liberius petituram esse cælos
sub dio: & hic dicit Beda, ꝙ manebant ideo A
postoli semper in templo, ut deuotiores in loco C
orationis & laudis sancti spiritus expectarent ad
uentum. Deuotiores ergo apostoli expectant in
templo, quàm expectassent sub dio. Sed altas do
mos inquit, non habebant apostoli, qualiter
nunc habeat religiosi. Et puto eum supposuisse
domos basilicis, ut tam domos ecclesiæ daret in
telligi pro ecclesiasticis officiis factas, quàm i
tem curias sacerdotum, & refectoria, capitula,
dormitoria, claustra, & infirmitoria, uel ho
spitia pauperum. Quas domos de altitudine cul
pat, & sumptu, tractatu de præuaricatione man
dati. ca. 5. dimittendo dispensationem cũ Chri
sto mœchantur turpissimè cum diabolo in basi
licis, domibus, atque claustris, quas plùs diligũt,
quàm iustitiam legis Dei, & sic sunt idololatræ.
Hæc Witcleff. AVCTOR. Posset eum iuua-

re, quod infert in apologetico suo ad abbatem
Cluniacensem BERN. O mitto, inquit, orato- *Bernardus*
riorum immensas altitudines, immoderatas lõ
gitudines, superuacuas latitudines, sumptuosas
depolitiones, curiosas depictiones, quę dum in
se orantium retorquent aspectum, impediunt &
affectum: & mihi quodammodo representant
antiquum ritum Iudæorum. Sed esto fiant hæc
ad honorem Dei. AVCT. Nesciunt, qui ex hoc
loco occasionem detrahendi domibus sanctis ac
cipiunt, uim apologetici sermonis, quem accu
sationem dixit Hieronymus, quibusdam accu
santibus facere. Hic ergo accusantium sermo est
qui tamen quia immoderationem ædificiorum
incusat, sustinendus est, sed statim ibi saltem ex
parte ecclesiarum episcopalium eum attenuat
consequenter BERN. Et quidem alia causa est
episcoporum, alia monachorum. Scimus nan
que, quòd illi sapientibus, & insipientibus debi
tores cùm sint, carnales populi deuotionẽ quia
spiritualibus non possunt, carnalibus excitant
ornamentis. Nos uero, qui iam de populo exiui
mus, qui mundi quæque pretiosa atque speciosa
pro Christo relinquimus, qui omnia pulchre lu
centia, suaue olentia, dulce sapientia, tactu pla
centia, cuncta denique oblectamenta corporea
arbitrati sumus ut stercora, ut Christum lucrifa *Philip. 3.*
ciamus; quorum quæso deuotionem in his excitare intendimus? Quem inquam ex his fructum
requirimus, stultorum admirationem, an simpli
cium oblationem? AVCT. Huic adhuc accusationi multiplicatę subnectit temperarium uer
bum BERNAR. Denique quid hæc ad paupe
res, ad monachos, ad uiros spirituales, nisi fortè
& hic aduersus memoratum iam Poetę uersicu
lum propheticus ille respondeatur: Domine di
lexi decorem domus tuę, & locum habitationis *Psal. 25.*
glorię tuę. Assentio, patiamur & hęc fieri in ec
clesia, quia & si noxia sunt uanis & auaris, non
tamen simplicibus & deuotis. Hæc ille. Av- C
CTOR. In hoc uerbo cessauit tempestas contra
religiosorum ecclesias splendidas, politas, & pi
ctas. Assentio, inquit Bernardus, ꝙ hęc fiant in
ecclesia, quæ quantumcunque moderatè re
splendeant ut decet ad decorem domus domi
ni, & locum habitationis gloriæ eius, noxia ta
men sunt uanis, & auarissimis Witcleuistis, nũ
quam uero simplicibus, & deuotis. Nam quo
pacto inter figuram ueterem, quę erat imago
ecclesię omni splendore artificio sumptuosis
simo circunsepta, & rem ultimo designatam ec
clesiæ, quę nitet tot lapidibus, & operibus pre
tiosis, in Apocalypsi Ioannis, ecclesia christia
na concurrit operta terra, & neglecta fuligine, *Apoc. 21.*
siue illa religiosorum sit, siue secularium, quę
quoruncunque sit, domus Dei est, & nulli pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fo.2. Matth.2. pria,nisi Deo:ex quo Christus ait, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis:domus mea,domus orationis uocabitur. Quia dicit Witeleff Apostolos proprietatem domorũ non habere, & omnino carebãt altis domibus, ut ueniamus tandem ad alias domos claustraliũ qui & ipsi cum Apostolis proprietatem renuntiarunt in domibus. Quòd † si altas accusas, aut amplas:Christus ad noui religionem sacramenti altam domum requisiuit,& amplam. Ipse, in quiens,demonstrabit cœnaculum grande stratum,illic parate nobis. Marci. 13. Cœnaculum hoc,refectorium religiosorũ supplet,ubi & refectionẽ suã Christus instituit. Vbi inquit,est refectio mea,ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et iterum dixit. Diuersorium,& hoc cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Luc. 23.& hæc domus erat alta. Nam de hoc loco Luc.libro. IO. AMBROSIVS. Quomodo in superioribus habens stratum ut magnum meritum eius aduertas,in quo dominus cum discipulis sublimium eius uirtutum'delectatione quiesceret. Hæc ille. AVCTOR. In superioribus ergo domus ista locata describitur, quæ erat Christo,& discipulis refectorium institutum, & altitudinẽ sanctitatis designabat in hospite: sic † itẽ statim post ascensionem Christi ad superius & altum cœnaculum conuenerunt Apostoli: sicut scribitur. Cùm introissent cenaculum, ascendebant ubi manebant Petrus, & Ioannes, & Iacobus. Actuum. I. BEDA. Locum in superiori designat, quem iam è terrena conuersatione sublati,ad superiora scientiæ,uirtutisque cõscenderant Petrus,& filij Alphæi. Hæc ille. AVCTOR. Fastigium ergo domus petunt Apostoli,qui fastigium culminis fundare ceperunt ecclesiæ. Augustinus frequenter bene dicit, ꝙ fundamenta sua in supremis locauit ecclesia ubi initio fidei habitare ceperunt Apostoli, ꝙ quotiẽs cœnaculum occurrit,aduerte. Vnde in expositione dicti loci Actuum RABAN. Et cùm introissent in ciuitatem, sic iunge, in cenaculum ascenderunt. In excelsam itaque domum ascenderunt,quasi obuiam spiritui sancto: Cenaculũ illud perfectionis typus est in Hierusalem i. Dei ecclesia uiuentis. Cœnaculum † autem tertium dicitur tectum in figuram charitatis fidei super ædificatæ,& spei. Hæc ille. AVCTOR. Exposuit quid sit cœnaculum ad literam ipsam grammaticè,excelsa domus,inquit, & tertium tectũ à fundo Exposuit item allegoricè figuram esse charitatis, quæ supereminet cæteris, tertia distans à fide. Et in hanc domum ascenderunt apostoli,quasi obuiam spiritui sancto:ubi manebãt cum cœtu ecclesiæ ab ascensionis die usq; in diẽ Pentecostes.o Parcerem modo Witcleff, si fides non cogeret reuelare mendacem. Quid dicit modo, qualiter sustinebit, quòd dicit, quòd Apostoli omnino carebant altis domibus? iam altas domos pro hospitis retinebant, inhabitabãt, conducebant:qualiter omnino eis carebant? sicut non omnino domo caret, qui domo immanet, quam conduxit,ita nec alta domo omnino caret,qui in alta domo iugiter commoratur. Ecce in cœnaculum, altam domum ad tertiũ tectũ habitandum ascenderunt apostoli. In hac alta domo electionem fecerunt duodecimi apostoli loco Iudæ,dicente textu, quòd in eisdem diebus exurgens Petrus in medio fratrum, electionem proposuit. Et ibi RABAN. In diebus illis,in quibus manebant Apostoli in cœnaculo Sion. Hæc ille. AVCTOR. In eodem quoque cœnaculo in die Pentecostes sancti spiritus susceperunt aduẽtum. Ibi Rabanus. In eodem loco: coniungitur ad illud,quod prædixerat,in cœnaculum ascenderunt. Hæc ille. AVCTOR. Et in hunc locum BEDA. Hoc est in cœnaculo,quò superius ascendisse narrantur. Quicunq; enim spiritusancto adimpleri desiderant,carnis domicilium necesse est mentis contemplatione transcendant. Hæc ille. AVCTOR. In alta ergo domo apostoli morabantur,elegerunt Mathiam,sancti spiritus acceperunt aduentum in alto cœnaculo Petrus eiectis aliis suscitauit Thabitam. Actuum 9. In altissimis domus Simonis coriarij ad horam orationis nonam Petrus ascendit orare, & uidit reconciliationem gentilium per linteum cœlitus transmissum. Actuum. 10. In alto cœnaculo protraxit Paulus sermonem coram multitudine usque ad mediam noctem. Actuum. 20. Qualiter igitur audet dicere, ꝙ altis domibus omnino carebant apostoli? Narret mihi totiens in scripturibus post ascensionem eos in imis domibus conuersari. Attamen planitiem domus sicubi requirebant, sicut putari potest Colossis fecisse Paulum,dicens in epistola ad Philemonem. Simul autem & præpara mihi hospitium. Quem locum pertractans in commentario super epistolam ad Philemonem HIERO. Non † puto, inquit,tam diuitem fuisse apostolum, & tantis sarcinis occupatum,ut præparato egeret hospitio,ut non una contentus cellula breui, corporis sui spatium,ad ædes amplissimas æstimaret. Sequitur. Si autem hoc non dispensatoriè, sed uere quis interpretetur,imperatum, ut sibi hospitium præpararet apostolo magis,quàm Paulo esset hospitium præparandum. Venturus.n. ad nouam ciuitatem,prædicaturus crucifixum, & inaudita dogmata delaturus,sciebat ad se plurimos concursuros: & necesse erat primum, ut domus in celebri esset urbis loco, ad quem facilè conueniretur: deinde ut ab omni importunitate

Beda

Cœnaculũ.

Rabanus

Act.1 Rabanus.

Beda

Hier. ad Philem.

eate uacua:aut ampla,quæ plurimos caperet audientium, ne proxima spectaculorum locis, ne turpi uicino detestabilis,postremò ut in plano potiùs esset sita, quàm in cœnaculo, quam ob causam cum existimo etiam Romæ in conducto mansisse bienniò,nec parua,ut reor,erat mãsio,ad quam Iudæorum turbæ quotidiè confluebant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ab exordio Christus in altis domibus permansit, & ampliùs. Non item altis domibus carebant apostoli. Non item Petrus alta domo carebat. Paulus insuper altas habuit, & amplas sibi præparare mandauit: longè quoque dissimiles Witcleuistarum domiciliis in celebri ciuitatis loco, nec spectaculis proximo,nec detestandas turpi uicino: qualiter Lollardi sibi procurare solent in uicorum confinio tuguria desolata. Nunquam sic Christus,ubi ad prædicandum accesit. Nunquam apostoli. Non parua (inquit) erat mansio, ad quam Iudæorum turbæ quotidiè confluebãt. Si contractiori lingua dicere incipiat: sed apostoli hæc fecerunt ut apostoli: sed alia causa est uiri religiosi, cui quantulacunque cella sufficeret,non alta cœnacula pro pausando corpore petterentur. Qualiter moderni sibi dormitoria fabricarunt:sufficit mihi,quòd ab apostolis fauorem perdidit,quem sperabat. Quantum ad religiosorum causam: Ad † patriarcham nostrum eum ducam Eliam,qui apud matrem quandam familias mansit in cœnaculo: dicente scriptura, quòd tulit filium eius de sinu matris, & portauit eum in cœnaculum,ubi ipse manebat,& posuit super lectum suum. Et sequitur infrà. Tulitque Elias puerum,& deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri. Tertii Regum. 17. Et item discipulus eius Elisæus apud fœminam Sunamitidem cœnaculum pro eo factum accepit,dixit enim ad uirum suũ. Animaduerto, quòd uir Dei sanctus est, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum:& ponamus ei in loco lectulum,& mensam,& sellam,& candelabrum,ut cũ uenerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædam,& ueniens,diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. 4. Regum. 4. Sic ergo hi sancti altas domos inhabitabant:in quibus assiduè dormiebant: siquidem alta domus est cœnaculum, ut dictum est,usque ad tertium tectum. Et item scriptura dicit,quòd mulier ascendit ad collocãdum puerum mortuum super lectum hominis Dei. Ecce si religiosos mines ab apostolis, qui tamen omnibus omnia facti sunt,ab antecessoribus suis minare ullo iure non poteris. Dicat quod uelit,blasphemet ut uelit, ecclesias fabricare, monasteria construere, domos congruas ecclesiis & monasterialibus rebus perficere,aut altas moderatè,uel amplas, secundùm quòd res expetunt, aut populorum concursus, semper fuit Christo domino placitum, apostolis, & uiris apostolicis consonum,& pietate præditis cõmendandum. O sanctum sacerdotem Leporiũ, qui ob has pias fabricas excidere memoria non potuit. Vnde in sermone de ministris ecclesiæ, qui est. 34. quartæ partis AVGVSTINVS. Vestrum, inquit,plurimi sancti sunt. Presbyterum Leporium quãuis seculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natũ,tamẽ iam Deo seruientem,cunctis,quæ habebat,relictis, in opem suscepi. Non quia nihil habuit:sed quia iam fecerat,quod lectio ista suadet. Hic non fecit,sed nos scimus & ubi fecit. Vnitas Christi est,ecclesia una est: ubicunque fecit opus bonum, pertinet etiam ad nos, si congaudemus. Hortus est unus ubi nostis: ibi monasterium suis constituit, quia & ipsi Deo seruiunt. Ille hortus ad ecclesiam non pertinet,nec ad ipsum. Ad quem igitur dixerit aliquis? Ad illud,quod ibi est monasterium. Et infrà. Habebat xenodochium ædificandum,quod modò uidetis ædificatum. Ego illi iniunxi,ego iussi: obtemperauit mihi libentissimè,& sicut uidetis, operatus est. Quomodo meo iussu etiam basilicam ad octo martyres fabricauit de his, quæ per uos donata. Cœpit enim de pecunia, quæ data erat ecclesiæ propter xenodochium. Et cùm cœpisset ędificare, ut sunt religiosi desiderantes opera sua in cœlo scribi, adiuuerunt prout quisque ualuit, & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo quid factum sit,uidet. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † sanctus sacerdos Leporius monasterium religiosorum construxit, basilicam fecerat, & Xenodochium: quod est hospitum pauperum. Ad iussum Augustini opera magna fecit, tanque sumptuosa, ut cum esset ex claris mundo natalibus,his actis eum susceperit in opẽ Augustinus, qui tamen & ex aliorũ impensis quod defuit, facta fabricauit. Quid damnabit Witeleff in sancto, an fabricam,an animi pietatem? Quia culpat domos fatrum altas, & ad onus proximi sumptuosas? Ecce non exposuit hoc Augustinus sancto Leporio,quia nec in conducto amplissimæ mansionis ad onus fidelium qui soluerent pro conducto hoc displicuit sancto Paulo.

Augustin.

Xenodochium.

¶ DE ORNATV SACRARVM imaginum in ecclesiis, & de earum uiolatoribus. Capitul. CL.

SVMMA.

Hæresis de uiolandis imaginibus,unde cœperit formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam uiolentiæ.

2 *Leo imperator imagines destruit, & earum uenerationem interdicit. Et de multiplicibus earum uiolatoribus.*

3 *Imaginum sanctarum uenerationem Papa Gregorius 88. Synodo Romæ congregata, confirmat, et earum uiolatores anathematizat. Et idem facit Stephanus Papa. 92. Et alij.*

4 *Iconoclastæ, qui imagini fragi dicuntur, hæretici, in septima generali synodo in Nicæna facta, dānantur.*

5 *Imagines quòd ab antiquo fuerint in ecclesia admissæ, ostenditur.*

6 *Imaginem suam mittit dominus Abgaro regi.*

7 *Enos, qui uir interpretatur, uel homo, quomodo fuit primus, qui Deum inuocaret, & eius imaginem coleret.*

MOdo de imaginibus, quæ hunc inter blasphemias Witcleff contraornatus ecclesiæ Christi locum suscipiunt, cũ ait frequenter superiùs, ne nimis adulteraremur cum basilicis, domibus, imaginibus, & fenestris, Aspiciat qui vult, & non reperiet eũ contra conditiones imaginum, uel earum cultũ ecclesiasticum multa locutum. Fauet enim eis propter habitudinalem suam eucharistiam, quã imaginariam ueneratur. Sed hac de causa quinto loco sui discipuli criminantur eum uecordiæ, quia non est eas ausus expressè damnare. Ideo ipsi contra imagines sacras prædicare, & tractatus facere, & uiolentias publicas inferre non cessant. Sed parco sanctorum iniuriæ: & ut expediti perferamur in opus hoc, adduco de Witcleff, quod contra personas ecclesiasticas pro cõstructione imaginum in ecclesiis immoderantiam criminatur de sermone domini in monte capit. 17. Oportet, inquiens, ꝙ ista, quæ ultra modum solitum crescunt in nostris temporibus, habeãt terminum suæ destructionis. Vocati quidem antonomaticè ecclesiastici etiam mẽdicantes nũc supra modum ædificant, & constituunt sibi imagines. Hæc Witeleff. AVCTOR. Si imagines non fuerint ante nos constitutæ, uolo nos arguat tanquam primos: si autem ante nos constituerunt eas fideles, cum eos uicerit, secundo loco ad nos descendat. Discipuli eius scripserunt, ꝙ Marcellinus Papa primus iussit adorari imagines, quam fabulam donec ipsi probauerint, conticescant. Nos autem unde hæc hæresis cepit formam uiolentię reperimus Iudæos, & refugas Christianos. Refert enim in historia sub anno domini. 730. SIGISBERTVS. Iudæus quidam maleficus promittens Gizid Saracenorum regi eum. 40. annis principaturum, suadet ut toto regno suo Dei, sanctorumque imagines deponi edicat: qui spe diu regnandi seductus, edictum quidem proponit, ipse tamen mox obiit. Hæc ille. AVCTOR. Venite modò Witcleuiste huic patriarchæ uesaniæ uestræ ueneranter occurite, suscipite Iudęum, adorate maleficum: aut eum, cuius in depositione sacrarum imaginum obsecundatis imperio, principem Saracenum. Iussit Paulus, ꝙ si angelus de cęlo euangelizaret uobis præter quod accepistis, anathema esset. Non angelus de cœlo, non Apostolus iussit uiolari imagines, quas iam antea accepistis honorari: sed Gizid, & Iudæus ab inferis. Videte ergo quàm horridum & multiplex incuritis anathema pro factis. Adhuc sub anno domini proximo quidam Beser refuga hoc modo Cæsarẽ potuit supplantare Leonem. SIGISBER. Leo Imperator à quodam Beser refuga fidei seductus, contra imagines Christi, & sanctorum eius bellum indicit, easq; ubique deponi, & incendi edicit. Pro quo errore cũ Gregorius Papa scriptis multùm quidem, sed in uanum redarguit. Hęc ille. AVCTOR. De hoc Leone in libro chronicorũ sic scribit uenerabilis IVO CARNOTENSIS. Leo anno incarnationis. 703. Romano potitus imperio imperauit annis. 23. Porrò imperij sui anno. 8. omnes imagines destrui præcepit, maximo enim odio eas abominabatur, & omnes uirtutiferas reliquias sanctorum. Sed ei Germanus fortiter resistebat Constantinopoleos episcopus, nolens acquiescere detestabili cacodoxię ipsius. Sed exhibebat se *memorem antiquorum patrum, non solùm sanctis imaginibus, uerùm etiam uirtutiferis sanctorum reliquiis pium uenerationis affectum. Et infrà. Porrò Leo Augustus multos, qui sacras imagines uenerabantur, diuersis pœnis, & uerberibus amarissimis macerabat, & beato Germano multas ingerebat iniurias, eo quod nollet ei acquiescere. Quibus tandem sanctus Patriarcha fatigatus, abrenuntiauit sedi suæ. Deinde secessit procul ab urbe in parentalem domum, ubi etiam quieuit in Christo. Hæc ille. AVCTOR. Quod autem refert iste peritus uir in scripturis inter gesta temporum, ꝙ Leo iste Augustus multos macerabat uerberibus, qui uenerabantur imagines: probat non tantùm errasse eum cum suis de uiolatione imaginum, sed & ꝙ nec uenerari eas permisit. Scribit hoc idem firmis apicibus sub auctoritate Sigisberti Vincentius in speculo historiali. Quid mirum post Christianum regem, si Turcorum tyrannus uenerandas erudescebat in imagines, prout idem prosequitur IVO CARNOTENSIS. Eodem inquit tempore mortuus est Abubalas princeps Manthophilorum turcorũ & successit ei Abdelas, qui multa mala ostendit sub imperio suo positis orthodoxis: sanctas sanctorum

Gal. 1.

Leo imagines destruit.

**sequens morem.*

Sigisberti.

Vincentius.

ctorum reliquias ubicunque inuenire poterat, effodiens, & sicut rem inutilem spargens: ecclesias denique sanctas depopulans, armamentum & commune sterquilinium esse præcepit. Sequitur. Et eodem anno Niceta falsi nominis patriarcha, iconas ex metallo factas, quæ in patriarchatu suo erant, erasit, & imagines deposuit. Per illud quoque tempus Lipsanus Thracensium pastor, sicubi in tota subdita sibi prouincia aliquid sanctarum comperit reliquiarum, igni combussit. Venundedit etiam omnes sanctos libros, & omnia sacra uasa, & eorum pretia imperatori transmisit. Multos denique monachorum interfecit, & quorundam orthodoxorum oculos eruit quorundam barbas oleo & cera perungens, ad ostentationem succendit: quosdam autem exilio relegauit: quod cum imperator didicisset, scripsit ei taliter gratias agens. Inueni te uirum secundùm cor meum. Hæc ille. AVC. Ecce Iudæi Beseritæ quoque refugi, & reges hæretici cum turcis, & paganis in persecutione communicãt. Successit autem prædicto Leoni Augusto clades magna, quam ipsi intulerant fideles, qui impietatem eius ferre non poterant, uelut sub anno domini. 727. Sigisbertus. Constantinopolitani contra Leonem imperatorum pro depositione imaginum Dei tumultuantur, aliqui etiã pro hoc martyrizantur. Hæc ille. AVC. Iuuit sanctum affectum plebis Gregorius tandem præsul Romanus sub anno domini. 731. Sigisbertus. Gregorius 86. Romanæ ecclesiæ præsidet, qui & ipse Leonem imperatorem erroris redarguit, & populum Romanum, & uectigalia Hesperię ab eo auertit. Et infrà. Gregorius Papa synodum 93. episcoporum Romæ congregat, & uenerationem sanctarum imaginum confirmat, earumque uiolatores generali sententia anathemytizat. Hæc ille. AVC. Demum succedit Leoni prædicto filius eius Constantinus tam hæres regno, quàm hæretico morbo paterno, concilium sanctum uolens subneruare concilio. Vnde ibidem sub anno domini. 855. Sigisbertus. Constantinus Imperator, filius Leonis, Constatinopoli synodum 330. Episcoporum congregat, in quo edicto promulgato de imaginibus Dei & sanctorum eius deponendis ecclesiam Dei nimis scandalizat, & contra orthodoxos tyrannizat. Hæc ille. AVCTOR. Occurrit item catulo Leonis uicarius Christi sub anno domini 768. Sigisbertus. Stephanus 92. Romanæ Ecclesiæ præsidet: uenerationem itẽ sanctarum imaginum confirmat earum propha natores anathematizat. Hæc ille. AVCTOR. Surgit statim dæmonis instinctu minister prioris malitiæ, non permittens fidem Christi sine grandi triumphare certamine sub anno 770. SIGISBER. Constantinus imperator omnino à Deo auersus, uirum sanctum Stephanum per quadraginta annos inclusum etiã Gentilibus reuerendum, amara morte martyrizauit: omnes subiectos sibi iurare coegit super sanctæ crucis lignum, ne aliquam Dei, sanctorumq; eius uenerarentur imaginem, eosq;, qui Dei genitricem inuocabant, eos, qui uigilias Deo agebant, eos, qui in ecclesiis assueti religio sè uiuebant, eos, qui à iuramentis, & immundi tijs abstinebant, eos, qui reliquias sanctorum penes se habebant, hos, & huiusmodi damnans, patrimoniis priuabat, & omnibus modis cruciabat: qui reuerentiores erant eorum barbis cera, & pice illitis, eos comburebat: monachos ut uxores ducerent: monachas ut uiris nuberent cogebat: quod multi uitantes, martyrium meruerunt. Nec sub alicuius Gentilis persecutione plures, quàm sub hoc martyrizati sunt. Hæc ille. AVCTOR. Huc appropient Witcleuistæ, si quærant suæ partis pinguem tyrannum: hic cũ Witcleuistis penè commilitat in cunctis.

Lutherani istorum asseclæ.

Cùm dissuaderet factas imagines, cum eis interdicit præces ad Dei matrem fieri, uel sanctos cœlestes. Cum eis contaminat sacras uirginis, religiones prophanat, immunditias prædicat, sacras uigilias temerat, & fortissimos Christi milites proscriptione bonorum, opprobriis insuper, & pœnis saturare non destitit, Hęc omnia iam sancta Bohemorum sub diris Witcleuistis experitur ecclesia: sed Christus, qui ecclesiã suam non deserit, sed est cum ea cunctis diebus usque ad consummationem sæculi, tantò forsan tempore, quantum diximus, subtraxit suam auxiliatricem præsentiam dum tentarentur electi. Accesit autem, tentatione petente finem, iubens ut accederent & angeli, qui ministrant ei, Adrianus scilicet Romanus Papa, & Pipinus rex ibidem sub anno domini. 772. SIGISBERTVS. In præsentia Pipini regis inter Græcos & Romanos celebratur synodus de sancta Trinitate, & sanctorum imaginibus. Item ibidem Adrianus. 93. Romanæ ecclesiæ præsidet. Hic ad comprimendam rabiem hęreticorum imagines Dei sanctorumque execrantium, nimis laborauit. Et libro aduersus eos edito, multis scripturarum adductionibus roborato, errores eorum infirmauit, fidemque rectam solidauit. Hæc ille. AVCTOR. Nec diu post accesserunt adhuc plures Adriano prædicto ad conuocandum concilium Nicænum secundum, scilicet Tarasius patriarcha, Hirenes imperator, & eius filius Constantinus ibidem sub anno domini millesimo. 288. SIGISBERTVS. Instantia Tarasij patriarchæ Constantinopolitani, & Adriani Papæ secundo apud Niceam uniuersa-

Matth. 20.

lis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis synodus. 350. episcoporum congregatur, in qua fides catholica in præsentia Hirenes, & filii eius Cõstantini, eunctorum subscriptione roboratur: & hæresis execrantium imagines Dei in perpetuum abdicatur. Hæc ille. AVCTOR. Circa † hæc tempora erat, ut fertur, septima facta synodus, qua condemnati dicuntur execratores imaginum sub nomine iconoclastarum, latinè fractorum imaginum. De quæ re scribunt magistri mei temporis, Thomas, & Ioannes sacri ordinis fratrum prædicatorũ, de quodam li. ex dogmatibus orthodoxæ fidei capitulo. Iconoclastes LIB. DE DOGMATIBVS. Hi imaginem domini nostri Iesu Christi & inuiolatæ dominæ nostræ Dei genitricis, & omnium sanctorum imagines, idola uocantes, eas fregerũt: ideò Iconoclastæ. i. imaginifragi dicebantur. Hos, & eorum principes, siue auctores, commendatores, & cooperatores septima Synodus generalis facta in Nicæna sub secundo Cõstantio, & Pascasio pijs regibus, & Adriano Papa, & * Tarasio patriarcha Cõstantinopolitano trecentis & triginta patribus præfecto damnauit. Hæc ille. AVCTOR. Aspiciãt Witcleuistæ ab hoc loco sursum uersus auctores suæ perfidiæ non prius Christi intrasse ecclesiam, ut atrociter contra Christi, & sanctorum laborarent imagines, quã septingentesimum annum suum Christi contigisset ecclesia, & penè sexaginta quatuor annis superant. Si ubi reliquis annis latebant, cur toto tempore sancto ante dotem non fregerunt imagines? Cur sancti patres antiquitus sanctorum triumphos pingebant in ecclesijs, & insculpebant imagines? Vnde † Gregorius magnus, qui plus centum annis hanc hæresim antecessit, libro decimo registri ad Serenum Massilienſis ecclesiæ Pontificem ita scribit. GREGORIVS. Quia in locis uenerabilibus sanctorum depingi historias, non sine ratione uetustas admisit, si zelum discretione condiuisses, sine dubio & ea, quæ intendebas, salubriter obtinere, & collectũ regem non dispergere, sed potiùs dispersum poteras congregare. Et infrà. Si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factæ sunt, habere uultis in ecclesia, eas modis omnibus & fieri, & haberi permitto. Atque iudica, quòd nõ tibi ipsa uisio historiæ, quæ pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quæ picturis fuerit incompetenter exhibita. Hæc ille. AVCTOR. Hæc posteriora uerba iussu Papæ, Põtifex ille populo intimaret, confirmatque, quòd ipsa uetustas Christiana non sine ratione in ecclesiis permisit, & admisit imagines: & ideò si ad hanc instructionem, ad quam antiquitus imagines factæ sunt, plebes habere uellent, modis omnibus probarentur. Quòd autem Gregorius uetustatem assignat, sed tempus antiquitatis non limitat, planum est, quòd omnem memoriam antecessit. Nam & Iulianus apostata, qui pluribus annorum centenis eum ætate præcessit: certum est in Cæsare à Christi deposuisse imaginem, ut suam ibi collocaret. Vt libro sexto cap. 41. historię tripartitę illud, quod CASSIODORVS. Sub auctoritate Sozomeni sub Iuliano prouenit, narrare nõ fileo. Fuit enim signũ uirtutis Christi, & indicium contra principem iracundię Dei. Cùm enim agnouisset in Cęsarea Philippi ciuitate Phœnicię, quam Paueam uocabãt, insigne Christi esse simulacrum, quod mulier liberata à profluuio constituerat: eo de posito, ibi suam statuam collocauit, quę uiolento igne de cœlo cadente, circa suum pectus diuisa est, & caput cum ceruice una parte deiectum, atque in terram defixum. Reliqua uero pars hactenus restitit, & fulminis indicium reseruauit: statuam uerò Christi tunc quidem Pagani trahentes fregerunt, posteà uero Christiani colligentes, in ecclesia recõderunt, quo loco hactenus reseruatur. Hæc ille. AVCTOR. Mulier ista Syrophœnissa erat, quã Christus in Euangelio de fluxi sanguinis solidauit, ut refert antiquus pater Eusebius in ecclesiastica historia. De quo item simulacro, libro. 7. cap. dicit EVSEBIVS. Hanc statuam ad similitudinem uultus Iesu formatam tradebant, quę permansit ad nostra usque tempora, sicut oculis nostris aspexi mus, & nihil mirum, si hi, qui ex gentibus crediderant, pro beneficiis, quę ex Saluatore fuerant consecuti, huiusmodi uelut munus uidebantur offerre: cùm uideamus etiam nunc, & Apostolorum Petri, & Pauli & ipsius Saluatoris imagines designari, tabulisquè depingi, sed antiquas à quibusdam conseruatas nos uidemus. Hęc ille. AVCTOR. Notate, quòd tam antiquus pater dicat ab antiquioribus imagines conseruari, & nouas tunc depingi, ergo uerũ dicit Gregorius de antiquitate imaginum, quia non sine ratione eas sancta uetustas instituit, quas item Christiana sanctitas uenerari etiam illa uetustate non distulit. Dum fragmenta sanctæ statuę colligens in diem iam tardum nostri Cassiodori in ecclesia dignius collocarat. Adeamus Christum tam ueteris, quàm nouę legis auctorem: cuius prohibitionem antiquam factum proprium certa ratione potuit dispensare. Nam cap. de imaginibus quarto sententiarum DAMASCENVS. Fertur † autem & quædam historia, quòd dominus Abagaro * Gelismorũ ciuitatis regi q pictorẽ miserat ut imaginẽ Domini similẽ figurare. Nequeunte pictore propter coruscantes à facię eius claritates: ipse uestimentum propriæ

faciei

faciei diuinæ, & uiuificæ superimponens, in uestimento illo sui ipsius imaginem astrinxisse, & ita * cupienti Abgaro misisse. Hæc ille. AVCTOR. Non debet censeri tanquam uilis historia, quam tam sedulò sanctus Ioannes libro suo ad posterorum memoriam, grandi, ut ipsi uidebatur, auctoritate dimisit: si tamen uilis cẽsebitur Witcleuistis incredulis, quid inde fidelibus, cùm apertè dicat Apostolus, Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum: sed inquinatæ sunt eorum mẽs, & conscientia. ad Tit. 1. Sint ergo ista ad tutelã & confirmationem fidelium. Immo & quibusdam eorum falsa calliditate deceptis, quos redẽptor noster prædestinationis suæ filios pia dispensationis clementia cùm uoluerit, reuocabit. Ad primùm † penè huius mundi si transcurramus initium, sanctus ille Enos filius Seth, quem Iosephus uirtuosum, & egregium patrem scribit: & per quem in carnem Adæ mundi redẽptor aduenit, ille, inquam, cultum imaginum in Dei honorem, & refricationem pigræ memoriæ, cum deuota uerborum inuocatione primus instituit. Ob quod in eius laude de ipso Enos scriptura sancta, non obstante patris sanctitate, pronuntiat, ꝙ ipse cępit inuocare nomen domini. Gene. 5. Et libro Hebraicarum quæstionum in Genesim. HIERON. Quomodo Adam homo intrepretatur, ita & Enos iuxta Hebrææ linguæ ueritatem, homo, uel uir dicitur: & pulchrè quia hoc uocabulum habuit de eo, quod scriptum est, Tunc initium fuit inuocandi nomen domini: licèt plærique Hebræorum aliud arbitrantur, ꝙ tunc primùm in nomine domini, & in similitudinem eius fabricata sint idola. Hæc ille. AVCTOR. Idola imagines arbitreris: nõ ꝙ errauit in cultu, prout tales sinistrè capientes uocabulum recitat Petrus comestor in hoc loco historiarum, dicentes, ꝙ excogitauit tales imagines, & errauit. Quem ideò errorem ipsorum ipse statim corrigit, subdens sensum hebraicum. PETRVS Comestor. Vel fortè ad excitãdum pigritiam memoriæ Dei effigiauit Deum ut modò in ecclesia sit. Hæc ille. AVCT. Hoc consonantius est peritis Hebræorum, & sanctis ecclesiasticorum scriptoribus: qui omnes uirtutem Enos, & fidem eius cum omni germine parentelæ, usque in finem laudant egregiã. Nam libro 1. IOSEPHVS. Seth cum fuisset uir egregius, in uita filios dereliquit. Illi autem omnes cùm boni fuissent orti in terra, sine uexatione uiuentes, fœlicissimè commorati sunt, nihil eis usque ad nitę terminum crudele peruenit. Hæc ille. AVCTOR. Quomodo nihil crudele si crudelis error idololatrię peruenisset? quales increpat eorum fuisse posteros, cùm uidissent si lias hominum monitis paternis relictis. Sed & beatus Augustinus inquiens, qualiter Enos sperauit primus inuocare nomen domini, dicit eum præfiguraſſe, & patrem esse omnium populorum credentium resurrectionem, libro 15. de ciuitate Dei, cap. 18. Et cap. 21. dicit tam sanctũ fuisse, ut uani nominis gloriam non quæsisset in terris. Et inde ò beatum uirum, cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in uanitates, & insanias falsas. Vnde primò meruit origo fuisse in forma religiosorum perfectorũ in statu naturæ, ut dictum est suprà libro tertio. Ideoque simpliciter consecutus intentionem Hebræorum, & Hieronymi, exponit hunc locũ Genesis in annotationibus eiusdẽ libri HVGO. Iste cœpit inuocare dominum: nouum cultum, uel nouas orationes inueniens ad inuocandum Deum specialiter, uel imagines ad Deum repræsentandum, & magis diligendum. Hæc ille.

¶QVOD SATIS DIFFERENTER Christiani colunt imagines à cultoribus idolorum. Capit. CLI.

SVMMA.

Solis imago, & currus ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus, & fictus.

Cornelius tacitus mendaciorum loquacissimus, quomodo improperauerit Iudæis Deum ipsorum caput asini factum.

Differentiam assignat Hieronymus inter antiquos Christianos, & idololatras.

Idolorum cultores in quo delinquunt. Et quomodo fideles non sic colant imagines.

Idolum, quid sit.

COllegerunt post istos consequenter Witcleuistæ fragmenta horum Gentilium, & hæreticorum præcessorum reliquias, ut hæresis imaginum sanctarum abolendarum non pereat. Vnde in libello de hæresi ad parlamentum porrecto regis Angliæ Ricardi, circa annum regni sui decimumoctauum. Peregrinationes aiunt orationes, & oblationes factæ cæcis crucibus, surdisque imaginibus de ligno, & lapide, sunt propriè consanguinei ad idololatriam. Hæc Witeleuistæ. AVCTOR. Totus error istorum sicut & præcedentium est, quòd prædicant non mœchandum, & ipsi mœchantur: abominantur idola, & ipsi eis sacrificium faciunt, sicut dicit Apostolus ad Roma. 2. Sicut enim prima mœchia hominis est in corde, & complementum eius in opere, ideò illam primam tantoperè prohibet Christus in

Euan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.5. Euangelio,dicens, Quicunque uiderit mulierẽ A ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo.Ita & idololatria primò obcæcatio, si in corde hominis,& complementum eius in opere ligni,uel lapidis,uel facultatis extrinsecæ. Vnde Apostolus dicturus de quibusdam,quòd mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis : præmisit,quòd euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Ad Romanos.1.Et Baruch.1. Abiuimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni operari Diis a 1 lienis.Sic Witcleff,sic & omnis uir hæreticus in sculpsit sibi in mente falsum conceptum contra sacras imagines: & hoc est idolum exterius,quia est principium eius, & causis. Cum .n.uir hæreticus corrumpendo sensum ecclesiæ stultũ sibi dogma mente consculpit, & alteri ipsum infundit,statim cùm placere auditori incęperit,idolum hæresis foras exit ; quemadmodũ B idololatræ tulerunt ad Aaron inaures suas, & egressus est uitulus.Exodi.cap.32.Quod uerbũ

Amb.To 3 lib.5.epistolarum ad Romulum eleganter tractans AMBROSIVS. Congruè inaures auferuntur mulieribus,ne iterum Eua uocem serpẽtis audiret:& ideò,quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus, conflata est imago sacrilegii,qui enim malè audit, conflare sacrilegium solet.Cur autem caput uituli exierit, sequentia docent,quia significabatur futurum,q̃

3.Reg.12. Hieroboam posteriore tempore hoc genus sacrilegii induceret,ut populus Hebræorum adoraret uitulos aureos, siue quòd omnia perfidia simul immanitatis, atque insipientiæ bestialis sit,cuius rei in dignitate percitus,fregit tabulas Moyses,& comminuit uituli caput, atq; in pulExo.32. uerem redegit,ut omnia impietatis aboleret uestigia.Hæc ille. AVCT. Ifti ergo,qui contra imagines sacras dogmatizant, & idola nuncupant,ipsi idola primi formant, quæ utiq; ignorant fideles.Sic cupiunt fidem blasphemare, & ideo imputant orthodoxis Paganorum concordiam secundùm illud Ezechielis, Pro eo, quòd dixerunt Moab,& Seir,ecce sicut omnes gẽtes domus Iuda.In quem textum commentario suo

Ezech.25. Hier.To 5 HIERON. Ridiculàm uerò in hoc loco Hebræi narrant fabulam:postquàm urbs aperta, & templum reseratum est,filii Amon,Moab,& Seir ingressi templum sunt,uideruntq; Cherubin protegentia propitiatorii,& dixerunt, Sicut cunctæ gentes colunt simulacra,ita & Iuda hominibus suæ religionis idola:& idcirco,inquiunt,iratus est dominus, & eos tradidit captiuitati.

Hæc ille.AVCT.Potuit hæc esse fabula Iudeorum,quæ reuera est historia Christianorũ : Moab, & Seir scilicet Witcleuistæ, & cæterę pestes hæreticotũ templũ reseratũ perforantes ecclesiæ,uidentes in eis Cherubin,& angelorũ, & sanctorũ imagines, in nullo eos diuersos putãt ab idololatris,sed sicut gentes, inquiunt, colũt simulacra,ita habent nostri Christiani idola suę religionis:sicut omnes gentes,sic domus Iuda, sicut idololatræ antiqui,sic ecclesiastici. Habebãt reuera Iudæi pictas apud se sacras historias, quas Gentiles decepti cum inspicerent, ad sua idola transtulerunt,uelut de pictura solis constat.prout scribit libro.de 30.quæstionibus quę stione uigesimaoctaua BEDA.Solent† Gentiles pingere,uel facere simulacrum solis, uel puerũ imberbẽ in curru ponentes, equos eidem quasi curru cœlum petente subiugant. Cui propterea pueri aptant imaginẽ, quia sol uelut quotidie nouo ortu natus, nullum per sæcula seniũ incidit:ut autem eidẽ currus,& equos tribuant, de miraculo sumptum Eliæ prophetæ,qui à cur

4.Reg.2. ru igneo,& equis igneis est raptus in cœlum, Ioannes Constantinopoleos episcopus autumat.Quòd quidẽ Grecè ἥλιος dicitur sol: sicut etiam Sedulius,cùm de ascensu Eliæ caneret,ostendit,dicens.

Sedulius.

Quàm bene fulminei prælucens semita cœli
Conuenit Heliæ meritò,qui & nomine fulgens,
Hac ope dignus erat,nam si fermonis Achiui,
Vna per accentum,mutetur litera,sol est.

Audientes Græci ab Israeliticis, quos diuinas habere literas fama prodebat, prædicari, quòd Elias igneo curru, & equis sit igneis ad paradisum, non ad cœlestia,translatus. Vel certè hoc ipsum inter alia depictũ in pariente uidentes, crediderunt,uicinia decepti nominis solis hic C transitum per cœlos esse designatũ, & miraculũ diuinitus factum commutauerunt in argumentum erroris humana stultitia commentũ, quos imitati ipsi Iudæi satagerunt, ne in aliquo gentilium stultissimis minùs stulti parerent.

Hæc ille.AVCT.Ecce quòd inculpabiliter primò apud se pictas Iudæi detinebant historias, sed in culpam stultitiæ posterius ubi erroribus deceptorũ Græcorũ consenserant, deciderunt: non tamen sic semper errabant in cultibus, ut idololatræ iudicabant. Sed & scriptores quidã idololatræ Iudæos mentiebantur coluisse caput asini,hac occasione,quòd asini syluestres indicabant eis fontes,unde biberent, cùm sitirent in uastis Arabiæ locis: & Christianos idem face re,qui eis succedunt. Scribit hoc quidem Cor Cornel.Ta nelius Tacitus, Romanorum libro quinto de cit. bello Iudaico,prout in Apologetico ca.15. Tertullianus.Vt quidem somniastis caput asininũ esse Deum uestrum:hanc Cornelius Tacitus suspicionem eiusmodi inseruit.Is enim in quinto historiarum bellum Iudaicum exorsus ab origine,quam de nomine, & religione gentis, quæ uolnit argumentatus: Iudæos refert Aegypto expeditos,siue,ut putauit extorres uastis Arabiæ in locis aquarum egentissimis,cùm siti macerarentur,onagris, qui fortè de pastu potum 2 petituri existimabantur,indicibus fontibus usos,ob eam gratiam similis bestiæ superficiem consecrasse. Atque ita inde præsumptum opinor,uosque Iudaicæ religionis propinquos eidem instituto initiari.At enim idem Cornelius Tacitus sanè ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert Gneum Pompeium, cùm Hierusalem cœpisset,propterea quia templum adisset speculandis Iudaicæ religionis arcanis,nullum illic reperisse simulatrum. Et utique si id colebatur, quòd aliqua effigie repræsentabatur,nusquam magis, quam in sacrario B suo exhiberetur.Hæc ille. AVCTOR. Ecce

2 † mendax historicus improperauit Iudeis, deũ ipsorum caput asini factum, & illud nobis pro propinquitate ritus imponit,cùm tamen ipse illud fictitium ex eo probat,q̃ si Iudæi tale caput colerent, illud reperisset potissimè in templo Pompeius,quando scrutatus illud uictor intrauit,quem dicit tamen nullum ibi conspexisse. Alii quoque ex eis improperabant Christianis cultum crucis. Alii adorationem solis, occasionem sumentes ex eo, quòd uersus orientem Christiani adorant. Tertullianus. Alii planè humanius,& uerisimilius solem credunt deum nostrum,ad Persas si forte deputabimur,licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum ubique in suo clypeo. Denique inde suspicio,quod innotuerit nos ad Orientis regionem precari.Sed & plerique uestrum affectatione aliqua cœlestia adorandi,ad solis ortum labia uibratis.Et quid si diem solis lætitiæ indulgemus:se d alia longè ratione,quàm religione solis.Secundo loco alieni ab eis sumus, qui diem Saturni otio,& uictui decernunt, exorbitantes & ipsi à Iudaico more,quem ignorant. Hæc ille.AVCT. Subiecit aliam occasionem hoc imponendi fidelibus,quia die Solis Dominicam, sic item Iudæi Sabbatum suum,in die Saturni, qui tamen longè distant ab illis, qui taliter Saturni diem colunt.Vigilãtius ille uesanus dicit Christianos idololatras,quia cereos accendunt in ecclesiis in laudibus martyrum,prout in epistola ad Riparium contra blasphemias scripsit HIERON. Quicunque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem,dicente Apostolo,Vnosquisque in suo sensu abundet.

Solis imag Beda.

Currus solis

4.Reg.2.

Sedulius.

Tertullian.

Rom.14.

idololatras appellans huiusmodi homines.Non A diffiteor omnes nos, qui in Christo credimus, de idololatriæ errore uenisse. Non enim nascimur,sed renascimur Christiani. Et quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, ne simili eum uideamur cum idolis uenerari.Illud fiebat idolis,& idcirco detestandum est:hoc fit martyribus,& ideo recipiẽdum est. Hæc ille .AVCTOR. Optima† differẽtia,quam signat pater Hieronymus inter antiquos Christianos,& idololatras,quia quanuis similia habeant corpora operum,multùm tamẽ dissimiles habent oculos intentionum. Adorãt Persæ solem,fideles Deum ad ortum solis. Colũt Chaldæi ignem in cereis: fideles per cereos ignitos Deum,& martyres. Celebrant Soli diẽ idololatræ Romanorum : fideles Deo soli in die Solis habent,quod detrahant loquendo, ut nunc habent,quod detrahant mentiendo. Non proficiunt contra nos, quia adoramus imagines,& non deos, nisi quòd contra Iudæos habent isti Romani, quòd illum diem colebant Sabbati,quẽ superstitiosè Capitolini Põtifices diem Saturni.Vis rem clarius esse probatam? Attendatur cultus Gentilium circa idola: attendatur & cultus Christianorũ circa imagines, & uidebitur,quanta sit distantia cultuum, quia apparebit differentia mentium.Ideò bene ait Augustinus ad Deogratias presbyterum, & habetur suprà. Qui Christianas literas sciunt, non hoc culpant in Paganis, quòd construunt templa,& instituunt sacerdotia,& faciunt sacrificia sed quòd hęc idolis, & dęmonijs exhibent: ita nec quisquam culparet in eis,quòd imagines facerent:sed quòd eas dęmonibus faciunt,& cùm fecerint,Deos appellant, & tanquàm dijs ipsi factores eorum sacrificant. Ideo prosequitur hanc rem ibi de sacrificiorum distinctione AVGVSTINVS. Idola quidem omni sensu carere quis dubitet? Veruntamen cum his locantur sedibus honorabili sublimitate,ut à precantibus, C atque immolantibus attendantur,ipsa similitudine animatorum membrorum,atque sensuum quanuis insensata,atque exanimata afficiunt infirmos animos,ut uiuere, & sapere uideantur, accędente præsertim ueneratione multitudinis, qua tantus eis cultus impenditur.Quibus morbidis, & pestilentiosis affectibus medetur scriptura diuina,quę rem quidẽ notam,sed tamẽ salubri remedio admonitionis inculcat,dicens,Oculos habent,& non uident:aures habent,& nõ audiũt:& ętera talia.Hęc enim uerba, quò magis apertè & populariter uera sunt,eò magis incutiũt salubrem pudorem illis,qui cũ talibus simulacris diuinum cum timore cultum exhibent : eaquè uiuentibus similia venerantes,

Aug.epist. 49.in fol.3 9.In 7 v.2.

Psal.113.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adorantesque contuentur: eisque uelut præ-
sentibus preces allegant, uictimas immolant,
uota persoluunt: sic afficiuntur omnino, ut ea
sensu carentia putare non audeant. Hæc ille.
¶ AVCTOR. Ecce† cultores idolorum, in quo de-
linquunt, quia simulacra sua omnino uiuere pu-
tant, ut nec ea sensu carere fas esse putent: idolo-
latræ honoribus ea diuinis attrectant: sublimes
sedes ipsis disponunt, hostias immolant, uota
persoluunt, sic animos cultorum afficiunt, ut si
ne fallacia uiuere credantur, & sapere. Quis fi-
delis sic colit imagines? Quis eas colit pro diis,
aut ipsis pro seipsis diuinos impendit honores?
Imò quis Christianus non ideò scit ea nulla esse,
quia non ea sunt, quæ facta esse putantur: sed
sunt surda cum auribus, muta cum linguis, cæca
cum oculis, insensata cum capitibus? Nostræ ue-
rò imagines nec surdæ, nec cæcæ sunt, sicut iste
iam blasphemat, quia nec ad uidendum sunt in
alicuius opinione habiles: nec sermonem quis
expectat ab ore eorum qualiter tamen idololatræ
à suis idolis expectarunt. Sic, secundùm phi B
losophiam Aristotelis, lapis non est cæcus, quia
priuatio nullius est, cuius habitus pro tunc nõ
expectatur inesse: sicut nec catulus leonis est cæ-
cus ante nouem dies: & hac ratione de his dictũ
est, quia errantes colebant mutos serpentes, &
bestias superuacuas, ca. 9. Serpens autem æneus
nusquam dictus est mutus, nec boues fusiles Sa-
lomonis superuacui, quia non quasi loquaces,
uel uiui putabantur esse, cùm fierent. Nec item
Christianorum imagines pari causa: idolum ue-
ro non tantum surdum, aut cæcum est, sed hac
ratione secundùm Apostolũ nihil est, quia quic
quid dicitur esse, hoc non est. REMIGIVS.
Idolum nihil est, quia uidetur imaginem homi
nis habere, & non est homo: uidetur imaginem
alicuius bestiæ habere, & non est bestia: ui-
detur nares, oculos, aures, & os habere, & nõ ha
bet. Sic igitur nihil est, quia non uidet, non au-
dit, non olfacit, non loquitur: dicitur homo esse, C
non est homo: dicitur Deus esse, non est Deus:
ideoque nihil est: quia illud quod dicitur esse, ta
men nihil est. Hęc ille. AVCTOR. Id est, ni-
hil est eorum, quæ dicũtur esse. Quicquid imago
fidelium dicitur esse, hoc est, Deus, aut sanctus
non dicitur esse, nisi signi gratia, & hoc est
lapis, & aurum in natura: & sic est. Mortua nõ ẽ
quia nec gratia signi, nec gratia rei uiuere dici
tur, uel putatur ab aliquo. Quis. n. uiuere cã pu
tat, uel sapere, ac uita carere non audacter affir-
mat? Quis eis hostias immolat, sacrificat, aut uo
ta persoluit? Sed magis in eis gratias agit Deo,
sacrificat, & uota illi persoluit, dicendo cum
Psalmista, Gloriosus Deus in sanctis suis. Idolo-
latræ autem cùm angelis immolarent, non A
Deo, sed ipsis diis immolabant. Vnde quæstio-
ne 10. ad Algasiam HIERON. Vt sciamus sem-
per eos, qui excolunt idola, licèt in tempore ho
stias uiderentur offerre, non eas Deo obtulisse,
sed angelis per Ezechielem pleniùs discimus.
Dedi eis iustificationes, & præcepta non bona.
Non enim sanguinem hircorum, aut taurorum
quærit Deus, sed Sacrificium Deo spiritus con
tribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus
non despiciet. Et propterea qui uitulum fecerũt
in Oreb, & coluerunt sydus Rempha (de quo in
Propheta Amos disseruimus) adorauerunt figu
ras, quas ipsi fecerunt: & tradidit eos, ut seruirẽt
militiæ cæli: quæ nunc ab Apostolo religio di-
citur angelorum. Hæc ille. AVCTOR. Diis igi
tur immolantes, aut angelis sacrificantes motẽ
illo peccabili, ipsis angelis principaliter immo-
labant, ipsis templa fecerunt, ipsis dies celebres
dedicabant: nos omnia ista propter angelos, si-
ue sanctos Deo soli persoluimus, ut qui eos fe-
cit tales, talibus super omnes honoribus cumu-
letur: & tunc sine crimine, quia ab his, qui crimi
nosa ista fecerunt, latè differimus: ita ut respon-
deamus Apostolo, qui noluit nos esse socios dæ
moniorum in prædicto loco ad Deogratias.
AVGVST. Quæ immolant gentes dæmonijs
& non Deo immolant. Nolo autem uos fieri so
cios dæmoniorum. Vnde satis intelligi potest,
non tam ipsam immolationem (nam uero Deo
prisci sancti immolauerunt) sed quod diis falsis
& impijs dæmoniis immolatur, reprehendenda
à uera religione in superstitionibus gentiũ. Si-
cut. n. ipsa ueritas hortatur homines fieri sanctо
rum socios angelorum, ita seducit impietas ad
societatem dæmoniorum. Hæc ille. AVCTOR.
Ergo si angelis non offeramus, sed in honorem
angelorum, nec sanctorum imaginibus, sed in
honorem sanctorum Deo hostias immolamus,
nemo nos statuet socios dæmoniorum, quibus
& non Deo immolabant idololatrę, sed potiùs
socios angelorum, & sanctorum hominum, qui
ut nosipsi domino immolabant. Vnde 4. senten
tiarum, cap. 86. DAMASCEN. Quantum
utique labores, ut* ducem inuenires, qui ad im-
mortalitatis regem duceret, & pro te ad ipsum
sermones faceret. Duces igitur generis totius,
qui ad Deum pro uobis interpellationes faciũt,
non honorandum? utique honorandum, tẽpla
erigentes Deo in horum nomine fructificantes,
horum memoriam uenerantes, ut inipsis lę
tantes spiritualiter, ut propria connotantium lę
titia fiat, ut non mitigare tentantes, econtrario
eos irasci faciamus. Nam his quidem, quibus
Deus mitigatur, & huius ministri inimican
tur. In psalmis, & hymnis, & canticis cantantes
spiritualibus. Sequitur. Titulos eis erigamus,
& uisibi-

Num. 21.
3. Reg. 17.

1. Cor. 8.
Idolũ quid.
Remigius.

Hie. Tes.

Ezech. 20.

Psal. 50.

Exo. 32.
Amos. 5.

Damascen.

* aduitoriem.

1. Cor. 10.
Aug. Tes.

2. Tim. 1.

& uisibiles imagines, & ipsi animati tituli, & i- A
magines eorum, uirtutum imitatione efficia-
mur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc uox ecclesiæ
Iesu Christi formata uoce Ioannis. De sanctis
enim loquens, de quibus mentionem facit eorũ
cãticum, Eorum, inquit, nomine erigamus Deo
templa, in eorum nomine faciamus uenerandas
memorias in festis supp. & basilicis: in ipsis læte
mur spiritualiter in hymnis, psalmis, & canticis
& spiritualibus: titulos eis erigamus, & uisibi-
les imagines, ut nosipsi animati, tituli, & anima
tæ imagines eorum, uirtutum imitatione fia-
mus. Hæc non fecerunt idololatræ, sed semper
ab eis latissima proportione disiungimur, quia
omnia Deo facimus, quæ facimus sanctis eius,
ipsi nulla horam Deo immolant. Quid ergo ¶
non desinunt fugillare hæretici Christianis fa-
ctas imagines, dicentes eos affines idololatris,
& consanguineos, quia ipsi colebant imagines, B
ideo communicamus & gentibus: quasi item si
mus idololatræ, cum in ecclesiis nostris panem
comedimus, aut uinum bibimus: quia & hoc fe
cerunt idololatræ: aut si Deo sacrificemus, uel
terras colamus, aut uxores ducamus, aut postre-
mo, si literas legamus, uel si homines simus, qa
homines erant idololatræ? Hoc enim modo Fau
stus Christianos redarguit, quia memorias mar
tyrum solennes habebant, dicens eos hoc esse
commune habere cum gentibus, qui dijs sacri-
ficabant. Et iibro. 20. ad finem respondet AVGV
STINVS. Et si usus quarundam rerũ similis
uidetur nobis esse cum gentibus, sicut cibi, &
potus, tectorum, lauacrorum, & qui ex nostris
coniugalem uitam gerunt uxorum ducendarũ,
& habendarum filiorum gignendorum, nutrien
dorum, hæreditandorum, longè tamen aliter his
rebus utitur, qui ad alium finem usum earum re
fert, & aliter, qui ex his Deo gratias agit: de quo
praua, & falsa non credit. Sicut enim in ipso
errore uestro cum eo pane uescamini, quo cæte
ri homines, & fructibus uiuatis, & fontibus C
lauetis, lana, & lino similiter texto amiciamini,
nec in his tamen parem ducitis uitam, non a-
liud edendo, aut bibendo, aut induendo, sed a-
liud sentiendo, & credendo, & ad alium finem
ista omnia referendo, finem scilicet uestri erro- 1
ris, atque uanitatis: ita nos in his, & aliis, quæ si
militer sumimus, non similiter cum gentibus ui
uimus, easdem res non ad eundem finem referẽ
do, sed ad finem legitimi, diuinique præcepti,
charitatem de corde puro, & conscientia bona,
& fide non ficta, à quibus quidam aberrantes,
conuersi sunt in uaniloquium: in quo sanè prin
cipatum tenetis, non intuentes, non considerã
tes in eisdem habendis, agendisque rebus tan-
tùm ad diuersam uitam ualere, si diuersa sit fi-
des. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Faustus dixit
se non habere sacrificia, simulacra, aut honores
hominum communes cum gentibus, quæ obie
cit habere fideles. Dicitis hæc eadem uos Wi-
cleuistæ uaniloqui. Sufficit nobis Christianis
respondere aliter, quòd uel uobiscum, uel cum
idololatris uitam non habemus, uel cultum cõ-
munem, quanuis quasdam res humanas commu
nes, quia ad diuersitates uitæ, uel cultus ualet,
hoc tantùm, si diuersa sit fides. Alius ergo cul-
tus noster sanctarum imaginum, alius idolorũ,
alius Eucharistiæ nostræ, alius idoli panis: quan
uis pares sint sensibus, quia in illis, & nobis nõ
est par fides.

¶ QVOD CVLTVS SACRARVM imaginum non est contra præceptum, Non facies tibi sculptile. Capitul. CLII.

SVMMA.

1 *Præceptorum diuinum inuersio.*
2 *Historiata sculptura, quæ dicatur, & ad quid fiebat.*
3 *Imaginum structura ad quid quandoque ualeat.*
4 *Imaginum cultus, q̃ non semper prouocet ad idolatriam, ostenditur.*
5 *Imaginem sculptam, quòd non denegauerit Saluator infideli Cæsari.*
6 *Wicleuistæ deponentes Christi imaginem à templo, ex admissione imaginis Cæsaris in numo, cõfutantur.*

PRæceptum primæ tabulæ instaurant contra nos, quo dicitur, Non facies sculptile neque deinde similitudinẽ, quæ est in cælo desuper, & quæ i ter- C
ra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Exo. 20. Ex hoc uĩ eis tanq̃ superstitiosã rẽ omnẽ uitandam arte formatã imaginẽ. Nẽpe huius præcepti auctoritatẽ ita magnificant, ut fidẽ nostrã obruant. sed adulterare non rimẽt. Ad† uotum hæresis præcepta deflectunt: nunc, 1
ut uolunt, attẽnuant, nunc incrassant: contra bella iusta, & leges principum, quibus puniuntur malefici, præceptum astringunt, Non occides. Vt omnia faciant esse communia, p̃ceptum extendunt, Non furtum facies. Cum uitare uolunt iudicia, præcepto arctatos se fingunt, ne quoquo modo iurent, dicentes, Non assumes nomen Dei tui in uanum. Fidelibus autẽ sensus præceptorum est absq; tali fuco perlucidus ut sic præcipitur non occidendum iniustè, nec

Præceptorum Dei inuersio.
Nõ occides

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurandum sine stricta necessitate, nec mœchan
dum cum aliena non tua scilicet muliere: intel-
ligitur,Non facies tibi Deum sculptile. Intran-
sitiuè pronuntia primò Deum: sculptile posteà
per seipsum. Et nota Pronomen,tibi, ne facere
uetaretur: sculptile, absolutè, sed tibi,& non
Deo:non sculpas imaginem,ut tibi sit Deus,&
non sola imago Dei ipsa,quam sculpis. Hic so-
lus error est, qui fideles distinguit à gentibus,
Aug.To.5. lib.8.de ciuitate Dei.cap.24. AVGVST. Dæmõ
quippe simulacro arte impia colligatus, ab ho-
mine factus est Deus,sed tali homini, non ho-
mini. Hæc ille. AVCTOR. Idcirco subditur,
Non adorabis,neq; coles ea scilicet prodijs. si-
Andreas. cut primò omnium dixit ibi,Non habebis deos
alienos corã me. Vbi in expositione ANDREAS.
In Hebræo in multis locis,ubi habemus,coram,
habetur,contra. Sensus est,Non habeas idola,&
imagines deorum,qui sunt alieni à me,Nec ado
Matt.21. rabis deos gentium,quod facere est contra me.
Hæc ille. AVCTOR. Hoc sensu coram me dici- B
tur,Non habeas deos alienos : quo conuerso in
Euangelio dicitur,Ite in castellum, quod con-
tra uos est, idem est contra uos, & coram uo
bis:hic autem coram me,id est,cõtra me. Sic er
go contrà faciendũ inhibet sculptile,quasi Deũ
alienum cõtra se. Vnde in eodem ca. clarius scri
bitur,Non facietis deos argentos,nec deos au-
reos facietis uobis : declarans in hoc primum
præceptum prohibere omne simulacrum. Vnde
Aug.To.4. quæstionibus Exod.76. AVGVST. Repetitur,
quod in primo precepto in culcatum est, & ex
Psal.113. dijs argẽteis atq; aureis utiq; omnia simulacra
intelliguntur,sicut etiam in illo Psalmo, Idola
gentium argentum,& aurum. Hęc ille. AVCT.
Quantum autem à sensu præcepti distet praxis
fidelium in faciendo sculptilia,notabili schema
te libro suo de templo Salomonis,ca. 19. decla-
Beda. rat BEDA. Sunt qui putant in lege domini pro
hibitum,ne uel hominum,uel quorumlibet ani
malium,siue rerũ similitudines sculpamus, aut
depingamus in ecclesia,uel alio quolibet loco,
Exod. 20. eo ꝙ in decalogo legis dixerit, non facies tibi
sculptile,neq; omnem similitudinẽ, quæ est in
cœlis desuper,& quæ est in terris deorsum,Nec
3.Reg.7. eorum,quæ sunt in aquis sub terra. Qui nequa-
quam hoc putarẽt,si uel Salomonis opus ad me
moriam reuocassent:qui & in templo intus pal
mas fecit,& Cherubim cum uariis cælaturis in
columnis illius malagranata, & rete : in mari
quoque æneo duodecim boues,& sculpturas hi
striatas. Sed & in basibus laterum,sicut & in se
quentibus legitur leones cum bobus, palmas,
Exod.17. axes,& rotas cum Cherubim, & uario pictura
Num. 21. rum genere fecit. Vel certè si ipsius Moysi ope
ra considerassent,qui iubente domino, & Che

rubim priùs in propitiatorio, & posteà serpen
tem fecit æneum in eremo, cuius intuitu popu
lus à uerorum serpentium uenenis saluaretur.
Si enim serpentem æneum licebat exaltari in li-
gno,quem aspicientes filij Israel uiuerent, cur
non liceat exaltationem domini Saluatoris in
cruce,qua mortem uicit ad memoriam fidelibus
depingendo reduci? uel alia eius miracula, & sa
nationes,quibus de eodem mortis auctore mi-
rabiliter triũphauit: cum horum aspectus mul-
tum sæpe cõpunctionis soleat præstare cõtuen
tibus : & eis quoq;,qui literas ignorant, quasi
uiuam dominicæ historię pandere lectionem.
Nam & pictura Græcè ζωγραφία, id est,uiua scri
ptura uocatur. Si licuit duodecim boues æneos
facere, qui mare superpositum ferentes, qua-
tuor mundi plagas respicerent: quid prohibet
duodecim Apostolos pingere, quomodo eun-
tes docerent omnes gentes, baptizantes eos in
Matt.28. nomine patris,& filii,& Spiritussancti:uiua (ut
ita dixerim) præ oculis omnium designari scri-
pturã? Hæc ille. AVCTOR. Oculis uestris uide
te fideles,ꝙ hoc argumentum legis, quod con-
tra sculptile faciunt Witcleuistæ, antiquorum
erat hæreticorũ in tempore sancti Bedæ. Ipse re
spondet, ipse planè probat per factorem legis
hoc contra legem non esse, qui Cherubim fecit
iussu Dei,& serpentem æneum,& duodecim bo
ues Apostolorum figuras. Tota autem difficul-
tas in hoc terminatur, ꝙ iste fecisse, & coluisse
tanquàm res,non tanquam nudas figuras, er-
ror esset Gentilium. Hoc superstitio gentium
credidit, ꝙ q sciret ipse, quem instituret, Deũ
conficeret,ut plano textu Sapiens ait,Si quis ar
tifex faber de sylua lignum rectum secuerit. Se-
quitur. Lignum curuum, & uorticibus plenum
sculpat diligenter per uacuitatem suam, & per
scientiam artis suæ figuret illud,& assimilet il-
lud imagini hominis,aut alicui ex animalibus il
lud comparet:perliniens rubrica, & rubicundũ C
faciens fuco colorem illius, & omnem maculã,
quæ in illo est,perliniens, & faciat ei dignam
habitationẽ, & in pariete ponens illud & con-
firmans ferro, ne fortè cadat prospiciens illi,
sciens quoniam nõ potest se adiuuare,Sapient.
ca. 13. Conclusionem huius præmisit,dicens,In
fœlices sunt, & inter mortuos spes illorum est,
qui appellauerunt deos opera manuum sua-
rum,aurum, & argentum manus mentionem
&c. Sic ergo putauit opus suum Deum fieri,
quem elegit hunc,uel illum Neptunum,uel Io
uem. Qualiter autem hic affert doctores hoc
ab:litum declarantes. 8.de ciuitate Dei, ca. 24.
Inter cæteros autem Hermetem trimegistum
clare scribentem AVGVSTINVS. Omnium *Aug.To.*
inquit,mirabilium uincit admirationem, quòd
homo

homo diuinam potuit inuenire naturam,eamq; A
efficere. Quoniam ergo proaui nostri multum
errabant circa deorum rationem, increduli, &
non animaduertentes ad cultum religionemq;
diuinam,inuenerunt artem,qua efficerẽt deos,
& adiunxerunt uirtutem de mundi natura con-
uenientem,eamque miscentes,quoniam anima
facere non poterant,euocantes animas dæmo-
num,uel angelorum, eas indiderunt imagini-
bus sanctis,diuinisque mysteriis, per quas ido-
la lenefaciendi,& malè uires habere potuissent.
Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam habet Witcleui
sta artem faciendi Deos,quam inter catholicos
reperire non potest. Et de eodem Hermete uer-
ba item sua translata præscribit AVGVSTI-
NVS. Quoniam de cognatione,inquit,& à con-
sortio hominum Deorumquè nobis inducitur
sermo:potestatem hominis,O Asclepi, uimque
cognosce. Dominus,inquit,& pater,uel quod
est summum Deus,ut effector est deorum cæle-
stium,ita homo fictor est deorum, qui in tẽplis
sunt humana proximitate contenti. Et paulo B
post. Ita humanitas,inquit,semper memor na-
turæ,& originis suæ in illa imitatione diuinita
tis perseuerat, ut sicuti pater ac dominus,ut sui
similes essent,deos fecit æternos : ita humani-
tas deos suos ex sui uultus similitudine figuret
Sequitur. Statuas dicis o trimegiste. Statuas,in-
quam,ò Asclepi uides,quatenus tu ipse diffidas
statuas animatas:& sensu,& spiritu plenas, tan
taque facientes,& talia, statuasque futurorum
præscias. Hæc ille. AVCTOR. Iam replica
mandatum primum decalogi, Non facies tibi
sculptile. si intelligat Witcleuista diuinum mã
datum,hoc modo facere sculptile, homini pro-
hibetur. Et quis tale sculptile modo sibi inter si
deles conatur efficere? Quis mundi naturæ vir-
tutem commiscet? Quis animas dæmonum, uel
angelorum euocat,imaginibusque imprimit,ut
deos ex sui vultus similitudine figuraret? Nemo
audiuit quempiam in ecclesia dicere statuas ani
matas,& sensu plenas,& spiritu, & præscias fu-
turorum. Horrent Christiani audire deitate ple
nam imaginem: sed nec hanc sculpturam sancti
illo sancto,aut eius anima animatam: omnes.n.
quantunlibet idiotæ nouerunt imaginem talẽ
sculptam sine spiritu,sine sensu,oculos habere,
quibus non uideat,aures, quibus non audiat,
manus,quibus non palpet, nares, quibus non
odoret:sed eum figurare præsenter sensui, qui
spiritus est,aut spiritum habeat,& odores,& ta-
ctus,sonos,& colores uiuo sensu,aut intellectu
nouit discernere ab fideli sculptura,que nec de-
os,nec sanctos,sed Dei,aut sanctorum fiunt i-
gines. Procul est paganitas Apulei, aut Hermе-
tis sacrilegi,qui cum fecerit sculptile uiuum, &

sensu plenum,insculpta petra,uel ligno efficit
sibi Deum. Qualiter solum illud,Non facies ti-
bi sculptile,intellectum capit ex illo,Non habe
bis deos alienos coram me, quod uehementer
probat libro de templo Salomonis ca. 19. uersus
finem BEDA. Si diligentius uerba legis attẽ *Beda*
damus,fortè patebit non interdictum imagines
rerum,aut animaliũ facere, sed hoc idololatriæ
gratia omnimodè esse prohibitum. Denique dic-
turus in monte sancto dominus,Non facies ti
bi sculptile, neque omnem similitudinem, præ-
misit,Non habebis deos alienos coram me. Ac
demum subiunxit,Non facies tibi sculptile,ne-
que omnem similitudinem, quæ est in cælo de-
super,& quæ in terra deorsum. Atque ita con-
clusit,Non adorabis ea,neque coles. Hæc ille.
AVCT. Hic ergo est sensus diuini mandati,qđ
Beda proponit,Non facies tibi sculptile, id est,
ut sit tibi Deus,quicquid de scripturis attuleris
ut confundantur omnes,qui adorant sculptilia
intellige tanquam deos. Similis illis fiant, qui *Psal.113.*
faciunt ea,& omnes,qui confidunt in eis,ut in-
dijs. Nihil est,quod contra sculptas imagines re-
sonant,quin hoc sensu soluatur. Instat forsitan
Witcleuista,protestans facturam sculptilis lege
prohibitam non tantum,sed omnem similitudi
nem,quæ est in cælo desuper, & in terra deor-
sum,vel in aquis sub terra. Et ego interrogo, si
Deus iustus hæc præcipit, quare ergo Moyses
ex eius præcepto fecit duos Cherubim aureos
ex utraque parte oraculi,habentes alas, quibus
tegerent propitiatorium? Exo. 25. Ipsi Cheru-
bim cum essent productiles,quia fiebant ex au-
ro,quantũ ad figuram imaginis in nullo differe
bant à sculptis. Sed Salomon,qui spiritu Dei tẽ
pli opus perfecit,duo cherubim fecit de lignis
oliuarũ,texitque auro. 3. Reg. 7. Quos iõ quia
de ligno fiebant,sculptos intelligamus : sed &
parietes tẽpli per circuitum texit uariis cælatu-
ris,& torno:& fecit in eis Cherubim,& palmas,
& picturas uarias,quasi prominentes de pariе-
te,& egredientes. In ostiis quoque de lignis oli C
uarum sculpsit picturam Cherubim, & palma-
rum species in Anaglypha.i. cælatura, & texit
eas auro. Et iter ũ adhuc scriptura põdus facit,
ꝙ sculpsit Cherubim,& palmas,& cęlaturas ual
de eminẽtes. Fecit nanq; mare æneũ fusile, sub-
ter cuius labium duo erãt ordines sculpturarum
histriatarum fusiles:& stabãt sup duodecim bo
ues,& opus basiũ in terra simile erat & sculptu
rę inter iuncturas,& inter coronulas,& plectas
leones,& boues,& Cherubim. 3. Reg. 7. Prima
duo Cherubim fecit Salomon opere statuario,
& posuit ea in interiori tẽplo. Fuerunt ergo
quatuor: duo Moysi super oraculũ, & duo sa-
lomonis in templo,ut notat. 2. Paralipo. & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelo ante ostium intexuit. Vt autem sculpturas historiatas ad quid fierent doceamus, notare debemus, quòd prædicto libro ca. 19. circa principium ait BEDA. Sculptura, inquit, historiata est, quæ historias rerum aliquas imitatur, unde & rectè per sculpturas historiatas, quibus mare circundabatur, exempla sunt priorum temporum designata, quia necesse est nos solerter intueri, ut uideamus, quibus operibus sancti Deo placuerunt ab initio, qua obduratione in sceleribus perdurauerunt, quanta iniquitate ob scelera reprobi perierunt, quomodo in exordio nascentis sæculi Cayn ob malitiam inuidiæ damnatus. Abel sit ob iustitiæ merita coronatus. Lamech ob adulterium, & homicidium maledictus. Enoch ob gratiam pietatis ad paradisum reductus. Quomodo post diluuium Cham ob impietatem à patre detestatus est, & Sem, & Iaphet ob obsequium reuerētiæ perpetua sint benedictione donati. Abraham ob meritum fidei sit hæres diuinæ promissionis effectus. Cætera gentium multitudo in antiqua ita sit infidelitate relicta. Qualiter aduenientе in carne domino Iudæa ob perfidiæ noxam repulsa, & gentilitas sit per gratiam fidei ad salutem reducta: & cætera huiusmodi, quæ in utroque testamento solerter, ac pie consideranda, multo studiosius quibus præsunt. Et ideo forsitan duo ordines sculpturarum historiatarum facti, ut hi, qui in fonte baptismatis abluti sunt, utriusque testamenti diligenter auscultent historias: ideo decem cubitorum erant in gyro, ut quoscunque in eisdem historiis deditos iussis cælestibus ac tota intentione ad superna præmia suspensos esse prospexerint, hos imitari contendant. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo tantùm imagines, sed & historias temporum sculpturæ maris æneі continebant. Cur non item sculpturas sanctorum apostolorum aut martyrum non nostrę continebunt ecclesię ad incitationem pigrorum, ut Beda dixit, & attentionem seu accensionem sanctorum? Vnde uersus finem cap. subdit de eodem BEDA. Si eidem legi contrarium non fuit in eodem mari sculpturas historiatas in gyro decē cubitorum fieri, quomodo legi contrarium putabitur, si historias sanctorum, ac martyrū Christi sculpamus, siue pingamus in tabulis, qui per custodiam diuinę legis ad gloriam meruerunt æternę retributionis attingere? Hæc ille. AVCTOR. Vbi sunt hypocritę Witcleuistę, qui tantam rugam faciunt conscientię, cum imaginum sculpturas, aut picturas aspiciunt, idola vocant, & earum artifices, & cultores iungūt idolatris? Ecce qui iussit non facere nobis sculptile, ipse confirmauit sermonem suum cū Salomone, ut faceret in domo domini sculptos boues, & palmę. Similitudo in aquis ęneū mare. Quid ergo? uult ne Deus firmatum sic irritare præceptum? Et dicet Paulus Apostolus constanter. Si quę destruxi, hęc iterum ędifico, pręuaricatorem me constituo. Galat. 2. Sed ut dixi, aliud est rem fieri in prędiudicium deitatis, qualiter boues & uitulos fecerant, qui dicebant, Isti sunt Dii tui Israel. Aliud in honorem Dei, & memoriam rei absentis, qualiter. 2. Par. 4. boues erant fusiles, & ipsum mare super 12. boues impositum erat. Sequitur. Et candelabra aurea secundùm speciem, quam iusserat fieri. In quem locum in Hebraicis quęstionibus HIERON. Secundùm speciem, quam iusserat fieri, subauditur Deus: boues propter memoriam uituli in eremo conditi. Hæc ille. AVCTOR. Et ita in memoriam populi propter eius conditionem afflicti, Deus ipse iusit fieri boum imaginem, qui prędecepit nullam fieri rei factæ similitudinem, ad idolorum subuersionem iubet: prohibet ad fomentum. Vnde † intelligimus, ꝙ structura imaginum quandoque ualet ad tollendum in ordinationem cultus, sicut de istis Cherubim senserunt Hebręi, & declarat libro secundo de duce dubiorum capite. 15. RABI MOYSES. Fides, inquit, essendi angelos, sequitur fidem essendi Deum, & cum illis potest stare prophetia, & lex, & propter corroborationem fidei huius, prędecepit Deus facere super arcam formam duorum Cherubim, propter quod scimus esse angelicum in fide populi, quòd est uerus intellectus sequens fidem essentię diuinę, & illud secundum est principium prophetię, & legis, & destruit idololatriam, & si fuisset sola una forma unius Cherub, faceret errare, quòd cogitarent quòd fuissent unus in natura: sicut unus Deus: & ideo adducuntur ad aliquam dualitatem, & quando fecit duos Cherubim cum manifestatione quam fecit, ostendit quod dominus deus noster unus est. Hæc ille. AVCTOR. Non † ergo semper cultus imaginum prouocat ad idololatriam: sed magis ubi est regimen intellectus ad cultum unius Dei, qui tales habet famulos spiritus excellentes: qualiter sanctus Enos intelligitur fecisse, & coluisse imagines in honorem Dei ad deprimendum idololatriam per falsum cultum dęmonum imaginibus pręstitum a filiis Cayn, secundùm quòd Nicolaus exponit. Ad cultum ergo Dei proficit, quòd

Historiata. Beda

Gen. 4.

Gen 9.

Gen 12. et 13. & 17.

B

Sub initiū 2. li. in Ezechiel. Hie. Teſt.

2

Rab. Moy. Matth. 22.

C

3

4

eum, & spiritus beatos in suis imaginibus recolamus: quos si ignoremus, omnino nō ad magnificandum Deum surgeremus, nec tàm reputaremus excelsum, idcirco Sapiens ait: Gloriosa species cæli, gloria stellarum, positio mundū illuminans in excelsis dominus: In uerbis sanctis stabunt ad iudicium, & non deficient in uigiliis suis, uide arcum, & benedic qui fecit illum. Ecclesiastici. 43. Alias non tam uiriliter descripsisset angelos Dionysius ad humanam formā, & cum instrumentis, & formis rerum uisibilium, quibus etiam pictores eos licentiosè depingūt libro illo cęlestis Hierarchiæ decimoquinto. DIONYSIVS. Est autem secundum unumquodque, ut existimo, corporalis nostræ multipartionis imagines conuenientes inuenire imagines cœlestium. LINCOL. Contingit inuenire imagines cęlestium uirtutum secundùm partes singulas humani corporis. AVCTOR. Et dat eis oculos humanos propter aspectum clarum in lumine diuino nares ad discretionem, aures ad perceptionem notitiæ, Palpebras & supercilia ad custodiam præceptorum: humeros & ulnas ad designationem potentiæ, iuuenilem aspectū propter indeficientiam eorum essentiæ, dat igneā speciem propter immortalitatem, rotas propter agibilitatem, sacerdotalia indumenta, quia ad sacra percipienda conducunt, zonas quia uirtutes germinant, & ipsas conseruant: uirgas quia regunt: lanceas & secures quia potestates aduersas coerent. Hæc omnia aut ex diuinis libris ubi Moyses Cherubin descriptionem assumpsit uidens alatas, aut Ezechiel inter rotas. Aut ut Paulus ei exposuit ipse transcripsit. Sic sculptura angelorum de scripturis sanctis, & per homines sanctos in primitiuā primò fluxit ecclesiā.

Dionysius

Virtutum cælestium Pictura.

5 Quis † deneget eam Deo & sanctis? cum nec Saluator sculptam imaginem infideli Cæsari denegauerit: imò concesserit: dicente euangelio, cū quæsiuisset: Cuius est hæc imago? Et ipsi respōdissent, Cæsaris: Reddite, inquit, quę sunt Cæsaris, Cæsari. Si sculptura hæc fuisset contra illud: Non facies tibi sculptile: uetuisset statim tanquàm illicitum. Vnde super illum locū Matthæi in imperfecto Homilia. 70. CHRYSOSTOMVS. Tu autem cùm audieris, Redde quæ sunt Cæsaris, Cæsari, illa scito dicere eum solummodo, quæ in nullo pietati nocent. Et quia si aliquid tale fuerit, non adhuc Cæsaris, sed diaboli uectigali est tributum, quod tale est. Imaginem Cæsaris non improbauit Christus. Hæc ille. AVCTOR. In nulllo ergo nocuit pietati sculptura imaginis in denario Cæsaris, quam permisit, & reddere iussit Christus. Pietas autem prima est erga Deum, secunda in parentes, tertia in patriam. Quòd si hæc sculptura nihil nocuit pietati in deum, quę uocauit homines in memoriam Cæsaris, cui deberent tributum, expers sensus fuerit, qui dixerit imaginem domini, aut alicuius sancti eius noxiam pietati, quæ homines in memoriā Dei citat, cui primum debent obsequium, & ultimæ seruitutis tributus. Vnde capite decimonono, de templo Salomonis. BEDA. Cæterum (reor) similiter hæc fieri, scilicet, sculptilia nulla legis diuinæ litera uetuit. Alioquin & dominus, tentantibus Pharisæis de tributo Cæsari reddendo, in quo & imaginem Cæsaris expressam esse dicebant, nequaquam responderet, Reddite quæ sunt Cęsaris, Cæsari: & quæ sūt Dei, Deo: sed potius corrigeret eo rū errorem, dicendo, Nō licet uobis in percussura auri & argenti uestri imaginem facere Cæsaris, quia talem sculpturam lex diuina prohibet. Esset nanque locus, ut ostenso sibi numismate census, hoc diceret si in eo Cęsaris imago causa idololatriæ, & non ad indicium, & magis regiæ potestatis esset deformata. Hæc ille. AVCTOR. Ad † hoc argumentum legitimum magni Bedę tota iam cohors Witcleuistica respondeat: Cur non patiuntur esse imagines Christi si imagines deferunt Cæsari? Quare item deponunt eam à Dei templo, quam Christus admisit in numo? Quòd si imago peccatrix in denario fuit, qualiter non erit reus peccato Christus, qui consensit, dicente Apostolo de hoc peccato in capite, & demum de ramusculis eius, Qui talia agunt, digni sunt morte, non solū qui faciunt ea, sed & qui consentiunt facentibus? Rom. 1. Imò absolutè Beda pronuntiat quantū nouit, nulla legis litera uetitas eē fieri tales sculpturas. Iam ergo peritiores Beda se monstrent, & in scripturis sanctis hanc prohibitionem, quam ipse non inuenit, inueniant.

Beda

B

6

C

QVOD IMAGINES APVD CHRIstianos sunt signa utilia, superstitione carentia, & literę illiteratorum. Cap. CLIII.

SVMMA.

1 *Idololatræ ortus describitur.*
2 *Catholici quomodo imagines colant sacras, nōtamen sine rebus.*
3 *Imagines quòd sint media delectandi in Deo.*
4 *Imago, & pictura, quòd sit idiotis quasi scriptura.*
5 *Constantinus Papa quomodo Philippum Cæsarē hæreticum superauerit picturis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ACCENDVNT uerbum suum ut faculam, quòd Dei similitudinem facimus in signis inutilibus, quæ secundum Baruch habent linguas politas a fabro: ipsa autem inaurata, & inargentata falsa sunt, & non possunt loqui. Et Esai. 40 Cui similem fecistis Deum, aut quam imaginē ponetis ei? Nunquid sculptile conflauit faber, aut artifex auro figurauit illud, & laminis argēteis argentarius? Fortè lignum & imputribile elegit artifex sapiens, quærit quomodo statuat siuml acrum, quod non moueatur? Ecce inutile signum simile Deo factū, sed ideo falsum, quia nec se potest statuere stabile, nec habile lingua loqui. Fide percipimus, q̄ non multum distant uerbis nudis, aut uultibus error, aut ueritas. Simili opere modo & arte conformi fit idolū paganorum, & imago fidelium, simili modo serpens æneus, & draco Belis: serpens Moysi, & serpens Magi: Cherubim templi, & aliud idolū de militia cœli: Apis Aegypti, & uitulus templi Dei. Os habet uterque, & non loquitur: pedes, & non graditur: nares, & non olfacit: guttur, & non clamat. Si uis noscere distantiam rerum factarum, perpende mentes artificum. Facit fidelis imaginem Dei tātùm, perfidus item Deum. Iste Deum assimilat, ille adæquat. Ideo Esaias notanter hic superius inconclusione subiunxit, Cui assimilastis me, & adequastis, dixit sanctus? Assimilatio peccatum non est, ubi non concomitatur æquatio. Vnde imago † ratione talis imaginis adæquationem non habet, sed similitudinē, & hoc ab origine, dicente Sapiente: Acerbo luctu dolens pater citò sibi rapti filij fecit imaginem: tunc demum prosequitur, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquàm Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia, deinde interueniente tempore, & conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquàm lex custoditus est, & tyrrannorum imperio colebantur figmenta. Sequitur. Et hæc fuit uitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt. Sapien. 14. De imagine hac dixit Belis Babylonii primi idoli: quàm quia primo sculpta est, scriptura non culpat, aut quia similitudinem mortuæ prolis expressit: sed quando ipsam mortuam in imagine colere cœpit pater, & Deum putari, & esse mandauit: tunc enim dicens se sapientem, stultus factus est, secundum Apostolum, & res ipsa sculpta secundùm Apostolum cœpit esse culpabilis, quia mutauit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Ad Roman. 1. ubi notanter ait AMBROSIVS.

Sap. 6.

Psal. 113.

B

Idololatrio erimus.

I

Rom. 1.

Amb. To. 5

A Sic obcęcatum fuit cor illorum, ut maiestatem inuisibilis Dei, quem ex his factis agnouerant, non in hominem, sed, quod peius est & inexcusabile crimen, in similitudinem hominis mutarent, ut forma corruptibilis hominis, Deus ab his uocetur: hoc est simulacrum hominis, ut quos uiuos hoc nomine donare non audent, mortuorum imagines in gloriā Dei recipiant, Et infrà. Sic enim Dei maiestatem, & gloriam minuerūt, ut horum, quæ & minima, & parua sunt, similitudini Dei honorificentiam darent. Primi enim Babylonii Deum uocauerunt figmentum Belis quondam hominis mortui, qui principatum in eos egisse dicitur. Coluerunt & serpentem, & draconem, quem Daniel homo Dei occidit: cuius similitudinem habent. Aegyptij autem colebant quadrupedem, quem dicebant. Apim in similitudinē uaccæ, quod malum imitans Hieroboā, uaccas instituit in Samaria, quibus sacrificarent Iudæi. Harum tamē omnium rerū, quas memoraui, simulacra coluerunt Aegyptij. Hæc ille. AVCT. Totum crimen ista rum imaginū uides esse, quia in ipsas secundū naturam & nomē, maiestatem inuisibilis Dei homines transferebant. Non hoc fecit Moyses ad serpentem. Non Salomon ad cherubim, quem fecit opere statuario. Nec Christiani moderni ad aliquam suam imaginem: ideo non factum, sed abusus propagat ibi culpam. Sicut de eisdem literis, eodem quoq; formam te scriptore, fides scribitur in codice Christiano, & in suo codice Lollardina perfidia: & dicimus hic codex est sacer, & ille prophanus: quia iste ueram fidem, ista grammata me docendo signant, illa corruptam: & eiusdem tamen figuræ est hic & ibi prima aut alia litera alphabeti: eiusdem habitudinis item & coaptationis in uerbis similibus sunt syllabæ: sed ista inutilis, illa utilis: ista uera, illa falsa: quia utile quid & uerum ista C designant, illa peruersum. Ita una forsan & eadem erat mihi imago Christi, quæ modo Herculi dedicatur: sed hoc egit non res imaginis, sed malitia peruertentis. Altera item differentia est insignis, q̄ aliquid forsan, sed nihil sacrum signant, sed omnis sanctitas ipsis signis imponitur: & hoc est maximè idololatris assuetum, qui Neptuni colunt simulacrum, Neptunum, id est, mare designans, mare tamen ipsum contemnunt. Vnde 3. de doctrina Christiana. cap. 7. AVGVSTINVS. Quid mihi prodest simulacrum uerbi gratia Neptuni? non ad ipsum habendum Deum, sed cò significari uniuersum mare, uel etiam omnes aquas cæteras, quæ fontibus proruunt. Sicut à quodam poeta illorum describitur, si bene recolo ita. Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti

Dan. 14

3. Reg. 12.

Aug. To. 3

Claudian. uersus.

ti cincta salo resonant magnus cui perpete menA to, Profluit Oceanus: & flumina crinibus errāt. Sequitur. Quid ergo mihi prodest, q̄ Neptuni simulacrum ad illam significationem refertur, nisi fortè, ut neutrum colam? tam enim mihi statua quælibet, quàm mare ipsum nō est Deus. Hæc ille. AVCT. Is modus itē statuendi imagines, ut ipsæ colantur, rebus despectis, superstitiosum uidetur, hoc ideo, quia tantā maiestatē
2 rerum signis attribuunt pro seipsis. Fideles† ergo catholici nec sacras colunt imagines sine rebus, id est, ut ipsæ sint in natura sic sacræ, sed ut sint signa sacrarum rerum, per quæ in memorias earum rerum perueniant tanquam per literas. Sicut. libro quarto cap. de sanctis imaginibus ait DAMASCENVS. Quia uerò non omnes nosciunt literas, neque lectioni uacant, patres excogitauerunt uelut quosdam triumphos in imaginibus hoc describere ad uelocē memoriā quapropter multotiens non secundùm mentē B
3 domini passionē, imaginem Christi, crucifixionis uidentes, & salutaris passionis in rememorationem uenientes, procidentes adoramus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc omnes in communi nouerunt picturas, aut imagines esse hominibus saltem indoctis literas delicatas: & Aristo.
4 in sua poetica, ubi ait de septē speciebus tragœdiæ, uocat eā speciem repræsentationem, dicēs, quòd non fit delectatio ex rememoratione rei, cuius intenditur rememoratio absque sui repræsentatione: sed fit delectatio quidem, & receptio ipsius, quando representata fuerit: ideoque multotiens non delectatur homo ex aspectu formę ipsius rei existentis in natura, & delectatur in eius repræsentatione, & conformatione per picturas, & colores: & propterea utuntur homines arte pingendi, & describendi, ita, quòd picturas, & scripturas quasi similes in affectu ad C excitandum tam apprehēsiuam, quā appetitiuā, aut rememoratiuam potentiam coniungit. Aristo. Quapropter bene usus est. M. Tullius Cicero formis imaginum, ad acuendum, & faciendū tenacem memoriam: quanuis dignè ipsi uideatur succensere Galfridus iubens delectanter
5 tractare memoriam, cui & ipse substrahit media delectandi. Sic item † imagines sunt media delectandi in Deo: uelut epistola ad Secundinum inclusum, in rescripto. capitulo quarto libro decretorum pontificum GREGORIVS. Imagines, quas à nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, misi tibi, in qua re ualde nobis tua postulatio placuit, quia illū toto corde tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere desideras: ut uisio corporalis quotidiana reddat exortum, ut dum picturam uides, ad illū aio inardescas, cuius imaginem cōsi

Damascen. cap. 17.

Grat. To. 2.

deras. Nō ab re facimus si p uisibilia inuisibilia demōstramus, Sic homo, qui alium ardenter uidere desiderat, aut sponsa amando desiderans quem uidere, conatur, si contingit eum ad balneum ire, aut ad ecclesiam procedere, eminus uiam tendentibus se præbet, ut de uisione eius hilaris recedat. Et infrà: Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animus noster, aut de resurrectione lę tificatur aut de passione demulceatur: ideoque direximus tibi tabulas trinas: imaginem Saluatoris, sanctæ Dei genitricis Mariæ, Petri & Pauli apostolorum continentes. Hæc ille. AVCT. Conuenit Damasceno penè per singula: conuenit, & artificibus per naturam, qui omnes magnum in imaginibus tā ad roborādum affectū rei cupitæ, quàm ad informandum aspectum, & imprimendū speciē rei nescitæ, semper inuenere suffragium. Quid quærunt hęretici suffocare fideles, pietatem retardare sanctorum, uel simplicium charitatem extinguere, dicentes, Ipse homo in mente habet imaginem Dei, ubi uidēdus est, non foris in sculptili, quia hoc egerunt idolatræ, quasi diceret, nunquam comedas pomorum fructus, quia Adam comedit & petiit. Gregorius dixit non ab re se facere, si per uisibilia inuisibilia demōstraret. † quasi. n. scriptura quę dā ipsa est pictura. Filium Dei reducit in mentē Et libro 9. registri epistola. 31. GREGORIVS. Quod legentibus scriptura, hoc idiotis prestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes uident quid sequi debeant, in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Hæc ille. AVCTOR. Qui ergo picturarum uetat imagines laicis, proximū est, ut clericis scripturas inhibeat. nam ipsa scriptura quid est nisi pictura quædam, & uerbi mentis, uel uocis imago? utinam Witcleuiste, qui tantoperè formas culpant, imaginum nunquā suas imagines per libros aut plebes consculpāt. Fideles autē prędicatores, aut scriptores, imò & uerarū sculptores imaginū utinam ampliùs abundarent, quousque hos perfidos abolerent.
5 Qualiter † Constantinus Papa Philippicum hæreticum Cęsarem legitur superasse picturis: libro de temporibus sub anno domini. 665.
BEDA Item Philippicus Constantino Papę misit literas praui dogmatis, quas ille cùm apostolicę sedis consilio respuit, & huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quæ acta. 6. sanctarum synodorū uniuersalium continerent. Nam & huiusmodi picturas cùm haberentur in urbe regia Philippicus iusserat aufferri, statuit populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram solidi, id est, numi susciperent. Vnde nec eius effigies in ecclesiam introducta est. Nec nomen ad missarum

Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

sarum solennia prolatũ. Hæc ille. AVC. Iam in A hoc casu uerum sapit illud uulgo famosum, ꝙ si uox populi uox Dei. Iustè ualde tulerunt imaginem eius è chartis, & solidis, qui de picturis sanctis abstulit fidem Dei. Sed & nomen eius iustè sublatum est, ne memoriam habeat coram Deo, qui legem Christi sustulit: ut non eius memoria saltem haberetur in populo. Quid amplius, sequitur, ibi statim post tempus triennale 2 qui fecit rem reformando Theodosius. BEDA. Ipse uerò ut regnum accepit, cùm esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam uenerãdam, in qua sanctæ sex synodi erant depictæ, & à Philippico fuerat deiecta, pristino in loco erexit. Hęc ille. AVCTOR. Et nota, ꝙ dixit uenerandã imaginem Beda, ne negare possit Witcleuista ipsi Bedæ sancto venerãdas esse imagines & in qua sex synodi depictæ erant, inquit, in quibus ipsi laici erudiri possent, & doceri decreta fidelia, qualiter antiquitùs triumphatorum Romæ gesta triumphalia solebãt insculpi ad iunio B rum exẽpla. Et Ezechiel iussus est pingere transmigrationem Hierusalem, ut populus Iudæus sensibilibus formis moueretur eam futuram cognoscere, & fidem dare prophetis. Factus est, inquit, sermo domini ad me, dicens. Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad uidendum, & non uident & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac & uasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. Sequitur. Et efferes foras uasa tua, quasi uasa transmigrationis per diem in conspectu eorum Ezech. ca. 12. Vasa, id est, sarcinas, peram, aut baculum, quibuscum qui transmigrant, ire solent. Quæ omnia tam picturis eis ostendere, quàm schematibus corporeis iussus est, ut fortibus moneantur signis, qui non *Hier. To. 5.* mouentur uerbis. In quem locum in commentario li. 3. HIERONIM. Quia ergo oculos habent ad uidendum & non uident, aures ad audiẽdum & non audiunt, & tua uerba contemnunt: doce eos ad imaginem & picturam, & schematibus ostende corporeis, ut uenturam captiuitatem non solùm auditu, sed & oculis recognoscant. Hęc ille. AVCTOR. Quis ergo Witcleuista faciet de imaginibus & picturis conscientiam contra dominum quando ipse iubet & prophetam & sanctum instruere populum per picturas, & motrices imagines?

¶ QVOD IMAGO ARTIFICIALIS aptior est cultui hominum, quàm imago nudi hominis, uel naturæ intellectualis. Cap. CLIIII.

SVMMA.

Homo cur non adoretur ut imago Dei. 1
Imago ornata, quàm nuda, quòd ad religionem inducendam aptior sit, ostenditur. 2
Imagines similiores quod sint pulchriores aspectui uenerantis, sed periculosiores. 3

Imago uana.

VId, inquit, Witcleuista prodest imago mortua? nos ipsi sumus imagines Dei uiuæ. In libello iam prædicto nõ inquiunt, dixit Deus faciamus lignũ, *Gen. 2.* & lapidem ad imaginem & similitudinem nostrã, sed hominẽ. Et ideo eleemosyna magis esset fienda homini indigenti, quia ipse est imago Dei, in maiori similitudine, quàm lignũ, uel lapis. Hæc ille. AVCTOR. Quid parcis ne erres adhuc altius in ligno, nec in homine discernas imaginẽ, qui tantũ est factus ad imaginẽ Dei, *Hebr. 1.* sed tantũ in Dei filio, qui est imago substantiæ eius, ut obuiam Fausto tuo curras, qui nullibi sciuit imaginem reperire, uel (ut ipse dixit) simulacrũ, donec ueniret ad seipsum. Ipse. n. ait. Pagani, aris, delubris, simulacris, uictimis, atque incenso Deum colendũ putant: ego ab his quoque multũ diuersus incedo, qui ipsum me, si modò sim dignus, rationabile Dei templũ puto uiuũ uiuæ maiestatis simulacrum. Christum filium eius accipio: arã mentẽ bonis artibus imbutã, honores quoque diuinos, ac sacrificia in *Aug. To. 6. lib. 20. contra Faust. cap. 3* solis orationibus, & ipsis puris ac simplicibus pono. Sic recitat Augustinus libro 20. contra eum. Vnde in hoc se iactat à paganis diuersum, C quòd tẽplum non habeat, nisi seipsum, non imaginem nisi Christum, non altare nisi mentem, non sacrificium nisi precem. Cùm tamen ibi fatetur adorare lucẽ tanquã sedem patris, solẽ & lunã ut sedes filii, & communem aerem ut sedẽ spiritussancti. Dignè tamen ibi Augustinus redarguit deteriorẽ esse paganis, qui adorant ea, quæ sunt, quanuis colenda non sint. Manichæi autẽ, quæ nec sunt, nec item sunt colenda, scilicet, proprias uanitates. AVGVSTINVS. Quis, *ibidẽ cap. 9* inquit, splenditenus suspendit mundum, & quis arcas cũ illo supportat, hæc & innumerabilia quæ similiter deliratis omninò non sunt, & colitis ea? Hinc uos Paganis dicimus deteriores, eo tantùm similes, quòd multos Deos colitis: eo uerò in peiorem partem dissimiles, ꝙ illi pro diis ea colunt, quæ sunt, sed non sunt dii. Vos autem colitis, quæ nec dii, nec aliquid sunt,

sunt, quoniã prorsus nulla sunt. Hæc ille. AVC. A Sic Witcleuistæ colunt panem, & uinum loco corporis Christi in sacramẽto eucharistiæ, quæ ibi non sunt. Et si ibi non sunt, prorsus quæ nõ sunt colunt sine adoratione, presbyteros, & presbyteras sine sexu, sine baptismo fidelem, sine desponsatione coniugem, sine fidei unitate catholicum. Omnia ecce ista non sunt, & prorsus non sunt, ergo deteriores Paganis illis sunt qui colunt ea, quæ sunt, sed dii non sunt. Iterũ audiant interrogantẽ, si uelint mentem hominis adorari latria, quia imago eius est, nec tãtum imago, sed Deus: quomodo & asinus est Deus, & equus est Deus, & sic quilibet ẽ Deus, & ut ipsi affirmant imago est Deus: sed si anima est Dei imago, argumentũ est à potiori, ut hanc uicissitudinem rependentes, Dei & sancto rũ colamus imagines, prout capitul. præfato de *Damascen. cap. 17.* sanctis imaginibus DAMASCEN. Quoniam qui dam aduersum nos quæruntur adorantes salua B toris nostri, & reginæ nostræ, & Dei genitricis imagines: amplius autem & reliquiarũ sanctorum ministrorũ Dei, audiant, quòd à principio Deus hominem secundum propriam imaginẽ fecit. Cuius igitur gratia non inuicẽ adoramus, nisi quòd secundum Dei imaginẽ facti sumus, ut ait Deiferus, & magnus diuus Basilius. Hæc ille. AVCT. Hoc argumentum puto sancti patris, ꝙ tradidit nobis Deus imagines naturales, quas fecit, ut in his eum colamus, in sanctis, in præpositis, in regibus, in prælatis. Ergo in imaginibus etiam artificialibus colendus est. Obijciunt Witcleuistæ. Ergo aptior esset cultus *Homo cur non adoretur ut imago Dei.* 1 Deo, hominẽ adorare tanquã Dei imaginẽ, q̃ *Hebr. 13.* lignum exanime. Dicimus † cum quibusdam. Sed nẽ superbiret homo de cultu rapinam arbitrans se quid diuinũ, non est aptum huic cultui instrumentum. Qualiter in libro Hester orasse legitur Mardochæum, excusationem faciens, cur non adorasset Aman: dominus omniũ tu es, nec est, qui resistat maiestati tuæ: cuncta nosti, & scis quia non præ superbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, C ut non adorarẽ Aman superbissimũ: libenter .n. pro salute Israel etiam uestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorẽ Dei mei transferrem ad hominem: & ne quẽquã adorarem excepto Deo meo. hæc ibi in epistola exemplari. Et timui, inquit, ne honorẽ Dei mei transferrẽ ad hominẽ, non hoc intelligas de ipsius adorantis conatu, sed secundum iudicium adorati. Iterum tamen dicimus hominẽ esse ueriorẽ, & meliorem imaginẽ Dei, sed ineptiorem cultui uiatoris, quàm lignum: quia si extenderetur puer in ligno, aut honorificè collocaretur in alto ecclesiæ, quanuis superbire nesciret de cultu, propinquum tamen est, ut in seipsum protrahat, & conturbet iudicium adorantis, & pro uicinitate speciei à per se colendo disperdat. Dixit ideo Aristot. 2. libro de anima. Receptum denudandũ esse à *Propositio in forma colligatur Aug. 2. de anima com. 67. & 3. de anima com. 4.* natura recepti. Vnde si oculus, uel aer esset de se coloratus, non reciperet aliquam coloris speciem per sui medium transferendam ad sensum, sed suo colore sensum afficeret, & iõ quanto est ab omni colore remotior, tanto est aptius medium uisibili repræsentando. Ita & imago ilia est aptius repræsentatiuum Dei, aut hominis ad mentem colentis, & susceptiuum instrumentũ diuini cultus, quò est à uita, ratione, aut excellenti eius manifestatione congrua saltẽ proportione remotius. Probat hoc per processum de diuinorũ figurationibus, & super cœlestium beatorum libro angelicæ hierarchiæ. cap. 2. DIONYSIVS. Quoniam, inquit, & nostrum intellectum *Dionysius* reducũt magis non assimilantes similitudinũ, non existimo aliquem bene sapientium contradicere. ubi in commento LINCOL. Sciendũ, ꝙ sicut cœlestes substantiæ non sunt ueræ similes his infirmis uilioribus, sic non sunt omnino similes pretiosioribus corporeis substantiis, sed superexcedunt illas, ita ꝙ sunt incorporeæ, & immateriales. Manifestatio igitur diuinorũ per dissimiles formationes nos magis reducit ad cõprehendendum diuina esse intelligibilia omne corporeũ excedentia, q̃ manifestatio eorundẽ per formationes similes: & ideo conuenientior est etiã modus per dissimilia, q̃ per similia symbola. Hæc ille. AVCTOR. Et in cõmento præcedenti idem LINCOL. Est itaque iste dissimilis modus ultimus dissimilis formationis diuinarũ conuenientior eo, qui per formationes fit similes, quia per hunc manifestẽ perpenditur diuina non esse ea, quæ de eis dicuntur, sed alia per ea symbolicè signata. Per modum autem similis formationis non manifestè ostenditur, ꝙ diuina non sunt illa, quæ esse dicuntur, sed à multis intelliguntur esse ea, & illas affirmationes propriè sumi, & non symbolicè tantùm dici. Et est modus iste similis formationis propinquior, ut faciat multitudinẽ errare circa diuina, q̃ sit modus ille, qui sit per formationes dissimiles. Hæc ille. AVCTOR. Quàm planè declarant isti, ꝙ figuræ, & formæ uiciniores rei sunt propinquiores ut faciant homines errare circa eius essentiam, sicut dulces species faciũt gustum errare de poculo. Ideo Remigius benè dixit, ꝙ omnia mera, & pura non ita delectant, sicut mixta. Et in eundem locum suprà, s. 1. Corint. 8. AMBROSIVS. Omnia mera insua- *Amb. To. 3* uia sunt, & nociua: quia nec panis solus bene editur, nec aliqui cibi sine admixtione grati sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, sed nociui. Hæc ille. AVCTOR. Sic merè A simile est nociuum, nisi ualde dissimili miscea-

Imago ornata ad reliquam nuda ad religionem inducendam aptior est.

tur. Idcirco † certior est imago æris, uel ligni, vt repræsentet, aut coli faciat synceriter Deum, aut sanctum cælitus, quàm homo uiuus; aut mens hominis, si sensui patēs esset: quia uicinitas idoli titubare faceret aspicientem, & ita sistere in conspectu eius, ut intenderet, an ipsa res esset, cuius est imago. Hac ratione dominus Deus patribus, & prophetis ante euangelium & apostolis citra se & Spiritus cœlestes, qui tunc erant, aut futuri essent, non modò strauit per essentiā, sed per remotas imagines, quarum eis indidit intellectum: sicut apparuit ad Abraham in specie hominis. Ad Iacob in forma angeli & luctātis. Ad Ioannem in Apocalypsi tanquam filius hominis uestitus podere. Petrus item totam ecclesiam gentium aspexit in linteo per formas serpentum, & quadrupedum. Ezechiel quoque uidit Deum in forma hominis sedentis super cherubim à lumbis deorsum in specie ignis, & ad sursum in specie electri. Omnia ista per imagines plus remotas à rebus, quàm ligna, uel lapides nostri remouentur à nobis, propter similem tamen dissimilitudinem suarum imaginū clarissimè rebus conceptis uidebatur eis immediatus intuitus. Ita ut diceret Iacob, Vidi dominū facie ad faciem: cum solam hominis uidisset imaginem. Et Esaias ait, Dominum exercituū vidi oculis meis. Vnde super illum textum Esaiæ, Vidi dominū sedētem super solium excelsum,

Gen.18. Gen.32. Apoc.1. Act.x. Ezech.1.

Esa.6.

Hier.To.5:

HIERONYMVS. Legimus, quòd Abrahæ uisus est dominus in hominis figura, & cū Iacob quasi homo luctatus sit, qui Deus erat. Vnde appellatur locus ille Phanuel, hoc est, facies domini. Vidi enim, ait, dominū facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Ezechiel quoque uidit dominū in forma hominis sedentē super cherubim à lūbis eius, & deorsum erat quasi ignis, & superiora habebant speciem electri. Ergo Dei natura non cernitur: sed uidetur ab hominibus ut uoluerit. Hęc ille. AVCTOR. Et itē super Ezechielem textu. Et cecidit super me manus domini. & Ecce similitudo quasi aspectus ignis.

Ezech.1.

Hier.To.eodem.

HIERONYMVS. Hic considerandū est, quòd non ipsas uiderat ueritates, sed similitudinem ignis, quia à lūbis usq; deorsum ignis apparuit, & à lūbis quasi aspectus splendoris, & uisio electri. Hæc ille. AVCTOR. Ergo dominus qui optimè nouit proportiones imaginū, non per ipsas ueritates, sed per similitudines rei remotas, & quasi conformitates differmes intuitus prophetarū conuenienter instruxit. Aut quæ conuenientia saltem naturalis rubi ad uirginē, & ardoris ad Dei filium? & has tamen similitudines Deus instituit illis rebus. Similitudo tamen ista quanta est, accipitur ex parte formæ uel figurę imaginis: dissimilitudo ex parte naturæ. Vnde libro de conditione hominis cap. 17.

Exod.3.

Greg.Nꝰ extat.

GREGORIVS. Sicut impressam ære figuram sanctum euangelium Cæsaris appellat imaginem, per quod addiscimus, quòd iuxta figuram quæ quidem similitudo sit Cæsaris, subiecto autem differentia eius appareat: ita & in præsenti ratione pro figuris ea quæ sunt in contemplatione diuinæ naturæ humanæque cernentes eorum, quibus eadē similitudo est, subiecto prorsus differentiam reperimus, quam intuitu mentis in increata natura creataque conspicimus. Hæc ille. AVCTOR. Figura ergo ipsa in natura omnino dissimili est Dei cōformitas infinitè Deo dissimilis. hoc uerum est adæquationis, sicut dixit propheta. Cui assimilastis me, & adæquastis dicit dominus? Est tamen similitudo repræsentationis ad intuentē sufficiens. Sed subtiliter se putat obijcere Witcleuista si dicat.

Esa.40.

Sed quanuis dissimilibus, non aūt cōtrariis sor B mis deputari debent. Et quæ magis contraria, quàm uita & mors, breue & immensum? Quomodo ergo aptè signatur Deus uiuus in lapide mortuo, & Deus immensus in pugillo ligneo? Hoc argumento usus est aduersarius legis & prophetarū contra Augustinum. & lib. 2. contra eū satisfacit AVGVSTINVS. Relinquamuis cū, inquiens, inania garrientem, & nescio quid loquatur, quædā (si dici potest) imperita peritia de figurarū qualitate tractantē: qui cū dixit rebus congruis non contrariis aliquid esse signandum, poteramus dicere semper Deum lucido auro, nunquam nigro atramento scribi oportere, quoniā est Deus lux: & tenebrę in eo non sunt ullæ. Hæc ille. AVCTOR. Ita relinquēdus est iste, garriens id quod nescit de

Aug.To.6. in fine ca.9.

1.Io.1.

C conuenientia figurarū: quia si signorū cū signatis requireretur tanta conformitas, nunquā atramento nigro literas scriberes, quibus significaretur tibi Deus. Si aūt non incongruè hoc fit in literis, quare non item congruè in picturis? Cū ergo hominem dicunt Dei esse imaginem, uerū dicunt: sed secundū animam, quā non possumus in hac carne intuitiuè conspicere, ut uideamus Deū per suā imaginē. Inuisibilia enim Dei opera per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sed à corpore detentis per corporales & sensibiles formas. Qualiter non prætermisit Deus se ostendere corporalibus oculis Abrahæ & Loth per corporales formas humanas. Moysi quoque & populo Israel in corporali specie nubis & caliginis. Vnde lib. 2. de trinitate cap. 15. AVGVSTINVS. Per subiectam, ut sæpe diximus, creaturam exhibentur hæc omnia uisibilia & sensibilia ad signandum inuisibilem

Rom.1

Aug.To.3.

inuisibilem atque intelligibilem Deum, non so-
Rom.11. Rom.1. lum patrem, sed & filium, & spiritum sanctum. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: quanuis inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Hæc ille. AVCTOR. Concordat ergo diuinæ uoluntati, concordat apostolo, ut inuisibilem eius deitatem, & aliorum beatorum per formas sensibiles contemplemur. At hoc fit aliqualiter intellectu secundùm se, quod prius modo corporis fuit in sensu. Si autem per sola inuisibilia uolunt de Dei inuisibilibus instrui Witcleuistæ, necesse est seorsum in hac carne percipere disciplinam, & per hoc alienari à sensibus. Simili modo, quo Ezechiel imaginem Dei uidit iam raptus, & alienatus à sensibus. Et putas tam facilè hominibus, cognitiuè perspicere imaginem deitatis in mente? Fide sola imaginem illam ibi discernimus: ad quam item cognoscendam nullus prius, quàm actus animæ uideat, po- B test attingere. Sicut ait libro de conditione hominis capitulo trigesimo. GREGORIVS. Sicut enim non potest membrorum distinctio ante formationem in eo quod per conceptionem corporis iacitur, inspici: ita nec animæ contemplari proprietates in eo ipso possibile priusquam exeant in operationis effectus. AVCT. Idcirco & ipse tradit modum cognitionis animæ per sculpturam imaginis in lapide. capitulo trigesimoprimo. GREGORIVS. Sicuti in sculptoribus lapidum peruidemus dispositum: nanque artificis est speciem præformare animalis alicuius in lapide, hoc autem qui proposuit, primum quidem lapidem à materia cognata præscindit: deinde eius superflua circuncidēs per mutationem primæ figurationis id quod C proposuit, adumbrat, ita ut expertus etiam id quod apparet intentionem artificis sine difficultate conijciat. Rursus explicans ad similitudinem eius, cuius gerit studium prorsus accedit. Tandem deinde in ipsa materia speciem diligenter intergreque demonstrans, artem deducit ad finem: & est leo, uel homo, uel aliquid aliud effectum ab artifice, qui paulò antè lapis erat informis: non quòd interea ars obliterata sit per speciem, sed quòd species per artem probet impressa. Hoc modo quis & de anima cogitans, nullatenus à rationis tramite deuiabit, naturam quæ cuncta artificiosius operans, eiusdemque generis materiam sibi sumens, uiuam statuam de hominis portione formauit. Sicut enim lapidis operationem subsecuta est species in primis quidem obscurior, post autem perfectior, cùm ipsum opus est determinatum. Sic & in sculptura huius instrumenti species declaratur A animi proportione subiecti, imperfecta in imperfecto, & inintegra perfectaq; subsistens. Hæc ille. AVCTOR. Hinc ergo uidetur, quàm difficile sit ipsam deitatis imaginem, quæ in potentiis & actibus perfectioribus productionis uerbi mentalis & amoris mutui intellectiuæ partis consistit, statim attingere: quam uix possunt per multorum annorum studia attingere peracuti theologi. Vnde & ipsam disciplinam eius in sculptura docet imaginis, dicens, q; sicut de rudi lapide per circuncisionem superfluī & adhibitionem speciei artis paulatim procedit imago sculpta: ita per detersionem cogitationis uel adumbrationis incongruæ, & adhibitionem ueræ formæ Dei scitæ intellectus generat sibi ueram eius scientiam, & quasi suam imaginem Cùm ergo ad huius inspectionem, & cognitionem imaginis sculpta in lapide procuratur imago, quis sapiens mittit hominem simplicem ad imaginem animæ primò, ut per eam Deum discernat? Nam secundum hoc quòd uidemur extra in corpore, homo non est imago Dei. Christi autem imago non est, sed socius in natura, & nimis similem rationem habens, ut tanquam per imaginē repræsentet Christum hominem, sicut bene docuit Dionysius suprà, quòd tanta similitudo fit propinqua causa erroris: ut item bene declarat in eundem textum cælestis hierarchiæ HVGO. Quantum similia symbola transcendunt specie, tantum dissimilia symbola trā scendunt significatione, quoniam si illa habent speciem pulchriorem, tamen ista significationem tenent manifestiorem. Illa ueritatem ostēdunt, ista à falsitate exire compellunt. Illa sic ueritatem significant, ut facilè possit rudis animus in his detineri. Ista sic erudiunt, ut non C sinant in sui uenerationē considerantium animos falli. Hæc ille. AVCTOR. Bene dicit quòd imagines similiores sunt pulchriores aspectui uenerantis, sed periculosiores, quia in his rudis animus facilè detinetur.

Hugo

Ideo modo non habemus homines pro imagine trinitatis, sicut Abraham & Loth eleuatioris intelligentiæ patres, quia rudes animi in his pro scipsis esent detenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ QVOD IMAGO TRINITATIS A in ecclesiis solita aduersatur hæreticis: & quare Iudęi non sic celebrant imagines, quas fecerunt. Ca. CLV.

SVMMA.

1 *Deus pater ut homo uisus, contra Witcleff.*
2 *Trinitatis in tribus hominibus figura ostenditur.*
3 *Spiritussanctus quòd uariè afficiat hominem, demonstratur.*
4 *Extasis quid.*
5 *Trinitatis imaginem quomodo gratia rei demonstrandæ uidere habent simplices.*
6 *Iudæi quare non sic celebrant imagines, quas fecerunt.*

IMagines omnes offendunt hæreticos, sed maximè trinitatis imagini fulminant anathema. Vnde in libello eorum iam dicto conclusione. 8. Quãuis ista inhibita & imaginaria sint liberi erroris populo laicali, adhuc imago usualis de trinitate maximè abominabilis. Hęc Witcleff. AVCTOR. Imaginem usualem astruunt, ubi pater habet speciem uiri senis, filius iunioris, & spiritussanctus columbæ typum habet. Cũ uerò cœperint in communicando sensum suũ exprimere spiritualitatem, & incircũscriptibilitatem, causantur diuinæ essentiæ, quam cogitare non possumus, qualiter ergo sensibili forma depingere? Et pater, inquiunt, homo non erat, nec uisus ut homo: qua ergo audacia dant illi imaginem hominis, quam minimè recognouit? Qua audacia faciunt hoc, scripturæ iam Witcle uiita respondeat. In psalmis dat propheta domino Deo manus. Opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dat pedes. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Dat humeros propheta. Atque portauit in humeris suis. Dat digitos. Opera digitorum tuorum lunam & stellas. Dat uterum. Ex utero ante Luciferum genui te. Dat brachium. Et brachium eius dominabitur. Dat oculos. Oculi tui uideant æquitates. Dat aures. Fiant aures tuæ intendentes. Dat uiscera. Per uiscera miseri cordiæ Dei nostri. Dat cor. Eructauit cor meum uerbum bonum. Breuiter autem ecce scriptura omnia membra humani corporis Deo patri designat. Quid deest, ne totum hominem possideat, qui possidet omnem partem? Sed quòd scriptura facit uerbis, cur artifex non faciet signis? Quam culpam incurrit pictor dans Deo osculum, quod scriptura concessit? An magis peccatum circa hanc rem incurrit penicillus, quàm penna, imago quàm litera, dũ uero transumpto penicillo Deus imaginem suam depinxit in anima? Vnde libro de bono mortis ante medium AMBROSIVS. Ecce ego (inquit, ad Hierusalem) pinxi muros tuos. Non tergamus penicillo negligentiæ depicta animæ nostræ firmamenta muralia. Hæc ille. *Amb. To. 4.*

1 AVCTOR. Et † ipse inuisibilis Deus pater in forma hominis patribus frequenter apparuit, quantumcunque Witcleuistæ hoc negent, ut *Deus pater ut homo uisus.* opem conferant Arianis, qui ideo negabant patrem unquam uisibilem, ut uisibili filio maior esset. Sed respondet eis libro responsionum ad obiecta Ariana ad Luciferum episcopum ATHANASIVS. Prophetis, inquiunt, solus *Athanasius.* filius apparuit, & idcirco maiòr dicendus, qui nulli apparuit. Si docuerimus & patrem hominibus apparuisse, aut æquales confiteantur eos, qui similiter uisi sunt, aut certè quærant sibi, cui patrem minorem faciant apparentem.

B Et ne probationem patris hominibus apparentis differam, ipsa in medio proferam testimonia. In Genesi ergo de Iacob ita refertur. *Gen. 28.* Cum in Mesopotamiam Syrię pergeret, fugiens propter Esau fratrem suum, quòd uidisset dominum incumbentem super scalam sibi dicentem, Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, ne timeas. Item post multi temporis seriem, cùm ad patriam solus reuersus fuisset, apparuit Deus dicens, Surge, & ascende in Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, *Gen. 31.* qui apparuit tibi, cùm fulgeres à facie Esau fratris tui. Eligant igitur sibi isti utrum uolunt, aut patrem apparuisse fugienti, & patrem nihilominus remeanti, qua hinc exeant, quorsum erumpant non inueniant: quia utrosque apparuisse scriptura diuina testatur. Item Da-

C niel propheta patrem humano habitu se uidisse describit. Aspiciebam (inquit) donec se- *Dan. 7.* des positæ fuissent, & uetustus dierum sedebat. Vestimentum eius candidum ut nix, capilli capitis eius ut lana munda: thronus eius flamma ignis. Rotæ eius ignis accensus. Fluuius ignis egrediebatur à facie eius. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Et ut ostendamus manifestiùs Deum patrem fuisse, qui Danieli in antiqui hominis specie uisus est, in sequentibus quoque de filio ita dixit. Ecce in nubibus cœli fi- *Ibidem.* lius hominis ueniebat, & usque ad uetustum dierum peruenit. Apparet ergo secundùm præsentis testimonij fidem, & patrem, & filium Danieli quoque apparuisse prophetæ. Hæc ille. AVCTOR. Pulchro processu probat pater Athanasius Deum item patrem hominibus apparuisse, non solum, sed ante incarnationem item filium, & hoc in humano corpore. Ad certiorem autem cuidentiam eorum, qui patrem in specie hominis antiqui depingunt, Athanasius probat Deum patrem apparuisse in habitu antiqui uiri: dicente propheta de patre, quòd uetustus dierum sedebat, *Aug. To. 3.* & de filio quasi iuniori, Ecce filius hominis ueniebat. & ad hoc idem libro secundo de trinitate capit. 18. AVGVSTINVS. Nescio quemadmodum isti intelligant, quod Danieli apparuerit antiquus dierum, à quo filius hominis, qui propter nos nasci dignatus est, accepisse intelligitur regnum ab eo, scilicet, qui ei dixit Psalmo *Psal. 2.* secundo. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et qui omnia subiecit sub pedibus eius. Si ergo Danieli & pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali: quomodo dicunt isti patrem inuisum esse prophetis? Sequitur. Ita Daniel ait: Aspiciebam donec throni positi sunt, & uetustus dierum sedebat, & indumentum eius quasi nix album. Et paulo post. Aspiciebam, inquit, in uisione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis ueniens erat: & ad ueterem dierum peruenit, & oblatus est ei, & ipsi datus est principa- B tus, & honor, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguę ipsi seruient. Potestas eius, potestas æterna, quæ non præteribit: & regnum eius non corrumpetur. Ecce pater dans, & filius accipiens regnum sempiternũ: & sunt ambo in conspectu prophetantis uisibili specie. Non ergo inconuenienter creditur etiam Deus pater solere apparere mortalibus. Hæc ille. AVCTOR. Eandem sententiam continent isti sancti patres, quòd in comparatione filii pater, eo modo apparuit uetustus dierum capillis canis, & uestibus niueis, filius autem eius tãquam hominis, utique uisibili specie oculis prophetãtis, ut paternitatem exprimat, nobis similitudi- C nem antiquitatis ostendit, ut pater præcessor tẽporum, & conditor sæculorum. Et sic Deus pater, inquit, solet apparere mortalibus. Probat & hoc factum Adæ primo homini in paradiso. 2. *Aug. ibid.* lib. de trinitate cap. 10. AVGVST. Primum in eo, quod scriptum est in Genesi, loquutũ Deũ cum homine, quem de limo finxerat, si excepta figurata locutione rei gestæ etiam fides ad literam teneatur, ita tractamus. In specie hominis uidetur Deus cum homine tunc loquutus, non quidem expresè hoc in libro positum, sed circunstantia locutionis id resonat, maximè illa, ubi scriptum est. Vocem Dei audisse Adam de ambulantis in paradiso, & abscondisse se in medio ligni, quod erat in paradiso, dicentequè Deo, Adam ubi es? respondisse Adam.

A Audiui uocem tuam, & abscondi me à facie tua, quoniam nudus sum. Quomodo. n. possit ad literam intelligi talis Dei deambulatio, & collocutio, nisi in specie humana, nó uideo. Sequitur. Quis ergo erat ille, utrum pater an filius, an spiritussanctus? An omnino indistinctè ipsa Trinitas in forma hominis homini loquebatur? Contextio quidem ipsa scripturę *Gen. 1.* nusquam transire sentitur à persona ad personam: sed ille uidetur loqui ad primum hominem, qui dixit: Fiat lux, & firmamentum, & cætera per illos singulos dies: quem Deum patrẽ solemus accipere, dicentem ut fiat, quicquid facere uoluit. Hæc ille. AVCTOR. Quanuis hęc scriptura non apertè pronuntiet apparitionem patris in specie hominis, probat tamen eam Augustinus ex contextione scripturæ, & circunstantia lectionis, dicentis Adam audisse uocem eius, & deambulationem eius in paradiso. Habet de hoc in epistola ad Paulinam de uidendo Deum recitando Ambrosium super Lucam libro primo capitulo primo ubi tractat de angelo, qui apparuit Zachariæ in *Aug. To. 2. ep. 112. quæ incipit Augu. Memor debiti.* templo AVGVSTINVS. Non similiter sensibilia uidentur, & hic, in cuius uoluntate situm est uideri, & cuius naturæ est non uideri. *Act. 7.* Nam ubi uult, non uidetur, & si uult, uidetur. Apparuit. n. Deus Abrahæ, quia uoluit, aliis quia non uoluit non apparuit. Visum est etiam Stephano cùm lapidaretur aperiri cœlum: uisus *Esa. 6.* etiam sed Iesus ad dexteram Dei patris stans, & non uisus est à populo. Vidit Esaias dominum Sabaoth, sed aliud uidere non potuit, quia cui placuit, apparuit. Hæc ille. AVCTOR. Sufficit apparuisse Deum patrem Abrahæ, prout uoluit, & aliter, quã uoluit omnibus apparere. Si ergo uoluit apparere in specie hominis, & hoc antiqui hominis per picturas apparuit, filium quoque in specie hominis iunioris, non solùm quia homo fuit ex uirgine, sed ne principium sumpsisse credatur ex uirgine, sicut Fotinus dicit: spiritum quoque sanctũ in colũbæ specie, qua itẽ apparuit, ecclesiastica ratio congruen- *Amb. To. 5.* ter admittit in eodem loco. AMBROSIVS. Aut acquiescat ur necesse est si Deum patrem nemo uidit unquã, filium uisũ esse in ueteri testamento, & desinant hæretici ei principium dare, qui antequam nasceretur ex uirgine, uidebatur, aut ex uirgine certè refelli non potest, uel patrem, uel filium, uel spiritum sanctum, si tamen est spiritus sancti uisio, cam specie uideri, quam uoluntas elegerit, non natura formauerit: quoniam spiritum quoque uisum accepimus in columba. Hæc ille. AVCTOR. Visum ergo profitetur patrem, filium uisum, uisum spiritum sanctum corporali specie,

Psal. 18. Psal. 131. Deut. 32. Psal. 8. Psal. 109. Esa. 40. Psa. 16. Psal. 129. Luc. 1. Psa. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cie, non quam natura deitatis formauit, sed quam uoluntas elegit. Nec tamen pater dicendus est homo: aut filius ante incarnationem dicendus est homo, quanuis uisi sunt hominibus homines. Nec item spiritus sanctus dicēdus est columba, in cuius habitu uisus est, quamuis hoc Witcleff dixerit. & ideo a discipulis redargutus existat, non intelligentibus, quòd propter prædicationem suam habitudinalē ad hoc compellitur, & sic filium fuisse hominem ante natiuitatem ex uirgine, & Deum patrem hominem in mundi principio: a quibus turpissimis uerbis ecclesiæ fides est libera, quæ nec panem habitudinaliter corpus Christi concedit. Vt † item fundamento auctoritatis non careāt, qui speciebus trium hominum trinitatem effigiant Deus trinitatis uisus creditur Abrahæ in similitudine trium uirorum sub ilice Mambre. Et ad monstrandum æqualitatem personarū, forma, ætate, potestate, similiū. Vnde li. 2. de trinita te. ca. 11. AVGVSTINVS. Si unus uir apparuisset Abrahæ, idemque Dei filius crederetur. Cum vero tres uisi sunt, nec quisquam in eis uel forma uel ætate maior cæteris dictus est: cur non hic accipiamus uisibiliter insinuatam per creaturam uisibilē trinitatis æqualitatē, atque in tribus personis unā eandēque substantiam? Hæc ille. AVCTOR. Siue ergo hoc modo, siue illo, trinitatē depingimus, similitudinē ei aptamus, subqua possit quoquomodo fide discerni. Si uultibus disparibus emanationes psonarum: si similibus æqualitatē earū ostendunt. Vtrobique similitudinē cū pluralitate, sed nō sic cū pluralitate personarum originem. Ideo hæc ipsa Danielis imago de uetusto dierum congruentiùs reputatur esse reperta ad confundendam Arianam perfidiam, quæ constanter intra eādē essentiam singularem, coæternam negauit originem: quapropter hanc prius inuenit ecclesia, ut iuxta sententiā Danielis à patre tanquā seniore nostro modo potuit filius suus iunior emanare Quod inter homines formæ coæqualis, & ætatis iuxta sensum non possit intelligi. Sed dixit Robertus periculosum, & stultum esse talem librum populari viro proponere, quem erit sic informare difficile, quoniam faceret eum plus errare de trinitate, q̄ scire. Et pro uno uel raro populari sistēdū nō est, sed multi sūt, qui docti nō errāt, quāuis non omnino nō discernant. Et iā patiatur ut dicam, stultè ergo sibi librū scriptū unquam propositum esse, quē tā informare fuit difficile de fide trinitatis, ut plùs nesciret, & sic erraret respondendo, q̄ sciret. Quid item si proferam Deum tales libros imaginum non intelligentibus proponentem, & defendam tamen Deum non stultum in facto. Ecce li. 2. ad Simplicianum in principio AVGVS. Attingit ubique spiritus propter suam munditiam, afficit † autem omnes non eodem modo, sed alios per informationem spiritus eorundem hominum, ubi rerum demonstrantur imagines. Alios per fructum mentis ad intelligentiam. Alios utraque inspiratione. Alios etiam nescientes. Per informationē spiritus duobus modis, aut per somnia, sicut non solùm plerique sancti, sed & Pharao, & Nabuchodonosor uidit, quod neuter eorū intelligere ualebat, sed tamen uterque uidere poterat. Aut per demonstrationē in † Extasi quod nōnulli latini pauorem interpretantur uiriū, sed impropriè, sed uicinè tamen, cum sit mētis alienatio à sensibus corporis, ut spiritus hominis à diuino spiritu assumptus, capiendis, atque intuendis imaginibus uacet. Sicut Danieli demonstratum est, quòd non intelligebat, & Petro illico uas summissum de cælo quatuor linteis. Et infrà. Nescientes autem afficit prophetiæ spiritus, sicut & Caiphas, cum esset pontifex prophetauit de domino, quòd expediret unum mori pro tota gente, cùm aliud in uerbis, quæ dicebat, attenderet, quæ non à seipso se dicere nesciebat. Hæc ille. AVCTOR. Hic habere potes rerum imagines demonstratas cœlitus ēt sanctis hominibus, quas ipsi nesciebant, sicut Daniel erat, & Petrus: quidam nec informati sciebant, ut Caiphas. Rei tamen significandæ gratia, aut fidelibus demonstrandæ, sunt reuelatæ uidentibus. Sic † gratia rei demonstrandæ uidere habent simplices Trinitatis imaginē, & quatenus capere possunt, erudiendi in fide, ne errent. Vbi autē capacitas deficit, charitas ipsa non desit, si captiuum submittant intellectum in obsequium fidei. Nec tunc erit error in intellectu, ubi non est in affectu præsumptio. Nec quantum uideo satisfacit ecclesia statui gratiæ, in qua est, si propter paucos carnales, uel idiotas, uel hæreticos, uel garrientes hypocritas euacuaret imagines, quandiu saltem non plus obesse debeant quàm prodesse. Nostri enim tempore sunt imagines, non ita ut Iudæorum. Nō tantum, quòd Deus homo cum eis non fuerit, quando tamen Cherubim habuerunt ex Moyse, & ita ex Salomone similiter. Nec tantùm quia proni erant per idololatriam abuti licentia imaginum, sed magis quia ipsi seruierunt umbris legalium, nos autem in imagine reformamur. Quam rē lib. de octo tubis post principium tractans AMBROSIVS. Vere, inquit, legis character in nostris moribus exprimitur, qui in Dei ambulamus imaginem: quoniam iam legis umbra transiuit. Vmbra Iudæis carnalibus, & imago: nobis ueritas resurrecturis. Tria enim hæc secundùm legem esse cognoui-

Trinitatis in tribus hominibus figura. Aug. To. 2. Gen. 18.

Spiritus sct ut uarie afficiat homines.

Gen. 41. Dan. 2.

Extasis.

Act. 10. Io. 11.

Non exist.

Aug. To. 4

cognouimus, umbram, imaginem, ueritatem. Vmbram in lege, imaginem in euangelio, ueritatem in iudicio. Sed Christi omnia, & in Christo omnia, quem nunc secundùm ueritatē nidere non possumus, sed uidemus quasi in quadam imagine futurorum, quorum umbram in lege proipeximus. Hæc ille. AVCTOR. Pulcherrima ratio † quare noster homo transeat in imaginem, & utatur imaginū ritu cum frequentia: Iudæi antiqui non sic, quia Christum nunc uidemus in imagine futurorum expressiùs lineamenta corporis exprimente, quàm umbra stolida Iudæorum. In qua per agnum umbratilem Christus noscitur impressa imagine sui corporis naturaliter in altari. At tamen lux ueritatis micat in patria, quæ umbram intercepta imaginis iecerat in Iudæos, quia ipsi post imaginē statuuntur à dorso. Vnde & Moysi dictum est legis principi. Posteriora mea uidebis, & omnis plebs aspiciebat ad tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Exod. 33. Et Agarait. Hic uidi posteriora uidentis me. Gene. 16. Status et B go synagogæ fuit in umbra, noster in imagine. Colant ergo Iudæi cæcas umbras ouir & uitulis panis propositionis & cinerum: quæ omnia longè sunt à corporis expresso charactere. Non inuirentur christicolis Witeleuistæ, ut à Christi eos imagine in umbras iactant Iudæorum. Ab imagine enim Christo sumus omnes imagines. Vnde Homil. 1. super Gene. ORIGENES. Quicunque veniunt ad eum, & rationabilis imaginis participes effici student, per profectū suum secundum interiorem hominem reformātur quotidie ad imaginem eius, qui fecit eos: ita ut possint conformes corpori claritatis eius effici. Sed unusquisque pro uiribus Apostoli se ad eius similitudinem reformarunt, intantum, ut ipse de eis diceret: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, Deum meum: & Deū uestrū. Ipse.n. iam petierat patrem pro discipulis suis, ut eis similitudo pristina redderetur, cùm diceret: Pater da, ut sicut ego, & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint. Semper ergo intueamur istam imaginem Dei, ut possimus ad eius similitudinē reformari. Hæc ille. AVCT. Dicet hæreticus: sed quid ad hoc imaginem grossam, quam de lapide fabricatis? imago hæc, aut Christus est, aut structura virtutum in anima. Est equidem, sed cur hanc structuram habentes antiquitus adhuc ambulabant in umbris, nec colebant, nec portabant imaginem? Iuxta quod Apostolus ait. Vmbram enim habens lex bonorū futurorum, nō ipsam imaginem rerum. Per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Hebr. decimo. Vides, quòd lex A umbram futurorum bonorum habebat, non ipsam rerum imaginem, ideo non poterat ad se accedentes perfectos facere ultra umbram perfectione imaginis. Ideo libro primo de officiis capitulo quadragesimo octauo prędictus AMBROSIVS. Quæ prima mansio apud patrem, quæ secunda, & tertia, quibus pro ratione meritorum unusquisque requiescet. Illa ergo nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus ueritas est. Hic umbra, hic imago, illic ueritas. Vmbra in lege, imago in euangelio, ueritas in cælestibus. Antè offerebatur agnus, offerebatur uitulus, nunc Christus offertur: sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & seipse offert quasi sacerdos, ut peccata nostra dimittat: hic in imagine, ibi in ueritate, ubi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine uidemus, illic facie ad faciem, ubi plena perfectio, quia perfectio omnis in ueritate est. Sequitur capitulo quadragesimonono. Ergo dum hic sumus, seruemus imaginem, ut ibi perueniamus ad ueritatem. Sit nobis imago iustitiæ, sit nobis imago sapientiæ, qua veniemus ad illum diem, & secundùm imaginem existimabimur. Hæc ille. AVCTOR. Præcesit Apostolus, & sequitur eum Ambrosius uerborum eius uerus interpres, concludens uentum iam esse ad illum diem, ut sit nobis imago iustitiæ, imago sapientię, perfectio ueritatis eorum in patria iudæorum in umbra, quia agnus tunc offerebatur ex pecore, nunc Christus offertur, non sic ut apud Iudęos in umbra grosi panis, sed tantum in imagine tenui, & panis specie, quę ueritatem sacri corporis non obumbrat, sed contegit apud patrem in ueritate. Qualiter distinguet ista Witeleff, qui non Christum offert, sed panem, cùm dicat Ambrosius, quod Christus offertur quasi homo recipiens passionem: hic in imagine: apud patrem: inueritate. Et hic cum uidemus in imagine, Iu C dæi non poterant in umbra uidere, uno eorum magno sic orante Propheta. Illuminare his, *Luc. 1.* qui in tenebris, in umbra mortis sedent: nec tamen ad lumen ipsum peruenit, sed ad lucernam, quasi eius lucis monstrantis originem. De qua dictum est. Non ergo faciebant Iudæi rerum distinctas imagines, sed confusas: quia toti uersabantur in umbris, nihil distinctè uidentes. Nos Christiani, Christi habentes notitiam, excutimus ueterem umbram & cùm in eius transformemur imaginem, laudamus imagines. Altius autem, si conemur rei causam discutere, dici posset, quòd nos Christiani, qui fidem colimus resurrectio

Amb. To. 1

Orig. To. 1

Io. 19.

Io. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis cum filio Loth, qui resurrectio interpretatur, scilicet, cum ipso Enos imagines colimus: qui & ipse sic cœpit inuocare nomen domini: & in quem beatus Augustinus. 15. de ciuitat. to tam ecclesiæ propagationẽ scriptura cogente p duxit. In ipsius ergo side deuota, qui primus ritè colebat imagines, Christiani (deserta synagoga) sculpturas adorant: sicut in side Melchisedec sacram eucharistiam in pane, & uino, pecore de ordine Aaron dimisso, secundùm Aposto lum Christo trandente consummat. Sic. n. posset quæri, quare præter morem Iudæorum Christi carnem non in carne ueneramur, sed in pane: sicut modò quæritur quare præter eorũ morem Christum in sua ueneramur imagine. Huius auctor ante legem signatur Melchisedec: huius item ante legem auctor est Enos fidelibus.

Gen. 4.

ad Heb. 7.

¶QVOD HAERETICI COLVNT dęmones, & Christiani ritè colunt imagines. Cap. CLVI.

SVMMA.

1 *Iudæi quomodo adorabant opera manuum hominum contra Witcleff.*
2 *Witcleuistæ qũo rationem contra sacras Christia norum imagines non traxerunt ex euangelica scriptura, sed Socratica.*
3 *Witcleuistica hæresis quæ damnat imagines, quo modo dæmones adorat in suorum phantasmatũ idolis.*
4 *Statuarij, & idololatræ hæretici ab Ezechiele de monstrantur.*
5 *Witcleuistarum errores.*
6 *Imagines quare honoremus, & qua ratione, & quando Dulia, & quando Latria.*
7 *Christiani quomodo uenerentur & adorent imagines, sed non seruiant eis cultu diuino.*

AD hæc hæreticus Witcleuista. Sed Iudæi cùm habebant umbras, non eas colebant, nec adorabant imagines, quas habebant: sed illũ, de quo scriptura præcepit, Dominum Deũ tuum adorabis & illi soli seruies. Colebant in umbris, in imagi nibus adorabant. AVCTOR. Respõsi alicuius gratia dico, quid ergo eis tabernaculum plùs quàm alius locus, quod colebant, ut in eo Deum colerent cultu eximio? Quid de arca? qd de propitiatorio super Cherubim, quod Dei sedem putabant? Vnde & Psalmista legem pronũtians magis quàm statuens, Adorate, inquit, scabellum pedum eius, quoniã sanctũ est. Et quid item de templo, aut altari, in quæ item pro religione iurabant, quod est actus omnino latriæ. Et Saluator ait. Qui iurauerit in templo, iurat in eo, & in eo, qui habitat in ipso. Et qui iurat in cęlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum. Matth. 23. Et Rabanus ibi ait. Templum. n. uel altare ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum spiritualium salutem. Ideo cap. de sacris imaginibus DAMASC. Cuius igitur gratia Mosaycus populus tabernaculum in circuitu adorabat, imaginem, & typum gerens supercælestium. Magis autem uniuersæ creationis. Ait denique Deus Moysi. Vide facias omnia secundũ typum demonstratum tibi in monte. Sed & Cherubin obumbrantia propitiatorium nonne opera manũ hominum sunt? Quid autẽ in Hierusalem famosum templum, nonne factũ manu hominum, & eorum arte constructum?

Deut. 6. & 10.

Psal. 98.

Rabanus.

Damas. li. 4. c. 17. Exo. 25. et 26.

1 Hæc ille. AVCTOR. Opera † ergo manuũ hominum adorabant Iudæi, iuxta Damascenũ, putà templum Cherubin, & tabernaculũ ipsũ, quod forsan ex eo perpendit, ubi unusquisque stabat in loco Papilionis sui, descenditque colũna nubis, & stabat ad ostium tabernaculi: stabantque & ipsi, & adorabant per fores tabernaculorũ suorum. Exod. 33. Adorabant, dicit doctor, tabernaculum, quo ingressus est dominus, & adorabant & columnã nubis, in qua descẽdit primum opus hominum, secundũ opus Dei, & tamen plus primũ sanctum dicit Witcleuista Guillelmus albus, sed nec colendum erat unũ uel alterum, sed magis aranea, quę plus appropinquat Deo per similitudinẽ doni uitæ. Sic. n. in libello suo confessus est conclusione. 26. ꝙ non sit honor aliquis exhibendus imaginibus crucifixi, beatæ Mariæ, aut alicuius sancti, quia arbores crescentes in sylua sunt maioris uirtutis, & uigoris, & expressionẽ gerunt similitudinẽ Dei, & imaginem, quàm lapis, uel lignũ mortuum ad similitudinẽ hominis sculptũ, & ideo huiusmodi arbores crescentes magis sunt adorandæ orationibus, genuflexionibus, oblationibus, peregrinationibus, & luminibus, quã aliquod idolum in ecclesia mortuũ. Hæc ille. AVCTOR. Ecce crudelis hæresis, quæ præ penuria ueritatis prætensa ratione blasphemias fabrefecit. Quomodo magis appropinquat ad similitudinem & imaginem Dei arbor uirẽs in sylua, quàm sculpta in ecclesia? dicet magis propter uitam. & iterum magis, quia hoc in agro Dei est opificium: sculptum in ecclesia est opus humanum. Amodo ergo uirent Witcleuistæ cum Socrate iurante per canes, & lapides, cũ quo idola destruunt, quæ adorant. Refert de eo in exordio libri de uera religione. AVGVST. Socrates, inquiens, audacior cæteris perhibetur fuisse iurando per canem, aut animantem quélibet,

cap. 2 Aug. Tit.

libet, & lapidem quemlibet, & quicquid iuratu ro esse in promptu, & quasi ad manum occurrisset. Credo intelligebat qualiacunque opera naturæ, quæ administrante diuina prouidentia gignerentur, multò quàm hominum, & quorumlibet opificum esse meliora, & ideo diuinis honoribus digniora, quàm ea, quæ in templis colebantur. Non quo uerè lapis & canis essent colenda sapientibus, sed ut modò intelligerent, quo possent tanta superstitione demersos esse homines, ut emergentibus hic esset tam turpis demonstrandus gradus. Sequitur. Non. n. sic isti, id est, Socrates & Plato, nati erant, ut populorum ipsorum opinionem ad uerum cultũ Dei à simulacrorum superstitione, atque ab omni huius mundi uanitate conuerterent. Itaque & ipse Socrates cum populo simulacra uenerabatur, & post eius damnationem mortemq; nemo ausus est iurare per canem, nec appellare quemcunque lapidem Iouem, sed tantummodo literis, memoriæque mandare. Hæc ille. AVCTOR. Hinc formant suam conscientiã Witcleuistæ, timentes uenerari lignum mortuum, sed propter uiriditatem arborem præferunt iã crescentem: iudicantes eam quolibet humano opere diuinis honoribus digniorem, ut per eã iuretur, uel testimonium ueritatis qnodlibet assumatur. Sic item Socrates, ut habet apologetici sui capite duodecimo. TERTVLLIANVS. Vecorde philosopho Socrate contentus, qui in contumeliam Deorum quercum, & hircum, & canem deierabat, sed propterea damnatus est Socrates, quòd Deos destruebat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non tantùm canem & quercum assumpsit in usum iuramenti: quia rem uiuam lapidi non uiuenti prætulit. Igitur † non hanc rationem contra sacras Christianorũ imagines traxerunt ab euangelica disciplina, sed Socratica, qui & ipse Augustinus dicit ibi, idola coluit. Cyprianus dicit, quòd dæmonem, quales secundum Hermetem per inuocantis errorem idola animarent. Vnde epistola, quòd idola dii non sunt, CYPRIA. Spiritus sũt insynceri, & vagi, qui postea quàm terrenis uitiis immersi sunt à uigore cęlesti terrena contagione recesserunt, non desinunt perditi perdere, & deprauati errorẽ prauitatis infundere. Hos & Poetæ dæmones norunt, & Socrates instrui se, & regi arbitrio dæmonis prædicabat, & magis inde est ad pernicios uel lubrica potentatus. Hæc ille. AVCTOR. Socrates ecce, qui conscientia tanta tactus est, ut lignum, & canem potius adoraret uiuum, & diuini substantiam operis, quàm mortuum idolum, ipse adorauit diabolum. Indubiè † ita Witcleuistica hæresis, quæ damnat imagines, dæmones adorat in suorum phantasmatum idolis, quibus se regendos & eorum imbuendos arbitrio tradunt, & inde ad pernicios, & ludicra sunt potentes. Nanq; erant idola in gentibus ad publicum sensum. Hæc per prophetas, qui totiens loquuntur contra idolum, esse hæreses in ecclesia ad spiritualem conceptum testatur interpres Christi Hieronymus, ubicunque in commentariis Esaiæ, Hieremiæ, aut aliorum prophetarum loqui contingit. Qualiter item textum Ezechielis ad Donatistas refert libro tertio contra Donatistas ad finem AVGVSTINVS. Per † Ezechielem eidem fornicariæ dicitur. Et protulisti de uasis gloriæ tuæ, de auro meo, & argento meo ex quibus dedi tibi, & fecisti imagines tibi masculinas, & fornicata es in eis, & accepisti uestẽ meã uersicoloriam, & cooperuisti idola tua, & oleũ meum, & incensum meum, & imposuisti ante faciem idolorum, & panes meos, quos dedi tibi, & similagine, & melle, & oleo cibaui te, & posuisti hæc ante faciem Idolorum tuorum, & in odorem bene olentem perfecisti hæc. Ad imagides enim phantasmatum suorum, cum quibus uoluptari delectatur carnalis anima, cõuertit omnia sacramenta, & uerba sanctorum librorum. Nec tamen quia illæ imagines falsæ sunt, & doctrinæ sunt dæmoniorum, & hypocrisis mendaciloquorum, propterea & illa sacramenta, & diuina eloquia sic honoranda sunt, ut eorum illa esse deputentur, cum dominus dicat: de auro meo, & argento meo, & uestẽ mea uersicoloria, & oleo meo, & incenso. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si quis quærat statuarios, & idololatras, Ezechiel monstrat hæreticos, qui ad imagines suorum phantasmatũ omnia uerba conuertunt sanctorum librorum, & quia diuersorum diuersa sunt phantasmata, necesse est penè quot phãtasiãtes cum eis sunt, esse tot hæreses. Quòd † inter Witcleuistas experimur, qui uidimus ubi unus docet uxorem ducere sacerdotes, alius continere. Alius Eucharistiam panem dicit, & negat alius. Alius imagines susçipit, alius uilipendit. O quot iam uideres Deos hæresum in Bohemia uelut in altera Samaria coronatos: ubi secundum historiam quarti Regum, capite 17. unaquęq; gens fabricat Deum suum, ponuntq; in phanis excelsis quæ faciũt Samaritæ: gens & gens in uribus suis: uiri Babylonii faciunt Sochoth, Benoth: uiri Chuteni Nergel: & uiri de Emath Asuna. Euei faciunt Nebaam & Tarchã, & si qui sunt, qui amplius Deum colere se affirmant, ipsi sunt de Sapharuaim, qui comburunt filios suos tanquàm deuotionis igni Adramelech & Anamalech Diis Sapharuaim. Et nihilominus colunt Deum, & hoc eximiè, ut dicunt, euã gelium

Tertullian.

Cyprianus

Aug. de Bapt. contra Donatistas li. 3. c. 19. To. 5. Exo. 16.

1. Tim. 4

Lutherano rum quoque errores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelium uenerantes, osculantes, salutantes, & ipsum codicem uenerãtes. Et qualiter hoc? quia arborem potiùs colunt, quia uiuam, quàm imaginem, ut dicunt, mortuam. Cur hoc pellibus & literis mortuis exhibent, quibus melior est ouis uiua? Cur eas collocant ueneranter in scrinio, cur manus lauant, aut imbres prohibent, quam curam canibus aut muscis suis non faciunt natura præstantibus? Et uir hypocrita cur regis imaginem mortuam in pectore portat, tutam in bursa, & pulicem uiuum cum indignatione iactat, aut perimit, qui est natura dignior denario, & similitudini Dei proximior? ¶Item nunquid dixit Deum malè iussisse populum colere serpentem mortuum æneũ, quia potius essent serpentes uiui colendi, tanquàm plùs habentes imaginis & similitudinis Dei? Ego cum omni fide Christi mortem adoro, & negligo Iudam uiuum. An uult noster Witcleuista potius quàm Christum hominem adorare diabolum? Testu enim Apostolo, Christus homo minoratus est paulòminus ab angelis, & in angelis quasi imago est Trinitatis expressior. Cur ergo cùm natura sit excellentior Christo homine, & imago deitatis expressior, non potius eum eligat adorandum sicut arborem uiuam in sylua sculptam, quàm imaginem mortuam? Dicet forsan, quia quanuis Christus sit natura inferior, tamen gloria & honore coronauit eum Deus per gratiam: ut idem Apostolus dicit Heb. 2. Verum dicis, & ita ob gratiã deitatis, quam imago designat, super arbores uiuas est reuerenda, quæ tamen natura præcellũt. Et quia de arboribus comparat: Ecce dominus posuit sibi uenerabilem sedem super mortua ligna deorum Cherubim abscisa de Libano, nunquid uenerabilius se collocasset super ea in sylua? Et ipse puniuit ementes, & uendentes in flagello, quia domum illam ex lapidibus, & lignis factam, dehonorabilem statuerunt, facientes domum patris domum negotiationis. Et cum ipsi essent homines & natura uitæ & rationis præstantis, cur cogendi erant deteriorem honorare naturam? Insipiens cor eorum, cur non aduertit etiam in ipsis hominibus honorem primum esse uirtutis, non materiæ, uel naturæ? alioquin omnes homines æquales haberent honores: sicut natura sunt pares. Vnde sæpe dicto cap. de imaginibus DAMASCENVS. Multotiens † non secundum mentem habentes domini passionem, imaginem Christi crucifixionis uidentes, & salutaris passionis in rememorationem uenientes, procidentes adoramus, non materiã, sed imaginatum, quemadmodum neque euangelij materiam, neque crucis adoramus, sed typosin, id est, figurationem. Quid enim differt A cux non habens domini typosin ab habente? Similiter & Dei genitricis imaginis non materiam, sed figuram adoramus. Honor enim, qui est ad ipsam, ad eum, qui ex ipsa incarnatus est, reducitur. Hæc ille. AVCTOR. Nudè, & clarè soluit rationes hæreticas Damascenus, quòd ideo non honoramus imagines ligneas, aut aureas propter naturas, uel materias clariores, sed propter eos, quorum habent figuras. Quod itẽ aduertere possunt hæretici, cum uident fideles supplicius honorare crucem ueterem de ligno, quàm eburneam de sancto Petro. ¶De adorando autem istas imagines occurrit, quod dixi de adorando sanctos, & eorum reliquias, quòd in seipsis attentæ, ut sunt res naturæ, nullius honoris capaces. Attentæ autem, ut res familiares altioris naturæ, uel suppositi illud conceptui præsentantes expresè, honorandæ sunt ut tales. Si uerò conceptus ad eas nõ sistat, sed statim cum feruore eat in prototypum, non alio, sed eodem actu ea conueneror, sicut non alio, sed eodem actu uideo lucem & colorem, dum tamẽ lucem non attendit uisus, nec iudicat, sed fertur in rẽ. Sicut dicit Homilia. 1. super Genesim. ORIGENES. Sicut enim qui uiderit imaginem alicuius, uidet eum, cuius est imago, eo, scilicet, intuitu: ita quòd penè obliuiscitur imaginis, dum prima contemplationis instantia rapitur in signatum: & sic uident multi quosdam uestitos, qui interrogati de colore uestis, ignorant, quia toti ferebantur in hominem: ita qui adorat imaginem, eum adorat, cuius est imago. In hac enim seque ludere imaginem, non est ibi sistere uisum, sed transferri in eum, cuius est, trãsitu competẽti, uel per latriam, si sit Deus, uel per duliam, si sit quiddam citra Deum. AVCTOR. Attamen in Deo ipso secundum Augustinum sunt diuersæ causæ, ut adorem etiam eum dulia: quæstione. 94. super exodum AVGVSTINVS. Græcus δουλεια habet, non λατρειαν. Vnde intelligitur, quòd dulia debetur Deo tanquàm domino, latria tanquàm Deo. Hæc ille. AVCT. Sic in imagine, cum ita formatur, ut eum tanquàm dñm representet, dulia colitur, si Deum, latria. Adorare ergo eas ut res naturæ, quanuis sic mihi dominum significent, fatuum est. Adorare eas pro Deo, uel diis, sacrilegum est: sed adorare eas, ut per eas adorem Deum, sacrum est. De primo enim super psalm. 103. sermone. 3. Sol cognouit occasum suum AVGVSTINVS. Talis est dementia hominum, quasi adorandum aliquid dicatur, cum dicitur, Sol Christum significat. Adoro ergo petram, quia Christum significat. Hæc ille. AVCT. Dementiam ergo notat Witeleuistarum, qui redarguentes cultum imaginum quia signa sunt, arguere solent: adora

ra ergo modulum straminis quia habet uestigiũ Trinitatis. Nec. n. omne signum adoro, sed signum expressum, & euidens apud sensum, mouens statim affectum ad colendum aliquid cultu sibi debito: cuius rationem sensibilis tenet imago. nec tamen eas pro sanctis aut diis adore sacra fides permittit, quod solum erat culpa plebis idololatræ. Quod item in epistola ad Serenum episcopum decernit GREGORIVS. Perlatum ad nos, inquit, fuerat, quòd inconsideratо zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusatione ne adorari debuissent, cõfregeris. Et quidem quòd eas adorari uetuisti, laudamus: fregisse uerò, reprehendimus. Hæc ille. AVCTOR. Quòd adorari uetuisset imagines ecce laudauit: non ne adoretur omnino, sed ne pro seipsis adorationis actum ad se fisti facerent, nec essent media alia adorandi. Sic enim adorantur ut dii, prout idem declarat sc ad Secundinũ in rescripto GREGORIVS. Scimus, inquiens, quòd imaginem Saluatoris ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei in eius amore recalescas cuius imaginem uidere desideras. Et nos quidem nõ quasi ante diuinitatem, ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, uel natum, uel passum, uel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animũ nostrũ, aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Hæc ille. AVCTOR. Difficile est satis aptis uerbis pronuntiare, quod in cogitatione sentitur: hoc tamen certum est, nolle Gregorium, q̃ ante eas ipsas ultimatè cogitãdo, tanquam essent ipsa diuinitas Christi, prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem recordamur. Et hoc ante dixit. Non, ut quasi Deum colas: quod tamen in imagines suas fecerunt idololatræ, ultra quas ad nihil aliud intendebant. Vnde libr. 2. diuinarum Institutionum, cap. 3. Lactantius. Qui ergo colunt simulacra, corpora sunt honoribus carentia, quia se corporalibus dediderunt, nec uident aliquid plus mente, quàm corpore, cum sit animi officium subtilis, ea* terrere, quæ acies corporalis non potest intueri. Hæc ille. AVCTOR. Verum dicis, & in hoc incidit, quod est proprium Christianis, aliud circa imaginem corpore intueri, aliud mente: corporis uisu ipsam imaginẽ mente uerò Deum aut sanctum in cælestibus, ad quem acies oculi corporalis non potest attingere. Et per hoc multo plus mente uident quàm corpore: & qualiter uident, honorant in imagine sua Deum, non ipsum simulacrum, tanquàm Deum. Quod ita definiuit SACRVM CONCILIVM VII. dicens, Venerabiles imagines Christiani, non Deos appellant, neque eis seruiunt ut diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum uenerantur eas, & adorant, sed non eis seruiunt cultu diuino, nec alicui creaturæ. Hæc ille. AVCT. Notate uerba Concilii, quòd† Christiani uenerantur, & adorant imagines, sed non seruiunt his cultu diuino. Qualiter ergo adorant eas, dicit, quòd non seruiunt eis ut diis, nec eas Deos appellant, sic eis non seruiunt cultu diuino, quæ latria dicitur, tamen cultu eas adorant tanquam non Deos, sed Dei imagines. Sic laudauit Serenum Gregorius, q̃ adorare uetuisset imagines, quas tamen ipsemet adorauit ante quas prosternebatur, Non, inquit, quasi ante diuinitatem, sed ficut ante illum, quem per imaginem recordabatur.

B ¶ AD ARGVMENTVM VVITcleuistarum contra imagines, Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & quòd fideles uocant Deum, & sanctos eius imagines. Ca. CLVII.

SVMMA.

Idolum quid. Et quid Simulacrum. Et quomodo simulacra, et idola sint ab omni adorante cauenda.

Damascenus quomodo resoluat omne ambiguum de adorandis sculptilibus. Et qui dicantur bene adorare sculptilia, et qui malè.

Paulus quid fecerit, cum circũiens Phana Atheniensium, reperisset inter ea aram, in qua erat scriptum. Ignoto Deo.

Lucas q̃ fuerit pictor. Et quomodo Saluatoris, et matris eius imagines depinxerit.

Epiphanius cur imaginem discidit.

Anthropophormitæ hæretici.

Imaginũ usus quomodo Iudæis ueteribus fuerit sublatus. Et quare.

Respõsio ad Witcleuistas, qui causantur, quòd populus ignoranter sic adoratis imagines, incidat in idololatriam.

COnfundantur, inquiunt Witcleuistæ, omnes qui adorant sculptilia: quasi se bene à nobis catholicis sanctis amouerunt, detestantes imagines, cũ sculptilia detestantur, quasi imagines pictę, aut tinctæ, aut ductiles, uel fusiles, sine peccato colãtur. Qualiter Faustus errauit i uerbo, dicẽs, Iudęos à Gẽtibus segregari hoc solo, q̃ sculpturas earũ dimiserunt. Vt lib. 20. contra Faustum arguit

Ps. 1.

Ps. 2.

Damasc.

Aug. 7. de

Aug. 7. de

Gregorius.

ibidem

Lactãtius.

cernere

Psal. 96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnit AVGVSTINVS. Neque enim, sicut Fau A
ltus dicit, priores Iudæi nostris segregati à Gen
tibus, cum templum haberent, & in immolatio
nes, & aras, & sacerdotia, & sculpturas solum di
miserunt, id est, idola. Poterant enim, sicut non
nulli, etiam sine idolorum culturis, arboribus,
& montibus, postremò etiam Soli, ac Lunæ, cæ
terisque syderibus immolare: quod si facerent
per illum cultum, qui latria dicitur, creaturæ po 2
tiùs, quàm creatori seruirent, & nihilominùs se
dæmonibus traderent: sed satis notanter ibi ad-
didit AVGVSTINVS. Si per cultum, qui la
tria dicitur, creaturæ potiùs, quàm creatori sic
colendo seruirent: si uerò præcisè Deo seruire
proponerent, & si per cultum creaturæ, quæ est
duliæ, aut item latriæ creaturæ Dei, non ipsam,
sed Deum cogitantes, cultum exteriorem impê
derent, soli Deo seruirent. Totum, quod inten-
dimus, illud dictum Augustini confirmat, &
continet. Ergo uerum est, dixisse scripturam cõ
fundi scilicet omnes, qui adorant sculptilia, in-
telligendo etiam totum genus in specie uniuer B
sa creata: sed quomodo iam diximus tanquam
Deos, & nihil extra sculptile, aduertentes, cui
seruiunt ut Deo. Quod item Hebraica litera
sonat, quæ dicit, Confundantur uniuersi, qui ser
uiunt sculptili, qui gloriantur in idolis. Et li-
tera antiqua, quã sequitur Cassiodorus, habet,
Confundantur omnes, qui adorant idola, & qui
gloriantur in simulacris suis. Vbi in exposítio-
ne adiungit CASSIODO. Aduentu domini
prophetato, idolorum cultores increpat, qui tã
ta manifestatione declarata, non erubescunt ad
3 huc colere nescio quas ineptias. Idolum † quip
pe dictum est, quòd ipsum sit dolo, id est, homi
sum falsitate repertum. Simulacrum, à simula-
tione sacra compositum, quòd illis detur honor
alienus. Sic utraque fugienda ipsorum nomi-
num interpretatione declarantur. Et quoniam
spiritus immundi se cupiunt adorari, dum falsos
sibi honores uendicant, quos eorum iniquitas C
non meretur accipere. Vide quid sequitur. Ado
rate eum omnes angeli eius. Hæc ille. AV-
CTOR. Idola ergo, & simulacra sunt ab omni adorante cauenda, quia & nominibus suis suam superstitionem accusant. Sculptilia quoque Christianorum, sicut Mosaica, & item in templo Salomonis non sunt idola, sed imagines sunt Christi, & sanctorum cultu, non deorum, sed signorum simpliciter uenerandæ. Vnde capitulo de uenerandis imaginibus DAMASCENVS. Diuina autem scriptura accusat adorantes sculptilia, sed & immolantes dæmonibus. Immolabant quidem Græci, sed & Gentiles: immolabant autem & Iudæi, sed Græci dæmonibus: Iudæi autem Deo. Detestabilis quidẽ 3 tò † autem mirabilius est, quod fecit Apostolus,

est Deo, quæ Græcorum immolatio, & condem
nabilis: quę Iudęorum autem Deo acceptabilis.
Immolauit enim Noe, & odoratus est dominus
odorem boni odoris bonæ electionis: & bonæ
ad eum uoluntatis, bonum odorem acceptans.
Ita Græcorum quidem sculptilia, quę dæmo
num erant imagines, abiectabilia, & detestabi
lia existunt. Hęc ille. AVCTOR. Resoluit
† doctor omne ambiguum de adorandis scul-
ptibilibus, dicens scripturam accusare adoran-
tes sculptilia: non quidem qualitercunque ado-
rantes etiam immolantes dęmonibus: nam si-
cut immolabant quidam bene, quidam malè,
quidam Deo, quidam dęmoniis, & non Deo.
Bene & Deo Iudęi: malè, & detestabiliter Grę
ci. Sic adorant quidam benè sculptilia, qui in
eis dominum honorant, & sanctos, quidam de-
testabiliter, qui dęmones adorabant. Confun-
dantur ergo omnes, qui adorant sculptilia, sed
dęmonum, non sanctorum, Sicut maledictus
omnis, qui pendet in ligno, non tamen male-
dictus Christus, qui redimit nos à maledicto legis
in ligno, factus pro nobis maledictum. Gal. 3.
Et maledictus uir, qui confidit in homine. Hie-
remię. 17. Non tamen maledicti, qui confidunt
in Christo homine: quibus ipse ait, Confidite,
nolite timere. In his omnibus bonum aliquod
inuenimus quod propter malum adiunctum
non rescindimus. Confidere in homine secun-
dum Deum, bonum est, pendere in ligno
propter iustitiam, sanctum est: sic Deum adora-
re in imagine, & Deo immolare, sanctum est.
Hoc ergo non abiiciamus à cultu Dei, nec Deo
ideò non immolemus, quia diis immolabãt ido
lolatręnec omnem adorationem sculptę reiicia
mus imaginis, quia in ea dęmones adorabãtur.
Eximium huius rei signum habemus ab Apo-
stolo Paulo, qui interphana, & aras Deorum
cùm uenisset ad aram ignoti Dei, confirmauit
illam, & cultum eius, quantum bonum inue-
nerat: & quod minus perfectum inuenit, sup-
pleuit, dicens, Quem uos ignorantes colitis:
hunc ego annuntio uobis. Actuum. 17. Quem
locum assumens libro de unico Baptismo, ad
Constantinum, cap. 4. AVGVSTINVS. In A-
ctibus, inquit, apostolorum, cum de Deo uno
& uero Athenienses doceret, quòd in illo ui-
uimus, mouemur, & sumus. Ex illa ueritate,
quam & illi impuri simulacrorum cultores in
iniquitate detinent: qui cognoscentes Deum,
non sicut Deum glorificauerunt, hanc tamen
ueritatem, sicut uidemus, apud impios, & sacri-
legos inuentam, non destruit, sed confirmat
Apostolus, eiusquè utitur testimonio ad do-
cendos eos, qui ista nesciebant. Et infrà. Mul

Ius, ut eorum phana circuiens, aram quan- 4
dam inter aras dæmonum inuentam, in qua es- A
set scriptum, Ignoto Deo. Neque hoc negando,
& refellendo destruxerit, sed potiùs confirman
do, hinc etiam reperit oportunissimum suæ di-
sputationis exordium, dicens, Quem uos igno-
rantes colitis, hunc ego annuntio uobis. Hanc
itaque nos per maiores nostros traditam nobis
sequentes apostolicam regulam, si quid recti ęt
in peruersis inuenerimus, eorum peruersitate
correctà, illud, quod rectum est, minimè uiola- 5
mus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sanctus Paulus
quod rectum inuenit inter aras dęmonum, mi-
nimè uiolauit, sed quod peruersum erat, corre-
xit; inuenit aram ignoto Deo, non uiolauit, qa
erant aræ & dæmonum. Inuentum titulum scri-
ptum non destruxit, sed confirmauit. Quid si ibi
inter phana, Phanum inuenerit? Ara enim testis 6
est cultus phani, sermone sexto de uerbis domi-
ni AVGVST. Nam & illi habeant, & pro numine
accipiant istam statuam, ara testatur. Quid hic B
facit ara, nisi illud habetur pro numine? Hęc il-
le. AVCTOR. Quòd autem Apostolus aram
cognominant, non simulacrum titulus fecit,
qui aræ fuit inscriptus, & à quo exordium prę-
dicationis assumpsit. Nam ubi aliorum simula-
cra dixit, aras non dixit, hic aram dixit simula-
crum. Cum tamen ibi nec dixit simulacra sine
aris, nec hic aram sine simulacro inuenit, iõ post
inducit scripturam insigne tertium Dei ignoti.
Nec abstulit eis illam, cum tamen adorationem
sacrilegam simulacri increpauit, dicens, Genus
ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare au
ro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & co-
gitationis hominis diuinum esse simile. Hãc er
go sculpturam ignoti Dei, quæ ex priori depen
det, Paulus non sustulit, sed correxit: sicut nec tẽ
plum abstulit, sed correxit, nec aram. In tri-
bus enim illis sermonem suum continuat de
Deo ignoto, usque ibi, tempora huius ignoran-
tiæ despiciens: Deus nunc annũtiat hominibus. C
Sequitur in uiro suscitans eum a mortuis. Cor-
rexit eorum fidem de templo, dicens, Deus non
manufactis templis inhabitat, scilicet ut clauda 7
tur in illis. Sic conformiter Salomon in dedica
tione templi prædixit. 3. Reg. 8. Si cœli cœlorũ
te capere non possunt, quantò magis domus
hæc? Correxit item sensum eorum de ara, id est,
de immolatis in ea, Non quidem oblationem
destruens, sed errorem æstimantium, quòd deus
ea egeret. Tertiò uenit ad sculpturam, de qua
solum hoc destruxit, q; putarent illam Deo esse
similem, scilicet in natura, ita ut Deus esset. Si
illam sustulit, cur item non templum, & aram, in
quibus omnibus superstitionem eorum inuenit
æqualem? Cur item non ait, Tolle scripturam,

sed ait, Nolite æstimare consimilem? Cur † item
finaliter Lucas comes eius in Euangelio, Salua-
toris, & matris eius depinxit imagines? 4. libro
sententiarum, cap. 8. DAMASCEN. Accepimus
Lucam Apostolum, & Euangelistam pinxisse do
minum, & matrem eius, & eas imagines habere
Romanorum famatam ciuitatem. Hæc ille.
AVCTOR. Dicunt ergo Witeleuistæ, Quid igi
tur sanctus Epiphanius fecit, qui uelum fregit
tinctum, & depictum, & habens imaginem qua
si Christi, uel sancti? Cùm, † inquit, uidissem in
ecclesia Christi contra auctoritatem scriptura-
rum hominis pendere imaginem, scidi illam. Di-
co cum magistro Roberto forsan zelo captus
erat, non secundum scientiam: dixisset Grego-
rius, si tunc superstes fuisset autem, quod ad Se-
renum ait, Fregisse sacras imagines non laudo,
q; uetueris *orari hoc probo. Et † tempore illo
quasi hæresis Anthropophormitarum inualuit,
qui uidentes talem picturam, seruore maiori
pronuntiassent Deum esse intus corporeum,
humanis membris distinctum, Vnde lib. 10. tri-
pertitæ historiæ cap. 7. CASSIODORVS. Ea tem-
pestate quæstio mota fuerat, utrum Deus cor-
pus est, & hominis habet schema, an certè incor
poreus, & à schemate humano omnimodè alie-
nus. Ex hac quæstione contentiones, & plura
certamina surrexerunt, aliis hoc, aliis affirmanti
bus aliud. Maximè tamen simplices monacho-
rum corporeum, & humanæ formæ Deum esse
iudicabant: plurimi uerò reprobãtes illos, Deũ
incorporeum esse dicebant, & a forma corporea
segregatum. Cum quibus Theophilus Ale-
xandrinus consonabat. Episcopus, ita ut eccle-
sia coram populo contra eos, qui humanæ for-
mæ Deum asseuerarent, contenderet, & Deum
incorporeum suo dogmate definiuit. Hoc agno
scentes Aegyptiorum monachi, uenerunt Ale-
xandriam, & seditionem contra Theophilum
uelut impium excitarunt, ita ut eum occidere
niterentur. Hæc ille. AVCT. Hac ecce occasio
ne schismatis, & pronitatis ad male sentiendũ
de rebus, quarum sunt imagines, iustè tollun-
tur ad tempus. Qualiter † etiã dicit Rabbi Moy-
ses sublatum fuisse usum imaginum Iudæis uc
teribus ratione procliuitatis eorum ad idola
gentium. Sicut item Iacob Patriarcha susti-
nuit in familia sua imagines, quousque intra-
turus esset terram Chanaan, ubi abundabant ido
lolatræ: nec ipsi adorauerunt ea pro diis, sed iã
imminente periculo tulit ea, dicens, Abiicite
Deos alienos, qui in medio uestri sunt. Vbi in
libro notularum super Genesi. HVGO. Con-
suetudo erat apud illos antiquos, ut licèt unũ
Deum solùm crederent, imagines tamen quas-
dam haberent, quas uenerabantur, non quia

Deos

Rom. 1.
Exp. 12. Aug. To. 6.
Cassiodor.
Damasc.
Deut. 21.
Mat. 6.
Rom. 1.
Aug. de Vnica Bapt. contra. Petil. Tom. 7.
Aug. To. 2.
Lucas pict. Dama scen.
Epiphanius imaginẽ di- scidit.
Anthropo phormitæ. *adorari.
Cassiod.
Gen. 35.
Hugo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deos crederent, ut idololatræ, sed ut recordarentur per eas summi Dei: has tamen imagines ne in deterius uertantur, prohibet modò Iacob, ne habeat eius familia. Hæc ille. AVCT. Ecce antiquis patribus ante legem consuetum erat uenerari imagines, ut Dei recordationem haberēt non ut Deos colerent. Iam uerò tollit eas Iacob ne cultum mala societate peruertant: maximè cū ipsæ imagines essent dii Laban, quas Rachel occultauerat: ideò dixit Iacob, Auferte deos alienos, quia Laban dij erat, non autē ipsis, sed propinquiores erāt, ut esse possent eis pro dijs, qui dij erant maioris auunculi. Nec mirum, si eis talibus negentur imagines pictæ cū uitiosis uiris negetur trinitatis imago, natura conditionis incerta: sicut libro de conditione hominis, cap. 19 GREGORIVS Nissenus. Plerunque contingit, ut munera diuina ignoret nostra miseria, pulcherrimæ imagini fœdissimam faciem passiōis obducens: ideoque uenia digni sunt, qui ista cernentes, non facilè diuinam formam talibus inesse consentiunt, sed per eos, qui recta uitæ cōuersatione resplendent, diuinam licet imaginem in hominibus contueri. Hæc ille. AVCTOR. Huc accedat Witcleuista, qui iubet imaginem Trinitatis in homine contemplari non in pictura, uel trunco. Iste sanctus pater dicit, quòd illa item imago substrahenda est ab hominibus uenia digni, qui nec de leui consentiunt diuinam imaginem inesse singulis, sed tantùm magnæ uitę conuersationis hominibus: propter eos, inquit, qui pulcherrimæ imagini faciem passionis obducunt, multò magis erraticis mentibus hominū, saltem si corruptela hæresis sit cōis, tali cōmunitati substrahenda esset materialis imago, nisi forsan malignatio hæreticorum, & non infirmitas hominum esset in causa. Tunc corrigendi sunt homines, & res imaginis fortiter sustinenda. Causantur iterum Witcleuistæ† quòd populus ignoranter sic adorans imagines, incidit in idololatriam, putans re ipsa Christum esse hanc, quam colit imaginem. Reuera occasiones quærunt malignandi. Absit ut fidelis quisquam semper doctus in fide, & inter fideles cohabitās in tanta dementia superaret idololatram. Ipse nempe Deum creatorem suum intelligit, & licèt lapides ueneretur, & ligna, tamen maius aliquid quàm lapidem illum, uel lignum Deum suum esse diiudicat. Quod item scribit super illud Psal. 95. Etenim correxit orbem terræ, HIERON. Nullæ gentes sunt, quæ naturaliter non intelligant creatorem suum. Licet. n. lapides, & ligna uenerentur, tamen intelligunt aliquid maius esse, quàm ipsi sunt, & in errore suo iudicant se habere sapientiā. Hoc est, nulla gens est, quæ naturaliter non intelligat Deum, denique Gentiles idola colunt, hoc est, lapides, & ligna uenerantur. Et si fortè rixam fecerint, & si iuramentum aliquod inter illos uenerit, non dicunt, lapides isti uident, ligna uident, sed Deus uidet, & Deus audit. Hæc ille. AVCTOR. Fingunt ergo, quod non est, ut non causam pro causa supponant. Non. n. est idololatra, qui Deum suum hoc lignum appellat, cùm numen, uel dæmonē supra grossum lignum hoc esse concipiat. Multò magis fidelis anima nihil in imagine, nec ipsam ligni naturam, sed eum, qui in cęlis habitat, hac designatum imagine, Deum nouit. Immo inquiunt Witcleuistæ, quia Christum appellant, aut Trinitatem, aut beatam uirginem sculptam imaginem, dicentes, Eamus ad Mariam Cantuariæ, aut Crucifixum sancti Pauli Londoniis. In hac conditione uenerantur, & colunt. Quid hoc facit simplicibus? Ipsi enim simpliciter adorant, & simpliciter, & fideliter modo suo, quo adorāt, appellant. Quòd si modò idolum foret, quod nescientes colerent, non essent idololatræ. Qualiter, qui cibo uesceretur idolothyco nesciens, nec aduertens sine conscientia manducaret. Vnde Iulianus apostata tali modo simplicem populum uoluit seducere, sed non potuit. Vnde libro tripertitæ historiæ CASSIODORVS. In publicis imaginibus depingebat Iouem quasi de cœlo sibi coronam, & purpuram deferentem, Mercurium & Martem in se respicientes, uelut protestimonio sapientis & fortis. Et hoc agebat in imaginibus, ut sub occasione imperii, latenter adorarentur dii: & hoc modo subditi clanculò fallerentur. Et infra. Turba uerò (ut assolet) per ignorantiam simpliciter imagines adorabat, qđ tamen Imperatori nihil profuit. Hæc ille. AVCT. Si ergo Imperatoris ad idololatriā ꝓcurantis propositō, nihil ꝓfuit, ꝙ turba simplex, & ignorans imagines adorasset: turbas ergo non læsit, quantominus ergo lædit, quòd imagines rerum nominibus simpliciter, sic appellent. Vnde libro. 2. ad Simplicianum uersus finem AVGVSTINVS. Solent imagines earum rerū nominibus appellari, quarū sunt imagines. Sicut omnia, quæ pinguntur, atque finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, aut cuiuslibet rei aptę ad opera huiusmodi: quæque etiam uidētur in somnis, & omne ferè rerū imagines earū quarū imagines sunt, solent nominibus appellari. Quis. n. est, qui hominem pictum dubitet uocare hominem? Cum quidem & singulorum quoruncunqne picturam aspeximus, propria quoque nomina incunctanter adhibemus, uelut cum intuentes tabulā, aut parietem dicimus, Ille est Salustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois: hæc urbs Roma: cū nihil aliud sint, quàm pictæ imagines. Vnde Cherubim cum sint cælestes potestates, sisti tamen ex metallo imperauit Deus super arcam testamenti, magnæ signandæ rei gratia: non aliud, quàm Cherubim illa quoque figmenta uocitant. Hæc ille. AVCTOR. His uerbis approbat Augustinus, appellationes illas figurarum à populo, cum uocant illa nostram dominam, aut Michaelem, aut Thomam, intendentes imaginē. Quis, inquit, hominem pictum dubitet uocare hominem? quòd si peruersum eorum cultum p hoc susp̄icaris in fide, quia dicunt, Sancta Maria de aquis adiuua me: ergo fidem Psalmistæ nota tibi suspectam, quia dicit, Qui sedes super Cherubim, apparere coram Effram. Sicut enim non sedet Deus localiter, sed uirtute sua ibi magnifica super Cherubinas imagines, nec hoc latebat fidem eius, qui ideo bene dicit, Qui sedes super Cherubim: quia tutius credidit, quàm uerbis expressit. Ita fidelis populus non est culpandus in uerbis, quibus apud imagines, & loca sanctorum confidenter illos appellant: cū multo syncerior est eorum fides, quàm uerbum. Maximè ergo deficiunt Witcleuistæ in hac suspicione crudeli, cum ipsi more scripturæ possunt fundare uerba, quæ promunt. Ipsa enim scriptura itē de idolis sine scrupulo quòd os habent, non dicit os æquinoctium, & oculos habent, & manus habent, & nares, & aures habent. Appellat vitulos, & serpentes, & item nominibus propriis Adonidem, uel solem, & lunam, duodecim boues, lilia, & leones cum similibus, quæ sculpta tantum, aut figmenta ficta cognouimus. Sed pone, quòd erroneè cogitarent de imagine, nō statim tollendæ sunt eis imagines, aut ipsi ab eorum cultu terrendi, sed potius dulciter reformandi, exhortandi, monendique quomodo recta fide patrum sapiendum sit, & quo periculo errauerunt. Sicut si quis audierit Deum creasse mundum, primò cum hoc audiat, imaginetur Deum humano more fabricasse manibus carneis molem magnam, sicut figulus ollam suam, corripienda paulatim est imaginatio falsa, non fides creationis abrumpenda cōtinuo. Vnde libr. 12. Confessionum aliquantò ante finem AVGVSTINVS. Alii cum hæc uerba legunt, uel audiunt, qualiter scilicet creat Deus? cogitant Deum quasi hominem, aut quasi aliquam molem immensam præditam potestate, nouo quodam, & repentino placito extra seipsam tanquam locis distantibus fecisse cęlum, & terram, duo magna corpora suprà, & infrà, quibus omnia continerentur. Et cum audiunt fiat illud, & factum est illud, cogitant uerba cœpta, & finita, sonantia temporibus, atque transeuntia, post quorum transitum statim existere, quod iussum est ut existeret. Etsi quid fortè aliud modo ex familiaritate opinantur carnis. In quibus adhuc paruulis animabus, dum isto humillimo genere verborum tāquam materno sinu, eorum gestatur infirmitas, salubriter ædificatur fides, qua certum habeāt Deū fecisse omnes naturas, quas eorum sensus mirabili uarietate circunspicit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce, quòd materno sinu eorum gestatur infirmitas, dummodo salubriter ædificetur fides, qua credant Deum fecisse naturas omnes sensibiles. Ita materno sinu portandus est modicus error simplicium, dummodo salubriter ædificetur fides, ꝙ hæc imago non sit deus, uel sanctus eius: sed uel Dei signum, qui cuncta creauit, & redemit in patibulo crucis: aut sanctus eius, qui Deum tota mente in uita sua dilexit.

De adoratione sanctæ Crucis.

Tit. XX.

DE CRVCE CHRISTI LIgnea, quod sit à fidelibus adoranda. Cap. CLVIII.

SVMMA.

1 *Crux domini quod fuerit gemina.*
2 *Crux, de qua gloriatur apostolus, ꝙ fuerit lignea. Et quomodo huius reuerentia displicet Witcleuistis hæreticis.*
3 *Signum crucis quomodo apparebit in cœlo, quum dominus ad iudicandum uenerit. Et cur Christus cum cruce ueniet.*
4 *Christus quomodo uult crucem suam exaltari in cœlo.*
5 *Sibylla pagana quid in laudem sanctæ crucis exclamauerit.*
6 *Crucis inuentio ab Helena facta describitur.*
7 *Helena quòd fuerit Britannica, & Anglicana.*

DE sancta item cruce Christi inter imaginum laudes dicere oportebit, quia eius gloria impii Witcleuistæ ferre non possunt: si quid autem de scripturis in eius gloriam conferamus, uolant per æquinoctium ad crucem Christum, ut crucis Christi fideles honores extenuant. De utraque cruce scrutemur, & uideamus, si propter crucem primam, secunda crux patibuli non meruerit gloriam. Tangens enim qualiter rex Hay in ligno gemino sit suspensus, Ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bri. To. 1. milia. 8. super Iosue dicit o r i g. Post omnia etiam Rex Hay in ligno gemino dicitur esse
1 suspensus. Sequitur. Crux † domini nostri gemina fuit. Mirus tibi sermo fortasse, & nouus uidetur, quòd dico, Crux gemina fuit, hoc est re gemina constat, & duplici. Quia uisibiliter quidem & filius Dei in carne crucifixus est, inuisibiliter uero in hac cruce & diabolus cū potestatibus, & principatibus suis affixus est cruci. Non tibi hoc uidetur uerum, si tibi horum testem produxero Apostolum Paulum?
Coloss. 2. Audi ergo de his, quæ pronuntiat. Et quod erat, inquit, contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens cruci suæ, & exuens principatus, & potestates traduxit, liberè triumphans eos in ligno crucis. Licèt in aliis exemplaribus habeatur triumphans eos in scipso, sed a-
1. Pet. 2. pud Græcos habetur in ligno. In ligno ergo duplex est ratio dominicæ crucis: una illa, quā dicit Apostolus Petrus, quod Christus crucifixus, nobis reliquit exemplum: & hæc secun-
Gal. 6. da, qua crux illa trophæum de Zabulo fecit, in qua crucifixus est, & triumphatus. Ideo denique apostolus Paulus dicebat, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vides, quod & hic Apostolus duplicem crucis prodidit rationem? duo. n. contraria sibi dicit esse crucifixa, sese sanctum, & peccatorem mundum: ad illam formam sine dubio, quam supra diximus Christi, & diaboli. Hæc ille. AVCTOR. Qui potest, hic Origenem intelligat: mihi uidetur, quòd crucem lignam dicat, & crucē Christum. Inter quas distinguens in aliis exemplaribus habetur, inquit, in semetipso, in Græco autem, quod ipse imitatur, habetur, in ligno. Et prosequitur. In ligno ergo duplex est ratio dominicæ crucis: una, qua crucifixus est, ut nobis daret exēplum. Altera, secundum quam diabolus in ea est crucifixus, cum Christus crucifixus trophæum reportauit in Zabulo: propter quam rem Paulus non nisi in cruce uoluit gloriari. Crux ergo ad utrumlibet gloriosa. Tū quia Christi gestatorium fuit. Tū, quia christi uictoriæ instrm. Vnde Witeleuistæ iam possunt
2 accipere, q† crux illa lignea fuit, de qua gloriabatur Apostolus, dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini: quia non celebrauit Christus triumphum Zabuli in scipsotū, affigens qd de medio tulit cruci Christo secundum Græcam ueritatem, in qua scripsit Paulus, Triumphauit eum in ligno. Displicet autem nostris Lollardis huius ligni reuerentia, nimirum multo enim magis displicet eorum magistro diabolo. Victorialis. n. signi lau-

A des non ferunt. De quo Christus ipse oēs admonuit, q̄ in aduentu Christi ad iudicium pa- *apparebit
tebit signum filii hominis in cælo, Matthæi. Hie. To. 9.
24. Vbi in commentario H I E R. Signum hic Zach. 12
autem crucis intelligamus, ut uideant iuxta Ioan. 19.
Zachariam, & Ioannem Iudæi, quem compū
xerant, aut uexillum uictoriæ triumphantis.
Hæc ille. A V G T. Crucifixum existimo eum di
cere in sua cruce expansum, aut tenentem deorsum à latere suam crucem. Et quid altius in
hoc festo canit * seruitium, quàm q̄ Christus *officiū.
ipse dicit, hoc signum crucis erit in cælo? Cætera omnia ibi inferiora sunt isto. Apertius
omnibus scribit hoc ipsum in sermone de cru Chr. To. 3.
ce, & latrone, circa medium Chrysostomus.
Crucem † solam non reliquit in terra, sed se- 3
cum eam leuauit ad cælum, & iterum cum cruce ueniet. Sed ais, Vnde monstratur? Monstrat
ipse, si nos monstrare nequimus. Non. n. hanc
q̄nem aliquando obliuione prætercas, sed audi tunc, inquit, tunc quando ueniet, sol obscu
B rabitur, & luna non dabit lumen suum. Tanta
.n. lux ipsius luminis præclarescit, ut eius radiis lumina cuncta uincantur: tūc & stellæ cadent, tunc & signum uidebitur filii hois in cælo. Vidistis gloriam signi. i. crucis, solis lumen
reddetur obscurū lunę non dabit lumē, sed illud lumen radiabit, & lucebit. Et sicut Imperatorē regalis pompa p̄cedit, & militaris ordo p̄
eundo, uexilla humeris portare consueuerūt,
& in his declaratur aduentus: sic dño de cælo ueniente, Angelorum cœtus, Archangelorū
multitudo illud signū humeris portant excelsis, & regalem nobis aduentum denūtiant. A V
C T O R. Ergo ipsum lignum dñicę crucis ibi portabitur humeris, qd secum in cęlū leuabit
Christus, nec relinquet solùm in terris, quo
leuato de suis frustis collectio, ēt de terris col
ligenē electi, dicente Esaia, Secūdùm dies ligni erūt dies populi mei. ca. 65. Et item rōnem
huius p̄sentię crucis cum Christo prosequi
C tur ibidem C H R Y S O S T. Sed cur cum cruce ueniet, uideamus, scilicet, ut ij, qui eum crucifixerunt, sentiant damnationis cæcitatem, &
impudentię eorum signum portetur. Ideo prophera ait, Tunc lamentabuntur tribus terræ,
uidentes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portans ad
ueniet, quando & uulnera corporis ipse demō Apoc. 1
stret? Tunc enim, inquit, uidebitur quomo- Matt. 24.
do compunxerunt. Sequitur. Et tunc ostendit
uulnera, crucemque demonstrabit, ut istū ostendat illum esse, qui crucifixus fuerat. Hæc
ille. A V C T O R. Ex quo loco planum facit, q̄ utraque crux, scilicet corporis crucifixi, & crux
ipsa patibuli seorsum leuabuntur ibidem. Et
qua

qua laude, quo tremore non sic contremant A esset domini, quæ latronum, dubitare cœperūt:
huic cruci, quam Christus tanto leuabit honore, ut sibi iudici coassistat cœlo. Ratio ergo festi uitatis crucis est auctoritas iudicis. Et hanc sententiam de crucis apparitione in cœlo, resumit in expositione perfecta Matth. Mora. 54. idem C H R Y S O S T O M V S. Ne igitur uerecunderis in tanto bono, ut non de te uerecundetur Christus, cum uenerit in sua magna gloria, & signū ante hoc antea appareat clarum supra radium ipsum: & enim uenit crux, tunc uocem emittēs per uisum: & ad uniuersum orbem terrarum ex
cusando respōdet q̄ dominatore, & monstrans quoniam nihil defecit eorum, quæ ad ipsum decebant. Hęc ille. A V C T O R. Ecce crucem coruscantem in cœlo, & in causa redemptoris
4 uniuerso seculo respondentem. Sic † ergo Christus est, qui exaltari uult crucem suam in cœlo. Ipse propter Spiritum sanctum in crucis honorem filios suos excitat in hoc mundo, quos ad ipsam crucē tractaturus est apparentem in cœ-
Cassiodo. lo. Sic nempe legitur Helenam sanctam in som B nis excitatam à Christo, ut origo fieret primi festi de cruce. De quo libro 2. historiæ tripartitæ, cap. 23. Sub auctoritate Socratis. C A S S I O D O R V S. Interea mater Imperatoris Helena admonita per somnum, ad Hierosolymam properauit, & quondam Hierusalem desertam sicut pomorum custodiam inueniens, requisiuit se- 6
pulchrum Christi. Quod licet difficillimè, tamen inuenit, ita repente templum illud cœlestissimum deiici iussit, & palàm facto domini monumento, apparuerunt circa ipsum suffossę tres cruces, & claui simul cum titulis Hebræis literisque Græcis, Latinisque conscriptis. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Dicitur etiam, q̄
Sibylla. 5 mortuus, crucis tactu surrexit. De † hoc ligno Sibylla dicit apud Paganos, O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est. A V C T. Hoc audiant Witeleuistæ, qui iam intruserunt idolo latrię labem officio celebrantis ecclesiæ. Hæc C Sibylla, quanuis Pagana, in laudem sanctæ crucis exclamasse fertur, O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est. Ter beatum, est superlatiuè beatum. Beatissimū ergo lignum prædicat, in quo Christus extenditur. Huic, quis inspirauit hanc laudem, nisi ille, qui etiam per ora dæmonum Christi ueras laudes intonuit? Putas hoc uerbum eius idololatria plenum, quàm alius in prophetia sua de Christo ab Augustino dixisse asseritur, Deijcient simulacra uiri? &c. Quid ergo peccat ecclesia in officio suo, dicens, O quàm dulce lignum, dulces clauos. O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis. &c. Et sequitur, C A S S I O D O R V S, Tunc quæ crux
A mus proinde Macharius ciuitatis præsul, huiusmodi tractatu dubitationem soluit. Mulieri nanque nobilitate claræ longa ægritudine fatigatæ unā illarum crucium cum oratione promptissima adhibens, uirtutem Saluatoris agnouit. Mox enim ut mulierem crux attigit, passionem sæuissimæ ægritudinis effugauit, & fœminæ salutem restituit. Sic itaque mater Imperatoris, quod cupiebat, agnoscens, salutaris crucis partem aliquā regalibus distribuit, quam Constantinus suscipiens, & credens saluari ciuitatem, ubi particula seruaretur, in sua statua, sicut fertur, in foro Cō stantini positam super columnam porphyreticam deuotè condidit. Reliquam uero partem in argentea theca clausam, ciuitatis tradidit sacerdoti. Et undique congregans artifices, maximas illic, & ornatas ædificauit ecclesias. Hæc ille. A V C T O R. Hęc est causa crucis laudis in inuentione eiusdem. Quid iam displicet, inuentrix eius, an laudatores inuentricis, an crux ipsa? Si ipsa displiceat, nollem, quòd rei inuentę laudibus in uiderent. Vt enim ipsa inueniatur, & laudetur inuenta, Deus inuentricem admonebat, ut pergeret, ut agnosceretur, mortuum tactu curat, languidam reparat, gaudia intonant populis, miracula coruscant. Accedat ergo Cassiodoro senatori, libro de obitu Theodosij, testis facer
A M B R O S I V S. Anxia † mater pro filio, cui re- Amb. To 3
gnum orbis Romani cesserat, festinauit Hierosolymā, scrutata est locum dominicæ passionis. Stabulariam hanc primùm fuisse asserunt, sic cognitam Constantino seniori, qui postea regnū adeptus est. Bona stabularia, quæ tam diligenter præsepe domini requisiuit: bona stabularia, quę stabularium non ignorauit illum, qui vulnera curauit à latronibus uulnerati. Bona stabu- Luc. 10.
laria, quę maluit existimari stercora, ut Christū lucrifaceret. Ideò illam Christus de stercore leuauit ad regnum, secundùm quòd scriptum est, Psal. 112.
Qui suscitat de terra in opem, & de stercore erigit pauperem. Venit ergo Helena, cœpit reuisere loca sancta: infudit ei spiritus, ut lignum crucis requireret. Accesit ad Golgotha, & ait, Ecce locus pugnę, ubi est uictoria? quæro uexillū salutis, & nō inuenio. Ego, inquit, in regnis, & crux domini in puluere? Ego in aureis: & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet adhuc palma uitę ęternę? Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? Video quid egeris diabole, ut gladius, quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec Gen. 26.
latere aquam passus est. Tollatur ergo ruina, ut uita appareat. Promatur gladius, quo uero ueri Golię caput est amputatum. Aperiatur hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,ut salus fulgeat. Quid egisti diabole,ut absconderes lignum,nisi ut iterum uincereris? Vicit te Maria,quæ genuit triumphatorem,quæ sine imminutione uirginitatis edidit eũ,qui crucifixus uinceret te,& mortuus subiugaret. Vinceris & hodie,ut mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta dominum gestauit. Ego crucem eius inuestigabo. Illa generatũ docuit. Ego te suscitatum. Illa fecit ut Deus inter homines uideretur. Ego ad nostrorum remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo uexillum. Hæc ille. AVCTOR. In hoc soliloquio, quod de concepto feruore sanctæ Helenæ figurat Ambrosius, putas ne eũ finxisse historiam? Ipse,quod Cassiodorus de crucis inuentione p Helenam scripsit,planè confirmat. Addit autẽ ꝙ stabularia fuit, ꝙ item patria naturalis eius Esseria comitatus Angliæ uerum esse cognouit. Addit etiam suaues instinctus, quibus agitauit eam Spiritussanctus. Celeberrima est ergo hæc crucis inuentio,quæ tanti gaudii materiã præstitit,& percelebris crux,quæ per omnem Christi ecclesiam inuentrici eius perpetuos largitur honores.

Helena Stabularia, & Anglicana 7

¶DE FESTIVITATE ECCLESIAstica sanctæ Crucis,quòd eius officium non sit plenum idololatriæ. Cap. CLIX.

SVMMA.

1 *Crucis officium,quòd non sit plenum idololatriæ.*
2 *Crucis præconia recensentur,& beneficia.*
3 *Nuditas diuersa ostenditur.*
4 *Crucis inuentionis festum quomodo debeamus percolere contra Witcleuistas,imò & sanctam Helenam.*

*officiũ.

ERangit iterum Witcleuistas aliqua festiuitas sanctæ crucis,dicunt.n.libello suo famose,qui suprà, ꝙ* seruitiũ de cruce factũ, bis quolibet anno in nostra ecclesia est plenum idololatria. Hæc ibi. AVCT. Hoc ſ ió,quia dicimus, Salue mundi gloria, uera spes nostra,& similia. Repetamus iã uerba quę in persona sanctæ Helenæ iã scripsit Ambrosius. Putant ne idololatria plena eẽ,an certe (ut sunt) sanæ? Ergo si ista uerba sunt sana,ĩ quo culpas officiũ? Canimus in officio, Salue crux sancta,uera salus nostra. Ambrosius ait uerbis Helenæ,Quęro uexillũ salutis, & nõ inuenio. Cãtamus, Vitale lignũ,uitã portãs omniũ, Ambrosius uocat uitã ipsã, Tollat,inquit,ruina,ut uita appareat. Cãtamus, O crux benedicta, qa ĩ te triũphauit rex angelorũ. Sibylla cõfirmat crucẽ ter beatã,& Ambrosius ipsũ triũphũ, Innis,inquit, Christi triũphus. Vocamus crucẽ uiuificã, Ambrosius uitæ ęternæ palmã. Cãtamus signũ salutis, salus in periculis, Ambros. dicit ipsã salutẽ. Aperiat humus,ut salus effulgeat. Aut quia crucẽ sanctã officiãtes alloquimur, dicentes, Per te redẽpti dulce decus seculi. Ambrosius ipsãm redẽptionẽ nostrã describit, dicens in Helena, Qũo me redemptã arbitror, si redẽptio ipsa nõ cernit? Apostrophatio aũt ipsa. quę crucẽ quasi rẽ uiuã alloquimur,qũo ad idololatriã ptinet? Rudes Lollardi scripturę linguã non intelligunt,quę in re non uiua qñque suum authorẽ qñque res uiuas alloquit,secundũ regulam denominationis rhetoricę: sicut apostolus iducit figmẽtum luti loqui ei,qui se finxit ad Ro. 9. Et sapiẽs ait. Benedictum est lignum,p qđ fit iustitia. Per manus aũt,quod fit idolũ maledictũ ẽ & ipsum,& qui fecit illud. Sap. 14. Ergo benedicit lignũ crucis,& maledicit idolũ impietatis, rextiq; inanimatas quas alloquit. An dicẽt Iosue fuisse idololatrã,dicẽdo. Sol cõtra Gabaõ nonmoueris,& luna cõtra Haylon. Scimus.n.tutẽc cõditorem eorum alloqui,ne pro nos ad occasũ mergi pmitteret. Sic tres pueri cantabãt. Benedicite sol & luna dño. Frigus & æstas,nox & dies,& fulgura & nubes. Et ipse psalmista. Laudate eũ sol & luna,stellæ,& iumẽ,cœli cœlorũ, & aquę oẽs. Quid ergo idololatriã causaris eccle, si tali more loquat. O crux uiride lignũ &c. aut sic. Te adorandam,te crucẽ uiuificam,nõ lignũ adorandum p suam naturam cẽsentes,sed grã redemptoris,quem in ea alloquimur. Quid ergo in hoc festo infestũ sit,nescio,nisi quia grãs solumus Deo,ꝙ inuẽtionẽ sanctę crucis ꝓmouit in Helena,dicẽte Ambrosio. Infudit ei spiritus, ut lignum requirat. Qđ si grandiloquas laudes sanctę crucis quasi diuinas horretis, & nimias: beatus Ambrosius tantas,aut eis maiores non ueret exprimere. Et addit his ĩ lib. suo de cruce CHRY. Sit nosse desideras charissime uirtutẽ crucis,& quanta possum ad eius laudẽ dicere,audi. Crux spes Christianorum. Crux resurrectio mortuorum. Crux cęcorum dux. Crux desperatorum uia. Crux claudorum baculus. Crux consolatio pauperum. Crux refrænatio diuitũ. crux destructio superborum. Crux male uiuentium pœna. Crux aduersus dæmones triũphus. Crux deuictio diaboli. Crux adolescẽtiũ pædagogus. Crux sustinẽtia inopũ. Crux nauigãtiũ gubernator. Crux pericelitãtiũ portus. Crux obsessorum murus. Crux orphanorũ pater. Crux defensor viduarũ. Crux iustorũ cõsiliarius. Crux tribulatorũ requies. Crux paruulorũ custos. Crux virorũ caput. Crux senũ funis,ac baculus. Crux lumẽ ĩ tenebris sedẽtiũ. Crux scutũ ppetuũ. Crux insẽ satorum sapiẽtia. Crux libertas seruorũ. Crux Imperatorum philosophia. Crux impiorum lex. Crux præconatio prophetarum. Crux annuntiatio apostolorum. Crux martyrum gloriatio. Crux monachorum abstinentia. Crux uirginũ castitas. Crux gaudium sacerdotum. Crux ecclesiæ fundamentum. Crux orbis terræ cautela. Crux templorum constructio. Crux idolorũ repulsio. Crux scandalum Iudæorum. crux perditio impiorum. crux inualidorum uirtus. crux ægrotantium medicus. crux emundatio leprosorum. crux paralyticorum requies. crux esuri entium panis. crux sitientium fons. crux & nudorum protectio. Nuditatem uero cum dixero non corpoream æstimes,sed infidelitatis pœnã. cum autem in christo crediderit,uestitus inueniturꝫ dicente Paulo: Quicunque in Christo baptizati estis,christum induistis: Hæc ille. AVCTOR. Ecce laudes,sed ecce item beneficia sanctæ crucis,si non præsumam,dicerẽ unumquid deesse. Plenum autem esset si diceret. Quis nisi ingratus hæreticus ob inuentionem,aut exaltationem tanti insignis festa solennia Deo non cantabit? hanc paginam laudum crucis assumit, & incorporat egregiæ expositioni suæ super illud psal. Signatum est super nos lumen uultus tui domine Cassiodo. Crux est humilium inuicta tuitio,superborum deiectio, uictoria Christi,perditio diaboli,infernorum destructio,cælestium confirmatio,mors infideliũ,uita iustorum. De quo loco Ioannes constantinopolitanæ ciuitatis antistes quasi multipharias definitionum stellas in crucis declamationem lampauit. d. Crux est Christianorum spes. Crux Romanorum uictoria. Crux mortuorum resurrectio. Crux cæcorum dux. Crux conuersorũ uia. Crux claudorum baculus. Crux pauperum consolatio &c. quæ ab eo in hunc modum diuina aspiratione profusa sunt. Ecce uera munera, ecce bona præsentia,quibus maledicorũ linguæ damnatis faucibus obstruũtur. Hæc figura dr̃ latinè aũt percunctatio,ubi & interrogatio sit, & responsio parata subsequitur. Hæc ille. Avc. Cassiodoro ur̃ hæc dicta Chrysostomi in laudes crucis diuina inspiratione esse profusa: ipse autẽ addidit. Crux est tuitio humilium,perditio diaboli,uictoria Christi,infernorum destructio,cõfirmatio cælestium,uita iustorum, & mors infidelium Lollardorum. Et in confirmationem historiæ Constantini,& postea Heraclii interpolauit. Crux Romanorum uictoria. Nunquid ista uerba sunt plena idololatria,sicut dicit esse officium? Cassiodorus te damnat,sic dicta concludens. Ecce uera munera,ecce bona præsentia, q bus maledicorum linguæ damnatis faucibus obstruuntur. Idcirco auscultemus historiam ut festi causam: Subdit autem circa eius inuentionẽ

1 2 3 4 *Nuditas.* *Cassiod.* *Ioſue.10.* *Dan.3.* *Psal.148.* *Chr.To.3. Crucis præconia. Vide ser. de cruce, incipit, Quid dicam?*

A AMBROS. Aperit itaque humũ,decutit puluerẽ,tria patibula confusa reperit,quæ ruina contexerat,inimicus absconderat: sed nõ potuit obliterari Christi triũphus. Incerto hæret ut mulier,sed certam indaginem spiritussanctus inspirat,eo quod latrones cum Christo crucifixi sũt; quærit ergo medium lignum. Sed poterat fieri, ut patibula inter se ruina confunderet: casus inuerteret. Redit ad euangelii lectionem,inuenit ꝙ in medio patibulo prẽlatus titulus erat, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hinc est collecta series ueritatis,titulo crux patuit salutaris. Hoc est illud,ꝙ petentibus Iudęis respondit Pilatus quod scripsi,scripsi. i. non ea scripsi, quę uobis placerent,sed quę futura ętas cognosceret. Vobis scripsi,sed posteritati profutura, propemodum dicens, Habeat Helena quod legat, unde crucem domini recognoscat. Hæc ille. AVCTOR. Dicant ſ nunc omnes Witcleuistæ, cur festum huius inuentionis non debemus percolere,quam tam sollicitè dominus omnium procurauit? Ad quid inuentionem ligni, nisi ut ab omnibus honoraretur effecit? Cur item ipsam sanctam Helenam nõ honoremus, qua spiritus sanctus uoluit uti pro organo. Sic dicit Ambrosius de crucis requisitione ꝙ spiritus sãctus ipsi infudit ut quęreret. Et iterũ pro crucis agnitione hęret ut mulier,sed certã indaginem ei spiritus sanctus inspirauit. Cõparat eam uirgini matri Dei, quam in partu sancto spiritus sanctus pro organo sumpsit, quia & ipsa dominum absconsum in utero,propalauit in seculo. Ista crucem domini ruinis occultam detexit adorandã in populo. Verè ergo sancta,& colenda Helena, quę est sic comparabilis Dei matri,& cui itẽ pretium est sanctas fœminas comparari, uelut pulcherrimam imperatricem, ob zelum catholicæ fidei nouam Helenam sancta synodus appellauit. Scribente Gregorio epistol. 32. registri ad Augustam Leontiam. GREGORIVS. Reddat nobis in nostra pietate Augustę pulcherrimę clemẽtiam,quæ pro zelo catholicę fidei in sancta synodo Helena noua uocata est. Hęc ille. AVC. Festum ergo crucis cuncti celebrant,qui crucis beneficiis antiquis,& nunc eius inuentioni cõ gaudent. Hęretici fileãt,qui cum diabolo de crucis inuentione tristantur. Audeo dicere, gaudẽt angeli,qui eã humeris deportabũt. Et apostolus ex parte apostolorum in honore huius crucis iusit,& statuit diẽ festum,dicens ad Corin. Pascha nostrũ immolatus est Christus, itaque epulemur in dño. Sic probat actũ sermone iam dicto de cruce & latrone. Chryso. Hac de causa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramus. Sic & Paulus prꝫcepit propter crucem, festiuitatem celebrari. Pascha nostrum immola-

Amb. Oratione Vmbert Theodo. in ſ. To. 3. *Ioan.19.* *Gre. To. 2.* 1. *Cor. 5.* *Chr. To. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus est Christus. Diem itaque festum celebremus non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis, & ueritatis. Et sic adiunxit causam, quia pascha nostrum immolatus est Christus. Vides crucis intuitu præceptam lætitiam. In cruce enim immolatus est Christus. Et ubi immolatio, amputatio est peccatorum, reconciliatio domini. Vbi reconciliatio domini, ibi festiuitas est, & omnis gratulatio. Pascha nostrum pro nobis immolatus in excelsa cruce: nouũ altare eõstitutũ ẽ, quia & sacrificium nouum, atque omnibus inopinatum. Et infrà. Et altare crux fuit: & quare, inquies, non in templo sacrificium offerebatur, sed extra ciuitatem? ut illud impleretur. Quoniam inter iniquos deputatus est. AVCTOR. Ecce beatus Paulus crucis festiuitatẽ instituit, ubi immolationis festum diem esse mandauit. Huius, inquam, crucis, in qua dominus immolauit. Et altare, inquit, fuit Christus, sacerdos, & sacrificium. Ob reuerentiam igitur immolantis altaris eius, crucis, diem festum peragimus. Vnde & in principio sermonis idem CHRYSO. Nos, inquit, festiuitatem nimia lætitia celebramus, ut discamus crucem totius spiritualis gratulationis esse substantiam. Etenim antè ipsum uocabulum crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis est causa. Hęc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc & tenebras reddidit luci, & debellatos sociauit quieti. Hæc alienatos Deo coniunxit: longè constitutos ut proximos præsentauit. Hæc peregrinantes ciues ostendit. Hæc discordiæ amputatio est: hæc pacis firmamentum, hæc omnium honorum abunda largitio. Istius causa nullis angustiis deserti erramus, quia iam nobis campi monstrati sunt ueritatis: nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam uidetur inuentus. Hæc ille. AVCTOR. Quàm festiuè omnes ad eius honorem homines adhortatur. Crux, inquit, bonorum omnium est abunda largitio, ab erroribus liberat, luci restituit, ciues efficit, regalibus aulis inhabitare concedit. Ergo eius festiuitatem nimia lætitia celebramus, qui totius gratulationis spiritualis substantiam esse didicimus. Et in expositione perfecta Mat. moral. 54. in definitione sanctæ crucis noua declamatione utens Chryso. Hoc signum in progenitoribus nostris & nunc ianuas aperuit clausas. Hoc lethalia extinxit, hoc ueneni uirtutẽ dissoluit, hoc ferarum uenenum immittentium morsus sanauit. Si enim inferni aperuit portas, & cælorum ianuas expandit, & paradisi ingressum renouauit, & diaboli neruos abscidit: quid mirabile est, si pharmaca. i. uenena, & feras superauit. Hæc itaque conglutina menti tuæ, & salutem animarum nostrarum adiunge. Hæc eñ crux orbem terræ saluauit, errorem abegit, ueritatem reduxit, terram cælum fecit: hæc homines angelos fecit, propter hanc dæmones non adhuc terribiles sed contemptibiles: neque mors, sed somnus profert, propter hanc omnia in terram proiecta sunt, & conculcata, quę impugnabant nos. Si ergo dixerit tibi quis, Crucifixum adoras? Dic clara uoce, & alacri facie. Et adoro, & non quiesco unquàm adorans, & si deriserit, lachrymare, quotiam insanit. Hæc ille. AVCTOR. Deridentes ergo Witeleuistæ, quòd crucifixum adoramus in signo crucis, quod ut iam dixi, ianuas cęli aperuit, lachrymandi sunt, quia insaniunt, & ne per crucis æquiuocum a ligno crucis in Christum crucem hæc retorqueret hæreticus, addebat prius pater Chrysostomus, de qua loquebatur, insinuans, quòd antea crux ista pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur, quia fuit olim tortura reorum, & nunc incepit dicere: Hoc signum, in quo uinces. Et infrà. Hæc crux orbem terræ saluauit. Sic item homilia 36. super Ioannem consonanter dicit AVGVS. Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplici suo? Denique modo in pœnis reorum non est apud Romanos. Vbi n. crux domini honorata est, putatum est, quòd reus honoraretur, si crucifigeretur. Hæc ille. AVCT. Crux igitur supplicij Christi, quę olim in pœnis erat reorum, modo culmen habet honorum. Hęc, inquam, ad tantũ honorem orbis iam peruenit, ut reus honorare tur, si crucifigeretur. Nec est hic honor erroneus sanctę crucis, quem instituit Christus, dicente Augustino. Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplici suo?

Isa. 53.

Aug. To. 6

¶QVOD NON SOLA CRVX PRIma Christi sit colenda, sed etiam signacula eius, & illę cruces sunt exaltandę in ecclesiis coram prælatis, & in regnum catholicorum diadematibus. Cap. CLX.

SVMMA.

1 *Crucis signum quòd sit uenerandum, & colendũ, contra Witteff, & Claudium Taurinensem quondam episcopum.*

2 *Crucis signo quomodo omnia, quæ secundum nos perficiuntur.*

3 *Faustli Manichæi error circa crucẽ. Et quomodo fœliciores quodammodo erant Manichæi in fide crucifixi, quàm Witeleuistæ.*

4 *Augustini instructio circa cultum Crucis.*

5 *Crucis signum quid operetur.*

6 *Iulianus quomodo cruce se muniuerit, & dæmones repentè disparuerunt.*

7 *Crux Constantino uisa. Et quomodo coram se portari fecerit, & militaribus uexillis impresserit.*

8 *Crucis signum quomodo debeat leuari in processionibus ecclesiasticis, & c. in uexillis, ac diadematibus orthodoxorum regum.*

1 NON † tantum crucẽ sanctam, ipsam dico ligni sancti substantiam Christi sanguine rubricatam fideles adorãt, sed & signum eius ob reuerentiam filii hominis, ubicũq; inuenerint, siue in ecclesiis, siue in triuiis uenerantur, & colũt. Quo contra Witeleuistæ nostri cũ claudio Taurinensi olim episcopo improperia multa persoluũt. Sic enim Carnotensis IVO ad finem libri chronicorũ scribit. Theodulpho Aurelianẽsi episcopo successit in episcopatu Ionas uir uenerabilis, qui contra Claudiũ Taurinensem episcopum hæresiarchã librum edidit de adoranda cruce. Dogmatizauit enim memoratus hæreticus crucis dominicæ signum non oportere adorari: quod nisi adhibeatur frontibus nostris, siue aquis, quibus regeneramur, aut chrismati, quo uegetamur, nihil ritè perficitur. Sed ci memoratus episcopus Ionas, fatis lucidè, catholicèq; illo suo respondit libello. Hæc ille. AVCT. Huic dicto Ionæ cõueniẽter accurrit in expositione perfecta Mat. mora. 54. CHRYSO. Nullus itaque uerecundetur honesta nostræ salutis signa, & capitulum bonorũ, per quod uinimus, & per quod sumus, & vt coronã, ita circũferamus crucé Christi. Etenim 2 † omnia, quæ secũdum nos sunt, per ipsam perficiuntur: & si regenerari oportet, crux accedit: & si nutriri, uel pasci mystico illo cibo, & si consecrari, & si quodcunq; aliud facere, ubiq; signũ uictoriæ nobis assistit: propter hoc in domo, & in muris, & in ianuis, & in fróte & in mẽte cũ multo inscribimus studio. Salutis enim, quæ pro nobis est, & libertatis communis, & mãsuetudinis dominatoris nostri hoc est signũ nostrũ. Hæc ille. AVCT. Videtis hic planè q̃ fuit Christiano rũ deuotio tpe sanctì patris, ut p muros, p domos, in omni cõsecratione, & usu sacramẽti fiebant, pingebãtur, scribebantur, honorabantur piissimè sanctæ cruces: quas iã sero Theodulphus iste uitare concepit, & Witeleuistis nostris trãsmisit. Rudes Lollardi, qui sine exẽplari præambulo errorẽ de suo nusquã iueniũt: vbiq; impietatem suã reficiũt toxico alieno. Ecce his diebus uenerabiles cruces in locis insignibus uilipendunt: truncos putridos eos uocant, sed longinquiores à cultu, quàm ligna, uel arbores crescentes in syluis quia & ipsæ uiuunt, inquiũt: addite adhuc parum, si libeat, quòd omnis arbor crescẽs, crux sit Christi. Qualiter † Faustus ille Manichæus cum in sania sua scripsit terram concipientem gignere patibilem Iesum, qui est uita, ac salus hominum omnium suspensus ex ligno. Contra quem lib. 20. AVGVSTINVS. Itaque nos Christum filium Dei uerbum incontaminabiliter carne indutum, corde credimus, ore confitemur: quia illa substantia cõtaminari nec carne potest, quæ nulla re potest. Vos autem secũdùm uestram fabulam adhuc in arbore pendentem Iesum contaminatum dicitis antequam carnem ingrediatur cuius libet uescentis. Aut si non est contaminatus, quomodo uos eum manducando purgatis? Deinde cùm omnes arbores crucem ipsius esse dicatis, unde à Fausto prædicatur omni suspensus ex ligno: cur non sicut illum uerum Iesum bonum opus faciens Ioseph ille ab Arimathia de cruce depositum ut sepeliret, ita & uos poma decerpitis, ut Iesum de ligni suspensione depositum, uestro uentre sepeliatis? Aut unde pium est Christũ sepulchro condere, impium autem de ligno deponere? An ut de uobis etiam concinat, quod de propheta ponit Apostolus, Sepulchrum patens est guttur eorum: ore aperto expectatis quis in ferat Christum tanquam opportunæ sepulturæ faucibus uestris. Hęc ille. AVCTOR. Fœliciores credo in fide Crucifixi Manichæi isti erant, qui omni ligno Christũ in sua cruce colebant, quàm isti, qui nulli cruci eius reuerentiam deferunt. Ipsi in errore suo poma non sunt ausi decerpere, reuerentiam deferentes arbori propter Iesum, qui omni pendebat ex ligno. Isti nec ligno parcunt in crucẽ formato propter Iesum, qui unico pendebat ex ligno, quo minus crucẽ cæcam, aut surdam appellent, blasphemum nomẽ adaptent, aut cum abundanter insaniant, detrahant, conculcent, aut item igni componant, ignibus cõmittendo. Sed, ut ostendi superius, in istis conueniũt cũ Paganis, qui iam antiquis, & ualde ab hinc remotis annis ecclesiæ scandalizabant fideles, q̃ essent idololatræ, quia colebãt crucẽ Christi. Velut scribẽs cõtra eos apologeticũ sui ca. 15 testaf TERTVLLIANVS. Sed & qui crucis nos religiosos putat, cõsecraneus, uel consectaneus noster erit, cũ lignũ aliquod perspiciatur, uiderit habitus, cũ materiæ qualitas eadem sit, uiderit formam, cum idipsum Dei corpus sit. AVCTOR. Quãtum datur intelligi, hoc intendit, quòd cùm aliquod eis lignum placuerit suis diis; aut solennis dedicandum, cùm eadem sit materię qualitas & ligni habitus cum cruce, sibi uiderit si consectaneus noster non erit, qui crucem colimus, cum id ipsum lignum sit Dei, qui corpus consequitur. TERTVLIA.

Et

Ino Carno.

Chry. To. 2

A

B

C

3 Psal. 5. & Rom. 3.

Tertullianus

I. 19.

Aug. contr Faustũ lib. 20. cap. 11 in fo. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et tamen quãto distinguitur à crucis stipite Pal A
las Attica, & Ceres faria, quæ sine effigie rudi
palo,&informi ligno prostat. Pars crucis est om
ne robur, quod erecta statione defigitur. AV-
CTOR. Id est, non multum distat à cruce palus
ille, quem tanquam rude, & informe ferunt li-
gnum ad deam Palladis & Cereris: quia ad mi-
nus pars crucis est omnè, quod erecta statiõe de
figitur. Tertullianus. Nos si fortè integrum, &
totum Deum colimus, diximus originem Deo
rum uestrorum à plastis à cruce induci. AVCT.
A plastis, i. fabris, & opificibus uestris diximus
Deos uestros induci à cruce, ubi Deus uester to
tus est, & integer. Tertullianus. Sed & fara illa
uexillorum, & Cantabrorum stolæ crucium est:
laudo diligentiam, noluistis incultas, & nudas
cruces consecrare. AVCTOR. Ideo non nudas
quia super ornauerunt eas alias cruces, unde no
stræ essent, quas taliter adorabant. Sic ecce collu
dit eis doctor fidelis, qui paganico ritu insulta-
bant Christicolis cultum crucis quibus isti Wit B
cleuistæ æquis & ipsi conuiciis modo consonãt.
Istorum ergo desertis furoribus, in communi
quid Christianę cõuenit pietati, nos melior ma
gister, prout in lib. de uisitatione scripserat infir
morum, instruat AVGVST. Habent si quidem,
inquit, Christianorum arcana illius dominicæ
crucis quoddam uenerabile monumentum, qđ
de crucis ipsius *imaginatiõe, crucem cognomi
nant, quod nos etiam omni ueneratione dignis-
simum fatemur, & ad recordationem crucifixi
4 nostri ueneramur† Habetur. n. in cruce quædam
hominis uerbera patientis imago, per quam sa-
lutifera nobis Iesu Christi renouatur passio. hãc
complectere humiliter, uenerare suppliciter, cũ
hac ad memoriam tibi reducens.

Nec Deus est, nec homo præsens, quam cerno figura.
Sed Deus est, & homo, quẽ signat sacra figura.
Verus homo, uerusque Deus, tamẽ unus uterq;
Probra crucis patitur, mortem subit, & sepelitur.
Et uiuit, crucis hæc per signa, triũphat ab hoste.
Id notum nobis crucis huius litera reddit.
Scilicet, ipsius nota sunt crux, & crucifixus.
Hæc & ego uneror, & Christum semper adoro.

Hæc ille. AVCTOR. Videant modò Witcleuistæ,
quàm longè absint ipsi à fidelibus, qui à cru-
cis reuerentia tàm procul sunt, quàm propè
fuit Augustinus. Audiant dicentem, qꝓ crucis
Christi imaginem, quam crucem fideles cogno
minant, nos omni ueneratione fatemur esse di-
gnissimam. Iubet infirmantem hanc complecti
humiliter, & uenerari simpliciter. Non dixit
Christum, uel crucem primam in hac, uel corã
hac cruce, quæ est prioris imago, ut quidam fidẽ 2
sophisticant, sed hanc ipsam complectere humi
liter, uenerare suppliciter, quia per hanc salutise
ra nobis Christi passio renouatur. Sed ne si ue- 3
nereris, tanquam sit Christus uerearis excessum
ad memoriam tibi reduces, qꝓ nec Deus est, nec
homo præsens, quam cerno figura. Sed deus est
& homo, quem signat sacra figura. Et cõcludit,
qꝓ Christi crucis nota sunt crux, & crucifixus,
Hæc & ego ueneror, & Christum semper adoro
Non ergo semper solum Iesum, sed in Iesu christo
hæc eius signa. Quæ†utiq; uita nobis tollũt
cum reducuntur ad animum, & dæmones abi-
gunt. Velut mora. 54. in perfecto super Matth. 5
CHRYSO. Salutis. n. quæ pro nobis est, & li- Chr. To. 2
bertatis communis, & mansuetudinis domina-
toris nostri hoc est nostrum signum. Quando
ergo cruce signaris, excogita omnem conditio-
nem, uel causam crucis, & extingue iram, & om
nes reliquas passiones. sequitur. Sciatis autem
omnino quæ sunt, quæ libertatem tribuunt. Iõ-
que Paulus ad hoc inducens nos, ad libertatem,
dico decentem, nos ita induxit, crucis & sangui-
nis dominatoris rememorans. Pretio n. ait, em- 1. cor. 7.
pti estis, ne fiatis serui hominum. Excogita. n.
ait, pro te pensum, & nullius hominum eris ser-
uus. Pretium crucem dicens. Sequitur. Et si ita
informaueris eam uisui, nullus prope te stare
poterit immũdorum dæmonum, uidens ensem
in quo plagam accepit. Si. n. nos loca uidentes,
quibus includuntur condemnati, horrescimus,
excogita quid patietur diabolus arma uidens, p
quæ omnem uirtutem eius soluit Christus, &ca
put draconis absc idit. Hæc ille. AVC. Quid mo
raris Witcleuista signum illum adorare, qui em
ptus es, qꝓ adhuc cogitatum in mente peccata re
soluit, ità ut dæmones credant, & contremiscãt?
Non ad crucem Christi tantum, sed iam ad eius
signum lapideum, uel æneum, immo uel in cogi
tatione, uel in uoce bona fide formatum. Sic. n.
C dixit Chrysostomus: Si ita informaueris eam ui C
sui, nullus prope te restat dæmonum. Consonat
aũt ei libro. qõnum ueteri ac noui testamenti.
c. 114. Aug. Quia. n. tempus non est faciendarũ Aug. To. 4
uirtutum: in initio. n. fieri oportuit, ut semen si
dei p eas incrementum faceret: tamen etiã mõ
dæmonia, nominata cruce Christi, terrentur, &
dii Paganorum formidine & metu nominæ cru
cis Christi responsa dare non possunt. Itaque ni
si sentirent dæmonia, uel dii Paganorum sacra-
mentum esse crucem Christi, non tererentur. Hi
. n. omnes, qui ex parte diaboli sunt, consenserũt
in mortem Christi: unde cuncta dæmonia, siue
dii gentium, nominata Christi cruce terrore cõ
cutiuntur. Hæc ille. Auc. Qualiter ergo superat
dęmones superbia Lollardina, qui Deum timen

tes

tes, adeò signa crucis eius formidant in aere, ipsi A
nec Deum timent, nec signa reuerentur in ære,
uel alia constante materia. Qualiter eorum prin
ceps Iulianus hostis crucis accerrimus experimẽ
to didicisse refertur. De quo li. 6. historiæ triper
Cassiodor. titæ. c. 1. CASSIOD. Cępit Iulianus imperialia
sceptra desiderare, quam ob rem discurrens uni
uersam Hellada, uates quęrebat responsa reddẽ-
tes: consulens, si ad summum imperium perue-
niret. Inuenitq; uirum, qui ei desiderata se dice
re fateretur. Is. n. perducens ad quendam idolo-
rum locum, & intromittens in adytum, seducto
res dæmones aduocauit: quibus solenniter ap
6 parentibus, terrore compellitur Iulianus † in
Iulianus fronte sua crucis formare signaculum. Tunc dæ
cruce se mu nit. mones trophæi dominici figuram respicientes,
& suæ recordati deuictionis, repentè disparue-
runt. Quod agnoscens Magus, cępit culpare Iu
lianum. At ille & terrorem signauit, & crucis se
dixit obstupuisse uirtutem, eo qꝓ uidentes hoc si
gnum dæmones, euanuerunt. Porrò Magus, Nõ
hoc suspiceris, inquit, o bone uir, qꝓ timuerunt, B
sicut ais, sed abominati potius hoc signum, ab- 7
scesserunt. Et ita capiens miserum, odio repleuit
Christiani signaculi Iulianum. Hæc ille. AV-
CTOR. Timeo satis, qꝓ hæc ditio magica à prin
cipe Iuliano in eius afflictas Witcleuistas erupe-
rit, & fecerit item eis exosum crucis signaculũ,
quod sicut dæmones, cum uiderint, abominati
sint: seu, qđ uerius est, uicti recedant. Honorem
autem sanctæ crucis quanto honore testatur eo
rum uesania, qua feruntur, quando uident corã
Christi clero crucis præire uexillum, aut cum in
sublime erigitur in ecclesijs, uel coram principi
bus, uel, ut moris est, in coronis regum Angliæ
florẽt, aut cum coram primatibus cruces in pu-
blico portantur argenteæ: tunc rixantur, tunc ri
dent, habentes in memoria, qꝓ docuit eos Wit-
cleff libro suo de Papa c. 12. Patet, inquiens, qꝓ
ecclesia humanis traditiõibus insolubiliter cate
natur. Et infra. Signa autem, ut cruces, baculum C
& similia, quę Cæsar instituit, ut patet. 96. distin
ctione. Constantinus. non uocamus priuilegia,
sed potius deliramenta, & ut Chrysostomus lo-
quitur super epistolam ad Timo. rationabiliter
deridenda. Si. n. uideres senem ornamentis pue-
rilibus indutum: non gratia ludendi, sed mania
cẽ necessaria tegmini sui corporis reputantem,
nonne deridendo diceres huiusmodi insanire?
Multò magis presbyter, uel prælatus, qui præ-
ponderat signa muta, & putrida ante uirtutes si
gnatas, est ut maniacus deridendus: & per tuto-
rem tanquam decrepitus insaniens regulandus.
Hæc ille. AVCTOR. Ecce cruces & baculi mu-
ta signa, & putrida coram prælatis. Miseri quo-
que eius discipuli, qui illi credunt, & libros lege

re negligunt, nisi putant suos, cum hæc audiũt, A
qꝓ cruces prælatorum damnaret Chrysostomus
tanquam res ludicras puerorum: & quod Con-
stantinus eas ferri coram prælatis in illo decreti
loco constituit: sibi placẽt, magistroque applau
dunt. Sed in utroque capitur opinione fallax au
ctor. Quantum ad Chrysostomum ipse uir iu-
stus erat, nec quod ipse fecit, contempsit in æ-
qualibus. Libro. n. tripertitæ historiæ ca. 10. scri
bit de eo Cassiodorus, Studium Ioannis nimis Cassiod. de
utile, cum turba, periculisque finitum est. Sequi Io. Chri.
tur. Fecerat. n. ecclesia cruces argenteas, quę cũ
argenteis cereis portabantur, expensas ad hæc
Eudoxia Augusta prębente: tunc Ariani zelo
tracti, usque ad neces insurgunt. Hæc ille. AV-
CTOR. Ecce Chrysostomus portari fecit cruces
argenteas simul & argenteos cereos, quorũ glo
riam sicut nec hactenus Witcleuistæ, sic nec
tunc ferre poterant Ariani. Constantinus item
non coram prælatis (quantum legi) sed coram se
ipso in lauacro suo crucẽ ferri constituit, put ue
tus pater Euseb. li. 9. eccleiastičę historię scribit.
Eusebius. Et. n. † cum religiosissimus Imperator Eusebius
Constantinus constantis moderatissimi & egre Crux Cons-
gii principis filius aduersus Maxentium urbis stitino visa
Romæ tyrannum bellum pararet, atque exercici-
tum duceret. Erat enim tum Christianæ le-
gis fautor, ueriquè Dei uenerator: nondum ta-
men, ut est solemne nostris initiari, signum do-
minicæ passionis acceperat. Cùm ergo anxius,
& multa secum de imminentis belli neccssita-
te peruoluẽs iter ageret, atq; ad cœlum superiùs
oculos eleuaret, & inde sibi diuinum precaretur
auxilium, uidit per soporem ad orientis partem
in cælum signum crucis igneo fulgore rutilare.
Cumq; tanto uisu fuisset exterritus, ac nouo p-
turbaretur aspectu: astare sibi uidit angelos, di-
centes: Constantine, In hoc signo uinces. Tunc
uerò lætus redditus, & de uictoria iam securus,
signum crucis, qꝓ in cœlo uiderat, in sua fronte
C designat. Sequitur. Et in signum, quod in cęlo si C
bi fuerit demonstratum, militaria uexilla trans-
formauit, ac Labarum, quod dicunt, in specie
crucis dominicæ exaptat, & ita armis, uexilliſq;
religionis instructus, aduersus impiorum arma
proficiscitur: sed in dextera sua signum nihilo-
minus crucis ex auro fabrefactum habuisse per
hibetur. Hæc ille. AVCTOR. Accipe hiẽ, qꝓ
signum crucis dominicæ Constantinus coram
se portari fecit, & militaribus uexillis impresit:
non autem ipse prælatis, aut ecclesiasticis offi-
ciis destinauit: sed qꝓ in ecclesiis leuantur cru-
ces, aut in uexillis, uel pallis cruces pictæ feran-
tur, uel argenteæ, domini ipsius est instinctus,
iuxta uocem Esaiæ. Ecce leuo ad gentes manũ
meam, & ad populo exaltabo signum meum.

Sequi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sequitur. Vultu in terrā demisso adorabūt te,& puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus. Esa. 49. Quid aliud est tam signū Christi, quàm est crux eius? Vnde super Ioannē Aug. To. 9 Hom. 36. AVGVSTINVS. Ipsam crucē suam signum habiturus erat: ipsam crucem de diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fi- Gal. 6. delium positurus, ut diceret Apostolus. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hæc ille. AVCT. Ipsa ergo crux signum Christi est, siue in se, siue in signis suis. Sicut cum signatur in frontibus fidelium: de qua dixit apostolus. Mihi absit gloriari, nisi i cruce domini &c. Audeo dicere, ubicūq; apostolus eam inuenit, siue in frontibus hominum, siue domorum, crux gloria eius fuit. Hæc crux ergo signum erat, quod secundum Esaiam dominus exaltauit ad populos, Christo ad Nicodemum dicente. Sicut Moyses exaltauit serpētem Io. 3 in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. B Quę est item manus eius, quam dixit se leuare ad gentes in commentario Esaię super idē uerbum HIERON. Hier. To. 5 Ista manus ad gentes leuata est, de qua idem propheta loquitur. Erit radix Iesse, Esa. 11. qui exurget, ut princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt. Nec solam manum suam leuabit ad gentes, sed & signum suum exaltabit ad populos. Hanc manum, hoc signum, an dubium, quin uexillum crucis, ut impleretur illud quod scriptum est, laude eius plena est terra. Hæc ille. AVCT. Non solùm ergo crucem Christum dominus leuat adorandum in populis, sed & crucē Christi signum eius. Ideo utrunq; dixit prophe ta, scorsum leuat ad gentes manum, i. Christum de radice Iesse, & ad populos exaltat signum. An dubium, inquit Hieronymus, quin uexillum crucis. Aliud ergo magnum dixit uexillum, ut impleatur, quod dictum est, laude eius plena est terra: & uterq; domino deferendus est honor ecclesiæ, uolente illo, qui sic leuat manū, & exaltat signum. Vnde sequitur. Vultu in terrā demisso adorabūt te, & puluerem pedum tuorum lingēt Psal. hoc ipsum iubente. Adorate scabellū pedū eius, qm̄ sanctum est. psal. 98. ubi in maiori breuiario HIER. Multæ opiniones de scabello sunt Hieronym. sed hoc proprie corpus dixit dominicum, in quo maiestas diuinitatis tanquàm super scabellum stetit. Quòd aūt adorari debeat eo ascendente, docuerunt apostoli, cùm adorantes regressi sūt Lu. 24 in Hierusalem. Ad crucem dominicam, & ad ani 1 mam sanctam hæc referenda sunt. Hæc ille. AVCTOR. Ergo leuetur manus Christi, signū crucis Christi. Anima item Christi in populis. Ado 2 rare omnia hæc iubet psalm. Adorate scabellum pedum eius, inquiens, quoniam sanctum est. A Scabellum, est corpus Christi, in quo diuina maiestas stetit. Scabellum, est anima, scabellum, est crux dominica, ait Hieronymus. Quòd adorari dēt hoc trinum scabellum, apostoli docuerunt, cum adorantes regressi sunt in Hierusalem. Sic item, ut suprà dictum est, ait Ambrosius de side Gratiani. Iā ergo auctoritatē habēt ecclesiæ, & 8 auctoritatē itē apostolorū & auctoritatē tātorū patrū uñ leuēt signū crucis Christi in populis, ī ecclesiasticis processionibus, & conuētib. & progressibus prælatorum. In uexillis, ac diademati bus orthodoxorum regum, s. ut adoretur uultu demisso scabellum pedum. Et puluerem pedum suorum lingent, inquit, & scies quia ego dominus. Vnde hoc? quia scient omnes, q̄ in aspectu leuatæ crucis in populis, lumen uultus domini Psal. 4. ci signatum est super nos. In quem uersum psal. Cassio de. CASSIOD. In crucis. n. impressione lumen est uultus Dei: quia semper eis nosci tur radiare, qui Eph. 4. se aliqua non eligunt prauitate polluere, sicut dicit Apostolus, Nolite contristare spiritū sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptio nis. Quid. n. efficit ista crux, in alio loco apostolus pulchra breuitate complexus est, dicens. ver 1. Cor. 1. bum. n. crucis, pereuntibus quidem stultitia est, iis aūt, qui salui fiunt, uirtus Dei est. Quapropter uoces sacrilegas respuamus. Magna & competentia dona sunt domini contra principem tenebrarum lumen nobis adesse dominicum. Hęc ille. AVCTOR. Contra principem tenebrarum dixit tam in se, quàm in membris eius hæreticis: quibus horror est lumen uultus sanctæ cru- 2. Cor. 6. cis, quemadmodum lux solis uersipellionibus. Ideò apostolus ait, Quæ societas lucis ad tenebras?

De peregrinando ad imagines.

Titu. XXI.

C QVOD BENE ADEVNT FIdeles imagines, & loca sancta quædam præ aliis propter maiorem Dei uirtutem in eis, uel gratiam potiorem. Cap. CLXI.

SVMMA.

1 *Christiani quomodo non postulant aliquid ab imaginibus, sed à Christo & sanctis apud imagines.*

2 *Deus quomodo in una ecclesia, aut cruce, uel imagine manifestat uirtutem suam, quam non facit in alia.*

3 *Mira-*

3 *Miracula, naturalia recensentur.*
4 *Imaginis æreæ miraculum.*
5 *Picturis sanctis, aut reliquijs quòd communicet Deus uirtutem, non autem numen. Et quid sit Numen.*
6 *Effigies quomodo adoranda.*

POST hæc reprehendunt Witeleuistæ fideles, q̄ ob uirtutis gratiam colunt cruces, uel imagines, putantes uni cruci Christi, aut imagini plùs inesse uirtutis, quàm alteri. Imputant nempe eis idololatrarum cultum quia credant simulacris suis quasi quoddam numen inesse. Vnde quidā dictus Ricardus With respondendo pro se in libello oblato iudici ad defensionem huius, protulit illud Sapientiæ 13. Imago enim est, & opus illi est adiutorium: & de substantia sua, & de B filiis suis, & de nuptiis uotum faciens inquirit, Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima ē: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro uita rogat mortuum: & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest. Et de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. Hæc ille. AVCTOR. Falsò applicant cultum fidelium ad cultum idololatrarum, qui ipsa idola inuocabant ut Deos, uirtutem habentes beneficium salutis donare, 2 uel uitæ: itineris bonam spem, euentum prosperi operis, & similia, quæ iam sapiens recitauit.

1 Christiani † enim non hæc ab imaginibus postulant, sed à Christo, & sanctis apud imagines. Nisi autem Christus apud unam crucem, uel imaginem, siue item ecclesiam, aut altare plus operaretur uirtutis, quàm ubique locorum, quare diceret ad Moysen, duos quoque cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit oraculi in latere uno, & & alter in altero: utrunq; latus propitiatorii tegant, & expādentes alas, & operiētes oraculum. C Respiciantq; se mutuo uersis uultibus in propitiatorium, quo operienda est arca: in qua ponēs testimonium, q̄ dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te super propitiatorio, s. ac de medio duorū Cherubin, qui erunt sup arcā testimonii, cuncta, quæ mandabo per te filiis Israel Exodi. 25. Iā dicant Witcleuistæ, qualiter imagines istæ mortuæ dicantur se respicere mutuò uersis uultibus ad propitiatorium. Dicant de illis, qđ de nostris imaginibus dicere solent, quòd sese respicere non iam possunt, quia oculos habent & non uidebunt: alas suas expandere nequeunt quà uolare uel mouere se non possunt: dicantq; qua

A liter ad illam arcam mortuam, & propitiatoriū mortuum accederent Moyses, & Aaron, & cæteri sacerdotes ad dominum consulendum pluſquàm ad alia ligna templi, uel loca mundi: qualiterq; limitaret illic Deus uirtutem suam, ut inde præciperet, & loqueretur ad eos: & si ita incarceraret uirtutem suam, ut solum super propitiario, ac de medio duorum Cherubin, qui erant super arcam, cuncta mandaret per eos filiis Israel. Et quomō benedixit dominus Obededom, & omnia eius pp arcam Dei. Vnde diceret Dauid. Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam. 2. Reg. 6. Quæ uirtus illa, & ubi be- 2. Reg. 6. nedictio quieuit in arca: qualiter non erit in cruce dominica? Replicent quæ iam contra cruces, & imagines prædixerunt, q̄ Moyses, & sacerdotes non erubescunt loqui cum Cherubin, productili propitiatorio, uel arca, quæ sine auima ē. Imago. n. est, & opus est illi adiutorium pro sanitate, deprecetur ut infirmum pro uita mortuum B & petit pro itinere ab eo, qui ambulare non potest. Quòd si non arcam dicant eos rogasse cherub, uel propitiatorium, sed ibi dominum inuocabant, rectè & hoc item possunt sentire de nobis, quando ad crucem oramus Christum, uel sāctos ad imagines: sed quæ uirtus erat in Cherubin illis productilibus, aut in arca, ut ipsi ibi responsa domini potius caperent, quàm ubique locorum, uel ubi domino placuit limitatē uirtutē exhibere responsi, quod non sic alibi. Reuera uicti sunt, & fateri cogentur, quòd Deus † item in Io. 5. una ecclesia, aut cruce, uel imagine manifestat uirtutem suam quam non facit in alia: sicut in piscinam post motionem aquæ descendit angelus curare primum languidum: non sic autem in mari æneo, aut in natatorio Siloe, cuius aquæ cum silentio. Adhuc dicent Witcleuistæ, quomodo Deus præ aliis locis uirtutem suam limitauit ad templum: ita ut illuc gentes accederent orandi gratia sicut Eunuchus ille Candacis de partibus Aethiopię? Act. 8. Et alii multi. Actuum. 1. De Act. 8. 27 quibus scripsit in expositione epistolæ ad Hebræos Homil. 17. HIERON. Neque enim alibi C tale erat constructum templum: non opulen- Hier. To. 6 tiæ gratia, non alia quacunque re. Deus enim id imperauerat, & iusserat cum honestamento uult fieri, quia & illi corporalibus magis attrahebantur, & adducebantur: lateres quippe habebat aureos in parietibus unicuique uolenti. Licet in 2. libro regnorum, in Ezechiele hoc cognoscere, quanta auri talenta expensa sunt in illo templo. Secundum uerò ædificium clarius factum est, & in pulchritudine, & in aliis omnibus, & non ex hoc solum erat uenerabile: sed etiam quòd unum erat. Omnibus quippe à finibus illuc ueniebant, siue ex Babylonia,

siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue ab Aethiopia:& hoc manifestans Lucas in actibus apostolorum dicebat. Erant illic habitantes Parthi, Medi, & Elamitæ, qui habitant Mesopotamiam,Iudæam,& Cappadociam, Pôtum,Asiam,& Pamphiliam,Aegyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenem.Omnes ergo undique illuc conueniebant,& multum nomen erat illius templi. Hæc ille. AVCTOR. Ad uenerationem templi reducit Chrysostomus pretium ædificii,& postea confluentiam plebis ad illic orandum Deum ex qualibet parte mundi: qualiter hoc per te, nisi crederent numen inesse templo ut credunt idololatræ? Quod si fore non possint, cum tanta cura tunc fuit eis in lege de idololatria uitanda,necesse habebunt dicere dominum uirtutem magnam concessisse tanto loco ad reuerentiam Dei, uniuscuiusque uirtutis diffusio erat confusio idolorum. Hoc & ipse Paganorum dux Heliodorus testabatur dicens ad regem.Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem,mitte illuc, & flagellatum eum recipies,si tamen euaserit, eo quòd in loco Dei sit quædam uirtus,nam & ipse,qui habet in cœlis habitationem, uisitator est,& adiutor loci illius,& uenientes ad malefaciendum percutit,ac perdit. 2.Machabæorum. 3. Hæc uerbera, & flagella utinam semel experimento nostri sentirent hæretici,donec thesauros ecclesiæ desinãt uelle diripere.Nouerint aliquando uerum dixisse ducem hunc,quòd in loco ecclesiæ Christi sit quædam Dei uirtus:in una ecclesia maior, quã in qualibet,& ipse qui habet in cœlis habitationem, uisitator est,& adiutor talis ecclesiæ:& uenientes illuc peregrè ad orandum,& colendum Deum maiori gratia consolantur, & malefactores in locum acriori ultione percellit. Probat rẽ istam,quòd idem dominus uolentes in contemptum fidei Christianæ idem templum reparasse, Iudæos percussit,qui Heliodorum quia uoluit tunc spoliasse & contaminasse, culpabat. Ecce sub Iuliano apostata ad odium fidei potestatem accepere Iudei;sed quanta ui repulit opera ipsa Christus & finaliter prohibebat ne facerent,testatur libr.6.historiæ tripertitæ cap. 43.

2. Mach. 3.

Cassiode.

CASSIODORVS. Cumque gypsi & calcis multa modiorum millia congregassent, uis magna uentorum repente respirans, tempestates atque procellæ subitò factæ, quicquid congregatum fuerat,dispersrunt. Ad hæc autem uesanientibus eis,& nequaquam diuina longanimitate correptis, maximus primò terræmotus factus est.Cùm uerò neque hoc terrerentur iudicio,ignis ex fundamentis, quę suffodiebantur, egrediens,plurimos suffodientium concremauit, aliorum membra dissoluit. Nocte quoque plurimis in uicina porticu dormientibus, cadẽs A subitò cum tecto ipsa porticus, dormientes oppressit. Alia uerò die in cælum signum splendens crucis salutaris apparuit: sed etiam Iudęorum uestes crucis signaculo sunt impletę, non tamen splendentes, sed nigro colore signatę. Hæc itaque rebelles Iudęi considerantes, & diuina flagella contremiscentes, ad propria sunt reuersi:confitentes esse Deum,qui ab eorum ꝓgenitoribus ligno perhibebatur appensus.Hęc ille.AVCTOR. Quanta uirtus Dei locum istũ conseruauit,ne prophanum in eo ędificiũ strueretur post crucis aduentum: quantaq; uirtus in crucis signaculo, quę rebelles Iudæos ad agnitionem deitatis Christi cogere moliretur? Qua re ergo non confitebimur uirtutem Dei locis inesse structurisque imaginibus, & picturis liberè collatam à Deo, sicut uirtutes multas, & mirandas naturaliter collatas herbis & gemmis negare non possumus?Adamas† quanta uirtute trahit ferrum:gagates fugat dæmonem, echeneis piscis exiguus etiam furentibus in uelo uẽtis nauem tenet immobilem. Quanta Dei uirtus in rebus? Qua fide ergo non credemus ex dono Dei præcipuè aliquam uirtutẽ inesse uni structurę, uel imagini, quę non insit cuilibet? Pijs animis forsan expediat referre, quę de imagine ærea Saluatoris scribit libro 7. ecclesiasticę histo. capitu. 15. EVSEBIVS. Mulierẽ, quam sanguinis profluuio laborantem à saluatore curatam euangelia tradiderũt, huius urbis ciuem scilicet Cęsareę Philippi,cõstat fuisse: domusque eius in ea etiam nunc ostenditur. Profotibus verò domus ipsius basis quodam in loco editiore collocata monstrat: in qua mulieris ipsius uelut genibus prouolutę,palmasque suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Astat† verò alia ære nihilominus fusa statua habitu viri,stolâ comptè circundati, & dextrã mulieri porrigentis : huius ad pedem statuę è basi herba quędam noua specie nascitur, quę cùm C exorta fuerit, excrescere usque ad stolę illius ærei indumenti fimbriam solet:quam cùm summo verticecrescens herba contigerit,uires inde ad depellendos omnes morbos languoresq; acquirit: ita ut quęcunq; illa fuerit infirmitas corporis,haustu exiguo madefacti salutaris graminis deppellatur: nihil omnino gerens uirũ, si antequàm ęreę fimbrię summitatem crescendo contigerit,decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem uultus Iesu formatam tradebant, quę permansit ad nostra usque tempora: sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Sed nihil mirum si ii,qui ex gentibus credebant, pro beneficiis, quę ex Saluatore fuerant consequuti, huiusmodi uelut munus videbantur offerre:cùm videamus etiam nunc & apostolorum Petri,& Pauli, & ipsius

Eusseb. Matt.9. Marc.5.& Luc.8.

Imagnit ærea miraculum.

Miracula naturalia.

& ipsius Saluatoris imagines designari, tabulisque depingi:sed & antiquas à quibusdam conseruatas nos uidimus. Hæc ille. AVCT. Hoc in isto passu respicio,quòd herba crescens,ab imaginis æreæ fimbria uirtutem sanandi recipiebat.Ergo & illi imagini Deus uirtutis suæ collationem immisit.Coram oculis enim res: fidem ergo quis negabit experto? Beatus Gregorius planè scribit ad Secundinum, quòd mittit illi imaginem binam,& crucem, ut ab ipsa à maligno sit defensus,in rescripto ad eum cap.4. GREG. Direximus,inquit,tibi tabulas duas, imaginem Saluatoris, sanctæ Dei genitricis Mariæ, beati Petri & Pauli Apostolorum per supradictum filium nostrum diaconum, & vnam crucem cum clauis pro benedictione,ut ab ipsa à maligno sis defensus,cuius sancto ligno te esse munitum credis,ut ab eo te protegat,qui iuueniles affectiones tibi suggerit recordari. Hęc ille. AVCT. Non credit se peccare Gregorius,cùm dicat Secundinum ab hac cruce,uel imagine de maligno defensum,aut si ipse credat sancto ligno crucis esse munitum,aut ꝙ protegat eum à dęmone tẽ 5 tatore. Virtutem†hanc Deus his sanctis picturis,aut sanctis reliquijs certe communicat: non autem numen,quod potius diuinitatem ipsam secundum naturam, aut eius maiestatem designat.Vnde lib.interpretationis triformis HIERON. Numen,maiestas,uel honor.AVCT.At 1 hęc una de causis est,quòd id dolum nihil sit secũdum Apostolum 1.Cor. 8. Vbi in expositione REMIG. Quia quidam illorum habentes scien 2 tiam cuncta esse à Deo creata bona manducabant in templis idolorum,& scandalizabant simpliciores fratres,qui dicebant:Nisi iste,qui maioris scientię est,quàm ego,sciret aliquid numinis,& deitatis esse in hoc idolo, & in carnibus ei consecratis,nequaquam in idolo.i. in templo idolis consecrato residens, carnes, aliosque cibos,& uinum idolis consecratum sumeret.Hęc ille.AVCT. Vbi numen, & diuinitatem simul accepit pro eodem, quod ideo detestatur fides catholica in omni imagine,uel sanctis reliquijs, & adorationem talibus competentem.Prout declarat fidem in 1.lib.chronicorum cap.70. IVO CARNOTENSIS. Illud catholica fides non admittit, ut propter similitudinem amabilium uultuum quęlibet adoretur effigies. Solum eũ Deum adorare,& illi soli seruire præcipimur,ne si quid aliud adorauerimus,idololatrę potius,q̃ Dei cultores inueniamur.Vnde cũ sanctis imaginibus ceruices inflectimus,aut dominicę passionis signa ueneranda recolimus, aut pro assumpta pro nobis mortalitate ipsi Deo gratias exhibemus,nullam in ipsis imaginibus credentes esse diuinitatem:& quando sanctorum solẽ A nia celebramus,& eis sanctas dedicamus basilicas,hoc agimus,ut eorum mereamur imitatione proficere,& orationibus adiuuari.Et quanuis nobis eorum meritis multa beneficia conferũtur,eis tamen sacrificare,uel eos pro Deo colere,incongruum,indebitum,& illicitum esse profitemur.Hæc ille.AVCTOR.Iunge particulas,& prima declaratur in ultima:quod. s. 6 non†sic adoretur efficies ut tanquàm sit Deus colatur, uel aliquam diuinitatem imaginibus ipsis inesse credatur, sed ut uirtutem aliquam uel gratiam habeat ad effectum.

Cyr.To. 2.

De ecclesiarum dedicatione.

Tit.XXII.

B QVOD A PRIMAEVIS FIdei erant ecclesiæ dedicandæ, & ipsarum dedicationes obseruatione annua celebrãdæ.Cap. CLXII.

SVMMA.

1 *Witcleff,qui penè simul sacra obruit uniuersa,& nihil uult in nomine domini benedictum,confutatur.*

2 *Dedicatio ædium sacrarum.*

3 *Encænia quid sit,& unde dicatur.*

4 *Iudæi perfidi,& hæretici, q̃ non iocundentur in festis ecclesiæ,sed potius confundantur.*

5 *Dedicationum ecclesiarum solennitates,quòd per singulos annos sint solemniter celebrandæ ex Felicis Papæ decreto.*

C HIS ergo peractis,quæ ad ædificia ecclesiarum, & congrua eis ornamenta concurrunt,pro earum consecratione, uel dedicatione solenni sacramentales ritus, & preces prouidit paterna traditio.Contra quarum consecrationem, uel benedictionem fidelem, more Pagani contra omnem fidem Witcleff insurgit tractatu de quatuor sectis capitulo sexto.Videtur,inquiens,ꝙ omnes tales consecrationes, & benedictiones cerei, panis, & aquę, palmarum, luminis, salis, perę, baculi,armorum,cum eis similibus, non sunt de substantia fidei Christianę: ideo laudabilius foret multis rectoribus, quòd episcopus eorum prędicaret,& doceret fidem catholicam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ministraret hęc sacramenta, uel consecra ret suas ecclesias. Hæc Witcleff. AVCTOR.
1 Ecce † penè simul sacra obruit uniuersa: nihil vult esse in nomine domini benedictum, quia non est de substantia fidei Christianę, inquit, q talia sint benedictionibus consecrata. Hoc peti 2
mus, instamus, ut probet. Nam à principio scri pturę usq; in finẽ fuit semp morale principiũ, & res, & homines in nomine domini benedi ci. Cur alioquin patriarchæ oẽs filios suos cœperunt benedicere? Cur item Deus benedictionẽ immisit suis cultoribus in ciuitate, in agro, super fructu uentris & terrę eorum, iumẽtorũ, armẽtorum, & caularum ouium: super horreis, & reliquiis, & super omnia opera manũ suarũ? Deutero. 28. Post hæc ritu solẽni Aaron, & filii eius non ministrant coram domino, quousq; in duantur, & oleo consecrentur, pectusculum, & armus consecrantur arietis, ut cœdant in partẽ eorũ. Altare cum uelis peruncta unguento pre tioso sanctificari mandantur, ut pecudum sanguine balneentur. Et in ecclesia Christi quantũ est de substantia fidei nihil benedictione Chri sti mundabitur? Apostolus uerò non permitte ret corporeum cibũ nisi benedictũ sub gratiarũ actione consumi, & indiuinũ usum nihil benedi ci merebitur: dicente nihilominus Sapiẽte, Col laudate canticum, & benedicite dominũ in ope ribus suis. Date nomini eius magnificẽtiam, & cõfitemini illi in uoce labiorum uestrorum. In canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in cõ fessione: Opera domini uniuersa bona ualde. Ecclesiastici. 39. Nec plenè deliberauit iste quid diceret, cùm de substãtia fidei has benedictiones amouit. Nã traditiones plures reliquerũt Apostoli, quæ & si nõ omnes sint de substã tia fidei, non temerè tamen sunt omittendę. Et tales non omnes scriptæ sunt, sed quædam non scriptæ, & per uniuersam ecclesiam custoditæ, ad quas æquè ligamur, acsi essent scriptæ codici bus: dicente Apostolo. Itaque fratres mei state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per ser monem, siue per epistolam nostram. 2. Thess. 2. ubi in lib. annotationũ HIERO. Quãdo suas vult teneri, non uult extraneas superaddi. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo ce lebratur: ut baptismi sacramenta. Hæc ille. AVCT. Ad hoc dicant omnes Witcleuistę qui uocant pondus & pondus: quędã ut fidẽ seruãt, quędã tollunt ad libitũ: sine exceptione iubet Apostolus traditiones suas teneri, quas ipsi didi cerunt. Hieronymus dixit eas esse quę in uniuer so fidei orbe seruantur. In omni mundo Christi construũtur ecclesiæ: per omnẽ mundũ dedicã tur ecclesiæ: sacramẽta celebrãtur: panis benedi citur: cerei cõsecrãtur: sanctius & celebrius esse

1. Cor. 10. & 1. Ti 3.

Hier. To. 9.

putatur, quod in ecclesia cõsecratur. Quis ergo temerè ista deserit, & Apostolũ nõ contennit? Ostẽde prius benedictiones istas ab Apostolis non traditas uel per epistolã, uel per sermonem. Nos aũt ab eis traditas per ecclesiam uniuersalẽ eas probamus. Ac primò † de ecclesiarum dedicationibus: postquã scilicet construantur labo re ab antiquis tẽporũ spatiis: dedicabãtur cum iocunditate. 3. parte sermonum. 155. AVGVS. Celebritas huius aggregationis, dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum, est ista: domus aũt Dei, nosipsi. Si domus Dei nosipsi, nos in hoc seculo ædificamur, ut in fine seculi dedicemur. Aedificiũ, imò ędificatio habet laborẽ, dedicatio exultationẽ. Qđ hic fiebat, q̃do ista surgebant, hoc fit modò, cũ congregantur in Christũ credentes. Credendo enim quasi de syluis, & mõtibus ligna, & lapides p̃scindũtur. Cum uerò catechizãtur, baptizãtur, in formãtur, tanquã inter manus fabrorum, & opificũ dolantur, collineantur, cõplanantur. Verũtamen domus Dei nõ fiunt, nisi quãdo charitate compaginantur ligna ista, & lapides, si non sibi certo ordine cohærerent, si nõ se pacifice cõ ne cterent, si non se inuicem cohærẽdo sibi quo dammodo amarent, nemo huc intraret. Hæc ille. AVCT. Celebritatem cõgregationis dixit esse dedicationẽ domus orationis. Non p̃ domo ipsa foris uisibili, sed pro nobis ędificandis inuisibiliter cum labore, & dedicãdis cũ iocũditate. Totũ quod agit exterius, imago est operis, qđ fiamus interius. Vnde nõ est omittẽda uel fabrica corporalis, uel dedicatio eius sensibilis: quia spiritualis illa est melior: sicut non est omittenda auditio verbi diuini per auré corporis, quia auditiò cordis est melior: nec p̃dicatio uerbi diuini lingua corporis q̃a lingua cordis est melior aut ambulatio ad opus pietatis pedibus corporis, quia ambulatio spiritualis est melior affecti bus spiritus. Sunt hæc sophismata Witcleff risu digna, sed ipse uerbere corrigendus. Sic enim nũ quã esset edenda esca corporea, quia spiritualis esca melior est. Debuit ergo scire, quòd p res infimas dũ est in hac carne ad nos superiores ascẽsus p sensus corporeos instruitur intellectus. Quia inuisibilia Dei p nostra facta cõspiciũtur secundũ Apostolũ. Fide melior est uisio: & spe retentio summi boni: & melior his duobus est charitas, nec tamen deserenda est fides Christi, aut spes, quia charitas antecedit utranque: sed firmiter tenẽda est fides, ut uisio subsequaẽ. Sic in antiqua fide ecclesiæ dixit Dionysius. Sanctificatur ecclesia, uel altare uisibile, & ungitur unguento uisibili, ut oculis fidei conspiciamus, qualiter in hoc facto Iesus secundum hominem sanctificat seipsum in nobis. cap. 4. ecclesiasticę

Dedicatio ædium sacrarum. Augus.

Rom. 1.

Hierarchię

Hierarchiæ Dionysius. Si enim diuinissimum nostrum altare Iesus thearchica diuinorum intellectuum consecratio: in quo secundum eloquium consecrati, & mystice holocausta effecti habemus adductionem, super mundanis oculis inspiciamus ipsum diuinissimum altare, inquo perfecta perficiuntur, & sanctificantur ab ipso diuinissimò unguento, perfectum sanctificat, etenim propter nos seipsum sanctissimus Iesus & omni nos sanctificatione replet. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ideo altare sanctificatur, & diuinissimo unguento perficitur, ut supermũ danis oculis inspiciamus, qualiter Iesus in nobis seipsum sanctificat. Sic templum item eadẽ pietate dedicatur, nec iam primo, sed à tempore cõgregationis populi Dei. Primo templum, & tabernaculum consecrari cœperunt, & solenniter dedicari, quod templum Salomonis probat palam. Sed ibi Witcleff parat blasphemiam dicẽs: Si episcopi a Salomone fundamentum accipiãt consecrandi ecclesias, ab ipso item accipiant sexaginta reginas, octoginta concubinas, & adolescentulas innumeras. Non hic immoremur, ut respondeamus blasphemo secundum blasphemiã suam: sed hoc attendamus in eius dedicatione nostrum exemplum, quod moraliter benefecit, & dominus postea confirmauit. Nam templo perfecto, & dedicato, subiecit scriptura regum. Cum perfecisset Salomon ædificium domus domini, apparuit ei dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon, dixitque dominus ad eum. Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me. Sanctifica ui domum hanc, quam ædificasti, ut ponerẽ ibi nomen meum in sempiternum, & oculi mei erunt ibi, & cor meum cunctis diebus. Et infrà. Si autem auersione auersi fueritis. Sequitur. Tẽplum, quod sanctificaui nomini meo, proijciã a conspectu meo. 3. Reg. 9. Ergo sanctificante Salomone templum, sanctificauit illud deus, nec dubitauit illud Deum esse facturum, certum redente ipsum conscientia pietatis. Cur non episcopi iam fideles idipsum facere conabuntur, confidentes in domino, qui cuncta benedixit a primis, nobis est paratior cunctis & bonis? Hoc exemplo Neemias templum, quod refecerat, dedicauit. Nec eius exemplo 60. reginas accepit, quas nec dedicasse dominum quisquam legit ad literam. Hoc item exemplo sub Machabæis dedicatio purificationis templi succesit. & iam facta dispersione gentis perfidiæ per uniuersum orbem, moralis obseruantia dedicationis huius inter Christianos translata seruatur. Addita rõne facti, quia Christus dns hoc festum ad nostrũ transtulit exemplum. Vnde lib. 1. de offic. ca. 35. ISID. Festiuitates annuas, dedicationes ecclesiarum, ex more ueterum celebrari in euangelio legimus, ubi dr, facta sunt Encænia Hierosolymis. Encænia † quippe erat festum dedicationis templi. Græcè. n. καινὰ τὰ dicitur nouum, quando .n. aliquod nouum fuerit dedicatum, uocantur Encænia: illum. n. diem, quo templum dedicatũ est Dei, solenniter celebrantes, & ipse dies apud eos festus agebatur, qui licèt usus ex illis exoleuit exhibita ueneratione, quia caruerunt & cultu, & tẽplo: Christiani aũt seruant morem illum patrum, in quos legis gloria translata ur. Hæc ille. AVCT. Notandum igitur, q̃ genti Iudaicæ per mundum captiuæ aboleuit usus dedicandi ecclesias, quem morem patrum Christiani conseruant, in quos legis gloria est translata. Vnde simul cum templo dedicationi eius, ne iocundẽtur, renuntiant. Cum his item captiui Witcleuistæ ne iocundentur in ecclesiæ festiuitate, Iudaicè constringuntur: de quibus, quia hostes sunt, ait in sermone tertiæ partis. 155. AVGVSTINVS. Modò quando ecclesię ædficantur, dedicantur, implentur, quomodo nonnulli non tantum non iocundantur, sed etiam confunduntur, & implętur exultationis uox. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec iocundasti inimicos meos super me. Non iocundasti super me, si tamen credant, iocundabis in me. AVCT. Perfidi ergo Iudæi, & hæretici, nunquàm iocundantur in festis ecclesiæ, imo confunduntur. Fideles soli iocundi sunt, quando ædificantur ecclesiæ, & ex eis à diebus antiquis, cum dedicantur, implentur. Non est noua hæc festiuitas, quam tam famosè prædicat uetus pater Eusebius, docens qualiter post persecutionem Maximini in Oriẽte cum cœperunt ædificari nouę ecclesiæ, uel olim destructæ reparari, quanta iocunditate earũ dedicatio regulariter agebatur li. 9. ecclesiasticæ historię. cap. ult. EVSEBIVS. Cum nube deterſa lætus iam dies, & solito clarior illuxerat terris atque ecclesiis Christi splendor sui solis effulserat. Sequitur. Ex quo aderat cunctis uelut diuino munere infusa lætitia, maximè uidentibus ea loca, q̃ paulò antè impiis tyrãnorũ machinis fuerant destructa, rediuiua constructione clariora, & celsiora consurgere: templaque excelsa p̃ humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat & christianorum principum fauor, & legislatione religiosa alacres nostros animos eo amplius animabat Deum, ut ad personam episcoporum frequentius scriberent, & honorem sacerdotibus cũ summa ueneratione deferrẽt. Sed in impẽdiorũ sumptus benignius largirentur. Interea festiuitates à nostris frequentissimè gerebant cũ lætitia, & exultatione per urbes, & loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis: cõgregabãtur in unũ sacerdotes, nec pigebat ẽt lõgè posi-

Psal. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos conuenire,quia nulli longum uidebatur spatium charitatis.Concurrebant ẽt populi ad populos,ut infrà.Iam uerò ingens in sacerdotiis, & ministeriis,atque in omnibus,quæ ad religionis obseruantiam pertinent gratia refulgebat. Astabant huic psallentium chori iuuenes & uirgines,seniores cum iunioribus laudabant nomẽ domini:hinc mystica mysteria ordinatis, ac dispositis uicibus agebantur.Hæc ille. AVCT. 1
Ecce uideant Witcleuistę uota antiquorum fideliũ statim cum à persecutione Maximini Orientalis tyranni laxaretur libertas.Templa noua & ecclesiarum fabricas multo excellentiores, q̃ 3
erant antiquæ,fecerunt exurgere,& excelsa pro 4
humilibus,& clariora pro umbrosioribus commutari,hoc pro Witcleff,qui piam fabricã pro celsitudine & fulgore ipse tenebrosus impugnat.Christianorũ principũ fauor occurrit,festi 5
uitates cum omni exultatione geruntur per urbes,& loca singula ecclesiarum dedicationibus B
celebratis.Conuenerunt ad hoc officium longè positi sacerdotes,chori psallebant gratia pontificalis & sacerdotalis cantici eminùs præfulgebant,cæteraque mysteria ecclesiastici ritus,&officij suis uicibus agebantur.Et hæc omnia quãuis plus mille annis iam lapsis,quo tpe Constãtinus magnus,& Licinius imperabant Romanis,hæc in Oriente fiebant: ipsi tamen non iã primo,sed antiquorum temporum reliquias obseruantes, qui persecutionem istam præcesserunt,ut planum sit hanc obseruantiam dedicationis uniuersæ ecclesiæ traditionem fuisse ab origine domini in consecratione pro Salomonis templo susceptam. Quam item longè ante hæc tempora ne prætermitteretur in anno,procuit à patrum traditione concepit, Sextus ante 2
Syluestrum Felix instituit:prout in decreto põtificum decreto Felicis Papæ legitur. FELIX
Hic Felix fuit huius nominis 4. & a Siluestro. 22. ut colligitur ex Decr. Pont. ep. quæ incipit. Dilectissimis fratribus omnibus episcopis &c. 3.Reg.8. 5 PAPA.Solennitates uero dedicationum ecclesiarum per singulos annos sunt solenniter celebrandæ:ipso domino exemplum dante, qui ad C
festum dedicationis templi omnibus id faciendi dans formam,cum reliquis populis eandẽ festiuitatem celebraturus uenit:sicut scriptũ est. Facta sunt Encænia in Hierosolymis, & hyems erat,& ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis.Quòd autem dicrum octo sunt Encænia celebranda in lib.Regum peracta dedicatione templi reperietis.Hęc ille.AVCTOR.In primis confirmat,quod suprà dixit Isidorus, solennitates scilicet dedicationum ecclesiarum singulis annis exemplo & auctoritate Christi seruandas,& addit octauam huius officii:item auctoritate scripturæ,quam Saluator noster dignatus est sequi.

DE RITIBVS DEDICATIONIS ecclesiæ,de crucis signaturis,& cereis,de ingressu,& præce,& alphabeti inscriptione põtificis,& cantu cleri,& quid hæc designent. Cap.CLXIII.

SVMMA.

1 *Dedicationis ecclesiæ celebritas unde sumat exordium.*
2 *Ecclesiæ in dedicatione quomodo fit multiplex crucium signatio.Et quare.*
3 *Crux quomodo nos muniat.*
4 *Cerei duodecim quomodo ponantur ante crucis signa in dedicatione ecclesiæ.Et ad quid.Et de circuitione,pulsatione,percussione ,& apertione ecclesiæ &c.Et quid hæc omnia denotent.*
5 *Oratio pontificis ad fores ecclesiæ dedicandæ.*
6 *Alphabeti Latini & Græci super pauimentum ecclesiæ dedicandæ descriptio.*

OMnis † huius dedicationis celebritas exordium sumit à consecratione põtificis,cum cœtu cleri psallentis,& uarii legis Dei conantis inferre:sic.n. inchoatur officium dedicationis templi Salomonis.Venerunt cuncti seniores Israel,& tulerunt sacerdotes tabernaculum domini, & arcã fœderis,& omnia uasa sanctuarii,quæ erant in tabernaculo domini,& ferebant ea sacerdotes, & leuitæ 3.Reg.8.Portabant ipsi arcã,nos crucem,cum arca item,uel capsula reliquiarum,sed Christi cruce reliquias singulas præcunte,quia gloriari nos oportet in cruce domini nostri Iesu Christi,in quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ absconditi.Est † & basilica per pa- *Gal 6 Coloſ.2.*
rietes,& columnas multiplici cruce signata ad designandum simplicibus,quòd omne officiũ huius materialis ecclesiæ passim demonstrat gesta Christi crucifixi prima,media, & ultima, C
ingredientis,conuersantis, & operantis in ecclesia spirituali,scilicet sua plebe.Ob cuius memoriam domus ecclesiarum in primæua ecclesia fuerunt eius signo deuotiùs insignitæ,sicut inter cæteras domus Nymphæ,de qua Apostolus ait:Salutate eos,qui sunt Laodiciæ fratres, & Nympham,& domesticã eius ecclesiam. Super quem locum in expositione sua solenni *Coloſ.4.*
AMBROS.Quoniam simili modo & pro his,qui Laodiciæ sunt,sollicitus erat in eorum epistola hos salutando,ammonet Nympham charioré existimans,cuius & domum salutat: tam.n.deuota uidetur fuisse,ut omnis domus eius signo titulata cẽt crucis.Hæc ille.AVC.Quis hæc audiens, dubitabit ab antiquis ecclesiæ uenisse signaturam uenerabilem sanctæ crucis in domibus

bus deuotarum ecclesiarum : maximè cum sint A
consecrandæ de nouo in noua hospitia fidelium oratorum,quando fœmina discipula sancti Pauli domum unicam sic signauit pro paucis nomine ecclesiæ forsitan localis illic congregandis fidelibus?Est enim tutela generalis ecclesiæ:ideo
Pſal.85. in muris,& foribus,& domibus ecclesiæ poni cum cantu uersus huius psalmistæ . Fac mecum signum domine in bono,ut uideant,qui oderũt me,& confundantur . Sub quo singulis diebus signauit se uenerandæ semper & Christianæ memoriæ Rex Angliæ Henricus.V.antequam
Hie.To.9. Crux nos munit. finita esset oblatio missæ,subintelligens illud , quod in expositione huius psal.85. ait HIER. 3
Munior† crucis tuę signo,quod uidentes potestates aduersæ,& discedant à me. Hic.n.pro nostro populo propheta rogat , sed & nos precamur domine,ut crucis tuæ signo tueri , atque eius præsidio custodiri mereamur ab omnibus B
insidiis diaboli. Hęc ille. AVCTOR.Bona ergo intitulatio sanctæ crucis in frontibus Christianorum:bona & fœcunda in custodiis,Fœcũdissima & tutela non dubium maxima in Christianorum ecclesiis,quam ingredientes singuli dicant,Fac nobiscum signum domine in bono
4 &c.Ponunturque † cruces signa, & ante ea lucernæ,aut cerei.12.iuxta muros ecclesiæ. Vnde
Raban. lib.de institutis clericorum ca.de Encæniis RABAN. Ponuntur uero 12.lucernæ intus iuxta parietes templi, quod exprimit duodenarium
Pſal.23. numerum apostolorum,& patriarcharum.Hæc 5
ille.AVCTOR.Et circuit ter pontifex ipsam ecclesiam cantans psalmum,Domini est terra. & cum accedit ad ostium percutit illud uirga, & ter hoc faciens,in potestate ingreditur.Ita Iesus
Luc.2. dominus circuiuit gentem Israel adhuc sibi clausam,sed futuram ecclesiam,silenter orans,& cũ parentibus conuersans subditus illis.Ostium tã C
tum pulsat in primordio,& petit ingressum,regem ecclesiæ se designans,quando tres Magos
Matt.2 uocat ab Oriente,quærentes,ubi est, qui natus est rex Iudæorum?Vnde & Herodes rex turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo: & post hæc seceſsit ad tempus.Secundò pulsauit ostiũ illius ecclesię,quando cum parentibus ductus ad templum, ut omnia fierent secundum legis consuetudinem pro eo,& ipse Simeon corã om-
Luc.2. nibus exclamauit eum : Lumen ad reuelationẽ gentium:& Anna prophetissa loquebatur de illo omnibus,qui expectabant redẽptionẽ Israel, ita ut audiret Herodes, & parauit insidias. Et Christus cũ parentibus seceſsit in Aegyptũ secundũ ordinẽ Augustini li.2.de cõcordia Euangelistarum.Venit pulsans tertio qñ 30. annorũ factus,baptizatur à Ioanne.Et ipse cum agnum Dei appellat,& spũm sanctum se supẽ uidisse & cum esse,qui uenturus erat,fortior eo, cuius non esset dignus corrigiam calceamenti soluere,& ipse tunc christus discipulos congregans, ingreditur docens in synagoga,& stupebat super doctrina eius secundùm Marcum, qui erat docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribę.Marc.1.Huius ergo imaginem gerit antistes circa materialem ecclesiam ingrediens illam cum potestate Christi, cuius gerit uices, cui portę inferi,& obduratissimæ mentes non possunt resistere.Vnde lib.de officio dedicatio- *Hubertus.*
nis HVBERTVS.Cùm igitur pontifex uirga sua superliminare futuræ ecclesię terpercutit, ostendit,quòd sibi cęli,& terræ,& inferi potestas cedit.Vnde & post pcussionẽ ostium aperiri,uidelicet quia ipsi ptãtem suam dignè conuersanti pars aduersa resistere nõ põt.Nam ipsa domus antequam pontifex eam ingrediatur, populi ignorantis,ac perfidi ac repagulis inclusi figuram tenet:ad quem dominus uenit, ut educeret uinctos de tenebris,cui pater dixerat, Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo , *Eſa.45.*
portas æreas conteram,& uectes ferreos cõfringam.Itaque postea dicit ei pater,ut diceret his qui uincti sunt,exite,& iis,qui in tenebris,reuelamini.Qd per seipsum dñs in carne uenięs peregit,& usque in finem seculi p uicarios suos agere non desistit.unde antiphona cantata põtificè.Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales. & introibit rex gloriæ, 5
Hæc ille. AVCTOR.Demum† erat pontifex ante fores ecclesiæ,dicens,Domum hanc quæsumus dñe clementer ingredere,& in tuorũ tibi cordibus fideliũ perpetuã constitue mansionẽ:ut cuius ędificatione subsistit,fiat habitatione præclara.Cuius itẽ pręcis recolit in exhortatione ad populum in sermone dedicationis ecclesię.155.AVG. Itaque sicut hoc ædificium uisibile factũ est corporaliter cõgregãdis,ita & illud,qp nos ipsi sumus,deo spũaliter habitaturo cõstruit. Tẽplum.n.hoc dei est sanctũ(inquit apostolus)qđ estis uos.Si hoc nõ terrenis moribus erigamus.Et infrà.Cũ aũt pfectędificii dedicatio celebrãt,gaudiũ,& securitas laboribus curisq; succedũt sic & spũalis ædificatio, cuius habitator est Deus,non ad tps , sed in æternum erit.AVCTOR.Hoc erat, quod orabat Antistes,In tuorum tibi cordibus fidelium perpetuam constitue mansionem. AVGVSTIN.
Dum ex infideli uita homines segregantur ad fidem:dumque id,quod non bonum,atque per *1.Cor.3.*
uersum est,amputatur , & cæditur , dum fiunt aptæ,pacificæ,pięque iuncturę,quando tentationes timentur, quando tribulationes sustinẽtur.Cùm uerò aduenerit dies dedicationis æternæ,cùm dicetur : Venite benedicti patris mei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipite uobis regnum, quod paratum est uobis ab origine mundi: quæ illa exultatio, quæ securitas erit? Cantabit claritas, nec compungetur infirmitas. Hæc ille. AVCT. Sic item terminum posuit preci suæ antistes, dum diceret: ut cuius ædificatione subsistit, fiat habitatione clara. Tunc cantabit charitas domus Christi, quando voce domini dedicatur, vt fiat eius habitatione præclara. Nec diu post incipit Alphabetum latinè describere super pauimentum à sinistro angulo Orientis vsq; in dextrum Occidentis, & cùm orauerit, iterum Græcè à dextero Orientis vsq; in Occidētis sinistrum, quasi in hoc figurans nouello populo se fidei tradere rudimenta. Sicut ad Hebræos Apostolus. Cùm debe retis esse magistri, rursum indigetis vt instruamini quæ sint elementa sermonum Dei. Elemēta domini diuinæ legis, sunt principia naturæ, in quibus ipsos Romanos primo & secundo capitulis deprehendit esse culpabiles. Quæ item Christus Pharisæis insinuat, quando pro adultera scripsit in terra digito: terra terram accusat, & coram publico dixit: Qui sine peccato est vestrum primus, in eam lapidem mittat, quasi dicet, igitur hoc fac alteri, quod tibi vis fieri. Sic pontifex pater plebis primo omnium in humili plebe erudit, vt seruare nouerit instituta naturę. Vnde in lib. de sacramentis dedicationis IVO Carnotensis. Scribit pontifex quasi alphabeti ordinem, cùm docet fidei simplicitatem. Nam sicut paruulorum eruditioni conuenit primùm literarum elementa cognoscere: deinde ad syllabas, & post uerba paulatim ad sententiarum cognitionem peruenire: sic sunt quidam gradus in eruditione sanctæ ecclesię. Quod verò ab angulo orientali sinistro in occidentem dextrum: & iterum orientalis dexter in sinistrum occidentalem, sequitur, Crux figuratur, ut doctrinæ euangelicæ, qua simplices imbuendi sunt, mors Christi principaliter inferatur. Vnde Paulus Corinthiis adhuc rudibus dixit. Nescìui me scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hūc crucifixum. Hæc ille. AVCTOR. Mouentur quidam, quare Græcè, & Latinè, non autem Hebraicè, describat pontifex pauimentum, cùm à Iudæis salus est, & ab ipsis primò ecclesia: & Apostolus ad Romanos ait: Pax, & honor omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco. Aestimo quòd non diu post ędificari cœperunt ecclesiæ, & ædificatæ taliter ædificari, quàm dicebant Iudæis inuidis Apostoli. Vobis oportebat nos primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitę, ecce conuertimur ad gentes. Ac excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconiū. Act. 13. Et deinceps in ecclesiæ gentium, quas docere cęperunt fidei rudimenta, hanc descripsę runt imaginē. Quamuis. n. in synagogis Iudæorum post docuisse leguntur, non tamen quantū nouis ecclesiis statuisse. Cantat autem clerus interea psalmos. Sic enim Dauid propheta. 95. psalm. in templi dedicationem post captiuitatē compositum, prout psal. titulus habet. Et prædicto sermone 151. tertiæ partis AVGVSTINVS Confideret charitas uestra ædificare adhuc istā domum, sicut præmissum est orbi terrarum. Cum. n. ædificaretur post captiuitatem Psal. dixit, Cantate dominum cantium nouum, cantate domino omnis terra. Quod ibi dicit, canticum nouum, hoc dixit dominus, mandatum nouum do uobis. Hæc ille. AVC. Et in officio dedicationis hunc psalmum, qui est 29. qui etiam in dedicationem scribitur, ibi sumpserat AVGVSTINVS. Attendite psalmum dedicationis, quomodo cantamus ex ruina ædificium. Concidisti sacrum meum, hoc pertinet ad ruinam. Quid ergo ad officium? Et accinxisti me lætitia. Vox dedicationis, ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Hæc ille. AVCT. Deinde quia longum est cuncta seriatim exponere, pauimenta ratione, parietum significationem, luminarium, columnarum, tecti quoq;, & fundamenti dedicandi figuras, assignat ibi sermone prædicto finaliter. AVGVST. Fundamenta (inquiens) in cordibus uestris, apostolica & prophetica monita iacite. Humanitatem uestram sicut pauimentum sine offensione prosternite salutarem in corde uestro doctrinam orationibus & sermonibus tanquam firmis parietibus communite. Diuinis enim eos testimoniis tanquàm luminaribus illustrate. Infirmos sicut columnæ sufferte: imo pes sicut tecta protegite, ut Deus noster pro temporalibus bonis æterna restituat, & uos in æternum sanctos dedicatosque possideat. Hęc ille. AVCTOR. Cuncta hæc in exteriori dedicatione, & sub hac forma cure mus, ut nos dominus æternaliter habeat dedicatos.

Matt. 25.

Alphabeti descriptio.

Ioan. 8.

Ioan Carno.

1. Cor. 2.

Rom. 3

Aug.

Ioan. 13.

Psal. 29.

Aug.

De

DE RELIQVIIS IN DEDICATIONE INFERENDIS.

Tit. XXIII.

¶DE INFERENDO ET COLLOCANDO reliquias in dedicatione ecclesiæ, uel altaris, quæ item requiruntur adesse. Cap. 164.

SVMMA.

1 *Reliquiæ quomodo sint inferendæ, & collocandæ in dedicatione ecclesiæ, uel altaris.*

2 *Reliquiæ sanctorum quomodo debeant uenerari contra Witeleuistas.*

3 *Concilium Carthaginiense de euertendis altaribus & basilicis, in quibus nullum corpus, uel reliquiæ alicuius martyribus probarentur conditæ.*

1 RElquias† deinde Christi, vel sanctorum ad altare, uel aliū locum aptum locabit pontifex, veneráter eas thurificās & cantu solemni eas honorans. Quarum in dedicatione obseruantiam simul iuxta ritum templi tangit libro de institutione clericorum ca. de Encæniis, Rabanus. In dedicatione templi in nocte præcedenti diem dedicationis, reliquiæ sanctorum conditæ in tentorio vigiliis custodiuntur. In tempore uerò dedicationis multitudine undiq; conuocata, feretrum cū 2 reliquiis sanctorum per sacerdotes de tentorio ad templum defertur: & infert eas sacerdos ad locum suum. i. in sancta sanctorum per inuocationem nominis domini, & uocabitur deinceps nomen loci dominus. ibidem. AVCTOR. Hoc est inter Christi fideles reliquiarum insigne, q̄ inter cętera sanctę dedicationis officia ualde displicet Witeleuistis, dicente Guillelmo Albo in libello suo, ut suprà retulimus, q̄ reliquię sanctorum, s. carnes, & ossa hominis mortui non debēt à populo uenerari, nec à monumento fœtido extrahi, nec in capsa aurea, uel argentea reponi: quia sic facientes, non honorant Deū, & sanctos eius, sed idololatriam committunt. Hæc ille. AVCT. Si ista dicat contra membra carnis sanctorum, & coniunctas reliquias, quid dicturus est ad reliquias separatas, putà uestes, libros, aut sedilia? Mortua res nonne erat arca domini cum contentis. s. urna aurea, habens manna, & uirga Aaron, quæ fronduerat, & tabulas testamēti? secundum Apostolum ad Heb. 9. Quibus utique quantos honores impendi iussit dominus, vt nec arcam tangeret prēter sacerdotes quicunque. Quam cū educeret Dauid de domo Obed, ipse erat accinctus Ephod lineo, & omnis domus Israel ducebant in Iubilo, & clangore buccinæ. Cui item uice Dei, & quasi ipso presente impendit honorem diuinum, dicente textu. Et Dauid saltaba: totis uiribus ante dominum. & iterum. Cunq; intrasset arca domini in ciuitatē Dauid, Micol filia Saul prospiciens per fenestram, uidit regem Dauid subsilientem, atq; saltantem coram domino. Et item Dauid, Viuit dominus, quia ludam ante dominum. 2. Regum. 6. Et hæc arca cum contentis reliquiis sub ter Cherubim collocata in summitate oraculi intra uelum, cuius erat tanta fama apud exteras gētes, ut cum uenisset in castra iuxta lapidem adiutorii, dixerunt Philistiim. Venit Deus in castra. primo Regum 4. Non fuit arca Deus, nec uiuentes reliquię. Non & tabulę testamenti, non manna, non tunc uirga, sed olim fronduerat. Cur istis tantus cultus exhiberetur a populo sine suspicione idololatrię, nisi quod erant monumenta mirabilium diuinorum? quanto magis crux, spina, & flagella Saluatoris, quę ipsam carnem dominicam tetigerunt & eius sanguine maduerunt, sunt Saluatoris reliquię, & tanquā mirabilium monumenta maiorum sine omni reatu idololatrię diuinitùs adorandę, in seipsis dico, & in suis signis. Qualiter etiam intellexi, quòd primæ arcę erant figurales, quales habent synagogę hactenus Iudæorum, unde per suas vices producunt mandata. Ecce quanto magis his esset caro Christi, & membra eius veneranda corporea. De membris† item sanctorum quid aggrauat quęstionem, dicendo, quòd carnes, & ossa hominis mortui non debent à populo uenerari, quando item uenerationem vetat fieri carnibus sancti uiri? sed quod infęlix dedignatur hæreticus, annuit sanctorum omniū rex & factor dominus, intantum, ut in suam custodiam sanctorum reliquias ipse receperit, dicente Psalm. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Vnde sermone plurimorum matyrum qui incipit. Quotiēscunque fratres, 4. partis AVGVST. Honoremus beatos martyres principes fidei, intercessores mundi, prędones regni, concines angelorum, hęredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Quòd si hoc dicas mihi: Quid honoras in carne iam resoluta de hac uita, de qua iam nulla est cura? Recordare quod ueritas loquitur per prophetam dicens, Prętiosa in conspectu

Rabanus

Reliquiæ sanctorum.

Psal. 33.

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 138. Sap. 3. Sap. 5. Psal. 33.

spectu domini mors sanctorum eius. Et iterum, Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Et iterum, Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. De quibus alibi scriptum est, Iusti autem in perpetuum uiuent: & apud dominum est merces eorum. De quibus, & illo loco dixit, Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non cõteretur. Sequitur. Cur ergo non honorarent corpus illud omnes fideles, quod reuerentur etiam dæmones? Quod aliquando afflixerunt in supplicio, sed modò glorificant in sepulchro? Hæc ille. AVCTOR. Attendat hæreticus Witcleuista argumenta sua, blasphemiam esse: quod ab alijs factum Augustinus resumit, & soluit. Carnes, & ossa, dixit, hominis mortui non debent à populo uenerari: sic hic. Si dicas mihi, inquit Augustinus, quid honoras in carne iam resoluta, atque cõsumpta? Respondi autem hoc debere venerari, quod dominus vult tueri, quia pretiosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. & quid non honorent fideles, quã do reuerentur & dæmones? Christus enim illos cogit, quos afflixerunt supplicio, glorificare eos in sepulchro. Putas ne hæc in scripturis fundata? Ipse enim tam honoranda esse voluit ossa nostri patriarchæ Elisæi dudum iam mortui, ut ad eorum contactu cadauer illatum reuiuiſceret, & super pedes staret. 4. Regum. 13. Insuper Iosias rex cultor domini synceriſsimus, dum contriuit 3 statuas deorum, & lucos incendit, ossa sacerdotum deorum combusit, & altaria polluit, uenerationi habens ossa prophetarum Dei, qui venerunt de Iuda, & Samaria, Dimitte eum, inquit, nemo commoueat ossa eius: remanserunt ossa illius cum ossibus prophetæ, qui uenerat de Samaria. 4. Reg. 24. Iste rex honorauit Deum, & sanctos eius, nec cõmisit idololatriã ossa hæc taliter uenerando, quã vbiq; perdebat. Fruſtrà ergo taliter inuehis contra sanctos, quos nec honoras mortuos, nec uiuos. Immunda tibi hæc ossa videntur, quæ de monumẽto fœtido extrauntur, quia nec diligis martyres, nec sanctos amas synceriter. Vnde Homi. 3. super Ioannẽ AVGV. Aug. To. 9. Nonne martyres laniati sunt vehementer? & quãdo eos cõmemoramus, in ardeſcimus amore quòd mẽbra laniata à feris illis amamus fratres. Quid fœdius, si oculos carnis interroges? quid pulchrius, si oculos cordis interroges? Hæc ille. AVCT. Attollãt ergo cordis oculos ad aspectũ deuotæ fidei respectu amoris isti Witcleuistæ carnales, ipso Apostolo hæreses eorum annumeráte inter opera carnis, quascunq; carnis molestias simulãdo sustineãt, sed si semel oculos cordis fideles reliquias sanctorũ inspicerent, quas modò uiles spernũt, pulcherrimas, odoriferas, & suaues osculis adimplerẽt. Membra dixit Augustinus à feris laniata. Sed quid pulchrius, si oculos cordis interroges? Ideo quãdo eos cõmemoramus, amore inardeſcimus. Hoc est, quod Pontifex orat, dũ aptat reliquias, Da ędificationi tuæ incrementa cœlestia, & præsta, ut quorũ hic reliquias pio amore amplectimur, corũ sempèr meritis adiuuemur. Hac igitur pietate fulti patres primæui, ecclesias ibi consicere, aut altaria dedicanda censebant super sanctorum reliquias, vbi eas reperire daretur, tractatu primo de inuentione sanctorum corporũ Geruasii, & Prothasii AMBROSIVS. Dominę sorori vitę, atq; osculis prędendæ frater. Quia nihil sancti tatem tuam soleo eorum prędterire, quę hic te gerantur absente: scias etiam sanctos martyres à nobis repertos. Nã cùm basilicam dedicassem, multi tanq̃ vno ore interpellare cœperant, dicẽtes, Sic in Romanam basilicam dedices? Respondi, Faciã, si martyrũ reliquias inuenero, statimq; subiit uelut cuiusdam ardor præsagii. Quid multa? dominus gratiã dedit. Hæc ille. AVCT. Ecce sanctus pater Ambrosius dedicauit basilicas, & quod plus est, non dedicasset, nisi martyrum reliquias, quas uersus finem dedicationis officij cum honore tractaret, Dei gratia reperisset. Recoluit memoriter facta priorum, qualiter etiam in Concilio Carthaginensi, cap. 14. cautũ est. CARTHAGINENSE CONCILIVM. Item † placuit, ut altaria, quæ passim per agros, aut uias, tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquię martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis prędsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recta sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur, & omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ibi corpus, aut aliquæ reliquię sint aut origo alicuius habitationis, aut passionis fidelissima relatione tradatur: nam quę per somnia, & inanes quasi reuelationes quorũlibet hominum ubicũque constituuntur altaria, omnimodè improbẽtur. Hæc ille. AVCTOR. Approbatur per ecclesię Concilium altare ibi fieri, aut basilicam dedicari in memoriam martyrum, vbi corpus, uel reliquię, aut origo habitationis, aut passionis eius certa relatione probatur: sic consequenter probat Augustinus tam inuentionis diem, quàm locum sancti Stephani celebrandum pro sancto & altare de eius reliquijs esse faciendum, sermone. 120. tertię partis, de eius inuentione AVGVSTINVS. Verum reuelatum fuit ei, qui res ipsas inuentas monstrauit: præcedentibus enim signis locus demonstratus est, & quomodo fuit reuelatum,

Amb. To. 3

Concilium. Carthag. quintũ De Consecr. d. 1. c. Placuit ut altaria. & in Decre. Iuo. lib. 2.

Aug.

reuelatum, sic & inuentum est. Multi inde reliquias acceperunt, quia Deus sic uoluit, & huc uenerunt. Commendatur ergo charitati uestrę, 1 & locus, & dies utrunque celebrandum in honorem Dei, quem confessus est Stephanus. Nos. n. 2 in loco isto non aram fecimus Stephano, sed de reliquiis Stephani aram Deo. Grata sunt Deo 3 huiusmodi altaria, quæris quare? quia pretiosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. Hæc 4 ille. AVCTOR. Contra Witcleuistas totus Augustinus occurrit: dicunt non celebrandum diẽ 5 sancti, sed Dei. Dicit Augustinus ĩ honorẽ Dei diem celebrãdum inuentionis sancti Stephani. Dicunt nec locum sanctificandum sancto: di. 6 xit utique locum in honorem eius, quem confessus est sanctum. Idololatriam imputant eis, qui 7 altare, uel capsam, aut basilicam præparant. Paratus eorum insidias destruit, Nos, inquiens, in loco isto non aram fecimus Stephano: sed de reliquiis Stephani, aram Deo. Iam dicat, si malè B Augustinus respondit: si idololatriam hoc ipso commisit. Non Augustinus, sed penè ab antiquo omne orbis episcopi, sicut contra Vigilantium ad Riparium, & Desiderium epistola HIERON. Malè ergo facit Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri, & Pauli secundum nos ossa uenerandа, secundùm te uile puluiſculum offert domino: sacrificia, & tumulos eorum arbitrantur altaria, & non solum unius urbis, sed totius orbis errant Episcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur basilicas mortuorum, in quibus puluis uilisimus, & fauilla nescio quo iacet linteamine colligata, ut polluta omnia polluat, & quasi sepulchra pharisaica foris dealbata sint, cum intus immundo cinere sordeant. AVCTOR. Tangit hic Hieronymus in sepulchris foris dealbatis ritum illum, quo antistes in dedicatione basilicæ tabulam, capsam, uel aram, ubi conduntur reliquiæ, calce linit, canente clero, Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, quæ cum tunc fierent, dixerunt Vigilantiani hæretici, qualiter Witcleuistæ nostri moderni, facta esse sepulchra foris dealbata, cum essent intus cinere sordidata.

Hier. To. 2. 13. quæ incipit. Multa in orbe mala lita.

¶QVARE PATRVM RELIQVIAE ueteris legis non inferebantur templo, & altaribus: & de ueneratione eorum, modò quanta cura geritur. Capit. CLXV.

SVMMA.

Reliquiæ patrum legis ueteris, quare templo nõ inferebantur & altaribus.
Elisæi prophetæ reliquiæ quomodo Rauennam translatæ, & aliæ, aliò.
Machabæorum quomodo celebramus diem, & honoramus basilicas.
Iacob, & Rachelis sepulchrum ubi fuerit, recensetur.
Augustinus quomodo propter terram sanctam à Hierosolyma allatã dedicarit ecclesiam, in qua & paralyticus fuit curatus.
Reliquiæ sanctorum, quòd debeant esse coopertæ & a tactu uulgi Fidelium remotæ.
Reliquiæ sanctorum usuales, quæ locis sanctitatẽ reddunt, recensentur.

SED Witcleuista interrogat, quare Christus non leuari fecit sepulchrũ sancti Ioannis, candidari, & honorari, sed neque ante eum patres ueteris testamenti, nec apud eos orabant, nec ecclesias, uel altaria consecrabant. Breuiter † responderur, quid prodesset leuare corpora super terram, quorum animę colebant adhuc inferni abyssum, expectantes eum, quem resurrecturum sperabant, ut ipsæ primitiæ dormientium? quorum autẽ animas Christus leuauit in cœlos, horũ rectè corpora de sub ignobili cespite susciramus. Vnde tractatu secundo, de sanctorum Geruasii, & Prothasii inuentione AMBROSIVS. Alius Psalmus lectus est, dicens, Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra? Respicit humilia Deus, qui latentes sub ignobili cespite reliquias sanctorum martyrum suæ ecclesiæ reuelauit, quorum anima in cœlo, corpus in terra, susciranis à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, quos uidetis, ut eos cum principibus populi sui collocaret. Hæc ille. AVCTOR. Bene dixit Ambrosius, quorum C animæ sunt in cœlo, corpora in terra susciratari uidentur, ut cum principibus collocentur. Sic item modò cùm coruscant in cœlis patrum corpora leuantur in terris: sicut † Patriarcham nostrum Elisęum transtulerunt orthodoxi Rauennam. Habacuc, & Michæam, secundum Bedam, & Samuelem prophetam, secundum Hieronymum, Archadius Cæsar transtulit de Iudæa in Thraciam. Horum festa fideles adiacentes modò celebrant, sicut etiam Machabæorum solemnitatem celebrandam, & eorum basilicam prædicat sermone. 119. tertię partis AVGVSTINVS. Machabæi martyres Christi sunt, ideo non incongruè, neq; importunè

Ambrosius Psa. 112.

Elisęus Rauennã translatus.

2.

Aug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunè, imò conuenientissimè dies eorum potiùs à Christianis celebratur. Quid tale Iudæi celebrare nouerint? Sanctorum Machabęorum basilica esse in Anthiochia prædicatur, in illa scilicet ciuitate, quæ à regum ipsorum persecutoris nomine vocitatur. Antiochum quippe persecutorem regem impium pertulerunt, & memoria martyrum eorum in Antiochia celebratur, ut simul sonet, & nomen persecutoris, & memoria coronatoris. Hæc basilica à Christianis tenetur, à Christianis ędificata est. Eorum ergo memoriam celebrandam, nos tenemus, apud nos passiones eorum millia per orbem terrarum sanctorum martyrum imitata sunt. Nemo ergo dubitet fratres mei imitari Machabæos, nec cùm imitatur Machabæos, putet se non imitari Christianos, potiùs imitationis affectus, ferueat in cordibus uestris. Hæc ille. AVCTOR. Machabæorum † ergo celebramus diem, & honoramus basilicam. Christiani hoc fecerunt, non Iudæi, quia non resurrectionem, non gloriam eorum adhuc cum Christo credunt, in cœlis. Qui item de Witcleuistis ista facere cum Christianis renuunt, crede mihi, tàm resurrectionis articulum, quàm sanctorum gloriam esse perfectã, aut negant cum Iudæis, aut dubitant. Hinc autem scire potestis, qualiter per ecclesiarũ fabricas, & dedicationes earum celebriter sanctorum reliquiæ à primæuis ecclesiæ venerari solebant. Creditur autem, quòd à sancti Ioannis Euangelistę temporibus, qui & ipse iuxta altare sepulchri fossam elegit. Sancti quoque patres sanctorum corpora, uel reliquias martyrum sub altari Dei, uel ante altare locabant, Ioanne dicente, & adhuc inchoante ecclesiam, quòd sub altari Dei uoces audierit occisorum clamantium, & dicentium, Vsquequo domine uindicas sanguinem nostrum? Has esse uoces martyrum exponit Augustinus, qui non absurdè de sub altari clamare dicuntur: sicut uox sanguinis Abel clamasse de terra describitur, vt inde clamet uox sanguinis, vbi collocarunt clamantis reliquias, siue illuc inferantur post structuram altaris, siue illis ibi conditis succesit altare. Qualiter Christus dominus gratior patrum ossibus, quàm Iudæi, illum fundum in ecclesiæ primæ constructionem suo dedicauit sanguine, ubi Patriarcharum reliquias, seipso prouidente, sepultus inuenit. Qualiter † sub hunc locum sepulturæ Iacob in mambre, & Rachelis in Bethelcem in quæstionibus super Gen. scribit AVGVSTI. Vbi sepelienda erant hæc significãtia cadauera Patriarcharum, nisi in terra illa, ubi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissione peccatorum? Mortibus enim Patriarcharum peccata hominum figurata sunt. Dicitur autem ab eo loco, quod

Apoc. 6.

Gen 4.

Aug. quæst. ibi. To. 4.

* Mambre uocatur, ubi ista corpora sunt, abesse locum, ubi crucifixus est dominus fere triginta millibus: ut etiam ipse numerus eum significare intelligatur, qui baptismo apparuit ferè triginta annorum. Hæc ille. AVCTOR. Et de sepultura Rachelis, tertia sequẽte quæstione subiicit AVGVS. Quod Iacob filio suo Ioseph tanquàm nescienti uoluit indicare, vbi, & quando sepeliret matrem suam: cùm ipse etiã simul fuerit cum patribus suis, sed & si erat tam paruus ætate, ut illud uel omnino retinere non posset, quæ res cõpulit modò dici: nisi fortè ad rẽ pertinuit commemorare ibi sepultã matrem Ioseph, ubi Christus erat nasciturus. Hęc ille. AVCT. Ad rem ergo pertinuit, quòd ibi ante tot annorum spatia sanctorum collocarentur reliquiæ, ubi ad natiuitatem Christi, & crucem fundandę, & dedicãdę erant ecclesię. Quem item morẽ à Christi tempore usque nunc sancti patres obseruãt: qualiter qui scire uult in. 9. libro regiſtri Gregorii epistolis. 13. 14. &. 18. non trepidet in Bueuite. Non fragmenta solum curantes sanctorum corporum, sed res earum uenerabiles inferamus, ut ubi ad honorem Christi ecclesię conferantur: prout Hesperius quidam uir Tribunitius terram sanctã in saculo de Hierosolymis allatam accepit à quodam, ut propter eam Augustinus dedicaret ecclesiam. 22. de ciuitate Dei. cap. 8. AVGVS. Acceperat † ab amico suo terram sacram de Hierosolymis allatam, ubi sepultus est Christus, & die tertio resurrexit: eamque suspenderat insuo cubiculo, ne quid mali etiã pateretur. Ast ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret cogitabat, quam diutiùs incubiculo reuerentię causa habere uolebat: fortè accidit, ut ego, & collega meus tunc episcopus Suntecensis ecclesię Maximinus in proximo fuissemus, ut ueniremus, rogauit, & uenimus. Cumque nobis omnia retulisset, hoc etiam petiuit, ut infoderetur alicubi atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam Christiani possent ad celebranda, quę Dei sunt, congregari. Non restitimus, factum est, Erat ibi paralyticus inuenis rusticanus: hoc audito, petiit à parentibus suis, ut eum ad illum locum sanctũ non cunctanter afferrent: allatus, orauit, atque continuò pedibus suis saluus abscesit. Hæc ille. AVCTOR. Paralyticorum erat Christo cura frequens, teste Euangelio. Modò ergo terre idem signum agens, testimonium sepulturæ, & resurrectioni eius cõfert, unde sumpta est. Quid hic culpat Witcleuista? An Hesperium tribunitium uirum cultorem huius terræ, qui ad tantum terræ reuerentiam detulit, ut de cubiculo erueret in ecclesiæ ambitum consecraret? An addere cupis, quod item Augustinus, & Maximinus

* Abrahmum.

Ibidẽ quæst. 165.

Aug. To. 5

ximinus sacri antistites erant idololatræ, qui reuerentiam huiusmodi probauerunt, & auxerũt per consensum? Scio superbam frontem hæreticam tam excelsam, ut hoc dicere non plurimùm uereatur. Sed extollam quęstionem, postulans, quid dices de sancto illo Naaman sub Elisæo mundato, & Dei cultore effecto: de quo refert scriptura consimile dixisse, scilicet Elisæo, Obsecro concede mihi seruo, ut tollam onus duorum burdonum de terra. Non enim faciet seruus tuus ultrà holocaustum, aut uictimam diis alienis, nisi domino. Super quam terram cõstruxit altare in domo sua, ut soli domino immolaret. Et non restitit Elisæus, sed ait, Vade in pace. 4. Regum quinto. Compara tibi uiros, Hesperium, & Naaman reuerentiam deferentes terræ, & altare, & ecclesiam super eam uenerabiliter collocantes. Et nota, quòd uterque absonum reputauit domino immolare, aut Christianos ad celebranda diuina undique congregare, nisi in domo orationi spec aliter consecrata, uel solo ad hoc sanctificato. Compara iterum Augustinum antistitem, & Elisæum Prophetam, neuter restitit: uterque consensit. Si cuius causa sit melior, hæc erit Hesperii, qui terræ sanctæ de Saluatoris sepulchro honorem detulit, Naaman terræ regni? Et hæc terra nonne erat puluis exanimis sine ratione, uel sensu? sicut blasphemant Witcleuistæ imagines, siue cruces. Et cum in sacris reliquiis carnaliter sapiunt, hoc solum perpendunt, quod extat per naturam: nihil, quæ sunt per gratiam. Præstantior est hominis caro, uel os, quod uitæ humanæ præstabat olim officium, & participauit consortium, quàm terra puluerea ultimum elemen tum: alioquin peiorasset Deus terræ limum, quando transsubstantiauit eum in carnem humanam. Qualiter ergo non reuerebimur ossa, carnes, uel eorum item deciduum puluerem sanctorum Dei hominum, sancti quondam spiritus organorum, si limo terræ sic liceat? Compara reliquias nostras ad reliquias ueteres, & confer naturam naturæ, & gratiam gratiæ. Et dicat hæreticus, Cur nostras uenerando fiamus idololatræ: Iudæi autem diis falsis proclini, uenerando suas reliquias erunt Dei seruuli absolutè. Si apud sacerdotem summum inuoluendus erat gladius Golię pallio post Ephod, quia tulit eum Dauid, quando percusit in uallе 1. Reg. 21. quæ superstitio est inuoluere gladiũ Petri, quo percusit Malchum? Lu. 22. Arca testimonii gestanda inuoluebatur pendente ante fores, & rursum operiebatur uelamine pellium hyacinthinarum. Mensa quoque propositionis inuoluebatur pallio hyacinthino, cum thuribulis, mortariolis, cyathis, & cratę-

A

B

C

6

7

ris. Filiis Aaron tantùm ista licebat inuoluere. Filiis autem Caath, quibus hæc omnia portare incumbebat, tangere non licebat, immo nec priusquàm inuoluerentur, inspicere: dicente scriptura, Cũq; inuoluerint Aaron, & filii eius sanctuarium, & cuncta uasa eius, tunc intrabunt filii Caath, ut portent inuoluta: & ne tangant uasa sanctuarii, ne moriantur. sequitur. Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: sed hoc facite eis, ut uiuant, & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum. Aaron, & filii eius intrabunt, ipsiq; disponent onera. Sequitur. Alii nulla curiositate uideãt, quæ sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Num. 4. Si † ista tam sacra erant, quæ erant seruitura figuris, ut nisi Dei sacerdotibus ea nec tractare liceret, nec cernere, priusquàm essent pannis inuoluta: quare nos sacras reliquias non seruemus opertas, remotas à tactu uulgi fidelium: aut ne publicè uideantur, sudariis, aut sacris palliolis inuoluamus? Litera enim scripturæ Dei hanc legem paternam, quã ecclesiæ colunt, commendat. Quam scilicet libro 4. sui regiſtri epistola. 30. inscribit GREGORIVS. In Romanis nanq;, uel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est, atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse uoluerit: quod si præsumpserit, certum est, q̃ hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum consuetudine, qui ossa leuare sanctorum se asserunt, miramur uehementer, & uix credimus. Et infrà. Quis ergo serenissima Domina tam temerarius posset existere, ut hoc sciens, eorum corpora, nõ dico tangere, sed uel aliquatenus præsumat inspicere? AVCTOR. Et probat dicta sua Gregorius per multiplicem afflictionem super irreuerentes sanctorum reliquias. Hęc ergo regula est sanctorum patrum, quam quia sanctorum est, non mirum si prophani despiciant. Verumtamen de præcipuis reliquiis sanctorũ corporum, aut ossium hanc regulam credo esse Gregorii. Sunt † & aliæ sanctorum reliquiæ usuales, quæ locis sanctitatem reddunt, quemadmodum sunt baculi, uestes, aut cathedræ, quæ item uenerantur, & aspicientes osculantur fideles. Qualiter ab antiquis ecclesiæ cathedram sancti Iacobi Hierosolymitanorum episcopi primi fideles magna deuotione colebant. De qua li. 6. ecclesiasticę historiæ. capit. 16. EVSEBIVS. Denique & Iacobi cathedra, qui primus in terris episcopus ab episcopo saluatore ut sacra uolumina designat institutus usque in hodiernum diem inibi conseruatur, atque in ea sedent omnes, qui usque ad prę sens templum sedis illius sacerdotium sortiuntur

Gregorius

Eusebius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Seruatur ergo cum ingenti studio vel à ma A
ioribus tradita memoria sanctitatis & cum ma
gna uenerationе habetur uel uetustatis uel pri
mi sacerdotii sanctificationis obtentu. Hæc il
le. AVCTOR. Attendat charitas Christiana
uerba senioris patris Eusebii. Non solum. n. cō
memorat, quam reuerentiam studiosè fecerunt
Hierosolymitani tam episcopi, quàm de relí
quo clero & uulgo fideles huic cathedræ sancti
Iacobi: sed etiam antiquitatem rei explicat, q
à tempore Apostoli usque in illum diem: hoc
est trecentis annis & ampliùs conseruatur, &
hoc cum ingenti studio secundum memoriam
eis à maioribus traditam sanctitatis. Non ergo
erat studium idololatræ impietatis. Et tractat
commodum facti huius, quare cum tanta reue
rentia possidetur, uel in obtentu uetustis, scili
cet, uel spe obtinendę gratiæ sanctificationis 3
primi sacerdotes Iacobi cunctis sacerdotibus
sedentibus sedem illam, Ergo specialem uir
tutem sperabant ab illius cathedræ sessione,
quam non sperabant ubique. Ab Apostolo
rum ergo temporibus etiã in terra ecclesię Chri
sti docti sunt Christiani piè colere reliquias san
ctorum.

DE CEREI PASCALIS, & aliorum benedictione.

Titu. XXIIII.

¶DE BENEDICTIONE CEREI Paschalis, & luminum, & item candelabri. Cap. CLXVI.

SVMMA.

1 *Cerei & luminis benedictio, quod debeat fieri in* C
sacra uigilia, & quare.
2 *Benedictionis traditio specialis quòd in Synago*
ga permansit, & in ecclesia celebratur in nu
ptijs.
3 *Paschalis festiuitatis præclara officia tangit Am*
brosius.
4 *Cereus Paschalis quid denotet. Et de infixione fru*
stulorum incensi in eo.
5 *Candelabri benedictio, & de illius mystico intel*
lectu.
6 *Witcleuistæ, qui dicunt lumina nec in ecclesiis ar*
dere oportere, confutantur.

POst consecrationes ecclesiarum currit perfidia contra benedictiones sacrarum rerum in usum ecclesiæ. Et benedictionis, inquiens, cerei, panis, aquæ, palmarum, luminis, salis, & armorum, cum similibus non sunt de fidei substantia christianæ. Sic dicit Witcleff de quatuor sectis.

AVCTOR. Supradictum est non sic esse de substantia fidei, ut necessariò compleantur: sed ne temerè dimittantur apud Isidorum Hispalensem in Toletano concilio. 4. cui sanctus pater interfuit, & subscripsit quorundam taliũ quæstio laborauit, ut quid scilicet in sancta uigilia paschæ luminis & cerei solemnis benedictio fieret. & responsum est eis ibi. ca. 8. Toleta
num Concilium. 4. Lucerna† & cereus intra ui- *Con. To.4.*
gilias apud quasdam ecclesias non benedicitur *Circa tem*
& cur à nobis benedicatur, inquirunt. Propter *pora Hono*
glorioſum. n. noctis ipsius sacramentum solem *rij Papæ*
B niter benedicimus, ut sacræ resurrectionis Chri *primi.*
sti mysterium, q tempore huius uotiuæ noctis
aduenit, benedictionē sanctificati, suscipiamus.
Et quia hæc obseruatio p multa loca terrarũ, re
gionesq; Hispaniæ in ecclesiis cõmendatur, di-
gnum est, ut pp unitatē pacis in *Gallicanis ec- **Gallicis*
clesiis conseruetur. Nulli autem impune erit, *nis.*
qui hæc contempserit, sed patrum regulis subia
cebit. Hæc ille. AVCT. Cerei benedictio ecce in
sacra uigilia fit, ut noctis resurrectionis Christi
uenerabile sacramentum cum sancto lumine sit
susceptum. Hac. n. nocte de creatione mundi, &
benedictione rerum secundùm genera sua lę-
ctiones de scriptura leguntur. Quia hæc dies,
mundi prima dies est, primæ lucis origo, & in
qua Deus primò per effectum uidit lucem esse *Gen.1.*
bonã. Sed addit Isidorus, nulli impune erit, qui
hæc contempserit, sed patrum regulis subiacebit. Hoc iam dixi superius de tanto has benedictiones esse de substantia fidei, ne temerè contē
C nătur, quia contemni non possunt impunè. At
temerarius obiicit Witcleuista. Ergo uultis benedictionibus uestris Dei perficere creaturas.
An poteritis eas ulrra conditionem creatoris facere meliores? Et ego iterum postulo, quid intēdit Sapiens facere cùm dicit, Conserua fili mi pcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuę.
Sequitur. Euigilans loquere cum eis, quia mandatum lucerna est, & lex lux, & uia uitæ increpatio disciplinæ. Prouerb. 6. Nonne intendit le
gibus disciplinæ filium meliorem facere, quàm *Aug. circa*
creatus est? Libro enim quæstionum ueteris & *initium q.*
noui testamenti. c. 127. ad propositum ait. AV- *127. uete.*
GVSTINVS. Sicut per culturam melioranda *titulus est.*
erant semina; ita & hominum genus adhibita *De peccato*
Adam, &
Eua &c.

cura

cura id studeret, ut creatoris cognitione perce- A
pta, uitam suam frænaret ad promerendum eũ,
ut simul omnino proficerent ad laudem & glo
riam creatoris. Sequitur. Omnia. n. quæ facta
sunt, Dei nutu multiplicata, & meliorata sunt su
per terrã. Nec enim aliter posset crescere, quàm
Dei uolũtas, & benedictio decreuit seminibus.
Quomodo ergo dici potest malè fieri, aut non
licere, quod ex Dei benedictione, & ipso fauen-
2 te augmentum facit? Cuius † rei traditio & in
synagoga mansit, & nũc in ecclesia celebratur,
ut Dei creatura sub Dei benedictione iunga-
4 tur: non utique per præsumptionem, quia ab ip
so auctore sic data est forma. Et si cessare debe
re putatur, tunc cessare debebit, quando cessatu
ra & illa sunt, quæ similiter benedicta sunt ut
multiplicarentur. Hæc ille. AVCTOR. Genera
liter docuit Augustinus creaturas meliorandas
per adhibitum diligẽtiæ cultum, & benedictio-
nem humanam, cuiusmodi benedictionis tradi-
tio specialis in synagoga permansit, & in eccle- B
sia celebratur in nuptiis: ubi Dei creaturæ sub
Dei benedictione iungantur, & si ex hoc melio
rentur, non tamen nisi nutu Dei, ut multiplicẽ-
tur super terram. Nec cessare debet benedictio
quasi præsumpta, donec cessent quæ multipli-
canda sunt. Ecce respondetur Witcleuistis, q
benedicendi sunt cerei: benedicenda sunt lumi
na, ut Dei nutu meliorentur in terra, & sacra-
menti spiritalis celebri mysterio saginentur: ut
ait in sermone de Pascha, qui incipit, Paschę my- *Ambr. To.3.*
3 sterium. AMBROSIVS. Hæc † inquam est il- *Ps.117.*
la cælestium mysteriorum gratia: hoc paschæ
donum: hæc optabilis anni festiuitas: hæc exor-
dia gignentium rerum. Huic uitalis lauacri: san
ctæ ecclesiæ puerperio insontes paruulorũ sim-
plicitate renati barathro innocentis percrepant
conscientiæ. Hinc casti patres, pudicæ etiam ma
tres nouellam per fidem stirpem prosequuntur
innumeram. Hinc sub fidei arbore ab utero in-
nocui cereorum splendent ornatus. Hinc cæle-
stis meriti sanctificantur munere, & sacramen-
ti spiritalis celebri mysterio saginantur. Hinc
unius plebis gremio beatæ ecclesiæ nutrita fra
ternitas, unicæ diuinitatis substantiam, ac uirtu
tis trinum nomen adorantes, psalmum annuæ
festiuitatis cum propheta concelebrant, Hæc
est dies, quam fecit dominus, exultemus & læ-
temur in ea. Hæc ille. AVCTOR. Præclara tan-
git paschalis festiuitatis officia. Qualiter hæc
erant initia olim, & adhuc sunt gignentium re
rum. Hæc baptismatis monstrat officium, &
hinc, inquit, cereorum splẽdent ornatus ab ute-
ro innocui, qui cælestis meriti sanctificantur
munere. Cui respondet illud in præfatione, qđ
sanctificando cereum cantat diaconus, q hæc

columna alitur liquentibus ceris, quas in sub- A
stantiam pretiosæ huius lampadis apis mater
eduxit. Qualiter ergo huius cerei sanctificatio-
nem Zozimus inchoasset, quem diu præcessit
Ambrosius, significans se fuisse tempore Syri-
tii Papæ. 36. Cũ Zozimus sequebatur Papa. 39.
AVCTOR. officiorum WALRAMNVS. Pro *In catalogo*
prium quoddam huius tantæ solennitatis de- *Pontificum*
cus est cereus à Zozimo Romanæ ecclesiæ. Põt. *Syricius he*
39. per ecclesias benedici institutus, à cuius dul *betur 38.*
cisona benedictione præconia sanctæ resurrec- *Zozimus au*
4 tionis Christi inchoantur. Significat† uero eũ *to 41.*
dem dominum nostrum resurgentem, suorum *Platina in*
tristitiam discipulorum, imò mundum uniuer- *eius.*
sum lętitiæ competentis claritate serenantem.
Sequitur in sequẽti cap. Eo uel maximè cereus
ad Christi similitudinem accedit, quòd paruu-
lam substantiam ceræ, quam apis mater eduxit,
absq; concubitu concepit, & parit: cui rectè cō-
paratur uirgo Maria Dei genitrix, quę in uiola-
B ta nobis Deum in carne quasi mel in cera protu
lit. Cum ergo rectè humanitatis Christi simili-
tudinem gerat annus, illi ab incarnatione domi
ni eiusdem Christi consequenter inscribitur. Et
quia crucifixus est, crucis quoq; figura congruè
nihilominus inscribitur. AVCTOR. Et in quar
to sequente ca. significationem dat impositio-
nis incensi. WALRAMNVS. Cumq; diaco- *Idem*
nus cum cęteris subministris ad benedicendum
accedit, frustula quoque portantur incensi, ut
cruci, quę cereo insculta est, offerendo infigat
hoc quoque ad causam prędictam respicit. Illę
nanque mulieres, quæ mortuum quærebant do
minũ, & Viuum uidere meruerunt, aromata se
rebant. Hęc ille. AVCTOR. Huius cerei be-
nedictionem non dicit iste, quòd Zozimus pri-
mus instituit, sed obseruari instituit, quibus. s.
obseruata non fuit. Quòd item Isidorus cum
C Toletano concilio propter unitatem & pacem
ecclesię * Gallicanis ecclesiis introduxit, non *Gallica-*
tamen hoc ipsum primus ibi instituit, ut quem *nis.*
Zozimus antecessit, sic Zozimus primus hoc nõ
comperit: ut quem præcesit Ambrosius, & de
hac lucis benedictione in eo festo tractauit, Sed,
ut dixi, non obseruantibus ut obseruent præce-
pit. Sed † noto Isidorum dicentem tam lucer-
nam, quàm cereum. i. ipsum candelabrum cum
luce in hac uigilia benedici. Instar. n. candelabri
stantis ante arcam testamenti in sanctuario stat
hoc candelabrum ante altare Christi in choro.
Vnde in. serm. 156. tertiæ partis, qui est de de- *Augustin.*
dicatione AVGVSTINVS. In illo scilicet Chri *Matth.5.*
sto ædificatur ecclesia, quę abscondi non po-
test, neque accendunt lucernam: & ponunt
eam sub modio, sed super candelabrum: ut lu-
ceat omnibus, qui sunt in domo. Vnde occur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat lectio,quando candelabra dedicantur, ut sit qui operatur,lucerna posita in candelabro. Lucerna.n.est homo,qui bene operatur. Quid autē candelabrum? Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Qui ergo secundum Christum facit,& p̄p Christum: ut nō glorietur in Christo,candelabrum est:luceat omnibus,uideant,quod imitentur,non sint pigri, nō auari,prosit q̄ uiderint. Hęc ille. AVCT. Monstrat ergo in hac sententia Augu. qualiter candelabra in ecclesiis benedicī solebant, docet & eorum mysticum intellectum. Nec.n. uideo quare in ecclesia Christi,ubi tractatur ueritas,non debeant candelabra cum aliis utensilibus benedici,quæ inter arietes,& hircos non nisi sanctifica
6 ta recipere uoluit synagoga. Adꝺtantū ergo sollicitus erat Witcleff, ut ecclesiæ lumina sacerdotis non subderentur officio. Vincunt auctoris insaniam discipuli pertinaces, dicuntq; nec in ecclesiis ardere oportere. Nec tamen ad istos confundendos debemus immensos conferre labores quando ex hic confundi possunt, quæ contra hu B ius auctorem erroris Vigilantium instaurauit HIER. Cereos non clara luce accendimus(si 4 cut frustra calumniaris) sed ut noctis tenebras lucis solatio temperemus,& uigilemus ad lumē 5 ne tecum dormiamus in tenebris. Quòd si aliqui per imperitiam,& simplicitatem secularium hominum,uel certe religiosarum fęminarū (de quibus uerè possumus dicere,confiteor; zelum Dei habent,sed non secundum scientiā,hoc pro honore martyrum faciūt,quid inde perdis? Cauſabantur quondam Apostoli, q̄ periret unguentum:sed domini uoce correpti sunt. Neque eīm Christus indigebat unguento, neque martyres lumine cereorum:& tamen illa mulier in honorem Christi fecit hoc,deuotioq̄ mentis eius recipitur. Et quicunque accendūt cereos,secūdum fidem suam habēt mercedem,dicēte Apostolo, C Vnusquisque in suo sensu abūdet. Et infrā. Nam absque martyrum reliquiis per tōtas Oriētis ecclesias,quando legēdum est euangelium,accentur luminaria,iam sole rutilante,nō utiquead fugandas tenebras,sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Vnde & uirgines illæ euangelicę semper habēt accensas lampades. Et ad Apostolos dicitur. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Et de Ioanne baptista,ille erat lucerna ardens,& lucens: ut sub typo luminis corporalis illa lux ostēdatur, de qua in psalterio legimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum,& lumē semitis meis. Hæc ille. AVCTOR. Oēs illorum blasphemias,quas audiui, simplici pedeconculcat Hieronymus. Et q̄ aliquos simplices dicit habere zelum Dei,sed non secundum scientiam,qui clara luce cereos accendunt:non hoc solum dicit, quia sic accendunt, sed si ea intētione,qua de nocte accēdant. Nam postmodum probat ex cōsuetudine Oriētis,& ex eo,qđ est signum lętitię,& q̄ uirgines euangelicæ sine accēsa lampade nō fuerūt. Et cōcludit,q̄ quicunque accendunt cereos,secūdum fidem suam mercedem habebunt.

Gal.6.

Rom.10. Matt.26.

Ro.14.

Matt.25. Luc.12. Ps.118.

¶DE BENEDICTIONE PANIS, & aquæ,& primitiuorum fructuum,ciborumq̄e,& mensæ. Ca.CLXVII.

SVMMA.

1 *Panis,uinum,carnes,aut fructus, quòd non habuerint primò suam benedictionem præter auctoritatem domini ab episcopis introductam.*

2 *Fructibus primitiuis benedicere, quòd dignitati sacerdotis incumbat, Et quare.*

3 *Panem nostrum quando oramus quotidie da nobis,quid intendendum est secundùm Chrysostomum.*

4 *Gradus tres benedictionis panis in corpus Christi,& quæ harum sit maxima.*

Discumbendum quòd non sit prius, quàm oratio ad Deum prægustetur, disciplina Christianorū antiqua ostenditur,et de gratiarum actione post conuiuium.

MOdo de benedictione panis, & aquæ quomodo probat Witcleff, dicens audacter, quòd sint tollendæ quia non sunt de substantia fidei christianę: habet 3. sermone domini in monte,cap. 49. Arguit,inquiens,contra nos, quia nihil ponimus de hostlia consecrata,nisi q̄ est panis benedictus,secundum q̄ benedicuntur panes in die-
bus dominicis. Sed consideret talis ignarus discipulus Antichristi, q̄ magna latitudo est inter benedictionem, qua Christi minister benedixit taliter sacramentum,& benedictionem usitatam diebus dominicis super panem,uel benedictionem super fructus, & carnes, uel benedictionem armorum, & de benedictionibus aliis præter auctoritatem domini uel scripturæ etiam ab Episcopis introductis. Hęc Witcleff. AVCTOR. Ecce probaui, inquit, quòd magna latitudo est inter hanc & illam, quę tamen qualis uel quanta sit,non exprimit, sed tantum magnam affirmat. Sed dicat,nunquid tam magna,ut ista super panem, carnes, & fructus sit nulla, sed præter auctoritatem domini ab episcopis introducta? Hoc petimus ex scripturis ipsis probari,non aperiat ultra os loqui blasphemias. Probet ex scripturis, quòd contra, uel

præter

1 præter auctoritatem domini usurpat. Nos † scimus ex scripturis panem purum, & uinum be- A nobis,ut dum à te datur,sanctificetur, ut putà, si laicus sacerdoti panē offerat,ut sacerdos accipiens sanctificet, & ei porrigat: q̄ enim panis, est offerentis, q̄ autem sanctificatum est, beneficium est sacerdotis. Hæc ille. AVCT. O quātū chaos inter prophanum Witcleff, & beatum patrem Chrysostomum? Sanctus pater nouit aliud esse panem,& aliud benedictum panem, & ipsum quidem benedictum rectis, & peccatoribus non communē, sed iustis à Deo porrectū, ipso dicente,Non adorabis Deos eorum,nec coles eos. Non facies opera eorum, sed destrues eos,& confringes statuas eorum. Seruietisq; domino Deo uestro,ut benedicā panibus tuis, & aquis. Exodi. 23. Ergo præter auctoritatem domini non est,quod sint panes benedicti. Nec benedictiones panum,uel fructuum sunt ab Episcopis,sed à domino introductæ, & sic, inquit, Chrysostomus. Si laicus panem offerat sacerdoti,ut ipse eum benedicat. Iam interroget eum Chrysostomus, quo tempore, quaquè audacia sacerdotes inceperunt benedicere panem, laico hoc petente? Quòd autem ipse assignat latitudinem benedictionis panis in corpus Christi secundùm naturam, & panis huius sanctificati benedictione minori, omnino concedimus Christiani,& adhuc addimus tertiam sanctitatem panis, qua sanctificantur cibi, quibus reficimur: quos tres gradus panis benedicti suprà libro quinto prædixi. Vnde libro. 5. de baptismo paruulorum,uersus finem AVGVST. Catechumenos,secundum suum quendam modum per signum Christi, & orationem, & manuum impositionem sanctificari puto, & quod accipiūt, quanuis non sit corpus Christi, est tamen sanctū,& sanctius, quàm cibi,quibus alimur, quia sacramentum est. Verum & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustinendæ uitæ huius alimur, sanctificari dicit Apostolus per uerbum Dei & orationem qua oramus nostra corpuscula refecturi. Hæc ille. AVCTOR Ecce † tres gradus benedictionis panis in corpus Christi, & hęc est maxima. Panis catechumenorum, quem uocat Augustinus etiam sacramentum, & panis refectionis per Dei uerbum. De hac ultima tradit Apostolus, secundum repeto panem dominicis benedictum. Iam exponat nobis Witcleff panem suum benedictum ab Episcopis præter auctoritatem domini introductum,secundùm hunc multò sanctiorem afferat Augustinus suprà panem tertium sub Apostolo benedictum, in cuius argumentum iuxta figuram legis ueteris panis iste debet tantùm a fidelibus, & cum hoc in sanctuario manducari. Reliquam,inquit lex partem comedet in loco sanctuarii tabernaculi. Leuit. 6. & quòd

Gen.1.

Aug.ad Marcellin. lib.2.ca.26

1.Tim.1.

2 cauerint. Hæc ille. AVCTOR. Dignitati † ecce sacerdotis incumbit fructibus primitiuis benedicere, ut domus offerentium ad prædicationē eius,id est,ad sanctificationis eius precem diffusa largitate redundet. Ad pręcem sacerdotis dico non tantùm, sed per ipsam,cùm fructum,uel panem sacerdos benedicit, Deus in sacerdote C sanctificat, ut sit perfectus panis ultra naturam panis ipsa sanctificatione. Ille est, inquam,panis,quem Christus in oratione dominica iussit 4 nos petere,dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Super quem locum Mat. Hom.14.imperfecti CHRYSOST. Ita † ergo 3 intendendum est,q̄ non solum ideò oramus,panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ut habeamus,qđ manducemus,sed ut quod mādu cemus, de manu dei capiamus. Nam habere ad manducādum, commune est inter iustos & peccatores. Frequenter & abundantiùs peccatores habent,quàm iusti. De manu autem Dei panem accipere,non est commune,sed tantùm sanctorum. Sequitur. Ita ut cum à Deo datur, sanctificatus accipiatur. Et ideo non dicit,panem quotidianum da nobis, sed addit, nostrum, id est, quem iam habemus paratum ad nos,illum da

Exod. 44.

Hie.To.5.

Mat.6.

Cyp.To.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

solis fidelibus porrigendus: omnis alienigena inquit non comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis & mercenarius nō uescentur eis. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. Leuiti. 22. Communis panis non est Iudeis negandus, aut paganis egenis, sed de sanctificato pane loquimur, & benedicto. Hoc modo scio antiquitus non solum dominicis, sed christianæ communicationis gratia panes benedicē dos inter amicos esse commissos: qualiter Paulinus cum Therasia coniuge sua epistola, ad Paulinum inter epistolas eius. 14. PAVLINVS. Panem vnum, quem unanimitatis indicio misimus charitati tuę, rogamus accipiendo benedicas. Hæc ille. AVCTOR. Et Augustinus benedictum eis panem remittens, dicit eorum acceptione fore benedictum uberius; epistola ibi. 17. AVGVSTIN. Panis, quem misimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis uestræ benignitatis. Hæc ille. AVCT. De pane autem, & omni cibo refectionis, q̄ sit sub apostolica regula sub benedictione sumendus, quid reluctabuntur hæretici, apostolo planè dicente nihil abiiciē dum, quod cum gratiarum actione percipitur? Sanctificatur etenim per uerbum Dei, & orationem. primæ ad Timo. 4. Quæ qualiter profecit post apostolum in communem obseruantiam Christianorum, testatur antiquus pater Tertullianus apologetici sui cap. 39. de disciplina Christianorum, TERTVLLIANVS. Non prius discūbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur: editur quantum esurientes capiunt: bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam Deum adorandum sibi esse. Ita fabulantur, ut qui sciant dominum audire. Post aquam manualem, & lumina, ut quisquis de scripturis sanctis, uel proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere, hinc probatur quomodo biberit: æque oratio conuiuium dirimit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce disciplina Christianorum antiqua, quòd non prius discumbitur quàm oratio ad Deum prægustetur, & unde hoc nisi ab illo apostoli, Sanctificatur. n. omnis esca per uerbum Dei & orationem? Secundùm eandem similiter disciplinam lectio scripturæ sanctæ aut ibi legitur, aut ab aliquo ingenioso tractatore concinitur, & tunc æquè ut prius conuiuium oratione finitur. Saluator noster similiter nunquàm panem sine benedictione præcunte porrexit: nunquàm nisi gratias agens comedit, & post refectionem hymno dicto recessit. Vnde ideo inter definitiones rectæ fidei, capitulo. 66. AVGVSTINVS. Bonum est in cibo cum gratiarum actione sumere, quicquid Deus præcepit, edendum: abstinere autem ab aliquibus, non quasi à malis, sed quasi à non necessariis, nō est malum. Hæc ille. AVCTOR. Hic tamen necessario se ingerit quæstio proteruorum, ut quid benedicitur ut mundetur fructus, panis, aut cibus innocuus: nonne Deus illud uidit in primordio, & erat ualde bonus? Et Saluator ait. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore. Huic antiquæ proteruiæ satisfacit commentario super Matth. HIERO. Opponat inquiens prudens lector, & dicat: si quod intrat in os non coinquinat hominem, qua re idolothycis non uescimur? Et quare Apostolus scribit, non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum? Sciendum ergo, quòd ipsi quidem cibi, & Dei creatura per se omnis munda sit, sed idolorum, ac dæmonum inuocatio ea facit immunda. Hęc ille. AVCTOR. Si ergo Deus auctor bonorum est, ut est, si pōt cibus per se mundus inuocatione dæmonum effici immundus, multo magis propitiante salutis auctore Christo inuocato efficietur mundior, & salubrior. Cibus ecce mundus reddetur, & tolletur infectio, dicente Christo, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.

Hæc uerba habētur in fine epi. 31. quæ est Paulini episcopi ad Aug. Hæc uerō sunt in calce ep. 34 quæ est Aug. ad Paulinum in To. 2.

Tertullian. 5

Matt. 15.

1. Cor. 10.

Mar. 16.

Aug. de Ecclesias. dog. c. 66. To. 3

¶ DE EXORCISMIS SALIS, ET aquæ, qualiter sunt de fide scripturæ, & de utilitate huius aquæ taliter benedictæ. Ca. CLXVIII.

SVMMA.

1 *Exorcismi ueteris legis recensentur, contra Witcleff.*

2 *Exorcismus quid sit.*

3 *Homines Dei, quòd uera pietate aeream potestatem omni pietate contrariam exorcizando eijciunt, non placando, contra Porphyrium.*

4 *Aqua benedicta à Marcello pontifice quantum ualuerit, ostenditur.*

5 *Aqua sale conspersa, & sacerdotis benedictione suffulta, quantam uim habeat, ostenditur.*

DE aqua item benedicta non est apud Witcleuistas simplex blasphemia, dicentibus eis in libello oblato Parlamēto Regis Ricardi, quæstione quinta, quod exorcismi, & benedictiones factæ super uinum, panem, & aquam, & oleum, sal, ceram, & incensum, lapidem altaris, & ecclesiæ muros, super uestimenta, mitram, & crucem, & baculos peregrinorum, sunt uera practica necromantiæ potius, quàm sacrę Theologię. Cuius probatio est, quia per tales exorcismos creaturæ honorantur altioris uirtutis esse, quam sunt in natura propria, & non uident mutationem in creatura exorcizata, nisi per falsam fidem, quod est principale artis diabolicæ. Hęc Witcleuistæ. AVCTOR. Iste discipulus malus contra Euangelium falsificat, ut sit supra suum magistrum. Nam Witeleff de statu innocentiæ, ca. 4. dicit exorcismos editos à statu naturæ; dicens, q̄ Adam habuit notitiam à Deo naturaliter ad nominandum propriis simè secundum proprietates naturales naturas sibi subditas: sub quibus nominibus homini naturaliter obedirent. Et hinc reseruantur reliquiæ potestatis innocentiæ in uocibus exorcistæ, & naturaliter incantantis, & ad hoc credo uoces Hebræas habere maiorem efficaciam, quàm alias uariatas. Hæc Witcleff. AVCTOR. Iste ergo concedit exorcismos naturales sub uocibus Hebręorum habētibus potestatem à Deo de statu innocentiæ. Ille dicit nullam creaturam subditam homini mutabilem p eos, nisi per falsam fidem artis diabolicæ. Planè ergo magister falsificat suum discipulum; & econtrario: utrunque miserum abiicit fides Christi, pro eo, quòd nihil gratiæ Dei concedit super naturam. Veniat † perditus uterque ad scripturæ fontem: audiat dominum dicere, non autem diabolum, neque naturā: quòd maritus zelotypus adducet uxorem coram sacerdote, offerens pro illa decimam partem sacci farinæ sine oleo, sine thure, assumetque sacerdos aquam sanctam in uas fictile, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam, discooperiens caput mulieris, tenebitque aquas amarissimas, in quibus cū execratione maledicta congesit, adiurabitque eam, & dicet. Si enim dormiuit uir alienus tecū, & non polluta es deserto mariti thoro, nō te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congesti: si autem declinasti à uiro tuo, atq; polluta es, his maledictionibus subiacebis: det te dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in uentrem tuum. Et respondebit mulier, Amen, Amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta cōgesit: & dabit ei bibere. Numerorum. 5. Iam dicant isti ignari scripturæ. Iste est exorcismus maledictionis diuino ore, & iussu formatus ad perdendum noxiam creaturam secundum carnem. Iste non habet efficaciam per falsam fidem artis diabolicæ, sed diuinæ. Qualiter ergo exorcismus benedictionis habet efficaciam prodessendi omnino per falsam fidem artis diabolicæ? Quando ille non uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat? quia tu dicis ibi non te uidere mutationem aliquam in exorcizata creatura, nisi per falsam fidem, quod est principale artis diabolicæ. Sic Samuel creditur probasse idololatras: sic Moyses uituli cultores. Super primo libro Samuelis, in Hebraicis quæstionibus HIERON. Abstulerunt filii Israel Baalim, & Astaroth, & seruierunt Deo soli, & conuenerunt in Masphath, hauseruntque aquam, & effuderūt in conspectu domini. Hebræi tradunt, quod coram domino in eadem aqua maledicta congesta sint. Et sicut in lege mulier zelotypica hausta aqua probabatur, Ita & hic idololatræ hac aqua probati sunt, hi uidelicet, qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam, quòd quicunque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhęrebant, ut nequaquam ea ab inuicem idololatra separare posset: quod & sequentia demonstrant in eo, quod dicitur, Iudicauit autem Samuel filios Israel in Masphath. Iudicare in hoc loco idololatras secundum legem, morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam, q̄ hoc modo Moyses idololatras, qui sibi uitulum fecerant, probauerit, quando arripuit uitulum, & combussit, & cōtriuit usque ad puluerem, & sparsit in aquam, & dedit ex ea potum filiis Israel. Hæc ille. AVCT. Facite Witcleuistæ, quòd Moyses, & Samuel forent necromantici, quia maledicta, & cineres nociuos congesserunt in aquas ad efficaciter prodendum idololatras. Hos enim coloratius haberetis dicere eos esse necromanticos, qui uerbo benedictionis cum diuini nominis inuocatione benedictiones congerunt aquis salutiferis ad expellendum morbos, & dęmones, & quoslibet Witcleuistas citent catholici ad respondendum argumento, quod de hac ipsa re Christus fecit in euangelio contra quosdam calumniantes de turba, quòd eiecisset dęmonium in Beelzębub principe dęmoniorum. Quia si Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? Luc. 11. In seipsum, & contra seipsum diuisus est Satanas, si per artis diabolicæ falsam fidem, aqua precibus benedicta. Satanam abigit ab obsessis. Non ergo potest sacerdos benedicens sic aquam mutare, ut eiiciat dæmones: qui nec Christus sic potuit. Satanas enim Satanam non fugit, sed Christum: nec in falsa fide fugatur, sed in inuocatione nominis Iesu Christi ēt per illos facta, qui ueram fidem non habent. Sicut scripturta planè dixit de filiis Scenæ, tentauerunt quidam (inquiens) de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes, adiuro uos per Iesum, quem Paulus prędicat. Erāt autem quidam Sceuę principis sacerdotum septem filii, qui hæc faciebant. Respondēs autem spiritus nequam dixit eis. Iesum noui, & Paulū scio, uos autem qui estis? Et insiliens homo in

1 Reg. 7. Ric. super Reg. cap. 7. lo. Tom. 3.

Exod. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos, in quo erat dæmonium pessi mum, & do- A minatus amborum inualuit contra eos. Actuũ.
Beda 19. ubi in expositione BEDA. Refert Iosephus regem Salomonem excogitasse, suamque gentẽ docuisse modos exorcismi, id est, adiurationis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine, vel ulterius reuerti non sint ausi. Fit autem hoc interdum etiam per reprobos ob condemnationem eorum, qui faciunt, uel ob utilitatem eorũ, qui uiderint, & audiuerint, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracula.
Hęc ille. AVCTOR. Ergo mendaciter hoc dixistis, quod per exorcismos nihil uidetis mutatum nisi per falsam fidem, nam in istis falsa fides nõ coegit dæmonem, sed inuocatio nominis Christi, & apostoli, qui statim agnouit, & honorauit, ipsos autem propter falsam fidem elisit, & uisit. libro 2. de sacramentis parte 6. cap. x. HVGO. Exorcismus † de Græco in latinum adiuratio dicitur, exorcistæ enim sunt, qui super catechumenos, siue super energumenos, id est, eos, B qui habent spiritum immundum, inuocant, nomen domini Iesu, diuina uirtute obiecta adiurantes eum, ut egrediatur ab illis. Hæc ille.
Hugo Exercis. 2
AVCT. Ergo diuina uirtute & non falsa fide ualet ullatenus exorcismus: sed isti Witcleuistæ, qui ista finxerunt non posse rem per exorcismos nisi falsa fide mutari, non omnino fundamento carebant. Porphyrius enim Christianorum impugnator accerrimus, dicit ex sententia aliorum, bonum Deum, uel genium non uenire in hominem, nisi malus fuerit antè placatus, tanquam fortiores sint apud eos numina mala, quã bona. Vnde 22. cap. lib. x. de ciuitate Dei, respon-
Aug. To. 5. 5 det AVGVSTINVS: Vera † pietate homines Dei aeream potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando eiiciunt non placando: omnes tentationes aduersitatesque eius vincunt orando, non ipsam, sed Deum suum: aduersus ipsam. Non. n. aliquem uincit, aut subiugat, nisi so C cietate pecati. In eius ergo nomine uincitur, qui hominem assumpsit, egitque sine peccato, ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum. Hæc ille. AVCTOR. Audiant Christiani catholicum Augustinum contra hos oẽs dicere porphyrianos, quòd homines Dei uera pietate aeream potestatem omni pietate contrariã exorcizando exijciunt, non placando. Certè placando id facerent, si id falsa fide, quæ est principium artis diabolicæ, perpetrarent. Et omnes tentationes, inquit, aduersitatesque eius uincunt orando: puta cum dicitur, virtutẽ benedictionis tuæ infunde: ut quicquid in domibus fidelium, uel locis hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici. Sed hic iterato blesphemant in prædicto libello, corrollarium annectentes conclusioni prædictæ, quòd si liber exorcizã di aquam benedictam lectus in ecclesia esset totus fidelis, nos cogitemus ueraciter, q̃ aqua benedicta usitata in sacra ecclesia foret optima medicina pro omnibus mortuis, cuius contrarium indies experimur. Hæc Witcleuistæ. AVCT. Petimus orthodoxi turbam istam, si liber euangelij Marci sit ex toto fidelis, in quo indicatiuè assertur, q̃ signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferũ Marc. 16. quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Si iste passus libri sit ex toto uerus, cur non experiuntur Lollardi, si crediderint hanc optimam medicinam contra omnes morbos in seipsis? Et in oratione Dominica, secundum Matthæum, continetur, Matth. 6. quicquid utile fuerit ad habendum: & omne inutile deuitandum, siue spirituale bonum fuerit, siue temporale. Quare non experiuntur Witcleuistæ fidelitatem eius, quando dantur incendio, dicentes fideliter, Libera nos à malo, ita vt liberentur cælitus, quod est hactenus inexpertum. Sed audiunt promissum Dominicum dicere, Quic- Marc. 11. quid orantes petitis, credite, q̃ accipietis, & fiet uobis. Ipsi increduli sunt, & fidem Christi corrumpunt. Quo ergo pacto reciperent, quod non credunt? Omnia possibilia sunt, sed credenti, ait Marc. 9. Christus. Et ad Martham, uidebis mirabilia, Io. 11. sed si credideris, inquit. Et quot sunt modo inter catholicos, quorum charitas ita refriguit, ut dicat Christus, Modicæ fidei, quare dubita- Matt. 14. stis? Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis huic arbori Moro, eradicare, & explantare in mare, & obediet uobis. Lucæ. 17. Et arbor Morus sensum non habet, & fideli præcipienti obediet, ergo fideli adiuranti aquam, & elementa obedient, & iussa complebunt. Quot putas, uidemus eregione fideles quotidie febres curare, amentes reducere, sanare podagricos, suscitare lymphaticos, ipsos quoque dæmones à morituris Christi seruis uisibiliter effugare per aspersionem, aut potionem aquæ benedictæ? Vix senex, aut infans sine hac circunstantia, & eorum, qui curantur, cognitione ex ipsorum relatu discedit. Quòd ista mystica fidei non possunt experiri Lollardi, experiri saltem eò certius possunt, quantis bonis eos orbet sæua perfidia. Quod ipsi non sentiunt, Christiani fideles sentiunt. Aufertur eis, ideo reuertantur, & gemant: datur enim genti facienti fructum eius. Si nostris experientiis non credunt, audiant seniores

niores de templo quodam Iouis in Appamia ci A uitate subruendo, quod forte nimis, & robustũ erat ædificium. Vt libro. 9. historiæ tripartitæ,
Cassiodo. 4 cap. 33. CASSIODORVS. Natura, † inquit, petræ fortissimæ, quæ non facilè quibuslibet ferramentorum generibus rumperetur. Harum itaque tres columnas per circuitum suffodiens, & sub earum basibus fortia ligna supponens, immisit ignem: quo facto, non poterat ligna naturaliter ignis accendere, dæmon etenim quidã teterrimus apparuit, qui flammam uires suas operari prohibebat: cũquè hoc frequenter faceret, & molitionem suam explere non possent, nuntiauerunt hoc Pontifici Marcello sub meridie dormienti. At ille repentè ad Ecclesiam concurrens, & aquam de uasculo portare præcipiens, aquam posuit super altare: ipse uerò in pauimento, posita fronte clementi Domino supplicabat, ne amplius tyrannidem dæmo- B nis ullam pateretur habere fiduciam: sed ut infirmitatem illius enudaret, & signum propriæ uirtutis ostenderet: ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hæc cùm 5 dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quendã Diaconum suum Equitium fide, & zelo munitum sumere iussit aquam benedictam uelociter, & cum fide spargere, ignemque supponere. Quod cùm fuisset factum, dæmon effugit, non ferens aquæ uirtutem. Ignis autem uelut oleum habuit illius aquæ naturam. Comprehensa ligna sunt repentè consumpta. Columnæ uero solatio nudatæ, & ipsæ ceciderunt, & alias duodecim unà traxerunt: tuncque latus, quod cohærebat templo, uiolentia ruinæ depositum est. Sonus autem totam concutiens ciuitatem, cunctos illuc fecit concurrere: & dum inimici dæmonis apertè cognouissent fugam, in diuinis laudibus ora soluebant. Sic enim & alia tem- C pla sacratissimus Pontifex ille destruxit. Hæc ille. AVCTOR. Audiant Witcleuistæ increduli, & omnino pertinacissimi, si sanctus iste pontifex sic orando super aquam, & crucem supponens, erat necromanticus: quia per talem adiurationem diuinam fecit aquam plus habere uirtutis, quàm habuit ex natura: dum ignem non extinxit, sed fouit, & mirabili modo auxit ignem, & promouit incendium: quasi aquæ illius crassæ, quæ in flammam sub Neemia prorupit, haberet originem. Sed quod mihi mirabilius apparet, non super ignem, sed super dæmonem illum atrocem exercuit terribilem potestatem. Quis ergo fidelium uel minimus dubitat, qui Euangelium semel audiuit, quin diuinæ benedictiones, & piæ preces creaturarum naturas exaltant, & efficiunt potentiores? Quis Christianus hoc ignorãt? Dæmones hoc credunt, & contremiscunt. Vnde certior factus, omni fide contestor, quòd ars dæmonis callida est, quæ per Lollardos resonat inter gentes cõtra sanctificationes, & benedictiones ecclesiasticas in res sacras. Non enim cruciat dæmones aqua, nisi sancta, non sal, nec terra, non domus, uel arma, non homo, non creatura alia, nisi sacra, nisi adiuratione purgata, & crucis signatione defensa. Tunc torquetur, tunc fugit, si ligatus non fuerit, ubi diuina & summa uirtus fuerit, inuocata, tunc Christianis nocere non potest, ubi signa sacra persenserit, hæreticos excitat, qui sacras res ut uiles despiciunt, ut ablato propugnaculo sanctitatis in rebus, diabolo sit patens introitus. Paganus si hoc diceret inter fideles, diaboli statim censerentur amicus: sed hæc per falsos Christianos probatius operatur. Sancti autem patres antiquæ B Ecclesiæ contra eum hanc aquam benedictam commune remedium prouiderunt. Quis nouus hæreticus contra eos est audiendus simpliciter? Quartus enim à beato Petro, cap. quarto sui Decreti scribit ALEXANDER. Aquam † sa- *Alexander epistola quæ incipit. Alexander. Episcopus etc. c.*
le conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificentur, ac purificentur. Quod etiam omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus sanguine, populum sanctificabat, multò magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus consecrata, populum sanctificat, atque mundat. Et si sa- Hebr. 9.
le asperso per Elisæum Prophetam sterilitas 4. Reg. 2.
aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum: & coinquinatos sanctificat, & purgat, & cętera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à uersutiis phantasmatum hominem defendit? Nam si tactione fimbriæ uestimenti Saluatoris infirmos sanatos non dubitamus: quantò Matt. 14. magis sacrorum eius uirtute uerborum dominica celebrantur elementa, quibus sanitatem, corporis, & animę humana percipit fragilitas? His ergo, & aliis instructi documentis, uota singulorum Domini sacerdotes respicite, & uirtute Sanctispiritus diuinis precibus per mysterium uobis diuinitus collatum perficere certate. Elementa quoque, tam ea, quę prędiximus, quàm cętera diuinis apta usibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacrate. Infirmos curate, cętera, quæ ad uos pertinent, diligenter perficite. Ipse enim Sal- Marc. 16.
uator ttibuendo nobis exemplum discipulis suis ait, In nomine meo, dęmonia eiicite, infirmos curate, egros sanate, leprosos mũdate: super infirmos etiam manus imponite, & bene habebunt. Hęc ille. AVCTOR. In hoc loco sanctus pater Alexander Papa uetera-

nus, &

Ex. 3. Vide Dist. 3. Aquam sale conspersã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus,& martyr gloriosus,probat exemplis uariis A & supellectilem templi domini, hęc autem uniuersa sanctificauit Samuel uidens, & Saul filius Cis,& Abner filius Ner,& Ioab filius Saruię, qui omnes sanctificauerunt ea per manum Salemoth,& filiorum eius.1.Paralipome.26.Non omnes isti simul,sed singuli per uices, & tempora sua.Nec erat mos iste recens, sed à tempore Moysi, quando attulerunt armati de prædabelli diuidebant ea,& domino obtulerunt, siue de auro,& gęmis pretiosis,sicut patet.Numerorum.31.siue de armis ipsis,ut patet de lancea, & gladio Goliath.1.Regum.21. Sic igitur in resumendo,sicut in deponendo arma sanctificata prospicimus. Vnde † & ualde expedit sanctis precibus,cogitationibus ęquè sanctis,cum arma sumit,muniri militem Christianum, non ut Witcleff uult,manibus cæcæ commissum fortunæ,& nudum cœlesti gratia prodere destitutum,prout docet Bonifacium comitem, epistola.111.AVGVST. Hoc primum cogita,quando armaris ad pugnam, quòd uirtus tua ipsa etiam corporali Dei donum est.Sic. enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum: fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est,contra quem bellum geritur, quantò magis amico,pro quo pugnatur? Pacem † debet habere uoluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate,& conseruet in pace.Non.n. pax quęritur,ut bellum excitetur,sed bellum geritur,ut pax acquiratur.Esto ergo etiam bellando pacificus,ut eos,quos expugnas,ad pacis utilitatem uincendo perducas.Beati.n.pacifici,ait Dominus,quoniam ipsi filii Dei uocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium,quantò est dulcior pax diuina pro æterna salute angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non uoluntas. Sicut rebellanti,& resistenti uoluntas reddi tur,ita uicto,uel capto misericordia iam debetur:maximè in quo pacis perturbatio non timetur.Hæc ille.AVCT. In hoc processu Witcleff ad terram prosternitur, cum ista bella nō patitur,si enim bellum quodlibet temporale esset illicitum,non esset miles docendus seipsum armare ad bellum, & pacem habere in uoluntate, bellum in necessitate certandi, sed dicendum esset pugnaturo, arma abiice,& de uirtute potentiæ non gratias agas ut dimices, sed ambi uecordiam pro uirtute, & interficere te uolenti, & patriam perdere, libenter succumbe. De hoc dicturi sumus, ut Deus donabit in sequenti libro octauo. Quantum autem præsens opus expostulat,sufficit scire, qualiter homo puguaturus, seipsum sumens arma sanctificet:& arma utrumque canens, deo commendet.

Leuit.19.

¶DE SANCTIFICATIONE ARmorum. Cap. CLXIX.

SVMMA.

1 *Arma,quomodo sanctificari olim solita, contra Witcleff.*
2 *Miles Christianus quomodo muniri debeat sanctis precibus,& cogitationibus æquè sanctis, cùm arma sumi.*
3 *Bellum,quòd interdum sit licitum.*

1 ARma quoq; sanctificari Witcleff deridet,ut inter cætera iam proximis capitulis recitaui. Sed † nonne uenit ipsi unquam in mentem, q̄ dominus ait,Galaath,tu mihi caput Libani.Si non posuero te in solitudinem orbis inhabitabilis,& sanctificabo super te interficientem uirum,& arma eius.Hieremię 22.ubi audire potest sanctificationem armorum,quanuis alio modo sanctificari solent,quàm ut res ad usum ecclesię, uel altaris debeant consecrari. Vnde in eundem locum Hieremię commentarii sui libro.4.HIERONY. Alia autem est interfectoris sanctificatio,& armorum eius:alia sacerdotum,& eorum,qui ministrant domino. Hæc ille. AVCTOR. Si alia non est nulla.Nam & præseruatio ad sexum uirilem,& sanctificatio quædam est: de qua item cura Deo tanta fuit,ut diceret in scripturis, Nō induetur mulier uestę uiri.Deut.22.secundum aliam translationem:non erunt uasa uiri super mulierem. Vnde in libro quæstionum Deutero. quęst.32.AVGVSTINVS.Arma sunt uiri super mulierem:uasa bellica uult intelligi,sic quidem interpretati sunt. Hæc ille. AVCT. Arma sunt hęc uasa bellica,de quorum sanctificatione cura est,& loquitur Hieremias. Vnde & longo usu scripturę probatur, uelut prodit ipsa sanctificatio armorum facta tempore Samuelis:Vnde dicitur de bellis,& manubiis pręliorum, quę consecrauerat ad instaurationem,

2 IT. 2. Hac epist. ab Eras mo huc loco est mota eo quòd ipsi nō uideretur ese Augustini supposuit quę loco huius alsam quæFortunatiano episcopo Siccensi est scripta. Matth.5.

Bellū interdum licitum

Hier.T.5.

Aug.To.4

3 EPI-

EPILOGVS HVIVS LIBRI. CAP. CLXX.

SVMMA.

1 *Witcleuistæ,qui nolunt stare,& tenere traditiones,quas apostolus mandat non deserere,ab auctore carpuntur.*
2 *Stare quid sit.Et qui dicantur stare.*
3 *Auctoris oratio,& peroratio.*

EIC figo gressum calami, sancte pater, & ab exordio huius libri cuncta recolligens,quæ de rerum sanctificationibus in ecclesia Christi per præces, & patrum ritus à scripturæ sacræ, & uterū tractatorum dictis excerpsi, quasi secundū legis leuiticum pugillum similæ tibi primo, & unico Christi post Christum offero sacerdoti: Cur nisi ut Christi fidelibus auctoritate Petri & Pauli sententiam proferas? Itaq; fratres state, & tenete traditiones,quas didicistis,siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et infrà. Denūtiamus uobis fratres charissimi in nomine domini nostri Iesu Christi, ut substrahatis uos ab omni fratre ambulāte inordinatè,&non secūdùm traditionem,quam acceperunt à nobis. 2. Thess.3. Traditiones dicit, non præcepta legis, non magnos Christi sermones,sed, ut diuus exponit Basilius,peculiares obseruantias, atque ritus,quales sunt signatio sanctæ crucis,orare versus Orientē,& hmōi,quas oēs sermone eos docuit,sed nō scripsit epistolis p̄cepta decalogi, & magnos articulos oēs scripsit. Traditiones ergo hę sunt,quas non omnes scripsit: sed quasdā scripsit,quasdam uerò reliquit auditui. Sed nec alicui ab eis recedendi liberum pedem dedit,sed state,inquit. Nec ad faciendum aliter manum dedit,sed tenete,inquit,traditiones, quas didicistis,siue per sermonem nostrum,siue per epistolam nostram.Propter † Witcleuistas hęreticos, qui dicunt:ubi hos ritus, & traditiones profert Christus,aut profertis ab apostolis, & libertate sua,ut humanis traditionibus catenentur spoliatis fideles.Iam dicit nobis apostolus traditiones illas constanter tenendas,quas didicerunt, siue per sermonem,siue per epistolam. Quantum credebat epistolis,ipsæ palàm docent, ipsas legite.Si nō omnes has traditiones loquantur, quas cernitis,non minus obseruare tenemini,ipso iubente,etiam per sermonem traditis adhærere. Nec uos laterent,si staretis in ecclesia orbis terrarum:si pacem teneretis ecclesiæ, si per Pauli epistolas eas traditiones non attingitis, per sermones Pauli eas legatis,in ecclesiis iugiter obseruatas.Vnde in *epistola ad Vercellenses. AM BROSIVS.Docuit † * Vos apostolus quid sit stare:hoc est,quod Moysi dictum est, locus. n. in quo stas,terra sancta est.Nemo enim stat nisi qui fide stat,nisi,qui fixus stat sui cordis sententia.Alibi quoque legimus. Tu autem hic sta mecum,hoc est mecum stas,si stes in ecclesia. Ipsa enim est locus sanctus, ipsa terra est fœcunda sanctitate,& opima uirtutum messibus. Sta ergo in ecclesia, ubi tibi apparui, ubi ego tecum sum.Vbi est ecclesia,ubi firmissima statio tuæ mentis est.Ibi fundamentum animi, ubi tibi de rubo apparui.Tu rubus,ego ignis in rubo, ego in carne,propterea ignis,ut tibi luceam,ut tuas spinas,ut tua peccata consumam, & meam tibi demonstrem gratiam. Stantes ergo in corde uestro lupos fugate ab ecclesia, quærentes prædā tollere.Et infrà.Sedentes detrahunt,stantes autem dominum benedicunt:quibus dicitur. Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui domini,qui statis in domo domini. Qui sedet, ut de corporeo usu loquar, quasi otio resoluitur corpore, atque intentionem mentis relaxat. Stat autem speculator prouidus,explorator impiger,peruigil custos,qui prætendit in castris. Bellator atq; strenuus ante expectatum stat in agmine,qui uult aduersarii consilia prœuenire. Hæc ille. AVCT. Sic stare mandat apostolus, ne traditiones deseramus, quas in ecclesia sub eius magistratu didicimus. Quod si facimus, munerabit nos cum stantibus. Si negligamus, cum sedentibus.Si fatigati reiicimus, cum inordinatè ambulantibus condemnabit.Sic enim ait. Substrahatis uos ab omni fratre ambulāte inordinatè.i.aliter,quàm ordinatum est,& non secū dū traditionē nostrā.Is ambulat,qui secundū desiderium cordis ab uno in aliud pedem mouet: & inordinatè ambulat, quia statutum ordinem arbitrio suo commutat. Sic Witcleff consulit contra apostolum nihil ordinatè tenere, sed cantare cùm placeat,silere cum uelit, omnes ritus & obseruantias citra præcepta libera permutare.Et ubi tunc est traditionum summa,quam tenere ut didicimus,sub pœna substractionis communionis fidelium Paulus iniunxit? Hanc ego à Witcleuistis interrogo,cum nullus iuxta eos nisi propter peccatum mortale poterit excōmunicari iuridicè.Dicent Witcle. exhibe nobis illam,ut teneamus,& stemus. Et ego exhibeo,non autem scriptis totam,sed sicut ipse iussit;per sermonem,siue per epistolam uiuam, & mortuam per chartis scriptam. Legite epistolas Pauli,per epistolas Iesu Christi.Illas inquā,

1 Thes.2.

*Est epist. 82 Amb.To.3 Stare. Exod.3. *nos. Deut.5.

Psa.133.

quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus Paulus ait. Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris, quę scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quoniam epistola estis Christi, ministrati à nobis, & scripta, non atramento, sed in spiritu Dei uiui non in tabulis cordis carnalibus. 2. ad Corinth. 3. Veni te ergo ad ecclesias uos seducti, & captiui, in qua secundùm Ambrosium apparuit nobis Christus, Paulus traditiones edocuit. Ad ecclesiam dico orbis terrarum, & ibi in epistolis Christi uiuis, & Dei spiritu animatis, uidere potestis, & infidelibus legere traditiones, quas Christus instituit, & Paulo ministrante docuit omnes gentes, & per Paulum loquens, stare in eis iussit, & firmiter tenere. Vbique per omnem mũdum sine mutatione solemnibus ritibus sacramenta canuntur, officia celebrantur, basilicę construũtur, sanctorum corpora uenerantur. Ipsæ gentes Christi ecclesiis congregatæ per orbem testes sunt, q̃ has traditiones Christus per apostolorũ linguas instituit: quas mutare non licet. Sed dicunt. At aliis ritibus utuntur Greci, alios tenẽt Armeni, Romani alios, Mediolanenses item diuersos. Aut non omnes Pauli traditiones tenẽt. Aut si bene faciunt, mutare licebit. Hoc contra seipsos arguunt Witcleuistæ: quia si Greci aliũ ordinem teneant, nõ aliud sacramentum quàm Romani presbyteri: suũ ordinem, quem à principio didicerunt, firmiter continent. Romani item, quem susceperunt à Petro: Indi suum, quẽ didicerunt à Thoma: Persæ suum, quem didicerunt sub Bartholomæo. Et unusquisq; locus eandem fidem Christi, & eadem sacrata, ut ab apostolis didicerunt, constanter suis ritibus, & usibus celebrant. Propter hoc non arctauit omnes fideles Paulus ad ritus proprios dicens: Tenete traditiones, quas didicistis à me, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante non secũdum traditionem meam: sed quas didicistis, inquit, & secundùm traditionem nostram, Titum excipiens, & Timotheum, Lucam, Apollo, & Philemonem, quos episcopos instituit, cum pluribus aliis, ut suis locis, & usibus moderarentur ecclesias. Sic Petrus Martialem, Marcum, & omnes apostoli per subiectos episcopos locales instruxerunt ecclesias: quorum traditiones, prout didicerunt à magistris ecclesiarum subiectus clerus, & plebes tenere, & in eis stare mandantur. Quod cùm ita sit, Witcleuistę maledicto subiiciuntur apostoli, qui inordinatè prout eligunt, etiam ambulant, & non secundum traditionem quam ecclesiarum magistri dispensant. Hanc libertatem, ubi in ecclesia Christi ipsi reperiũt, filia Bohemorum misera, nonne legisti: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram ecclesiæ? Nec ita legitur: beatus, qui liberè permutabit in omni populo fideli, uel item perfido legibus dedito. Incolę Pragenses effræni hac & equina libertate fruuntur, quàm à cœlis suis Christus amouit propter immutabilitatis insigne, quo sanctos suos, glorificat, & instar illius cœlicę hierarchię ecclesiam suam terrestrem, quantum facultas sufficit, immutabili libertate subarrat. Iuxta hanc professionem det & ipse mihi Christus Iesus hac immutabilitate teneri, dũ uiuam: ut ad illam potiorem attingam. Ad quem sub uerbis Augustini ad comitem Valerium capit. 26. me toto corde conuento, deprecans, atque dicens.

Præstantissimi Theologi Thomæ Vvaldensis Carmelitæ, de Sacramentalibus tertij, & ultimi Tomi Finis.

Oratio, & Peroratio Auctoris.

DA mihi Domine sine errore immaculatam tibi seruare fidem: & iuxta fidem digna esse opera mea, ut fidem rectam opere prauo non polluam: & te, quem benè credendo confiteor, malè uiuendo non denegem: & te, quem strenua fide sequor, negligentiæ operibus non offendam. Fac me in sancto conuersantem proposito sequi iustitiam, diligere misericordiam, amare ueritatem, refutare mendacium, falsum nihil meditari, uel loqui, te indesinenter timere, te amare, te diligere, tua præcepta seruare. Addimus, & quicquid in Ecclesia per magistros eius de fide Sacramentorum, & cæterorum sacrorum norma sentire iussisti, hoc plena fide, & deuotione pinguissima suscipiam, ab eo non deficiam, donec in teipsum perueniam: qui es omnium solemnitatum, & obseruantiarum nostrarum finis. Amen.

¶REGI SECVLORVM IMMORTALI, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in secula seculorum, Amen. 1. ad Timotheum 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA

FRATRIS IOANNIS BAPTISTAE RVBEI RAVENNATIS THEOLOGI,

Prioris ac Magistri Generalis totius ordinis Conciliationisque Carmelitarum uitam regularem profitentium, breues elucidationes pro Thoma VValdense, eiusdem instituti, professionisq; alumni.

SCHOLIA Conficere putaram, sed difficultatum ac rerum magnitudinem præstantiamuè, ut prolixius in ipsius ueritatis lucem ista proferrem, me impulisse nouerint omnes. Scholiorum tamen calles semitasque penitus non egrediar; & eorum quæ scriptūrus sum exstat finis, ut huic sapienti & admodum catholico uiro obiectis, Carmelitæ nostri facile occurrant. Quanquam cōieci illos Sacræ Theologiæ cultores, suis rationibus inuectiuis maluisse excitare montis Carmeli professores ad Thomæ Waldensis doctrinam eximiam scriptis aut disputationibus amplificandam, quàm eum aliqua inusisse falsitatis ignominia. Equidem eiusmodi stimulis permotum, hoc negocium subire me non tæduit; quod libentius subiuissem & euoluissem accuratius, si huius præantiquæ ac diffusæ Religionis cura & pondus, meum animum in dies atque in horas non deuincirent. Sed cum inquisitio, ueriq; inuestigatio hominis propria, uim suam in animos exerat, non potui ab hoc munere meam cohibere propensionem. Ad hoc item obeundum, me adegit huius uiri studiosissimi & admodum catholici fructus, utilitasvè maxima ac uberrima, quam ecclesiæ apostolicæ, catholicæ, Symbolicæ aduexit & attulit. Hunc R.P. Andreas Vega doctor Salmanticensis minorita, ex ijs qui de obseruantia nuncupantur, in suis opusculis de iustificatione, quæst. 4. in parte respon siua sub initium, insignem hæresum Witeleff impugnatorem magnificè commendans, affirmat eum esse uberrimum fontem, ex quo hauserunt bonam (ut inquit) partem penè omnes qui luthe ranam sectam impugnarunt. Grandis igitur iactura esset, si quænis nota, aut næuus malè olentis doctrinæ huic hæreticorum aciem profligānti ac prosternenti iniecta, non elueretur. Verum hāc uideo oportere hoc studium patientiæ, & modestiam humanitati coniunctam esse erga eos, qui Thomam nostrum in aliquem errorem cecidisse autumant, siue (ut rectius loquar) eo inuito traducere contendunt. At certè non possum non mirari nonnulla ei fuisse ascripta, quæ nunquam fuit commentus, imò toto pectore profligauit, telis dilecit ac obtriuit ualidissimis. Et nè, huius rei causa diutius uerbis retardetur, adfero ea q̄ R.P.D. Melchior Canus, episcopus Canariēsis in suis locis Theologicis lib. 2. cap. 7. in nostrū Waldēsem intorsit, ob ea q̄ dixit haberi in lib. 2. doctrinalis fidei antiquæ cap. 19. & 20. de auctoritate ecclesiæ symbolicæ; cui ascribit tria.

Primum; Thomas Waldensis falsus fuit, quia nostri temporis ecclesiam affirmauit eandem auctoritatem in approbandis libris canonicis, & non sacris reprobandis non habere, quam habuit prior, & antiqua ecclesia.

Alterum; Quæstiones, quæ circa fidem exoriuntur, non ad præsentem ecclesiam, sed ad seriem patrum omnium tam Apostolorum, quàm ab eis succedentium, pertinent.

Tertium; Fallitur Thomas, cùm ad eam auctoritatē refert & admittit testimonium laicorū.

Antiustè is Reueren. Antistes hæc ascripserit Thomæ Waldensi, ipsius Thomæ doctrina exploratum faciet. Et quod tertiò in eum inuectus est, sola negatione perimitur; tantum abest ut illud ipse annunciarit. Et ne id falsò Thomæ fuisse ascriptum, rixis tueri uisi fuerimus, ea quæ habet Tomo primo, libr. 2. artic. 2. capitulo. 23. suo loco adducemus. Nunc uerò rem ordine debito aggredior.

Ad primam obiectionem diluendam, hæc præmittenda esse duxi; utque luculētius dubitationes tollantur, à definitione ecclesiæ sumam initium. Quidam sic definiūt; Ecclesia, est omnium fidelium cœtus, actu, uel habitu, explicitè uel implicitè credens, uel enigmaticè cognoscēs omnes catholicas ueritates. Sed Thomas noster Tomo. lib. & art. qui supra cap. 9. & 17. ecclesiam in cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

muni definiens, inquit; Ecclesia; est congregatio omnium uocatorum, catholica societate iunctorum. Ea catholica dicitur, quia per uniuersum orbem extenditur, à baptismate Christi & initio prædicationis eius, per seriem fidelium usque ad nostra tempora, atque in finem mundi, & ultra permansura; Item ob doctrinam eius, quia eius doctrina est ad institutionem omnium hominum de uisibilibus, inuisibilibus cœlestiũ atque terrestrium. Est insuper catholica, quia quorumuis hominum genus ducit ad pietatis subiectionem principum & subditorum, oratorum & Idiotarũ. Generaliter item curat omniũ peccata; & cum omnis hæresis aut secta ecclesia dici uelit, ut æquè ac Sirena, omnes in suã abyssum uelit dare præcipites; hæreticorũ ecclesiam dicimus fornicariã, uni uiro non seruante fidẽ, neque habentem catholicam unitatem. Veram ecclesiam Christi ab hæreticorum ecclesiis seiungimus, catholicã prædicamus, unã tatemur, perseuerantẽ, integrã, antiquis patribus acceptam; cæteras autem ecclesias repudiamus sicut meretrices uiolatas, confusas, fraudibus circumuentas, Synagogasque pestilentes. Vera est itaque Christi ecclesia catholica, una & apostolica, quã Apostoli fundarunt, instituerunt in uniuerso terrarum orbe & muniuerunt, nulla dissensione literæ aut syllabæ, docentes substantiã fidei; qua in unũ collata, omniũ credendorum copiã, integro perfectoque compendio coniunxerunt. Ex huius præstantissimi Theologi doctrina perspicuum habemus, ecclesiã priorem catholicã, hanc & huius temporis ecclesiã, imò quæ in futurũ succrescet, non esse ab ea seiunctã, sed unã, penitusque sine ulla scissura doctrinæ, institutionis, pietatis, atque peccatorũ remissione æqualiter fultã & ornatam, eandẽ in substantia, similiter in muneribus acceptis quæ salutẽ spectant, ut in ea nulla prorsus inueniatur intima ac præcipua diuersitas. Sed an prioris, præsentis atque futurę eadem sit auctoritas, ex eodem Auctore nostro excutiamus. & primò sic ratiocinor.

Præsens & antiquæ ecclesia, ab initio prædicationis Christi, per seriem patrũ, est ecclesia uniuersalis; ergo una, apostolica, catholica & symbolica societate iuncta. Sedes huius discursus sumitur à definito ad definitionem. si una, eam esse indiuiduam fateri oportet. Si catholica, eisdem cum prima ecclesia ornamentis, donis, atque muneribus potitur. Si symbolica, non licet eius definitiones diffiteri, sub pœna perfidiæ; ob id enim symbolica dicitur & exstat. Cum eã dicimus symbolicam, non solũ unanimem credendorũ consensum explicamus, sed statuẽdi, decernendi & definitionibus approbandi ac reijciendi, auctoritatem parem, ac in substantia simillimã docuit Thomas Waldensis. Cuius sententiã habemus sub his uerbis. Hęc est ecclesia symbolica, ecclesia Christi, inquã catholica & apostolica, mater credentiũ populorum, quæ fidẽ habet indefectibilem secundũ promissum Christi ad Petrũ, qui tũc figuram gesit ecclesiæ; Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Non est ergo specialis ecclesia &c. sed uniuersalis per totum mundũ dispersa à baptismo Christi, per Apostolos & cæteros successores eorum ad hæc tẽpora deuoluta, quę utique ueram fidem continet, & testimonium Christi fidele. Hæc ille.

Tomi. 1. li. 2. art. 2. ca pit. 19. Lu. 22.

Idem Auctor docens apud quẽ uel quos remaneat potestas definiendi in materia fidei, sicut definitioni cui standum sit sub pœna perfidiæ, redarguens hæreticum Witeleff ex Augustino super psal 57. inquit; In casu fidei, interrogo Christum dictantem, ecclesiã attestantẽ, & ueritatis participẽ, quæ temporibus Apostolorũ, quid agendum esset in ritibus Iudæorũ à gentibus; qui concordi sententia Apostoli definitiuè dixerunt; Visum est spiritu sancto & nobis, nobis in quàm, qui hìc repræsentamus ecclesiã; non nobis sine spiritu sancto, sed spiritui sancto in se, & spiritui sancto in nobis in ecclesia, qui in dubijs fidei nunquam deest ecclesiæ, promittente illi Christo; spiritus sanctus docebit uos omnem ueritatem; ut illo instigante, quod illi uisum fuit, hoc idem Apostolis fuit uisum &c.

Augustī. To. 8. Act. 15.

Non me fugit statim occursurum Reueren. Episcopum Canariensem, atque dicturum difficultatis nucleum adhuc minimè effractum, cum tria loca hactenus dicta ad antiquam Apostolorum ecclesiam & primæuorum patrum restrinxerit.

Rem se aliter habere ex sententia patris Augustini & auctoris nostri, sic ostendo in ecclesia uniuersali nunc Christus dictat ueritatem; ecclesia eam attestatur & illius est particeps, igitur in casu fidei, ecclesia præsens est interroganda. Quod deducitur, est uerisimum, quia in dubiis extricandis, nihil tutius quàm ueritatem scisciatari, ubi Christus est dictans, & cui dictat, est ueritatis particeps atque testis. Qui negaret quod antecedit, periculum hæresis non euaderet, cum Christus nunquã ecclesiæ se defuturum promiserit, atque eam spiritum sanctum docturum. fal sum est igitur Waldensem, sententias patrum ad ecclesiam antiquam tantum deduxisse.

Augustī. To. 7. in fine libri

Confirmatur. Idem auctor in eodem cap. 19. sententiam adducit Diui Augustini lib. 2. contra Iulianum Pelagianum hæreticum dicentis; Talibus, post Apostolos, sancta ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. & infra: Insuper & uniuersam Christi

Christi ecclesiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter administrantes, ingenti in domino gloria claruerunt. Proculdubio eiusmodi patres non tantum nomine, sed functione ministerioque illis nominibus fuerunt insigniti, quibus semper floruit & florebit ecclesia. Non solum ergo de antiqua ecclesia, sed huius nostri temporis auctoritate, nostri Auctoris dicta interpretari debent.

Huius rei veritas magis elucet, cum Pater Augustinus inter patres, Ireneum, Cyprianum & alios, annumeret Innocentium Papam, qui longè post antiquam ecclesiam, hanc nostram vniuersalem rexit, & ei præfuit. In cuius præcellentiæ & primatus honorem, Diuus Augustinus prius Innocentium Papam nominauit. Ex his manifestè deducimus, nostram ecclesiam vniuersalem minimè excludi à causis fidei extricandis atque definiendis.

Adhuc fortasis dubitatio videtur vim habere, ob id quod dicitur auctoritatem fuisse maiorem in quibusdam fidei dubiis apud illos Antistites & eorum ecclesias quæ Apostolos susceperunt, quàm apud Patres præsentis ecclesiæ. Sed ea differentia non variat ecclesiæ auctoritatis essentiam, at magis eandem statuit re, sed distinctam modo; dicit enim auctoritatem ecclesiæ aliam esse fontalem, aliam verò translatam. Quæ distinctio excipitur ab Augustino secundo de doctri. Christ. In canonicis (inquit) scripturis ecclesiarum catholicarum, lector quàmplurimum auctoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & Epistolas accipere meruerunt. Vbi Auctor subinfert; In hac tamen ecclesiarum & Antistitum auctoritate, Præsul Romanæ sedis auctoritatem sibi potissimam iustè uendicat, & fidem vberrimam. Deinde adducit Diuum Hieronimum ita scribentem; Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior; Super illam petram ædificatam ecclesiam scio; quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est &c. Vbi Auctor; Videat superbus Witeleff, & pudeat se non dignatum ad auctoritatem Romani Pontificis in necessariis fidei habere recursum. Cuius beatitudini flagitabat Diuus Hieronimus consuciari. Plura confluunt vt Domini Episcopi dubitationis fluuius exsiccetur, cum aqua in fonte scaturiens, natura ac specie non differat ab eadem manante per riuulos; nec vna altera perfectior, nisi quid extrinsecum eam immutarit. Cum ergo eadem sit aquæ substantia & natura existens in fonte & in riuulis, nisi accidentaria conditione, eadem erit auctoritas ecclesiæ temporibus Apostolorum & præsentis ecclesiæ natura & substantia. Nec potest hæc auctoritas aliquo extrinseco mutari, quia illi semper adest Spiritus Sanctus. Christus Dei filius ecclesiam suam consecrat, sibique consignat spiritu sancto æquè ac suo caractere & sigillo. Cur iste Reueren. Pater non fuit recordatus, magis & minus non variare alicuius rei substantiam? His accedit vnum plurimi faciendum, cum dixit Waldensis; In ecclesiarum & Antistitum auctoritate, auctoritatem potissimam & fidem vberrimam sibi vendicasse Præsulem Romanum; Romanus enim Pontifex non ab Apostolis, sed à Christo auctoritatem accipiens, eam sibi vendicat. Si Romanus Pontifex fide & auctoritate cæteris præstat, cur in dubium vocari debuit Waldensis doctrina catholica? Quare eius fuit mens & intelligentia, præsentem ecclesiam eadem efficere posse, quę potuit Apostolorum ecclesia; nec obstat eorum auctoritatem fontalem exstitisse, & eam præcipuè sequendam; nostrę verò vniuersalis ecclesiæ auctoritatem translatam, deriuatam atque diffusam primùm per Apostolos, deinde per seriem Patrum priscorum, postea ad nos. In hoc gaudemus à diuinissimo fonte, à mundissimis riuulis tam preclaram & sublimem dignitatem in nos fuisse profusam. Quæ ergo illa prior fontali auctoritate facere potuit, nostrę pari auctoritate translatę etiam licere est exploratissimum. Sed de libris canonicis probandis, & non canonicis repudiandis, plura dicentur inferius. Ad tertiam dubitationem properemus.

Tomo primo libr. 2. art. 2. cap. 24. circa fi nem. Augst. To. 3.

Fallitur, inquit, Thomas, nisi ego fallor, cum ad eam auctoritatem refert & admittit testimonium laicorum.

Superius definiuimus ecclesiam in tota eius latitudine, cuius definitionis pars erat, nempe, catholica societate iunctorum. Ea nanque societas quę sit regeneratione spiritali, est adeo necessaria, vt neque preces, neque sanctorum suffragia vel sacramenta, etiam assiduis usibus applicata, vlli prosint, si hanc societatis compagem quisque amiserit. Omnium una presens ecclesia, vbi idem dominus, una fides, & vnum baptisma, ob diuersitates in ea commorantium, illic adsunt carmen, lamentationes & Veh. In ea nanque manent electi, peccatores, & flagitiosi; flagitiosi manent quandiu electi non fuerint à communione fidelium & sacramen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

torum. Omnium itaque laicorum hac societate iunctorum fides inducitur, vt fidelibus signata daretur ecclesia, quam tutè sequi possent. Communi enim omnium consensu, professione una & fide, de qua cunctis gentibus redditur testimonium vniuersali ecclesiæ, non dissonante contestatione firmata, sublata schismatis diuisione, vna catholicorum omnium multitudine per omnia loca & tempora uni Deo & patri subiecta, in vna pace, in vno timore domini, eademque sancti Spiritus consolatione. Ad hanc communionem itaque omnes fideles in ecclesia existentes reducuntur & admittuntur, ut cum uniuersali ecclesia testimonium perhibeant rebus credendis, sicut Apostoli & alij qui tunc erant credentes, quibus dictum fuit; Et eritis mihi testes; esto quòd Spiritus Sanctus de illo testimonium perhibuerit. *Act.1.* Item Angelus Ioannem alloquens dicebat; Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Ab huius testimonij genere noluit abhorrere Paulus scribens Galatis in robur & testimonium fidei, omnes fratres qui secum erant assumens in testes; inquit enim; Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem &c. & qui mecum sunt omnes fratres, *Gal.1.* ecclesiis Galatiæ.

Optimo itaque iudicio Waldensis affirmauit fidem ecclesię symbolicæ testimonium fidelium laicorum non excluisse, immo included; non ut canonicos libros probarent & confirmarent, sicut Reueren. D. Episcopus excogitauit; sed in testimonium fidei, ut omnes *August. 1. o.x.* signatam & uniuersalem ecclesiam tutè sequerentur; utque unam esse fidem ecclesiæ omnes agnoscerent. Nam capitulo. 22. post sententiam Diui Augustini sermone. 60. de uerbo domini, dicit Auctor; Nam si fidem in Anglia hic te audire contingat, quam Siculus ignorat, Hispanus miratur, Hungarus nondum accepit, aut Polonus non prædicat; suspectam & superstitiosam potes illam suspicari Witcleuisticam nouitatem, aut alterius recentis hæretici, non ecclesiasticam antiquissimam veritatem. Si Spiritu sancto, testimonium Christo perhibente, idem Christus eius discipulos in testes adsciuit, cur ecclesia testimonium fidei gentium non includit? Oportebat, aut saltem decebat non solum lectione Waldensis sententias excurrere, sed intimè scrutari. Ex illis cap 20. accipitur distinctio certè *Testimoniũ dup.* exactissima, qua omnis difficultas absumitur. Docet duplex esse testimonium, unum auctoritatis, alterum unitatis fidei, consensionis, confessionis, & firmatæ commendationis. Primum est ecclesiæ; alterum est gentium fidelium. A priori testimonio excludit laicorum iudicium & auctoritatem, ob id quod fidem illam quam conceperunt, sciuerunt sub congruis terminis, liberis ab omni (ut inquit) intricatione hæretica, successorum suorum propinare memorijs. Et quia D. Episcopus dixit Thomam Waldensem falli, nisi ipse fallatur, profecto fallitur, si credidit Thomam, laicos includendos esse, ut auctoritate canonicas scripturas probarent, & non *Tom. 1. lib. 2. cap. 26. post 22um. Herron. in annotationibus suis.* canonicas dispellerent. Illius uerba mentem eius aperiunt, cum inquit; Certus sum quòd fides ecclesiæ, testimonium laicorum fidelium non excludit, immo includit. Verbum illud, testimonium, maximè urget; ecclesia enim fidelium testimonium amplectitur, rationibus superius descriptis & assignatis. Cupit enim omnes dicere unum, omnes unanimes unum sapere, & multorum consensus in una sententia haberi, ad confundendum errantes uel dubitantes.

Plurimum confert & crescit auctoritas ex accessu multorum, non quidem ut auctoritas maioris crescat in se, & ratione suæ substantiæ, sed in acceptatione credentium auditorum. Verba hæc Auctoris nostri sunt tanti ponderis, ut omnia obiecta huius D. Episcopi, litcratissimi etiam anonimi cuiusdam exactissimi item Theologi Petri Soto funditus euellant; sed suo loco luculentissimè ueritas, & doctrina Waldensis conuelli non posse, declarabitur.

Reuerendiss. Pater & D. Episcopus tunc Argolicensis, nunc uero Aemoniæ, retulit nobis Doctissimum quendam uirum in suis lectionibus tria annotasse in Thomam Waldensem, uidelicet;

Auctoritatem ecclesiæ, minorem esse auctoritate sacræ scripturæ.

Tom. 1. lib. 2. artic. 2. cap. 2. Auctoritatem concilij uniuersalis, superiorem esse auctoritati Papæ & Romanæ ecclesiæ.

Tom. 1. lib. 2. artic. 2. cap. 27. Eundem innuere non esse tam prona fide ecclesiæ uniuersali Romanæ, sicut canonicæ scripturæ, & ecclesiæ Christi symbolicæ obediendum; & inde excerpsit non bene sentire pro dignitate definitionum sedis apostolicæ & conciliorum, potissimum in approbandis libris canonicis, & non canonicis reiiciendis.

Tom. 1 lib. 2. artic. 2. cap. 19. & 20. Vt rei ueritas patefiat, & ne ludamur ambiguo, neminem lateat nomen ecclesiæ apud scripturas & Patres, latissimas habere significationes, ut facile perspici potest numero. 20.

Deuteronom.

Deuteronom. 23. Psalm. 25. 149. primæ Corinth. 11. Colosst. 1. Act. 20. 1. Petr. 5. 16. quæst. 1. c. quicunque 24. quæstio. 1. c. pudenda, & cap. aduocauit extra de uerbo. signific. cap. cum clerici. multisque aliis in locis id uenari licet. Ex cuius multiplici acceptione, contentiones & pugnas inutiles euitabimus, tollenturque uariæ perplexitates. Hic sermo est habendus de ecclesia uniuersali præsentis status & antiqui, à prædicatione Christi, per Apostolos & seriem Patrum ad nos usque deducta. Et controuersia est inter scriptores, comparando utrasque ecclesias canonicis scripturis, an ecclesiarum auctoritas, præcellat scripturis canonicis. Et inter eas an sit auctoritas inæqualis.

Nemo existimet ob id quod dixerim, plurali numero ecclesias duas fuisse uniuersales, cum una tantum sit ecclesia principis, seu capitis unitate, unica fide, uno baptismatis sacramento, dicente Apostolo, unus dominus, una fides, unum baptisma. Item est una unitate spei & cha- *Eph.4.* ritatis. Vna adhuc unitate spiritus uiuificantis; & demum una ultimi finis, unitate; quæ ab uno pastore, summo rectore gubernatoreque in ea conuersante, una adhuc existit. Verum ut rei ueritatem assequamur, ecclesias nuncupauimus, tàm noui, quàm ueteris testamenti scripturas approbantes. Et primò fateor Waldensem eam sententiam de maiori auctoritate canonicarum scripturarum pronunciasse, non ex sensu & intelligentia quam facere uidetur, neque absolutè omni moderatione posthabita, sed sapienter & catholicè.

Fortasis id mordicus Waldensem expunxisse quis coniecit ob regulam Augustini in libro de Magistro, scilicet; Quicquid propter aliud est, necesse est ut sit uilius eo propter quod est. Quam regulam, si limitibus & præscriptionibus non cohibuerimus, co- *Aug.To.1.* gimur fateri Pastores propter oues & gregem institutos; Reges ac Principes propter regimen politicæ societatis; Ministros ecclesiæ, potissimum summum Pontificem, suffectos in ædificationem ecclesiæ; spiritus manifestationem, ad utilitatem, prophetiam, ad exhortationem & consolationem; psalmum, doctrinam, Apocalypsim, linguam, interpretationem, deteriores, obscuriores ac uiliores esse regnis, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, rudi plebe, grege & ouibus. Amplius subinferri poterit ex hac regula, Angelos qui sunt missi in ministerium propter eos qui capiunt hæreditatem salutis, immo Christum Dei filium *Heb.1.* nobis inferiorem esse, atque subiiciendum; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis; & incarnatus est de spiritu sancto; qui propter nos egenus factus est; traditus; propter delicta nostra; resurrexit propter iustificationem nostram; ac semetipsum tradidit ut sanctificaret ecclesiam; eam exhiberet sibi sponsam gloriosam. Regula itaque patris Augustini, qua usus fuit Waldensis, uel est declinanda, uel conditionibus ac declarationibus moderanda; cui hæc adhibenda coniicio, & primò, ut finem in rebus duplicem esse *Finis duplex.* fateamur; unum qui in alium finem tendit, seu (ut dicunt) est finis sub fine, seu est finis ad utilitatem. Quouis enim modo ex nunc dictis finis accipiatur, fallit regula Augustini. exempli causa; Si quis in hortum se recipit ut colligat herbas, illas postea decoquat, maximè ut potionem conficiat, deinde ut eam hauriat & bibat, item ut salutem consequatur, demum ut benè ac delectabiliter uitam uiuat, inter hos fines nullus est homine præstantior, neque unus finis alteri præstat; Nam non est dignius herbas colligere, quàm decoquere, & potionem facere. Præterea quia Pastores, principes, Ministri, summus Pontifex, dona Sancti Spiritus, & Angeli sunt in ædificationem & utilitatem ecclesiæ, plebis, & subiectorum, idcirco regula in illis non admittitur. Amplius uim non retinet in iis quæ sunt inuicem & mutuò causæ, neque ubi finis est terminus actionis & operæ; Tantum itaque recipienda est ab omnibus, cum illud propter quod alia fiunt, habet rationem finis præcipui seu ultimi, qui à sapientibus dicitur finis gratia cuius. Et sub hac significatione, ea regula usus fuit Thomas Waldensis. Nam ecclesia est propter canonicas scripturas, ea ratione, ut pro ueris suscipiantur; utque eas esse canonicas credatur. Similiter canonicæ scripturæ sunt causa ut ecclesia cognoscat ueritates catholicas, reuelatas à Spiritu sancto in se, uel suo antecedente, pertinentes ad religionem. In se quidem, ut ueritates sacri canonis bibliorum; in suo antecedente, quales sunt bibliorum sententiæ in illatione necessaria deductæ; ut illa; Christus est homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Et similes, quæ sub ea uerborum forma in bibliis non explicantur; pertinentes uerò ad religionem, ut traditiones apostolicæ, quas Patres commendauerunt nobis, siue per sermonem, ut dicebat Apostolus, siue per epistolam. Item ueritates in iis quę sunt *2 Thess.2.* fidei & bonorum morum in generalibus, ut inquit is Auctor, conciliis, & à Romanis Pontificibus determinatas.

Putabit quis forsan has elucidationes uel Carmelitæ nostro aduersari, uel ab re scriptas fuis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

se. Sed neutrum horum hìc accidisse scitum uelim. Et primò, Waldensis ea fuit usus regula Regu.
ad tollendum supercilium eorum, qui absolutè, & omni ex parte superponere præsumpsissent ec
clesiæ uniuersalis auctoritatem, scripturarum canonicarum superexcellenti dignitati, æquè ac
essent ancillæ, pedissequæ, penitus obscuræ, spiritu sancto destitutæ, omni consolatione, & uita
spiritali carentes. At pro ueritate firmanda mihi succurrit non esse inusitatum, asserere, idem diuersis rationibus habere uim superioris, & inferioris: Christus enim fuit
minister & magister, filius Dauid, & Dominus, summus Pontifex est, ecclesię caput,
& membrum, dominus & seruus. Similiter Ecclesia uniuersalis, est maioris & minoris
auctoritatis si sub diuersis rationibus ad scripturam conferatur; Etenim si consideretur
Ecclesia quo ad auctoritatem, quam habet approbandi, declarandi, & interpretandi ip-
sas scripturas canonicas, profectò maior dici potest, & est. Scripturæ enim sanctæ nullam ha-
bent in ecclesia Christi uirtutem, nisi ab eadem primò probentur, & pro ueris declarentur, ut
bene D. August. dicit. Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ catholicæ me commoueret au-
ctoritas. Si enim scripturarum libris, & ueritati in sanctorum codicibus exaratæ, ecclesiæ ca-
tholicæ auctoritas non accessisset, nemo ad eam susciendam, fidem illi præstandam, at-
que captiuandum intellectum in illius obsequium fuisset impellendus aut constringendus;
eo quod ratione qua ecclesia est obiectum necessarium fidei Christianæ, efficit testimonium
de Christo abundanter, habet ueram fidem de Deo, uera sacramenta; est legislatio scriptu-
ræ canonicæ; testimonium infallibile, & euacuari non potest; immo eius munitissimo clypeo, certa ratione, firmaque auctoritate canonica defenduntur; qui ei cohærent conquie-
scunt in ueritate scripturarum; non ambigunt scripta primò in cordibus hominum cæli-
tus fuisse instincta, sanctos Dei homines, spiritus sancti uirtute, fuisse locutos; & quæ no-
bis scriptis reliquerunt, ab eodem spiritu sancto effluxisse. Ita nanque suadente & af-
firmante uniuersali ecclesia, ipsi cocua, & eius latori Christo, sicut sponso suo, & corpus capiti,
omni temporis & naturæ mora ueritates receptæ & cognitæ fuerunt. Deinde hæc nostra san-
cta & uniuersalis ecclesia (quæ est eadem cum priore) suę modernæ potestatis præconio gau-
dens, scripturas sanctas chartis conscriptas, spiritu sancto fœcunda, suæ maiestatis imperio, ad
posteros eos transmisit; à qua illæ uim habent testimonij certissimi & inuariabilis, sub pœna
perfidiæ amplexandæ.

Si uerò consideretur ecclesia ut se subiecit ipsi scripturæ eam tamquàm Dei uerbum,
testimoniumque eius fidele agnoscens, proutque rationem habet regulæ dirigentis, &
moderantis, quam (ut D. August. asserit) posuit in sublimi sede, cui seruire debet omnis
pius intellectus, hac ratione est scriptura inferior. Potest præterea collatio fieri scripturæ, cum
Ecclesia ea ratione, qua ambæ à spiritu sancto procedunt, & reguntur, cuius uirtute neutra erra-
re permittitur, mutuoque se defendunt, & ita eiusdem (parisque sunt auctoritatis ac potestatis.
Ecclesia enim (ut doctissimè declarat Illustriss. Card. Varmien. accipit auctoritatem à scriptura,
quatenus testificatur quòd suggerit illi spiritus sanctus, quòd docet illam omnem ueritatem
quòd illam nunquàm destituet, quòdque inferorum portæ non prævalebunt aduersus eam.
Scriptura contra fortitur auctoritatem ab Ecclesia, quatenus hæc omnibus declarat, hanc, & nõ
aliam esse scripturam sacram, & (ut optimè allegorizauit. B. Thomas) instar mulieris Samaritanę
testimonium illi reddit sacrosancta ecclesia. Quare cum Doctor noster asserit scripturam eccle-
sia superiorem esse, sub eo sensu intellexit, quatenus scilicet ab ipsamet ecclesia pro expresso Dei
uerbo recipitur, quam posuit in sublimi sede, & cui seruire ac obedire decreuit tamquam legi
Dei, & eius præcepto. Ea insuper utitur ueluti gladio ancipiti pro destruendis conuellendisque
hæresibus, quapropter nulla ratione uidetur esse dicendum Thomam nostrum Waldensem di-
gnitati ecclesiæ derogasse, quum ad mentem. s. Doctorũ id asserat. Nam non de Ecclesia simpli-
ter loquitur ac disserit, sed de nostra, post approbationem ipsius scripturæ. Perpendantur uerba
eius in initio. 21. capitis, quæ quidem sunt. Sufficiat ergo uniuersali ecclesiæ pro præconio po-
testatis suæ modernæ quòd olim hoc fecerit. Vnde gloria potestatis eius quasi per cuiusdam ma
iestatis imperium uolaret ad posteros, &c. Quare potius extollit Ecclesię maiestatem quàm mi-
nuat, ac deiiciat: nec latum unguem à catholicorum sententia discedit.

Quæ scripta fuerunt de fine, non sunt inopportuna; cum ex illis, modus & sensus regulæ Di-
ui Augustini eluceat; neque ea hæretici conuincere ualebunt, summum Pontificem, ut Pontifex
est, ob id quod seruit ecclesiæ, illi subiectum & inferiorem esse; quia constitutus est Pontifex
pro ecclesia in utilitatem, non sub ratione ultimi finis. Eius enim finis est, fœlicitas cœlestis,
coniungens ipsum summæ felicitatis obiecto, ob ea quæ in obsequium ecclesiæ uniuersalis in-
tegrè

tegrè & sincerè operatur.

Quispiam rogare posset; Cur Waldensis ea regula tam seuerè usus fuit? Certè ueri-
tatis Zelus intus animum exstimulans pro illa statuenda, quod est durissimum, ne dixerim 3. Reg. 18.
falsum, amplectitur. Nam Helias pro ueritate, falsos Prophetas interfecit. Iesus Dei Ioan. 2.
filius contexuit flagellum de funiculis, dum pertinaces Iudæos alloqueretur; modo ab-
strusas parabolas, modo ancipites sententias, nè intelligerent, depromebat. Permisit
Deus spiritum mendacem in ore Prophetarum Acab mendacia proferre, ut deciperetur.
Diuus Augustinus subtiliter disputans de gratia cum Pelagio, quædam eructabat, qui- 3. Reg. 22.
bus uidebatur euertere hominis libertatem & merita. Qui aliis in locis doctè & catholicè utra-
que docuit, & stabiliuit. Exemplum ex moralibus Aristotelis excipitur, quo curuam, obliquam,
flexamque uirgam, rectam efficere possumus, si, ut dicit, eius apicem ad alterius uirgæ pe dem &
calcem curuauerimus, eo fine ut sistat in medio.

Hac igitur regula nixus fuit Thomas noster, ut incautos ac superciliosos, qui omnibus
facile abutuntur, & sibi adulantur impensius, reprimeret; qui in fine huius capitis, dum
canonicas scripturas omnibus doctorum sententiis & libris antecellere declarauit, respi-
ciens hæreticorum affrenem licentiam & petulantiam, docuit cohiberi ecclesiæ auctoritate
& iudicio, dicens. Timenda est ergo (inquit) in talibus auctoritas & clara fama dicen-
tis, sed magis timendus est talium uirorum unus & firmus consensus, quia si is causa fidei
est, causa resistentis est perfidia; Si non sic, adhuc est contumacia utrobique si defensetur;
quia intra ecclesiam causa uentilata est, hæretica pertinacia iudicatur. Ex his non solum quę
primò obiecit eluuntur, immo & tertium obiectum cedere conatur, quia constat prona fi-
de ita obsequendum esse præsenti Ecclesiæ uniuersali, sicut antiquæ. Hac enim distin-
ctione præmissa, certi reddimur, Si Patrum unus & firmus est consensus, & est causa
fidei, causam resistentis esse perfidiam. Si ea non est causa, utrobique est contuma-
cia. Si intra ecclesiam causa uentilata est, & defensatur, iudicari hæreticam pertina-
ciam. Igitur hæc uniuersalis ecclesia est symbolica sicut prior, quia sub pœna perfidiæ
ei est obtemperandum; cui non adimimus adimenda, neque adscribimus quæ non decent.
Certè sancta Mater ueritatis ecclesia, præco legis, testis, habet testimonium fidele de Chri-
sto, Euangelium ostendit, sine cuius auctoritate nec Euangelio crederemus. Quare
concludit Waldensis, Si non audissemus ecclesiam Patrum, sponsi uerba loquentem, non
sciremus hoc esse Euangelium Matthæi sanum & sanctum, alterum Thomæ reprobum &
prophanum. Nec licet Christum adire contempta ecclesia; nec quempiam dirigere ad
scripturas, sine medio sanctorum Patrum. Quia & si Christus, & Euangelium eius rectè
loquatur, uult tamen ecclesia testimonium habere sanctorum, sine quibus nec ipsi Christo,
nec scripturis eius ecclesia ullatenus credidisset. Nec quis poterit suadere cuiquàm per
scripturas, nisi auctoritas subueniat ecclesię dicentis illas esse credendas. Num hæc aucto-
ritas non est præstans, excellens, & maximè dignitatis? Quid ergo senserit Waldensis de aucto
ritate scripturarum, & uniuersalis ecclesię, & quàm prona fide illi sit obediendum, quoy è sine
regula patris Augustini se fulcierit, luculentis simè latis simeque ex deductis liquet, & claret.

Non est hic conflictus auctoritatis ecclesiæ cum ecclesia, non ecclesiæ cum canonicis scriptu
ris, at magis ex repugnantia eorum, qui arroganter exprobrabant counitam ecclesiæ uniuersalis
& scripturarum auctoritatem quam simul gestãt, ac ferè diuinorum eloquiorum dignitati aude
bant obstrepere; discrimen (ut sic loquar) maioritatis est in ordine & officio; una enim aliam
ostendit, statuit, declarat, firmat, comprehendit, nec una alterius uim & naturam mutat, mi-
nuit, sed utraque impolluta manet; sique illis suum auctorem, fontem uitæ, perpetuum Spiri-
tus afflatum, gratias, ornamenta cælestia adiunxerimus, uel adiuncta non discreuerimus, ni-
mirum etsi earum diuersæ sint actiones, auctoritatem æquam, imò unam perfectam, sinceram,
integram esse comprehendemus; nec est imminutio dignitatis, scripturarum ab ecclesia osten-
sio: nec maiestatem ecclesiæ dehonestat, seu confundit scriptura eam docens; at quem admo-
dum uerbi in uterum uirginis ingressus non minuit potestatem, nec corpore ligno crucis affixo
eius spiritus polluitur; Ita sapientiæ Spiritus in uterum ecclesiæ ingressus & in ea uersans, cæle
stem retinet dignitem, ecclesiam ei consortem amplam effecit, munitissimam constituit, quò
portæ inferi ei nequeant prævalere.

Hactenus dicta, itelligẽtiã auctoris uerã aperiũt, nũc uerò sñias aliq̃s ex ipso Auctore paccipere oportet i uicẽ p̃sationis, ad sibi obiectorũ dilutionẽ; quorũ q̃ta sit uis, q̃ miserè ciusmodi ob iecta ꝓcellãt aĩum, ifestẽt, & deijciãt mẽtis trãqllitatẽ, atq; i coluuiẽ ifamię imergãt, ab oĩb. facile

expendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

expendi potest. Ea enim sunt in quæ Waldensem inducere studeant, uel inductum esse ostendunt, scilicet.

Aduersariorum obiectiones.

Auctoritatem concilij uniuersalis, superiorem esse ecclesiæ Romanæ.

Waldensem non bene sentire pro dignitate conciliorum, & definitionum sedis apostolicæ.

Tam prona fide non esse obediendum ecclesiæ præsenti, sicut ecclesiæ Christi Symbolicæ.

Si Thomas Waldensis in ista fuisset delapsus, expeditius erat laudabiliusque se in angulum, & malè olentem simum continuisse, quàm scribendo petere temeritatis & hæresis latebras, fœdissimosque recessus. Nimirum ea, sententiæ hæresis labem non effugiunt. Certè admodum dolendum esset, si acerrimus propugnator & hostis hæreticorum, in hæretica & hæresim olentia prorupisse conuinceretur. Absit ut nostra taciturnitas, huius accusationem non absoluat; & eò libentius eam operam subiuerim, quò accepi duas priores sententias nec in Auctoris mentem irrupisse, nec illas somniasse. Tertiam uerò concisè ac mutilatè annotatam.

Tomo 1. li. 2. art. 2. ca. 16. prope senten. Aug. cõtra epist. fundamenti.

Hæ accusationes quàm exiliter desumantur neminem latebit, si confessionem suæ fidei de ecclesia antea inscripsero. Docet ille, ut superius constitutum fuit, ecclesiam esse unam, in cuius corpore fides, spes, & charitas nectunt membra Christo capiti; membra inquam, diuersa officijs, non natura; quæ illis uinculis inuicem colligantur. Anima eius, est Spiritus sanctus; Lex Christi, cibus; omnes in ea existentes, ut dicebat Apostolus, sumus uno spiritu potati. Amictus concordiæ & societatis, approbatione communi, unitate doctrinæ, in omnibus quæ dicuntur uerbis, aut significantur sacramentis; primò formam tribuit ecclesiæ indiuiduam, unitate regulæ fidelibus communem, societatisque tantam potestatem, ut ea claudat sola & excludat; Patres exurgentibus per ecclesiam hæreticis, fidelibus signatam dederunt ecclesiam, cui adhærerent; eam expresserunt apostolicam, ne fideles in nominibus dubij remanerent. Amplius per baptismum & fidem ecclesiæ catholicæ, dat Deus remissionem peccatorum. Ad hanc ecclesiam quæ per totum mundum unam habet doctrinam apostolicam, quam Nicænum Concilium in Symbolum redegit, omnes fideles, intonante noua hæresi, debent habere recursum. Ob hanc sanam doctrinam, qua Apostoli & Patres totam induerunt ecclesiam, ob id tota ecclesia catholica & apostolica nominatur. Hæc de ecclesia uniuersali est Waldensis confessio: de ea quid senserit, exploratissimum habetur. Et Romanam ecclesiam eam esse* credidit, quam describit beatus Gregorius in Regesto ut habetur d. 12. cap. Præceptis. Præceptis (inquit) apostolicis non dura superbia resistatur, sed quę per obedientiam à sancta Romana Ecclesia, & apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur.

1. Cor. 12.

Greg. To. 1. lib. 2. ar. 1. cap. 18.

** To. 1. lib. 2. ar. 1. cap. 18.*

Et infra si quis hę c apostolicę sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Anacletus Papa in decreto suo cap. 3. Hęc uerò sancta Romana & apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso domino Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut Beato Petro Apostolo ipse dixit; Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Vbi Auctor subiecit; Multomagis non à Constantino, nec à præsulibus illius temporis est instituta ditio apostolica, sed nec ab ipsis Apostolis, sed à solo Christo. Addit adhuc: Ecclesia Symbolica, ideſt, quam tenemur in dubiis credere, sub pœna perfidię. Addit præterea, ecclesiam sic dictam communiter, ratione unius fidelis, & indubitantis testimonij, ratione qua est una professione & fide, unicum de fide cunctis gentibus reddens testimonium. Et dicebat Romanus Pontifex Anacletus, Apostolica sedes est, caput & cardo, ut factum est à domino, & non ab alio est constituta. Illic Auctor post sententiam Bedæ, dicit. Ratione ergo qua ecclesia est obiectum necessarium fidei Christianę, sic facit testimonium abundanter de Christo, cuilibet eam uel secundum eam credenti. Et infra. Ad hoc non modicum facit, q̃ Apostoli & primęui credentes sicut nunc fideles, ita tunc dixerunt se testes Christi. Hoc autem testimonium ineffabile est, & euacuari non potest.

Matth. 16

Super Cantica lib. 5. Probatur hoc dictum de ecclesia, ut est obiectum necessariũ, quia immen. 2a.

Nunc, rogo, si bene sentiat de ecclesia Romana uniuersali, superius descripta suscipiens, scribens, inuulgans, & toto pectore omnibus exponens eam esse, quę non ab Apostolis, sed à Christo primatum obtinuit, cuius sedes est caput & cardo, apostolica item à solo Christo, Symbolica, obiectum necessarium fidei christianę, fidele testimonium Dei habens in se, & quòd primæui credentes, sicut nunc fideles, ita tunc dixerunt se testes Christi per scripturas,

Profectò

Profectò ex his colligo Waldensem tota animi propensione ab Ecclesia Romana pendere, eam uenerari, admirari, ac fateri ipsam ecclesiam Romanam superiorem esse conciliis uniuersalibus; ei prona & æqua fide esse obediendum sicut priori ecclesiæ, tam pro dignitate conciliorum, quàm definitionum sedis apostolicæ.

Video qui obiecta oculis subiecit, concupiscere extricari, cum ab eius dictis fuerint excerpta. Habet Auctor; Respondeamus ergo, & dicamus latitudinem Christianæ credentiæ sic esse dispositam, ut primam fidem tribuamus scripturis canonicis. Secundam sub ista, definitionibus & consuetudinibus ecclesiæ catholicæ, iuxta illum articulum in symbolo, Credo unam sanctam ecclesiam catholicam & apostolicam. Post istas habent Christiani credere, non quidem sub pœna perfidiæ, sed proteruiæ & crassæ contumaciæ, studiosis uiris, & amatoribus ueritatis. Item ipse Waldensis; Videtis (inquit) sequendam esse in ecclesia catholica gradatim auctoritatem multiplicem doctorum, scilicet catholicorum omnium, Antistitum sanctorum magis, ecclesiarum apostolicarum potius, & ex eis amplius Romanæ Ecclesiæ, & abundantius his omnibus auctoritatem concilij generalis. Nec tamen iam dictę ita obediendum censeo, & tam prona fide, sicut primæ fidei scripturæ, uel Ecclesiæ Christi symbolicæ, sed sicut institutionibus seniorum, & monitionibus paternæ. Et inferius, post senten. Augustin. contra Donatistas; Tanti ergo ualet auctoritas Ecclesiæ iam præsentis, ut singulis in ea ordinatè iubentibus, obediri debeat à subiectis plus uel minus, secundum superius & inferius sub pœna contumaciæ.

To. 1. libr. 2. artic. 2. cap. 23. pœnes finem.

cap. 27.

libro. 2. de bap. cap. 27

Tanti insuper est auctoritas scripturarum, tanti post eam auctoritas unius catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, definitio scilicet, sanctorum Patrum documentum, concors ab Apostolorum temporibus, usque ad hæc tempora nostra, ut ipsis obtemperare oporteat sub pœna perfidiæ. Hoc idem uidetur amplecti ille Auctor cum inquit; Posset forsan alicuius unius sapientis esse suspitio, unius episcopi, alicuius cleri, siue synodi episcopalis, siue decreti communis in Romana ecclesia, immo forsan & generalis concilij Patrum orbis, quia nulla harum (ut inquit) est ecclesia catholica, symbolica, nec uindicat sibi fidem dari sub pœna perfidiæ. Si uerò non statim obediuerit, sicut filius proteruiæ sine omni scrupulo damnatur à singulis. Hæc ille.

capitu. 19. post initio. D. Aug. de util. credendi, in fine libri.

Re uera quæ adducta fuerunt, uidentur satis perspicua in fauorem opponentis. Quæ tamen Auctori minime oggannire, neque eius doctrinæ referre dissidium, pateſaciam. Peropto confessionis suæ fidei de ecclesia Romana testimonium descriptum, Anacleti & Gregorij auctoritatibus suffultum, minime quempiam obliuisci.

Deinde, ut subtiliter omnia resecentur, conuenimus & conuocamus omnes doctrinarum interpretes, quibus proponitur ea sententia, nempe, Proloquia communia & uniuersalia frequenter multiuoca esse, ut non possint definiri seu ad finem duci, neque diffiniri, id est, hoc ab illo finiendo aut partiendo enucleari, neque planè intelligere uel reddere rationem, nisi prius ad signata deduxerimus. Immo ob eorum uarios sensus, tametsi pro communibus habeantur notionibus, firma ratione negari possunt. Exempli causa; Si quis proferat;

Omne totum est maius sua parte; illudquè dictum restrinxerit ad quantitatis partes integrantes tam continuę quàm numeralis, ab ea non licebit intelligentiam deflectere. Quæ tamen ueritati aduersabitur, si ad totum uirtutis & potestatis uel latius fuerit coaptatum. Sicut falsò & ignoranter eo principio fuerunt usi hæretici, ad probandum summum Pontificem, ut Pontifex est, ecclesiæ inferiorem esse.

Item cum dicitur; Omne continuum per ablationem partium consumitur; De partibus sub ratione quantitatis ueritati concordat. Quæ falsa erit de partibus sub ratione proportionis.

Item; Motus est actus entis in potentia; Si ad rem obiectam & medium conferatur, suam firmitatem habet. Sed relata ad intentionem agentis, declinat à ueritate.

Non desunt innumeræ in sacris eloquiis amphibologię & tropi, quibus si non accederent elucidationes, uel deperirent, uel pereundi occasiones forent, uel perinde ac inutiles posthabentur. Et ne id uoluntariè dictum quis existimet, legat August. 3. de doctrina Christiana de figuratis locutionibus.

August. To. 3.

Inspiciat Paulum Apostolum, pronuntiantem illam sententiam; Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum: Si peccati significationem ab hostia pro peccato

1. Corin. 5.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non seiungeret, quis non caderet in laqueum ?

Quis, duobus gladiis Christo ostensis, eius responsum cum dixit, satis est, intelligeret, Si non separauerit gladios ferreos à spirituali munimine ? aut gladium belli à gladio concilij ? Vel si eius sententiam pro duobus gladiis, non torserit ad legis significationem, ubi est æquitatis eruditio; & ad euangelij meditationem, vbi est bonitatis perfectio ?

Quis tuebitur illam sententiam; Omnis qui gladio percusserit, gladio cadet; Si cum Diuo Thoma Aquinate triplicem gladium esse non intellexerit ? Nam unus est, de quo psal. Gladium cuaginauerunt peccatores. Est gladius diuinæ sentẽtiæ, vt gladius uersatilis. Est etiam gladius uerbi Dei. Vt ergo plana & aperta sit sententia, opus est de gladio verbi Dei, aut eius diuinæ sententiæ, explicare, alioquin sententiæ falsum suberit. Plures enim homicidas, aut aliud accidens aut casus absumpsit.

Psal.36. Gen.3. Ephe.6.

Si hæc dicta & asserta tam priora, quæ ferè cadunt sub oculos, & posteriora, quæ spiritus sanctus instinxit, elucidationibus non aperirentur, caliginẽ nostris mẽtibus obducerent, & effunderẽt. Cur nõ magis nos obtenebrarent huius admodũ catholici atq; doctissimi Waldensis proposita, si modis & prescriptionibus intra limites veritatis catholicæ nõ continerentur? At quid falsitatis aut veritatis habeant, attendamus. Vtque omnis rixandi, garriendi, controuertendique tollatur occasio, pro veritate tuenda partitiones seu distinctiones eiusdem Auctoris subiiciam, atque sententias.

cap.25.

Et primò de ecclesia Romana duplex est sermo, vel vt est vna ex ecclesiis, quæ Apostolos suscepit, audiuit, epistolas accepit, apostolicas sedes accipere meruit, vel, vt definiuit Anacletus Papa, ea est, quæ à domino Saluatore nostro primatum obtinuit. Huius partitionis primum membrum habemus cap. 24. sub illis uerbis; Maior enim auctoritas in quibusdam fidei dubiis residet apud illos Antistes & eorum ecclesias quæ Apostolos susciperẽ, aut epistolas eorum meruerunt, quales sunt Romana, Hierosolimitana, Ephesina, Alexandrina, Thessalonica, Cretensis, & consimiles. Alterum verò docet cap. 18. Anacleti Papæ testimonio. Dum ergo obijcitur Walden. quod auctoritatem cõcilij generalis præposuit auctoritati Romanæ ecclesiæ, certum esse Romanam ecclesiam particularem, cui Petrus & Paulus veritatem fidei annunciauerunt; & non eam quæ à Christo solo primatum obtinuit. Ex hac doctrina contrarium illatæ obiectionis emergit: hoc inquam, quòd concilij generalis auctoritas, auctoritate præstat Romanæ ecclesiæ particulari, & non vniuersali: quo fit, ut nullæ puncturæ diuulcerent hunc Carmelitam.

Nota.

Non est difficile cuiusque scripturas deprauari, cum in alium sensum quàm proprium transferuntur; & magis si necessaria ab eis tollantur, uel committantur silentio. Sic videtur contigisse in annotationibus contra Waldensem. Nam eius declarationes ualde necessariæ, omissæ fuerunt, ex quibus luculenter traditur, multiplicem esse auctoritatis comparationem; scilicet, inter canonicas scripturas, & scripta doctorum ecclesiæ catholicæ; inter canonicas scripturas, & libros seu tractatus conciliorum. In eiusmodi comparationibus, segregando vnum ab alio, scripta doctorum, & tractatus seu definitiones conciliorum, eloquiis diuinis subiiciuntur, sicut testimonium veritati; testis iudici; Regi præco; edictum & promulgatio, sententiæ seu definitioni. Vnde Augustinus ad Aurelium de Triniprologo 3. Noli (inquit) meis literis quasi canonicis inseruire. Idem contra Faust. libr. 11. Excellentia canonicæ veritatis tam noui quàm veteris testamenti Apostolorum confirmata temporibus, per successiones episcoporum & propagationes ecclesiarum, tanquam in sede sublimiter cõstituta est, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus. Ecquid mirum, si Christus omnibus præcellit, scriptura diuina Apostolis? Ipsi in Christo loquebantur, & id quod oculis suis uiderunt, & facti ministri sermonis eius, dispensatores mysteriorum, demonstrati à Christo, annunciatores fidei, cum dixit, Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et alibi; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij & Spiritus sancti; docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui uobis. In eodem cap. 24. docet duplicem esse auctoritatem, ut supra annotauimus, unam fontalem, alteram translatam. Christi, scripturarum, ecclesiæ Apostolorum est fontalis auctoritas, nostra deriuata.

Augustin. To.3. & lib.d. 9.c. Noli meis. Augustin. To.6. Vide Auctor. To. 1. li.2. art.2. cap 18. ex Dydimo in lib. de spiritu sancto. Mar.16. Matt. 28. capitu. 21. eiusdem To mi. cap.21. post medium.

Amplius dicit; Duplex est auctoritas, una altissima, altera excellens. Diuinarum scripturarũ auctoritas est altissima, auctoritas uerò ecclesiæ est excellens. Altissima habet rationem regulæ & dirigentis: excellens uersatur in rebus fidei gerendis & definiendis.

Maiorem igitur & minorem auctoritatem confert Thomas Waldensis inter libros doctorũ ecclesiæ,

ecclesiæ, & canonicas scripturas, inter easdem, & tractatus conciliorum, ut considerentur libri doctorum & tractatus conciliorum, quemadmodum inquit Auctor, seorsum à scripturarum libris. Nimirum his comparationibus prima auctoritas est maior, altera minor.

Item dicitur maior auctoritas quò ad suam substantiam, uel in acceptatione credentium. Auctoritas quò ad suam substantiam, non crescit in ulla ecclesia nisi his modis quibus supra, sed pernes accedentia. Hæc Walden.

To. 1. li. 2. art. 2. capit. 26.

Ecclesiæ uniuersalis nostri temporis, quæ est una cum antiquiori ecclesia uniuersali auctoritas, aut uersatur in causa fidei, & intra ecclesiam iam causa uentilata est, uel uersatur in definitionibus & sententiis Patrum: prima acceptione, firma, plena, & æqua est auctoritas ecclesiæ uniuersalis quæ manauit ad nos, quæ erat in ecclesia per seriem Apostolorum & Patrum, & obligat sicut illa, ad pœnam perfidiæ.

Auctoris uerba hic replicare, non erit absonum; Timenda est ergo, inquit, in talibus auctoritas, & clara fama dicentis; sed magis timendus est talium uirorum unus & firmus cõsensus, quia si in causa fidei, causa resistentis est perfidia si defensetur, et iam intra ecclesiam causa uentilata est, hæretica pertinacia iudicatur. si non sic, adhuc est contumacia.

cap. 21. penes finem.

Hæc rursus adduxi ad interpretanda illa Auctoris uerba cap. 27. post uerba Diui August. contra Donatistas quoniam illis maximè nititur opponens. Waldensis nanque dixit: Non est obediendũ tam prona fide auctoritati cõcilij generalis, sicut primæ fidei scripturæ uel ecclesię Christi symbolicæ, sed sicut institutionibus seniorum, & monitioni paternæ. & parum inferius; Tanti ergo ualet auctoritas ecclesiæ iam præsentis, ut singulis in ea ordinatè iubentibus obediri debeat à subiectis plus uel minus, secundum superius & inferius sub pœna contumacię. Horũ uerborum sensus est, ut superius dictum fuit, dum ecclesia præsens non est in causa fidei, dum causa intra ecclesiam non est uentilata, ubi non adest firmus Patrum consensus, & dum libri doctorum, & tractatus, conciliorum seorsum considerantur à scripturarum libris. In his casibus, extra causam fidei & morum ad eam spectantium, locum habet contumacia ecclesiæ in proteruiã perfidorum hæreticorum. Decuisset opponentem animaduertere interdum sermonem haberi de uiris studiosis & fidei amatoribus. Nunquid isti sunt ecclesia uniuersalis? Nunquid habent auctoritatem iurisdictionis? Qui hoc fateretur, hæresim Waldensium subiuisset. Num hos Thomas noster plurimi æstimauit, dum pœnam proteruiæ non credentibus adiecit ?

Lib. 1. et 2.

Audi quid de institutis Patrum decernat Augustinus in epistola ad Casulanum presbiterum: In ijs rebus, inquit, in quibus nihil certi constituit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt; & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Hæc ille. Ergo si ubi nihil certi constituit diuina scriptura, contemptores consuetudinum ecclesiasticarum, & qui deuiant à more populi Dei & institutis maiorum sunt coercendi sicut præuaricatores legum diuinarũ, illic est pœna perfidiæ. Pœna autem proteruiæ, uel crassæ contumaciæ Auctor præscribit non credentibus, studiosis uiris, & amatoribus ueritatis.

Augustin. To.2.

Nemini cæcutire permittitur in rebus quæ ueritati, & fidei integritati faciunt negocium. Nemo etiam est tam sibi hostis, qui in contrarijs remorari uelit. Idcirco si ecclesiam uniuersalem, ratione qua est obiectum necessarium fidei Christianæ nobis præstituerimus, non poterit quis negare eius testimonium uerum esse, & ineffabile, quod euacuari non potest, atque obligat ad assentiendum sub pœna perfidiæ. Et quia est obiectum fidei necessarium, ideo est ueritas pratica cognoscendi, circa quam omnis fidei operatio uersatur, dat omnibus speciem & formam, ducit actiones in finem, & in media ad finem. Eius auctoritas nunquam crescit in se, sed, ut dictum est, in acceptatione credentium auditorum; pro cuius inuenienda ueritate ac ferenda illius definitione, paucorum & Patrum est munus, multorum uerò est consentire, ut res inuenta robur habeat. Vnde Apostolus; Tu autem fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me, per plures testes, commenda fidelibus. Et, ut summatim hæc omnia absoluam, definit Thomas noster ex Cassiodori sententia, in fauorem huius Auctoritatis excellentis, Regulam Patrum concordem, esse metrum & mensuram omnium tractandorum, ipsamque fidem catholicam, esse uerborum Christi indubitatum interpretem. Cuius auctoritate, nulla maior, nisi quadam accidentaria accessione, penes distinctiones superius scriptas, quarum est habenda ratio, & illis Thomas Walden. ab omnibus tricis euellitur & liberatur.

2. Timo. 2.

Quare ex deductis interpretationibus rationibus distinctionibus & cõfessione fidei Thomę Waldensis, impostura sublata fuerunt; & definitum fuit, quibus casibus est æqua auctoritas

nostræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtræ eccleſiæ,uniuerſalis,eccleſiæ antecedentium patrum, & non æqua, & cum eſt maior & minor,& dum ei credendum eſt ſub pœna perfidiæ,& interdum ſub pœna contumaciæ.Quid ſi porrectiſsimo fui uſus ſermone? Quid ſi prolixitate legentibus futurus ſum tędio? Certè ſcholiorum limites ſum egreſſus.In copiam uerborum me inuexerunt obiecta, quæ & ſi à catholico facilè obteri poſſint,tamen quia maxima opprobria,conuicia, turpia ac moleſta Thomæ Waldenſi propinauerãt,potiſsimum, ut is qui pro fide catholica ſapienter & catholicè hæreticos in uaſit,compreſſit,& penitus dehoneſtauit,ab eorum calamo & uinculis extorqueretur, conieci, veritatis zelo & in ſanctam matrem apoſtolicam, catholicam, ſymbolicam eccleſiam propenſa uoluntate;hos literatiſsimos atque doctiſsimos, ſimulque omni obſeruantia dignos ea annotaſſe, quibus omne obſequium pollicemur.Scio eos non ęgre laturos,ſi huius cauſam ſuſceperim; credidi ſiquidem patrocinio viri præſtantis & admodum catholici indulſiſſe. Nam ubi alicuius fidelis animus conſpurcari contingit,& condemnari,ſi factis eſt opitulandum,nè fœda ſubeat, magis uerborum congerie in fidei ueritatem uti licebit. Et quia immunis, maximè lætamur Carmelitæ omnes,pallium album notis non inſperſiſſe, & quæ deprompſit, catholica doctrina communiuiſſe.Reliqua perſequi oportet.

Si fuſius quis voluerit agnoſcere quàm magni faciat & extollat Thomas Waldenſis Sanctiſſimi D.Papæ, concilij generalis & definitionum eccleſiæ uniuerſalis dignitatem & poteſtatem, præter ea quæ adduximus,legat huius Auctoris mirabilem, catholicam & diuinam ſapientiam. Tomo.1.lib.2.art.3.à capite.32. uſque ad caput. 54. Nunquam Cygnus ſuo cantu quempiam allectauit,ſicut huius doctrina,animos mira delectatione affecit.

De poteſtate condendi nouos articulos fidei.

Tom.1.lib. 2.artic.2. cap.22.

REueren. Pater & prælarus Theologus Dominicus à Soto, in relatione ſuper canonẽ, annotauit Thomam Waldenſem aſſerere, quòd licet eccleſia potuit antea condere nouos articulos fidei, tamen in præſenti non poteſt, quia iam adulta eſt, & peruenit ad ætatem perfectam.Quem ità redarguit;Cur ſi antea,impellenti neceſsitate hæreticorum, in eccleſia fuerunt inſtituti, ſicut articulus de conſubſtantialitate filii, atque de pluribus alijs, nunc alijs inſurgentibus hæreticis, nouos articulos præſens eccleſia condere nequiret?

Huic quæſtioni faciam ſatis,poſtea de canonicis libris & non canonicis repellendis, dilucidationes adijciam.

Ad huius difficultatis,radicem ſuccidendam,is Auctor in principio illius capitis, aſſeuerat eccleſiam nunc ita potentem eſſe,ſicut olim,tametſi non datur creſcere ut olim. ea nanque radice fulciebatur opponens,ut ramus inde inæqualis poteſtatis educeretur.

2.2.quæſt. 1.art.7.

Huc decet referre ſententiam Diui Thomæ,cuius definitio ea fuit; Quantum ad ſubſtãtiam articulorum fidei,nullum factum eſt eorum augmentum temporũ ſucceſsione. Quantum uerò ad explicationem,creuit numerus articulorum. Ab huius ſancti doctoris iudicio, Thomas Waldenſis nec tantillum abhorruit.

Ab utriſque inſtruimur ſeiungendam eſſe declarationem à noua inſtitutione. Hac diſcretione conſpicuum erit, poſt primos articulos fidei ob inſurgentes hæreſes, Patres eccleſię in concilio Nicæno,ſymbolum tantum confeciſſe,ex eo promulgaſſe,declaraſſe,explicaſſe, atque firmaſſe articulum de conſubſtantialitate filij.Diuus Athanaſius explicando articulos fidei, aliud ſcripſit ſymbolum,quod ſummi Pontificis & eccleſiæ auctoritate omnes catholici ſuſceperunt. Eorum nemo nouum articulum condidit,ſed antiquos articulos ſolummodo declararunt. Et ita datur adhuc,ſacris conciliis epiſcoporum & doctoribus,maximè denunciante ſede Romana, contra inſurgentes hereſes,fidem antiquam eſtodere,quaſi per ſeriem ſanctorum Patrum, uſque ad ipſos Apoſtolos fidei fundatores excurrat, non ſauciata, non læſa, indubiam tenens ueritatem ad omne dubium amputandum,auctoritatem habet grauiſsimam.

To.1.lib. 2.artic.2. cap.22.

In Epiſtola ſynodica Epheſini concilij. Auctor To 1.lib.2.art. 2.cap. 24. Aufl. cap. 23.

Præterea teſte Cirillo Carmelita alloquente Neſtorium,Pater ille ſanctus eum communefacit ut recipiat fidem rectam,eccleſiis per beatiſsimos Apoſtolos & Euangeliſtas ab initio traditam.Ecce non præſumpſit ſynodus nouum articulum inſtituere, ſed remiſit Neſtorium ad fidem Apoſtolorum, qui miniſtri erant & teſtes Chriſti uiſibiles.

Declarauit item eccleſia,tres perſonas dici Deum, eſſe vnam eſſentiam, patrem ingenitum, filiumque Homouſion,ſeu conſubſtantialem, vt in eodem ſymbolo Niceno ſanctè & glorioſè canitur in catholica eccleſia.Quæ veriſsima erant,ſed in ſcripturis explicitè nõ definita. Liquet ex his

ex his,& ex Diuo Thoma,falſum eſſe, poſt articulos fidei, unquam eccleſiam catholicam nouum articulum fidei edidiſſe, ſed declarationes & explicationes. Quas declarationes & ſymbola, ſacris datur fieri conciliis, denunciante ſede Romana, contra exſtimulantes hereſes rurſus edere & inſtituere, ut dictum fuit. Nec ſecus fieri deceret, quia ſemper una eſt fides eccleſiæ, ijdemque ſunt articuli;& ſi aliquando circunſtantiæ ſint diſtinctæ, earum tamen uarietas in ueſte ſchiſma atque ſciſſuram non inducit,imò non arguit.

Aufl. cap. 22.

Ratio Reueren. à Soto, eam uim continet: Potuit eccleſia, ob ingruentes hæreſes, condere nouum articulum;ergo noſtra,eadem urgente cauſa,idem poteſt.Si quod attendit, de ſymbolo & explicatione articulorum intellexit, illi omnino præbemus aſſenſum. Si nouum articulem quò ad ſubſtantiam articulorum fide inſpexit, ab eo prorſus abhorremus, & à beato Thoma ille abſcedit.

De libris Canonicis.

IAnc controuerſiam hucuſque diſtuli, ob id,quod gerit cum iſta ſimilitudinem. Eam Reueren.Pater Epiſcopus Canarien.in ſuis locis Theologicis excitauit, perinde ac Thomas Walden.dixerit,noſtri temporis uniuerſalem eccleſiam, auctoritatem non habere libros canonicos approbandi. Quòd ſi dixerit; eum ſubtilius intellexiſſe oportebat;ad eius rei apertam notitiam,dico eccleſiam præſentem,eam auctoritatem habere, & nõ habere;Is loquendi modus biceps,non eſt inuſitatus & nouus.Qui percunctaretur Philoſophũ an materia prima in ſe habeat omnes formas,ſtatim reſponderet,materiam primam habere omnes formas,& non habere;habere actu,ſed non in actu;uel habere poteſtate,non autem in actu: Eodem loquendi modo utebatur Apoſtolus;Abundantius(inquit)his omnibus laboraui. Non ego autem &c.Et alibi;Viuo autem,iam non ego. Si laborabat & uiuebat, quomodo non ipſe? Et Chriſtus omnium Magiſter dixit; Non habenti, auferetur quod habet. Si non habet, quomodo auferetur quod habet? Item,Mea doctrina,non eſt mea. Hos loquendi modos ſuſpiciés, eo loquendi genere uti, ſum auſus, ut pronunciarim eccleſiam uniuerſalem,eam auctoritatem habere, & non habere.

1.Corin.15. Gala.2. Matt. 13. Ioan.7.

Pro huius rei ueritate,definit Thomas Waldenſis,ſine auctoritate teſtificantis eccleſiæ non potuiſſe librum aliquem eſſe auctoritatis canonicæ;Igitur eccleſia eam habet, cum hanc ipſam auctoritatem,quæ olim fuit in eccleſia à priſcis,tunc exercuerit,libros canonicos probauerit,& qui libri recipiendi forent,determinauerit.Conducet maximè rimari Walden. uerba, dum inquit;Sufficiat ergo uniuerſali eccleſiæ pro præconio poteſtatis ſuæ modernæ, quòd olim hoc fecerit.Attende modernam eccleſiæ poteſtatem,olim hoc feciſſe.Et cap.21.in principio; Quod ſi olim id effecerit,& eſt æquè potens; Num eam auctoritatem nunc non habere eſt enunciandũ? Hunc nodum ex ſimilibus diſſolui liceat. Perſpicuum eſt,Deum in principio creaſſe cælum & terram, nunc non creat. Ab æterno genuit uerbum; ſpirauit item Spiritum Sanctum, & nunc æquè ac nouum non gignit,nec ſpirat. De Angelis,habetur ſua intelligentia & uoluntate antea produxiſſe;neque rurſus eos producit.Miſit filium ſuum, ut uerbum caro fieret, quod opus ineffabile rurſus non innouatur.Vtrum quia hæc & alia innumera, omnium rerum opifex Deus, ſua poteſtate genuit,ſpirauit,condidit,produxit,& effecit, poſtea ab eiuſmodi operationibus ceſſauit,aſſeuerandum eſt eandem poteſtatem modo non habere,aut quicquam ab eo ſubtractum, uel in eo aliquid diminutum,uel re ulla ſibi propria eſſe priuatum? Sileat ille Philoſophus, qui temerè deprompſit eo ſolo priuari Deum,ut facta,inſecta eſſe nequeat. Neſcius fuit ille priuationem non cadere,ubi non antecesſit habitus,ubi propenſio & aptitudo, quæ tempore debito non inſuit,quæ tamen ineſſe debebat. Nam Deus quæcunque uoluit fecit,eadem ultra non repetiturus.Iccirco Iob dicebat; Tibi ſemel loquitur Deus,ſecundo idipſum non repetet.Profectò eam poteſtatem quam exercuit,habet;ſed non habet,ut eam rurſus exerceat.Interrogemus Philoſophum,quid ſenſerit de uegetatiua in pueris,in quibus uim digerendi exerit, reficit deperditum,augmento intendit,donec pueri creuerint ad perfectum hominem. In ſenibus uerò nutrimento tantum intendit. Nunquid non eandem naturam, nihil penitus de illius ſubſtantia imminuto aut immutato,anima ſenis continet? Qui eiuſmodi operationum uarietatem in corpus & corporis membra conijciendam eſſe norunt, illius animæ nihil fuiſſe inſumptum affirmarent.Quod firmat Ariſtoteles,inquiens;Si oculus ſenis affigeretur organo & capiti iuuenis, ſicut iuuenis omnia intueretur. Hæc perſcrutanti & obſeruanti,non uidebitur abſurdum quemplam ſua poteſtate fuiſſe uſum, & eandem retinere, ulterius eius officio non perfunctum.

1.q. 21. ſub initium. cap.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuus etiam Thomas dicit; Quod conuenit uni in principio generationis, non oportet ut ei cõpetat in esse perfecto. Ita quoque Walden. auctoritatem canonicam circa eos libros, quos inter canonicos temporibus Apostolorum ecclesia uniuersalis enumerauit, eandem habere non respuit, quam non habere dixit eo usu, ut innouet, ut rursus instituat, quia iam fecit quod opus fuerat; non habet, eo sensu, ut ecclesiam adhuc non sit instructa, firmata, & perfecta. Porrò si quis obsisteret Machabeorum libros recenter fuisse enumeratos inter canonicos libros, is debet à suo cursu absistere, quia testantur beatus Augustinus, Damascenus, Innocentius Papa primus, Concilium Carthaginẽse tertium, inter canonicas scripturas eos libros collocari. Neque Diuus Hieronymus aduersatur, quia eos libros non reiecit à canone bibliorum; sed, inquit, Machabeorum libri, licet non habeantur in canone hæbræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum uoluminum annotantur historias. Neque sancta mater uniuersalis ecclesia canonem librorum præfinire non desiuisset, quia mos hæreticorum exstat utique scripturas sacras minuere. Et Tridentinum concilium, quod aliàs Patres ecclesiæ probauerunt, confirmauit. Hoc modo ecclesia habet potestatem, quia ueritatis regulam & concordem professionem à Patribus aliàs propositam & firmatam, in integrum conseruat; & quod olim hoc fecerit, suæ maiestatis gloria splendet & coruscat.

Habet, quia suæ auctoritatis imperio quod semel fecit, in posteros traducit, transfert, & pro canonicis haberi iam confirmata definit, & præcipit. Hoc munus quantum præstet & excellat, ex rerum ordine cognoscitur, dum plurium uirtutem quam Deus indidit & effecit, eandem uirtutem conseruat; Et, ut inquit Anselmus, uel efficit, uel factum subsistere impendit, ut quotannis experimur uim, quam segetibus seminibusque semel indidit; non recentem creat, sed innatam, perinde ac innouaret, præstat gignere similia. Habet eandem potestatem, non quia rursum faciat, sed ut semen inditum permaneat & germinet. Similiter ecclesia non habet, ut nouos ibrorum canones efficiat, sed quod effecit, sub pœna perfidiæ in alios diffundatur. Non facit, quia non decet rem actam agere. Non agit, quia indecens, incongruum, & inordinatum esset. Quare auctoritatem ecclesiæ inæqualem esse inferri non potest; neque illam non habere, aut ea priuatam esse, sed suo gaudere præconio, quòd olim id exercuerit; nunc amplius manifestatur, id est, fit manifestior; amplius permanet, id est fit perseuerantior; sicut de Regno Christi quòd oportet eum amplius manifestari. Ecclesiæ potestas fit in multis manifestior, dum quæ uera sunt fidei, attestatur confirmat, omnibus consulit, & consiliis eius fulciuntur omnes; est *Luc.24.* regula cuiusuis, & eius testimonium assumunt fideles. Id Christus effecit, cum interpre- *Act.7.* tabatur in omnibus scripturis quæ de illo erant, incipiens à Moyse. Eadem regula usus *Act.13.* fuit Stephanus, incipiens ab Abraham. Eandem fuit amplexus Paulus Apostolus, incipiens à populo qui fuerat in Aegypto, usque ad Ioannem. Hic scisciari uellem, si summus Pontifex & œcumenicum concilium, articulos & decreta Patrum de nouo non constituit, an inferioris sit potestatis eorum qui præcesserunt, & articulos fidei uel ædiderunt, uel explicarunt, & pro articulis fidei haberi præceperunt? Certè par est potestas quam habet, ob id quod olim ab ea, ut dicit Auctor, iam instituta fuerunt. Sed non habet, ut opus sit idem efficere. Auctoritas quippe collata fuit ecclesiæ Prælatis in ædificationem, non in destructionem, ut pro Christo legatione fungerentur, testes essent omnium, quæ ipse fecit; prædicarent populo, & testificarentur eum esse iudicem omnium. Non est qui præsumeret auctoritatem iurisdictionis uni fuisse commissam, ut subuerteret alius quæ prior instruxit, neque ut controuerterentur de ijs quæ fidei essentiam spectant atque concernunt, Immo summi Pontifices posteriores, ueritatis testimonio, concordi Patrum sententiæ ac fidei definitionibus, conciliis uniuersalibus legitimè coactis & coniunctis debent assentiri, fauere, & toto pectore inhærere. Nec deceret rursus quærere inuenta; citra iniuriam id fieri nequiret, dicente Imperatore Martiano, in epistola quam in fine Concilij Calcidonen. scribit; Iniuriam facit iudicio Reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita, renoluere, & publicè disputare contendit. Item ex Synodo Romana, præsidente sanctissimo Papa Simaco; Non est necesse super his noua condere, sed uetera recitare, atque confirmare. Suprema nanque potestas non est, ut quid solum actu decernatur, sed, cum opus fuerit, id exequi ualeat, sicut, dum opus fuerit, omnimodam habet potestatem ecclesia, utpote omnia dubia explicandi, aperiendi, ueritatem pronunciandi, decernendi, & sapienter, firmo, ac infallibili iudicio stabiliendi, cęteraque faciendi, quæ sancta sedes apostolica & Petrus, suique successores à Christo, sine ullo medio, obtinuerunt. Illa prior, usque ad hęc tempora; & presens, usque in sempiternum. Si his

omnibus

omnibus ornamentis dotata fuit ecclesia, sicut ea accepit in dotem, ius atque potestatem non tantum nomine, sed re sibi conscium. Neque illa potestas transferenda est ad prędicandi munus, ad scientiam, ad instruendi modum, quo solum docere possent, ecclesiæ fuerunt collata à Spiritu Sancto. Hoc calumniandi genus, ei simile est, quo pestilenter usus fuit pernicioſisimus Lutherus in illud euangelij, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Qui ore nephario & sacrilego sic interpretabatur, quorum remiseritis peccata, id est, quorum peccata remissa esse dixeritis, annunciaueritis & prædicaueritis, remissa. Sed quid hac interpretatione sedlioſius? Nimirum super tanto scelere, diabolus rubore coram suffunderetur. Ea certè usus fuit temeritate, quà omnes hæretici semper consueuerunt, ad omnẽ uim à Ministris & Antistitibus ecclesiæ dimouendam. Dicat quid uelit, & eius affectæ blaterent, ut lubet. Apostoli nanque iurisdictionem, uirtutem, potestatem, habuerunt spiritus sancti munere, definiendi, dubia extricandi, leges condendi, dimittendi peccata, eijciendi dęmonia, medendi infirmis, imò eos sanandi. Demum, ut finis principio connectatur, si superius dicta habuit in dotem ecclesia uniuersalis, & peculiariter potestatem canonicam, certè ius dotis suę plenè possidet, possidebit, & usque in finem potietur. Cuius usum circa libros canonicos exercuit eò dum ad perfectum ipsa deuenit. Habuit tunc ut faceret; quod non habet, ut rursus faciat. Ecclesia est æquè potens ut olim, & ei sufficit, ad suæ potestatis modernæ prędconium, semel effecisse. Sed, ut (inquit Waldensis) A mente non excidant illa uerba; nempe, ecclesiam esse æquè potentem ut olim, atque iam instituta, sufficere ad suę potestatis modernæ prædconium. *Ioan.20.*

De Pelagio hæretico.

RVeueren. Pater utique doctissimus Andreas Vega ab obseruantia minoritarũ, in quæst. 4. & 5. item lib. 7. super decretum de iustificatione cap. 7. Sigillatim in his locis, quin tuplicem errorem Thomæ Waldensi obiectat. Et primò, inquit.

Pelagius fuit catholicus, & sine causa damnatus, siquidem, ut opinatur Witeleff, solum negauit gratiam, quę est qualitas creata. *Walden. tit. 1. de sacramentalibus cap. 1. To. 3.*

Augustinus transisset delusus, & Pelagius absolutus.

Distinctionem meriti de congruo & condigno irridet Thomas Waldensis.

Negat opera meritorum, esse meritoria uitæ ęternæ de condigno. *libr. de sacra. titu. 1. cap. 7.*

Deum non inspicere quicquam in merito, præter eius gratiam & misericordiam. *Eodem lib. cap. 7.*

Non est opus multis obrepere, dum contentionis pericula ingruunt. Qui sibi uendicat aliorum dicta suo iudicio executere ac definire, ęquum foret ab eo causam dicentis expendi, nè difficultates, quæ passim obrepunt, uel arctius conglobentur, uel ignominia iniquè ulli adferatur. Prius enim interficitur anguis, quàm eius spiræ explicentur. Et quia in spirarum formam ab re traducuntur, conuoluuntur uerba huius Auctoris; illorum hæc sit protractio & extensio.

Magister Sententiarum existimauit gratiam seu charitatem qua meritoriè diligimus Deum & proximum, esse Spiritum Sanctum; quem licet doctores nõ sequantur, tamen ab ecclesia pro hæretico non habetur. Imò aliquis ut Ocham, eius sententiam ad sanam intelligentiam deducens, exponit Dei gratuitam uoluntatem, quę est Spiritus Sanctus, nos Deo gratos efficere. *In 1. dist. 17.*

Fortassis Thomas noster hunc dicendi modum animaduertens; nominauit Pelagium catholicum, & sine causa damnatum. An hoc inspexisse commonstrarit, expendamus. Inquit, primò ex uerbis Witeleff; Et fortè intellexerunt, quod non requiritur gratia præter Deum & spiritum, quæ gratia poterit per se spiritui conlinita, ut nihil sit gratia, ptæter spiritum Deo gratum. *lib. de sacramentalibus cap. 1.*

Alia est interpretatio. Thomam Waldensem usum fuisse ironia. Probet Andreas Vega contrarium, & se rem non ita habere. Ego illi obsistam; primò negatione; deinde illi obijciam textum ubi dicit in Witeleff; O redemptorem damnati Pelagii. O saluatorem sęculi. Nun hęc sunt uerba irridentis, uel saltem stomachantis animi? Ab eiusmodi locutione ironica non abhorruerunt Sacra. Sic Trinitas post Adę culpam, dixit; Ecce, Adam factus est quasi unus ex nobis. Tunc potius comparatus fuit iumentis insipientibus. De precio quo Christus fuit uenditus dicitur; Decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Et Helias irridens Prophetas Baal, dicebat; Clamate uoce maiore. Quod hic produxit Walden. & ironicè, eum non damnat. Quid stultius quàm precium quo Christus fuit uenditus, credere, literali sensu, decorum? Sed Ironia omne obiectum insumpsit. Idem de Walden. existimari debet. *Gen. 3. Psal. 48. Zach. 11. 3. Reg. 18.*

Tertiò. Diuus Augustinus narrat Pelagium in Episcopali iudicio Palestino damnari me- *in lib. hæresum. cap. 88*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuentem, damnare compulsum esse, homines non ab ipso Deo accipere ut conuertantur ad eum, & ut augeatur in eis fides per gratiam, sed iuxta eorum merita tribui & concedi. Iura Pontificia insuper & leges imperatoriæ clamant, neminem iudicari posse, neque in iudicium pertrahi, nisi libellus accusatorius legitimus antea porrectus fuerit, uel testes legitimi non adfuerint, si non probauerint, ut debito & iudiciario ordine, qui fuit accusatus, sit conuictus, uel confessus, neutiquam in eum iustè sententiam ferri debere; at magis liberari & absolui. Ob ista dixit Thomas Waldensis Pelagium iam sine causa damnatum, quia quod ei fuerat obiectum, damnare compulsus fuit. Nec fuerat accusatus quòd dixerit, gratiam esse qualitatem inhærentem. Tria nanque erant ulcera Pelagij serpentia. Primum, Gratiam Dei secundum merita nostra dari. Alterum, Per usum liberi arbitrij, quem posse mereri gratiam. Tertium, Paruulos ex suis naturalibus, absque Saluatore salutem posse assequi. Et inquit Thomas; Et inter tot & tantos conflictus, aut hæretici defendendo, aut Augustinus cum catholicis arguendo, nunquam meminerunt ridiculæ glosæ Witcleff; unde dicere potuissent, gratiam Dei, quæ non potest per se esse, sed est Deus uel spiritus, secundum merita nostra dari. Et transisset Augustinus delusus, & Pelagius absolutus. Hæc ille. Delusus, quia arguendo & oppugnando hæreticum, uani fuissent illius discursus; à fine enim præstituto deuiasset. Pelagius remansisset absolutus, quia non incusabatur de gratia an qualitas esset, necnè. Et sine causa damnatus, quia non conuictus, neque confessus. Item catholicus, non quia erat, sed quia non condemnatus à Patribus. omnes arbitrati fuissent à catholicorum numero minimè discussum. Istis elucidationibus, Waldensem nostrum, ab ea perplexitate euulsum existimauerim.

De Meritis ex Condigno.

RElíquum est pensiculatè intueri, & intimè subtilivè peruestigatione scrutari, an Reueren. Pater Andreas Vega rationabiliter occurrerit Thomæ Waldensi, ei ascribens negasse hominem ex meritis non esse dignum gratia uel gloria; aut non mereri regnum cælorum de condigno, at solum ex gratia & uoluntate largitoris.

Amplius, illusisse distinctioni de congruo & de condigno.

Item, Deum non attendere meritum nostrum siue ratione congrui uel condigni, tacita ipsius Dei gratia.

Hæc seorsum rimari nos decet; & ab area ueritatis dispellenda est palea, ut triticum expurgatum in horreum intelligentię nostræ tutius inferatur. Quod fieri nequiret, si non adspiraret suauius gratiæ uentus. Cui sacrilegus ac pestilens Witeleff stolidè & arroganter reluctatur. Iccirco Thomæ Walden. expedire, immo oportere usum fuit eius fœditatem demonstrare, ut saltem conuictus atque confusus, suum uulnus & languorem agnosceret; eo proinde loquendi genere Auctor fuit usus de merito congrui & condigni; Deumque largitorem eius misericordiam, uoluntatem seu gratiam meritis præferendam esse, quam nequissimè posthabuerat, immo neglexerat morbosus & putidus ille hæreticus subhis uerbis.

Hæresis. Confidat homo in merito proprio, quia ad mensuram illius, Deus necessariò præmiabit.

Hæresis. Nemo speret in nuda oratione alterius, sed omnino in propria iustitia uitę suæ.

Ab sceleratis & sacrilegis ausibus nihil atrocius, nihil immanius prodire poterat. Omnia hęc in nostram fidem catholicam grassatur; à quibus ita abhorremus, ut magis occidi eligamus, quàm pessimis huius hæretici iudicijs, uirus mortiferum in nostrum pectus diffundatur & ingeratur. Ad quod penitus restinguendum, Thomas Walden. in eius uanissimam impiæque Superbiæ sectam, pro ueritate atque iustitia protulit & expunxit sententias sublimes.

Illis certè gratia Dei, misericordia; atque uoluntas prefertur meritis Witeleuisticis inflatis & turgentibus, nixis & fultis propria fiducia; ubi reuera sunt uanitates & insaniæ mendaces, uentosæ nugæ, superbię, errores hominum infelicium, detrahentes gratiæ Dei per Iesum Christum, qua liberamur de corpore mortis huius. Mirabilis, & non ambigua, uideri debebat Reueren. Patris Andreæ Vega doctrina quam intulit Waldensis proloquiorum pestilentis hæretici occasione. Voluit fideles instruere, nè periclitaretur eorum fidei confessionis uirtus. Hoc quippe bonum iudicauit Deus, fidendum esse suæ bonitati, misericordiæ & gratiæ, cuius participatione retinetur iustitia, cætera Dei munera capiuntur, per quæ uenitur ad munus æternum, ut (inquit) Pater Augustinus. Hanc

In Enchir. ad Lauren. capit. 106. To. 3.

ueritatem

ueritatem ignorans obtusus & contentiosus hæreticus refellens uera, & suo conatu persuadens falsa, statuit impiam hæresim de fiducia propriæ iustitiæ, & ad mensuram illius, Deum necessario præmiaturum; ubi plures blasphemias eructauit in bonitatis Dei iniuriam, & exuperantis ꝑmij liberalissimũ amplissimũq; donũ. Cũ isto conflictabat Waldẽsis ueritatis Zelo; eius uiolatores ferre non poterat, quo fit ut uehementer & acriter scripserit. Aduersus nanque hæreticos, locutiones hyperbolicæ seu præeminentiam continentes, non debent prohiberi; considerandæ sunt causę, personæ, tempora, & rationes. Multę enim in scripturis sunt quæ se inuicem uidẽtur collidere, quorum collisionem & pugnam auferunt diuersitates rationum, fines inspecti, personarum ætates rerumque occasiones. Eiusmodi diuersitatibus (teste Tertulliano rectè ibi interpretante, ut testatur Diuus Hieronimus) Apostoli nonnulla repræhendebant, quæ ipsi custodiebant & obseruabant. Imò omnium Magister Iesus Christus contraria docuisse uidebitur, si rerum, personarum, finium, causarum diuersitas non fuerit præaccepta. Ob quarum diuersitatum ignorationem, hæretici turpiter prolapsi sunt, sicut Iouiniani; solum spectantes naturam intelligentię seu intellectus, asserebant hominem necessariò bene operari, & nunquam posse peccare. Sicut etiam Manichæi existimarunt hominem ex necessitate peccatis incumbere, nec bonum efficere posse, ob id quod naturam tantum sensus seu sensibilem uel inferiorem considerarunt, omnino naturam liberi arbitrij eliminantes; quam postea Pelagiani insulsè magnificantes, ei ascripserunt illud, extendi in quodlibet opus bonum, etiam meritorium sine ulla gratia, quicquid esset de genere actus, & de illius excessus, ad quem attingendum, habitus gratię præexigitur. Ab hac regula non deflexit Thomas Walden. ut perspicuum exstat, sibi fuit bene usum ueritatis & fidei sententias conferre cum pestilentissimis proloquijs Witcleff; qui, ut ea stabiliret, ad distinctionem congrui & condigni recurrens, conatus fuit in illam pertrahere Diuum Chrysostomum. At in arrogantem blasphemiam Waldensis noster uariam meriti ratione acceptionemuè annotauit, scilicet meritum hominis simpliciter, & meritum cum modificatione, nudum meritum seu simplex relatum ad gloriam infirmũ esse ostendit, nec illi fidendũ nisi uelit aduersari Diuo Paulo atque Diuo Ambrosio, dum locum illum interpretatus fuit; perinde ac dixerit; Tu, hæretice, doces proprio merito fidendum, ego uerò cum Diuo Paulo, cum Sanctis Patribus & ecclesia catholica assueueranter fateor, fiduciam gratiæ, misericordiæ, uoluntati largitoris, & gratuiti coronatoris adhibendam esse. Audiamus ecclesiam; Illa apertè in oratione canonis ad Deum (inquit) Non æstimator meriti, sed ueniæ quęsumus, largitor admitte. Et in Collecta feriæ quartę Dominicę passionis; Vt qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, sed misericordiam consequi mereamur. Item Dominica secunda aduentus in oratione secreta; Vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuæ nobis indulgentię succurre pręsidijs. Docet Beatum laurentium, gratias premisisse merito ingrediendi ianuas cælestes. Hęc est antiqua Sanctorum Patrum & ecclesię doctrina, à canone fidei & Apostolorum minimè abscedens. Profectò uitam ęternam fructuosè non requirunt, qui illam nancisci solicitant in suorum confidentia meritorum.

Nemo catholicus eam non abominatur, quia Christi & Sanctorum excludunt beneficentiam, uirtutes & merita. Et si uellet Deus hominem merita, exclusa gratia, ad eorum pondus & mensuram excutere, non inueniret nisi quos damnaret, ut tradidit Diuus Augustinus, Diuus item Bernardus; & alia plura congessit in cap. 7. de Sacramẽtalibus Waldensis, qui negauit meritum simpliciter, seu, ut dicebat Witcleff, meritum proprium, eius mensuram, fiduciam, propriam hominis iustitiam siue de congruo seu de condigno Witcleff acceperit; neque arbitror hanc doctrinam iustè redargui posse.

Miror hunc reueren. Theologum, Thomæ Waldensi eam notam inusisse, ut dixerit Deum minimè attendere meritum nostrum, siue ratione congrui uel condigni, & omiserit uerbum illud [in articulo] quod prudenter inclusit Auctor; ea enim particula eluitur omnis dubitatio, dirimitur omnis controuersia. Aliud enim est, nonnulla Deum minime attendere absolutè, aliud non attendere in articulo; atque (ut dictum est) aliud est loqui de merito simpliciter, aliud de merito cum ijs quę eius essentiam integrant & perficiunt. Ex his tria mihi licere arbitror. Primum, nunquam Thomam Waldensem enunciasse, Deum non aduertere meritum nostrum; nec unquam negasse merita, quę prodeunt ex radice charitatis, & diuina gratia collustrata, de condigno ęterna mercede laureanda fore; Deum non attendere merita nostra, sed benignitatem suam ut peccata nobis dimittat, qui non fallit reddere quod promisit, sicut docet August. Alterum, quod Waldensis negat meritum simpliciter, & sine, ut inquit, modificatione gratiæ, ut sit dignum uita ęterna. Tertium est, Deum non attendere meritum nostrum in articulo; ergo non

Super psl. 60. To. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

attendit meritum nostrum; est loci tropici fallacia.

Vt planius habeatur quid intellexerit Auctor in illis uerbis [simpliciter & in articulo] subtilius ea rimari decet; neque est inutilis sermonum & uocum subtilis perquisitio. Id effecit Diuus Augustinus contra Cresconium grammaticum, ubi examinat regulam comparationis, qua com paratiuus gradus auget quod est ante positum, & non improbat quod ante factum, *To. 7. libr. 4. cap. 55.*

Quam regulam aliquando falli ostendit, Inde est; *Virg. in Geor.*

Dij meliora pijs erroremque hostibus illum,
Discissos nudis laniabant dentibus arcus. Et alibi; Melioribus opto
Auspicijs.

Comparatiui gradus locutio illic non auget quod comparat, sed improbat cui comparatur. A simili Waldensis dixit; Reputo igitur laniorem Theologum, fideliorem catholicum, &c. non ut augeret quod præcesserat, sed ut meritum simpliciter æquè ac dignum, relatum ad uitam æternam, sicut deprompserat petulantissimus Witcleff, abnegaret & improbaret. Cur adiecit merito eam particulam [simpliciter] audiantur scriptores logici, sapientesque Philosophi; nuncuparunt illi, simplex quod caret partibus, unica intelligentia apprænditur, profertur item sine aliquo præscripto seu adiuncto. Porrò meritum plura complectitur, coacerua t, & pluribus perficitur, sicut docet Diuus Thomas. Et potissimum ad rationem meriti in actu duo requiruntur in genere. Primum, ut libere eliciatur; Deinde ad remunerationem acceptatio; Item ut prodeat ex inclinatione charitatis, relatus in Deum per se dilectum. Si merita dixerimus ea, quę libere eliciuntur, alijs prætermissis, nobis illa ascribendo, quemadmodum Witcleff impiè docebat, illud est superbiæ & uanitatis. Nam aliquando contingit fieri aliquod bonum opus de genere bonorum non recta intentione, quemadmodum qui stipem tribuens pauperi ægrè fert, uel obmurat, is habet meritum interpretatiuum.

Qui idem efficit bona intentione atque charitate cum modificatione quam docet Waldensis, habet meritum condignum; sicut inferius declarabitur. Quapropter Auctor cum dixit, abnegandum meritum simpliciter, ibi meritum accepit sine addito, absque partibus, citra omnem gratiæ habitum, & quod unica intelligentia cognoscitur.

Ponderandum erat similiter uerbum illud Auctoris [in articulo.] Quemcunque articulum inspexerimus, uel ea quæ articulis terminatur, exploratissimum erit quòd si paulò incidantur, non subsistent, siue fuerit nodus in uite, siue instans in tempore, uel terminus in mensura, aut ueritas catholica arctans ad credendum. Auferas quidpiam etiam minimum ab istis, nodus gemmam; nexum tempus; ulna rationem mensuræ, fidei articulus ueritatis symbolum amittent, ac desinent esse quod fuerant. Iccirco non omittendum erat uerbum illud, quia meritum in articulo, est meritum precisa & semota ab eo gratiæ, charitatis, & diuinæ acceptionis accessione. Meo igitur iudicio (& parcat mihi Reueren. ille Pater) ab re is Auctor sigillatur, reprehenditur, eiusque dignitati iniustè detrahitur. An adhuc citra causam ei obstrepuerit, cum fuit commentus illusisse distinctioni de congruo & condigno, eamque ludibrio habuisse, perpendamus.

Auctor, dicit Chrysostomum illi distinctioni alludere; melius dixisset illudere. Hæc Walden.

Hac sententia commotus fuit Theologus ille de Vega; ut iudicarit Thomam Waldensem suppressisse, & prorsus abiecisse distinctionem Reueren. Scholasticorum de congruo & de condigno. Non desunt qui eam refellere studuerunt; at in eorum numerum non peruenit Thomas Waldensis. Quod ne gratis dixisse uisus fuerim, ad sententias sacrarum scripturarum, ad earumque interpretes primò me ipsum confero. Concedunt Patres nostri plerunque, ubi imperfectus est sensus, aliquid supplendum esse in sacris literis, ut sententia perficiatur. Hoc si in illis admittitur, magis id fieri licebit in aliorum scriptis. Diuus Paulus inquit. De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Hiatus ibi incidisset, & imperfectus esset sermo, nisi uerbum, respondeo, interponeretur, hoc modo; De quibus scripsistis mihi, respondeo, quia bonum est homini mulierem non tangere. Idem Apostolus habet iuxta uulgatam æditionem; Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui, ut alios instruam, quàm decem millia uerborum in lingua. Illic ea particula potius, supplenda erat, hoc modo; sed in ecclesia uolo quinque uerba potius sensu meo loqui, ut alios instruam &c. Item, siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus uobis. Vt sermo non sit mutilus, opus est sic repetere; siue excedimus mente, Deo excedimus; siue sobrij sumus, uobis sobrij sumus. Sic ad Galatas; Ab ijs qui uidebantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. &c. Vt cœpta oratio

Prime Corinth. 7.

Prime Corinth. 14.

2. Corin. 5.

Gala. 2.

oratio absoluatur, ita supplendum uenit; Ab ijs qui uidebantur aliquid esse, addatur, nihil adiutus sum.

Hac consuetudine & uerborum submissione seu accessione instructus & munitus, uerba Auctoris nostri hoc pacto aptari debent, ut hæc sit forma. Nam quòd ibi dixit Chrysostomum illi distinctioni alludere, addatur [sicut commentus fuit Witcleff] melius dixisset illudere. Confirmatur ex uerbis Waldensis ibidem ea subijcientis, scilicet, cum illo in loco meritum de condigno negat, & de ullo alio non loquitur.

Si Diuus Chrysostomus nullam facit mentionem de merito congrui, & inibi negat meritum de condigno ad uitam æternam consequendam ijs quæ propriæ fidunt iustitiæ, qua subtilitate, interpretatione & subtili perquisitione culpandus erat Thomas Waldensis, quòd illuserit eiusmodi distinctioni?

Item peruersæ intelligentiæ Witcleff occurritur, dicentis sibi uideri Chrysostomum alludere, cuius allusionem deprimens Thomas Waldensis, eam nuncupat illusionem, & ad illusionem meritò pertraxit.

Præterea illusit distinctioni de congruo & condigno, dum merito proprio, propriæ iustitiæ. & eiusmodi meriti fiducię, deoque necessario ad mensuram premianti contendebat impius hereticus accommodare, sibique ac suæ falsitati arridere. Quis non illuderet homini impudenti ac de numero circumcellionum? Quis eum suamque doctrinam non explodere t? non haberet ludibrio? & perinde quasi hominem lepra & tabe confectum non effugeret? Habet Waldensis cap. 9. huius libri post uerba Diui Augustini de gratia & libero arbitrio; A primis principiis meritorium opus exhaurit, & à prima cogitatione usque ad extremum operationis hominis, Dei gratiam probat; ut sic gratiæ & non operibus per se gratia rependatur.

Cum aliquis dicit, meam iustitiam, duplex potest esse sensus; meam, id est propriam. & huius meritum ac merces æterna infirmatur & retunditur. Vel meam, nempe gratis donatam; cuius munere & gratiæ auxilio eam accepi, ei fui assensus, & laboraui ipsa gratia mecum operante. Is sensus uerissimus exstat. Hæc uerba, inquit Waldensis cap. 9. proprietatem expuunt. Pondera uerbum, quod maximè urget, & expuere præstat uerbo [illudere] expuunt proprietatem inquit Witcleff, iubentis confidere in bonis operibus propriis ex te ipso existentibus.

Aliud elusionis genus, immo genera hìc inferere mihi uenit in mentem. Nam illudere præter id quod dicit deridere, significat etiam per ludum alicui nocere. Inde est illud.

Neu uariæ illudant pestes. Sub hac significatione Theologi scripserunt illusiones fieri, uel cum uarias species & formas, dæmon obijcere studet sensibus humanis, personas mulierum nudarum & aliorum assumens, ut testatur Diuus Hieronymus, cum fictæ apparuit in personam Siluani. Item in itinerario Clementis Nicetam traduxit in personam Symonis magi. Amplius contingit dæmonem illudere, cum species & habitus ingerit potentiæ cognoscendi imaginationem flectens, quò se rem aliter habere quàm sit deluса concipiat. Contingit item aliquem illudi pluribus phantasmatibus immissis, ut docet Diuus Augustinus de spiritu & anima, & de ciuitate Dei. Deceptas enim mulierculas inducit, quæ existimabant noctu æquitare cum Diana, cum Herodiade & magna mulierum copia. Idem de eiusmodi illusionibus sanctus Thomas de potentia.

Virg. Geor. 3.

cap. 28. lib. 18. cap. 18. quæst. 16. art. 9. et 10.

Ex his posse inferre mihi uisum est, cum diabolus sit hæreticorum Magister, huic hæretico illud ingessisse simulachrum, quò crediderit Diuum Chrysostomum illi distinctioni alluisse, cùm nihil minus: Inde Dæmon, ficto simulacro immisso per ludum mentem obcæcauit, illusionem fecit, ei nocuit, neque miser hæreticus uidit illi distinctioni Chrysostomum eo in loco illudere, at magis alludere existimauit. Idem pluribus euenit, quibus sacræ literæ obsunt, dum illas depraua t ad suam ipsorum perditionē. Auctoris itaque dicentis Chrysostomum illusisse illi distinctioni, sensus est, illi fictæ & cōmētitię distinctioni Diabolū illusionē propinasse, quò p ludum ficti simulachri deciperetur ille infœlicissimus. Ne is dicendi modus cui distortus appareat. Quid Auctor scripserit capitulo. 9. post uerba Diui Ambrosij, ubi Witcleff dicit Deum non requirere cogitationem orantem uel uocem, sed omnino uitam suæ iustitiæ complacentem &c. Sequitur, & surdus est Witcleff, ne audiat spiritum sanctum in Iob dicentem, Quid prodest Deo si iustus fueris &c. Item Hilarius in illum uersiculum, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quid enim, ait, spei est, si iudicare nos secundum se Deus uelit, si ad comparationem sui, uitæ nostræ innocentiam postulabit? Et parum inferius; Cui & quotidie grauissimus hostis immineat diabolus &c. Duo hinc excerpsi. Vnum, quòd Witcleff surdus est, ne audiat spiritum sanctum in Iob. Alterum, hostem grauissimum imminere in-

Iob. 2.

 sidiantem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidiantem. Nemo potest ire inficias Diabolum insidiis imminere persequentem in interitum. Dum imminebat Witcleff, surdus effectus est ne audiret spiritum sanctum. Si surdus, etiam cæcus euasit, instar illius qui dæmone arreptus, fuit etiam mutus. Is ergo hæreticus non audiebat spiritum sanctum, diabolus illum excæcauerat ob sui cordis nequitiam malitiamvè; Inde emergit ut tenebris offusis, doctrinam Chrysostomi non perciperet, & illusus remaneret.

Verum hoc loco, inquit Andræas Vega, tantum contendimus, quod etiam si non addamus hoc uerbum[ex gratia Dei] uel aliquod aliud simile, uerissimè possumus concedere actus bonos iustorum, meritorios esse apud Deum; & per eos, illos uerè mereri beatitudinem. Hæc ille.

Si huius Reueren. patris scriptum introspexerimus, planè omnibus erit perspicuum ipsum met amplecti de quo uult contendere. Id hauddubiè conuincitur cum inquit, Apud Deum actibus bonis iustorum meritoriis, quemquam uerè mereri beatitudinem. Hunc conuenio, & peto an iustus sit, quem non excitarit gratia; cuius dominus non præparauerit uoluntatem, eidem uoluntati non præbuerit uires; non abstulerit cor lapideum seu durum; atque fuerit illatum donatumvè cor carneum, quò, diuino illapsu, sanaretur; facienda, etiam sanatus, faceret, ambularetque recto itinere ad complenda iustitiæ opera, eiusdem diuinæ gratiæ suffragio cooperante? Si uerbum illud [iustorum] à nexu suæ sententiæ præcidisset, haud foret absurdum abhorrere ab illa sententia; Merita enim congrui de genere bonorum libere elicita, merita sunt, quorum uirtute nulla suboritur æqualitas nec dignitas ad fœlicitatem sempiternam, quæ iustorum operibus non denegaretur. Cur ergo pedibus & manibus reptat iste Theologus Minorita, ut modum, seu modificationem nostri Waldensis refellat? Dum id experitur, sibi parat muscipulam & laqueum. Operæ precium erat animaduertere iustum non esse, cui iustitia Christi non fuerit coaptata; cuius animo gratia non cohæserit, atque ex illa, Deo gratus non fuerit effectus. Re se ita habente, sibi incumbebat ex illo uerbo[iustorum] Walden. modificationem minimè refellere.

Idem Vega, ut quod proposuit, efficeret, duas rationes conflat; & prioris assumptum non est qui non admitteret. Nimirum (inquit) beatitudo est reposita sanctis, propter bona opera quæ faciunt. Sed pondera illud uerbum [sanctis] Nemo sanctus, quem gratia antea non purgauerit, non sanauerit, cui gratia non fuerit cooperata; cui coronam non præparauerit; non gratiæ soli, sed iusto, secum gratia operante. Quis non uiderit sermonem suum de meritis ex condigno non fuisse moderatum gratiæ accessione, dum assueuerat beatitudinem sanctis fuisse repositam, cum sanctus nunquam exstiterit, cui dominus non donauerit sanctificantem gratiam?

Altera ratio similis est texturæ, dum assueuerat iustorum bona opera esse meritoria sempiternæ uitæ. Quod magis daret dum citat Cœlestinum primum in sua prima decretali. Ille sum- *cap.12.*
mus Pontifex cum beato Augustino commendat Dei bonitatem erga omnes homines; ut nostra uelit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro ijs quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Eam citat sententiam, ubi non solum gratiam explicat, sed merita nostra esse Dei dona, & Deum præmiaturum ea quæ nobis largitus fuit, affirmat. O bone Deus, quis iret inficias illis uerbis non assuisse Apostoli (ut inquit Waldensis) modificationem? Nihil apertius pronunciare poterat Andræas Vega, quàm cum Diuo Augustino & cælestino Papa nuncupare merita nostra, Dei dona. Vnusquisque enim propriù donum habet à Deo, alius sic, alius autè sic. Habet etiam homo propriam uoluntatem, qua diuinis præceptis obediret, & tamen donum Dei est; quoniam ut fiat, adiuuat gratia; quæ nisi adiuuerit, nihil erit lex, nisi uirtus peccati. Homo gratia iuuatur, ne sine causa uoluntati iubeatur.

Quis unquam legit scripta alicuius interpretis aut declamatoris? quis unquam catholicum audiuit uel declamantem, uel disertè & subtiliter disputantem in concione de meritis, quibus debetur felix ac perennis uita, qui uel non præmiserit, uel in suis proloquiis non commiscuerit & coagmentauerit gratiæ diuinæ angustissimos sermones, mira præconia, dulces fructus, consolationes ineffabiles, salutares medicinas, & sauciatarum mentium salutes desideratissimas? Omnes reuera catholici Patres, Dei gratiam, misericordiam, bonitatem, liberalitatem, latè diffusam, cum de meritis sermocinati sunt, copiosissimè in sua scripta inuexerunt, importarunt, atque complicuerunt. Nemo est qui dubitet præmissis & acceptis eiusmodi sanctis superiusque dilucidationibus, tutè pronunciandum esse, eius generis dona & merita, condigna gloria atque mercede cœlesti. Quibus omissis, nunquam ecclesiæ scriptores fuissent auis, dicere æternam gloriam hominum meritis coæquari aut comparari posse.

Sed

Sed absit hoc malum à catholicis sensibus, ut gratiam Dei quis audeat omittere, cùm de meritis, & felicissima gloria tractatur; tum enim sacrarum literarum sententiæ adeo forent obstrusæ, ut uel inexplicabiles iudicarentur, uel nihil in illis connexum esse, aut (quod est indignissimum) inter se magnum habere dissidium. Contra hoc uenenum, sancti Patres gratiæ antidoto fortiter pugnauerunt, quò hæreses obterantur, ueritas eluceat, maximaque appareat inter eas concinnitas. Proponat itaque omnis catholicus, & adijciat hoc gratiæ munus; & non uacillabit, si occurret dictum illud; Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Et simul *Zacha.1.*
quod alibi scribitur; Deus uirtutum conuerte nos. In priore liberum uoluntatis arbitrium, in *Psal.79.*
posteriore cognoscet, nostram ad Deum mentem conuerti, Dei esse donum. Vtrumque inspexerat Diuus Paulus (inquiens) Gratia Dei sum id quod sum; & gratia eius in me uacua non fuit. *2. Corin.6*
Et, Plus omnibus illis laboraui. Quibus agnoscitur nec ipsam uoluntatem sine gratia Dei, nec gratia Dei sola, nec homo solus, sed gratia Dei cum illo bene operari. Hinc psal. Adiutor *Psal.26.*
meus esto, ne derelinquas me. Vbi satis ostenditur, si fuerit derelictus, nihil mereri per se posse. Hæc certè ita agglutinantur & connectuntur, ut in bene agendis meritum ex condigno & gratia nunquam diuellatur.

Si de bonis operibus seu meritis, quibus debetur corona iustitiæ, quam redditurus est iustus Iudex sit quæstio, Diuus Augustinus de gratia & libero arbitrio ad Valentinum luculentissimè docet, coronam iustitiæ reddendam esse, si præcesserit gratia quæ iustificat impium. Vbi *Cap. 6.7.et 8.To.7.*
de Pelagianis (inquit) Si dum (inquiunt) finem, ideſt uitam æternam, meritis nostris præcedentibus reddi, respondendum est eis; si enim merita nostra sic intelligerent, ut etiam ipsa dona Dei esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia. Cum uerò merita humana sic prædicant, ut ea ex semetipso habere hominem dicant, prorsus talia cogitanti uerissimè dicitur; dona sua coronat Deus, non merita tua. Si tibi à teipso, non ab illo sunt merita tua. Hæc ille.

Hic parum immorari licet, quia ijs testimonijs claret immeritò fuisse reprehensum Thomam Waldensem disputantem contra Witcleff. Ille iniquus Hæresiarcha cum Pelagio diceBat, confidendum esse in merito proprio, & in propria iustitia. Eiusmodi meritum Waldensis negauit, & illusit distinctioni de merito congrui & condigni, quam falsò excogitauerat Witcleff; Ita Diuus Augustinus Pelagio cogitanti hominem habiturum ex seipso merita; eo casu, dixit Deum coronare dona sua, & non merita hominis, quæ sunt à solo homine. Ecce quàm apertè ille sanctus Pater negat merita hominis, merita non esse; quæ tamen merita hominis sunt, & simul Dei dona; Et proinde subiecit; Cum Deus coronat merita hominis, coronat non sicut merita propria ex seipso, sed æquè ac dona de cælo delapsa, quò Christus ascendit, deditque dona hominibus. Similiter Thomas Waldensis pertinaciam hæretici retundens, cum Augustino negauit merita quouis modo ab hæretico inuulgata. Profectò si reiiciuntur ueritates prolatæ ab hæreticis, non quia ueritates sunt, refelluntur, sed quia illi sic uerba temperant, sic ordinem uertunt, sic ambigua quæque concinnant, ut fidelibus illudant, & animos transforment in deterius; ad quorum uesaniam effugiendam, docuit modificationem apponendam esse. Visnè modificationem illam accipere? cognoscas cogitationes bonas ex Deo immissas, bona opera præcessisse; uirtutem certaminis fuisse ab eo, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Immo fidem qua saluamur, cælitus fuisse demissam atque donatam. Nec repugnat quod scribitur, Deum unicuique reddere secun- *Roma.2.*
dum opera eius. Hic licet recensere uerba Diui Augustini dicentis; Ista ergo quæstio nullo *De gratia & libero ar bi. ad Va len. cap. 8.*
modo mihi uidetur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra, quibus æterna redditur uita, ad Dei gratiam pertinere, propter illud quod ait dominus Iesus, Sine me nihil *To.7.*
potestis facere. Item Apostolus, Non ex operibus, ne forte quis extolliatur. Non ex ope- *Ioan.15.*
ribus (inquit) tanquam tuis; ex teipso tibi existentibus; sed tanquam ijs, in quibus te Deus *Ephe.2.*
finxit, id est, formauit. Formamur enim in operibus bonis, quæ non præparauit Deus, ut in illis ambulemus, ut præmium detur tanquam merces pro iustitia; & sic uerum est quòd *Roma.6.*
Deus reddet unicuique secundum opera eius, daturus gratiam pro gratia, iuxta illud Apostoli, Gratia autem Dei; uita æterna; quam gratiam accepimus omnes, ut testabatur Diuus Ioannes Baptista, ex eius plenitudine. Et eius miseratione bonum operamur, dum *Ioan.1.*
facit ut uelimus, & cum uolumus, & sic uolumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. Nam sine illo uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus, ad bona pietatis opera non ualemus. De utrisque scriptum est, Deus est qui operatur in nobis uelle. Et alibi, Scimus *Philip.2.*
quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Quid est, omnia, nisi & ip- *Roma.8.*

sas terri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sas terribiles sæuasque pasiones? Certum est ea omnia à nobis libere fieri; sed cum timore & tremore omnia fieri debent, nè extollamur de operibus bonis, tanquam ex nobis ipsis propriis. Nam eligentium hominum, meritum nullum esset, nisi eos gratia eligentis Dei præueniret; qui semper præuenit, stans ad ostium & pulsans, ne relinquatur excusationis locus malè operantibus. Et cum tanta sit gratiæ necessitas, bonaque opera nostra sint Dei munera & dona, rectissimè Thomas Waldensis dixit, Aliquem simpliciter non mereri regnum cœlorum, sed ex gratia Dei, aut uoluntate largitoris. Et capitulo. 9 inquit; Sed noluerint uitam æternam dari nobis pro meritis, si cum meritis ipsis, numeremus & gratiam; sine qua, nec ipsa sunt merita, nec, Dei dona. Si totum illud caput nonum Andreas de Vega diligenter scrutatus fuisset, non perquisisset occationem discedendi ab eius (ut sine liuore ita dixerim) ductore & magistro Walden. quocum sibi usum est contendere, an gratia connumerari uel commemorari debeat, cum de meritis sit diligens inquisitio. Huius inquisitio est penitus uana & inutilis, quia Andreas Vega gratiam meritis semper annectit. Et ne id iniquo animo ei ascripsisse uidear, hic intexam eius uerba in opusculo de iustificatione & gratia, dum argumentationes in contrarium diluere procurat; Cuius uerba sunt hæc; [Est quidem congruitas & condecentia quædam, ut operibus quæ sunt à gratia & à Spiritu Sancto respondeat gloria, & merces æterna qualis decet filios Dei.] Et paulò post; [Gratia etiam uelut semen est gloriæ. Et per gratiam & Spiritum Sanctum consortes sumus diuinæ naturæ, adoptamurque in filios Dei, quibus ex ipso iure adoptionis debetur hæreditas.] Hęc ibi.

Apo.3. cap.7.

quæst. 5. de meritis gloriæ ex congruo.

Eundem audiamus citantem Diuum Augustinnm ad finem tertij libri Hypognosticon, & de correctione & gratia capitulo. 6. Cuius uerba sunt; [Gratia sanctis est omne meritum, non ut plerique perperam colligunt, quia negauerit nostra merita, sed quia uolebat significare ea esse magis dona Dei, quàm merita, & merita quidem propter futuram ueram uitam.] Et post sanctorum testimonia in fine prioris argumentationis, scriptum habet. [Ergo sicut bona opera facta ex gratia, ex condignitate quam habent à gratia & à Spiritu Sancto, & à meritis Christi, ualorem habent beatitudinis, atque ideo & eius meritoria sunt ex digno uel condigno, ita conuersio peccatoris &c.] Nunquid Pater iste propriis uerbis non conuincitur semper gratiam meritis associasse? Parcat itaque huius Theologi præstantia, si pronunciauero ipsum, rem actam egisse, cum Thomam Walden. ea nota inurere fuit conatus.

quæst. 7. de meritis ex congruo iustificationis

Demum ad omnem controuersiam insumendam, breuibus, an Thomas Walden. senserit, iustum ex condigno bonis operibus seu meritis uitam æternam mereri, Fateor cum diuo Augustino, imò cum sacris literis uerè & catholicæ ipsum affirmasse (si tamen quis non crediderit id fieri posse sine additione gratiæ, atquæ propria uirtute de condigno meruisse) in gratia Dei & Saluatoris nostri confidentes, eique humiliter seruientes, eius munere caronari. Hæc est doctrina & fidei confessio de meritis huius Auctoris nostri. Neque aduersatur Patrum, & potissimum doctrinæ Diui Thomæ; qui in secundo scripto super sententias apertè deprompsit, homini reddi à Deo uitam æternam, secundum iustum iudicium iustitiæ. Et ne circa eiusmodi ueritatem contingat errare, meritorum diuersitatem elucidat, ut actus natura pensetur, cum ex libero uoluntatis arbitrio effluit, hac acceptione, condignitatem gloriæ negat Diuus Thomas. Si uerò accipiatur ea ratione qua Spiritus sanctus mouet in uitam æternam, præciumque operis compensetur ex dignitate gratiæ, ex prima item causa perueniendi ad uitam æternam, quæ est Dei miseratio, imò ut per gratiam inhabitet hominem Spiritus sanctus, qui est causa sufficiens uitæ æternæ; his omnibus coniunctis & nullo eorum seiuncto, proculdubio sanctè decernit esse condignitatem meriti ad uitam æternam, ad immarcessibilem gloriam, ut mensura bona, conferta & coagitata inferatur in sinum iustorum. Quid Reueren. Pater Vega contra hęc Sancti Doctoris documenta de meritis, & gratiæ munientis animum nostrum ornamenta ex cogitabit? Quo utetur conatu in ipsum? Opus est ut hunc redarguat, quia meritis connectit gratiæ modificationem, quam Thomas Waldensis statuit miro elogio, dum manus conseruerat cum pessimo hæretico, patefaciens deplorandam miseriam inanis fiduciæ hominum, ob eius superbiam & nimiam elationem, quam flatu pestiferi serpentis conceperat ad eam sauciandā & abolendā is Auctor tela gratiæ in torsit & inflixit; atq; ut illa uenenosa & mortifera præsumptio, trahēs ad mortē, opprimeretur captiuaretur & penitus difficeretur. Dum sæuit in Walden. in Diuum Thomā insurgit; Iste enim Sanctus Doctor idē in secundo docuit distinctiõe superius citata, quā deinde declarat Ioānes Bacchonitanus Carmelita; Ambo duplicé

Distinc. 27. art. 3. & in 1. 2. quæst. 114. art. 3.

in 4. distin. 1. quæst. 6. art. 3.

æqualitatem

æqualitatem statuunt; una est quantitatis, quam alij uocant æqualitatem rei ad rē seu arithmeticam. Altera est æqualitas proportionis. Priori acceptione (dicunt) non est condignitas meriti ad præmium, sed ex proportionalitate; quę est æqualis proportionis proportione geometrica, est condignitas mercedis & meriti; etenim fatentur omnes in distributionibus id esse iustum quod redditur, cum habita fuerit dignitatis debita relatio. Et ita in commutatione, ut inquit Ioannes Bacchonitanus, per opus meritorium quod feci, non habeo ius ad coronam gloriæ, tamen quatenus Deus propter opus meritorium quod feci, acceptauit meum depositum, ut seruaret illud ad coronam glorię, eiusmodi depositionis meę acceptatę à Deo, ius habeo in corona & ad coronam glorię.

Non me fugit sapientissimos ecclesię catholicę Patres doctè, & omni ambiguitate sublata, de quauis specie meriti pertractasse, potissimum de merito ex condigno; cuius summam summatim hic ingessi, obiectionibus differendique regula & ordine prætermissis. Neque ut id efficerem me impulit obijcientis conatus. Satis fusè (ut comicio) eius tela uel reiecì ac retrudi, uel eorum cuspidem & aciem perstrinxi; & dictis subiungo, meritum haud dicendum esse meritum de condigno relatum ad nostram uoluntatem solum, obquè naturam actus seu conditionem illius absolutam absque pollicitatione, conuentione, & pacto retribuentis. Ad meriti nanque condignitatem hæc requiruntur, ut qui rectè operatur sit amicus Dei; certè (ut habetur in libro sapientię) odio sunt Deo impius & impietas. Item, fructus impiorum inutiles. Amplius ut opera sint relata in utilitatem aut honorem compẽsantis seu reddentis beneficium. Tertiò oportet à remunerante actum illum acceptari ad præmia uirtutibus, laboribus, studiosis actionibus, ac laudabili patientiæ proposita & decreta. His tribus innexis simulque illigatis, ubi est spiritus sanctus mouens & inhabitans, libera uoluntas hominis eliciens, gratia inhærens & cooperans, Dei uoluntas promittens & acceptans, ex condigno corona felix & perpetua redditur, mercesque magna nimis. Eiusmodi elucidationibus auctoritates Esaię, Lucę, Pauli ad Romanos in contrarium adductę, merito de condigno non faciunt negocium, quia condignum meriti non respiciunt, sicut aliæ quę prodeunt ex perfectione charitatis; Tunc merces laboris commensuratur, eo quòd Deus sua uoluntate acceptando & promittendo, se debitorem constituit. Inde, inquit Diuus Thomas, qui iam iustificatus est, uitam æternam indebitam, sibi reddit debitam. Reliquum est uidere.

Sapien. 14.
Sap. 4.
Esa. 64.
Luc. 17.
Roma. 4.
Lib. 3. q. 5.

An doctrina Waldensis quadret decretis sacrosancti Concilij, & maximè conducet afferre ea quæ illic traduntur sub anathemate sess. 6. Cano. 26. sub his uerbis.

Conc. Trident.

Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus, quę in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam & Iesu Christi meritum, si bene agendo, & diuina mandata custodiendo usque in finem perseuerauerit, anathema sit. Et Cano. 32. habetur;

Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, ut sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, cuius uiuum membrum est, fiunt, non uere mereri augmentum gratiæ, uitam æternam, & ipsius uitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.

Ex his citra omnem ambiguitatem, bonis operibus non absolutè seu simpliciter, neque in articulo, neque reiecta gratia, imò cum accessione gratiæ per Dei misericordiam, per Iesu Christi meritum facta, deberi uitam æternam, imò consequendam, si benefacientibus in gratia decesserint, est exploratissimum.

De Episcopo & Presbytero.

ALphonsus de Castro accusat Waldensem hoc modo. Thomas Waldensis non rectè interpretatur dictum Hieronymi de differentia inter Episcopum & Presbyterum. Qui, & si aliqua ex parte iuuare potuit, tamen rem, ut decebat, minimè absoluit.

libr. 6. aduer. hæres. tit. titulo Episcopi. To. 1. libr. 2. art. 3. ca. 60.

Iste Reueren. & catholicus Pater Alphonsus Zamoren. ordinis minorum, aduersus hæreses librum conficiens, Guidonem Carmelitam Episcopum Maioricensem imitatus fuit, cuius doctrina, suum opus effecit locupletius; aliquando tamen ei aduersatur, sicut modo Thomæ Waldensi. Et dum eius interpretationem super uerba Hieronymi impugnat, ipse modo recedit à sententia Hieronymi, modo ipsum negat, & tandem ob ea quæ scripsit in epistola ad Euagrium, concluſit Diuum Hieronymum sibi minime constare: & redarguens Waldensem

atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque iudicans, seipsum grauiori culpa fœdat, sibique uendicat iudicium; non enim exponit, sed immeritò illum repellit.

At ego ista excerpsi ab Auctore nostro. Primò, ex dictis Chrysostomi, dicit, simplices presbyteros eiusdem esse ordinis, sed intronizatione, id est consecratione, differre; Vt cum Paulus dixit; Cum impositione manuum presbyteri; non de Presbyteris, sed de episcopis interpretandum esse; quamuis uno nomine sacerdotes & Episcopi uocarentur. Deinde citat Isidorum dicentem, Presbyteros sub episcopi nomine taxari; & arguat Waldensis: In beato Petro dotauit Christus omnes Apostolos clauium potestate; nunquid ob eam causam tunc non erat inter cæteros apostolos & sanctum Petrum distinctio personalis? Præterea nominis identitas non tollit distinctionem graduum, & distantiam dignitatum; nam milites Dauid, pueri dicebantur, & inter eos erat aliquod discrimen. Item Diuus Hieronymus libr. 2. super Esa. in commen. Inter senes & Principes hoc fuisse reor in ueteri populo, quod nunc est inter Presbyteros, & Episcopos. Vbi Auctor; Sed inter multos senes, unus Princeps alijs præficiebatur. Cur non modo episcopi Presbyteris præerunt, & inter multos sacerdotes, unum Antistitem honore præstantiorem despiciemus? Et parum infra; In episcopo duo consistunt, potestas, & ordo; Ordo sacerdotibus communis est, sed episcopus inculmine eius consistit. Episcopalis item gradus & potestas iurisdictionem aspicit, consecrat, publico iudicio irrogat pœnas. Presbyteri uerò sunt adiutores Episcoporum, rudes populos initiant, baptizandos unitati ecclesiæ incorporant, in omnibus sacramentis usque ad manus impositionem populo Dei ministrant, succedunt in locum septuaginta discipulorum. Episcopi uerò successores sunt Apostolorum. Totum denique hoc negocium dilutum habebitur, si pio animo interpretati fuerimus uerba Diui Hieronymi dicentis; Idem igitur est Presbyter, qui Episcopus. Et antequam, diaboli instinctu, studia fierent in religione, & diceretur in Populis; ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, communi Presbyterorum concilio, ecclesiæ gubernabantur. Postquam uerò unusquisque eos quos baptizauerat putabat suos non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus ex presbyteris electus, superponeretur cæteris. Hæc ille. Nulli dubium est etiam diuinitus leges, instituta & ritus ab ipsomet Deo immutata fusse, ut testatur Diuus Thomas in 4. scripto sententiarum. Id patet de oblationibus in statu legis naturę; quibus successit circuncisio sub tępore legis scriptæ; deinde baptisma sub lege gratię. fuit quoque forma uerborum baptizandi ita permutata, ut Apostoli, dimissis uerbis in nomine Patris, & filij & spiritus sancti, baptizarent in nomine Iesu Christi, eo fine quo nomen illud cordibus credentium firmius insculptum retineretur. Quę omnia ad dexteram excelsi pertinere, & Deum effecisse, non est dubitãdũ. Talibus remedijs opportunè prospiciebat Spiritus Sanctus ecclesię, sicut etiam consuluit, dum orta fuerat dissentio inter Iudęos & gentiles super cibis legalibus. Ob eam contentionem dirimendam, idem existimo euenisse de Presbyteris & Episcopis. Non quòd diabolus suos instinctu suaserit discrimen inter Episcopos & Presbyteros; sed debet referri instinctus diaboli ad schisma dicentium. ego Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, Christum diuidentium. Quo schismate, Christus diuidebatur, tunc ut diaboli instinctus restingueretur, quæ eodem nomine pronunciabantur ad gradus & dignitates, quæ iam discretæ erant, duobus nominibus, dignitatum, & graduum distantiam in lucem prodire fecit Sanctus Spiritus, proponens Episcopos regere ecclesiam Dei, potestate, & iurisdictione, functionibus distinctis, quas supra commemorauimus, neque ab illis abhorruit Diuus Hieronymus. Plura legi poterunt apud Thomam Waldensem.

1. Timo. 4.

Matt. 16.

1. Reg. 21.

Act. 15.

1. Corin. 3.

To. 1. libr. 2. artic. 2. cap. 12. & To. 1. libr. 2. artic. 1. cap. 60. in fine & 61. To. 1. libr. 3. artic. 3. cap. 29. in fine.

Asseuerare Episcopum, & Presbyterum esse æquæ potestatis & functionis, est hęresis Arrianorum. Arrius cum esset presbyter, doluit episcopatus dignitate non potuisse insigniri, & illam docuit hæresim; in quam Waldensis exactè ratiocinans, ad Diui Hieronymi uerba animum conuertens, inquit; Quod autem dicis de Hieronymo, olim non fuisse differentiam inter Presbyterum & Episcopum, satis ibi declarat se quòd non fuit differentia uocabulorũ, quoniam uterque formatè uocabatur sacerdos & uterque episcopus, sed gradus semper habebant & officia distincta, ut planè liquet ex Apostolo in epistolis ad Timotheum. & Titum, & aliàs docebitur satis planè. Hæc ille.

Occasione illius uerbi Auctoris asserentis quòd D. Hieronymus famatè loquitur, certum est famosam D. Hieronymi fuisse locutionem; quæ, ut inquiunt Philosophi, non est absolutè uera, neque falsa omni ex parte. Ad cuius pleniorem declarationem, non debet nos præterire aliud esse ethymologiam nominis, aliud significationem illius. Ethymologia respicit ea ex quibus nomen originem ducit, ob denominationem factam ab eo cui nomen illud ascripsit. At nominis significatio id respicit ad quod significandum inuentum fuit. Vtrunque exemplum est in promptu.

promptu. Nomen enim lapidis dictum fuit ex ethymologia à lesione pedis; non tamen illud nomen hoc significat, alioqui ferrum pedem lædens, lapis esset. Ob hanc diuersitatem dicimus Diuum Hieronymum, nomen senioris & episcopi accepisse ab ethymologia, qua idem esse definiunt. Non autem à significatione nominis, dicente Waldense, sed gradus semper habebant, & officia distincta, quod explicabat nominis significatio.

Hæc chartis committere decreui, ueritatis stimulis impulsus. Impium certè mihi uidebatur, uirum catholicum, strenuum & acerrimum fidei defensorem, imò aliorum ferè omnium qui doctè in hæreticos huius seculi scripserunt Aurigam & ducem, fœdari, & conspurcari notis & ignominiis, quibus inuruntur peruicaces hæretici. Non patitur natura, ut res ulla uel uirtute aut proprietate sibi intus insculpta expolietur siue illius corruptela & interitu. Ignis enim aut semper calidus, aut ignis esse desinit. Bona arbor, bonos facit fructus, alioquin non est bona. Thomas noster Waldensis fuit bona arbor, manu domini plantata; In ecclesia item positus ut eradicaret infelix lolium malè olentis & pestiferi hæretici Witeleff. Sua itaque fide, debito erga ecclesiam catholicam obsequio, priuari non decebat; qui meritò eliminandus fuisset, si dixisset tot obscæna, & præ cæteris, Concilium uniuersale præferendum esse sanctæ catholicæ ecclesiæ Romanæ. Non esse parem auctoritatem, quo ad substantiam, præsentis ecclesiæ, sicut prioris; perinde ac præsens & prior una & eadem non extiterit. Suarum sententiarum nucleum fregi; ea omnia, & alia sibi obiecta restinxi pro uiribus, eiusque fidei integritatem attigi (Patrum fultus sapienti doctrina) mihi Deo propicio; cuius instinctus ab ecclesia (quam sibi elegit in sponsam) nunquam fuit distractus neque distrahetur. Iccirco illius ecclesiæ iudicio, à me scripta omni propensione subiicio, atque ut subiecta acceptari suppliciter exposco. Omnibus studiosis Carmelitis, Beatissimæ Virginis Mariæ filiis, uiscribus nostris, post uitæ regularis profectum, hoc onus imponens, ne unquam ab huius catholici Auctoris consideratione contemplationeve desistant, nec se abstineant.

FINIS.

Habes candide Lector Eximij huius doctoris, ac magistri Thomæ Waldensis Anglici Carmelitæ insignia opera in tres Tomos distributa, summo studio ac diligentia à mendis expurgata, & castigata: quibus ualidissimè Hæreticos omnes conuincere poteris. Eis igitur omni officio uti, die noctuque, illis inuigilare non grauaberis. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errata Primi Tomi.

Fo.1.col.1.u.39.si mea uis dici,le.si tua uis dici,qui uersus sunt Martialis lib.1.epigramm.86.ad Fidentinum.incipit,Fama refert,fo.2.co.1.u.14.sanctas scripturas respuit,le.scripturas sanctas absoluit,respuit glossas fratrũ.ibi co.1.u.23.Nolite credere amicis Hæretici,le.Nolite credere amicis.Hæretici cũ.fo.14. co.1.u.40. manu uiis leg.manubiis.fo.48.co.1.nu.1.sane le.hanc.ibi.nu.7.omnimembris,le.bimembris.fo.82.co.1.nu.1.has,le.hac.fo.123. co.1.nu.6.inuitandos.le.imitandos.fo.132.co.2.nu.2.positionem conetur.le.positionem suam. fo.181. co.1.u.27.naturalis.le.numeralis,ibi.u.40.naturalem,le.numeralem:ibi.u.42.naturalis.le.numeralis.fo.184.co.2.u.47.naturaliter.leg.numeraliter.fo.208.co.2.u.43.Ecclesiam le.Essentiam.fo.228.co.2.nu.1.membris Christi.leg.uerbis Christi.fo.257.co.2.cap.14.le.cap.15.fo.360.co 2.u.43.faceret.le.faceret.fo.368.co 1.u.2.possit.le prosit.fo.432. co.1.u.3.primi summarii,illi.leg.illius.

Errata Secundi Tomi.

fo.47.co.4.post.4.hodie,le.homelia de non contemnenda &c.fo.149.co.3.post,2.uim Apostо.le.cum Apostolo. fo.160.co.1.post.2.abbatum.le.Ablatum.fo.178.co.1.nu.1.quod baptismo le.quòd in baptismo.fo.196.co.1.post. 3.ita debet legi.Petrus caput est Apostolorum, ut supra dictum est. To.1.lib.2.cap.5.fo.200.co.4.nu.1. onesa. le. onerosa.fo.204.co.1.nu.3.ordinem ei regulam.le ordinandi regulam.fo.210.co 1.nu.8.tradantis ordinatur, le.tradantur ordinatis.fo.218.co.2.u.18.quod facit.le.quod promisit.

Errata Tertij Tomi.

fo.18.co.3.nu.11.Apostoli.le.Salamonis.fo.29.co.2.nu.10.le.sic.Deus ut bonum faciamus ad gloriam eius, quid requirat à nobis.fo.31.co.1.ue.23.habentes.le.habitatores.fo.49.co.3.nu.5.diuitis.lege diuinis.fo 51.co. 3. ue.13. nouenatius le.nouenarius.fo.61.co.1.nu.10.alligatus dominus,le.alligatus fuit dominus.fo.93.co.1.num.7. addè infine,ponens fo.101.co.2.u.26.unda.le.unde.fo.140.co.1.u.23.inuenis le.inuenis.fo.222.co.1.u.52. & 53. nouus.le.nullus fo.237.co.3.nu.3.Disi,lege Dis.fo.245.co.1.post ult.pugna lege magna fo.251.co. 3. post 2. quam le.qux.fo.252.co.2.post.2.fonte.le.fine.

Leuiora,Lectorum benignitati ac iudicio relinquuntur difficile enim fuit ut post nostram, ac ordinarij Typographię castigatoris curam aliqua errata non extarent, remanerentque.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca